abſtineat ab hæreditate patris, ſola ſuitas filij abſtinentis con-
firmat fideicommiſ.vniuerſale.text.eſt in l.ita tamen.§.ſi pater.
ff.ad Trebell. & tamen non confirmat fideicom. particulare.

l.mulier.

l.mulier.§.final.ff.ad Trebel.Ratio diuerſitatis colligitur ex dif
ferentia gloſſ.noſtræ, quia filius abſtinens omnino poteſt cogi
ad adeundum, & reſtituendum fideicom.vniuerſali, ideo eſt
ſibi vtile,quòd ſuitas ſola hoc operetur. ſecus eſt in fideicom.
vel legato particulari, per quod filius non poteſt cogi adire,
ſecundum Bartol.& Docto.in dict.l.ita tamen.§.ſi pater. Bald.
in l. ſi paterna, C. de reuoc. his, quæ in fraud. cred. Angel. &
Modern.in l.ſi quis pater.ff.de vulga. & pupil. & ſic bene ſtat,
quòd ex differentia gloſſ. ſequantur aliæ duæ differentiæ, &
ſic ſunt tres. Alias ſeptem differentias ponit Bartol.poſt Dyn.
81 quarum quinque in effectu reprobat. † Aliam differentiam
ponit Cyn. quia in ſingulari relicto tranſit dominium recta
via in legatariū.l.à Titio.in fin.ff.de fur.ſecus in fideicom. vni-
uerſali,non facta reſtitutione.l. reſtituta.& l.ex facto.in princi.
ff.ad Trebel.Iſtam differentiam reprehendit Bart. data parita-
te terminorum. nam ideo in fideicom. vniuerſali non tranſit
dominium rerum ante reſtitutionem,quia illæ res veniunt in
conſequentia. nam idem eſt in legatis particularib. venientib.
in conſequentia.l.ſeruū filij.§.fin.j.eodem. Adde bonum text.
82 in l.1.C.de euic.† vbi vendita hæreditate ſi euincātur res ſin-
gulares, non agitur de euictione, quia res ſingulares non ſunt
venditæ principaliter, ſed in conſequentiam. Sed iſtud repro-
bant Imol. & Modern. & Imol. in l. ſi locus. ff. de acq. poſſeſ.
nam in legato vniuerſali peculij continentur ſingulares res
in conſequentiā, & tamen ipſo iure tranſit dominium.l. ſi pe-
culium.in prin.ff.de pecul. legat. & l. gregè. j. eodem. Bartol.
infra in vltim. colum. niſi dicas, quòd Bartol. hic loquitur in
83 vniuerſitate iuris, † vt eſt hæreditas, quæ poteſt conſiſtere
ſine corporib.l.hæreditas.in princip.ff.de peti.hæred. Aliud in
vniuerſitate facti conſiſtente in corporibus,ſine quibus conſi-
ſtere non poteſt,vt grex.vel in vniuerſitate mixta,vt eſt pecu-
lium, vt dicam. j. in vltim. q. Bartol. do. Alexand. inpugnat
Bartol.alia ratione,quia ſi verum eſſet illud,quod dicit Barto.
pari ratione deberemus dicere, quòd quando teſtator legat
tertiam partem omnium bonorum, quòd tunc dominium
iſtarum rerum non tranſiret in legatarium,ex quo etiam tunc
res veniunt in conſequentiam, & tamen iſtud eſt falſum ſe-
cundum eum.l.nō amplius.§.fi.cum l.ſeq.j. eodem.ſed errat,
84 † quia imò in legato partis omnium bonorum non tranſit
dominium rerum ipſo iure, prout tenent Petr. Cyn. Bartol.
Bald.Angel.Imol.& Paul.de Caſt.in l.ſi quis bonorum. j.eod.
* & *ita tenent* omnes,excepto Bartol.in d.l.non amplius. §. final.
& ibi ipſemet do.Alexand.ſibi contrarius ita tenet, & dicit ita
eſſe communem opin. Ad l. ſeruum filij. § fi. allegatam per
Bartol. reſpondent Imol. & Modern. etiam tenendo intel-
lectum Bart.quòd hic ex vi verborum ſingulæ res continen-
tur,ibi nō,niſi in conſequentiam vſusfructus legati, ne vſusfr.
fundi ſine ſeruitute viæ ſit inutilis.Confirmo vltrà Scriben.
per doctrinam,quam ad d. l. ſeruum filij. §. final. tradit idem
Bartol.in l. vxorem.§.agri plagam. ff. de legat. 3. & in l. ſi fide-
85 iuſſor. §. meminiſſe. infra eod. † quòd quando natura ver-
borum importat illud, tunc non dicitur tacitè legatum, ſed
expreſsè.Item illud dicitur expreſſum, quod continetur ſub
generalitate verborū, ſm Bar. in l.prætor ait.in prin.vbi dixi.ff.
86 de oper. no. nun. ¶† Subdit Bart. ꝙ ſicut actio cōpetens hr̄di
non tranſit in fideicommiſſariū vniuerſalem,niſi facta reſtitu-
tione, ita actio competens primo legatario non tranſit in ſm
legatariū, cui primus eſt grauatus fideicōmiſſo, niſi facta reſti-
tutione.l.Impator.in prin.& l.ſi legatarius. ff.de leg.2.ꝙ intelli-
ge,vt declarat Bar.in l ſi quis ſeruum.§.certā.per illū.tex.j.tit.1.
87 Adde,ꝙ per hoc infert. d. Alex. ad practicam, ꝙ † ſi teſtator
legauit Titio fundū ſuum,& ab eo legauit, vel per fideicom.
reliquit Sempronio,quòd dominium iſtius fundi, quod recta
via tranſit in primum legatarium, non tranſibit incontinenti
in ſecundum abſque reſtitutione, ne duo reperiantur eſſe
domini inſolidum, quòd eſt impoſſibile. l.ſi vt certo. §. ſi
duobus vehiculum. ff. commod. & ſic primus legatarius
tenetur cedere ſecundo actiones, per dict. l. Imperator. &
dict. l. ſi legatarius, & ita dicit tenere Imol.contra Dyn. in
l.vnum ex familia. §. ſed ſi vno. inf. titul. 1. & dicit ſe credere
quòd iſtud inuenies in paucis locis, ſed mirandum eſt de.
domin. Alexand. qui dicit iſtud tangi in paucis locis. vnde
de hoc habes gloſſ. ordinariam, & expreſſam in l. 2. in verbo
in rem. C. communia de legat. quæ tenet opin.Dyn. & Bald.
ibi eam ſequitur. Nec obſt. ratio, quam ipſe adducit contra
Dyn. quòd duo reperirentur domini inſolidum. Nam ex
quo à primo legatario dominium ſtatim tranſit in ſecun-
dum,ergo penes primū non remanet,ergo non ſunt duo do-
mini inſolidum.tn̄ Pau. de Caſt.in d.l.2. dicit, ꝙ ſi teneremus
opi.illius gl.ꝙ.eodē momento, quo dominiū tranſit in primū
legatariū,eodē momento tranſiret in ſm, certè primum mo-
mentaneum, quia nullius vtilitatis,nihil valeret. l. qui ſic.ff de
ſol.vnde ad hoc,vt primum legatum ſit validum, tene quòd
dominium nō trāsferatur ſtatim à primo legatario in ſm, ſed
requiratur reſtitutio,vt ibi per eum,& vt dixi, eſt mirum,ꝙ d.
Alex.non habuerit notitiā de gl.ordinaria.Bal.& Pau. de Caſt.
in d.l.2.C.communia de leg.& bene facit deciſio Bar.hic,quia
ſi in ſm legatariū non tranſeunt actiones, ergo nec rei vendi.
ergo nec ēt dn̄ium.Item ꝯ doct.Bar.facit tex.in l.ſi quis ſeruū.
88 §.certam.inf.de leg.2.† Reſponde ſm Bar.ibi, vbi per illū text.
tenet, ꝙ licèt ſecundus legatarius non habeat directam actio-
nem ſine ceſſione,habet tamen vtilem,quia cū habeat directā
actionem,quam habet primus legatarius contra hęredem,per
conſequens habet vtilem.l.nomen.§.1.C. quæ res pig.ob. poſ.
Poteſt.n.intereſſe ſecundi legatarij, ꝙ primo non ſoluatur, ne
primus conſumat,ita dicit ibi Bartol. & iſto modo not. limita
89 deciſ.Bar. hic. ¶† Secunda differentia Dyn.eſt,quia fideicom.
vniuerſale valet, quamuis hæreditas non ſit ſoluendo, quia
iſtud non eſt nociuum creditoribus, quia fideicom.vniuerſa-
lis tenetur ſoluere creditoribus, ſicut & hæres. ſecus in legato
ſingulari.l.ſi hæres ab eo.ff.ad Trebel.quia legata,& fideicom.
particularia nihil valent, quando deducto ære alieno nihil
ſupereſt de hæreditate. l.ſi vniuerſæ.C.de leg.Subdit Bar. quòd
idem eſſet in legato particulari, qn̄ poſſet dari caſus, in quo
legatum non noceret creditorib. quando hæreditas non eſt
ſoluendo,& exemplificat,qn̄ hodie hæres non faceret inuenta
rium,quo caſu vltra vires hæreditarias tenetur creditoribus,&
legatarijs.Tu vltra Bart.exemplifica alijs duob.notabilib.mo-
dis,puta quando res legaretur,puta fundus,cum hoc, ꝙ lega-
tarius ſatisfaciat creditoribus,tunc valet legatum,quia non eſt
præiudicium creditorum.gl.eſt not. in l.ſeruum filij. §. ſi idem
ſeruus.in verbo in fraudem.& ibi Ang.& Mod.ad hoc no.inf.
eod.& ad hoc reputant ſing.Paul.de Caſtr.& do.Alex.in d.l.ſi
vniuerſę.C.de leg.& poterit intereſſe legatarij habere fundum
legatum,& ſatisfacere creditoribus de eo, quod valet fundus,
90 † quia intereſt noſtra emere vicinum fundum etiam longè
maiori pretio quàm valeat,ꝑpter vicinitatem.ita dicit text. in
l.ſi cui fundus.ff.de leg.2. vel qn̄ talis fundus fuiſſet maiorum,
ac progenitorum ſuorum, intereſt eum redimere ēt longè
maiori pretio quàm valeat,ēt in pupillo.text. eſt not. in l. ſi in
emptione.ff.de mino.Secundò exemplifica, quādo eſſet lega-
ta pars bonorum.l.ſi quis ſeruum.§.fi. cum l.ſeq.infr. de leg. 2.
cùm bona intelligantur deducto prius ære alieno, & ſic prius
debet ſatisfacere creditoribus. l. ſubſignatum. §. bona. & l.
Princeps bona.ff. de verb. ſign. Tertia differentia ponitur per
91 gl.in l.cum filio.in verbo retenturū.infr.eo. † ꝙ ſi ſit fideicom.
vniuerſale purū, & fideicōmiſſarius decedat ante factam ſibi
reſtitutionem, illud fideicom. vniuerſale quamuis purum
non tranſmittit ad hæredes, ſecus in legato particulari puro,
quia cùm tranſeat dominium ipſo iure,tranſmitit ad hęredes.
• ſed iſta differentia eſt falſa in primo membro, & eam repro-
bant Bartol.& Docto.in dict.l. cum filio.in pen.colum. in 4.q.
92 vbi dicam.¶† Quarta differentia eſt, quia fideicom. vniuer-
ſale factum ſub conditione,ſi fideicommiſſarius decedat pen
dente conditione, illud non tranſmittit etiam ad liberos, &
deſcendentes ſuos, ſecus eſt in legato ſingulari facto ſub con-
ditione, quia ſi legatarius moriatur pendente conditione,
bene tranſmittit ad liberos,& deſcendentes ſuos, licèt non ad
alios.ita tenet gloſſ. in l. is cui ſub conditione. §. final.ff. de act.
& oblig.ſed illam gl.reprobat Bartol.& bene, per text.expreſ-
ſum in l.vnica. §. ſinautem ſub conditione. vbi etiam Bald. &
Raphael.ad hoc not.C.de cadu.tollend. & contrarium tenent
gloſſ. Bartol. & omnes in l.vnica.C.de his, qui ante aper. tabu.
gloſſ. in l. hæredes mei §. cùm ita.in verſicul. ſuſcepiſſe. ff. ad
Trebel. & illam gloſſ. in dict. l. is cui: etiam reprobat Bald. in
cap.1.qui ſucce. teneantur. & in l. ſi pater. in 4. q. C. de inſti.
& ſubſtitu. & in l. ſi plures. in 6. column. C. de condi. inſer.
& in l.ſi perſona. C. de fideicom. & in l. ſi auus. in 3. column.
C.de liber. præte. do. Ant. de Butr. in c. Ray. in 1. column. ad
fin.de teſtam.Oldr.Laud. in conſil. 131. incip. quidam habens
tres filios.d.Alex.in conſi. *92.3*.volu. quod incipit ſuper eo, de
quo quæritur in ſuperiori themate. in 2. col. vbi etiam dicit,
93 quòd gl. in d. l. is cui. eſt *communiter approbata.* ¶† Adde bene
* facere,ꝙ pendentia conditionis etiam in filio impedit trāſmiſ
ſionē.l.ſi cui legetur.§.j.& ibi Bal.& Floria.ad hoc no.infr.eod.
Item adde tex.no.in l.in cauſæ.2.in §.Pomponius.cum glo.ff.
94 de mino.& ibi Bald.not.caſum valde quotidianum, quòd † ſi
teſtator reliquit nepoti ſuo domū, vel fundū, & adiecit, quòd
ſi talis nepos quandocunque decederet ſine filijs maſculis,
quòd talis domus, vel fundus reuertatur ad hæredem, quem
inſtituit, pone quòd hæres prius moriatur, deinde poſt eum
decedit nepos ſine liberis maſculis,nūquid illa domus,vel fun-
dus de-

dus debebitur hæredib. primi hæredis prædefuncti? Determinat singulariter, ꝙ non, quod valde no. quia quilibet prima facie crederet ꝯtrium. sequitur D. Alex. in l. Gallus. §. etiam si parente. ff. de lib. & posthu. & in l. qui liberis. §. hæc verba. in 2. col. ff. de vulg. & pup. vbi reputat hoc esse bene nota. & dicit ibi be
95 ne probari. & latius idem D. Alex. in l. fi. C. de leg. ¶ † Quinta differētia est, quia legatum cedit statim à morte testatoris, sed fideicō. vniuersale solùm ab adita hæreditate, & sic fideicom. vniuersale tardius cedit, quā legatum particulare. l. quidam ita. in prin. ff. ad Treb. gl. expressa in l. 3. ff. de reg. Cato. de quo ponit Bar. in l. cùm filio. in pen. col. in 5. q. j. eodem. & ibi dicam.
96 ¶ † Sexta no. differentia est, quia fideicom. vniuersale non potest cedi, & consequenter non potest restitui illi cessionario, q̄ est procurator in rem suam, secus est in legato, vel fideicom. singulari, tex. est solennis, & no. dignus in l. si mulier. §. ex asse. ff. de iure dot. & non est alibi in iure, s̄m Bal. in c. nonnulli. in 6.
97 col. vbi limitat. de rescrip. Ratio, † quia iura passiuè hæreditaria non possunt in alium transferri ex ꝯtu, ideo non pōt restitutio fideicom. alteri fieri quàm illi, cui testator iussit, s̄m Bal. in l. 2. in 1. opp. C. de pac. & in l. sancimus. in 2. col. C. ad Treb. & tex. propriè in d. §. ex asse. assignat rōnem, quia tunc restitutio non fieret, s̄m ꝙ testator disposuit, adde nec s̄m verba Sena-
98 tusc. Treb. s̄m Bar. in l. qui ita. §. 1. ff. ad Trebel. † nec à verbis Senatusc. Treb. potest recedi. s̄m Bal. in rub. extra de procu. in
99 10. col. ad fi. ¶ † Septima, & vltima differentia est, quia fideicō. vniuersale non potest fieri fratribus minoribus, eo quia succedit loco hæreditatis. l. si filius. §. 1. ff. ꝙ cum eo. & l. 1. §. de illo. & ibi Bar. ff. ad Treb. sed fratres minores sunt incapaces hæreditatum. clem. exiui de paradiso. de verb. sign. secus in legatis particularibus, quia potest relinqui fundus, vel aliud simile fratribus minoribus, vt vendatur, & ex pecunijs subueniatur eorū necessitatibus, vt est tex. in d. cle. exiui de paradiso. §. ad hæc. & ponit latè Bar. in trac. suo minoricarum, cum concor. hic traditis per D. Alex. ¶ Extra glo. quærit Bar. quia pro legatis competunt tres actiones, actio personalis ex testō, rei vendi. & hypothecaria. ¶ Quærit Bar. q̄n, & q̄uo, & pro quib. legatis competant istæ tres actiones, & vt sunt tres actiones, faciam tres
100 quæstiones. ¶ † Circa actionem ex testō, quando competat, Bar. facit tria membra. Tu autem dic melius faciendo regulā cum tribus ampliationibus, & quinque fallentijs. Regula sit, ꝙ cū legatum contineat alterius vtilitatem, & valeat de iure cōmuni, tunc pro tali legato competit actio ex testamento. Istā regulam ampliat primò Bar. siue legatum sit factum in testamento, siue in codicillis, quia etiam pro legatis factis in codicillis competit actio ex testamento, & ad hoc Bar. alleg. duas glo. Adde tres alias gl. in l. 3. in ver. ex eo. ff. de iure codicil. & in l. 1. ff. de testa. & in §. fi. Insti. de codi. Bene facit, quia appellatione testamenti, largo modo veniunt codicilli, prout latè dixi. s̄.
101 in rub. ¶ † Secundò amplia, q̄n testām̄ rumpitur ex causa præteritionis filij, vel exhæredationis, quo casu sustinentur legata, & fideicom. per Auth. ex causa. C. de libe. præte. certè talia legata petuntur per actionem ex testamento, per tex. no. in l. fin. ad fi. ff. de hære. insti. & ita tenet Bar. in l. 1. in 9. q. ff. de iure codi. & in Auth. ex causa. in pen. col. C. de liber. præte. & in l. filio præterito. ff. de iniusto rup. & in istis locis refert Bar. ita fuisse pronunciatum per D. Thadeum de Pepulis de Bononia, qui in iuuentute sua fuit valens in iure. Bene facit, quia cùm talia legata sustineantur de iure communi, & non aliquo iure, vel priuilegio singulari, & alterius vtilitatem contineant, meritò competit actio ex testamento, quia sumus in doctrina Bart. in primo
102 membro. ¶ † Tertiò amplia etiam pro legatis, quæ debentur ex edicto de leg. præstan. quando filius præteritus contratabulat testamentum patris, nam contratabulato, & expugnato testamento sustinentur legata, & fideicommissa facta cōiunctis personis per illud edictum de leg. præstan. & tunc pro talibus legatis competit etiam actio ex testamento. ita singulariter tenet Bal. in l. 1. in vltimis verbis. C. de bon. pos. contratab. & ibidē Angel. per tex. in l. 1. C. communia de leg. circa medium ibi, & præcipuè cum talia sint legata. Sed aduerte, q̄uis non reperiam reprobatum, & magna sit authoritas Bald. & Ang. præsertim quando non habent contradicentem, teneo contrarium, quia cùm ista talia legata priuilegiata sustineantur per edictum p̄-
103 toris positum in d. tit. de leg præstan. † ergo debet competere actio in factum, quæ competit pro omnibus edictis, iuxta glo. in l. quoties. vbi dixi. ff. de præscrip. verb. non autem debet cō-
104 petere actio ex testamento. Et si dicas, quæ † vtilitas est, an cōpetat actio in factum, an actio ex testamento? dic, ꝙ vtilitas est euidens, quia actio ex testamento habet naturam actionū bonæ fidei, vt fructus, & interesse veniant à tempore moræ. l. in minorum. C. de in integ. resti. min. sed actio in factum est stricti iuris, vnde fructus, & interesse non debentur, nisi à tempore litis contest. l. cùm fundus. in prin. vbi dixi. ff. si cer. pet. Secundò moueor contra Bar. & Ang. quia quando legata sustinētur de iure communi, puta ex causa præteritionis, vel exhæredationis, tunc pro talib. legatis bene competit actio ex testamento, vt dixi in præcedenti ampliatione, secus quando sustinentur de iure speciali aliquo speciali fauore, vt quando conditio apposita legato habetur pro impleta fauore libertatis, tunc non competit actio ex testamento. sed actio in factum prætoria, vt dicam statim. j. in secunda limitatione. sed per edictū de leg. præstan. sustinentur legata non communiter, sed speciali fauore personarum. s. pro personis coniunctis tantū, ergo nō debet competere actio ex testamento, sed actio in factum. Tertiò moueor, quia quando legata sustinentur per edictum. ff. si quis omis. cau. testa. tunc non competit actio ex testamento, sed actio in factum prætoria, vt dicam statim. j. in tertia limi-
105 tatione. ¶ Limita istam regulam quinque modis. † Primò, quando legatum non concernit vtilitatem alterius, sed solùm honorem, & authoritatem * testatoris, tunc non cōpetit actio ex testamento, sed solùm officium iudicis, secūdum Bart. hic, per tex. in l. Quintus Mutius. in ver. Pomponius. & in vers. seq. ff. de annuis leg. puta, quando testator grauauit hæredem, ꝙ faceret sibi testatori sepulchrum, vel aliquam statuam, istud legatum nullius vtilitatem continet, & vltra Bar. adde duos tex. in l. hæreditas. ad fi. ff. de peti. hæred. & text. in l. Meuia. ad fi. ff. de manumis. testa. & isto casu etiam posset competere iudic. famil. ercis. quando essent plures cohæredes, s̄m Pau. de Castr. p̄ tex. in l. his consequenter. 1. ff. famil. ercisc. sed non aduertit, ꝙ istud idem dicit tex. allegatus per Bar. in d. l. Quintus. in ver. Pō
106 ponius. & in ver. aliter atque. † Secundò limita, q̄n legatū cōtinet vtilitatem alterius, sed non æstimabilem per pecuniam, puta, quando hæres, vel legatarius grauantur emancipare filios, tunc pro tali emancipationis legato non competit filijs actio ex testamento, sed officium iudicis. tex. est in l. si cui legatum. ff. de condi. & demon. & in l. filiusfam. §. secundum vulgarem. j. eo. & istum casum omisit Bar. qui potest in hoc dici de-
107 fectiuus. † Tertiò limita, quando conditio adiecta legatis habetur pro impleta, vt est, quando stat per hæredem, cui debet impleri. l. iure ciuili. ff. de condi. & demō. tunc habetur pro impleta de iure communi, & competit actio ex testamento, si autem habetur pro impleta iure speciali, puta fauore libertatis. l. cùm ita datur. ff. de condi. & demon. tunc competit actio in factum, vel officium iudicis, vt l. si peculiū. §. is cui seruus. ff. de stat. libe. ita tenent Bar. Imo. & Raph. Cum. in l. in testō. 2. in vlt. q. ff. de condi. & demon. Ang. in l. 1. C. de insti. & substi. vbi di
108 xi, quicquid ibi teneat Saly. ¶ Quartò vltra Bar. limita, † q̄n filius institutus repudiaret in fraudem ex testō, & veniret ab intestato, quo casu legata sustinentur per edictum. ff. si qs omis. cau. testam. tunc competeret actio in factum prætoria, & non actio ex testamento, secundum Bar. in l. si pecuniam. ff. si quis omis. cau. test. Bal. & Sal. in l. fi. C. eo. facit tex. in l. duo hæredes. ff. si quis omis. cau. test. dum dicit, perinde habetur, ac si ex testamento hæreditatem adijsset prætorio iure, pondera illud p̄torio iure, ergo debet competere actio in factum. Nec ob. tex. in l. si eadem. in ver. vendicauit. ff. si quis omis. cau. test quia procedit si adeatur ex testō, si autem ab intestato omis. cā testam.
109 tunc competit actio in factum prætoria. ¶ † Quintò limita, q̄n testator in testō disposuisset, vel q̄n statuto caueretur, ꝙ legata, vel fideicōmissa debeantur ēt hæreditate non adita, tunc competit cōdictio ex lege, vel statuto, vel officiū iudicis, non autem actio ex testō, ita singulariter tenet Bal. in l. 1. in vlt. col. C. si quis omis. cau. test. vbi reputat istud suum nouū dictum. Bene facit, quia hæres adeundo hæreditatem dicitur quasi cōtrahere cum legatarijs. l. apud Iulianum. §. fina. ff. ex quib. cau. maio. §. hæres. Insti. de oblig. quæ ex quasi contractu. Ex quo oritur actio personalis ex testamento contra hæredem, ergo si non adijt, non potest ꝯ eū oriri actio personalis ex testamen
110 to. † prædicta procedunt posito pro vero, ꝙ testator possit talem clausulam in testamento apponere. s. ꝙ valeant legata etiam non adita hæreditate per hæredem. & Bal. ibi inclinat, & bene, ꝙ non, quia nulla clausula valet, nisi confirmetur per aditionem. l. si iure. ff. de leg. 3. vbi tenet Bar. ꝙ si non valet testamē tum, non valet etiam clausula cassans & irritans, in eo apposi
111 ta. habetur in l. nemo potest. j. eod. ¶ † Quantum autem ad statutum disponens, ꝙ legata, & fideicommissa debeantur nō adita hæreditate. D. Alex. hic in pen. col. dicit non esse dubitandum valere tale statutum obligans hæredem ad legata, etiam si hæreditatem non adierit. mouetur per illud, quòd apertè tenet Bald. in l. dotis. C. de iure dotium. per glo. no. ibi ad fin. quæ dicit,

* Vtilitatem.

dicit,conueniuntur,etiam si non sint hæredes,per quam gloss.
112 decidit ibi Bal. † valere statutum, quo cauetur filium teneri ad debita patris,etiam si eius hæreditatem repudiauerit, sicut valeret pactum factum super hoc per filium cum creditorib. prout tenet gl.in rubr.C.de decre.decu.lib.10.& illam decisio. Bal.sequitur Pet.de Anch.in c.canonum statuta.de constit. in ver.vlterius quæro,scriptum est.Imo.in c. pe. ad fi. de consue. Io.de Ana.in c.2.de delict.puero. Alij nihil tangunt. Ego autē teneo contrarium,quia termini non sunt pares,quia Bald. loquit in filijs, quos facilius statuta obligāt ad debita paterna,& econtra,per gl.in d.rub.C.de decre.decur.lib.10. Bal. in l. 1. in 2.q.C.ne filius pro patre.sed d.Alc.loquitur quo ad extraneū hæredem non adeuntem hæreditatem, ꝙ valeat statutum eū obligans ad legata.Secundo Bal.loquitur in creditoribus, qui tractant de damno, & nos in legatarijs, qui tractant de mero lucro,& sic par non est ratio lucri,& damni.l.fi.in fi.C.de codi. Tertiò,quia resultaret maximum absurdum, ꝙ testator pauper posset obligare vnum diuitem ad magna legata, instituendo eum heredem, ex quo obligatur ad legata etiam si hæreditatem non adeat.ergo statutum esset irrationabile, ergo nihil
113 debet valere, † quia ad hoc, vt statutum valeat, debet esse sanctum,& honestum.c.erit autem lex.4.dist.Bart. in l. omnes
114 populi.in 3.q.3.q.prin.ff.de iust.& iur.¶ † Secunda quæstio de actione in rem,& sic de rei vendicatione, an & quando competat,vt clarius,& ordinatius habeas,quæ traduntur per Bart. aduerte,ꝙ ad hoc,vt legatario competat rei vendicatio,requiritur,ꝙ dñium rei legatæ sit ipso iure trāslatum in eum.l.à Titio.in fi.ff.de fur.quia rei vēdicatio præsupponit dñium in agē te.l.in rem.& l.officium.ff.de rei vendi.& c.examinatā.de iudi.
115 ¶ † Vnde ad hoc,vt dominium rei legatæ ipso iure transeat in legatarium,ex dictis Bar.quatuor debent cōcurrere.Primò, ꝙ sit legatum,rei particularis,non autem vniuersale, vel generale,declarando tñ,vt per Bar.vt statim dicam.Secundò, ꝙ legatum sit in specie certa,non autem in quantitate,nec in gñe, nec alternatiuum.Tertiò,ꝙ res sit testatoris, non aūt hæredis, & multò minus alterius tertij,& sic aliena. Quartò,ꝙ legatum sit expressum,non autem tacitum.Quintò vltra Bar. requirit, ꝙ legatum sit purum,non autem in diem ēt certum, & multo minus conditionale,& in hoc vltim.Barto. fuit defectiuus.
116 † Nam licèt dies certa non impediat transmissionem legati ad hæredem.l.si cùm dies.ff.quando dies leg. ced. impedit tamen translationem dñij,vt est tex. reputatus sing. in l. Sēpronius Attalus.ff.de vsufru.leg.& ista quinque requisita sunt necessaria ad regu.d.l.Titio.in fi. vt dominium ipso iure transferatur in legatarium.Examinemus per ordinem ista quinq; requisita,& istam materiam totam claram habebimus circa legatum vniuersale,quia Bar.confusè loquitur,& Doc. non de-
117 clarant.Tu dic clarè,ꝙ triplex est vniuersitas.¶ † Quædā est vniuersitas iurium,vt hæreditas, quæ continet iura hereditaria actiuè,& passiuè,& potest consistere sine vllis corporib. nā hæreditas etiam sine vllo corpore iuris intellectum habet. dicit tex.in l.hæreditas.in prin.ff.de peti. hæred. & in hoc dic, ꝙ pro fideicommisso vniuersali hæreditatis non competit rei vendicatio,nisi facta restitutione per hæredem.l. restituta. & l. facta in princ.ff.ad Treb.& idem quando legatur pars hereditatis.(Intellige,quando legatur ab ipso hærede, secus si à legatario)l.mulier.§.fi.ff. ad Treb.¶ Quædam est vniuersitas corporum,vt grex,quia sola corpora continet.§.grege.Insti.de lega. & tunc competit rei vendicatio non solùm ad singula corpora,sed etiam ad totum gregem.l.vendicatio. ff. de rei vendica. & l grege.ī.eo.¶ Quædam est vniuersitas iurium,& corporū, & sic mixta,vt peculium,ꝙ continet obligationes, & actiones actiuè & passiuè,& sic iura.Item species,& sic corpora.l.si peculium.in prin.ff.de pecu.leg.declarat gl. in d. l.vendicatio. & declarat Bar.in rub.ff.sol.mat.in vlti.colu. & tunc licèt Bartol. æquiparando dicat,quòd quando est vniuersale, quia legatur peculium, & grex, quòd vendicantur per d.l.si peculium. in prin.Quantum ad gregem bene dicit,quia totus grex simul,& etiam singula corpora gregis possunt de per se vendicari, vt est tex.in d.l.vendicatio. sed quātum ad peculium verum est, quòd singula corpora,quæ sunt in peculio, possunt de per se vendicari,ita propriè loquitur tex.quem allegat Bar.in l.si peculium.in prin.& in d.l.vendicatio.sed ipsum peculium, prout est vniuersitas iuris,vendicari non potest,vt est text. expressus.in d.l.vendicatio.quamuis verba Bart.innuant, sed debent sanè intelligi,& declarari secundum l. quam allegat, vt dicit Bar.in l.non solùm.2.§.si liberationis verba.in vlt.col.ī.de libe. leg.Idem Bar.in l.cùm quidam.de his quib.vt indig.Saly.in l.si ex cautione.in 10.col.C.de non num.pec.Io.And.in cap. cùm nuncijs.de test.¶ Secundò requiritur, quòd legatum sit in specie certa,non autem in quantitate,nec in genere, nec alterna-

tiuum, nam quando legatur quantitas, vel homo in genere, tūc propter incertitudinē non pōt dici trāslatum dominium.
118 Hinc est,† ꝙ si legaretur certum corpus nummorum,puta lego centum,quæ habeo in tali capsa, tunc bene transfertur ipso iure dominium,& sic competit rei vendicatio.text.est not. & melior de iure in l.1.§.si decem, quæ in arca. in verbo. ipso iure 10.vendicabit.ff.vt leg.nom.caue.Ratio,quia tunc non iudicatur quantitas,sed certum corpus,& vt species certa. l. talis scriptura.in ver.item si legetur pecunia, quæ in arca est, in verb.species legatur.& in l.planè.in prin.in versi.sed hoc ita.& in l.sed si certos.& in l.seruus legatus.§.qui quinque.ī.eo. & in l.si certo.ff.de verb.obl.& in l.hæc venditio.§.1.& ibi gl. not. in
119 verb.quanti.ff.de contrahen.empt. † Similiter, quando legatum est alternatiuum propter incertitudinem non transfertur dominium,nec competit rei vendicatio, nisi facta declaratione.l.huiusmodi.§.Stichum.ī.eo.& l.apud Aufidium.ff.de opt. leg.Adde rationem esse,quia quando aliquid est in obligatione,si tamen incertum est,quid futurum sit in solutione, nunꝗ dñium talis rei legatæ transit in legatarium,nisi constiterit, qd sit soluendū,patet propriè in legato alternatiuo,in quo vtrunque est in obligatione,sed incertum est, quid sit in solu. l. planè.§.si ita Titio.ī.eo.& l.illud in prin.& ibi gl.ff.de consti.pecu. & in l.cùm is qui.§.fi.& ibi glo.ff.de condi.indeb.& tamen antequam declaretur,nunquam transit dñium in legatarium. d. l.huiusmodi.§.Stichum.& d.l.apud Aufidium.& glo.in d.l. in rem.ff.de rei vend.Rō rōnis est, ne contingat dñium esse frustratorium, si heres postea eligeret aliud soluere, ſm Are.in l. non amplius.§.cùm bonorum.ī.eo.Confirmatur,quia quādo
120 testator legando sensit de certa re,† nec appareat de qua senserit,statur declarationi hæredis, & ante declarationē hæredis non transit dñium in legatarium,ita probat tex. in l.legato generaliter.in ver.si de certo.iuncto ver.aut si appareat. ī.eod. & ibi no.Are.in 3.no.& reputat semper tenendum menti. Sed ꝯ ista allego tibi tex.nam si testator legat duobus separatim eandem rem,hoc acto,ꝙ cuilibet debeatur insolidum, quo casu necesse est,ꝙ vni soluatur res, alij æstimatio, & sic incertū est, quid futurū sit in solutione.l.si plurib. ad fi.ī.eo. tamē à principio trāsit dñium in vtrumq; pro parte.tex.est in l.3.& ibi Bart. in fi.ad hoc no.ff.de ser.leg.quamuis contrarium teneant Bart.
* *& communiter alij* in d. l. si plurib. sed non faciunt mentionem de tex.in d.l.3.vbi est casus in oppositum. dixi in d. l. si plurib. ¶ Tertiò requiritur, ꝙ res sit propria testatoris, non autem hæ-
121 redis,& multo minus aliena,quia † testator non potest transferre dominium rei alienæ,nec etiam hæredis. l. si hæredis seruus.ī.eo.eo quia non potest quis in alium transferre, qd non habet.l.traditio.ff.de acq.rer.dom.& c.quod autem. de iure patro.& malè dat,qui non habet.l.si vniuersæ.& ibi Bar.C.de lega.Item secundum Bar.s.in 3.col.super pen.parte glo. cū testator non habeat tunc dñium verè, & realiter,nec causatiuè cā immediata,ideo non potest illud directò transferre. Amplia, ꝙ istud procedat etiam si testator legaret rem alienam cū expresso consensu dñi, adhuc non transfertur dominium in legatarium,nec sibi cōpeteret rei vendicatio.ita sing.tenet Ang. in l.1.circa fi.C.communia de leg. Mouetur, quia speciale est in legato, ꝙ dñium ipso iure transeat in legatarium absq; traditione,ꝯ l.traditionib. C.de pact. ergo procederet in legante, non autem in consentiente,quia ista differunt,& aliud est legare,& aliud leganti consentire.l.aliud est vendere. ff. de verb.signifi.Item aut vis, ꝙ legatarius habeat dominium à testatore legante,& istud non potest dici, quia testator non erat dominus. Aut vis,ꝙ habeat propter consensum dñi, & istud etiam non potest dici,ex quo dominus non legat, ergo sine traditione non potest dñium transire,tamen posset dici, ꝙ istud argūm Ang. procedit separatim,non autem simul, iungendo legatū testatoris,& consensum expressum domini. Adde, quòd for-
122 tius tenet Bal.in d.l.1.in 5.col.C.communia de leg.† ꝙ etiam si testator legat rem hæredis cum expresso consensu ipsius hęredis,adhuc non transfertur dominium in legatariū sine traditione,quia solo consensu transferri non potest, nisi res esset penes legatarium.l.quædam mulier.ff.de rei vendi.& l.qua rōne.§.interdum.ff.de acq.rer.dom.Sed tu pondera,ꝙ Bart.sentit contrarium.s.in 3.col.dum dicit,quædam nō habemus verè,nec causatiuè,vt est res aliena,nisi testator redimat, vel dominus consentiat,ergo vult, ꝙ quando dominus consentiret testatori leganti,transferretur dominium in legatarium:quando autem legatur expressè res certa,& propria testatoris, tūc dñium transferretur ipso iure in legatarium.d.l.à Titio. in fi.&
123 sic competit rei vend.¶ † Amplia duob.mod. primò,vt procedat,ēt si res propria testatoris possideretur per tertium,& testator legat mihi rei vendicationem, quæ sibi competit, quia videtur legare ipsam rem, dominium ipso iure trāsit in legatarium,

tarium,ſecundum Bald.in l.ſi creditoris.C.de fideicom.& in l.
124 1.in 2.colu.C.communia de leg.¶ † Secundò amplia,vt pro
cedat etiam quando legatur res,quæ non eſt verè, nec realiter
teſtatoris, ſed cauſatiuè cauſa immediata, vt ſeruitus perſo-
nalis vſusfructus, vel realis,tunc transfertur ipſo iure dominiũ
vſusfr.in legatarium ignorantem, & ſibi competit rei vend.l.ſi
partem.§.1.ff.quemad.ſer.amit.ſecundum Bart.ſ.in 3.colu.ſu-
125 per tertia parte gl.vbi plenè dixi.Limita, † quando legaretur
vſusfr.rerum,quæ vſu conſumuntur,tunc non transfertur do-
minium recta via,ſed requiritur, ꝙ præſtetur cautio à legata-
rio de reſtituendo tantundem in genere,& ea pręſtita transfer
tur,& non aliter. §.conſtituitur. & in §.ſeq. Inſt.de vſufr.& in l.
ſi tibi vini.ff.de vſufr.ea.re.quæ vſu conſu. ita conſuluit Pet.de
Anch.in conſ.368.inc. primum dubium.Iſtud reprobat dom.
Alexan.per text.in l.fi.ff.de vſufr.ea.re. quæ vſu conſu.qui dicit
proprietatem eſſe legatam, ergo oblata cautione ex tunc do-
minium tranſibit ipſo iure in legatarium, per doctr.Barto.in l.
vxorem.§.agri plagam.per illum text.ſ.de leg.3.vbi tenet Bar.
126 † ꝙ ſi teſtator grauauit hæredem, ꝙ vendat talem fundum
Titio pro mille, & Titius offerat illa mille, dominium cenſe-
tur ipſo iure tranſlatum in legatarium,per illum tex.in verbo.
petere. & ſubdit do. Alex. ꝙ non reperit in terminis ab aliquo
ſcriptum. Ego teneo opi. Petr.de Anch. pro qua conſulerem,
& iudicarem,per text.formalem.in l.1.§. ſi decem, quæ in ar-
ca.ff.vt lega.nom.caue.vbi eſt tex.ꝙ quando legatur vſusfr.pe
cuniæ,non transfertur ipſo iure. ibi Bart.expreſsè dicit, ꝙ licèt
iura in titu.ff.de vſufru.ea.re. dicant tranſire proprietatem, ta-
men dicit Bart. ꝙ ipſo iure non tranſit proprietas ex teſtamen
to,prout in alijs reb.quia non fuit legata proprietas, & ſic do-
minium pecuniæ non tranſit incontinenti, ſed ex quadam ne-
ceſſitate, quia aliter non poteſt conſtitui vſusfru. pecuniæ, &
hoc reſpectu dicitur proprietas eſſe legata, quia non poteſt ali
ter ſeparari vſusfru. à proprietate.d.l.fin. & ſic eſt ex natura rei
legatæ,& ita habes text.& expreſſam deciſ.Bar. contra d.Alex.
¶ Nec obſt.illud, quod tenet Bart.in d.l.vxorem.§. agri plagã,
* quia dico, quod illa deciſ. eſt *communiter reprobata* per Scriben-
tes in l.fideiuſſor.§. meminiſſe. vbi dicam.ſ. eod. ¶ Vltimò re-
quiritur,ꝙ legatum ſit purum, non autem in diem etiam cer-
127 tam, & multo minus conditionale, † quia licèt dies certa,
vt dixi, non impediat tranſmiſſionem legati. l. ſi cùm dies. ff.
quando dies leg. ced. tamen impedit tranſlationem dominij,
vt eſt text.reputatus ſingula.in l.Sẽpronius Attalus.ff.de vſufr.
leg.quem text. ad hoc reputat ſing. Ioann.de Imo. hic in pen.
col & illum text.etiam dicit eſſe vnicum in iure Bald.in c.1.in
3.col.ad fin.de plus pet.Adde gl.& Doct.in l.ſi ita ſit ſcriptum.
§.1.ſ.de leg.2.glo.Bald. & Doct.in l.ſi ſeruus Titij.ſ.eod.Barto.
in l.1.in 3.colu.& in l.fin.§.pen.C.communia de leg.& Bar.hic,
& huius poteſt eſſe ratio: nã tranſlatio dominij in legatarium
fit opera, & myniſterio legis.d.l.ſi à Titio.in fi.ff.de furt.ſed lex
128 † nunquam vult facere operationes ſuas in vanum, & fru-
ſtra.l.non cogendum.§.Sabinus.ff.de procu.& l.hæc ſtipulatio.
§.diuus.ff. vt leg.no.ca. vnde lex noluit iſtius legati in diem fa-
cere legatarium dominum,quia fruſtra illud fuiſſet,ex quo le-
gatarius ante diem effectualiter agere nõ poſſet,& ſi ante age-
129 ret,malè ageret.l.1.in fin.ff.quando dies leg. ced.¶ † Succeſ-
ſiuè tangit Barto. ſi teſtator legat rem, pro qua habet publicia
nam,an etiam competat legatario ſine traditione, & ſic an il-
lud, quod eſt dictum in dominio, habeat locum in quaſi do-
minio,ꝙ habet præſcribens,& tenet, ꝙ ſic,per l.cùm ſponſus.
§.1.ff.de pub.in rem act. Adde, ꝙ idem tenet Barto.in l.1.ff.de
pub.in rem act.& in l.in fideic.ff.ad Trebell.Bene facit,quia ea,
quæ dicuntur in rei vendicatione, habent locum in publicia-
130 na.l.eum qui.§.publiciana.ff.de pub.in rem act.¶ † Amplia,
ꝙ etiam ſi perficiatur vſucapio talis rei alienæ, in qua teſtator
habebat bonam fidem,vel hæreditate iacente, vel per hæredẽ,
tranſit dominium in legatarium ipſo iure. glo. eſt valde nota-
bilis vtens termino rei vendica. in l. 1.in fin.in gl.mag. ff.de eo,
per quem fac.erit.& ibi Bald.in lect.antiq.& d.Alexan.hic, qui
multum exclamat illam glo.& Aret.hic, qui eam ad hoc not.
pro ſingulari. Tu aduerte, quòd iſtud procedit,quando vſu-
capio perficitur hæreditate iacente.l. cœptam. ff. de vſucap.
131 † ex quo hæreditas repræſentat perſonam teſtatoris. §. 1.Inſt.
de ſtip.ſer. vnde cenſetur quæſita teſtatori,& ſic bene transfer-
tur in legatarium, ſed quando hæres perficeret vſucapionem,
ex quo nunquam fuit dominium penes teſtatorem, non po-
teſt dici transferri à teſtatore in legatarium,ſicut quando lega-
tur res hæredis. l. ſi hæredis ſeruus. infra eod. Niſi dicas, quòd
hæres in illa re,in qua perficit præſcriptionem,repreſentet per
ſonã defuncti.l.cùm hæres.C.de diuer.& temp.præſc. ergo te-
ſtator dicitur transferre, ſecus eſt in re propria ipſius hæredis.
132 ¶ † Vlt. quæritur de actione hypothecaria, an & quando
competat pro legatis. Barto. facit tria membra, & in omnib.
concludit hypothecariam cõpetere pro legatis, tamen in vlt.
membro dicit, quòd illa hypothecaria eſt vtilis. ¶ In primo
membro, quando pro legatis non competit rei vendicatio,
ſed actio ex teſtamento, quod eſt quando legatur quantitas,
vel genus, aut legatum eſt alternatiuum, vel quando legatur
res hæredis, aut res aliena, non competit rei vendicatio, quia
dominium non transfertur, vt vidimus in præcedenti quæſt.
& eſt glo.notabilis in §. noſtra autem.Inſti.de leg. tunc ſecun-
dum Barto.proculdubio competit hypothecaria etiam de iu
re ſtorum,per l. creditorib. ff. de ſepara. bon.& ita etiam tenet
Barto.in l.is cui.§.poſtquam. ff.vt in poſſ. leg. & in hoc vltimo
Barto. non benè dicit, quia Imperator de nouo talem hypo-
thecariam adinuenit, vt eſt text.in l.1.in verb. nos in præſenti.
C.communia de leg.& in §.1.Inſt. de leg.Nec obſt.dicta.l.cre-
ditorib.quia non loquitur de hypotheca generali, quæ pro le-
gatis inducitur hodie in omnibus rebus teſtatoris, ſed loqui-
tur de hypothecaria inducta à prætore mediante miſſione in
poſſeſſionem, de qua loquitur titulus, ex quib.cau.in poſſ.ea-
tur, & ſic loquitur de prætorio pignore, quando legatarius ex
cauſa legati mittitur in poſſ. l. non eſt mirum. cum gloſſ.ff.de
pigno.actio.¶ Secundò inquantum Bartol.tenet, quòd pro re
legata,pro qua competit rei vendicatio, & ſic vbi tranſlatum
eſt dominium, non competit hypothecaria, quia res ſua non
poteſt ſibi eſſe hypothecata.l.neque pignus.ff. de reg.iur. vnde
competit pro alijs reb.defuncti.l.1.in fin. C.communia de leg.
ita tenet gloſſ. in §. noſtra autem. Inſtit. de leg. gloſ.Barto. &
communiter Doct. in l.1. C.communia de leg.Barto.in l.fina.
* in 2. colum. & ibi plenius Bald. C. de ſacroſan. eccleſ. *& iſtud communiter tenetur*. Bartol. tamen hic dicit poſſe teneri, quòd
etiam pro ipſa re legata competat hypothecaria, per l. in bel-
lo.§.ſi quis ſeruum.ff.de capt.ſed parum facit,quia non dicit,
quòd quando res eſt mea de iure ſpeciali, quòd tunc compe-
tat hypothecaria, ſed bene dicit, quòd qui habet dominium
reuocabile,poteſt per præſcriptionem acquirere irreuocabile,
tamen pro Bartol. quòd quando res eſt mea de iure ſpeciali,
quòd poſſit mihi eſſe hypothecata, adde text. in l.idemque.&
ibi gloſſ.& Bart. ff.qui potior. in pig.hab. ¶ Tertiò inquantum
Barto. tenet, quòd quando pro re legata ſolùm competit of-
ficium iudicis, tunc etiam competit hypothecaria ſaltem vti-
lis,& pone exemplum,quòd legatum continet non vtilitatem
alterius, ſed tantum honorem teſtatoris, vel quando legatur
aliquid,quod non eſt æſtimabile per pecuniam, quib.caſib.ſo-
lùm competit officium iudicis, vt dixi.ſ.in 1.quæſt. vel quan-
do legantur alimenta ſeruo.l.ſeruos.& ibi Bart.ff. de ali.leg.vel
quando legata debentur hæreditate non adita, ſecundum Bal.
in l.1.in vlt.col.C.ſi quis omi.cau.teſt.vel quãdo conditio adie
cta legato habetur pro impleta de iure ſpeciali, ſecundũ Bart.
in l.in teſtõ.2.in vlt.quęſt.ff.de condit.& demonſtr.In iſtis om-
nib.caſib.ſolùm competit officium iudicis, tamen ſecundum
Bart.etiam tunc competit vtilis hypothecaria,per l.hæreditas.
in fin. ff.de peti.hær. & per text. expreſſiorem in l. de pollicita-
tionibus.ff.de polli.ſed certè iſta iura Bart.parum faciunt, quia
licèt dicant,ꝙ vbi datur officium iudicis,etiam datur retentio
bonorum,& ſic compulſio realis, certè per hoc non ſequitur,
ergo etiam competit hypothecaria, iſta non vr bona conſe-
133 quentia,vnde pro Bart.facit ſm † Imo.ꝙ officio iudicis acce-
dat fideiuſſor.gl.& Bart.in l.cùm quis.§. ſi quis pro eo.ff.de ſol.
Bart.in l. Marcellus.ff. de fideiuſ.ergò & hypothecaria, & ante
eum fuit ratio Bart.in l.ſi finita.§.Iul. in pen.colu.ff. de dam.in-
134 fect. confirmatur, † quia bonum eſt argum.de fideiuſſione
ad hypothecam.l.ſi legati.in fin.ff.de mino.dum dicit tex.in pi-
gnore ſicut in fideiuſſore, & cum iſta ratione Imo. tranſeunt.
d.Alex.& Aret.ſed iſta ratio parum,aut nihil valet,quia loqui-
tur in fideiuſſione expreſſa,& verum eſt, ꝙ ſicut ei, ꝙ debetur
officio iudicis,põt expreſsè dari fideiuſſor, ita poſſent expreſsè
bona hypothecari, ſed nos loquimur de hypotheca inducta à
135 lege. vnde pro concluſione Bart. melius facit, † quia officiũ
iudicis largo modo præſupponit obligationem, vt eſt glo.in l.
ſi ſeruum.§.fin.ff.de verb.oblig.Bart.in l.fi.ff.de iniur. ſicut etiã
rei vendicatio largo modo præſupponit obligationem, vt eſt
glo.Inſti.de act.in princ.in verſ. debetur. Vnde ſicut pro lega-
tis pro quib.competit rei vendicatio, competit etiam hypo-
thecaria,idem dicendum etiam, quando ſolum competit of-
ficium iudicis. Et per iſta remanet expedita iſta lex plenius, &
ſubtilius,quàm vnquam eam legerim.

SVMMARIVM.

1 *Legata,& fideicommiſſa æquiparantur in perſonis relinquentium.*
2 *Fideicommiſſum relinquere non poteſt ille, qui teſtari non poteſt.*

*Denegato eo, quod est plus, non censetur denegatum, quod est minus.*
3 *Testamenti appellatione largè continetur qualibet vltima voluntas.*
4 *Fideicommißum relinquere potest etiam ille, qui testari potest.*
5 *Donatio causa mortis est vltima voluntas.*
*Dictio est, denotat veritatem, & substantiam.*
6 *Statutum loquens de vltima voluntate non comprehendit donationem causa mortis.*
7 *Donatio causa mortis in respicientibus ordinationem, vel solennitatem, æquiparatur contractibus. & num. 11.*
8 *Statutum disponens, quòd in testamentis sufficiant duo testes, sufficiunt etiam in donatione causa mortis.*
10 *Donatio causa mortis ita pacto nudo perficitur sicut donatio inter viuos.*
11 *Donatio causa mortis postquam est in esse producta, quantum ad efficaciam, & effectum censetur vltima voluntas. & nu. 19. vbi ponit multa. & num. seq.*
12 *Statutum, quòd mulier non possit contrahere sine consensu duorum propinquorum, an habeat locum in muliere donante causa mortis, vbi tenet contra communem, & quòd ita consuleret, & iudicaret.*
13 *Adultus curatorem habens potest sine curatore donare causa mortis.*
14 *Testamentum non potest sola voluntate testatoris reuocari, nisi faciat aliud æquè solenne.*
15 *Pupillus sine tutoris auctoritate non donat causa mortis.*
16 *Statuta in contractibus minorum, vel mulierum exigentia certam solennitatem, sunt æquissima, & ipsis renunciari non potest etiam cum iuramento.*
17 *Statutum, quod prohibet mulierem non poße contrahere sine consensu propinquorum, non prohibet quin possit testari.*
18 *Testamentum, & donatio causa mortis poßunt quandocunque vsque ad extremum vitæ exitum reuocari. & supra num. 14.*
*Donatio causa mortis reuocatur sola pœnitentia. & supra num. 9.*
20 *Ius accrescendi ita habet locum in donatione causa mortis, sicut in vltimis voluntatibus.*
21 *Donatio causa mortis reuocatur per alienationem voluntariam factam de re donata, sicut reuocatur legatum.*
22 *Mulier nubens intra annum luctus non est capax donationis causa mortis, sicut non est capax habere ex vltima voluntate.*
23 *Cautio Mutiana ita habet locum in donatione causa mortis, sicut in vltimis voluntatibus.*
24 *Actio competens pro donatione causa mortis licèt sit stricti iuris, tamen habetur instar bonæ fidei.*
25 *Falcidia detrahitur de donatione causa mortis, sicut de legatis.*
26 *Donatio causa mortis conseruatur per titulum de lega. præstan.*
27 *Forensi si ex dispositione statuti non potest vendi, nec donari res in æstimo posita, poterit tamen ei donari causa mortis.*
28 *Patronus acceptans donationem causa mortis à liberto, repellitur à contratab. sicut quando acceptat legatum.*
29 *Hæreditas directò in donatione causa mortis relinqui non potest.*
30 *Intellectus ad legem si arrogator. supra de adoptio.*
31 *Statutum prohibens minorem testari, an prohibeat codicillari.*
32 *In correctorijs quando duo casus reperiuntur æquiparati à lege antiqua, quicquid statuitur per legem nouam corrigentem in vno, intelligitur etiam corrigere in alio.*
33 *Probibitus testari ratione ætatis, prohibetur codicillari, & donare causa mortis.*
34 *Codicilli conditi coram tribus testibus non valent, licèt statutum disponat, quòd testamentum possit fieri coram quinque testibus.*

## LEX II.

SCiendum. Ista l. propter breuitatem breuius summari non potest. ¶Not. ex hoc text. secundum Bart. hic probari illud, quod dixit Bart. in l. 1. in pen. colum. s̃. eod.
1 quòd † legata, & fideicommissa ęquiparantur in personis relinquentiũ. Tu potes dicere, quòd in isto text. de legato verbum
nullum, ergo non videtur hic probari ista æquiparatio, quamuis verum sit, quòd ista l. generaliter intelligatur, vt procedat
etiam in legatis, tamen de legato in text. verbum nullum. ¶Vltra Barto. not. ex isto text. duas regulas, vnam negatiuam, &
prohibitiuam, aliam affirmatiuam, & sic permissiuam. Prima
2 regula est, † quòd qui non potest testari, non potest etiam fideicom. relinquere: sicut, qui non potest testari, non potest
etiam codicillari. l. diui. §. pen. supra de iure codi. alleg. hic in gloss. ¶Ex hoc correlariè not. quòd cui non conceditur, quod
est plus, non conceditur etiã, quod est minus. ¶Contra istam regulam facit, quia cui denegatur, quod est plus, non censetur denegatum, quod est minus. text. est not. in l. relegatorum.
§. pen. infra de interd. vbi dicit text. maioribus prohibitum, minores petere non prohibētur, & ex illo text. not. ibi Bart. quod
cui est interdictũ maius officium, potest accedere ad minus, per l. cui pacto. infra de ser. expor. Ad idem facit text. in l. ma-
3 gistratibus. ff. de iurisd. omn. iud. Respon. † quòd testamentum largè comprehendit sub se quamlibet etiam vltimam voluntatem tanquam quoddam genus aptitudine, & potentia, licèt non semper actu, cùm sit voluntatis nostræ iusta sententia de eo, quod quis post mortem suam fieri voluerit. l. 1. & ibi glos. supra de testa. & quod appellatione testamenti largè comprehendatur quælibet vltima voluntas, est gloss. in l. 2. C. communia de leg. & ibi Bald. in 2. col. ad hoc valde not. vnde à quo remouetur genus, remouetur quælibet eius species. l. si quid earum. §. interemptum. infra de leg. 3. glo. in l. 1. §. fin. infra de suis, legi. quæ ratio cessat in contrarijs. ¶Item not. ex hoc tex. regu-
4 lam affirmatiuam, † quòd cui licitum est testari, licitum est etiam fideicommissum relinquere. ratio, quia affirmatiuè cui conceditur, quòd est maius, & potentius, intelligitur etiã concedi, quod est minus. text. est in l. nec in ea. §. 1. infra de adul. & text. in l. in suis. ad fin. supra de libe. & posth. & in regula, cui licet. de reg. iur. in 6. & quod in maiori conceditur, licitum est etiam in minori. dicit text. in capit. per venerabilem. circa prin. qui filij sint leg. ¶Expeditis textualib. capio glo. vnicam, quam diuide in quinque partes. In prima alleg. tres concor. ad text. In secunda ad declarationem ponit, quæ personę non possint testari. In tertia opp. & soluit. In quarta ad ampliationem text. ponit vnum dictum. In quinta, & vlt. remouet aliud contrarium. Secũda ibi, qui autem sunt isti. Tertia ibi, sed opp. Quarta ibi, item èccontra. Quinta, & vlt. est ibi, sed licèt hic parificet. ¶In tertia parte glo. Bart. aliter soluit contrarium in gl. formatum, vt hic per eum. Circa quæ dicta Bart. aduerte in primus, dum Barto. dicit, ꝙ don. causa mor. est vlt. voluntas, pondera,
5 quòd Bart. vtitur † verbo est, importante veritatem, non autẽ vtitur verbo videtur, vel habetur: nam verbum est, importat essentiam, & sic substantiam, & veritatem, vnde aliud est esse talem, aliud haberi pro tali, primum importat veritatem, s̃m fictionem. l. mercis appellatione, & ibi glo. j̃. de verb. sign. Bar. in l. si maritus. §. legis. j̃. de adul. Simili verbo est, ꝙ don. cã mor.
6 sit vlt. voluntas, vtitur Bart. in d. l. tam is. §. 1. ff. de don. ¶† Ex hoc infertur, ꝙ si donatio causa mor. verè est vltima voluntas, ergo statutum loquens de vlt. voluntate, comprehẽdit don. causa mor. ex quo in statutis verba debent verè, & propriè intelligi: contrarium in hoc vltimo tene, quòd statutum loquens de vltima voluntate, non comprehendit don. causa mort. per illud, quod not. decidit Bald. in l. hac consultissima. in pen. colu. C. qui test. fac. poss. vbi stante statuto, quòd qui volunt condere vltimam volun. in secreto non per manum tabellionis, illam scribant, deinde ponant in sacristia fratrum minorum in præsentia septem testium, & habebitur pro publicata, aliàs non, decidit Bal. quòd tale statutum non habet locum in don. causa mor. eo quia don. causa mor. non est merè vlt. voluntas, ideo dicit Bald. stabo iuri communi. Illam decis. Bald. sequitur ibi Fulg. eam etiam sequitur do. Alex. in l. 2. in prin. j̃. de verb.
7 oblig. confirmo decis. Bald. † quia in respicientib. ordinationem, seu solennitatem don. causa mor. æquiparatur contractib. & non vltimæ voluntati, vt j̃. statim dicam. Nec obst. quod Barto. hic, & in d. l. tam is. dicat, ꝙ don. causa mor. est vlt. voluntas per verbum est, quia Barto. non dicit simpliciter, sed statim addit, quòd etiam sapit naturam contractuum. Be-
8 ne verum est, † quòd si statutum disponeret, quòd in testamentis duo testes sufficiant, multò magis sufficerent in don. causa mor. ita tenet Bald. in l. fin. & ibi Ang. & Sal. C. de test. per l. cùm hic status. §. miles. s̃. de don. inter vi. & vxo. sed non eundo per mendicata suffragia, pro isto vlt. tu adde text. not. in l. Marcellus. in princ. infra de don. causa mor. vbi solennitas remissa in vlt. voluntate censetur etiam remissa in don. cã mor.
9 & ibi gl. clarè not. ¶Item inquantum Bart. dicit, † ꝙ don. causa mor. etiam sapit naturam contractuum per gl. ord. in l. 2. in prin. j̃. de dot. præle. quæ dicit, ꝙ don. causa mor. magis accedit donationi inter viuos, & sic contractui, q̃ legato, & sic vltimæ voluntati, & illam gl. reputat sing. Bald. in l. Labeo. in prin. s̃. de pact. similiter dicit Bar. in d. l. tam is. §. 1. ꝙ don. causa mor. plus sapit de natura contractus, q̃ vltimæ voluntatis. Istã conclu. vtrobique confirmat Bart. quia don. causa mor. debet fieri à præsente præsenti. l. inter mortis. j̃. de don. cã mor. secus in alia vlt. voluntate, quæ põt fieri absenti, & ignoranti. l. cùm pater. §. surdo. j̃. de leg. 2. glo. in l. inter vestẽ. j̃. de aur. & argen. leg. Item in don. cã mor. requiritur traditio, vel stipulatio. l. mortis causa donatio. & l. si mortis. §. fin. j̃. de don. causa mor. Et ho
10 die † donatio causa mor. pacto nudo perficitur, per l. si quis argentum. C. de don. sicut & donatio inter viuos. gloss. est de

hoc

hoc reputata sing. in l. cùm pater. §. Meuio. & ibi Bart. ĵ. de lega.
2. quam glo. dicit non esse alibi Bald. in c. 1. ad fin. de confir. vti.
vel inutil. & in l. cùm virum. in 1. col. C. de fideicom. sed est alia
glo. quæ idem dicit in l. 2. in gl. magna. propè. fin. C. de iure dot.
* Et ista est *magis communis* opin. secundum d. Alex. & Aret. hic,
cum concor. alleg. per do. Alex. ¶ Intellige conclu. Bart. & glo.
ordi. in d. l. 2. in princ. ĵ. de dot. præle. quod donatio causa mor.
magis accedat contractui quàm vltimæ voluntati, vt proce-
dat à prin. quo ad productionem in esse, & sic quo ad modũ
ineundi, & quo ad ordinationem, tunc bene donatio causa
11 mor. æquiparatur contractib. † Sed postquàm est in esse pro-
ducta quantum ad efficaciam, & effectus censetur vltima vo-
luntas. d. l. fi. C. de don. causa mor. & l. fin. C. de codicil. ista est
* effectualiter doctr. Bald. hic, *quam cæteri omnes sequuntur, & totus*
*mundus tenet*, & not. idem Bald. in cons. 268. 5. partis. inc. an cæ-
cus possit causa mor. donare. ¶ Prædicta communis conclu.
quæ habet, quòd donatio causa mor. quando in esse produci-
tur quo ad solennitatem, & formam æquiparetur contracti-
bus, & non vltimæ voluntati, facit in practica ad vtilem, & so-
12 lennem quæstio. quam intendo latè disputare. † Statutum per
totam Italiam disponit, quòd mulier non possit contrahere
nisi in contractu interueniat consensus duorum propinquo-
rum, prędicta communis conclusio, quam totus mundus ob-
seruat, facit, quod etiam non poterit donare causa mort. cùm
ad sui ordinationem, & sic ad solennitatem æquiparetur con-
tractibus, & statutum in contractib. mulierum requirit consen
sum duorum propinquorum, & ita in specie consuluit Petr.
a de Anch. in cons. 366.[a] inc. Dubium in hac quæst. facit mixtu-
ra donationis. quem refert, & sequitur do. Alex. hic in vlt. col.
Idem tenent do. Alex. & Aret. in l. 2. in prin. ĵ. de verb. oblig. vbi
reprehendunt Lud. ibi in hoc tenentem contrarium, eo quia
Lud. tenet contra communem doctr. Bald. quam proxi. retuli,
quòd imò donatio causa mort. quo ad productionem in es-
se, & sic quo ad solennitates non æquiparetur contractibus, vt
omnes volunt, sed vltimæ voluntati, & malè, & eum etiam re
probat do. Alex. hic. ¶ Adde vltra eos, quod idem not. consu-
luit d. Abb. in cons. 157. quod est in 2. vol. 40. & inc. factum in
effectu sic proponitur. vbi not. consuluit, quòd statutũ Senen-
se disponens, quòd nulla mulier possit facere aliquem contra-
ctum, vel obligare se in præiudicium dotium suarũ sine con-
sensum mariti, quod etiam non poterit facere don. causa mor.
* vt ibi per eum. ¶ Licèt *omnes ita teneant*, ego teneo contrarium,
& contrarium consulerem, & iudicarem. Moueor multiplici
13 fundamento, & primò, † nam in contractu adulti habentis
curatorem requiritur auctoritas curatoris, & sic adultus ha-
bens curatorem, cùm æquiparetur pupillo, prohibetur per le
gem contrahere, nisi interueniat auctoritas curatoris, & sic re-
quiritur illa solennitas. l. si curatorem habens. C. de in integ. re-
sti. mino. & tamen potest donare causa mort. sine auctoritate
curatoris, & sine illa solennitate, ergo opin. Doct. prox. relata
corruit. Assumptum probo sic, quod adultus habens curato-
rem possit sine eius auctoritate donare causa mortis, quia po-
test facere testamentum, quod est fortius, nec ibi requiritur au
ctoritas curatoris, text. est in l. Aurelio. §. Caius Seius. ĵ. de lib.
leg. glo. Bart. & Doct. in l. 1. §. fuit quæsitum. ĵ. ad Trebell. Bald.
& alij in l. si frater. C. qui test. fac. poss. Ratio est, quia quando
adultus facit testamentum, nõ potest causari lęsio, ex quo po-
test illud ad libitum reuocare, & ideo nec sibi, nec eius hæredi
datur in integ. rest. Ista ratio militat in don. causa mor. imò for
14 tius, † quia testamentum non potest sola voluntate testato-
ris reuocari, nisi faciat aliud æquè solenne. text. est melior de iu
re in §. ex eo etiam solo. Inst. ex quib. cau. test. infir. Bar. in l. si iu
re. ĵ. de leg. 3. & tamen donatio causa mor. ex sola pœnitentia
donantis reuocatur, per l. non omnis. in prin. s̃. si cert. pet. & ita
in terminis, ꝙ adultus habens curatorem possit donare causa
mor. sine aliqua aucto. curatoris, tenet Bald. in l. 1. in princ. s̃. de
tu. & rat. distra. Bald. & do. Alexan. expresse in d. l. si curatorem
habens. C. de in integ. restit. min. quamuis contrarium, & malè
(sub dubio fortè) teneat idem Bald. in cap. 1. §. item sacramen-
ta. in 6. colu. de pa. iura. fir. quem inaduertenter sequitur dom.
Alexan. sibi contrarius hic in fin. Sicut ergo adultus habes cura
torem prohibetur contrahere sine solennitate curatoris, & ta-
men potest donare causa mort. quia eam potest ad libitum re
uocare ita dicimus in proposito, ꝙ mulier, quæ per statutum
prohibetur contrahere, per hoc non intelligatur prohibita do
nare causa mor. ex quo non est sibi præiudicialis sicut contra-
ctus, qui sunt irreuocabiles, vt statim dicam, & per hoc videtũ
mihi, ꝙ corruant fundamenta tenentium contrarium. ¶ Et si
tu subtilis diceres contra istam opin. quam teneo fortiter strin-
gere, ꝙ licèt adultus possit donare causa mor. sine aucto. cura-
15 toris, † tamen pupillus propter imbecillitatẽ intellectus non
potest etiam donare causa mor. text. est qui reputatur ad hoc
sing. in l. 1. in prin. ff. de tu. & ratio. distr. facit l. discretis. & ibi do.
Alex. in 1. not. C. qui test. fac. pot. Modo sic, si pupillus, qui non
potest ꝯhere sine auctoritate tutoris, non potest etiam dona-
re causa mor. pp imbecillitatem intellectus, ergo idem dicen-
dum est in muliere prohibita ꝯhere ex forma statuti sine cer-
ta solennitate, ꝙ pp imbecillitatẽ intellectus prohibeatur etiã
donare causa mor. probo assumptũ ex eo, ꝙ in proposito hu-
ius statuti egregiè dicit Bald. in l. 2. in 9. q. C. de rescin. vend vbi
16 dicit Bald. ꝙ † mulieres, & minores facilè seducuntur, iõ ęquis-
sima sunt statuta, quæ in ꝯctibus minorum, vel mulierum exi
gunt consensum propinquorum, quibus statutis etiam cũ iu-
ramento renunciari non põt, vt ibi egregiè per eum. Similiter
Bal. in c. 2. in pen. col. de proba. dicit, ꝙ talia statuta habent in
se rationem naturalem, quia mulieres, & minores sunt subie-
cti multis deceptionibus pp consilium inualidum. facit bene
tex. in l. cuius bonis. circa princ. s̃. de cur. fur. & in l. imperialis in
prin. C. de nup. qua ergo ratione pupillus, qui non potest ꝯhe-
re sine consensu tutoris, non põt etiam donare causa mor. pp
imbecillitatem, & lubricum ætatis, eadem rõne dicendum est
in muliere prohibita ꝯhere per statutum, ꝙ etiam non possit
donare causa mor. confirmatur, qa si statuentes fuissent inter-
rogati de don. causa mor. verisimiliter idẽ statuissent, ergo de-
bet haberi pro statuto, & expresso, per glo. in l. tale pactum. §.
fin. s̃. de pact. cum concor. quas ibi dedi. ¶ Ista videbantur face
re contra opin. quam ego teneo ꝯ communem, sed istis funda
mentis facilè respondetur ex his, quæ nunc subijcio. ¶ Secun-
dò pro opin. mea ꝯ communem moueor alio bono funda-
17 mento, quia † statutum prohibens mulierem posse contrahe-
re sine consensu propinquorum, non prohibet quin possit te-
stari. l. verba contraxerunt. ĵ. de verb. sign. & vt dicit gl. hic, om-
nes possunt testari, qui non reperiuntur expressè prohibiti, sed
mulier non est prohibita testari nec de iure cõi, nec per statu-
tum, ergo posset testari. Tunc sic, si mulier potest testari sine
solennitate dicti statuti, ergo fortius potest donare causa mor.
sine solennitate illius statuti, quia cui conceditur, ꝙ est maius,
intelligitur etiam concedi, ꝙ est minus, vt hoc text. vbi dixi in
vlt. not. Statutum ergo prohibens mulierem contrahere sine
pręsentia duorum propinquorum, ideo sic prohibuit, qa con-
tractus sunt magis pręiudiciales, cùm sint irreuocabiles. l. sicut
18 C. de act. & oblig. l. in commodato. §. sicut. s̃. commo. † Sed te-
stamentum, & don causa mor. possunt quandocunque vsque
ad extremæ vitæ exitum reuocari. l. cùm hic status. §. oratio. s̃.
de don. inter vi. & vxo. c. cũ Marthæ. de cele. mis. præsertim do-
natio causa mor. quæ reuocatur sola pęnitentia, vt dixi. ¶ Ter
tiò moueor, sicut adultus, qui põt testari, ꝙ est plus, sine aucto
ritate curatoris, ita etiam donat causa mor. vt dictum est. eod.
modo mulier, quæ põt testari, ꝙ est plus, debet posse donare
cã mor. sine solennitate illius statuti, quamuis vterque prohi-
beatur ꝯhere, vnus de iure communi, alius verò ex solennita-
te statuti, sed pupillus non potest testari. l. qua ætate. s̃. de testa.
ita nec donare causa mor. ergo ibi apparet, ꝙ maior imbecil-
litas intellectus iudicatur in pupillo, cùm non possit testari, vt
dixi, pp defectum intellectus, quàm in muliere, quę bene tęsta-
ri põt, ergo non est tantus defectus intellectus, ergo cessant ar-
gumenta, quæ feci in contrarium de pupillo, & ita teneo con-
tra cõem, & si casus contingeret, vt pluries dixi, ita consulerẽ,
& iudicarem, & non habes alicubi articulum ita discussum.
19 ¶ † Dixi secundò, quòd don. causa mor. quo ad effectus æqui-
paratur vltimis volun. per text. in l. fin. C. de don causa mort.
Istud confirmatur ex multis Nam sicut in legatis. & fideicom.
dominium transit ipso iure à morte testatoris absque alia tra-
ditione. l. à Titio. in fin. infra de fur. l. si tibi homo. §. cùm ser-
uus. ĵ. eod. idem est in don. causa mor. in qua non requiritur ali
qua traditio. l. 1. in fin. cum l. sequen. iuncta gloss. s̃. de publi. &
text. in l. si mortis causa donatio. in verbo vendicare. & ibi glo.
expressa. ĵ. de don. causa mor. cum multis concor. hic addu-
20 ctis per do. Alexan. ¶ † Secundò in don. causa mor. habet lo-
cum ius accrescendi, prout & in vltimis volun. l. vnica. §. fin. &
ibi Bartol. & alij not. C. de cad. tollen. Bartol. in l. re coniuncti.
ad fin. vbi dicetur. infra de lega. 3. quamuis secus sit in contra-
ctibus. l. si mihi, & Titio. vbi Barto. & alij. ff. de verbor. oblig.
Tertiò

ADDITIO.

a ¶ In cons. 366. Adde, quòd est cons. 394. licet quidam Mod. Peru. hic dicant se illud consilium inter consilia Petri non inuenire, licèt eius decis. sequantur, pro qua facit, quod dicit Bald. in cap. 1. in 6. col. in vers. quid si vasal. de prohib. feud. ali. per Fed. & refert Mar. Soci. in cons. 29. colu. 4. in vers. nec obst. quòd si alicui conceditur, quòd possit donare, non tamen poterit donare causa mortis.

21 ¶† Tertiò ſicut per alienationem voluntariam factam à teſta-
tore de re legata reuocatur legatum. l. rem legatam. infra de
adi.leg.l.fideicom.§.ſi rem. infra de lega.3. ita etiam reuocatur
don.cauſa mor. Dictum eſt ſolen. Dyn.in l. Stichũ, qui meus
erit.infra eod. & Bald. ibi reputat eſſe aureum, ibi plenè dice-
22 tur de hoc. ¶ † Quartò, ſicut mulier nubens intra annum lu-
ctus non poteſt à marito capere in vltima voluntate, ita nec
per dona.cauſa mor.licèt ſecus per don.inter viuos.l.1. cũ glo.
in verbo,donationem.& ibi Bald.ad hoc ponderat.C.ſi mulier
23 ſecundo nup.ſimile in l.cùm hi.in princ.ſ.de tranſ.¶† Quintò
in contractibus non habet locum cautio Mutiana, vt habetur
in l.1.C.de pact.& in l.ſiue apud acta.C.de tranſ. ſed bene in vl-
timis voluntatib.l.Mutianæ.infra de condi.& demon.eod.mo
do habet locum in don.cauſa mor.text. eſt de hoc valde ſing.
in §.quæ verò nunc ſequitur.verſ.præfatæ.in Auth.de nup.co-
lat.4. ita etiam not. tenet Bald. in Auth. cui relictum.C.de in-
24 di.vid.tollen. in 8.not.per illum text. ¶ † Sextò ſicut actio cõ-
petens ex teſtamento,licèt ſit ſtricti iuris, tamen habet naturã
bonæ fidei,& ideo fructus, & alia acceſſoria veniunt à tempo
re moræ,ſicut in alijs actionib.bonæ fidei,ita actio competens
pro don. cauſa mor. licèt ſit ſtricti iuris, tamen habet natu-
ram bonæ fidei.l.Seia.§.bonæ fidei. & ibi glo.not. in verſ. con-
25 ſtituto. infra de don. cauſa mor. ¶ † Septimò, ſicut de legatis
detrahitur falcidia, ita etiam de don. cauſa mor. text.eſt in l. ſi
mortis.C.ad l.falc. & in l. cùm pater. §.eorum. infra de lega.2.
26 ¶ † Octauo,ſicut rupto teſtamento per contratab.conſeruan-
tur legata relicta coniunctis perſonis, per titulum. ff. de leg.
præſt.ita conſeruantur don. cauſa mor.l.3.in princ. & ibi Bart.
27 infra de lega.præſtan.¶ † Nonò(& hic attende)ſi ſtatutum di-
ſponat,quod forenſi non poſſint vendi, vel donari res exiſten-
tes in æſtimo communis, tamen bene poterunt donari cauſa
mor.quia iſte caſus eſt omiſſus à ſtatuto,ita ſingulariter deter-
minat Bald.nec alibi legi, in capit. quia quinque,ad fin.de iud.
vbi reputat bene not.& dicit,quod ſæpè de facto contingit,nõ
reperio,vt dixi,ab aliquo tactum.¶Dubito, quia hic tractatur
de don. cauſa mor.facienda, & ſic prout in eſſe deducitur, &
tunc æquiparatur contractibus,vt dixi in membro præceden-
ti.Secundò,quia eadem ratio ſtatuti quare res exiſtentes in æſti
mo communi non poſſint vendi, vel donari forenſi, eſt,quia
forenſis non ſuſtinet onera ciuitatis, eadẽ ratio militat in don.
cauſa mor.Not. quia paſſus eſt nouus, & egeret lata indagine.
28 † Decimò,ſicut patronus acceptans legatum repellitur a con-
tratab.teſtamentum liberti.l.2.C.de bon.poſſ.contratab. ita ac
ceptas don.cauſa mor.l.ſi verò. §.ſi ſeruo.& §. ſed & ſi mortis.
29 ff.de bon.lib. ¶ † Vndecimò, ſicut in codicillis non poteſt di-
rectò relinqui hæreditas.ita nec in don. cauſa mor.l.licèt inter
priuatos, & ibi Bartol. & alij ad hoc not. vbi aliquando plenè
30 dixi.C.de teſt.Plura alia poteris ſtudio tuo cumulare.¶† Extra
glo.Barto.format duas opp.& duas quæſt.adde circa ſecundã
opp.de l.ſi arrogator,quòd planius poteſt reſponderi,& melius
quàm facit Barto. quod ideo ibi in illa quarta parte arrogator
non poteſt imponere grauamen fideicom. eo quia illa quarta
non debetur impuberi ex diſpoſitione hominis, ſed legis, vnde
quem non honoro,grauare non poſſum. l. ab eo. C. de fideic.
Iſtam rationem propriè aſſignat ibi text. ſed ſubſtitutio pupil.
eſt merum commodum impuberis. l. patris, & filij. ſupra de
vulga.& pupil.gloſſ.in l.ex tribus.C.de inof.teſt.Sed fideicom.
eſt onus,& grauamen.l. cohæredi. §.cum filio.ſupra de vulga.
31 & pupil. ¶ † Quærit Bartol. an ſtatutum prohibens minorem
25.ann.teſtari,intelligatur etiam prohibere,ne poſſit codicilla-
ri,determinat,quòd ſic,& cum Barto.tranſeunt Sal.Flo.& cæ-
teri Mod.hic, excepto Raph.Cum.cum alijs adductis per do.
Alexan. quos per te videas.contrarium ergo tenet Raph.hic,
per aliqua quib. reſpondent dom. Alexan. & Aret. hic. videas
per te.contrarium etiam tenet Bald.in l.fin.C.de teſt.quia iſtud
ſtatutum eſt ſtricti iuris, & contra ius commune,ergo eſt ſtri-
ctiſſimè interpretandum.¶Tu aduerte, quòd iura,quæ allegat
Barto. loquuntur in materia exorbitanti, vel limitatoria, ſed
quæſt.Bart.propriè eſt in correctorijs, in ſtatuto corrigente ius
32 commune.Et propterea defendendo Bart. dic, † quod etiam
in correctorijs, quando duo caſus reperiuntur æquiparati à l.
antiqua, quicquid ſtatuitur per l.nouam corrigentem in vno,
intelligitur etiam corrigere in alio,ita in correctorijs tenet Bar.
in Auth.ſed cùm teſtator.in 2.colu.C.ad l.Falc.idem Bart.in l.
Marcellus.in prin.ff.ad Trebell.Ang.de Aret.in §.fin.Inſti.quib.
ex cau.manun.nõ licet.per gl.ibi.in verſ.impleuerit.& hoc be-
ne nota pro ampliatione regulæ, quam tradit glo. in d.l. quòd
verò ſ.de legi. Eſt verum, quod circa hoc multũ inſiſtit Aret.
33 hic.& idem Aret.in rub.ff.de acq.poſſ. in 3.colu. ¶ † Item pro
deciſ.Bart.bene facit, quia vbicunque ratione ætatis prohibe-
tur aliquis teſtari, prohibetur etiam non ſolùm codicillari, ſed
etiam donare cauſa mor. vt eſt text. not. in l.1.in princ.in verſ.
nam ſicut.ſ.de tut.& ratio.diſtra.& in l. diſcretis.C.qui teſt.fac.
poſſ.& dixi plenius.ſ. in illo artic. nunquid ſtatutum prohibẽs
mulierem contrahere ſine certa ſolennitate, prohibeat etiam
34 don. cauſa mor.ibi plenè iſta retuli. ¶ † Secundò quærit Bart.
ſi ſtatutum diſponat, ꝙ valeat teſtamentum cum quinque te-
ſtib. nunquid valebunt codicilli cum trib. teſtibus? Determi-
nat,ꝙ non,& bene, & cæteri cum eo tenent cum cõcor. alleg.
per do.Alex.Sed aduerte, dum Barto. alleg. pro hoc not. l. il-
lud.C.de ſacroſan.eccle.Certè illud, ꝙ ibi tenet gl.not.in verſ.
cauſam.facit in contrariũ, ſed Bart.poſt Petr.de Bellaper. eam
reprehendit ex not.doctr. quæ bene facit pro not. deciſ. Barto.
hic.Et per iſta remanet expedita iſta lex ſecunda.

## SVMMARIVM.

1 *Dictio quiſquis,id eſt ſi aliquis.*
2 *Dictio quiſquis iuncta verbo futuri temporis, facit conditionem.*
3 *Legata facta ſub aliqua ex tribus conditionibus, de quibus in text.non dicuntur conditionalia.*
*Legata conditionalia non tranſmittuntur ad hæredem,ſi legatarius ante euentum conditionis moriatur.*
4 *Legata, vt debeantur tam ex teſtamento, quàm ab inteſtato,requiritur aditio hæreditatis.*
5 *Expreſſio conditionum, quæ de neceſſitate inſunt, operatur, quod habeant figuram conditionum verbalem, non quo ad vim, & effectum. infra in num.34.& 40.cum ſeq.*
6 *Mandatum Papæ,per quod mandatur conferri beneficium alicui, ſi eſt idoneus,non eſt conditionale.*
7 *Conditio aliquando non importat conditionem,ſed admonitionem.*
8 *Expreſſio eius,quod ex diſpoſitione legis ad effectum alicuius actus neceſſariò requiritur,ſi fit in vim conditionis,nihil operatur.*
9 *Conditio iuris prolata ab homine, intelligitur ſecundum diſpoſitionem iuris.*
10 *Conditio iuris expreſſa ab homine, non dicitur conditio hominis, ſed iuris.*
11 *Statutum diſponens id,quod ius commune,dicitur ius commune.*
12 *Diſpoſitio hominis facit ceſſare diſpoſitionem iuris ſpecialem,& extra ordinariam,aliàs non.*
*Conditio iuris non impedit tranſmiſſionem, ſed hominis ſic. ſupra num. 10.*
13 *Expreſſio eorum,quæ tacitè inſunt,nihil operatur.& infra.num.43.& ſequen.vbi latè quando poſſit operari.& num.55.*
14 *Si aliquis recipiatur in canonicum,hoc acto expreſſo, quòd ſibi conferatur prima præbenda vacatura,hoc non eſt ſimonia.*
15 *Stante statuto, quod poſitionibus clarè reſpondeatur, non poteſt reſpondens adijcere conditionem, quæ tacitè ex coniecturis ſubintelligatur.*
*Intellectus ad legem in conditionibus.§.1.infra de condi.& demon.*
16 *Teſtator ſi inſtituit plures hæredes, & reliquit legatum ab vno eorum, ſi hæres erit,illo non adeunte legatum debetur a cohærede.*
*Portio cohæredis repudiantis accreſcit cohæredi cum onere ſuo, virtute tacitæ repetitionis.*
17 *Hæreditas ſi non poteſt adiri ex teſtamento propter errorem teſtatoris circa perſonam inſtituti,quomodo tunc legata debeantur.*
18 *Legatum nominatim relictum ab vno hærede quando dicatur.*
19 *Legata relicta à primo hærede, quando cenſeantur repetita à ſecundo, & ſic à ſubſtituto vulgari.*
20 *Primus dicitur reſpectu ſecundi.*
21 *Aduerſatiua,ſed,debet aduerſari in his,quæ ſunt eiuſdem generis.*
22 *Subſtituto non eſt locus,quandiu primus hæres poteſt adire.*
23 *Ius accreſcendi procedit ex legis diſpoſitione, non ex diſpoſitione teſtatoris directa.*
24 *Legata in terminis huius.§.non redduntur conditionalia,quando debentur ex titulo,ſi quis omiſſa cauſa teſtamenti.*
25 *Conſeruatio legatorum, quæ fit per Auth.ex cauſa, fit ex legis diſpoſitione,non teſtatoris.*
26 *Teſtator præſumitur velle illud, quod lex ordinat, & cogitare, quod lex diſponit,præſertim in fideicommiſſis, intellige coniecturatiuè.n.28.*
27 *Coniecturatam mentem teſtatoris ſequimur in fideicommiſſis,& legatis.*
29 *Clauſula iſta,quiſquis mihi hæres erit, præſtet talia legata appoſita in teſtamento,non habet vim clauſulæ codicillaris, vt per hoc intelligantur grauati venientes ab inteſtato.*
30 *Legata facta in terminis huius legis quiſquis mihi hæres erit,præſtet talia legata,dicuntur conditionalia, & non tranſmittuntur,ſi in teſtamento eſt appoſita clauſula codicillaris.*
31 *Clauſula codicillaris appoſita in teſtamento,an operetur,quòd ſint duæ diſpoſitiones,an verò vna.& nu.32.*
33 *Repetitio intelligitur facta cum qualitatibus ſuis.*
34 *Dictio ſi,appoſita actui,cui ineſt de neceſſitate,exponitur pro quia, & quando ponatur pro quando.*

*35 Testator, quòd possit facere, quòd conditiones in terminis huius legis sint meræ conditiones, & suspendant ac impediant transmissionem.*
*Testator potest facere, quòd conditio non habeatur pro impleta, etiam quando non stat per debentem implere.*
*Testator potest facere, quòd legatum aliàs transmissibile non transmittatur.*
*36 Testator quando dicatur vellet, quòd conditiones de quibus hic in tex. sint meræ conditiones.*
*Baldus nihil intactum reliquit.*
*37 Clausula sub ista conditione, quod non reddat actum conditionalem, qui sui natura non erat conditionalis, fallit nisi sequatur dictio si. & num. 39.*
*38 Verba debent intelligi, vt non sint superflua, & aliquid operentur.*
*41 Forma quando est præcisa, ad vnguem debet obseruari, & non potest impleri per æquipollens.*
*42 Vitium formę dicitur, quod apponitur contra substantiam ipsius actus. secus si apponeretur contra executionem.*
*43 Expressio eorum, quæ tacitè insunt, si fiat per modum dispositionis, non potest operari damnum, & grauamen, sed fauorem, & commodum sic. & num. 44.*
*45 Clausula generalis non refertur ad speficata.*
*46 Expressio taciti, quod venit ex præsumpta mente defuncti, an aliquid operetur, ponderatur Bart. contrarius.*
*47 Solutio noua ad d. l. fin. C. de insti. & substi.*
*48 Dispensationes contra ius sunt valde odiosæ.*
*49 Sententia capitali extincta, an & quando dicatur etiam extincta publicatio bonorum.*
*50 Expressio relatiua eius, quod tacitè inest, nihil operatur, secus in dispositiua.*
*51 Arbiter si in condemnatione apposuit terminum legalem ad soluendum sub pœna, talis terminus dicitur terminus arbitri, & non legis, & eo elapso mora non potest purgari.*
*52 Societate contracta inter aliquos, quòd si aliqua iusta hæreditas obueniret alicui eorum, quòd debeat cæteris communicari, quòd si vni obuenit hæreditas ex testamento, in qua omnino successurus fuisset ab intestato, quòd hæc etiam communicabitur.*
*53 Hæres legitimus si instituatur in testamento hæres, dicitur testamentarius, & non legitimus.*
*54 Conditio debet impleri in forma specifica.*

## LEX III.

HÆc verba. Expressio conditionis per
cum modum, per quē ex
necessitate tacitè inest, nihil operatur. h.d. secun-
dum Bart. Ego autem summo sic Conditio appo-
sita legato, quæ de iure tacitè inerat, non reddit legatum con-
1 ditionale. h.d. ¶ † In text. ibi, quisquis mihi ex supra scriptis hæ-
res erit, intelligitur. i. si aliquis. text. est ad literam in l. si liberis. in
fin. prin. & ibi Bart. & alij not. s. de vulg. & pupil. facit ratio, quia
2 † distributiuum quisquis, iunctum verbo futuri temporis, erit,
facit conditionem. l. Stichum, qui meus erit. j. eod. tamen quia
tācitè inest à lege, non reddit legatum conditionale. ¶ Not. 1.
3 ex hoc text. † ꝙ legata facta sub aliqua ex trib. conditionib. po
sitis in text. non redduntur conditionalia, ita vt impediatur
transmissio, cùm legata conditionalia non transmittantur ad
hæredes, si legatarius moriatur ante euentū conditionis. l. vni-
ca. §. sinautem aliquid sub conditione. C. de cad. tollen. Ratio
est, proput etiam voluit gl. nostra, quia etiam si non fuissent ex
pressæ à testatore, inerant tacitè à lege. Ratio rationis est, quia
legata, & fideicom. non debentur, nisi adsit caput testamenti,
4 & sic nisi sit hæres. §. ante hæredis. insti. de leg. † Nec sufficit, ꝙ
aliquis sit hæres, nisi etiam adeat hæreditatem. l. si nemo. s. de
testa. tut. per quam aditionem quasi contrahitur cum credito-
rib. & legatarijs. & sic hoc modo hæres eis obligatur. l. apud Iu
lia. §. 1. ff. ex quib. cau. in poss. ea. §. si hæres. Instit. de oblig. quæ
ex quasi contractu, & istud procedit non solùm condito te-
stamento, sed etiam quando legata, & fideicom. essent relicta
per venientes ab intest. ad hoc, vt debeantur, est necesse, ꝙ ab
intest. adeatur hæreditas per illos, qui ab intest. successuri sunt.
glo. est valde not. in l. qui filium. §. 1. in vers. codicillis. s. de hæ-
red. insti. quam glo. ad hoc repu. sing. Bald. in Auth. ex causa. in
10. opp. C. de lib. præte. & est text. in l. 2. & ibi Bart. ad hoc not. j.
5 de fideicom. lib. † Expressio ergo istarum conditionum, quæ
de necessitate insunt, facit vt habeant figuram conditionum
quo ad verba, sed non quo ad vim, & effectum. ita dicit text.
not. in l. Cornelius. ad fin. s. de hæred. instit. Sicut quando Papa
mandat conferri beneficium alicui, si est idoneus, tale man-
datum non est conditionale, per cle. 1. de concess. præb. d. Abb.
in c. 1. ad fi. de postu. præla. & latè do. Abb. in c. fin. de præsum.
in cap. 1. & in c. de cætero. de re iud. ponunt etiam Can. in cle. 1.
6 de of. deleg. † Sicut aliquando conditio non solùm importat
conditionem, sed admonitionem quandam. text. est not. in l.
muto. §. sed sub conditione. s. de tut. latè Bart. in l. 1. in 2. & 3. col.
7 j. de condi. & demon. ¶ † Secundo no. ex hoc text. bonam re-
gulam, ꝙ quando ex dispositione. l. ad alicuius actus effectum
aliquid requiritur de necessitate, expressio eius in vim condi-
tionis facta nihil operatur, & præsumitur facta eo modo, quo
necessariò requiritur à iure, licet aliàs verba de sui natura pos-
sent aliud importare: nam possent importare, vt faciant merā
conditionem, si testator istud vellet, vt est solenn. tex. in l. in cō-
ditionib. §. 1. j. de condi. & dem. super quo tex. Bart. j. multum
insistit. Item verba quisquis mihi ex suprascriptis, possunt veri-
ficari etiam in substituto ipsi hæredi. l. qui liberis. §. hæc verba.
s. de vulg. & pupil. & ratio est, quia ista est conditio iuris, vnde
8 † prolata ab homine intelligitur ſm dispositionem iuris. l. quæ-
ro. §. inter locatorem. s. loca. & l. quidam cùm filium. j. de ver-
9 bor. oblig. ¶ † Tertiò not. ex hoc rex. ꝙ qn̄ conditio iuris expri
mitur ab homine, non dicitur conditio hominis, sed iuris, &
ideo non impedit transmissionem. Sic statutum disponens id,
ꝙ ius commune, non dicitur esse statutum, sed ius cōe, vt est
glo. in c. 1. in vers. cū sint. de consti. in 6. Bart. & alij in l. 1. in prin.
j. ad l. falc. & est text. in c. pastoralis. de fid. instr. & in c. ex parte.
vlt. & ibi d. Ant. ad hoc not. de verb. sign. Nec obst. si diceretur,
10 ꝙ † dispositio hominis facit cessare dispositionem legis. l. fi. C.
de pact. conuen. Respondetur, ꝙ facit cessare dispositionem iu
ris specialis, vel extraordinariam, aliàs non, ſm Bart. ibi, & in l.
& habet. §. cū quis. j. de preca. Cy. & alij. in l. 2. C. de iure emph.
11 ¶ † Quartò not. ꝙ conditio iuris non impedit transmissionē,
sed bene conditio testatoris, & sic hominis, ita probatur ex
hoc text. iuncta glo. Ratio diuersitatis est, ſm Bald. hic, quia im
pedire transmissionem, est impedite iudicium testatoris, vnde
non debet impediri per legem, sed bene potest impediri facto
testatoris, & ista sunt verba text. in simili in l. si in testamento.
supra si quis omis. causa testa. vnde lex noluit impedire, nisi ap
pareat de voluntate testatoris. ¶ Quintò, & vlt. not. regulam,
12 ad quam tota die allegatur ista l. quòd † expressio eorum, quæ
tacitè insunt, nihil operatur. ad idem text. in l. non rectè. C. de
fideiuss. alleg. in glos. & text. in l. verba hæc. supra de condi. in-
13 sti. ¶ † Adde pro ampliatione, quod etiam in spiritualibus
exprimere illud, quod tacitè inest, non est simonia: puta, si quis
recipiatur in canonicum, hoc acto expressè, quod sibi confe-
ratur prima præbenda vacatura. gloss. est in capit. ad audien-
tiam. el 2. in gloss. 3. de rescrip. & ibi dom. Abba. dom. Card.
& Imol. gloss. in capit. relatum, in gloss. 1. de præben. glos. in ca-
pit. cum M. Ferrar. in vers. perciperent. & ibi dom. Ant. de Butr.
in 38. colum. de constitu. gloss. in capit. olim. 1. in gloss. 2. & ibi
dom. Abb. de resti. spol. gloss. in capit. significasti. de elect. gloss.
14 & Archi. 8. quæstio. 3. in sum. ¶ † Aduerte tamen ad istam re-
gulam text. quòd si statutum velit clarè responderi positioni-
bus, non potest adijci conditio, quæ tacitè ex coniecturis etiā
subintelligitur. ita not. Bald. in capit. quia propter. in 1. colum.
de elect. ¶ Expeditis text. vt sequar ordinem Bart. Bartol. for-
mat oppo. satis leuem, vt per eum. ¶ Capio gloss. 2. in verbo
Seius. In ista gloss. 2. in fin. inquantum Bartol. contra solu. gloss.
datam ad l. si Titio. §. fin. in ea allegatam, opponit de l. in con-
ditionibus. §. 1. infra. de condi. & demon. & respondet inferen-
do not. vt hic per eum. ex dictis Bartol. circa dictā l. in condi-
15 tionibus. §. 1. habes elicere sex conclusiones princip. ¶ † Prima
conclu. est, quòd quando testator instituit duos, vel plures hæ-
redes, & legatum reliquit ab vnò eorum, si hæres erit, illo non
adeunte, legatum debebitur à cohærede, quia portio hæredis
repudiantis sibi accrescit cum onere suo, virtute tacitæ repe-
titionis. l. si Titio, & Meuio. §. Iula. infra titu. 1. habetur in l. licèt
Imperator. in princip. infra eodem. licèt non ex voluntate te-
statoris, sed ex dispositione legis. ¶ In ista prima conclu. Barto.
videtur malè dicere, quia quando testator instituit duos, vel
plures hæredes, puta Titium, & Seium, & Seium tantum
grauauit onere legati, certè eo repudiante cohæres, cui accre-
scit illa portio, non tenetur ad illud legatum, & sic de dire-
cto contra Bartol. ex quo tale legatum erat iniunctum nomi-
natim Scio per nomen proprium, ergo non potest deberi ab
alio cohærede, cui portio grauati accrescit. text. est in l. Cel-
sus. §. quod alieuius. & §. fina. infra de lega. 2. & ita declarat ip-
semet Bartol. in l. si Titio, & Meuio. §. fina. & in l. cùm pater. §.
cùm existimaret. infra de lega. 2. & in l. quæ conditio. infra de
condi. & demon. & sic Bart. videtur in hoc malè dicero. Con-
firmo per illud, quod tenet Barto. in l. eam quam. in vlt. co-
lum. circa fina. C. de fideicom. vbi tenet, quòd in casu illius l.
16 quando hæreditas † non potest adiri ex testamento propter
errorem testatoris circa personam instituti, nunquid legata

debeantur à cohæredibus?& diſtinguit, aut ſunt relicta ſimpliciter, & tranſeunt ad cohæredes cum onere: aut ſunt relicta nominatim ab inſtituto, in cuius perſona eſt erratum, & tunc
18 non tranſeunt ad cohæredes.¶ Defendendo Bart. aduerte, † ꝙ legatum dicitur eſſe relictum nominatim ab vno hærede, qñ relinquitur ſub eius nomine proprio, aliàs non dicitur nominatim, ſecundum gloſ. & firmius Bart. in d.l. Celſus.§. ꝙ alicuius, vnde dico, ꝙ Bart. non loquitur, qñ nomine proprio illius hæredis eſt ab eo relictum legatum, quia ſi iſto modo loqueretur, malè diceret, vnde intelligo Bart. quando legatum eſt relictum ab vno ex hæredibus, ſed non expreſſo nomine proprio illius, & exemplifico Bart. dupliciter. Primò, qñ ſunt duo hæredes, & ab vno tantũ legauit, vt dicit Bar. ſed non nominatim, i. expreſſo nomine proprio, puta, vt dixi, duos heredes inſtituit, vnum in dodrante, alium in quadrante, & dixit, quiſquis mihi in dodrante hæres fuerit, & hæreditatem adiuerit, damnas eſto dare tali centum, tunc legatum eſt relictum ab vno ſolo, ſed non nominatim, hoc eſt non nomine proprio, & tunc bene procedat, ꝙ dixit Bart. Secundò poteſt exemplificari in caſu d. l. in conditionibus. §. 1. intelligendo prout eſt veritas, & ſtatim dicã, ꝙ ibi primus, & ſecundus non ſunt propria nomina, ſed appellatiua reſpectu ordinis ſcripturæ. Ibi ergo eſt legatum, ſi primò erit hæres, det legatum, tunc non eſt ſub nomine proprio, ſed ſub appellatiuo. ita ſaluo Barto. alia ſimilia exẽpla per
19 te poteris cogitare. ¶ Secundò pondera ſubtiliter Bart. † velle, ꝙ ſi teſtator inſtituit vnum hæredem, à quo legata reliquit ſub conditione, ſi hæreditatem adibit, vel ſi hæres erit, & illi hr̃di ſubſtituit vulgariter, quo caſu vulgariter ſubſtitutus ſuccedit ex expreſſa diſpoſitione teſtatoris. l. 2. §. ſi duo. ꝭ. de bon. poſſ. ſm tab. & legata relicta à primo hærede cenſentur repetita à ſecundo, & ſic à ſubſtituto vulgari. l. licèt imperator. ꝭ. eod. tunc illa legata erunt conditionalia, & ſic non tranſmittentur, quia tunc ad validitatem non eſt neceſſe, ꝙ adeatur per primũ ex teſtamento, & ſic conditio expreſſa non inerat de neceſſitate, ex quo legata poterunt deberi à ſubſtituto veniente ex expreſſa diſpoſitione teſtatoris. ita vult Bart. ſi bene eius verba libres, & iſta eſt bona limitatio ad reg huius text. ſi eſt vera. ¶ Sed aduerte, quia iſta concl. videtur eſſe contra text. in d.l. in conditionib. §. 1. in prin. in verb. ſi primus hæres erit. vbi eſt legatum factum, ſi primus adierit hæreditatem, ergo ibi habebat ſubſtitutum vulgarem, qui eſt ſecundus, cuius reſpectu di-
20 citur primus † Nam primus dicitur reſpectu ſecundi. l. ſi à primo. ſ̃. de lib. & poſth. & licèt plures eſſent inſtituti, omnes dicũtur à primo gradu, & non primus, & ſecundus. l. 2. §. defertur. ꝭ. de bon. poſſ. ſm tab. erat ergo ibi ſubſtitutus vulg. & tamen text. ille expreſsè decidit, ꝙ legatum ita factum non eſt conditionale, ergo de directo ꝯ Bart. Nec eſt verum illud, ꝙ ibi dicit glo. ſecundum aliquos, ꝙ primus eſſet proprium nomen, quia nihil eſt. probo ineuitabiliter propter verſ. ſed & ſi ſic leget, in ead. l. vbi text. aduerſatiuè veniens ponit alium caſum, quando teſtator dixit, ſi primus hæres non erit, ſecundus damnas eſto, &c. & ſic primus dicitur reſpectu primi gradus, ſecus re-
21 ſpectu ſecundi, quando eſt ſubſtitutus. † Nam illa aduerſatiua ſed, debet aduerſari his, quæ ſunt eiuſdem generis, vt per Bart. in l. mariti. §. fin. per glo. ibi. ꝭ. de adul. ¶ Defendendo Bart. reſponde valde not. ꝙ in d.l. in conditionib. §. 1. ibi primus non dicitur reſpectu ſecundi, quia haberet ſecũdum ſubſtitutum, ſed quia erat primus in ordine ſcripturæ teſtamenti, & ſic erãt plures hæredes eiuſdem gradus, prout etiam voluit Bart. Et ſi dicas, obſtat ille verſi. ſed ſi ſic leget, qui dicit, ſi primus hæres non erit, ſecundus dãnas eſto, iſta eſt ſubſtitutio vulg. Reſpondeo ſubtiliter, ꝙ ibi neceſſario primus, & ſecundus non dicuntur reſpectu ſubſtitutionis, ſed reſpectu ordinis ſcripturæ: probo ineuitabiliter, quia text. ibi continuans eundem caſum di-
22 cit; nam ſi primus adierit cum ſecundo, † ſed iſtud non poſſet eſſe in ſubſtituto, quia quandiu primus hæres poteſt adire, nunquã poſſibile eſt, ꝙ ſit locus ſubſtituto. l. 3. & l. quandiu inſtitutus. ſ̃. de acq. hær & iſte eſt verus intellectus ad illum text. ſecundum quem apparet, ꝙ ille text. non obſtat concluſioni
23 Bart. quia ille erat ſubſtitutus.¶ † Tertiò vult Bart. ꝙ ius accreſcendi procedat ex diſpoſitione legis, non autẽ ex voluntate teſtatoris. Contra iſtam concluſionem Bart. facit, ꝙ imò, qui ſuccedit in portione cohæredis per ius accreſcendi, ſuccedit ex mente ipſius teſtatoris. text. eſt in l. ſi Titio, & Meuio. §. Iul. in verbo quaſi ſubſtitutus. ꝭ. de lega. 2. Eſt verum, quòd alibi gloſ. in l. apud Iul. §. Idem Iul. ꝭ. ad Trebell. tenet cum Bar. hic, quod ius accreſcendi non procedit ex iudicio teſtatoris. Item illud, quod quis conſequitur ex iure accreſcendi, conſequitur iure ſuo. l. ſi mihi, & tibi. in prin. in verb. ex meo legato. ꝭ. eod. & ibi Bald. & alij ad hoc not. illum text. Breuiter pro nunc conclude, quòd illud, quod quis habet per ius accreſcendi, habet immediatè per legem, & non ex diſpoſitione teſtatoris directa. ita dicit Barto. in l. in teſtamento, per illum text. cum gloſ. ſ̃. de vulg. & pupil. & ideo Barto. hic bene dixit, cùm dicit non debetur legatum, prout teſtator expreſsè, & immedietatè diſpo-
24 ſuit ab illa perſona, cui teſtator impoſuit onus legati.¶ † Quarta concl. Barto. eſt, dum opp. de tit. ſ̃. ſi quis omiſ. cau. teſt. per quam ampliatur diſpoſitio huius text. ꝙ legata non reddantur conditionalia in terminis huius text. etiam quãdo poſſunt deberi abſque eo, ꝙ hæres inſtitutus adeat ex teſtamẽto, & ſic poſſunt deberi etiam ab inteſt. ex diſpoſitione legis, & non ex diſpoſitione teſtatoris, qñ legata debentur ex edicto ſi qs omiſ.
* cau. teſt. & cum Bart. *tenent communiter alij*. ſed Bald. tenet de directo contrariũ in Auth. ex cauſa. in 12. col. in 4. opp. C. de lib. præt. vbi tenet, ꝙ qñ filio præterito legata ſunt relicta ab inteſt. ſub conditione, ſi hæreditatem adiuerit, tunc non habet locũ iſta. l. eo quia tunc iſta conditio, ſi ſcriptus hæreditatem adiuerit, non inerat ex diſpoſitione legis, cũ vitiata inſtitutione propter præteritionem filij legata conſeruarentur per illã Auth.
25 Sed non aduertit † Bald. de errore ſuo, quia talis conſeruatio legatorũ per Auth. ex cauſa. fit ex diſpoſitione legis, & nõ ex diſpoſitione teſtatoris, prout eſt propria doctr. Bart. & Doct. hic. & ita etiam in ſpecie reprobat d. Alex. hic. ¶ Tu autem contra
26 hæc dicta Bart. argue fortiter hoc modo. † Teſtator præſumitur velle illud, ꝙ lex ordinat, ſecundum Bart. & alios in l. hæredes mei. §. cùm ita, & in l. hæredibus. § 1. ꝭ. ad Trebell. Bart. in l. vt iuriſiurandi. §. ſi liberi. ꝭ. de oper. lib. Bald. in l. 1. in 2. col. C. de ſacroſan. eccleſ. Item teſtator cenſetur cogitare illud, ꝙ lex diſponit, vt dicit Bal. in l. precib. in 13. col. C. de impub. & ꝑ text. in
27 l. ſi duos. ſ̃. de acquir. hæred. † præſertim in fideicommiſſis, & legatis, in quibus ſequimur coniecturatam mentem teſtatoris. d.l. in conditionibus. in prin. & l. cùm proponebatur. ꝭ. de leg. 2. & l. cùm quæſtio. in fi. C. de lega. & l. cùm virũ. C. de fideic. facit, ꝙ dicit text. in l. duo hæredes. ſ̃. ſi quis omiſ. cau. teſt. dum dicit, deberi legata ab hærede, ac ſi eſſet adita hæreditas ex teſtamento, quomodo ergo Bart. facit differentiam inter volunta-
28 tem teſtatoris, & diſpoſitionem legis? Defendendo Bart. † reſponde, ꝙ licèt teſtator præſumatur velle illud, ꝙ lex ordinat, & illud, ꝙ lex diſponit, tamen iſtud non eſt directò, & diſpoſitiuè, quòd expreſsè ſic diſponat, prout loquitur Barto. ſed eſt
29 coniecturatiuè.¶ † Quinto vult Bart. bene inſpicienti, quòd illa clauſula appoſita in teſtamento, quiſquis mihi hęres erit, talia legata præſtet, non habet de per ſe vim clauſulæ codicillaris, & ſic per illa verba non intelliguntur grauati venientes ab inteſt. ad præſtandum talia legata, ſed ſolum hæredes ſcripti in teſtamento. Adde, ꝙ iſtud expreſſius tenet Bar. in l. ſi quis cùm teſtamentum nullum. in princ. & idem Bald. & Angel ſ̃. de iur. codi. contrarium in terminis tenet gloſſ. reputata ſing. in l. ex duob. §. 2. in verbo patris. ſ̃. de vulga. & pupil. quam ibi idem
* ſequitur Barto. ſibi contrarius, ſed præcedens concluſio eſt *magis communis*, prout ordinariè tetigi in d. l. ex duob. §. 1. ad ibi di-
30 cta me remitto.¶ † Sexta, & vlt. concl. Barto. eſt, per quam limitatur iſta l. quod quando in teſtamento eſſet adiecta clauſula codicillaris, ſi non valet iure teſtamenti, valeat iure codicillorum, &c. quæ clauſula communiter, & quaſi ſemper apponitur per notarios in teſtamentis, tunc conditio expreſſa per illa verba, quiſquis mihi hęres erit, talia legata præſtet, reddet talia legata conditionalia, & conſequenter non tranſmittentur, eo quia expreſſa voluntate defuncti, hæreditate non adita ex teſtamento poterant deberi legata ab inteſt. & ſic tacitè non inerat de neceſſitate conditio, prout erat expreſſa à teſtatore. Rapha. Cum. quem malè, & alio modo recitat dom. Alexan.
31 reprehendit in hoc Bartol. quia † quando in teſtamento eſt adiecta clauſula codicillaris, tunc ſunt duæ diſpoſitiones, vna teſtamenti, alia codicillorum in defectum teſtamenti, & in teſtamento teſtator apponit conditionem, & ſic inſpecto teſtamento apponitur conditio, quæ tacitè inerat, clauſula verò codillaris extendit illam diſpoſitionem, vt diſpoſitum principaliter in teſtamento extendatur etiam ad codicillos, ſed non extendit ipſam conditionem, illa ergo conditio non intelligitur receptita in codicillis l. ſi quis à filio, in princip. ſupra cod. & dicit Raph. quòd in hoc decipitur Barto. ¶ Tu autem defen-
32 dendo Barto. dic, † quod imo repetitio intelligitur facta cum qualitatib. ſuis, vt eſt glo. in cap. P. & G. in gloſſ. mag. de offi. dele. & dicam ordinariè in dicta l. ſi quis à filio, & ita habes bene enucleatam doctrinam Bartol. ¶ Capio gloſſ. fina. in verbo conditionale, quam diuide in quatuor partes. In prima declarat text. In ſecunda cum extendit. In tertia aſſignat rationem ad text. In quarta, & vlt. illam rationem declarat; & allegat tres concordantes ad text. Secunda eſt ibi, idem eſt. Tertia ibi, & eſt ratio. Quarta, & vltima eſt ibi, quaſi dicat. Et iſtam vltimam partem gloſſ. ponderat Bartol.

hic

33 hic in duobus locis. In prima oppo. In secunda sol.† quòd quando dictio si apponitur actui, qui inest de necessitate, tunc exponitur si pro, quia, aliquando capitur pro quando. l. in conditionib. §. 1. de condi. & demon. & dicit Barto. quòd vtraque expositio est tolerabilis. ¶Extra glo. Barto. examinat duas materias. Prima est huius. l. an expressio conditionis, quæ tacitè inest, aliud operetur. Secunda materia est, an expressio eorum, quæ
34 tacitè insunt per viam dispositionis, aliquid operetur. ¶ † Circa primam materiam Barto. format tres opp. & vnam quæst. adde circa primum contrarium, quòd sol. quam dat Bart. sequendo Petr. ad l. 3. §. filius. ff. de lib. & posth. fuit antequam ambo nascerentur. sol. glo. in l. si quis Sempronium. in glo. fin. ff. de hæred. insti. plura possent referri, quæ traduntur in illa. l. 3. §. filius. & dicit dom. Christo. de Castil. quòd nunquam fuit clarus de isto contrario, sed nihil melius habetur quàm illud, quòd dicit Barto. est verum, quòd infra in contrario, quod formabo contra Bar. ponam aliam sol. ¶Circa secundum contrarium de l. si ita legatum. §. illi si volet. adde, quòd sol. quam dat. Barto. ante eum ponit glo. in l. aliquando. ff. de condi. & demon. Item inquantum Bar.
35 in quæst. per eum formata tenet, † quòd testator potest facere, quòd iste sint conditiones meræ, & quòd suspendant, ac impediant transmissionem, per text. in l. in conditionib. §. 1. vers. nisi fortè. ff. de condi. & demon. qui text. non est ad hoc alibi in iure, secundum Bald. in l. vlt. ad fin. prin. C. de cad. tollen. & in cap. cumana. in 6. colu. de elect. & dicit Raph. in d. l. in conditionib. §. 1. quòd istud non reperitur alibi in iure ita bene, sicut ibi. ¶Adde, quòd per illum text. tenet Barto. in l. vter ex fratrib. ff. de condi. insti. quòd testator potest facere, quòd quando non stat per debentem implere conditionem, quòd tamen non habeatur pro impleta. sic etiam potest testator facere, quòd legatum aliàs transmissibile, quia purum, non transmittatur, secundum Bald. in l. si pater. in 4. q. C. de inst. & subst. & l. vnica. in 2. not. C. vt actio ab hæred. & cont. hære. ¶Sed aduerte, quia necessarium dubium est ad intellectum Bart. quando testator dicatur velle, quòd istæ sint meræ conditiones, & quòd impediant transmissionem. Solus Bald. qui nihil intactum reliquit, in l. vnica. ad fin. princ. C. de cad. tollen. dicit, & valde sing. quòd quando testator diceret, lego tali sub ista conditione, si Titius hæres erit, vel si adiuerit, ex quo dicit sub ista conditione, dicitur tunc constare de animo testatoris, quòd voluerit esse legatum conditionale, & sic impedire transmissionem, vt dixi, propter illa verba, sub ista conditione, quæ ita declarant voluntatem testatoris. mouetur per text. in d. l. in conditionib. §. 1. qui hoc non probat. Pau. de Cast. hic in fin. idem tenet cum Bald. do. Ale. & Aret. reprehendunt istã
36 deci. Bald. pulchro, & colorato fundamen. quia hæc † verba, sub ista conditione, non reddunt actum conditionalem, qui sui natura non erat conditionalis, & pro hoc allegant text. in l. Meuia. ff. de manum. testa. Testator reliquit libertatem trib. seruis, sub ista cõditione, vt alternis mensib. vadant ad sepulchrũ
37 testatoris cum lucernis, & debita mortuo persoluant. † Quærit text. pone, quòd serui non adimpleuerint istam conditionem, nunquid dicantur esse liberi, an non? dicit text. quòd sunt liberi non obst. illis verbis, sub ista conditione. ad idem text. in l. 2. §. fin. ff. de do. per quæ iura istam doct. tradit Barto. in l. quibus diebus. §. Termilius. in 2. colum. ff. de cond. & demon. & in l. nihil. ff. de coniun. cum eman. lib. & in l. si societatem. §. si arbitrorum. in prin. ff. pro soc. ¶Ego teneo doct. Bald. quam sequitur Pau. de Cast. hic, quæ est verissima, quia aliàs ista verba, sub ista
38 conditione, nihil importarent, † & verba semper debet sic intelligi, vt non sint superflua, sed aliquid operentur. l. aliquando. in prin. ff. eod. cap. si Papa. de priui. in 6. ¶Nec obst. fundamentum do. Alex. & Aret. quòd videbatur valde coloratum de d. l. Meuia. & d. l. 2. §. fin. & Bart. in locis. ff. alleg. quia dico, quòd illa iura ad literam, & Bart. expressè dicunt, quòd quando post illa verba, sub ista conditione, adijcitur dictio, vt, scilicet sub ista conditione, vt vadas ad monumentum, tunc est verum,
39 † quòd dictio, vt, non importat conditionem, sed modum, & ista oratio non est conditionalis, vt de hoc etiam est text. in c. cùm Ioannes. & ibi d. Abb. in 4. not. idem not. de fid. instru. secus est quando post illa verba, sub ista conditione, sequitur dictio si, tunc faciunt conditionem, & iste est casus Bal. & casus noster. lego Titio sub ista conditione, si hæres adiuerit, quando ergo post illa verba sub hac conditione, sequitur dictio si, quæ importat conditionem, tunc illa verba etiam conditionem important. ita ad literam dicit Bar. in l. si sub conditione. in pen. col. ff. de sol. alleg. not. in l. qui absenti. §. 1. ff. de acquir. poss. Vltra Bart. circa istam materiam text. opponitur fortiter de l. actus legitimi. in vers.
40 nunquam. ff. de reg. iur. vbi † conditio tacitè inest à lege ex natura ipsius actus, & tamen si exprimitur, prout tacitè inest, operatur, quia vitiat ipsum actum. Huic difficillimo contrario respondent Bald. & Raph. Cum. hic, quòd ibi ideo est, quia conditio exprimitur contra vitium formæ, & isto modo posses tu etiam respondere ad l. 3. §. filius. ff. de lib. & posth. de qua Bart. ff. opp. quòd ibi est defectus contra vitium formæ. Item exhæredatio est res
41 odiosa: † nam forma, adeo præcisa est, & ad vnguẽ debet obseruari, quòd nihil addi, vel minui potest, secundum Bald. in l. fin. in 2. col. C. de su. & leg. adeo, quòd illud, quòd est de forma, non potest impleri etiam per æquipollens, ita tenent Mod. præsertim d. Alex. in l. 1. ff. de lib. & posth. & licèt isti patres non dicant, ante eos ita dicit Barto. in loco suo ordinario in l. in diem. in fin. ff. de accep.
42 † Dicitur autem vitium formæ, quando conditio apponitur contra substantiam ipsius actus. d. l. actus legitimi. secus si apponeretur contra executionem. l. muto. §. sub conditione. vers. hanc autem. ff. de tute. & ita habes expeditam primam materiam Bar.
43 ¶† Secunda materia de expressione eorum, quæ tacitè insunt, si exprimantur per viam dispositionis, an talis dispositio aliquid operetur. Bart. format quatuor opp. ¶Circa primã opp. de l. talis scriptura. in vers. quòd si fortè. respondet Bart. quòd ibi illud tacitum inest ex voluntate testatoris, qui potuit alium terminum illi legato assignare, ideo tunc expressio aliquid operatur, ita etiam respondet Barto. in l. re coniuncti. in quinta opp. ff. de leg. 3. & l. centurio. in 2. colu. ff. de vulga. & pupil. sed quia huic sol. refragatur. l. non rectè. C. de fideius. alio modo respondent Bald. & Imol. in l. in diem. §. 1. ff. de cond. & demon. & sequitur dom. Alex. hic. ¶Tu autem responde dupliciter ad hoc contrarium.
44 Primò ex mente Bald. hic, † quòd illud, quod tacitè inest, si exprimatur per modum dispositionis, nõ potest operari damnum, & grauamen, ita propriè loquitur text. in d. l. si arrogator. in vers. cæterum. vbi fideic. est grauamen, & onus l. cohæredi. §. cum filio. ff. de vulga. & pupil. Sed bene potest operari commodum, & fauorem. ita loquitur. d. talis scriptura. in vers. quòd si fortè. & l. Titia. ff. ad l. falc. de qua Bart. ff. opp. & ita formaliter respondet ipsemet Bart. ff. in distin. sua vbi dicit, quòd in d. l. si arrogator. non operatur in præiudicium, sed bene in fauorem. d. l. Titia. Secundo responde, quòd in l. talis scriptura. illa clausula, quibus dies appositus non est, intelligitur scilicet ab homine, vnde quando testator legat centum præsentia, quamuis talis adiectio sit superuacua quantum ad vim, & effectum legati, tamen proficit, vt præsenti die legatum debeatur. ita ibi formaliter dicit text. & sic cùm sit expressus dies ab homine, non venit sub pri-
45 ma † generali clausula, quæ non refertur ad specificata. l. cohæredi. §. qui patrẽ. ff. de vulg. & pupil. & l. doli clausula. ff. de verb. oblig. ¶Circa secundum contrarium de l. si. C. de inst. & subst. iuncta. l. precib. ¶Tu aduerte inquantum Bar. respondet, quòd vbi
46 † tacitũ venit ex præsumpta voluntate defuncti, si exprimatur facit cessare tacitum, & sic aliquid operatur secundum eum: nam in hoc Bart. videtur sibi de directo contrarius. ff. in 2. q. dum dicit, quòd si tacitum venit ex præsumpta voluntate defuncti, vt l. conficiuntur. in prin. ff. de iure codi. tunc si exprimatur, nihil operatur, quia inter tacitum, quòd expressum non est differentia. l. cùm quid. ff. si cert. pet. istud idem etiam repetit Bart. ff. in fin. suæ distin. in tertio membro, nec video quomodo bene saluetur Bar. ab hac contrarietate. ¶Item dum Bart. in fin. istius contrarij alleg. istam l. videtur eam male allegare, quia vt supra declarauit Bart. ista l. loquitur in prima materia, quando illud, quòd tacitè inest, exprimitur per viam conditionis, vnde melius allegasset d. l. si ar-
47 rogator. ¶† Circa istud contrarium soleo tradere verã, & nouam sol. quam posui in l. cùm quid. præalleg. & in l. centurio. ff. de vulg. & pupil. nam lex dispensauit cum patre contra omnes regulas iuris, quòd pater possit facere substitutionem pupillarẽ pupillo, quæ substitutio est testamentum ipsius pupilli. l. patris, & filij. ff. de vulg. & pupil. & voluit, quòd pater filio pupillo possit substituere penitus extraneum, & excludere matrem, etiam à legitima ipsius filij, quod non potuisset facere filius, si fuisset maior, dicit text. in l. Papi. §. sed nec impuberis. ff. de inoffic. test. in
48 c. si pater. de testa. in 6. † Istæ dispensationes, quæ sunt contra ius, sunt valde odiosæ, & multum restringendæ. c. fin. de fil presbyt. gloss. in capit. ordinarij. de offic. ord. in sexto, quia ergo pater ex dispensatione legis potest substituere pupillo, & excludere matrem etiam à legitima, certè debet multum restringi, vt procedat, quando pater expressè substituit pupillariter filio, secus si expressè non substituit, quamuis aliàs sub vulgari contineatur tacita pupillaris. Ista est propria, & fundamentalis ratio, & solu. ad istud contrarium. ¶Circa quartum contrariũ de l. 1. infra si penden. appell. mors interu. inquantum
49 concludit Bart. † quòd quando iudex condemnauit aliquem capitaliter, & publicauit eius bona per dictionem, &, quæ æquè principaliter importat, tunc extincto reo pendente appellatione, non extinguitur publicatio bonorum æquè principalis. Sed quando iudex non expressit, publicatio bonorum venit accessoriè, vnde extincto principali delicto, etiam extinguitur publicatio bonorum accessoria. Limita

multum not.iſtam doctrinam Barto.& ſic text.in d.l.1. niſi iu-
a dex in condemnatione adijceret clauſulam [a] ſemper ſolitam
apponi, quòd ſi ſententia eſſet ſupra, vel vltra ius, quòd eam
reducit ad ius commune: certè, quia tunc apparet, quòd iudex
non vult partem grauare, non eſt differentia, an loquatur per-
dictionem, &, an per dictionem, cum, & ſic dictio, &, tunc
non coniungit principaliter ex mente iudicis proferentis, ita
limitat Saly.in l.3.C.ſi reus, vel act.mor.fuc. & ante eum Bald.
in l.vnica. in 2. colum. C.ne ex delic. defun.refert, & ſequitur
Angel.Ariminen.in addi.ad Angel.in tract.maleſi.in verbo, &
50 eius bona publicamus, & hoc teneas bene cordi. ¶ † Circa
iſtas duas materias Bartol. vt nihil omittatur, adde quòd ali-
bi Bald. ſe expediuit vno verbo in cap.cum ordinem. in 6. co-
lum. de reſcrip. vbi dicit, quòd expreſſio relatiua eius, quod
tacitè ineſt, nihil operatur, ita loquitur iſta. l. ſecus in diſpoſi-
tiua per l.Celſus.ſupra de arbi.Sed iſta ſunt imperfectè, & mi-
nus bene dicta, vt patet ex doctri. Bartol. ¶Vltra Bartol. con-
tra iſtam ſecundam materiam oppo.de l.ſi ſtipulatus. ſupra de
vſur. vbi exprimitur illud, quod tacitè ineſt, ſcilicet vacuam
poſſeſſionem tradi. l.ratio. §.1. ſupra de actio. empt. & tamen
ſi exprimatur, veniunt fructus, & partus, qui aliàs non veni-
rent.Glo.ibi reſpondet, quod fallit ibi. Bartol.& melius reſpon-
det, quòd ibi expreſſio fuit facta aliter quàm ineſſet, quia ibi
expreſſit duo, ſcilicet fundum dari, & vacuam poſſeſſionem
tradi.iſta tacitè non intelliguntur, meritò ambo expreſſa ope-
rantur, vt ibi. ¶Iſtam vlt.materiam Bart.inducit ad duas quæ-
51 ſtiones. † Prima eſt, quòd ſi arbiter in condemnatione appo-
ſuit terminum legalem ad ſoluendum, & ſic tempus quadri-
meſtre.l.2.& fin.C.de exec.rei iud.ſub pœna appoſita in com-
promiſſo, an poſt lapſum huius termini admittatur purgatio
moræ, & ſic an dicatur dilatio legalis, an dilatio arbitri? con-
cludit Bartol. quòd dicatur terminus arbitri, & conſequenter
non admittatur purgatio moræ. Ratio, quia arbiter poterat
alium terminum dare.l.diem proferre.§.ſtari.ſupra de arbi.ſed
vltra Bartol. habes meliorem text. in propoſito in l. quid ta-
men.§.ſolutioni. ſupra de arb. firmat Bald. in capit. quærente.
in vlt. quæſtio.de offi. deleg. quod non poteſt iudex facere.d.l.
4.§.ſi quis condemnatum. cum gloſſ. Pro iſta deciſ.Bartol.ad-
de gloſſ.quæ hoc expreſsè tenet, in l.eum, qui certarum, §.fina.
in gloſ. mag. circa fin. & ibi Angel. & Paul. de Caſtr. infra de
verbor. obliga. idem tenent Imol. & Pau. de Caſtr. in l.ſi inſu-
lam. infra de verbor. obliga. Imol. in capit. ex inſinuatione. de
reſcrip.& cum Barto.tenent Saly.& Aret.hic.& iſtam opin.di-
cit Raph.Cum.quòd putat eſſe de iure veriorem, licèt alia vi-
deatur æquior. idem tenet Petr. de Anch. de quo alij non fa-
ciunt mentionem, in capitu. 1.in vlt.colum. de conſti.in 6.pro
iſta opin.bene facit dict.§. ſtari.allegatus per Barto. ſi enim ar-
biter habet poteſtatem etiam iniquè diſponendi circa meri-
ta cauſæ, quanto magis circa appoſitionem termini de ſoluen
do? Et ita teneas, quamuis Iacob.de Aret. And.de Piſ. Bald.Flo.
& dom. Alexan. hic teneant contrarium, cum alijs concor.
alleg. per dom.Alex. ſed nihil allegant, quod vrgeat, ideo non
52 refero. † Secundò quærit Bartol. de ſocietate contracta inter
aliquos, quòd ſi aliqua iuſta hæreditas obueniret alicui eo-
rum, quòd debeat cæteris communicari, ſi ex teſtamento de-
feratur illi, qui erat omnino ab inteſt. ſucceſſurus, an debeat
communicari? Concludit Barto. poſt Petr. de Bellaper.quòd
ſic.Idem tenent Petr. & Cyn. in d.l. ſi arrogator. & idem Alb.
* de Roſ.in vlt.colum. & communiter Mod. hic. *& iſta eſt com-
munis opin.* ſecundum dom. Alexan. hic, quicquid ſecundum
eum teneat Imol. Iſtam deciſ. reprehendit Aret. hic per duos
bonos text. primò per text. expreſſum ſecundum eum in l. il-
53 lud. in princ. infra de acquir. hæred. † vbi ſi ſucceſſurus ab in-
teſt.inſtituatur hæres, non defertur ſibi legitima hæreditas ab
inteſt. ſed ex teſtamento, & dicit ſe pro certo admirari de tan-
to Doctore, quantus eſt Barto.quòd in hoc puncto dixerit cõ-
tra text. legum. Secundò mouetur Aret. per text. in l.iure no-
ſtro.§.fin.& l.ſequen.ſecundum primã lect. gloſ.ſ.de teſt. tut.
vbi eſt text. quòd qui eſſet tutor legitimus ab inteſt. ſi facto
teſtamento creatur tutor, non dicitur tutor legitimus, ſed te-
ſtamentarius, ergo contra Bart. ¶Defendendo Bar. reſpondeo
ad vtrunque tex.nam Bart.non negat, quòd legitimus hæres ſi
inſtituatur in teſtamento, non dicatur teſtamentarius, & quòd
aliud ſit eſſe legitimum hæredem ab inteſt. & aliud hæredem
inſtitutum, facit bene tex.in l.in plurium.in prin. in verſ.etiam
ſi idem ſit, ad quem vtroque modo pertineat.& tex.in l.is, qui
hæres.in princ.& in l.nec is.§.1.ſ. de acquir.hæred. ſed conſide-
rat Bart.ꝙ ex quo legitima hæreditas tota ab inteſt. debebatur
ex præſumpta voluntate defuncti.l.conficiuntur. in prin. & l.ſi
quis cum teſt.nullum.ſ. de iur.codi. ꝙ ſi fiat inſtitutio in teſta-
mento, ꝙ nihil debeat operari. iſtud eſt proprium fundamen-
tum Bart.& ad hoc nihil obſt. fundamentum Aret. facit l.ob-
uenire.in verb.non impropriè.ĩ.de verb.ſign. Item ad ſecundũ
text.Aret.reſpondeo, & aliter, ꝙ nihil facit, quia prima lect.gl.
non eſt vera. & text. ibi refragatur, vnde vera eſt ſecunda lect.
glo.ꝙ ibi patruus non erat datus tutor in teſtamento, ſed alius,
qui confirmatur excluſo patruo legitimo, & ita ibi clarè loqui
tur text.præſertim in verſ. nam commodius. ¶Dom. Petr.de
Bexu.reprehendit ſubtiliter Bar. & dicit ſe audacter tenere cõ-
tra Bart.eo quia verba pacti comprehendunt ſolum hæredita-
tem obuenientem ab inteſt. d. l.3.§. de illo.ſ.pro ſoc. ergo ſibi
imputare debẽt, quare legem apertius non dixerunt.l.veterib.
54 ſ.de pact. ¶ † Secundò, quia conditio debet impleri in forma
ſpecifica.l.qui heredi.& l.Meuius.ĩ.de cond.& dem.ſed forma
ſpecifica pacti eſt de hæreditate iuſta, & ſic de obueniente ab
inteſt. ¶Tertiò mouetur fortiter contra Barto. (& iſtud valde
ſtringit, & per iſtud ego teneo contra Bart.) quia ſaltem exce-
pta legitima poterit eum teſtator priuare reliquo hæreditatis
ſuæ, ſed ſecundum Bart.in mille locis, & omnes Doct.hic, qñ
illud, ꝙ tacitè ineſt, ineſt ex voluntate teſtatoris, tunc expreſſio
bene operatur.l.talis ſcriptura.verſ.quid ergo.ĩ.eod.titu. Cùm
ergo eſſet in mera voluntate teſtatoris priuare iſtum reliquo
hæreditatis, ergo ſi expreſſit illud, ꝙ tacitè inerat ex voluntate,
expreſſio debet operari, & iſto modo apparet fundamentum
Bart.eſſe falſum, & retorquetur de directo contra ipſum Bart.
quia ſi ex volunrate ineſt, non eſt verum, ꝙ ſit par virtus taciti,
& expreſſi prout Barr.met in iſtis ſuis doctrinis pluries, & plu-
ries repetit.Idem Bar.ſ.in 2.opp.ſecundæ materiæ tenet in hoc
de directo contrarium, ꝙ quando aliquid ineſt tacitè ex præ-
ſumpta voluntate teſtatoris, ſi illud exprimitur, quia expreſ-
ſum facit ceſſare tacitum, illa expreſſio aliquid operatur, ergo
de directo contra Bart. ¶Hoc intelligit tamen, & bene eſſe ve-
rum, niſi iſte ſocius ab inteſt.ſucceſſurus in fraudem pacti ſoli-
citaſſet ſe inſtitui ex teſtamento, vt excluderet ſocios, quia cũ
per eum factum ſit, quominus cõditio impleretur, & ſic quo-
minus ſnccederet ab inteſt. debet haberi pro implera.l.Labeo
ſcribit ſi mihi bibliothecam. ſ. de contrahen. empt.& l. Iul. §.
mutui.ſ. ad Macedo. quia non debet aperiri via fraudibus.l.in
fundo.ſ.de rei vend. & c.quanto. de iureiur. & iſtud vltimum
teneo contra Bart.& ſi caſus mihi contingeret, cõſulerem, &
iudicarem contra eum ex dictis Bart.met.

ADDITIO.

a ¶Clauſulam. Adde, quid de ſententia qua dicimus, Cõdemnamus talẽ in cen
tum, & plus, & minus ſecundum formam ſtatuti, an valeat, & vide Ale.conſ.
90.num.6.lib.1. qua in re dixit Dec. in regu.l. plerunque. num.3.de reg. iur.
quod per talem clauſulam ſententia non eſt conditionalis, ſed reſoluenda
ſub conditione. Quid de clauſula qua vtuntur aliqui iudices crim. in condẽ-
nationibus, quas in hac Ciſalpina patria Decretationes appellant, ſcilicet,
& quatenus dictæ ſententiæ, condemnationes, ac abſolutiones eſſent vltra,
vel præter formam ſtatutorum, illas caſſamus, & annullamus, ac reducimus
ad formam ipſorum ſtatutorum? & dic, vt per Lanfr. Balb.conclu.493.vbi
concludit eam eſſe inutilem. MASVER.

*SVMMARIVM.*

1 *Error tam nominis proprij, quam appellatiui in diſpoſitionibus quando vitiet.*
2 *Error in nomine proprio an vitiet, remiſſiuè.*
3 *Error confinium non vitiat diſpoſitionem.*
4 *Error patriæ, parochiæ, vel viciniæ, quando vitiat, remiſſiuè. & nu.26.*
5 *Reſcriptum impetratum ſuper tali eccleſia contra certum presbyterum, licèt conſtet de eccleſia, ſi erratum eſt in nomine proprio presbyteri, reſcriptum vitiatur, & num.35.*
6 *Reſcriptum, in quo Papa mandat prouideri de beneficio in territorio Bononienſi. B. ſcholari Bonon.an vitietur reſcriptum, ſi ille B. ſit Paduanus, ſtudens tamen Bononiæ.*
7 *Baptizans fœminam intendens baptizare maſculum, & ei imponit nomen maſculi, talis puella non erit baptizata.*
8 *Error in nomine proprio rei legatæ non vitiat legatum, quando conſtat de corpnre, & ibi rationem habes. & vide etiam num.28.29.& 30.*
9 *Error in corpore, & ſic in ſubſtantia, ſeu prædicamento ſubſtantiæ, an vitiet legatum.& nu.31.quod non.& vide num.42.*
10 *Error in nomine appellatiuo ſemper vitiat legatum.& nu.26.Vbi ponit regulam, & fallentias.& vide nu.44.& nu.57.*
*Nomina appellatiua impoſita à natura, vel iure gentium ſunt immutabilia.& vide nu.13.& nu.48.*
11 *Errare in nomine appellatiuo, & nomine ſuo proprio arguit ſtultitiam.*
12 *Significatio vocis non trahitur ad ea, quæ ſunt in mente retenta.*
*Propoſitum in mente retentum nihil operatur.*
14 *Nomen appellatiuum eſt de rerum ſubſtantia, & eo deſtructo deſtruitur ſubſtantia.*
15 *Procuratoris conſtitutio an vitietur, ſi in conſtitutione dicatur, conſtituo Titium aſinum meum ad agendum, & defendendum.*

16 Pro-

16 *Promitto tibi istum equum, si bos demonstratur, promissio valet.*
17 *Procurator ꝙ quis videtur constitutus, si dicatur constituo Titium ad agendum, & defendendum.*
18 *Expressio inepta minus vitiat, quàm omissio.*
19 *Error in nomine officij non vitiat sicut nec in nomine artificij.*
20 *Verbum iniuriosum appositum in constitutione procuratoris, ꝙ non vitiat mandatum, sicut nec vitiat institutionem hæredis.*
21 *Pater non censetur exhæredare filium, si in testamento eum maledicat, & apponat vnam ex causis exhæredationis.*
*Papa non censetur excommunicare, licèt in rescripto dicat, apostolicam maledictionem.*
22 *Testator si dicat, constituo Titium dilapidatorem bonorum meorum ad exequendum testamentum, per hoc non vitiatur constitutio executoris.*
23 *Procuratoris constitutio non vitiatur, licèt in instrumento dicatur, constituo Titium procuratorem ad dissipandum, & perdendum.*
*Procurator constitutus ad perdendum, potest donare.*
24 *Error in nomine appellatiuo inducto à iure ciuili, non vitiat dispositionem.*
25 *Error in nomine appellatiuo contractus non vitiat contractum.*
27 *Vestes non veniunt appellatione suppellectilis, vel massaritiarum, & num. 47.*
29 *Constare de corpore in nominibus proprijs quando dicatur, ne legatum vitietur.*
30 *Error corporis, & substantiæ non sunt idem. contra glo.*
31 *Arguere licèt de contractu ad vltimas voluntates.*
32 *Confinia, vel qualitas rei adiecta per testatorem magis attēditur quàm nomen proprium rei.*
*Error in nomine proprio magis præsumitur quàm in confinibus.*
*Demonstratio, quæ fit per confinia, ꝙ sit fortior quàm illa, quæ fit per nomen proprium.*
*Præsumptio fortior tollit minus potentem.*
33 *Testator si legat fundum Cornelianum, in quo sit oliuetum, licèt erret in nomine proprio, si tamen qualitas est vera, de corpore constare dicitur, & valet legatum.*
34 *Demonstrationes duæ si adijciuntur legato, quarum vna sit falsa, legatum sustentatur ex vera.*
36 *Error in nomine proprio in stipulatione, & iudicijs non vitiat.*
37 *Error in corpore quomodo probetur.*
38 *Error probatur, quando in tractatu de faciendo testamentum, vel aliū contractum aliquid exprimitur, & posteà aliud fit.*
39 *Error potius præsumitur, quàm voluntatis mutatio.*
*Durare in eadem voluntate quando quis præsumatur.*
40 *Fundus pratinus differt à vineato specie.*
*Legato fundo aratorio, non comprænditur vinea, & quando, nu. 42.*
41 *Qualitates alicuius rei dicuntur, quæ possunt adesse, & abesse præter subiecti corruptionem.*
*Testator legando fundum simpliciter, quid intelligatur legasse.*
42 *Error in adiectiuis siue accidentibus non vitiat legatum.*
43 *Agro legato an veniat vinea.*
44 *Ager est genus.*
45 *Disiunctiua posita inter genus, & speciem resoluitur in idest.*
46 *Tutoris appellatione quando veniat curator, & èconuerso.*
47 *Prædictio testatoris coram aliquibus quare non sufficit, sed expressa protestatio ante testamentum sic, & nu. 51.*
49 *Stipulatio facta per A. & B. licèt inter contrahentes coram testib. expressè actum sit quòd dicendo A. intelligatur promittis, & dicendo B. intelligatur promitto, non valet.*
50 *Species si pluries legatur vni, semel tantùm debetur, & quando in tali legato fiat multiplicatio, & nu. 55.*
52 *Homo fictionem inducere non potest, & sup. nu. 47. & 48.*
53 *Fictionem inducere, & declarationem facere inter se differunt.*
*Fictionis natura est inducere.*
*Fictio declaratiua retrò trahitur, & non requirit extremum à quo esse habile.*
*Fictio declaratiua non est propriè fictio.*
*Fictio inductiua requirit duo extrema habilia, scilicet à quo, & ad quod.*
54 *Voluntas, & sensus attenditur in legatis, non expressio verborum.*
55 *Probationes liquidissimæ dicuntur coniecturæ, vel præsumptiones legum.*
56 *Legare nutu non potest ille, in quo nulla est infirmitas.*
57 *Error in nomine appellatiuo data rei præsentia, & demonstrata per testatorem digito non vitiat.*

## LEX IIII.

# Si quis in fundi vocabulo.

Error in nomine proprio rei legatæ non vitiat legatum, secus si sit error in corpore, vel in nomine appellatiuo, hoc dicit, & sic ista l. tractat de triplici
errore, vt in gl. 1. & ista l. est magis difficilis quàm ostendat secundum Pau. de Cast. hic in fi. ¶ Ad euidentiam huius l. ne æquocemus in terminis, & cōsequenter ne fallamur, habent præ-
1 mittere iuuenes, † ꝙ ista l. loquitur in errore rerum legatarum,
prout etiam loquitur tex. in l. si fortidianum. C. de leg. De errore autem in nomine hæredis, vel legatarij loquitur ꝓpriè text. in l. si quis in nomine. C. de test. & in §. si quis in nomine. Instit. eod. De errore nominis proprij ipsius testatoris, qui videtur arguere stultitiam, est text. in l. fi. C. de hæred. insti. & ibi Bar. & alij ad hoc no. & ibi legendo feci mentionem de Raph. & Moder. Sen. hic, & ibidem Bald. in 2. colum. ponit de errore in nomine
2 proprio filij testatoris, & quid de errore † nominis proprij aui
paterni, nunquid iste error vitiaret, consuluit in terminis Lud. Roma. in consi. 179. incip. amplissimè Doct. in 1. dubio, & quid in iudicijs, & in contractibus, an error vitiet, propriè loquun-
3 tur iura alleg. per glo. ĩ. in glo. 3. & ibi dicetur. ¶† Et quid in er-
rore confinium, an dispositionem vitiet, habes text. ꝙ non in l. patronus. §. Sempronio, & §. libertis. ff. de leg. 3. & est glo. not. & ordi. in l. forma. in prin. ff. de censi. & gl. in l. si fortidianum. C. de
4 lega. ponunt Imol. & dom. Alex. & cæteri Mod. hic. † Quid au-
tem de errore patriæ, vel parochiæ habes tex. in l. his verbis. §. fi. s̃. de hæred. instit. & tex. in c. significante, vbi ponunt Can. de rescrip. ponit Bar. in l. demonstratio. in prin. in 5. q. princip. ĩ. de condi. & demonstra. Bal. in l. penu. in 9. vel 8. colum. C. de exec. rei iud. Istas materias tradunt hic Moder. & non sunt de materia propria istius l. quia ista l. solùm tractat, quando est erratum in nomine proprio, vel in corpore, vel in nomine appellatiuo rei legatæ, & istam materiam propriam legis ego attingam cæ
5 teris prætermissis. ¶† Aduerte tamen, ꝙ si impetraui rescriptū
super tali ecclesia contra talem presbyterum, sed errauì in nomine proprio presbyteri, licèt constet de ecclesia, rescriptum nihil valet, eo quia rescriptum est stricti iuris, secundum Ioan. And. in addi. Spec. tit. de rescrip. præsen. §. ratione autem causæ. in ver. quia si indubitatè. & pondera bene rationem, quam assignat Ioan. And. quia rescriptum est stricti iuris, & hoc modo datur magna limitatio ad regulam, quæ habet, ꝙ error in nomine proprio regulariter non vitiat, vt hic, & d. l. in nomine.
6 ¶† Quid autem si Papa mandat prouideri de beneficio in ter-
ritorio Bonon. B. scholari Bonon. & ille B. sit Paduanus, tamen studens Bononiæ, an per hoc vitietur rescriptum? ponunt Io. And. & omnes Cano. in d. c. significante. de rescrip. & no. dom. Abb. in consi. 200. incip. in q. quæ ad præsens vertitur inter capi
7 tulum. in vlt. colum. ¶† Secundò pro pulchra limitatione ad-
uerte, ꝙ si baptizans intendit baptizare masculum, & ei imponit nomen masculi, puta Petrus, cum in veritate sit puella, non est baptizata talis puella, secus si de hoc non cogitaret baptizans, sed simpliciter baptizaret. ita no. decidit Hostien. in sum. sua in tit. de baptis. in §. quomodo fit. in 8. colum. in ver. quid ergo si quis putet. & ratio est, quia oportet, ꝙ intentio baptizā tis fundetur super vero, & ibi not. declarat Host. in 4. colum. in ver. sed cum paruuli. ¶ Not. 1. ex hac l. ꝙ error in nomine proprio rei legatę non vitiat legatum, quando constat de corpo-
8 re. Ratio est, quia † propria nomina sunt inuenta ad recognoscē
da ea, quibus imponuntur, dicit tex. in l. ad recognoscendos. C. de inge. & manu. si ergo ꝯstat de qua re disposuit testator, talis error non debet vitiare. Istam rationem formaliter assignat tex. in §. si quis in nomine. Insti. eo. nam quando constat de corpore, expressio proprij nominis censetur esse superflua. l. 1. in fi. ĩ. de do. præleg. & l. 1. in fi. s̃. de act. emp. & l. certum. s̃. si cer. pe. vnde expressio nominis proprij erronea tanquam superflua non habet vitiare, per regulam. l. vnicæ. in princi. C. de rei vxo. act. Ista ratio cessat in errore nominis appellatiui, & sic in nominibus appellatiuis generum, quę non sunt inuenta, vt cognosca
9 mus indiuidua. ¶† Secundò not. ꝙ error in corpore, & sic in
substantia, seu prædicamento substantiæ vitiat legatum, vtendo vocabulis gl. 1. quam. ĩ. reprobabo. Ratio, quia non debetur illud, quod expressit, cùm in illo non adsit voluntas testatoris, nec illud quod voluit testator, quia in eo deficit dispositio. Istā rationem assignat formaliter tex. in l. ambiguo. ĩ. de rebus dub. & tex. in l. quoties. in prin. s̃. de hære. insti. & ad istud no. vltra ꝯcord. glo. adde bon. tex. in l. si me in vacuam. in prin. ĩ. de acqui.
10 possess. ¶† Tertiò no. ex tertia parte tex. ꝙ error in nomine ap-
pellatiuo semper vitiat dispositionem. duas rationes assignat iste tex. Prima, quia nomina appellatiua imposita à natura, vel iure gentium sunt immutabilia. Secundam rationem assignat in verbo, vel ꝙ est stultius, quia talis error sapit stultitiam, ideo
11 est intolerabilis. vnde dicit not. † Bal. in d. l. quoties. in fi. princip.
s̃. de hęred. instit. quòd tunc stulta voluntas errat in eo, in quo nemo vnquam sanæ mentis erraret, vnde talis error nunquam potest actibus hominum accommodari, sicut quando quis errat in nomine suo proprio, istud etiam arguit stultitiam. d. l. fin. in prin.

in prin.C.de hære.insti.sed error in nomine proprio rerum,vel personarum est tolerabilis.¶Tertiam ratio. assignat text.in d.l. quoties,in princi.quia in eo, quod expressit, voluntas deficit.in
12 eo,quod voluit,deficit dispositio,& scriptura, & † consequenter significatio vocis nullo modo potest trahi ad ea, quæ sunt in mente retenta, quia propositum in mente retentum nihil operatur.l si repetendi. C. de condict. ob cau. ¶Quartã ratio.
13 assignat Bal.in d.l.si in nomine.C.de inoffic.test.† quia nomen appellatiuum generis est impositum de iure gen. & importat seu designat propriam substantiam cuiuscunque rei,vnde eius corruptio inducit corruptionem formæ substantialis, quia ꝙ est in intellectu, non potest tunc sensu percipi. ¶Quintam, & vlt.rationem assignat Bal.in l.si fortidianum.C.de leg.quam di
14 cit esse subtiliorem,& eam sequitur Flo.hic,† quia non potest res carere nomine appellatiuo,quin careat esse,quia sunt de rerum substantia.vnde si destrueretur nomen appellatiuum,destrueretur substantia,& esse.¶Iuxta istum tex.& istud no.ꝙ error in nomine appellatiuo semper vitiat dispositionem, cadit
15 pulchrum,& no.dubium.† Si dico in instrumento, constituo Titium asinum meum ad agendum,& defendendum cās,&c. an dicatur legitimus procurator,an verò vitiabitur talis constitutio procuratoris? Est pulcher passus.d.Ant.de But.& Imo.in c.petitio.in prin.de procu.tenent, ꝙ talis constitutio procuratoris vitiabitur,per regulam huius tex. quia est error in nomine appellatiuo,& in hoc reprehendunt Host.ibi,qui tenebat contrarium.Istam opi.d.Ant.& Imo.ꝙ vitietur talis constitutio procuratoris,tenent d.Alex.hic.Raph.Fulg.& d.Alex.in l.testamentum non ideo.C.de testa.idem d.Alex.in l. si quis mihi bona.§. sed quid si mandauit.s̄.de acq.hær.Saluat d.Alex.hic opi. Host. quando ille,qui est constitutus procurator per illa verba,constituo te asinum,&c.esset præsens actui eo tempore, quo constituitur.Motus per illud,quod vult glo.reputata sing. in l. quæ
16 extrinsecus.ī.de verb.obl. † quæ vult, ꝙ si dico, promitto tibi istum equum,demonstrato boue in præsentia ad oculum, talis error nominis appellatiui non vitiat promissionem. quam gl.Bar.ī.alleg.ibi de ea dicam.¶Ista saluatio d. Alex.nihil penitus valet,quia præsentia corporis tunc operatur, quando erratur in nomine appellatiuo.sed in ista q.nō est aliquis error,imò nec æquiuocatio. Sola difficultas est propter terminum asinū, & ista propter præsentiam constituti non remouetur, nihil ergo penitus faceret præsentia istius constituti.¶Moder. Sen.hic
17 defendunt opi.Host.duplici fundamento.† Primò,quia si simpliciter dicerem,constituo Titium ad agendum, & defendendum,censeretur constitutus procurator, licèt nō dixerim procuratorem,quia istud ostendunt verba præcedentia,& sequentia,vt probatur in l.1.in fi.& quod ibi Bal.tenet.s̄.de hæred.insti. In proposito si fuisset dictum constituo procuratorem ad agēdum,& tacuisset asinum,illa constitutio valet,& tenet,ergo fortius si est facta expressio inepta,quia dixi asinum,non debet vi-
18 tiare,per regulam no.† quia minus vitiat inepta expressio,quã omissio.est doctri.not.Bar.in l.demonstratio.in prin. in 2.colu. ī.de condi.& demonst.¶Secundò mouetur,quia hic non fuit
19 error in nomine proprio,nec appellatiuo, † sed in nomine officij,qui error non debet vitiare,sicut nec error in nomine artificij,vt est tex.solen. in l.pecu.ī.de reb. dub. quem text.quia glo. alleg.ibi inducam.¶Quid tenendum? Teneo opi.Host.quæ est
* verissima,& credo ꝙ sit *magis communis*. eam etiam tenet Bal.& Pau.de Cast.in d,l.testamentum non ideo.per illum text. C. de testa.Ludo.Roma.in l.si quis mihi bona. §. si quis adiuerit.s̄.de acquir.hered.Are.in ea.l.si quis mihi bona.in §.sed quid si mandauit,& d.Alex.sibi contrarius in consi.43.4.volum.incip.visis, & ponderatis his,quæ continentur in processu. in 8.colu.idem tenet Abb.in d.c.petitio.in 3.not.ad fi.de procur.Ad ita tenendum mouent me multum.ī.scripta,& præsertim quia hic non fuit error, nec constituens fuit ita supinus, ꝙ crederet asinum vocare,aut significare procuratorem,sed illud vocabulum fuit iniuriosum,seu contumeliosum,& consequenter maledictio,
20 non autem fuit erroneum,† vnde talis iniuria,seu maledictio non debet vitiare constitutionem procuratoris, sicut nō vitiat institutionem hæredis.tex.est ad hoc valde not. in l. his verbis. §. 1.s̄.de hæred.insti.vbi dicit ad literam tex. ꝙ si testator dicat, ille filius meus impijssimus de me malè meritus hæres esto.decidit ibi text.quòd illa institutio opprobriosa non vitiatur,licèt sit facta cum verbo maledico. ita hic verbum iniuriosum non debet vitiare constitutionem procuratoris,præsertim cùm hic constet de corpore,& persona,quia Titius, & de effectu, quia debet agere,& defendere,istud est officium procuratoris,vnde istud vocabulum iniuriosum nō debet nocere, sicut nec vitiat
21 institutionem.¶Adde pro confirmatione bene facere,†quòd si pater maledicat filium in testamento, etiam expressa vna causa legitima,ex qua posset eum exhæredare, non per hoc filius dicitur exhæredatus,sicut nec benedicendo filium per hoc censetur institutus.ita sing.determinat Bald. in proœ.Decre.in penul.colum.ad fin. & vltim. sicut etiam secundum eum Papa maledicendo,vel apponendo in rescripto apostolicam maledictionem, non per hoc censetur excommunicare. Sed admiror,quòd Bald. qui fuit tantus textualis, non viderit de hoc tex.expressum,& valdè solemnem.in c.licet.de voto.in ver.sub interminatione maledictionis paternæ. iuncta deci. ipsius text.
22 ¶† Secundò principaliter ad tenendum opi. Hostien.moueor per illud,quod not.decidit Bald.in l. id, quod pauperibus.in 1. quæst.C.de Episco. & cle.quòd si testator in testamento dicat, constituo Titium dilapidatorem bonorum meorum ad exequendum testamētum meum, per hoc non vitiatur constitutio executoris,licèt appellauerit verbo iniurioso dilapidatorē, vbi debebat dicere executorem,quia secundum Bal. cùm habeamus effectum,parum est curandum de ineptitudine taliū
23 verborum. ¶ Confirmatur & tertiò, † quia si in instrumento procuratoris,de quo est quæst. nostra,diceretur, constituo Titium procuratorem meum ad dissipandum, & perdendum, tamen valet ista constitutio procuratoris.ita tenet not. Bald.in l.filiusfamil. ī. de don.vbi fortius tenet, quòd imò tunc procurator ita constitutus ad dissipandum,& perdendum posset donare,cùm donatio sit p erditio,vt ibi in text.quod vltimum teneas valde cordi pro limitatione regulæ. d. l. filiusfamilias.
24 ¶† Quartò,dato etiam & concesso sine veri præiudicio, quòd in ista quæst.esset error in nomine appellatiuo, adhuc iste text. non obst.quia procedit,quando est error in nominibus appel-
a latiuis à rerum natura,vel iure gentium impositis.secus [a] est,in nominibus appellatiuis impositis à iure ciuili, vt est illud nomen procurator,tunc error non vitiat,prout declarat Bald. in l.si in nomine.C.de testa.& in d.l. si fortidianum. ¶Quintò, & vltimò accedat, quòd in cōstitutione procuratoris non est vis in nomine.text.est in d.c.petitio.de procura.& in l.1. §.quibus. s̄.quòd cuiusque vniuer.dom. Abb. in c. in pertractandis. in 2.
25 colu. de iur. calum. † Sicut etiam error in nomine contractus appellatiuo non vitiat contractum. l.insulam. & ibi Barto.s̄.de præscrip.verb.l.si olei,& ibi Barto.C.locat.l.si vno. in princip.s̄. eo.scilicet loca. & tenendo istam par. non obst.si diceretur, ꝙ ego multum me fundo super l.his verbis.§.1. s̄.de hæred.insti. vbi institutio verbis iniuriosis facta,valet,& tenet,sed quòd ille tex.nihil ob. eo quia ibi testator processit ad expressionem hæredis,& dixit,ille filius meus impijssimus de me malè meritus, hæres estò,expressè ergo instituit,& text.ibi se fundat, quòd ex quo expressè instituit licèt cùm maledictione, filius erit hæres, quod non est in ista quæst.Respond.quòd imò satis expressit, ex quo dixit ad agendum, & defendendum, quæ verba non conueniunt nisi constitutioni procuratoris, vt superius deduxi,& ita habes bene discussum,vt puto,præsentem articulum.
26 ¶† Stat ergo regula ex text.quòd error in nomine appellatiuo vitiat.adde,quod per istum text.dicit not. Bart.in l.si is,qui pro emptore.in 1.quæst.princip.ī.de vsucap.quòd homo non potest facere, quòd dicendo bouem, intelligatur de asino, quia rerum vocabula sunt immutabilia, vt hoc text. & ab homine fictio induci non potest.de quo videbimus ī.in glo. quæ videtur aliter tenere.¶Ista regula tex.limitatur duobus modis. Primò, quando vnum nomen appellatiuum haberet multam proximitatem cum alio per l.librorum. §.quod tamen. de leg. 3.de qua l.oppo.glo.in ver. non deberi. reseruo super ea dicendum.Secundò fallit data præsentia rei,per glo.sing.in l.quæ extrinsecus.inf.de verborum oblig.quam.inf.ad hoc alleg. Barto.
27 & ī.dicetur.¶Quartò not.ex hoc tex.† quòd appell. suppellectilis non veniunt vestes,sed hodie in vsu quotidiano non vtimur isto verbo suppellectilis,sed termino massaritiarum,& illud quod per leges venit appell. suppellectilis, etiam venit appellatione massaritiarum,& ècontra,secundum Barto. in l. 1.ī. de supel.leg.ideo facit iste tex.secundum Ang. ꝙ si testator legat vxori massaritias, quòd non veniunt vestes, & sequuntur Imol.& Moder.hic.¶ Adde tamen, quòd appell. massaritiarū, vel suppellectilis veniūt lecti,culcitræ,capsæ,scamna,& sim.se-
b cundum dom.Abb.qui ita consuluit in facto in consil. 195.[b] incip.casus in facto sic proponit.quidam dom.Anto.&c.¶Ex-
28 peditis not.† antequam veniam ad glo.pro intellectu tex oppono fortiter contra tex.quòd imò non sit differentia inter errorem

ADDITIONES.

a ¶Secus. Pro quo adde facere l.si olei.C. locat.vbi error in nomine appellatiuo à rerum natura, vel iure gentium non vitiat contractum. Declara, vt per Galiaul.in repet.l.centurio.num.222.ver.6. BELLAC.

b ¶In consi.195.Adde,quòd est in 2.volum.consi.88.& aduerte, quia Barto.in l.2.ff.de suppel.leg.dicit,ꝙ culcitræ de communi vsu loquendi non veniunt appellatione massaritiarum.

rorem nominis proprij, & errorem nominis appellatiui data
paritate teriorum: quia in primo error nominis proprij non
nocet,quando constat de corpore,idem etiam est in secundo,
vt hic in glo.approbata.& l.1.in fi.j.de do.prælega. aliàs si non
constaret de corpore,vtrunque vitiaretur ratione incertitudi-
nis,tam in primo,quàm in secundo casu.l.si fuerit.de reb. dub.
Istam difficul.tangit in discursu sermonis subtilis Raph.& non
clarè soluit.Dom.Petr.de Bex. ex mente Raph. aliter respon-
det,quòd in 2.casu,quando erratur in nomine appellatiuo, re
quiritur,quòd res demonstretur euidentioribus, & fortioribus
indicijs: quia est error magis crassus.facit l. non est verisimile.
s.quod me.cau.Sed in errore nominis proprij,qui est magis to
lerabilis,non erit opus tanta demonstratione,& in hoc videtur
consistere vis,& differentia huius l.secũdum eum. ¶Tu adde,
quòd Dom.Pet.poterat ad hoc allegare Barto. hic super gl. in
versic.vocabulo.vbi expressè dicit,quòd in appellatiuis non di
citur constare de corpore ex indicijs, eo quia prædixerat. Ra-
tio,quia nomina appellatiua sunt ita cõmunia, & nota, quòd
lex non præsumit aliquem errasse ex aliquibus indicijs. secus
est in errore nominis proprij: & sic sol. quam sibi ascribit Do.
Pet.est ante eum sol.Bart.hic. ¶Tu autem plenius solue hanc
29 diffic.† quòd error in nomine proprio non vitiat, est verum
dummodo constet de corpore. Ita expressè dicit tex. in §.si qs
in nomine. Insti.de leg.& in l.si fortidianum.C. eo. dicitur au-
tem constare de corpore in nominibus proprijs ex solo vsu lo
quendi testatoris, qui ita consueuit appellare, sed hoc non suf
ficit in nominib. appellatiuis,vt dicit tex.in l.Labeo.circa med.
& ibi assignat rationem.j.de supp.leg. Item ex sola præfatione
testatoris. Item per fines,vel per vnam demonstrationem, vt
oliuetum,vt in glo. Ista autem non sufficerent in nominib.ap-
pellatiuis, quæ sunt nimium difformia menti testatoris. ¶Ca
pio nunc glo.1.in ver.si quis in fundi vocabulo, & quærõ vt in
ea.&c. ¶In ea.glo.ibi,item in corpore rei,seu substantia.Ista gl.
30 1.vult duo,& in vtroque malè dicit.† Primò vult glo. quòd
error corporis, & substantiæ sint idem. In contrarium est text.
formalis in l. in venditionibus,in ver.inde quæritur,de contra-
hen.empt. qui dicit,si in ipso corpore non erratur, sed in sub-
31 stantia error fit. ¶†Secundò vult glo.quòd error in substantia
vitiet legatum,sicut etiam vitiat emptionem. d. l. in venditio-
nibus.arguendo de contractibus ad legata, & sic ad vlt.volun-
tates.l.seruum filij.§.eum qui chirographum.& l.quæ de lega
to.j.eod. Sed in hoc etiam glo.malè dicit, & in contrarium est
tex.in l.si id quod aurum.j.de verbor.oblig.vbi error in substã
tia non vitiat stipulationem,quæ est stricti iuris, ergo minus de
bet vitiare vlt. voluntatem, in qua fit benignior interpretatio.
c.cùm dilecti. de loc. Nec obst.l.in vẽditionibus,quia loquitur
in contractu oneroso propter pretium, quod non est in lega-
to,vel in stipulatione. nam illa l. si id quod aurum. intelligitur
in stipulatione ex causa lucratiua secundum Barto.& Doctor.
ibi: secus si ex causa onerosa. d. l. in venditionibus. sed lega-
a tum[a] non potest esse onerosum.l.hæreditatem. in prin.s.man.
¶Capio glo.2.in ver.nominauerit. Istam glo. pro sing.no.Bart.
32 & Doct.quod † magis debent attendi confinia,vel qualitas rei
adiectæ per testatorẽ quàm nomina propria: & sic potius præ-
sumitur error in nomine proprio,quàm in confinibus, vel in
qualitate rei legatæ, & sic fortior est demonstratio quæ fit per
confinia, quàm illa quæ fit per nomen proprium: quia prima
non est ita de facili mutabilis, sicut secunda, vt hoc tex. & sic
fortior præsumptio tollit minus fortem.l.diuus.s.de in integr.
restit.Item verisimilitudo maior tollit minorem. secundũ Bar.
33 in l.siue possidetis.circa fi. C. de proba. ¶†Secundò habes dili-
genter notare ex hac glo.quòd si testator legat fundum Corne
lianum,in quo est oliuetum, ꝙ licet erret in nomine proprio,
si tamen qualitas est vera, dicitur constare de corpore, quem-
admodum ècontra, si non erratur in nomine proprio, sed in
falsa demonstratione,valet & tenet.tex.est no.in l.quib.diebus.
§.qui dotalem.j.de condi.& demonst.facit, quia in dubio de-
bet attendi illud, quod facit actum valere. l. quoties.& l.vbi.j.
de rebus dub. Item si testator in re legata adiecit duas demon
34 strationes, † quarum vna conuenit rei legatæ, alia non, atten-
ditur illa,quæ facit actum valere.tex.est no.in l. pen.§. paterfa.
j.de lega.3. quando non apparet de alia re,cui alia demonstra-
tio aliter conueniat. ¶Capio glo.in ver.sed si in corpore.Diui
de istam glo.in duas partes. prin. In prima exemplificat tex. &
ista prima pars erit valde not. In 2.allegat varias concordãtias,
quæ loquuntur non solùm in vltimis voluntatibus, sed etiam
in contractibus stricti iuris, & in iudicijs, & consequenter am-
pliat regulam tex.nostri,ꝙ error in nomine proprio non vitiat
nedum legatum, sed nec stipulationem, nec iudicia. Secun-
35 da ibi,no.ergo,ꝙ error,& iura quæ allegat glo. † videntur for-
titer facere contra illud,quod tenet Ioan.And.in addi.Spec. in
tit.de rescrip.præsen.§.ratione autem formæ.in versi.quid si in-
dubitatè. quem retuli. s.de in euidentalibus legis, ꝙ si aliquis
impetrauerit rescriptum super tali ecclesia, de qua constat, ꝙ
errauit in nomine presbyteri, non valet rescriptum, quod est
stricti iuris.dixi s. ¶Not. istam rationem, quia si esset vera, es-
set magna limitatio ad istam l.& similes. Sed in contrarium vi
detur fortiter facere tex.in l.si in nomine.j.de verbo. oblig.all.
36 in glo.quæ loquitur † in stipulatione,quæ est stricti iuris: & ta-
men error in nomine proprio non vitiat stipulationem. Item
in iudicijs,quæ similiter sunt stricti iuris, error in nomine pro-
prio non vitiat,tex.est in l.Pompo.scribit si frumentum.§.pen.
s.de rei ven. quem etiam allegat glo.nostra, ergo contra ratio-
nem Ioan.And.Defendendo Io.And.responde, ꝙ illa iura ex-
pressè loquuntur,quando constabat de corpore, sed in dicto
Ioan.And.constabat de corpore, & ad hoc bene facit tex.in c.
significante.de rescri.secundum communem intellectum Scri
bentium, qui tenent, ꝙ error ibi patriæ, vel parochiæ vitiet:
quia non constabat de corpore,& ita etiam intelligit Barto. in
l.demonstratio falsa. in princip.5.q. princip. j. de condit.& de-
monstrat. Item Ioan.And.loquitur in rescripto impetrato ad
beneficia,sed sic est, quod rescripta ad beneficia sunt ambitio-
sa,& sic valde odiosa, & consequenter multum restringenda,
vt est tex.ad literam in c.quamuis.j.de preben.in 6.¶Ex prima
37 parte huius glo.habes elicere.4.no. conclusiones. ¶†Prima est,
secundum Barto.& Scriben.quomodo probetur error in cor-
pore,scilicet ex verbis,quæ testator dixit ante confectionem te
38 stamenti. Ex quo correlariè † secundò not. ex hac glo. quòd
quando aliquis ante testamentum conferens cum amicis suis
dicat se velle aliquid facere in testamento, si posteà in contra-
rium faciat, ꝙ dicitur errasse, nec præsumitur eum pœnituisse
prioris voluntatis. & pro hoc melius facit tex. in l. quoties §.1.
s.de hær.insti.& per illum tex.no.ibi Barto.in §.tantumdem.&
reputat bene sing.quòd error probatur, quando in tractatu de
faciendo testamentum, vel alium contractum, aliquid expri-
mitur, & posteà aliud fit. de quo tamen vide glo. valde not.in
39 l.cùm proponebatur. & ibi Bar.& Imo.j. de lega. 2. ¶†Tertiò
no.ex hac glo.ꝙ potius præsumitur error, quàm mutatio vo-
luntatis. In dubio enim præsumitur quis durare in eadem vo-
luntate.l.eum qui.& l.cùm tacitum.j. de proba. l. cùm hic sta-
tus.in prin.& §.1.s.de do.inter vir.& vxo.cap.maiores.§.fina.&
ibi ad hoc not.Dom. Abb. de baptis.c.cùm Marthæ. de celebr.
miss.c.licet.& ibi Gemi.ad hoc no. de procur. in 6. Intellige sa-
nè,nisi testator ex magno interuallo post faceret tale testamen
tum,tunc non præsumeretur duratio eiusdem voluntatis.l. ꝑ
retentionem.C.de vsur.l.cùm in plures.§. locator horrei.s. lo-
ca. Bart. & alij in l.pacta nouissima. vbi aliquando de hoc vlti.
40 plenè dixi C.de pac. ¶†Quartò not.ex hac glo. ꝙ licèt dictio
fundus,sit generalis comprehendens tam pratum, quàm vi-
neam.l.fundi appellatione.j.de verbor.sign. tamen fundus pra-
tiuus differt à vineato in specie, capiendo speciem prout ca-
piunt Legistæ.Ideo si testator leget fundum pratiuum,quæ ha
bet iuxta Titium,in tali legato non venit fundus vineatus. &
per istam glo.dicit Ange. fuisse de facto determinatum contra
quendam consanguineum suum, cui testator legauerat petiã
terræ aratoriæ existentem iuxtà Titium, cùm verè ibi haberet
vineam,& non terram aratoriam,fuit decisum,ꝙ non debere-
tur illa terra vineata, quia vinea non erat legata, nec ibi erat
terra aratoria,& sequuntur Imo.Raphael,& dom.Alexan.hic.
¶Tu aduerte cùm esset de petia terræ existentis iuxta Titium,
quòd talis error dicitur potius in qualitate, quàm in corpore,
ergo non debet vitiare,sicut nec falsa demonstratio vitiat,quã
do constat de corpore.l.falsa demonstratio.in princ. & §.quod
autem.j.de condi.& demonst.& l.patronus. §.1.& 2.j. de leg.3.
quod autem iste sit error in qualitate, & non in corpore scili-
cet esse pratiuum,& non vineatum, sunt duo boni text. in l.si
in qualitate, & in l. si duorum. s. de act.empt.quos text.etiam
alleg.Aretin. hic, qui ita reprehendit Ange. declaro,& induco
vtrunque tex. & vltra quod de hoc sint text. expressi in d.l.si in
41 qualitate,& in d.l.duorum.patet viua ratione,† quia illæ dicũ-
tur esse qualitates,quæ possunt adesse, & abesse præter subiecti
corruptionem, sed esse vineam, & pratum, istæ sunt qualita-
tes,vt tota die experientia docet,ergo non fuit erratum in cor-
pore terræ,sed erratum in qualitate.¶Secundò aduerte, ꝙ ista
glo.non loquitur prout Ang.& Docto.præallega.eam allegãt.
Ista gloss. non loquitur, quando testator legauit fundum pra-
tiuum, cùm haberet vineatum iuxta Titium, sed eius verba
sunt,

ADDITIO.

a ¶Sed legatum.Adde,ꝙ in legato talis error non vitiat, & vide per Barto.in l.
demonstratio falsa.in 3.& 4.q.j.de condi.& demonstr.

ſunt, ꝙ credebat legare vineam,quam putabat habere iuxta
Titium,& dixit,lego fundum exiſtentem penes Titium,& ſic
glo.ſimpliciter dicit,quando legatur fundus, & non dicit pra-
tiuus,vel vineatus, quo caſu cùm dictio fundi ſit generalis, &
comprædendat tam pratiuum, quàm vineatum. l. fundi. & l.
ager. ĩ. de verborum ſignifi. ergo legando ſimpliciter fundum
exiſtentem penes Titium,vt dicit glo. videtur,quòd veniat vi-
neatus,ex quo glo. ſolùm expreſſit fundum. patet, quia ſi ex-
preſſiſſet fundum pratiuum,ſuperfluum eſſet illud, quod dicit
glo.ꝙ intendebat,imò expreſsè hoc dixiſſet, & re vera glo. ſe-
cundum eius verba ita loquitur,& malè.¶Sed ſalua iſtam gl.
altero de duob.mod.Primò,ꝙ intentio glo.ſi tota ſimiliter iun
gatur,eſt propriè facere differentiam inter fundum pratiuum,
& fundum vineatum,non autem eſt loqui de fundo ſimplici-
ter.¶Secundò,& fundamentalius ſaluam iſtam gl.cuius inten-
tio eſt,ꝙ teſtator legando fundum ſimpliciter intendebat lega
re fundum pratiuum exiſtentem penes Titium, & ita prædixe-
rat coram aliquibus:ſi poſteà legat fundum ſimpliciter, quem
habet penes Titium,& ille ſit vineatus,oſtenditur error teſtato
ris ſuper identitate corporis, ideo vitiat,vt neutrum debeatur.
iſta eſt propria mens glo.nihil ſubaudiendo ad eam. Quid te-
nendum?Ego ſic diſtinguo, & credo eſſe veritatem, ꝙ ſi teſta-
tor habebat ſolùm vnum fundum exiſtentem penes Titium,
quem credebat eſſe pratiuum,prout prędixerat coram aliqui-
bus;cùm eſſet vineatus, & iſte non dicitur eſſe error in corpo-
re,ſed in qualitate, & tunc non vitiat, cum conſtet de corpo-
re,vt dixi,& in iſtis terminis malè loquerentur glo. Ang.& alij.
42 ſ̃.relati.confirmatur dupliciter, † quia ſi error in ſubſtantia le-
gati non vitiat.l.ſi id quod aurum.ĩ.de verb.obl. & dixi ſ̃. in gl.
quanto minus error in iſta qualitate debet vitiare? Item error
in adiectiuis,ſeu in accidentibus non vitiat legatum,prout ĩ.te
net glo.fi.ſed iſte eſt talis error, patet,quia accidentia dicuntur,
quæ poſſunt adeſſe,& abeſſe,præter ſubiecti corruptionem,&
talia ſunt eſſe pratiuum, & vineatum, quia poſſunt adeſſe, &
ſubeſſe remanente ſalua ſubſtantia ſoli.l.certo generi.in prin.ſ̃.
de ſer.ruſti.prædi. Aut teſtator habebat duos fundos,vnum vi-
neatum,alium pratiuum,& intēdebat legare pratiuum, quem
credebat eſſe penes Titium, prout prædixerat, & reperitur,ꝙ
eſt fundus vineatus,& tunc iſte bene dicitur eſſe error in corpo
re.l.in venditionibus,vbi tex.magiſtralis. ſ̃.de contrahen.empt.
& iſte error bene vitiat, & ita procedat iſte tex.Ratio,quia tūc
in eo,quem expreſſit, deficit voluntas teſtatoris, in alio deficit
diſpoſitio,vt dicit tex.in l. in ambiguo, & l.quoties.in prin.ĩ.de
43 reb.dub.¶† Nunquid autem in legato agri, ſi teſtator legat
agrum ſimpliciter,veniat vinea, quæ propriè dicitur ager vi-
neatus,& non ſimpliciter, & ècontra an legata vinea intelliga-
tur legatus ager,habes tex.not.in l.ſi nulla. C.de acquir.poſſ.in
ver.agrum ſeu vineas,qui videtur probare ꝙ non,ex quo po-
nuntur tanquam diuerſa agrum,ſeu vinea,& ibi Bal.& Ang.ad
hoc not.illum tex.& ita tenent.ad idem facit tex.in l.fideicom
miſſa.§.ſi quis ita.ĩ.de leg.3.vbi etiā text. ponit vt diuerſa agrū,
& vineam.iſtam deciſi.reprehendit.d.Alex.hic,& bene,qa ager
eſt genus comprehendens ſub ſe generaliter quemcunq; locū
carentem ædificio.tex.eſt in l.ager,& in l.fundi. ĩ.de verb.ſign.
Nec obſt.d.l.ſi nulla.in ver.agrum,ſeu vineas, quia aduertendū
eſt,& bene.ꝙ illa diſiunctiua ponitur inter genus, & ſpeciem,
ideo reſoluitur in expoſitiuam,ideſt, glo.in rubr. C. de ſerui.&
aqua,& l. vbi pactum. C. de tranſact. Tu pro iſta deciſi. contra
Bal.& Ang.adde tex.in l.certo generi.ſ̃.de ſerui.ruſt. prædi.vbi
dicit tex.formaliter,certo generi agri,puta vineæ poteſt impo
ni ſeruitus,& conſiderabitur ſolum,non autem ſuperficies,vt
ibi in litera.¶Capio gloſſ. in ver. non deberi.quam diuide in 2.
part.prin.In prima aſſignat rationem ad text. In ſecunda opp,
& de ſolu.ſe remittit.Secunda ibi,ſed contra.ĩ.tit.2.¶In eadem
44 gl.in fi.reſpondet Bar. † ꝙ quando vnum nomen appellatiuū
haberet magnam proximitatem, ſeu conformitatem cū alio,
tunc error non vitiaret,per tex.in d.l.librorum. §.quod tamen.
de legat.3.De quo tex.opp.gl.& non ſol.& iſta eſſet bona limi-
tatio ad hunc tex.ſi eſſet vera,& eam repetit bis Bar.in hac. l.in
* 2.oppo.& ĩ.circa gl.in ver.vocabula,*& ita tenent communiter om-
nes* hic.Ita etiam tenet Barto.in l.quæſitum.§.pen. ĩ.eod.& ante
Bar.allego tibi glo.ita tenentem in §. ſi in nomine.in ver.intelli-
gantur.ad fi.Inſtit.de leg. Iſtā communem limitationem reprę
45 hendit ſubtilis Pet.de Bexu.hic per iſtum tex. † nam veſtis ha-
bet magnam proximitatem cum ſupellectili, quod patet, qa
dubitatum fuit, an appell. ſupellectilis veniat veſtis. l. 1. ĩ. de
ſupelle. leg. & tamen talis error vitiat, vt hoc text. In hoc non
facio magnam vim,& reſpondet melius,& iſtud magis placet
ad d.l.librorum.§.ꝙ tamen,ꝙ tex. ibi non fundat ſe ſuper pro-
ximitate,vel conformitate, ſed fundat ſe ſup demonſtrata vo-
luntate teſtatoris propter tria, quæ ibi concurrebant, & quæ
ſeriatim ibi ponderat text. primò, quia teſtator qui vniuerſas
chartas legauerat, non habebat in domo alias chartas niſi li-
bros.Item ſtudioſus legabat ſtudioſo. Item concurrebat vſus
loquendi plurium, quia plerique ſolent libros chartas appella-
re,& ideo bene dicit ibi tex.niſi fortè ad hoc nos vrſerit volun-
tas teſtatoris.pondera tu prouecte,ꝙ ille tex.eſt de directo con
tra Barto.& Doct.niſi quando illa tria concurrunt, & ſic tex.il-
le ineuitabiliter retorquetur contra Barto.& Doct. ¶Ego vltra
Scribentes contra iſtam limitationem Barto. & communem
allego fortem tex.in l.tutores.§.1.qui incip. curator.ſ̃.de admi-
niſtra.tuto.vbi eſt text.ſolennis,ſed terribilis. Teſtator habebat
filium impuberem,& in teſtamento dixit, relinquo filio meo
Caium curatorem,& debebat dicere tutorem,decidit ibi ad li
teram text. ꝙ iſte error vitiat dationem tutelæ, imò fortius ſi
bona fide ille Caius adminiſtrauit bona iſtius impuberis, nihil
valet ꝙ adminiſtrauit,& tamen ego habeo,ꝙ tutor,& curator
46 habent magnam proximitatem,& conformitatem, nam † ap-
pellatione curatoris, venit tutor ſaltem largo ſumpto vocabu
lo,& èccontra,tex.eſt in §.1.cum glo. in ver. ad curationem.in
Authen.vt hi,qui obli.ſe perhi.colla.6.& glo.in Auth.minoris
debitor.C.qui da.tuto.poſ.& tamen licèt habeant tantam con
formitatem,& paritatem,error in nomine appellatiuo vitiat.
Eſt bene verum èccontra,ꝙ appellatione tutoris venit curator.
text.eſt not. in l. pater Seuerinam. §. conditionum verba. ĩ. de
condi.& demoſtr.vbi eſt text.Teſtator in teſtamento dicit,cō-
ſtituo filio meo Caium tutorem vſque ad 18. annum filij mei,
quærit ibi Iuriſconſul.nunquid valeat,videtur ꝙ non, quia tu-
tela non durat vltra 14. ann.ſed finitur pubertate, quomodo
potuit dari vſq; ad 18.ann?& reſpondet,ꝙ ibi dictio, tutor,ca-
pitur pro curatore.Sed ad illum tex.reſpondet Barto.in d.l.tu-
tores. §. 1. quòd illud ibi ideo eſt, quia tutor ſe habet in plus q̃
curatôr,quia tutor datur principaliter perſonæ,& in conſequē
tiam rebus,curator autem datur ſolis rebus.l.in copulandis.C.
de nup. vnde illud, quod eſt plus, poteſt capi pro eo quod eſt
minus.ſed èccontra curator eſt minus,ideo non poteſt capi pro
tutore,quod eſt plus.d.l.tutores. §.1. & iſtam ſolu. ſequitur ēt
Pau.de Caſt.in d.§.conditionum verba.perfectio ingeniorum
veſtrorum ſupplebit de reſponſione. ¶Capio glo.in ver.voca-
bula.Diuide iſtam gl.in tres partes princ. In prima declarat no.
iſtum text. In ſecunda ponit vnam fallentiam. In tertia aliam.
Secunda eſt ibi,niſi hoc actum erat.Tertia ibi, vel niſi conſue-
47 tudo.¶† Iſta glo. in prima, & ſecunda parte videtur ſibi inui-
cem contradicere,vt per Barto.hic,qui eam not.concordat, &
ſic vult Barto.quòd ſola prædictio teſtatoris coram aliquibus
non ſufficiat,ſed bene expreſſa proteſtatio facta ante teſtamen
tum.Ratio diuerſitatis eſt in promptu, quia in primo caſu di-
citur tacitè conſtare per verba enuntiatiua prolata coram ali-
quibus,ſed in ſecundo caſu expreſsè conſtat per verba diſpoſi-
tiua teſtatoris. Iſtam gloſſ. ſic declaratam, & approbatam per
* Barto.*& communiter omnes* reprehendit dom. Alex.hic per duo.
Primò per illud,quod tenet ipſemet Barto.ſibi contrarius in l.
ſi is,qui pro emptore.in 1.quæſt.prin. ĩ.de vſucap. & ibi ſequi-
tur Imo.qui dicit Bar.ibi melius loqui,quàm hic,vbi tenet Bar.
ꝙ homo non poteſt facere, ꝙ dicendo bouem intelligatur de
48 equo,vel de mulo,eo quia † rerum vocabula ſunt immutabi-
lia, vt dicit text. hic, & quia homo non poteſt inducere fictio-
49 nem ſine auctoritate legis.l.ſi fortè.ĩ.de caſtren.pecu. ¶†Secū-
dò mouetur per illud,quod vult glo.ſolennis,& ſingul.in §.ſed
hæc ſolennia.in ver.quibuſcunque.Inſtit.de verb.obl. vbi tenet
glo.ſolennis.Pone,ꝙ actum eſt expreſsè inter te, & me coram
teſtibus,quòd dicendo.A.intelligatur promittis,& reſponden-
do.B.intelligatur promitto, nunquid poterit contrahi ſtipula-
tio per A.& B? dicit glo.ſollennis,quòd non,quamuis ibi inter-
uenerit expreſſa proteſtatio inter partes, quia partes non poſ-
ſunt facere quòd A.ſignificet promittit,& B.promitto.Deinde
refert dom. Alexan. quòd iſtam gloſſ. etiam reprobat Nico.
de Neapol.hic per iſtum text. & Ludou. Roma. in l.1.§.ſi quis
ita.ĩ.de verborum oblig.¶Adde tu vltra dom.Alexan. & Scri-
bentes, quòd iſtam glo. approbatam per Barto. & communi-
ter alibi reprehendit Areti.in l.planè.§.1.in 2. not. ĩ.eodem,vbi
ponderat eſſe text. ſingu. confundentem iſtam doctri. gloſſ.&
Bar.quem reputat ad hoc ſemper tenendum menti, licèt eum
Doct. non aduertant in verſicu. euidentiſſimis probationibus,
50 vbi ſecundum eum, eſt text. ſolennis, † quòd ſi teſtator in eo-
dem teſtamento legauit pluries eandem ſpeciem vni, puta,le-
go Titio talem domum, & iſtud pluries repetijt, nunquid iſte
legatarius debebit pluries habere,& ſic domum, & æſtimatio-
nem?Videretur,quòd ſic,ex quo teſtator iſtud pluries repetijt,
& proteſtatus eſt ante teſtamentum. text. tamen decidit con-
trarium, quòd niſi euidentiſſimis probationibus oſtendatur te
ſtatorem pluries voluiſſe legare, non habebit legatarius niſi
ſemel

semel speciem, dato, quod testator prius protestatus sit, quòd
volebat deberi & speciem, & æstimatio. prout ibi latius videas
51 inductionem. ¶ † Quid tenendum? Teneo conclusionem gl.
Bart. & communem, quam confirmo per aliam gl. sing. & ap-
probatam in l. quæ extrinsecus. ͞j. de verbor. oblig. quam infra
proximè allegat Bart. vbi dicam, quia si præsentia rei facit, vt
error nominis appellatiui non vitiet propter demonstrationē,
quæ fit ad oculum, quanto magis, vel saltem æquè debet ope-
rari expressa protestatio, & dispositio testatoris? Nec obst. fun-
damenta duo do. Alexan. hic, & primò, quòd homo uon po-
52 test † inducere fictionē, & in hoc ponderat Barto. contrariari
hic. Respondeo clarè, quod istud non inducitur vi fictionis,
quam homo non potest inducere, vt dicit Barto. in d. l. si is, qui
pro emptore, sed est vi declarationis propter voluntatem præ
cedentem expressè declarantem sequentem, & ista valde dif-
53 ferunt inter se, † quia de natura fictionis est inducere, non de-
clarare principaliter, & ideo in fictione declaratiua, quæ re-
trotrahitur, non requiritur extremum à quo esse habile, quia
fictio declaratiua non est propriè fictio, vt est text. not. in l. sed
& si quis stipuletur. §. 1. vers. quid ergo. & ibi Bald. ad hoc not. ͞s.
de vsufr. eum refert, & sequitur Aret. in l. 1. §. si quis ita. in 6. co-
lum. infra de verbor. oblig. & tamen secus est in fictione indu-
ctiua. l. huic scripturæ. ͞s. ad l. Aquil. quia illa requirit duo extre-
54 ma habilia à quo, & ad quod. ¶ † Non obst. secundo glo. sing.
in §. sed hæc solennia. in vers. quibuscunque. Instit. de verbor.
oblig. quia de plano respondetur, quòd illa glo loquitur in sti-
pulatione, quæ pro forma requirit expressionem verbotom, &
non constat solo consensu, sed consensu, & verbis simul, vt est
glo. in l. non figura. infra de act. & oblig. sed nos loquimur in le
gatis, in quib. attendimus consensum, & voluntatem. l. cùm
quæstio. in fin. C. de leg. l. in conditionib. primum locum. infra
de condit. & demon. ¶ Non obst. vltimò text. in d. l. planè. §. 1.
in versic. euidentissimis probationib. quem ibi ad hoc ponde-
rat Aret. vt supra retuli, quia ad illum text. clarè respondeo,
55 † quod ibi coniecturæ, vel præsumptiones legum dicuntur eui
dentissimæ probationes. l. licèt Imperator. in princ. infra eod. l.
licèt locuples. infra de manu. testa. tamen illæ non sufficiunt,
vt ibi dicit text. ad hoc, vt legatum speciei duplicetur, sed Bar-
tol. hic loquitur cum glos. nostra, quando voluntas testatoris
fuit expressa verbis claris, quo casu etiam ibidem deciditur,
quòd in legato speciei fiat multiplicatio, quando testator ex-
pressit, quod voluerit legatum bis deberi. Et ita habes defen-
satam doctri. glos. approbatam per Bartol. & communiter.
¶ Tu autem aduerte inquantum glos. & Doct. fundant se su-
per l. nutu. infra de leg. 3. quòd illa lex non videtur bene face-
re, quia loquitur quando testator, qui prius articulatè loque-
56 batur, nunc verò † propter infirmitatem non potest articula-
tè loqui, ille bene potest relinquere legata nutu: secus in eo,
quem nulla infirmitas impediret ad articulatè loquendum,
quia ille non posset legata nutu relinquere. ita singulariter li-
mitat dictā l. nutu. Iacob. de Butr. in l. & in epistola. C. de fidei-
com. & ibi Sal. refert, & sequitur reputans sing. & not. dignū.
Idem etiam tenet Bart. in dicta l. nutu. Ista tamen videtur ma-
57 gna restrictio ad illum text. ¶ † Vltimò inquantum Barto. al-
legat glos. quæ reputatur sing. in l. quæ extrinsecus. infra de ver-
bor. obliga. quòd data præsentia rei, si testator eam digito de-
monstrauerit, error nominis appellatiui non vitiat, & est bo-
na, & magna limitatio ad regulam huis. l. illam glo. ad hoc re-
putant sing. & non reperiri alibi in iure Angel. & Imol. in l. si ita
stipulatus fuero hanc summam. in princ. infra de verb. oblig.
idem Angel. in l. quoties. in princ. infra de hæred. insti. Angel.
Imo. Flo. & dom. Alexan. hic. pondera ergo Bartol. per illam
gloss. velle, quod tantum operatur res in præsentia demonstra
ta digito, quantum operatur expressa voluntas verbis facta.
Ad hoc addo bene facere text. in l. certum. in vers. an digito de-
monstraretur. supra si cert. pet. & stringe fortius illum text. quia
si ibi non vitiat stipulationem, quæ est stricti iuris, multò mi-
nus hic legatum, & sic vltimam volunt. vbi fit benignior inter
pretatio. cap. cum dilecti de dona. ¶ Sed aduerte, quia Barto. in
d. l. quæ extrinsecus. dicit se allegare pro illa glos. text. in l. nemo.
in princ. supra de hæred. instit. adde iuncta l. iubemus. C. de te-
sta. quando fit testamentum nuncupatiuum, quòd testator de
bet exprimere testibus nomina, & cognomina hæredum pro-
prio nomine. pone, quod testator coram notario, vel coram
testib. dicat instituo istum hæredem data eius præsentia, nun-
quid dicatur testibus nomina hæredum exprimere? dicit text.
quòd sic, prout etiam dicitur in d. l. certum. in vers. an digito de
monstret, sed certè ista iura nihil penitus faciunt pro ista gloss.
quia in illis iurib. non erat aliquis error nominis appellatiui, &
sic nihil ad propositum. ¶ Capio glos. fina. in vers. hominum.
quā diuide in quatuor partes. In prima dupliciter declarat tex.
In secunda assignat rationem diuersitatis inter nomina pro-
pria, & appellatiua. In tertia format quæstionem, & dum Bart.
pro glo. in ista tertia parte alleg. l. 1. ͞j. de reb. dub. est corruptus
Barto. debet allegare l. pen. quæ non est alibi, secundum Bald.
in cap. quoniam Abb. de offic. deleg. In quarta, & vlt. allegat
plures concordantes ad text. Secunda est ibi, vt est ratio secun
dum Io. Tertia ibi, sic ergo substantiua. Quarta, & vlt. est ibi, &
facit. ͞s. si cert. pet.

S V M M A R I V M.

1 *Testator pro ea parte grauasse præsumitur, pro qua honorauit.*
2 *Distributiua duplicia, quæ dicantur, & quæ simplicia.*
*Dictio quicunque, an sit distributiuum duplex, sicut dictio quisquis, & si quis.*
3 *Intellectus ad text. in l. ex facto. la grande. supra de hære. insti.*

1 §. Si quis hæredes. † Distributiuū duplex. i.
pro perfectione oratio-
tionis requirens duo verba, secundum quod distribuit actum
primi verbi, ita distribuit actum secundi. h. d. valde not. Et ra-
tio fundamentalis huius text. est, quia testator præsumitur pro
ea parte grauasse, pro qua honorauit. l. Lucius. §. pater. ͞j. ad Tre
bell. l. vnica. §. sed vt manifestetur. C. de cadu. tollen. l. ab omni-
bus. infra eod. & l. si plurib. infra de leg. 2. Contra istum text. op
po. Bart. de l. qui filiab. §. 1. infra eod. & respondet, vt hic per
eum, & bene, quamuis alio modo respondeat do. Petr. de Be-
2 xu. sed teneas sol. Barto. ¶ Pro intellectu literæ, † & summarij
superius dati, videndum est, quæ dicantur distributiua dupli-
cia, & quæ dicantur distributiua simplicia. Barto. latè in l. hoc
artic. ͞s. de hæred. instit. tradit not. doctr. quam postea inducit
ad not. quæst. in practica, quando Rex facit proclama, quicun-
que intrauerit ciuitatem, &c. de qua quæstione dicetur in l. qui
filiab. ͞j. eod. titu. Dicit ergo Barto. quòd illa dicuntur distribu-
tiua duplicia, quæ ad perfectionem orationis requirunt de ne-
cessitate duo verba, quia per vnum verbum oratio non est
perfecta, & de istis distributiuis duplicib. ponit tria exempla, di
ctio quisquis, dictio si quis, & dictio quicunque, ista tria sunt
distributiua duplicia, quia ad perfectionem orationis de neces
sitate requirunt duo verba. Distributiuum simplex dicitur il-
lud, quod ad perfectionem orationis non requirit nisi vnum
verbum, & ponit exemplum in dictione quilibet, quia vnum
verbum sufficit. Ex ista doctr. sequuntur plures effectus, & plu-
res vtilitates in practica ad multas quæstiones, vt ibi per Bart.
istam doctr. Bart. expressè referunt, & sequuntur Pau. de Cast.
& do. Alexan. hic, sed latius Pau. de Castr. ¶ Licèt non reperiā
* tactum, mihi videtur, quòd ista doctr. Bart. *approbata per omnes*
non sit vera, inquantum Bart. dicit, quòd dictio quicunque, est
distributiuum duplex, sicut dictio quisquis, & dictio si quis. eo
quia requirit ad perfectionem orationis duo verba, sed dictio
quilibet, est distributiuum simplex, quia ad perfectionem ora-
tionis vnum verbum sufficit, exemplum, quilibet hæredum
det Titio centum, mihi videtur, quòd idem sit in distributiuo qui-
cunque, quicunque hæredum meorum det Titio centum, si-
cut quilibet hæredum meorum det Titio centum, & tamen
Bart. vult, quòd dictio quicunque, sit distributiua duplex, secus in
distributiua quilibet. Istud sit dictum, vt melius consideretis
doct. Bart. an sit vera, vel non. ¶ Capio gl. in vers. ab omnib. In
ead. glo. ibi, nisi vni sint assignatæ, per l. ex facto, magna. ͞s. de
hæred. insti. aduerte, quia illa l. videtur fortiter facere in contra-
3 rium contra glo. vbi vult text. † quòd si plures sint hæredes in-
stituti, & vni eorum sint assignatæ res Gallicanæ, censentur illi
prælegatæ, & onera hæreditaria ad omnes hæredes æqualiter
spectāt, & ille cui sunt assignatæ res Gallicanæ propter hoc nō
tenetur ad onus legati, & tamen pondera tu prouectè, quòd
ratio hic assignata in tex. videtur tunc cessare. quare. n. omnes
hæredes ad legatum tenentur? text. assignat rationem, quoniā
ad omnes res Gallicanæ pertinent, sed in casu nostro res Galli-
canæ non pertinent ad omnes heredes, ex quo specialiter sunt
designatæ vni, ergo à cessante ratione text. videretur militare
decisio gl. istud etiam suadet æquitas, æquum. n. est, vt ille so-
lus præstet legata, qui solus res Gallicanas consequitur, quia vt
dixi assignando rationem text. pro ea parte, pro qua transeunt
commoda, debent transire onera. Breuiter teneo conclusionē
glos. & dico, quòd tex. præalleg. in d. l. ex facto, magna, nō pro-
cedit, quando onus legati est nominatim impositum illis reb.
particulariter assignatis, prout est hic, quia qui habebit res Gal-
lica. tenetur tantum dare Titio. Istud onus legati nominatim
est iniūctum illis rebus Gallicanis, ergo ille solus debet teneri,
vt apertè probat tex. noster. secus quādo simpliciter esset onus
hæreditarium, vel æs alienum persoluendū, tunc bene verum
est,

eſt, quòd omnes hæredes tenerentur, non attento, ꝙ illæ res ſpecialiter vni eorum eſſent aſſignatæ, quia cenſentur ei prælegatæ. ita propriè loquitur. d.l. ex facto. & credo quòd iſta ſit mera veritas, quamuis alij non tangant.

SVMMARIVM.

1 *Electio in vltimis voluntatibus eſt inuariabilis.*
2 *Variatio quando admittatur. & nu. 6. 11. 12. 14. 17. 19. & 20.*
3 *Electio inualida non aufert ius, & intellige, vt nu. 4.*
*Actus nullus non impedit repetitionem eiuſdem,*
*Electio nulla non eſt electio.*
4 *Iudex ordinarius, qui habet iuriſdictionem iure proprio, ſi ſemel iudicauit, & nulliter, poteſt denuo iudicare.*
5 *Requiſita vt electio valeat. & nu. 9. & 10.*
7 *Traditio etiam ſi fiat ex falſa cauſa, transfert dominium.*
8 *Traditio eſt facti.*
9 *Hæreditatis aditio requiritur ad hoc, vt electio rerum legatarum valeat, non tamen requiritur in legato alternatiuo.*
*Teſtamentum eſt nullum hæreditate non adita.*
10 *Pupillus eligere non poteſt.*
13 *Interlocutoria, quæ ſecum trahit executionem, non poteſt reuocari.*
15 *Actio perſonalis ex contractu, quæ eſt variabilis, tranſit, licet ex eo nõ fiat executio ipſo iure quo ad dominium.*
*Vltimæ voluntates non ſtant in pendenti, ſicut contractus, nec contractus, quando ſunt puri. nu. 6. & vide nu. 35.*
16 *Vltima voluntas magis aſſimilatur legi quàm contractui.*
18 *Reſcripta delegatoria ſunt valde odioſa.*
21 *Verbum volo, quando inducat diſpoſitionem. nume. 22. 24. 27. 30. 32. 33. 34. 36.*
23 *Matrimonium de præſenti, quod contrahitur per verba futuri temporis, quando reſpiciunt executionem matrimonij.*
25 *Infinitiuum licet importet tria tempora, tamen iunctum verbo præſentis temporis importat præſens tempus. & nu. 47.*
26 *Agens quando eſt liberum, & non impeditum, & patiens eſt diſpoſitũ, ſtatim quod volo agere, ago.*
28 *Hæres, qui adijt poſt terminum, non poteſt dicere, quòd coactus adijt ſuſpectam hæreditatem.*
29 *Confeſſio facta poſt terminum datum ad reſpondendum, non poteſt prę textu erroris reuocari.*
31 *Effectus primi, & ſecundi decreti an inducatur per illa verba iudicis, volumus te ire in poſſeſſionem talis fundi.*
37 *Verba enunciatiua militis etiam propter aliud diſponunt.*
38 *Verba enuntiatiua geminata diſponunt.*
39 *Teſtes in teſtamento neceſſariò debent rogari, non in codicillis, & an à teſtatore, vel notario. & nu. 40. & ſufficit, quòd rogentur poſt teſtamentum incontinenti. & nu. 42. & 44.*
41 *Teſtes quando debent eſſe rogati, neceſſe eſt, quòd rogentur ab eo, qui actum facit. & dicit hoc non verum, & quòd conſuetudo contrarium ſeruat.*
43 *Notarius quòd ſit rogatus à partibus, requiritur in omni inſtrumento.*
45 *Hæredis inſtitutio inducitur per verbum volo, vel eſto: ſicut per verbũ facio, vel inſtituo.*
46 *Verba enunciatiua de futuro principaliter propter ſe prolata in vltimis voluntatibus inducunt diſpoſitionem.*
48 *Teſtator in vltimis volunta. morte ſequuta nil aliud velle poteſt.*
49 *In contractibus dependẽtibus à voluntate duorum, ſi dicat aliquis volo emere, & interueniat conſenſus alterius partis, inducitur emptio.*
50 *Matrimonium inducitur per iſta verba, volo te accipere in vxorem, ſi tunc interuenit conſenſus alterius.*

LEX V.

Erui electione. Iſtam l. ex ſ. dicendis reddã not. ſubtilem, & vtilem. In vltimis volun. electio † eſt inuariabilis, h.d. vſque ad §. Labeo. No. 1. ex hoc tex. ꝙ in vltimis voluntatib in electionib. non eſt permiſſum variare. Ad idem eſt tex. in l. huiuſmodi. § Stichum. ſ. eod. Ratio videtur eſſe, quia in vltimis volun. electio ſemel facta trahit ſecum executionem, quia ſtatim eligens efficitur dominus illius rei. ergo non admittitur variatio, tex. eſt in l. apud Aufidium. ſ. de opt. le. vbi tex. videtur hanc rationem aſſignare. Confirmatur, quia quando fit executio à l. vel ab homine, non admittitur variatio, nec etiam purgatio moræ, vt dicam ſtatim ad fin. gl. An tamen iſta ratio ſit bona, dicam ſuper glo. 2. ad fi. vbi Bar. eam aſſignat, & ibi referam alias rationes. Limita iſtum tex. vt procedat, quando electio conceditur inter res legatas, vel inter per- 2 ſonas honoratas. l. cum quidam. ſ. tit. 1. Secus † quando eſt electio contra perſonas grauatas, tunc bene admittitur variatio. l. ſi ex toto. §. 1. ſ. eo. Caue tamen, ꝙ etiam ibi quando electio trahit executionem contra vnum, etiam ibi non permittitur variatio. ¶Secundò limita, q̃n per electionem quæritur ius, tunc non admittitur, vt hic. & d. l. Apud aufidium, aliàs bene admitteretur variatio, vt quando hæres grauatur cùm morietur reſtituere fundum vni de familia, quem elegerit. nam ſi elegerit ante tempus, poteſt variare. tex. eſt in l. vnum ex familia. & ibi Bar. in fi. ſ. de leg. 2. facit bene tex. in l. 1. §. ait prætor. ſ. quorum lega. Alias limitationes videbimus. ſ. per glo. ¶Capio gloſ. in ver. poſſumus. quam diuide magiſtraliter in 4. par. In 1. allegat duas ll. concordantes ad tex. vna loquitur de electione rerum legatarum: & illa eſt ad propoſitum, poſteà allegat aliam legem, quæ loquitur de electione actionum, ſeu remediorum, ideo gl. cum myſterio allegat iſtam ſecundam in arg. In 2. parte remouet contrarium de lege. 2. ſ. de opti. leg. inductum per Bar. hic. In 3. enumerat magiſtraliter ſex requiſita ad hoc, vt valeat electio. In 4. & vltima fortiter opponit contra text. & nihil reſpondet. Secunda ibi, & hoc ſi tenuerit electio. Tertia ibi, ad quod plura ſunt neceſſaria. Quarta, & vlti. eſt ibi, ſed arg. cõ-
3 tra. ¶In glo. 2. ibi, & hoc ſi tenuerit electio. No. † ꝙ electio inualida non aufert facultatem de nouo eligendi, vt eſt tex. ad literam in l. 2. ſ. de opti. leg. quem allegat Bar. hic. facit tex. in c. compromiſſarius. iuncto. c. vt circa. de elect. in 6. Et ſic correlariè habes, quòd actus nullus non impedit repetitionem eiuſdem actus. ad idem eſt tex. valde no. in l. qui per ſalutem. ad fi. ſ. de iureiur. Adde rationem eſſe, quia electio nulla non eſt electio, nec habet nomen electionis: ideo non perimit facultatem eligendi: ſicut ſententia nulla non dicitur eſſe ſententia, nec perimit iuriſdictionem ordinarij. tex. eſt in l. 4. §. condemnatum. ſ. de re iud. & tex. in cle. paſtoralis. in vlt. colum. eod. tit. de re iud. facit quod egregiè not. Bald. in c. conſtitutus. per illum tex. de tranſact. quòd non poteſt dici inſtrumẽtum guarentigiæ illud, quod eſt nullum, & ſic illud quod de iure non valet. ¶Intelli-
4 ge iſtam concluſionem, quãdo actus fit iure † proprio, vnde iudex ordinarius, qui habet iuriſdictionem iure proprio, ſi ſemel iudicauit, & nulliter, poteſt denuo iudicare. l. abſentem. ſ. de pę. l. ſi vt proponis. & l. præſes. C. quomodo & quando iudex. Secus eſt in iudice delegato, qui non habet iuriſdict. iure proprio. nam ſi ſemel iudicauit, ſiue bene, ſiue malè, ſemel functus eſt officio ſuo, & amplius iudicare non poteſt. l. iudex poſtquam. vbi glo. & Docto. ſ. de re iud. Sic in habentibus poteſtatem eligendi iure proprio, ſi ſemel elegerint, & nulliter, poſſunt iterũ denuo eligere. tex. eſt hic, niſi ſcienter inhabilem elegiſſent. d. c. compromiſſarius. & c. vt circa. de elect. in 6. ſecus in his, qui haberent poteſtatem eligendi non iure proprio, ſed ex poteſtate eis attributa, ſi ſemel elegerint, & nulliter, non poſſunt amplius variare, ſecundum Bar. in d. l. 2. ſ. de opti. leg. & latè per Moder.
5 hic, cũ multis cõcor. traditis per D. Alex. ¶†In 3. parte gl. magiſtraliter enumerat ſex, q̃ requiruntur ad hoc, vt electio valeat, & Bar. ſimpliciter tranſit cum glo. Adde aliam gl. in l. ſi tibi. §. vnius. ſ. de opt. leg. Videamus per ordinem, an iſta ſex requiſita glo. ſint vera, & an alia plura requirantur. ¶Circa ſecundum requiſitum glo. ꝙ tota familia ſeruorum debeat exhiberi volenti eligere, aliàs electio non valet, neque tenet, neque impedit variationem, per tex. ad literam. in l. 4. ſ. de opti. leg. alleg. in glo. Adde ꝙ in contrarium vrget fortis tex. in l. ſi is cui. ſ. de leg. 2. vbi non ſolùm familia ſeruorum non fuit exhibita legatario habenti electionem, imò legatarius ignorans electionem ſibi competere vnum ignoranter vendicat, dicit tex. ꝙ ſibi præiudicat, vt non poſſit amplius variare, & illum tex. reputat ad hoc ſin. Bal. in c. fi. in 1. colum. de fer. Bart. ibi multum no. illum tex.
a pro limitatione huius glo. [a] vt iſta glo. † intelligatur, & proce-
6 dat, quando relinquitur optio ſerui in genere, vel optio pluriũ rerum: ſecus eſt in electione legati alternatiui: tunc ſi aliquis error interueniat, nõ impeditur electio, quin valeat, & quin tollatur variatio. Ratio diuerſitatis eſt ſecundum Bar. ibi, quia in legato alternatiuo, in quo legatarius habet electionẽ, ſed errat, quia ignorat, non eſt error in cauſa ſubſtantiæ obligationis, ſed in quondam extrinſeco, ſcilicet in electione, eo quia ſpecies electa omnino erat in obligatione, cùm habeamus regulam tritam, ꝙ in legato alternatiuo quælibet ſpecies eſt in obligatione, & quælibet poteſt peti. l. planè. §. ſi Titio. ſ. eo. & l. illud. in princ. vbi glo. & Doct. ſ. de conſti. pec. quod non eſt in legato in genere. Iſtum intellectum Barto. & iſtam limita. ſequuntur Bar. Rapha. Cu. Pau. de Caſt. & D. Alex. hic, qui nihil addunt, imò ſimpliciter referunt limitationem Bar. Adde, ꝙ Mod. Sen. tradunt alium

ADDITIO.

a ¶Huius glo. Adde, & limita hanc gl. alio modo, vbi poſt factam electionem non exhibitis omnibus ſeruis certioratus eligens electionem ratificauerit: nam tũc conſumpta eſt omnino electio. ita Bal. in l. ſi. §. j. C. com. de leg. quod probatur arg. tex. in l. ſi is qui Stichum. ſupra de procur. quod dicit ibi Bal. nõ procedere in electione prælati nulla, quia talis elect. ratificari non poteſt.

alium nouum intellectum ad d.l.si is cui. & dicunt, ꝙ ibi se-
quuta erat traditio,quæ etiam si fiat ex causa erronea, tamen
transfert dominium.l.3.§.subtilius.s̃.de condi.ob causam.& sic
traxit secum executionem,ex quo translatum fuit dominiū:
ideo consumit electio.ne amplius admittatur variatio, vt in-
quit tex.in d.l.apud Aufidium.j̃.de opti.leg. secus quando esset
facta simplex electio verbalis, non facta exhibitione omnium
seruorum,illa non valeret. Ita loquitur.l.4.j̃.de opt. legat.alle.
7 per glo.¶†Iste intellectus nouus mihi nullatenus placet, quia
imò in illo tex.in 1.parte,quæ ponit contrarium, non interue-
nit aliqua traditio,sed simplex vendicatio.nam dicit ibi forma
liter tex.vendicauerit,amplius mutandæ vendicationis ius nō
habet. ideo Bar.ibi,& bene dicit, quòd solum in secundo casu
illius tex.erat facta traditio,sed non in primo, qui facit ad pro-
positum.Itē dicere,ꝙ ibi interuenit traditio, est merè somnia-
8 re: † quia traditio est facti.l.consilio.in fi.s̃.de cur.fur. facta au-
tem non præsumuntur, nisi probentur.l.in bello.§. factæ. j̃. de
capt.Prætereà etiam fatendo,ꝙ ibi interuenisset traditio,quan
do traditio fit ex causa erronea,licèt transferatur dominium.
d.l.3.§.subtilius. tamen illud dominium est reuocabile per cō-
dictionem indebiti,vel ob causam,vel sine causa,ergo non de-
bet esse in consideratione, vt operetur consumptionem,& va-
riationem impediat, vnde teneas intellectum Bar.ibi commu
9 niter approbatum,qui minus est periculosus.¶†Tertium requi
situm glo.est,ꝙ hæreditas sit adita. Ratio est secundum Barto.
quia in electione requiritur causa valida, ex qua deferatur ius
eligendi,quod non potest dici hæreditate non adita, quia lega-
ta regulariter non debentur hæreditate nō adita.l.eam quam.
C.de fideic.l.si nemo.s̃.de testa.tute.& l.si nemo.j̃. de regul.iur.
¶Istud requisitum gl.limitat singulariter Raph. Cum. hic non
habere locum in legato alternatiuo,in quo etiam ante aditam
hæreditatem potest quis eligere. allegat ad hoc tex. not. in l.si
vsusfr.in prin.j̃.quando di.lega.cẽd.tamen subdit Raph. quòd
ille tex.est aliqualiter dubius.Dom.Alex.dicit, ꝙ ille tex.in mil-
le annis non probat limitationem Raph. sed ꝙ melius proba-
tur in d.l.si is cui.in ratione sui.j̃.de leg.2.proximè allega.¶Tu
autem sequendo declarationem Bar. legum illuminatoris ad
illum tex.potes eum optimè inducere ante annum millesimū
pro limitatione Raph.prout etiam aduertunt subtiles Moder.
hic:nam ibi secundum declarationem Bar.& bene, est duplex
legatum. Vnum vsusfr. cuius dies non cedit nisi ab adita hære
ditate.tex.est in l.vnica.§.in nouissimo.C. de caduc. toll. Aliud
erat legatum de 10. cuius dies bene cedit à morte testatoris,
prout regulariter in omnibus legatis. Modo decidit ille tex. in
vtroq; legato,ꝙ quātum ad electionem inspicitur tempus adi
tæ hæreditatis. sed quantum ad transmissionem vtrunq; seruat
naturam suam. ergo datur intelligi per illum tex.ꝙ si loco vsus
fru.esset relicta species,cuius legati dies cedit à morte testato-
ris,ꝙ in tali legato alternatiuo non differretur electio post adi-
tam hæreditatem. Isto modo inducendo videtur optimè face
re pro limitatione Raph. Item inquantum Do. Alex. dicit, ꝙ
pro dicta limitatione Raph.melius faceret tex. in d.l. is cui. in
ratione sui, dic, ꝙ ille tex.nihil facit in duob.milib. annis, imò
nec facit ad propositum, quia ibi erat causa valida ad electio-
nem,nam legatarius habebat electionem legati alternatiui,sed
erat error in causa, quia ignorabat electionem sibi competere;
sed hic ante aditam hæredi. non suberat causa valida, cùm le-
gata hæreditate non adita non debeantur. & per hanc rationē
quæ est Bar. *& communiter approbata*, teneo, ꝙ ista limitatio Ra
pha.non sit vera. Ratio enim quare ante aditam hæredit. non
admittatur electio,est,quia ante aditam hæredi.non subest cau
sa valida, quia hæreditate non adita testamentum est nullum,
& legata corruunt,vt dictum est.s̃.Ista ratio militat etiam in le
gato alternatiuo, quia ante aditam hæredita. non subest causa
valida: quia hæreditate non adita cùm testamentum sit nullū,
omnia legata etiam alternatiua corruunt,& ista est vera, & vi
ua ratio contra limitationem Rapha. ¶Quartum requisitum
est,ꝙ eligens sit maior,per tex.in l.si sine.in prin.ff. de mino.Tu
aduerte,ꝙ ille tex nihil facit,imò potius facit in contrarium;
nam ibi non impeditur electio quin valeat: sed si minor sit læ-
sus,bene datur restitutio. ideo Bar.pro hoc melius allegat.l.pu
10 pillus.s̃.de acquir.hæred. † Vbi pupillus non potest cognosce-
re causam suæ aditionis,& proptereà sicut non potest adire,ita
non potest eligere.Bar,melius allegat.d.l.pupillus. sentiens,ꝙ si
electio sit facta à pupillo,nihil valet. & ita intelligendo proce-
dit gl.hic, qa ætas pupillaris quicquid videt ignorat,dicit tex.in
l.1. in fi.C.de fal.mone.Si autem electio fiat ab eo, qui excessit
pubertatem,& sic qui est maior.14.ann.sed minor.25.tunc va-
let,& non impeditur electio,sed si lædatur propter talem ele-
ctionem,detur ei restitutio,ita propriè loquitur.d.l. & si sine.
¶De quinto requisito quando dicit,volo eligere,dicam statim.
j̃.sequendo ordinem Bart. ¶Sextum requisitum est, ꝙ eligens
sit sui iuris.Ratio est,quia in electione agens debet esse liberū,
& expeditum.sed constitutus sub aliena potestate non est agēs
liberum.ideo non potest eligere. facit quod vult Bar. in l. qui
in aliena. in prin.s̃.de acq.hær. Vltrà sex requisita gl. & Bar.ad-
de septimum, ꝙ electio fiat in tempore.l.vnum ex familia. in
prin.& ibi Bar.ad hoc no.& l.cùm pater.§.à filia. & ibi etiā Bar.
ad hoc no.j̃.de leg.2.facit quod tenet gl.hic in tertio requisito,
ꝙ hæreditas debeat esse adita.¶Adde & octauum requisitum,
ꝙ electio fiat in forma data à testatore,aliàs nihil valet. l. si tibi.
§.vnius.& ibi Bar.ad hoc no.ff.de opti.lega. & ita remanet per-
fectè,vt puto,expedita hęc pars gl.¶In eadem gl.ad fi.solue,ꝙ
contrarium loquitur in contractibus, in quibus benè admitti-
tur variatio. secus in vltimis volun.in quib. in electionibus va-
riatio non admittitur,vt hic cum concordan.allegatis in text.
11 ¶†Operæpretium est scire, quæ sit ratio diuersitatis, quare in
a contractibus admittatur variatio, [a] in vltimis volun. sit secus.
Est difficultas maxima, & reperio hincinde assignari quatuor
rationes diuersitatis. ¶Prima est Bar.hic,quia in vltimis volun.
electio statim trahit secum execu.quia statim transfertur in eli
gentem dominium. ergo cùm fiat executio, non admittitur
variatio. Istam rationem propriè assignat Iurisc.in l.apud Au-
fidium.j̃.de opt.leg.Secus est in contractibus, & cùm sit ratio
Iurisc.non possum meliorem adhibere.Istam rationem etiam
tenet glo.in l.huiusmodi.§.Stichum.& ibi Bar.j̃.eo. & glo. in l.
statuliberum.§.Stichum.j̃.de leg.2.& glo. in l. si quis stipulatus
sit Stichum.j̃.de verb.obl.Confirmo istam rationem optimè,
12 † quia quando fit execu.à l.vel ab homine, ibi non admittitur
nec variatio,nec purgatio moræ.l.si cui.j̃.de actio.& obl.l. qui
ob rem non defensam.s̃.de condi.indeb. & istud procedit ēt in
vltimis volun.vbi quādo fit execu.ipso iure nō admittitur pur-
gatio moræ.& sic nec varirtio,secundum Bar.in l. si is cui.j̃.de
lega. 2.& in l.si insulam.in 4.q.j̃.de verb.obl.Confirmo,& secū-
13 dò,† quia licet sententia interlocutoria possit qn̄cunq; reuoca
ri per iudicem,qui eam tulit.l.quod iussit.j̃.de re iud. tn̄ qn̄ tra-
xit secum execu.non potest amplius reuocari.gl.est valde not.
& signanda,q̃ Bar.ibi multum not.in l.1.§.fi.de præto.stip.cum
suis concor. ¶Aduerte,ꝙ ſm istam rationem sequuntur duo
14 correlariè. † Primò,ꝙ si aliquis donasset inter viuos, aut vendi
disset Ecclesiæ,vel ciuitati illam, vel illam rem,facta electione
non admitteretur amplius variatio, eo quia ipso iure in Eccle-
siam vel ciuitatem trāsferretur dn̄ium.l.fi.C.de sacros.Eccl.&
ita in specie tenet Bal.in l.huiusmodi.§.Stichum.j̃.eo. ¶Secun
dò ex hac ratione correlariè infertur,ꝙ si promisisses mihi Sti-
chum,aut Pamphilum, & eligeres Stichum existentem penes
me,quo casu per patientiam tuam cū tit.in me ipso iure trans-
fertur dn̄ium.l.qua rōne.§.interdum.j̃.de acq.rer.do.§.interdū.
Inst.de rer.diui.tunc in ꝯctib.non liceret variare,quia militaret
tunc ea.rō,quæ in vlt. volun. quòd ipso iure fieret executio. &
ita vt vides multum limitatur.d.l.eum qui certarum.§.fi.alleg.
in glo.pro ꝯrio.Ista rō non vr̄ esse generalis,quia non procede
ret,qn̄ dn̄ium rei legatæ nō transfertur ipso iure in legatarium,
& sic lex ipso iure non facit execu.quos casus enumerat magi-
straliter Bar.in l.1.in vlt.col.vbi dixi.s̃.e. & sic non procederet,
quando legaretur optio in q̃titatibus,vel in reb.alienis,vel in re
bus hæredis,quib.casib.lex non facit ipso iure execu.vnde Ang.
& Pau.de Cast.hic fatentur ꝯ̃rium,& tenent,ꝙ imò istis casib.
licita est variatio,cùm non fiat ipso iure exec. & ita limitatur
ista lex cum si.ne aliàs reddatur imperfecta ratio Iurisc. in d. l.
apud Aufidium.idem tenet Aret.in l.qui ex plurib.j̃. de verbo.
obl.D.Alex.leuiter reprehendit per gn̄alitatem huius l. & d. l.
statuliberum.§.fi.quæ leges indistinctè loquuntur.Tu potes cō
firmare optimè istam opi.Ang.& Pau.& Aret. quia licet in vl-
timis volun.qn̄ executio fit ipso iure,non admittatur purgatio
moræ,nec variatio,vt dixi.s̃.tn̄ in vltimis volun.vbi nō fit exec.
ipso iure potest optimè mora purgari.l.1.§.item si ita.j̃.ad l.fal.
& l.pen.

A D D I T I O.

a ¶Variatio. Adde, ꝙ electio variabilis est,non declaratio, seu facultas decla-
randi,vt not.Doct.in l.quicquid astrigendæ.de verb. obli. Mathesil.sing.197.
vbi Doc.in apostil.arti.declarant.de quo etiam in l.qui ex pluribus.de verb.
oblig.De electione autem vnius iuris, & an per eam videatur alteri renun-
tiatum, vide pulchrè per Ozasch. Decis.54.num.6.& 12. post Batt. in l.non
codicillum.2.no.C.de testam.quibus adde, quòd electio mala suo authori est
imputanda,vt habetur in l.fin.C.de acquir.possess.& fac.quæ scribit Bar.in l.
absenti.ff.de don.Quid de electione facta per testatorem,ꝙ tales habeāt ius
præsentandi in tali sacello? & quod vnus ex antiquioribus de familia id face
re possit?vide Nat.consi.195. Dic, quod quandoque alicui competit electio
iure suo proprio,quandoque iure alieno, quandoque ex vlt.volun.quandoq;
ex dispositione inter viuos,vt scribit Pract.Pap.for.lib.pro leg.rei sing.ver.
1.num.99. post Bar.in l.2.§.data igitur.ff.de op.leg. MASVER.

& l.penu.ĵ.de pen.leg.¶Prædictæ oppoſitioni aliter reſpondet
ſubtilis.Petr.de Bex.in d.l.huiuſmodi.§.Stichum. ꝙ in dictis ca
ſibus,licèt non fiat execu.ipſo iure quo ad dñium, tamen ipſo
iure tranſit actio perſonalis ex teſtamento, & ſic quoddam ius
15 irreuocabile.Iſta reſponſio nihil valet, † quia etiam in ɔ̃ctibus
licèt non fiat exec.ipſo iure quo ad dñium,tamen tranſit actio
perſonalis ex ɔ̃ctu,quæ eſt variabilis.l.ſicut.C.de act. & obl.l.in
commodato.§.ſicut.ſ.commo. ¶Secũda ratio diuerſitatis eſt,
quia vltimæ volun.non debent ſtare in pendenti,ſicut ɔ̃ctus.l.
fi.in fi.ſ.com.præd. Iſtam ſecũdum rationem tenet alibi vbiq;
Bar.in d.l.huiuſmodi.§.Stichum.& in d.l.eum qui certarum. §.
fi.& in d.l.apud Aufidium.& in l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum.
in prin.ĵ.de verb.obl.& iſtam etiam tenent Bal. & Imo.hic.Cõ
firmatur iſta ratio,quia publicè intereſt vltimas volun. execu-
tioni demandari, prout dicit tex.in l.vel negare.ĵ.quemad.teſt.
aper.Iſtam ſecundam rationem reprehendit Do.Pet.de Bex.in
d.l.huiuſmodi.§.Stichum,quia imò vltimæ volun. ſtant in ſu-
ſpenſo,q̃diu hæres deliberat adire hæreditatem, & q̃diu legata
rius deliberat acceptare legatum.Ad d.l.fin.ſ.com præd. rñdet
ipſe,ꝙ loquitur quo ad ceſſionem diei,& quo ad hoc non põt
ſtare in ſuſpenſo. Tu aduerte ad d.l.fi.in fi.ꝙ Bar.in d.l.fi.in duo
bus locis dicit,ꝙ illa lex vult dicere,ꝙ licèt iure quodam ſpecia
li in ſeruitutib.ſit receptum,vt ɔ̃ctus ſtent in pendenti, tamen
iſtud ius ſing.non eſt extendendum ad vltimas volun.Iſtum di
cit eſſe proprium intellectum illius tex. patet hoc eſſe verum,
16 quia etiam † ɔ̃ctus regulariter non ſtant in ſuſpenſo, qñ ſunt
puri,vt declarat latè Bar.in l.vſusfr.ĵ.de ſtip. ſer. Io. Fab. in §.1.
inſt.de inut.ſtipu. ¶Tertiam rationem aſſignat Pau.de Caſt.in
d.l.eum qui certarum.§.fi.ꝙ ſit ſpeciale in vltimis volun.vt di-
ſpoſitio teſtatoris celeriorem habeat exitum. Iſta habet modi-
cum perſuaſionis,ſed parum boni fundamenti.¶Quartam,&
vltimam rationem aſſignat excellentiſſimus inter Mod. Aret.
hic,quia vltima volun.cenſetur eſſe lex.§.diſponat. in Auth.de
nup.colla.4.& ſic magis aſſimilaẽ legi quàm ɔ̃ctui, vnde quan
do electio defertur à l.ibi non admittitur variatio amplius, ſe-
mel facta electione.Ita dicit eſſe caſum no.in l.ſi plurib.in fi.ĵ.e.
& reperio,ꝙ ibidem Aret.in 5.no.ad hoc not.illum tex. Ad idẽ
allegat tex.in l.cuius bonis.ĵ.de cur.fu. & ſi iſtud aſſumptũ eſſet
verum,ratio eſſet veriſſima: ſed vt audietis, illud aſſumptum
erit valde dubium,& non verum.¶Iſtam rationem Are.impu
gnant Mod.Senen.& dicunt, ꝙ eſt tex.in d.l. eum qui certarũ.
§.fi.in fi.& ibi glo.& Bar.vbi expreſsè loquitur tex.quando ele-
ctio conceditur ex diſpoſitione.l.& non ex expreſſa diſpoſitio-
ne ɔ̃hentium.& tamen decidit, ꝙ admittitur variatio, & aſſi-
gnat rationem,quia aliud eſt in his,quę expreſsè conceduntur,
aliud in his quæ tacitè,& ſic per legem conceduntur.& ad tex.
17 in d.l.ſi plurib.in fi.reſpondent, † ꝙ ibi inducitur electio per li
tis conteſta.quæ litis conteſta.ſolet variationem excludere, vt
habetur in d.l.eum qui certarum.§ fin.& l. ſi quis ſtipulatus ſit
Stichum.ĵ.de verb.ob.Ad l.cuius bonis.reſpondent prædicti Se
nenſes Mod.quòd ibi electio erat demandata executioni, meri
tò non admittitur variatio.alij nihil tangunt.¶Tu aduerte,ſu-
ſtinendo Are.eo modo quo poteſt,potes reſpondere ad tex. in
d.l.eum qui certarum.§.fi.ꝙ licèt ibi competeret electio ex di-
ſpoſitione.l.tamen non competebat ex mera diſpoſitione.l.ſed
mixtim,cõſiderata etiam voluntate ſtipulantis, qui videtur de-
diſſe electionem promiſſori,ex quo ſibi non reſeruauit. & hoc
videtur ſentire tex. ibi in fi. dum dicit, ꝙ diuerſa cauſa eſt ele-
ctionis expreſsè,& eius quæ tacitè ineſt, ita poſſet reſponderi,
non tamen firmo:ſed ad tex.in d.l.ſi plurib. in fi. tu potes me-
lius reſpondere,prout reſpõdet Bar. magiſter Legiſtarum in d.
l.eum qui certarum.§.fi.ꝙ ideo in d.l.ſi pluribus illud eſt,eo q̃a
vnum erat in obligatione tantum,& aliud in ſolutione, nimi-
rum ſi actor poſtq̃ ſemel elegerit, non poteſt amplius variare.
ſed in legato alternatiuo vtrunq; eſt in obligatione.l.planè.§. ſi
Titio.ĵ.eo.glo.in l.cùm is qui.§.fi.ſ.de condi.indebi.& in l.illud.
in prin.ſ.de conſti.pecu. Quantum ad l.cuius bonis. dic ꝙ ſol.
Senenſium non eſt bona,& contra illum tex.quia tex.ibi loqui
tur,etiam qñ electio non erat mandata execu. ita cãtat ibi text.
in ver.nondum explicito negotio.¶Tu aduerte, ꝙ tex.in d.l.cu
ius bonis,etiam pro ſing ad hoc ponderat Aret. in d.l. eum qui
certarum. ſed tu reſponde clarè,ille ꝙ tex.nihil facit, quia non
loquitur in alternatiua rerum debitarum,prout loquimur hic,
ſed loquitur in alternatiua remediorum,& inter iſta eſt euidẽs
differentia,vt declarat magiſtraliter Barto.in l.vbi pactum.in 4.
col.C.de tranſact. ¶Quid tenendum? Tu pro aſſumpto Aret.
allega alium tex.in l.ſi mihi,& tibi.in prin.ĵ.eo. & ibi Aret.met.
in vlt.no illum tex.ponderat,ꝙ vbicunq; alicui à l.defertur ele
ctio,electione ſemel facta,illa eſt inuariabilis.Sed tu reſponde,
ꝙ ibi electio erat mandata execu. ſuper qua tamen ſol. melius
cogita inſpiciendo illum tex.Ad idem Aret.met in d.l.eum qui
certarum.§.fin.allegat alium tex. in c.2.ad fi.de reſcrip.in 6. Ad
illum tex.poteſt multipliciter reſponderi.Primò per rationem,
quam ibi aſſignat tex.quia de facili committeretur fraus,ſi per-
mitteretur variatio. Secundò ibi loquitur in reſcriptis concer-
18 nentibus iuriſdictionem delegatam, † quæ reſcripta ſunt val-
de odioſa,quia derogant iuriſdictioni ordinariæ. tex. eſt in c.ſa-
nè.de offi.deleg.& tex.in c.ſtuduiſti.de offic.deleg.gl. in cle.2.de
offi.ordi.gl.in c.ſtatutum.§.ſancimus.de reſcriptis.in 6.¶Quid
tenendum?Teneo contra Aret.per tex.in l.qui ex pluribus.ĵ.de
verb.obl.& ibi Are.met.in 3.not.ad hoc ponderat illum tex.cõ
19 tra ſe,& non reſpondet,† ꝙ vbi debitori competit electio ex di-
ſpoſitione.l.poteſt variare vſque quo ſoluerit vnam rem.Iſtam
opi.tenet Bar.in l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum.ĵ.de verb.obl.dũ
reſpondet ad d.l.eum qui certarum.§.fi. ꝙ ibi habebat electio
nem à l.tacitam,& ibi per te videas.¶Confirmo optimè, quia
qñ vnum eſt in obligatione,& aliud in ſolutione ex diſpoſitio-
ne.l.ibi admittitur variatio etiam poſt ſententiam. quod eſt be
ne no.tex.eſt in l.item veniunt.§.idem rectè ait. aliàs eſt ſub. §.
cùm prædiximus.ſ.de peti.hæred.& tñ qñ vnum eſt in obliga-
tione,& aliud in ſolut.ex diſpoſitione ɔ̃hentium non admitti-
tur variatio niſi vſq; ad litem conteſta.tex.eſt in l. ſi quis ſtipu-
latus fuerit decem in melle.ĵ.de ſol.Bar.in d.l.eum qui certarũ.
§.fi.ergo apparet euidẽter, ꝙ in iſta materia variationis mitius
agitur cum l q̃.cum homine,ergo facilius ibi debet concedi va
riatio,& credo,ꝙ hũc artic.habes bene,& ſubtiliter diſcuſſum.
ego non diſcedo,vt dixi, à primę ratione Iuriſc. quia meliorẽ
non inuenio.¶Quid autem in ſtatutis? pone ſtatutum dat ele-
20 ctionem reo in pœnis ſuſtinendis, † nunquid electione ſemel
facta per reum poterit iterum variare? Vide no. Bart.in conſil.
101.incip.Girardus de Tuderto minor. 25. annis. in 4. dubio.
¶Vltimò,quia gl.dicit,ꝙ per verbum volo eligere,non induca
tur electio,& ſic non inducatur diſpoſitio. Bar. ponit doctrinã
ſatis prolixam,an & quando verbum volo,inducat diſpoſitio-
nem,& quando non.Sed vt clarius habeas doct.Bar.diuide iſtã
materiam in duo membra principalia. Primũ eſt, quid in acti-
bus inter viuos pendentibus à ſola volunta.Secundum,quid in
vltimis volun.¶Circa primum ex dictis Bar.habes regulam,&
tres fallen.Regula eſt,ꝙ verbum volo, cum infinitiuo in actib.
inter viuos non diſponit,vnde per iſta verba, volo eligere ſim-
pliciter prolata,non inducitur electio, & conſequẽter talia ver
ba non diſponũt. ¶Fallit primò,niſi poſt terminum datum ad
deliberatè reſpondendum ita diceret. ¶Secundò niſi ad inter-
rogationem eius,cuius intereſt,ita reſponderet. ¶Tertiò fallit,
quando actus eſt expediendus ab alio,& volens non habet niſi
explicare voluntatem ſuam, vt ſi dico, volo te gerere negotia
mea,iſta verba inducunt mandatum,& ſic diſponunt.l.1.in fi.
vbi etiam Bar.idem no.ſ.manda.cum alijs iuribus per eum al-
lega. ¶Videamus per ordinem,an reg.Barto. ſit vera,& an ſint
veræ dictæ tres fallen. & his breuiter expeditis remanebit expe
21 dita prima materia de actibus inter viuos. ¶†Contra principa
lem regulam Bar. ꝙ verbum volo, cum infinitiuo in actibus
inter viuos non diſponat, fortiter ſtringit tex. in l. huiuſmodi.
§ Stichum.ĵ.eod.& ibi Imo. ad hoc no. illum tex. contra regu
lam Bart.hic. Ad hoc etiam ponderat illum tex.Aret. in l.Clo-
dius. in 2.not.ſ de acquiren.hæred. vbi eſt text.quòd ſi mortuo
teſtatore hæres, qui habet electionem dandi vel iſtum, vel il-
lum ſeruum, dicat, volo dare Stichum, verbum volo da-
re, diſponit, & inducit electionem, & ſic pondera, quòd ille
tex. propriè loquitur in materia electionis, vbi hæres habet
electionem, & ſi dicat volo dare, inducitur electio & diſpo-
ſitio,contra regulam Barto. & communem, & ibi loquimur
in actu, in quo lex ipſo iure facit execut. ſicut facit in electio-
ctione. l. apud Aufidium. ĵ.de optio. lega. & propterea multi
tenuerunt contra iſtam regulam Barto. ſuſtinendo regulam,
quam tradit Barto. hic, & in l.1.in 1.& 2.colum.C.de ſum.Tri.
* *& communiter omnes* ſequuntur. Reſponde valde no. & magi-
ſtraliter ad illum tex.in d. §. Stichum, quòd ibi verbum volo
dare,magis tendit ad executionem,& implementum, quàm
verbum volo eligere, quod magis inclinat ad ſuſpenſionem,
& deliberationem: nimirum ſi primo caſu diſponit, & indu-
cit electionem, non autem in ſecundo. ¶Iſtam ſol. quia magi
ſtralis eſt,firmo multipliciter.Primò ex doctr.Bar.in l.gerit.in 3.
col.de acq.hære.& in l.facta.§.ſi ſub conditione.ante fi. per glo.
ibi.ĵ.ad Treb.in quib.locis tenet Bar.ꝙ ſi hæres dicat, volo eſſe
hęres,verbum volo,diſponit de pręſenti,& inducit aditionem,
per tex.in l.iam dubitari.ad fi.ſ.de hære.inſti.ſecus ſi dicat,volo
adire hæreditatem, tunc verbum volo adire, non inducit adi-
tionem, per iſtam glo.hic. Et licèt Are.hic ad aliud propoſitũ.
reprehendat iſtam differentiam, quia vtroque caſu verbũ vo-
lo,iungitur pariter cum infinitiuo, & non videt differentiam
inter verbum eſſe,& verbum adire, cùm vtrunque ſignificet
acquiſi-

22 acquisitionem hæreditatis, & ꝙ quis vult esse heres, † vnde nõ debet referre quibus verbis, quis adeat hæreditatem. l. si quis mi hi bona. §. sed quid si mandauit. supra de acquir. hæred. Tu tene illam differentiam Bar. & assigna subtilem rationem differentię ex eo, quod not. dicit Bald. in l. vnica. C. de confes. in 7. col. in ver. pone, ꝙ reus dixit non confiteor. vbi not. dicit Bald. ꝙ quan do verbum volo, iungitur cum infinitiuo significante alium actum futurum, tunc de præsenti nihil perfectum disponit, vnde si reus accusatus de crimine dicat, volo confiteri delictum, non per hoc censetur confiteri, cùm requiratur actus extrinsecus confessionis futuræ. Sed quando verbum volo, iungitur cũ infinitiuo significante essentiam, vt volo esse heres, tunc dispo nit statim, cùm essentia sit in eius voluntate absque eius facto extrinseco, quæ verba sunt valde substantialia secundum eum. Bene facit, quod vult idẽ Bald. in l. cunctos populos. C. de sum. Trin. in 3. colum. & in 3. opp. ꝙ si dico, volo esse hæres, verbum esse, informat verbum volo super præsenti essentia actus, ideo
23 dispositionem inducit. ¶ † Secundò principaliter confirmo, qa quando verba futuri temporis respiciunt executio. matrimonij, tunc contrahitur matrimonium de præsenti, secus si respiciant ipsum contrahere, vt quia dicam, volo contrahere matrimonium cum tali, &c. ita not. dom. Abb. in cap. ex parte. in 3. no. per illum text. de spon. & in cap. iurauit. in 1. not. de proba.
24 & in cap. quemad. in 2. not. per illum text. de iureiur. ¶ † Tertiò non eundo per remota suffragia confirmo à magis proximis, quia licèt verbum volo eligere, non inducat electionem, quia respicit suspensionem in futurum, tamen si dico, volo habere istam rem, vel volo sumere istam rem, statim inducitur electio inuariabilis. text. est in l. apud Aufidium. ꝟ. de optio. leg. & per il lum tex. Bar. in l. gerit. in 3. col. s̃. de acquir. hæred. Pondera diligenter hanc doctr. an infinitiuum iunctum verbum volo, respi ciat deliberationem, & suspensionem in futurum, & tunc non disponit de præsenti, vt cùm dico, volo eligere, secus si respiciat executionem, & implementũ, vt volo habere, vel volo sumere istam rem, tunc de præsenti inducitur electio inuariabilis, & est optima, & necessaria limitatio ad istam materiam, quam Bart.
25 non tangit nec aliquis Scribentium. ¶ † Secundò principaliter contra suprascriptam regulam Bar. facit, quia licèt infinitiuum de per se sit adaptabile ad tria tempora, præsens, præteritum, & futurũm, tamen quando iungitur verbo præsentis temporis, vt hic, volo eligere, tũc importat tempus præsens, & ꝙ de pręsenti velit eligere, gloss. est ordi. & approbata in l. 5. §. stipulatio. vbi Bartol. & alij ꝟ. de verb. obl. ergo importat, ꝙ de præsenti eligo. ¶ Tertiò in contrarium facit fundamẽtum Theologorum re-
26 latum per Bartol. † ꝙ qñ agens est liberum, & nõ impeditum, & patiens est dispositum, statim ꝙ volo agere ago. ergo cùm hic non sit impedimentum, statim ꝙ dico, eligere volo, eligo, nec istud fundamentum tollitur per verba Bar. qui dicit, ꝙ ista verba significant, ꝙ primus motus meus dirigitur ad eligẽdum talem rem, non tamen ꝙ eligam, & in puncto iuris ista pars esset sustentabilis contra Bar. & omnes. Disputatiuè dico, nõ decisiuè, ꝙ per verbum volo eligere, inducatur electio, quãdo nul lum est impedimentum. ¶ Tenendo tñ regulam Bar. descendo
27 nunc ad fallentias. † Prima est, qñ post terminum assignatum ad deliberandum dicit, volo eligere, tunc inducitur electio, per l. sed & si alio. 2. respon. & l. omnes qui. & vtrobique not. Bart. ꝟ. ad Treb. Adde facere, ꝙ per illa iura tenet idem Bar. in d. l. gerit. in 2. col. ꝙ per illa verba volo adire, prolata post terminum da tum ad adeundum, inducitur aditio, sicut ècontra, per verba nolo adire hæreditatem, prolata post tempus datum ad repudiandum, inducitur repudiatio. ita per dicta iura tenent Bart. & Paul. de Cast. in l. si quis suus. C. de iur. delibe. Bar. in l. filij mater. §. 1. ꝟ. ad orfi. Mod. in l. qui se patris. vbi aliquãdo posui. C. vnde libe. Sed aduerte, ꝙ illa iura non concludenter probant fallen-
28 tiam Bar. quia solùm dicunt, † ꝙ hęres, quia adijt post tp̃s datũ ad deliberandum, non potest dicere, ꝙ coactus suspectã adijt, & ita etiam ad illa iura, ꝙ nihil probent, dicit Bald. in l. fi. §. cùm igitur. in 2. col. C. de iur. deli. ¶ Tu ergo ꝓ ista prima limitatione
29 Bart. † adde simile, ꝙ cõfessio facta post terminum datum ad rñdendum, quia censetur deliberata, non põt prætextu erroris reuocari, gl. est de hoc valde no. in c. ex literis. in gl. 2. ad fi. de diuor. quam signa, quia eam reputat sing. d. Abb. in c. olim ex literis. de rescr. Bal. in l. cùm precum. ad fi. C. de libe. caus. dixi in l. er
30 ror. C. de iur. & fact. ign. ¶ † Secũda est limitatio Bar. qñ ad interrogationem eius, cuius interest. idem dicit Bar. in d. l. gerit. in 3. col. qñ ad interrogationẽ eius, cuius interest hęres rñdit se velle adire hæreditatem, tunc verbũ volo adire, qđ profertur rñdendo alteri, intelligitur esse deliberatum, & sic inducit aditionem hæreditatis, per gl. in d. l. in ementis. in vlt. q. C. de contrah. emp. facit. l. de ætate. §. qui interrogatus. & §. qui tacuit. s̃. de interrog. act. & §. prętereà. Insti. de inuti. stip. ¶ Circa tertiã fallen. Bar. adde

bene facere illud, quod not. tenet Bal. in Auth. ei qui. C. de bonis authori. iudi. poss. in 7. col. in ver. quæro vlterius, an per hæc ver
31 ba iudicis &c. vbi quærit Bal. † an ꝑ illa verba iudicis, volumus te ire in possessionem talis fundi, inducatur effectus primi, & secundi decreti. vltra ibi dicta per eum ista doctr. Bar. hic facit, ꝙ sic, ex quo actus missionis debet explicari per alium, & ad iudi-
32 cem proferentem spectat sola declaratio volũtatis. ¶ † Vltimò inquantum Bart. dicit, ꝙ qñ verbum volo, respicit determinationem certæ rei, puta, volo istam rem, inducit dispositionem. allegat ad hoc. l. 2. ꝟ. de opt. legat. debuit allegare text. in l. apud Aufidium. & ibi Bar. not. infra de op. leg. & ratio est, quia in certis non est locus coniecturis. l. continuus. §. cùm quis. ꝟ. de verb. oblig. secundum Bar. in d. l. cunctos populos. in 1. & 2. col. & ita habes expeditum perfectè, vt puto, primum membrum princi
33 pale Bar. † Circa secundum membrum principale, quid in vl timis volun. Bar. hic, & in d. l. 1. in 2. col. C. de sum. Trin. tenet, ꝙ ista verba, volo, vel vellem relinquere Titio talia prædia, dispo nant, per tex. in l. Pamphilo. § propositum. ꝟ. de leg. 3. & assignat rationem diuersitatis inter vltimas voluntates, & actus inter vi uos. Videnda ergo sunt duo in hoc not. passu. Primò, an ratio diuersitatis assignata per Bar. hic, & in d. l. 1. sit bona. Secundò, an principalis decisio sit vera, & istis duobus breuiter expeditis eri-
34 mus expediti de hac materia, & de princ. huius. l. ¶ † Circa primum, inquantum Bar. assignat rationem diuersitatis inter vltimas volũtates, & actus inter viuos, eo quia cùm vltima voluntas habeat depẽdentiam à futuro, ideo verba volo relinquere, cùm similiter habeant dependentiã à futuro, conueniunt huic actui, ideo disponũt. Istam rationem impugnant dom. Petr. de
35 Bexu. & Areti. hic, & bene. † nam vltima voluntas dicitur stare in suspenso, non quia non disponat de præsenti, sed quia ipsa dispositio perfecta de præsenti est resolubilis per contrariam voluntatem vsque ad mortem. l. cùm hic status. §. 1. s̃. de dona. inter vir. & vxo. cap. cum Marthæ. de celebra. missa. aliàs non dicitur stare in pendenti. l. fin. in fin. s̃. commu. prædio. & l. sed & si quis. §. interdum. cũ glo. s̃. de vsufr. Prætereà vltra eos ratio Bar. nõ infert necessariò illud, quod per eum dicitur, nam per hoc, ꝙ vltimæ voluntates habeant dependentiam de futuro quo ad suam reuocabilitatem, prout dicũt iura, quæ allegat Bar. l. rem legatam. ꝟ. de adi. leg. & l. conficiuntur. §. fin. s̃. de iure codic. non per hoc sequitur, ergo si testator dicat, volo, vel vellem relinquere, ergo talia verba non disponunt, & illa illatio non bene infertur. & sic teneo, ꝙ ratio Bart. non concludat in proposito.
36 ¶ † Secundo, inquantum Barto. tenet, ꝙ in vltimis voluntat. verbum volo, iunctum cum infinitiuo inducat dispositionem, & sic si testator dicat, volo, vel vellem relinquere talia prædia Titio, ꝙ talia verba disponant, per tex. in l. Pamphilo. §. propositũ. infra de leg. 3. Iste est pulcher, & necessarius passus, & si quæstio contingeret in facto, esset quæstio pro amico. Adde, ꝙ idem cum Barto. tenent Cyn. Bald. & Flo. hic. Bal. in l. in ementis, in 6. quæstione. C. de contrahend. emptio. Ludo. Roma. in l. 1. §. si quis ita. infra de verbor. oblig. Pro ista opin. Cyn. allegat text. in l. huiusmodi. §. Stichum. infra eodem. de quo text. fuit plenè dictum in membro pręcedenti. sed vltra Cyn. tu stringe fortius illum text. quia si ibi in actu inter viuos verbum volo, cum infinitiuo disponit, quanto magis in vltimis voluntatibus, per doctri. Barto. hic, & quia magis fauetur vltimis volun. l. in testamentis. infra de regul. iur. capitu. cum dilecti. de donat. ¶ Istam opin. Bartol. reprehendunt Angel. Imol. Paul. de Castr. Rapha. Cuma. & Aret. hic, & Paul. de Castr. in l. 1. C. de sum.
* Trin. & sic videtur *magis communiter* dãnari à Scriben. hic. Moti, quia opin. Bar. non probatur iure. Nec obst. d. §. propositum. in quo solo se fundat Bar. quia Bar. met in d. l. gerit. in 3. colum. dicit, ꝙ ibi conuocauit amicos, ex quo actu præsumitur, ꝙ deliberatè protulit illa verba, ideo nimirum si disponunt, & dicit ꝙ iste est intellectus illius. §. quamuis alio modo intellexerit hic. & sic Bartol. seipsum emendat. ita etiam dicit Bartol. in l. fin. supra de testa. & in l. 1. §. si quis ita. infra ad Trebel. ¶ Tu dic plenius vltra Moder. quòd in illo. § propositum. sex concurrebãt, quæ apparent in text. ex serie literæ. Primo carentia liberorum, & cognatorum. Secundò conuocatio amicorum ad illum finem tantum facta, quę deliberatam prolationem ostendit, secundum Bartol. in locis præallega. Tertiò ibi erat miles,
37 vt tenet gloss. ibi in verbo, contubernali. † Sed verba militis enunciatiua etiam propter aliud disponunt. l. ex his verbis. C. de testam. mili. Quartò ibi sunt verba geminata, quæ multum important, & ostendunt enixam voluntatem. l. Balista.
38 infra ad Trebel. † Ideo verba etiam enuntiatiua, quando sunt geminata, disponunt, secundum Bartol. in l. cùm scimus. ad fin. C. de agri. & censi. libr. 11. cum concor. quas aliàs dedi in d. l. ex his verbis. C. de testam. mili. Quintò, post prolationem talium verborum respondit denuo interrogationi alterius, &

hoc etiam multum operatur,iuxta gl.in l.iubemus. C. de teſta. Sextò illud relictum fuit factum contubernali, & ſic ſocio, & conſequenter perſonæ dilectæ,quod multum operatur, iuxta glo.in l.cùm in teſtamentis.infra de fideicom.libe.& quod not. Bald.in l.ſi teſtamento.C.de teſt.manu.vnde propter tot ibi cõcurrentia diſponit,ergo poteſt ille text. contra Bart. retorqueri. Secundò,& fortius contra Bar.facit,quia aut Bart. loquitur,quñ apparet de deliberatione, quòd talia verba ſunt deliberatè prolata, & tunc non eſſet differentia inter vltimas voluntates, & actus inter viuos,quam differentiam Bar.conſtituit,ergo apparet,ꝙ Bart.non loquitur in iſto caſu.& hoc valde ſtringit,vt dicam nunc. Aut talia verba ſunt indeliberatè prolata, & tunc videtur,quod nihil habeant diſponere.l.diuus.ſ.de teſta.mili.§. planè.Inſti.eo.dom. Alexand.hic fuit in noua ſingu.opin.ꝙ aut iſtud verbum volo relinquere, eſt prolatum in teſtamentis, & tunc indiſtinctè diſpoſitionem inducat,& iſto caſu tenet opin.
39 Bartol. iſta alia ratione,† quia in teſtamento de neceſſitate requiritur,quod teſtes ſint rogati.l.hæredes palàm.§.in teſtamentis.ſ.de teſta.ergo talis rogitus teſtium inducit,quòd teſtamentum cenſeatur deliberatè factum, & conſequenter ꝙ talia verba diſponant, aut talia verba ſunt prolata in codicillis, & tunc ſecus,& in hoc tenet contra Bar.eo quia in codicillis nõ requiritur teſtium rogitus.l.fin. C.de codic. vnde ſi codicillãs coram quinque teſtibus diceret, volo relinquere Titio centum,vel tale prædium,talia verba nõ inducerent diſpoſitionem. ¶Adde, ꝙ ante eum iſtud eſt de mente Imol.in d.l.gerit.in 6. col. vbi in
40 hoc reprehendit Ang.qui videbatur contrarium tenere.¶†Iſta doctri.dom.Alexan. videtur eſſe dubia, cùm in teſtamento nõ ſit neceſſe, ꝙ teſtator ipſe roget teſtes, ſed ſufficit teſtes eſſe rogatos vel à notario, vel ab alio quocunque tertio, ſecundum Dyn.& Paul.de Caſtr.in d.l.hæredes palàm.§.in teſtamentis.Io. Fab.in §.fi.Inſti.de teſt.do.Alexan.in conſil.47.2.vol.inci. abundè.in 2.col.& in conſil.33.3.vol. incip. ponderatis verbis vltimi teſtamenti.in 6.& 7.col. ergo ſola rogatio teſtium non videtur inducere deliberationem, niſi dicas ſaluando do. Alex. ꝙ dato ꝙ notarius,vel quilibet alius poſſit rogare teſtes teſtamẽtarios, tamen requiritur, quòd iſtud faciat in præſentia ipſius teſtatoris,vt dicunt Doct. in locis prælleg. ergo tunc teſtator videtur
41 tacitè rogare. † Quinimo, & fortius not.Ang.in §.& licèt. in 2. col.in Auth.de teſti.per illum tex.in verſi. ab eo,qui deduxit. ꝙ vbicunque teſtes debent eſſe rogati,neceſſe eſt,ꝙ rogentur per illum,qui actum facit, & ideo non ſufficeret,ſi tabellio rogaret teſtes.quod etiam dicit ſentire glo.ibi, tamen non puto hoc ve
42 rum per prædicta,& conſuetudo contrarium obſeruat. ¶†Secundo,& fortius contra dom.Alex.facit,quia ſufficit teſtes eſſe rogatos poſt conditum teſtamentum, incontinenti tamen. ita ſingulariter tenet Bal. in l. fin. in pen.col.ad fi.C.de fideicom.in bonis lect. nam in impreſſis deficit ibi quaſi vna col. integra.
43 ¶†Tertiò contra dom. Alexand.fortiter facit,quia in omni inſtrumento de mundo notarius debet eſſe rogatus à partibus.§. nos autem.in Authen.de tabel.collat. 3. Barto. in l.2.ſ.de ſtipu. ſer.& in Auth.ſi qs in aliquo. C.de eden ergo vbi adeſſet inſtrumentum notarij, ſemper verbum volo, cum infinitiuo etiam in actibus inter viuos diſponeret, & ſic verbũ volo eligere, induceret electionem,ꝙ eſſet multum ſtringere iſtam glo.& Bar.
44 hic. ¶†Vltimò aduerte ad illud,quod dicit dom.Alexan.de codicillis, ꝙ in codicil.illa verba non diſponerent. nam conſidera ꝙ in caſu.d.l.Pamphilo.§.propoſitũ.vbi eſt text.principalis huius materiæ,ibi teſtator neceſſariò faciebat codicillos, cùm nõ adeſſet aliqua inſtitutio hæredis.l.fin.ſ. de iur. codicil. & tamen ibi conuocatio teſtium facit præſumi deliberationem, propter quam verba,vellem relinquere,diſponunt,ſecundum Barto.& omnes in d.l.gerit.& in alijs locis prælleg. & tamen in codicillis conuocatio teſtium non eſt neceſſaria.d.l.fin.ad fin.C.de codicil.¶Quid tenendum in principali arti.qui eſt pulcher, & diſputabilis? an verbum volo, iunctum infinitiuo in vltimis volun.diſponat?Teneo opin.Bartol.quòd ſic,& ſi caſus mihi contingeret in facto,ita conſulerem,& iudicarem pro Barto. contra communem opi. ꝙ in vltimis voluntatibus verbum volo,
a cum infinitiuo diſponat: a & quia Angel.& Moder.hic,quos.ſ. retuli,reprehendunt opin.Barto. quia dicunt eam non probari iure,ego pro opin.Bar.allego bonum,& not.text.in l.& eo modo relictum.ſ.eod.vbi eſt text. ꝙ iſta verba, volo hæreditatem meam eſſe Titij, diſponunt & inducunt fideicommiſſum vniuerſale,niſi ponderes differentiam eſſe inter verbum, an teſtator dicat eſſe,vel relinquere,prout dixi in membro præcedenti, vt ſi teſtator dixit,volo hæreditatem meã eſſe Titij. ¶Ad idem bene facit tex.in l.quoniam indignum.allegata per Bar. vbi tex.
45 magiſtraliter dicit, † quòd nihil intereſt, vtrum teſtator dicat, talem hæredem facio, vel inſtituo, vel volo, vel eſto, vel erit. vbi verbum volo,inducit inſtitutionem, ergo fortius legatum. Item verbum eſto,vel erit,& ſic etiam merè futurum.Ergo ibi eſt text.quod nõ refert,an teſtator vtatur verbo præſentis temporis,an futuri.¶Tertio ad idem allego text.in l.ſi pater.§.quędam.infra de fideicom.liber.vbi qui dixit coram pluribus, tales & tales ancillas liberas eſſe volo, quamuis etiam ab inteſta. decedat,intelligitur diſponere, & grauare venientes ab inteſta. vt
46 dent libertatem.¶†Quartò,quia in vltimis volun.etiam verba enunciatiua de futuro principaliter propter ſe prolata,diſpoſitionem inducunt.l.hoc modo.& l.eo modo.infra eodem.Bart. in l.Titia.§.cùm teſtamentum.in princ.infra de leg.2. latè Bart. & alij in l.ex hac ſcriptura.infra de dona. Bald. hic in fin. domi. Alexand.in l.ſi quis mihi bona.§.ſed quid ſi mandauit. ſupra de
47 acquiren.hæred. ¶†Quintò,vt ſuperius dixi, licèt infinitiuum ſit adaptabile ad omnia tempora, tamen iunctum verbo præſentis temporis,vt hic, importat tempus præſens. gloſſ.& Docto.in l.5.§. ſtipulatio. infra de verbor. oblig. ¶Sextò ſi teſtator in teſtamento dicat,volo relinquere Titio tale prædium, ſi iſta verba non diſponerent,eſſent ſuperflua,& nihil operarent. contra.l.ſi quando.in princip.infra eodem. Nec ad hoc potes dicere,quòd dicendo,volo relinquere, ibi ſit primus motus, vt di-
48 cit Barto.ſupra, † quia in vltimis volun.in quibus ſequuta morte aliud velle non poteſt teſtator.l.1.C.de ſacroſanc.eccleſ.iſtud non congruit,& ita vt dixi conſulerem, & iudicarem pro Bart.
49 contra magis communem. ¶†Vltimò inquantum Barto. tenet,quod in contractibus dependẽtibus à voluntate duorum, ſi proferantur in præſenti, vt volo emere,& interueniat conſenſus alterius partis,inducitur emptio,per gloſſ.in d. l. in ementis.
50 in fin. ¶†Not. quia hæc concluſio facit, quòd in matrimonio iſta verba,volo te habere in vxorem,cùm ſint de præſenti,ſi interueniat tunc conſenſus mulieris,inducitur matrimonium,ſecundum dom.Abb.in capit. ex literis primo, & ibi latius dom. Anto.de Butr.de ſponſ.& faciunt,quæ dixi ſupra in 1.artic.præcedenti. Et per iſta cum laude Dei credo, quòd ſubtiliter, & vtiliter ſit expeditum principium huius legis.

ADDITIO.

a ¶Diſponat. Adde,quòd verbum volo,in actibus vlt. volun. prolatum, inducit diſpoſitionem.l.quoniam indignum.C.de teſt.Alexand.conſil. 168. colum.1. circa med.lib.1.& dic,quòd importat liberum arbitrium,l.cùm quidam.infra titu.2.l.vtrum.§.cum quidam.ff.de rebus dub.Barto.in l. centeſimis. §. fin. de verbor.oblig.& eſt fons,& radix omnium diſpoſitionum,& dicitur verbum diſpoſitionum,teſte Alexand.conſil.190.nu.32.lib.6. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Quod commune eſt meum eſt quantum ad diſpoſitionem partis meæ. & nume. 4. 10. & 13.& 22.Et an dicatur meum etiam pro parte ſocij. nume.20.& 21.*
2 *Ratio dubitandi in hoc tex.eſt duplex.*
3 *Legatum rei, vel ſerui ſub conditione ſi meus erit,valet ſolùm quo ad partem teſtatoris, quam habet communem cum alio.*
5 *Dominium rei,vel quaſi poteſt haberi etiam in parte.*
*Pronomen ſuum,in aliqua diſpoſitione poteſt ſtare quotitatiuè.*
*Vſus alicuius rei non poteſt ſtare quotitatiuè.*
6 *Papa ſi facit caſtra alicuius nobilis exempta,intelligitur exemiſſe tantum propria illius nobilis, & non quę habet communia cum alio.*
*Vtenſilia mea ſi dono alicui,in tali donatione non veniunt ea,quæ habeo cum alio communia.*
7 *Legatum factum de ſeruo Titij,qui erit Titij tempore mortis ſuæ, ſi reperitur tempore mortis eius tantum pro dimidia,non tenet.*
8 *Rerum appellatione quando perſona veniat ſcilicet ſerui,& ancillæ.*
9 *Publicatis rebus alicuius intelliguntur etiam publicati ſerui,& ancillæ.*
*Exemptio conceſſa pro rebus,intelligitur etiam conceſſa pro hominibus.*
11 *Teſtes in cauſa vniuerſitatis quando poſſint eſſe illi de vniuerſitate.*
12 *Si Venetus electus eſt officialis ab hominibus vnius terræ,cum qua Veneti conuenerant non ponere officiales, nec de eis ſe impedire, per hoc Veneti non incidunt in pœnam.*
14 *Si duo fratres habent caſtrum commune,& vnus alium expellat,expulſus non poteſt partem ſuam alicui Principi,vel communitati vendere, & venditio facta non tenet.*
15 *Actio de dote licèt ſit communis patri, & filię, non tamen dicitur propriè patris,nec filiæ.*
16 *Socius poteſt vti tota re communi ad vſum deſtinatum ſocio inuito.*
*Fratres duo,vel ſocij qui habent domum communem, vel hoſpitium, ſi vnus vult locare, & alter non, præfertur locare volens,ſi conſueuit locare.*
*Inhabitare volens domum communem etiam conſuetam locari, præfertur volenti locare.*
17 *Socius, vel frater habitans totam domum communem,non tenetur fratri vel ſocio ad aliquam penſionem.*
18 *Socius inuito ſocio poteſt ſyluam cęduam communem incidi facere.*

19 *Frater,*

19 *Frater, qui fundum communē seminari fecit altero fratre nolente, quòd sua pars seminaretur, non tenetur eidem dare fructus.*
23 *Dictio pro domino, importat fictionem.*
24 *Glo. in l. id quòd nostrum. de regu. iur. procedit quo ad dispositionem totius.*
25 *Verbum est, importat veritatem.*
26 *Arguere non licèt ex text. ex his, quæ proponuntur gratia dubitationis.*
27 *Verbum continetur, importat verè, & propriè.*
28 *Statutum puniens aliquem vulnerantem in domo percussi, an habeat locum in domo communi.*
29 *Statutum, quòd transiens per territorium alicuius loci teneatur soluere gabellam sub pœna, non habet locum in loco communi cum alio.*
30 *Mandatum Papæ super re pertinēte ad aliquem, intelligitur de illa, quæ est sola illius, non de communi.*
31 *Reseruatio Papæ facta de omnibus beneficijs ciuitatis Mediolanensis, exceptis illis, quæ pertinent ad collationem Episcopi, talis reseruatio non comprehendit beneficia spectantia ad collationem capituli, & Episcopi simul.*

1 a §.Labeo. † Quod commune est, meum est [a] quantum ad dispositionē partis meæ. Ita sum-
mant Barto. *& cõmuniter Docto.* hic. Sed tu caue, quia istud summarium Bartol. & Docto. licèt sit verum in se, tamen non conuenit menti huius text. quia iste tex. non dubitauit super re cõmuni, an testator possit disponere de parte sua, quia istud fuisset penitus indubitatum. Sed text. dubitat, si testator legat seruum, vel aliam rem ita, qui meus erit cùm moriar, & sic conditionaliter, si sit communis, an debeatur in totum, vt dicebat Labeo, an verò solùm pro parte testatoris, prout tenebant Trebatius, & Cassius, & Iurisconsl. approbat secundam opin. quòd non debeatur totum, sed solùm pars testatoris. & potuit esse duplex ra
2 tio dubitandi in hoc text. † Prima, quam tangit gl. in §. sequen. nam si seruus legatus fuisset in totum alienus, testator legando intelligeretur velle, quod hæres redimat eum, & legatario tradat. l. cùm alienam. C. de lega. & §. si aliena. Insti. eod. idem videtur in proposito, quòd legatum valeret in totum, & sic etiam pro parte socij. contrarium decidit Iurisconsl. quòd solùm valeat ratione partis testa. Ratio decidēdi fuit, quia testator in dubio non videtur grauasse hæredem onere redimēdi partem socij sui. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de leg. 2. ex quo legatum valet, & est efficax quo ad partem ipsius testatoris. ¶ Secunda potuit esse ratio dubitandi secundum Raph. Cuma. & Paul. de Cast. Nam testator dixit, qui meus erit, & sic conditionaliter. l. Stichum qui meus erit. ff. eod. ergo conditio debuit impleri in forma specifica, & sic insolidum. l. qui hæredi. & l. Meuius. infra de condi. & demonstr. Ratio decidendi fuit, quia illa verba, qui meus erit, exponuntur idest quatenus meus erit, vt dicit text. in d. l. Stichum qui meus erit. cum concor. quas ibi tradam, ergo verificātur, si sit pro parte ipsius testatoris. & propterea summa
3 istum text. aliter quàm Bartol. & Docto. † Legatum rei, vel serui sub conditione, si meus erit, valet solùm quo ad partem testatoris, quam habet communem cum alio. hoc dicit propriè iste tex. Item vt nihil in tex. omittatur considera, dum tex. dicit, certa res aut persona legatur, qui meus erit, illud relatiuū, qui, masculini generis ad quod vis præcedens referatur, malè videtur stare, cùm vtrunque præcedens sit feminini generis. ergo videt mala grammatica, contra l. Plautius. infra de aur. & arg. leg. & cap. ad audientiam. 2. de rescrip. Responde dupliciter. Primo, quod relatiuum qui, in hoc text. non facit relationem ad illa duo expressa in text. sed ad tacitum, nam sub dictione persona, intelligitur scilicet serui, vt dicit gloss. hic, & tunc bene sequitur, qui meus erit. Secundò, & melius respõde, quòd prima verba sunt verba Legislatoris. nā Labeo ait, cùm certa res, aut persona legatur. sunt verba Legislatoris, posteà tex. subdit, ita quod meus erit cùm moriar, hæres illi dato. Ista sunt verba testatoris, cui non congruit dicere, lego certam rem, vel personam, quia sic esset ineptum, sed est necesse, quòd in indiuiduo dicat, lego talē seruum, vel talem equum, qui meus erit. Ex istis casus est planus.
4 ¶ † Not. 1. ex isto. §. Labeo. illud, ad quod tota die allegatur, quod quo ad dispositionem partis meæ, commune intelligitur esse meum. ¶ Amplia istam regulam, & istum text. vt procedat nõ solùm in legato particulari certæ, & determinatæ rei, sed etiam in legato incerto, & indefinito, puta, lego Titio seruos meos, tunc veniunt non solùm proprij, sed etiam quos habeo communes cum alio, tex. est formalis in l. si quis suos seruos. & in l. Iulianus. §. seruos. ff. de lega. 3. in contrarium facit text. in l. hoc legatum. ff. de leg. 3. vbi testator legauit vxori omnia, quæ parata sunt vsus sui causa. pone, quod aliqua sunt parata ad communē vsum tam mariti quàm vxoris, nunquid talia veniant in legato? Decidit ibi no. Iurisconsl. quod non, ergo in legato indefinito non veniunt ea, quæ sunt communia. Huic contrario rñdet not. Paul. de Cast. hic, quod quando testator legat omnes seruos suos. & cõsequēter legat seruos, qui in totum sunt proprij testatoris, multo magis intelligitur legare etiam illos, in quibus solùm habet partem. Ista ratio cessat, quando testator legat vxori ea, quæ eius causa parata sunt, quia per hoc non intelligitur relinquere ea, quæ sunt parata ad communem vsum. Istam solu. Paul. de Castr. sequitur Are. hic, dicens esse verissimam. eam etiam sequitur simpliciter d. Alex. hic; sed mirādū est vehementer de Paul. de Cast. Are. & do. Alex. quod nõ viderint Bar. in l. Quintus prima, ff. de aur. & arg.
5 leg. vbi alijs duob. modis respondet, & melius ad istud contrarium. Primò, † quod illa dictio seruos suos, intelligitur respectu dominij, vel quasi, & tale dominiū vel quasi potest haberi in parte. Sed quando testator reliquit ea, quæ sunt parata ad vsum mulieris, vsus est indiuiduus l. vsus pars. ff. de vsu, & habita. ideo vxor non potest habere, quæ parata sunt ad communem vsum. Secundò respondet Bar. quod illud pronomen suum, põt stare quotitatiuè pro vna dimidia, pro vna tertia, pro vna quarta, sed vsus non potest stare quotitatiuè. Adde etiam ad d. l. hoc legatum.
6 text. similem in d. l. Quintus. & alium text. similem. in l. legatis vxori. ff. de lega. 2. & per d. l. legatis vxori decidit ibi not. Bal. † quod si Papa, vel Princeps fecit exempta castra alicuius nobilis, intelligitur eximere illa, quæ pertinent ad ipsum solùm, non autem quæ ille nobilis habet cõmunia cum alio, in quibus iurisdictio est promiscua, & communis, argum. illius tex. & hoc not. quia aliàs priuilegium, seu beneficium Principis est latissimè interpretandum contra ipsum Principem. l. fin. vbi aliquando dixi. ff. de consti. princ. ¶ Adde etiam, quod per ista iura decidit not. Bald. in l. 1. in vlt. q. ff. de sta. hom. quod si dono alicui omnia vtensilia mea non veniunt illa, quæ habeo communia cum alio, quia vnū extremū ex simplicibus non continet mixtū, & sic habes bonam ampliationem ad istum tex. ¶ Limita tex. istum, vt nõ procedat, quando testator legaret Stichum Titij, qui erit proprius Titij tempore mortis suæ, quia si reperiretur eius pro par
7 te tantū, in nihilum valebit legatum, † eo quia res dicitur propria Titij, quando est in totum sua. l. si defensor. §. qui interrogatus. ff. de interrog. act. not. in l. si in rem. ff. de rei vendi. ergo conditio voluntaria debet propriè impleri. l. qui hæredi. & l. Meuius. ff. de condi. & demõstr. ergo legatum omnino valet ita limitat Raph. Cum. hic in fi. ¶ Istam limita. reprehendit do. Alex & bene, quia illa verba, qui Titij erit, exponuntur idest quatenus erit Titij l. Stichum, qui meus erit. ff. eod. l. 2. in prin. ff. de condi. instit. & l. fi. in prin. ff. de vulga. & pup. ergo siue in totum reperiatur esse Titij siue pro parte, pro illa parte debebitur legatario. ¶ Secun-
8 dò pondera ex text. ibi, res aut persona. † quod appel. rei non venit persona, puta seruus, vel ancilla, ita probat iste tex. in alternatiua, dum dicitur, cùm res, aut persona legatur. In cõtrarium est tex. not. licèt vulgatus in l. omnia. §. fi. ff. de leg. 2. vbi est tex. Pone, testator legat Titio talē fundum cum omnibus rebus, quæ ibi sunt, nunquid sub nomine rerum veniant serui, ancillæ, & aliæ personæ deseruientes illi fundo? dicit ibi text. not. quod sic, quia appel. rerum veniunt personæ, & sic serui, & ancillæ, & illum tex. ad hoc ponderant Bal. Imol. & Paul. de Cast ibi, & per eum no.
9 inferunt, † quod publicatis rebus alicuius, intelliguntur etiam publicati serui, & vassalli. Idem per d. l. omnia. §. fin. tenet Bal in l. 1. ff. de sta. homi. vbi tenet, quod appel. rerum mearum veniant homines mei, nisi essent sanguine coniuncti. Ad idem est tex. not in l. senatorum. C. de digni. libr. 12. & per illum tex. not. ibi. And. de Baru. & Io. de Pla. quod appellatione rerum cõtinentur homines, & sic immunitas, seu exemptio data rebus, intelligitur etiā data hominibus, quod facit secundum Io. de Pla. ibi ad quæstionem, quæ aliàs fuit in facto inter prælatos, & Regem, quia prælati immunitatem concessam rebus ecclesiarum volebant extendere ad vassallos ecclesiarum. Quomodo ergo respõdebimus ad hæc contraria? Responde valde no. quod iura contraria loquūtur, quando vniuersaliter, vel indefinitè quis legat omnes res, sed iste tex. loquitur cum mysterio, quando legatur certa res in specie, vt clarè cantat text. ibi, certa res, tunc appellatione certæ rei in specie non venit persona ¶ Expeditis tex. in gl. nihil est. Extra glos. Bar. examinat an, & quando illud, quod est commune dicatur esse meum, & ponit egregiam doct. quam de verbo ad verbū refert, & simpliciter sequitur do. Abb. in c. 3. de præb. ¶ Tu autem
10 ex dictis Bar. fac sex conclusiones. † Prima conclusio est, quòd illud, quod est commune pluribus vt vniuersis, nõ est meum, & sic illud, quod est vniuersitatis, vel collegij, vel communitatis, non dicitur esse singulorum. Vltra iura quæ alleg. Bart. adde text.

ADDITIO.

a ¶ Meum est. Adde declarationem, quam ponit Bald. in l. fin. ff. de rit. nupt. Bart. in l. 2. ff. de condi. inst.

text.in l.2.§. seruum. infra de quæstio. & text. 12. quæstio. 2. in cap. qui manumittitur. ¶In contrarium allego fortem text. in l.1.§.fin.infra de colle.illici.vbi text.dicit, quòd quilibet recuperat partem suam,& tex.in l.3.quæ incipit collegia, eodem titul.Glo.ibi pro solu.laborat.Barto.ibi intelligit illum tex. quando dissoluitur vniuersitas, tunc res, quæ erant vniuersitatis,bene efficiuntur singulorum. Caue, ista solu. Bartol.non videtur bona, quia text. ibi loquitur in vno recedente de collegio, & transferente se ad aliud collegium, ergo non loquitur quando primum dissoluebatur.Tu prouecte considera,quòd text.in illa.l.1.in §.fin. videtur præsupponere, quòd collegium non solùm haberet bona, quæ essent totius collegij, sed etiam aliqua quæ essent communia pluribus vt singulis. ¶Retenta conclusione Bartol.quod illud,quod est commune pluribus vt vniuersis,non dicitur esse singulorum de vniuersitate. Ex ista conclu-
11 sione infertur ad practicam,† quòd illi de vniuersitate possunt esse testes in causa vniuersitatis. Ita tenet gloss. vbi plenius Bart. & alij in l.in tantum.§.vniuersitatis.supra de rer.diuis.gloss. in l. si municipes. vbi Bald. & Ang. supra quod cuiusque vniuer.gl. in §. cogitandum. in Auth. de mona. collat.1. & in l.idonei.supra de test.& est text.in cap.cùm nuncius.& ibi gloss.de testi. de
a quo plenè dixi [a] in l.sed si hac.§. qui manumittitur. supra de in ius voc.vbi dedi.4.not. limitationes ad hoc. Secundò ad istam primam conclus.Barto.adde, quod not.decidit Petr. de Anch.
12 consil.200.incip.visis & ponderatis.vbi consuluit, † quòd si domini Veneti promiserunt non ponere officiales in certis terris Vngariæ,nec se impedire de eis sub magna pœna,tamē si vnus ciuis Venetus est electus in officialem ab hominibus illius terræ, potest officium acceptare, nec per hoc Veneti incidunt in pœnam promissam, eo quia tunc nihil fit in nomine dominij Veneti tanquam nomine vniuersitatis, sed ab illo vt singulari.
13 ¶†Secunda conclusio Bar.est in his,quæ sunt communia pluribus vt singulis quo ad dispositionem partis meæ tantum, illud,quod est commune,dicitur esse meum. ¶Limita,per illud quod singulariter tenet Bal.in l.1.in penul.quæstio. C. qui testa. face.pos.quòd si duo fratres habent castrum commune, quòd vnus non potest partem suam alicui alteri vendere, & sic non pōt disponere de parte sua, si hoc principaliter faciat ad æmulationem socij, quia specialissimum est in iurisdictionibus castrorum, quod vnus non possit ad æmulationem alterius vendere partem suam,allegat.l.quicunque castellorum. C. de fun. limitro.lib.11.Sed tu caue, quòd ille tex. loquitur, quando venit ad æmulationem Reipu. vel Principis tunc non licet,vt est gloss.ordina.in l.per prouincias. C.de ædifi. priua. ¶Confirmo tamen illam decisi. Bal.per illud, quod singulariter decidit Bar.
14 in l.2.per illum tex.C.ne fisc.vel Respu.vbi tenet,† quòd si duo fratres, vel duo consanguinei habent castrum commune, & vnus expellit alium de castro,prout tota die contingit, si frater expulsus vendat partem suam alicui Principi, vel alicui communitati,puta Venetis, talis venditio nō valet neque tenet, eo quia tunc superior, vel Princeps prohibetur tenere tale castrū sic litigiosum, per illum text. clarum, & valde not. ad hoc,qđ valde not. quia sæpè contingit in facto, & sequuntur ibi Mod. præsertim Paul.de Castr.qui dicit, quòd istum casum vidit de facto Florentiæ. ¶Secundò limita istam conclusionem Bartol.
15 non procedere† in actione de dote, quæ licèt sit communis patri, & filiæ.l.2.§.quod si in patris. & l. non solùm. supra solu. matrimo.& l.qui hominem.§.si gener.infra de solu.tamen non dicitur propriè nec patris,nec filiæ etiam quo ad agendum pro patre,dictis iuribus,& hoc fauore dotis.¶Tertia conclusio Bar. est, quòd socius potest vti tota re communi etiam inuito so-
16 cio,quando vtitur ad vsum destinatum. ¶†Adde bene facere, quòd si duo fratres,vel socij habent domum communem,vel hospitium commune,quod consueuit locari, & vnus eorum vult locare, alius non, præfertur volens locare propter vsum destinatum,quia vult vti ad vsum destinatum, secundum Bal. & Angel.in l.duo fratres.supra de acquiren. hæred. Bald. in l.1. ad fi.C.qui testam.face.pos.& in capitu.1.§.si quis de manso. de controuer.inuesti.& in cap.cùm omnes. in 10. colum. de constitu.& est de mente Bar.in l.& hæc distinctio. §. cùm fundum. & ibi Paul. de Cast.ff.loc. ¶Limita singulariter secundum Bal. in l.Sabinus. in vltimis verbis per illum text.ff.communi diuid. nisi esset discordia inter fratres, quia vnus eorum vellet inhabitare domum, alter verò vellet, quòd locaretur,præfertur ille, qui vult inhabitare. de quo dic vt plenius per Aret. in d. l. duo
17 fratres. ¶†Secundò ad istam conclus.Bartol.adde,quòd si duo fratres,vel socij habent domum communem pro indiuiso, & vnus eorum totam domum inhabitat, quòd non tenetur ad aliquam pensionem pro parte socij, cùm vtatur re communi ad vsum destinatum.& not. bene hanc decisi. quia quotidiana est in d.l.Sabinus.& ibi gl. in terminis hoc tenet. Ita etiam tenet Bald. & Angel. in d.l.duo fratres. per illùm text. vbi refert Bald. post Ricar. Malum.ita aliàs in contingentia facti fuisse iudicatum. Idem tenet Bald. in capit.1.§.præterea Ducatus. in penul. colum.de prohi.feu.alien.per Fede.Paul.de Cast.in l.1.in fin.C. qui testa. face. pos. Ludo. Roma. in consil.168.incip.circa pri-
18 mum quo quæritur,an renuntiatio,in vltimo dubio.¶†Tertiò ad istam conclus.Barto.adde, quòd si duo socij habent syluam communem pro indiuiso, & talis sylua sit cędua. quòd socius
b inuito [b] socio potest eam facere incidi, eo quia vtitur ad naturalem, & destinatum vsum syluę.l.arboribus.§.nauis.ff.de vsufruct.& ita in specie determinat Bal.in consil.275.partis, quod incipit quidam Nerius accusauit &c. ¶†Quartò, & vltimò ad istam conclus.Bartol.adde illud,quod mirabiliter tenet Saly.in
19 l.iubemus.2.in princip.per gloss.ibi.C.de sacrosanct.eccles. † ꝙ si duo fratres, vel socij habent fundum communem, & vnus eorum vult,quòd colatur.& seminetur,prout fieri debet,& est consuetum,alter verò rixosus, & capriosus nō vult, quòd pars sua seminetur, certè si frater prudentior faciat totum fundum coli,& seminari, non tenebitur in aliquo respondere de fructibus fratri, etiam pro parte dominica. quod multum not. si est verum,tamen gloss.ibi in secunda solu.quam approbat Barto.
20 tenet contrarium. ¶†Quarta conclusio Bartol. est, quòd illud, quod est commune pluribus vt singulis,nō dicitur esse meum quo ad dispositionem partis socij.l.falso, & melius in l. sequen. quæ incipit portionem.C.de commu.rerum aliena.Not.istam conclus.quia facit,an socius habens rem communem cum so-
c cio. possit esse testis in causa socij [c] pro illius parte. De quo est gloss.& ibi Bartol.& Salyc.in l.quoniam.C.de testi. Bal.in l.omnibus.C.eodem.Specul.in titul.de teste.§.1.in versic.item quòd est socius.Angel.in l.si duo.in princip.supra si quis cau.Cano.in
21 cap.cum nuncius.& in cap.insuper.de test.¶†Quintò Bart.ponit.5.fallētias,quibus commune dicitur esse meum, etiam pro parte socij eo inuito.Prima est propria fallentia,aliæ non. Adde tu aliam fallentiam fauore libertatis.tex.est in l.1.C.de com. seruo manu.per quem text.not. ibi Bald. in fin. quòd si testator mandat construi ecclesiam in loco communi, quòd socius inuitus tenetur partem suam vendere fauore religionis. Ad hoc etiam allegat text.not. in l. si quis sepulchrum. supra de religio.
22 & sump. fune. ¶Sexta, & vltima conclusio Bartol.est, † quòd vbicunque commune dicitur esse meum, illud est per fictionem,& non verè,& propriè,prout tenet gl.ordina.in l. id quod nostrum.infra de regul.iur. & pro ea Bartol. allegat text. in l. illud.in verbo non propriè.supra de rit.nupt.Ille text.secundum Are. subtiliter probat totum contrarium, quia licèt primo loco referat illud dictum Labeonis, tamen recedit ab illius sententia,cum plerisque alijs relatis in text. & sic corrigit primum dictum Labeonis, eo quia non potest negari,quin liberta communis sit mea, licèt etiam sit alterius. sed hoc posset negari de proprietate sermonis,si non esset propriè mea, cuius contrariū decidit ibi text. Et ita per illum text. tenet Nico. de Neapo. hic relatus per domi.Alexand.& Alber.de Rosa. in prima parte statutò.quæstio.132.in versicu.item quæro, an statutum habeat locum. Tu dic ad illum text. quòd ibi altercatio Iurisconsultorum erat super effectu decisionis, non autem super ratione ibi reddita per Labeonem. vnde licèt Iurisconf. ibi reprobet primam opin.& hoc propter reuerentiam iurispatronatus, quod est indiuiduum, non tamen reprobat rationem Labeonis, super qua se fundat Bartol. hic, iuxta gloss. ordina.in l.1. in princip.infra de coniun.cum eman.libe.& gloss. & Bartol. in l. 1. in princip. supra de legi. tut. ¶Tu pro conclusione Bartol. adde tex.vtentem verbis importantibus fictionem in l. extraneo.§.1.
23 ff. de quæst. in verbo pro domino fortè videretur. † Illa dictio pro domino,& illud verbum,videretur,important fictionem. l. 1. §. deiecisse. infra de vi & vi arma. De quo dixi plenè anno præte-

ADDITIONES.

a ¶De quo plenè dixi. Adde Felyn.in capitu.insuper.de testam.& dum dicunt, quòd quando illi de vniuersitate vt singuli percipiunt commodum de eo, super quo testificantur,tunc non admittuntur, intellige prædicta vera,nisi quando tale commodum perciperent gratis,secus si aliquid soluere deberent, vel aliquid aliud facere,quia tunc bene possent testificari.ita Bal. in l. parentem. C.de test.& Alexand.de Imol.in consil.99.colum.3.circa fin.in 5.volum.& d. Franc.de Are.in capit.cùm nuncius.in princip. extra de testibus, & ibi etiam ponit aliam declarationem, quando tale commodum perciperent de manu alterius.

b ¶Inuito.Adde quòd si socius inuadit rem communem per vim, quòd incidit in pœnam.l.si quis in tantam.C.vnde vi.gloss.est,& ibi Iac. Butr. in d.l.si quis in tantam.& ponit Alexan.in consi.103.maximè in 5.colum.versic. non obst. quartum arg.in 1.vol.

c ¶Socij.Adde,& intellige ꝙ sic, dummodo emolumentum sibi non quæratur vt ibi per Docto.& Are.in consil.13.col.1.circa princ.

præterito in l.3.§.ex contrario. infra de acquir. poſſeſ. ¶Secun-
dò pro Bar.bene facit,quia illud dicitur propriè,& verè meum,
qđ poſſum vendicare.tex.eſt in l.Quintus.ſecunda.in §.argēto.
& §.cui legatum.ff.de aur.& arg.leg.ſed partem ſocij vendica-
re non poſſum,igitur &c ¶Tertiò adde text.in capit.ſicut.circa
princ.48.diſt.qui ad literam dicit, proprium nemo dicat, quod
eſt commune, licèt gl.ibi exponat commune, ideſt communi-
candum. Ad idem adde tex.in c.nulli.§.1.12.q.1.qui dicit de cō
24 muni nullus dicat, hoc meum eſt. Item adde † Paul.de Caſtr.
in conſil.344.inci.in hoc paſſu duo ſunt.vbi dicit, ꝙ gl.in l.id qđ
noſtrum procedit quo ad diſpoſitionem totius,nō autem quo
ad diſpoſitionem partis meæ. Tu aduerte,ꝙ Bart. hic in fi.vni-
uerſaliter dicit vbicunque ſuperius dixi, & ſic intelligit illam gl.
etiam quo ad diſpoſitionem partis ſuæ, tamen reſtrictio Paul.
de Caſt.eſt rationabilis,& plus placet.¶Contra iſtam cōcluſio-
nem Bar.allego duos tex.Primò tex.qui clarè probare videtur,
ꝙ qui eſt pro parte dominus,dicitur verè, & propriè dominus
totius,& ſic ꝙ res cōmunis dicitur propria mea in totum, text.
eſt in l.cætera.§.ſi duobus.ĵ.eod.in verbo,qa dominus eſt vtriuſ
25 que. † Cùm verbum eſt,importet veritatem, ſecundum Bart.
in l.ſi maritus.§.legis.ĵ.de adul. & ita ſubtilis Are.in illo.§.ſi duo
bus,in tertio not.ad hoc not.illum text.contra iſtam concl.Bar.
Alij nec hic nec ibi quicquam tangunt. Tu reſponde ad illum
tex.valde not.ꝙ ibi text.dum proponit dubitationem, & quæ-
ſtionem,dicit hoc videri, quia dominus eſt vtriuſque. Contra-
26 rium tamen decidit ibi expreſsè text.vnde † ex his,quæ propo-
nuntur gratia dubitationis in tex.non eſt licitum aliquo modo
arguere,gl.eſt ordi.in l.vnica.in tertia lect.C.qn̄ non pet.par.vbi
ordinariè legendo allegaui quamplures aliàs gl.idem dicentes,
non repeto nunc. Secundò contra concluſionem Bartol.adde
aliū tex.not.in l.ſi quis ſeruos ſuos.ĵ.de leg.3.in verbo continen-
27 tur. † quod verbum continentur importat, quid verè, & pro-
priè ſecundum Barto.in l.cui eorum.§.affinitates.ſ̃.de poſtu.&
in l.hæc verba.ĵ.de adul.tn̄ contra illam regulam Bart.multa iu
ra obſtant,aliàs tetigi,& cumulaui,non pono hic.¶Prædicta fa
28 ciunt in practica † ad ſtatutum diſponens, ꝙ ſi quis vulneraue
rit aliquem in domo percuſſi,ꝙ amputetur ſibi manus, an ha-
beat locum ſi domus ſit communis cum alio, cùm in ſtatutis
verba debeant propriè accipi.de qua quæſtione habes per Bar.
Ang. & Sal.in l.1.C.qui teſt.fac.poſ.& latius do. Alex. hic, & ibi
cum cōcor.per eum adductis.& vltra eum adde Ang. de Aret.
& Mod. in tract. malefi. in verbo in platea communis.in 7.col.
Albe.de Roſ.in 1.parte ſtatu.quæſt.167.inci.quæro etiam in ſta
29 tutis. ¶† Adde, ꝙ ſi ſtatutum diſponat, ꝙ tranſiens per territo-
rium talis loci teneatur ſoluere certam gabellam ſub pęna, nō
habet locum in tranſeunte per locum,qui eſt communis cum
a alio.Ita nota.conſuluit dom.Abb.in conſil. 190. [a] incip. diſpo-
nente ſtatuto terræ Colis.¶Adde etiam ad materiam,ꝙ ſuum
dici poteſt illud,quod eſt ſuum in parte,& non in totū. Ita not.
Gemi. in capit. cùm non deceat. per illum text. de elect.in 6.&
in capit.ex eo.in 1.not.per illum tex. eodem titul.& libro. Tu
allega de hoc tex.in l.in re communi,in verbo res ſua, & ibi gl.
ſ̃.de ſerui.vrb.præd.& text.not.in l.pupillus.§.fin.ĵ.de verb.ſign.
& text.in l.qui ſeruos ſuos.& in l.Iul.§.ſeruos communes. ĵ. de
30 leg.3. ¶Item adde, quòd mandatum Papæ ſuper re pertinente
ad aliquem intelligitur de illa,quæ eſt ſola ipſius,nō de illa quæ
eſt ſibi communis cum alio,& iſto caſu non dicitur meum id,
quod eſt commune cum alio.cap.cum in illis.§.fin. & ibi gloſſ.
fin.de præben.in 6.& ibi Gemi.ad hoc not. ¶Alibi Ioan.Cal.in
conſil.22.poſito ſub titu.de præbend.tenet,quòd in materia fa-
uorabili, vbi verba ſunt latè interpretanda, illud dicitur eſſe
meum,quod eſt commune cum alio. l. ſi quis ſeruos. de leg.2.
& cap.1.de vſu palij.ſecus eſt in materia odioſa,& præiudicia-
31 li. Per hoc decidit, quòd † ſi Papa reſeruauit omnia beneficia
certæ ciuitatis,& diœceſis,exceptis illis,quæ pertinent ad colla-
tionem Epiſcopi, quòd in tali exceptione cadunt omnia bene-
ficia ſpectantia ad collationem Epiſcopi, & capituli ſimul, &
ſic communiter, cùm talis reſeruatio, quæ derogat ordinariæ
poteſtati,ſit odioſa.11.quæſt.1.in cap.peruenit.& ita refert,& ſe-
quitur Gemi.in d.cap.cum illis.§.fin.facit text. in capit.1.ne ſede
vacan.in 6.Adde etiam ad hanc materiam, quòd ſi quis habet
terram communem cum damnato de hæreſi,defendēdo pro-
pter partem ſuam totam terram, non dicitur eſſe fautor illius
damnati,ſecundum Gemi.in cap.ſi ſententia.§.1.de ſenten.ex-
commu.in 6. Et per iſta cum laude Dei ſit impoſitus finis huic
not.§.& huic bonæ materiæ.

ADDITIO.

[a] ¶In conſil. 190. Adde quòd eſt in 2. volum. conſil.183. & adde, quòd mercator tranſiens per locum communem, vbi debet ſolui gabella, quòd vnicam tantum gabellam ſoluere tenetur, quæ debet diuidi inter vtrumque dominum.ita Bald.in l.penul.colum.6.C.de condi.inſer. & Petr.de Per.in tracta.de ſocie.in 11.par.quæſtio.22.& per Bertachi.in tracta. Gabella. par.5.quæſtio.17.& par.6.quæſt.7.

SVMMARIVM.

1 *Res communis cum alio ſi legatur, in dubio cenſetur partem ſuam quis legare.*
2 *Teſtator in dubio præſumitur legare illud ius, quod habet in re.*
3 *Legato facto de fundo Titij ipſi Titio,in quo legans habebat ſeruitutem, non videtur legata liberatio ſeruitutis.*
4 *Teſtator non ſolùm præſumitur legare ius, quod habet in re, ſed etiam ius,quod habet ad rem.*
5 *Teſtator, qui poſt teſtamentum redemit partem rei communis legatæ à à ſocio,non intelligitur legaſſe niſi eius dimidiam.*
6 *Teſtator legans fundum, qui in totum erat ipſius, ſed partem debebat alteri actione perſonali, pars debita non intelligitur legata. & numero 26.*
7 *Pars fundi legati, quæ erat teſtatoris, cenſetur legata, etiam ſi legato fundo ſint appoſita confinia totius fundi.*
*Demonſtratio confinium non ampliat legatum.*
8 *Dictio meum,quòd reſtringat legatum ad partem teſtatoris tātum, & latius an hoc ſit verum,infra in ver. expeditis textualibus.*
9 *Adiectum per teſtatorem rei legatæ,quando debeatur legatario.*
10 *Legato fundo communi, ſi teſtator redimat partem ſocij, totus fundus debetur legatario,contra communem.*
11 *Arguere licet à diminutione ad augmentum in materia legatorum.*
12 *Fundo communi legato ſi pars alterius redimatur ex cauſa neceßaria adiudicationis,illa non debetur legatario,contra Bar.*
13 *Augmentum factum rei emptæ debetur emptori.*
14 *Legatum factum de fundo alieno,quem teſtator ſciebat alienum, valet, & hæres redimere tenetur,aliàs non.*
15 *Falſa demonſtratio in parte tantum vitiat legatum factum in parte, & an procedat,nu.17.*
16 *Augmentum de toto ad partem non procedit, quando eſt diuerſa ratio.*
18 *Falſa cauſa eodem modo vitiat, ſicut falſa demonſtratio.*
19 *In ſtipulationibus prætorijs vnus poteſt alteri ſtipulari.*
*Tex.in l.ſtipulatio.§.fin.infra de nou.oper.nunc.loquitur in ſtipulationibus prætorijs.*
*Teſtator præſumitur minus grauare hæredem quàm poſſit.*
20 *Teſtator legans totam rem, quam communem habet cum hærede, tunc cenſetur totam rem legare.*
*Fallit quando teſtator apponit in legato rei iſtud pronomen meum.*
21 *Teſtator poteſt diſponere de re hæredis,ſicut de re propria,& pręſumitur hoc facere,quando ſimpliciter legat.*
22 *Teſtator ſi legat fundum propriū, in quo hæres, vel alius habet vſumfructum, fundus & vſusfructus debentur legatario, & vide etiam numero 28.*
23 *Legato facto per teſtatorem de dimidia fundi corneliani, in quo ipſe habebat dimidiam dimidiæ, an debeatur dimidia totius fundi, an dimidia illius quartæ.*
*Dimidiæ appellatione venit dimidia totius rei.*
24 *Legato facto de toto, vel omni fundo, videtur etiam legata pars ſocij redimenda per hæredem.*
25 *Teſtator ſi legauit Titio decem iugera fundi corneliani, licèt teſtator in eo fundo non habeat tot iugera, tamen legatum integrum debetur, ſecus ſi incipit à corpore.*
26 *Iugera quando cenſeantur appoſita in diſpoſitione, vel contractu cauſa demonſtrationis.*
27 *Arguere non licèt ex narratione facti.*

§.Cùm fundus. Qui legat rem communem cum alio, cenſetur ſolùm le-
gare partem ſuam. hoc dicit. ¶Not.1.ex hoc text.regulam, ꝙ
1 † teſtator legando rem communem cum alio, intelligitur ſo-
lùm legare partem,quam in ea re habet,& ſic non videtur gra-
uaſſe hæredem in redimendo partem ſocij. Ratio eſt duplex.
prima,quia ex quo legatum eſt validum in parte,& efficax, nō
præſumitur teſtator in plus grauaſſe hæredem, quia teſtator in
dubio præſumitur minus grauare hæredem,quàm ſit poſſibi-
le.l.vnum ex familia.§.ſi rem.infra de leg.2. ¶Secūda ratio eſt,
2 † quia teſtator in dubio præſumitur legare ſolùm illud ius, qđ
habet in re,non autem totam ipſam rem.l.ſi domus. §. fin. & l.
quod in rerum.§.1.infra eod.& l.vxor patrui. C.de leg. ¶Con-
tra vtranque rationem fortiter vrget text. in §. ſed & ſi rem
ſuam.Inſtit.de leg.& in l.ſi res obligata.infra eod.& in l.prædia.
C.de fideicom.quib.iurib.expreſsè deciditur, ꝙ ſi teſtator lega-
uit alicui rem ſuam alteri pignoratam, quòd hæres tenetur eā
luere,ſeu redimere,non autem legatarius.ergo non eſt verum,
ꝙ teſtator in dubio præſumatur ſolùm legare illud ius, quod

habet,& non grauare hæredem. Reputaui ſemper difficile con trarium. *Communis ſol. Scrib.* eſt,quod illud quod dicitur in hoc tex.& in alijs præallegatis, ꝙ teſtator præſumitur legare ius, qđ habet,& ſic rem talem, qualis eſt, & conſequenter non præſumitur grauare hæredem, procedit cū vna limitatione, niſi ius deficiens teſtatori eſſet tale, propter quod poſſet tota res auocari,vel euinci,vt eſt ius quod habet creditor, ſecundum Bart. in l.ſi domus.§.de euictione.ꝟ.eod. Bald. in d.l.prædia. & ita reſpondent Imol.& Paul.de Caſt.& dom.Alexan.in d.l.ſi res obligata.¶Sed pro certo iſta communis ſol. non eneruat difficultatem,& cōfunditur per d.l.quod in rerum.§.1.& d.l.ſi domus. §.fin.& d.l.vxor patrui. quibus iuribus dicitur,ꝙ teſtator legando rē,intelligitur ſolùm legare illud ius, quod habet, quamuis eius morte defecturum, puta, ſi ſolùm haberet ius vſusfructus. cogita,& dicetur plenius in d. l. ſi res obligata. ¶Secundò contra iſtum text.& prædicta oppo. Nam ſi teſtator habet ſeruitutem realem in domo vicini, & leget illi vicino illum fundum ſuum,non tamen intelligitur legare liberationem illius ſeruitutis,& conſequenter nō intelligitur legare illud ius, quod habet, imò legatum redditur fruſtratorium,tex.eſt not.in l.Meuius.§. fundo.in fin.de leg.2. ergo directò contra prædicta. Ad illum
3 tex.reſpondet ibi no.Bald.in fin. poſt glo. ſolennem ibi,† quòd ſi lego tibi fundum tuum debentem ſeruitutem, ideo non videor legare liberationem illius ſeruitutis, eo quia in ea nullum ius habeo,quod ponat aliquid in me. Sed illud ius ſeruitutis eſt in fundo meo dominante, quem tibi non lego.l.qui aliena.§.fi. ff.de neg.geſt.quam ſol.bene ſigna,quia videtur rigoroſa interpretatio,vt legatum fruſtratorium,& nullum reddatur.¶Am-
4 plia regulam huius tex.quatuor no.modis.† Primò,vt teſtator videatur non ſolùm legare ius,quod habet in re,vt hoc tex.ſed etiam ius,quod habet ad rem.& non in re, vnde videtur legatū nomen debitoris,& actio perſonalis.tex.eſt not.in l.apud Iul.§. ſi Titius.in verſ.idem Iul.ꝟ.eod.& ibi Io.de Imol.ad fin. ad hoc
5 ponderat,& ſimpliciter ſequiť Aret.hic.¶†Secundò amplia regulam huius text.etiam ſi poſt teſtamentum cōditum teſtator redimat aliam partem ſocij,adhuc non debetur niſi dimidia,ſecundum gloſſ. hic in princip.ſuper qua latius dicetur. ¶Tertiò amplia regulam huius tex.vt procedat, etiam ſi fundus legatus
6 eſſet in totum teſtatoris, † ſed partem debeat alteri actione pro nali,tunc illa pars,quam debet,nō cedit legato, ſecundum Bar. hic in fin.vbi plenius dicetur.¶Quartò not.amplia, etiam quādo eſſent appoſita confinia totius rei,ſeu totius fundi legati. nā per hoc tota res confinata non veniet in legato,ſed ſola pars te
7 ſtatoris, eo quia † latior demonſtratio confinium non ampliat legatum,ita not.determinat Bald.in l. cùm alienam. in vlt. col. C.de leg.& in l.1.in 1.colum.& ibidem Paul.de Caſtr.C.qui teſta.fac.poſ. do. Alex. & Are.hic. & not.idem do.Alex.in conſil. 54.tertij vol.inci. ponderatis verbis teſtamenti. Ita tene, quamuis contrarium,& malè teneat idem Paul.de Caſt. hic allegando Bald.in d.l. 1. qui tenet contra eum. credo ꝙ inaduertenter, aut corruptè loquatur.¶Multas limitationes ad hunc text.colligam.ꝟ.ex dictis Bar. extra glo. vbi quaſdam alias addam.¶Secundò principaliter pondera text. ibi, & non adiecta portione. qui videtur duo probare à contrario.Primum eſt,ꝙ ſi teſtator reliquiſſet fundum ad menſuram,puta tot iugerum,& ſic adiecta portione, quòd tunc legatarius debeat habere integra iugera,quod ponit Barto.ꝟ.ibi reſeruo.¶Secundum, ꝙ ſi teſtator legauit dimidiam fundi corneliani, quamuis ad ipſum pertineret ſolùm dimidia dimidiæ,ꝙ tamen tota dimidia debeatur,ex quo legatum factum eſt adiecta portione,vt hic dicit tex.contrarium determinat Bart.ꝟ.in 2. q. vbi reſeruo plenius dicendū.
8 ¶Tertiò pondera text. ibi, ſed meum nominauerit, † ꝙ dictio meum,videtur reſtringere legatum ad partem tantum teſtatoris,prout etiam hic per glo. ſiue adijciatur verbo futuri temporis,vt in præcedenti,ſiue adijciatur verbo præſenti, vt hoc text. *Communiter tamen tenetur*, ꝙ hic text. ſimpliciter procedat etiam non adiecto pronomine meum,vt dicam ſtatim in glo.tamen text.noſter videtur ſe ſatis fundare, quòd meum nominauerit. Expeditis textualib. capio gl. vni.in verbo ꝯſtat,quā diuide magiſtraliter in 4.partes.In 1.ampliando tex.reſpondet tacitæ quæſtioni.In 2.per viam quæſtionis opp.contra tex.ſecundum vnū modum intelligendi, & verum,vel ſecundum Bar.opp.contra partem præcedentem glo. In 3.allegat.4.concordantes ad text. In 4.& vlt.opp.contra tex.& non ſoluit.Secunda eſt ibi,ſed cur pars alterius.Tertia ibi,item facit.Quarta & vlt.eſt ibi,ſed argu. contra.¶In prima parte gl. cum iſta concluſione glo. *tranſeunt omnes indifferenter*, & Antiqui,& Noui. Sed tu aduerte ſubtiliter antequam vlterius procedam,ꝙ Bar. iungendo ſecundam partem gl.cum prima,videtur reſtringere primam deciſ.gl. quādo per teſtatorem in legato fuit appoſitum pronomē meum. Iſto caſu ſi poſt tale teſtamentum teſtator redimat aliā partem, illa non cedet legatario. Iſto modo intelligendo primam partem gl.prout Bar.expreſsè eam intelligit,iungendo.2.partem,ſequitur, ꝙ ſi teſtator ſimpliciter legaſſet fundum cornelianum, & poſt teſtamentum redemiſſet aliam partem ſocij, quòd tunc augmentum veniret in legato, ex quo non adiecit pronomen meum.Sed aduerte,quia idem Bart.ſ.in duobus locis vr̄ tenere contrarium,ꝙ non referat,an apponatur pronomen meū, vel ſimpliciter fiat legatum, quia vtroq; caſu teſtator vr̄ ſolùm legare ius,quod habet,& ſic in hoc Barto .viſus eſt ſibi aliqualiter ꝯrius,nec bene aperit qualis fuerit eius mens, vel eius intentio. Tamen declarando apertius illud,quod vult Bar.eius mens, & intentio vr̄ velle,ꝙ quātum ad iſtum tex.& ſimiles, qn̄ teſtator habet rem cōem cum alio,& eam legat,non refert,nec eſt differentia an apponat pronomen meum,vel non. & propterea ſi glo. referatur ad tex.malè dicit,ſed in quæſtione quam format gl.in princ.bene eſt differentia,quia ſi teſtator dicat, lego fundū meum,illud pronomen meum,facit, vt pars poſteà redempta non veniat in legato , eo quia teſtator apponendo pronomen meum,vult inſpici tp̄s teſtamēti.in d.l.ſi ita.ꝟ.de aur. & arg. leg. & ſic vides quō Bar.multum reſtringat primā partem glo.Sed pro certo iſta vr̄ mihi nimia reſtrictio ad 1.partem gl.quia hoc modo,vt dixi, ſi teſtator habens fundum cōem cum alio legauit illum fundum ſimpliciter,non adijciendo pronomen meū, & poſt teſtm̄ redimeret aliam partem , illa pars ſpectaret legatario.Neſcio ſi vnquam glo.habuit iſtū ſenſum,nec etiā Doct. ¶Contra iſtam 1.concluſionem gl. quamuis vt dixi omnes, & Antiqui,& Noui indifferēter ſequantur,fortiter obſt.text. in l.ſi ex toto.in princip.& in l.quod in rerum.§.ſi quid poſt.ꝟ. eod. & in l.cùm fundus nominatim.ꝟ.de leg. 2. qbus tribus iuribus cla-
9 rè deciditur, † ꝙ illud, quod poſtea adiectum eſt per teſtatorē rei legatæ,illud cedit,& debeť ipſi legatario.Ad iſta iura reſpondet Bar.poſt Iac.de Are.& Dy. ꝙ loquuntur,qn̄ legatus fuit totus fundus verè,& expreſsè exprimendo,totus, tūc illud, quod poſteà adiectum eſt per teſtatorem rei legatæ, bene debetur legatario,ſed hic in 1.cōcluſione gl. teſtator vr̄ legaſſe ſolum partem quam habebat,& ſic partem limitatam , ideo pars poſteà acquiſita non accedit legato,ſicut nec noua veſtis.d.l.ſi ita.quia limitatum legatum non debet augmentū recipere.Iſtam ſolu. Bar.poſt Antiquos ſequuntur Ang.Paul.de Caſt.& d.Alex.hic, & idem Bar.in d.l.ſi ita.in verſ.ſecundo eſt vidēdum, & in l.ſeruum filij.in prin.ꝟ.eod.& in l.cùm fundus nominatim.ꝟ.de leg. 2.& Imol.in d.l.ex toto.in prin.ꝟ.eod.& ſic iſta ſol. vr̄ cōiter approbari.¶Tu aduerte,ꝙ iſta ſol.Antiquorum,& Bart.vr̄ procedere quantum ad d. l. ſi ex toto.ſed non quantum ad l.quod in rerū.§.ſi quid poſt.& quantum ad d.l.cùm fundus nominatim. in quibus.ll.fundus fuit ſimpliciter legatus,ſicut etiā hic, & dicere ꝙ in illis.ll.totus fundus verè fuerat legatus, vt dicit Barto. iſtud pro certo eſt diuinare, & ſomniare ad illa iura. Ego ſaluo ſol.Bar.& cōem,& dico,ꝙ Bar.voluit dicere,ꝙ in prędictis.ll.teſtator verè legauit totū fundū,quia cū fundus eſſet totus teſtatoris, ſiue dicat lego totū fundum apponēdo dictionē totum, ſiue ſimpliciter leget, ex quo totus eſt teſtatoris, intelligiť verè totū legare,& iſto caſu in tali legato venit augmentum poſteà factū à teſtatore.ſed in hoc tex.ſolùm pars erat teſtatoris, ideo teſtator legando ſimpliciter,intelligitur ſolū partem legaſſe,qa teſtator in dubio p̄ſumitur ſolū legare illud ius,qđ habet in re,
10 prout dixi in tex.Iſta eſt propria mens,& intentio Bart. ¶†Sed tu aduerte,ꝙ licèt oēs & Antiqui,& Noui teneant iſtā.1.cōclu. gl.tu potes optimè tenere ꝯ gl. & oēs, ꝙ imò in caſu huius.§.ſi teſtator poſt teſtm̄ redimat partem ſocij , totus fundus debeať legatario per tria iura ſuperius allegata,quæ generaliter dāt regulā,ꝙ totū illud, qđ adijcitur p teſtatorē rei legatæ,illud totū debeť legatario. & ad alia iura nō bene rn̄detur, niſi cū violentia,vel reſtrictione,quamuis d.Alex.referat quaſdam alias ſolu. Cy & Raph.Cum.in d.l.ſi ex toto,& aliorū Scrib. quæ nihil valent.¶ Pro iſta mea opi.ꝯ glo. & oēs vltra iura pallegata arguo fortiter,quia ſicut per diminutionem volūtariam factā à teſtatore de parte fundi legati diminuitur legatū.l. fideicommiſſa.§. ſi rem.ꝟ.de leg.3.ergo eod. modo p augmentū volūtariū factū
ditionem expressam vel tacitã, cùm par sit virtus taciti, & ex-
26 pressi.l.cùm quid.cum vulg.s.si cert.pet? Item & fortius † ta-
cita conditio impedit ortum obligationis,& actionis,sicut ex-
pressa.glo.est no. in l.item quia.s.de pac.cum concord.quas ibi
dedi.¶Tertiò ista tacita conditio importata per relatiuum,im-
pedit transmissionem legati,sicut expressa,si legatarius præmo
reretur, cùm dependeat ex testamento, quamuis sit tacita, &
extrinsecus proueniens.text.est in l.cùm quidam ita. circa me-
dium.j.de leg.2. Bar.in l.conditiones extrinsecus.j. de condi.&
demonst.Imo.& do.Alex.hic cum alijs concord.per do.Alex.
adductis.

adductis.Dic vtilitatem eſſe ex mente.d.Alex.ſed ad illud pro-
27 poſitum, † quia conditio expreſſa qualis eſt illa, quæ fit per di-
ctionem ſi,etiam adiecta executioni reddit tantum diſpoſitio-
nem principalem conditionalem, ſecus eſt in conditione taci-
ta,vt ſtatim dicetur in gl.fi.in fi.Ita tenet glo.valde no.in l.ſi de-
cem cùm petiero.quam Doct. ibi ſequuntur.ꝟ.de verbo.oblig.
¶Mihi plus placet illud,quod tenet ſubtilis. d. Pet.de Bexu.hic,
ꝙ dicatur tacita verbis ſpecialibus ,vel indiuiduis, ſed expreſſa
verbis generalib.iuxta ea quæ tradunt Bar.& alij in l.1.in prin.
ꝟ.de vulg.& pupil.& in l.prætor ait.in prin.ꝟ.de ope.no.nuncia.
vnde non eſt expreſſa in propria figura cōditionis,& in illa for-
ma verborum,quæ propriè faciunt conditionem ,ſicut dictio,
ſi, ſed eſt expreſſa generaliter per verba æquipollentia impor-
tantia effectum reſolutionis actus ob earum defectus, & hoc
modo dicitur expreſſa generaliter. ¶Capio gl.fi.quam diuide
in tres partes. In prima remouet tacitum contrarium, ſeu re-
ſpondet tacitæ quæſtioni. In ſecunda allegat octo concordan-
tes ad tex.In tertia opponit,& nō ſoluit. Secunda eſt ibi, facit.
Tertia & vltima eſt ibi,ſed argumentū contra. ¶In prima par-
te gl.vult gl.ꝙ in iſta l.in fi.quæ dicit, ꝙ per alienationē Stichi
legati reuocatur legatum eatenus, quatenus fuit alienatio,de-
bet diſtingui, vt procedat in alienatione voluntaria. nam per
eam bene reuocatur legatum , ſecus eſt in alienatione neceſſa-
ria.iſtam gl.reprehendunt omnes,& bene per text.ſing. ad lite-
ram in l.Quintus Mutius.§.fi.ꝟ.de aur.& arg.leg.Ratio eſt,quia
in hac.l.reuocatio fit ex defectu conditionis, ſub qua legatum
erat relictum,ſed prædicta diſtinctio fit in alijs legatis ſimplici-
ter relictis. ¶Circa iſtam partē gl.no.diligenter illud ſolenne,
28 & famoſum dictum Dyn.hic, ꝙ † diſtinctio, quæ fit in legatis
circa alienationem,quia ſi fuit voluntaria, per voluntariā alie-
nationem reuocantur legata , ſecus ſi fuit neceſſaria,vt l.fidei-
commiſſa.§.ſi rem.allegata in gl. iſta diſtinctio habet etiam lo-
cum in donatione cauſa mortis. Ideo reducendo rem ad pra-
cticam,ſi aliquis donauerit poſt ſuam mortem tales poſſeſſio-
nes Titio,& in vita eas alienauit, iſta eſt donatio cauſa mortis,
ex quo in ea eſt facta mentio mortis,l.Seia.§.fin. cum glo. ꝟ.de
don.cau.mor.& l.Seia.ꝟ.de dot. præle.& ſi alienatio fuit volun-
tariè facta,reuocatur talis donatio cauſa mortis, ſecus ſi ex ne-
ceſſitate,quod dictum Bald.hic in fi.dicit eſſe aureum,& ſe ne-
ſcire alibi,ſequuntur Imo.Raph.Cu.Flo.d.Alex. & Arc.hic.Io.
Fab.in §.idem reſcripſerunt.Inſti.de leg.idem tenent Cy. & Sal.
in l.ſi maritus.ſecunda.C.de don.inter vir.& vxo. Credo,quòd
dictum ſit verum,ſed non ſit ita ſingulare,prout iſti Docto.ex-
clamant, & quādo ceſſarent auctoritates Dy.& aliorum,pro-
bo eſſe verum quinque fundamentis.Primò per text.in l.illud.
in prin.ꝟ.de donatio cauſa mor.qui dicit ad literam, quodcūq;
in legatis iuris eſt, id in donatione cauſa mor. erit accipiēdum,
29 & tex.in l.Marcellus.§.1.eo.tit. Secundò, quia † donatio cauſa
mortis poſtquam eſt in eſſe producta , æquiparatur legatis, vt
eſt gl.ord.in l.2.in prin.de dot.præleg. vidimus latè in l.2.ꝟ.eod.
30 ¶ † Tertiò,& fortius, quia donatio cauſa mortis eſt reuocabi-
lior quàm leg.hoc eſt facilius reuocatur quàm ipſa legata. pa-
tet, quia donatio cauſa mortis reuocatur ex ſola pœnitentia,
& ſic ex ſola voluntate.l.non omnis.in prin.ꝟ.ſi cert.pet. Secus
eſt in teſtamento , & in alia vltima voluntate , & ſic in legatis.
tex.eſt melior de iure ad hoc in §.ex eo autem ſolo. Inſti.quib.
31 mod.teſta.infir.latè Bar.in l.ſi iure.ꝟ.de lega.3. ¶†Quartò idem
confirmat, quia ſi infirmitate grauatus faciat alicui donationē
cauſa mortis, deinde reconualeſcat, per ſolam reconualeſcen-
tiam abſque eo,ꝙ aliud dicat,vel faciat,reuocatur ipſo iure il-
la donatio cauſa mortis.l.non omnis.in prin.ꝟ. ſi cer.pet.gl.in l.
3.& ibi Bar.ꝟ.de donatio cauſa mortis,& tamen ſi grauatus in-
firmitate, ex qua credat ſe moriturum,faciat teſtamentum,in
quo aliquem inſtituat hæredem,vel faciat legata alij, & recon-
ualeſcat ex illa infirmitate, tamen inſtitutio non reuocatur,ita
tenent Bal.& Mod omnes in l.fin.per illum tex. C.de poſth.hæ-
red.inſti. Bart.in l.poteſt quis.ff.de hæred.inſti. & iſtud procedit
32 etiam in legatis,quæ † nō reuocantur per hoc,ꝙ teſtator in in-
firmitate conſtitutus ex ea conualuerit, prout expreſsè tenent
Bal.& Rom.in d.l.non omnis.in prin.do.Alex. in l.ſancimus.in
primo no.C.de teſt.ergo apparet,ꝙ facilius reuocatur donatio
cauſa mortis,quàm reuocentur legata.Si ergo legata reuocan-
tur per alienationem voluntariam,multo fortius donatio cau
33 ſa mortis.Quinto & vlt.† moueor. nam donatio cauſa mor-
tis ex ſola pœnitentia donantis reuocatur, vt dictum eſt, ſed
alienando dicitur pœnitere,text. eſt in l.cùm hic ſtatus.§.ſi ma-
ritus.& in l.vxori.ꝟ.de don.inter vir.& vxo.& iſtud ſolùm ſuffi-
ceret ad firmandum hanc conclu. Ex iſtis apparet dictum Dy.
eſſe clarum,& expeditum,etiam ſine eius auctoritate. ¶Extra
glo.Bar.format vnam oppo.contra text. & duas q.in practica.
Circa hoc oppo.de l.cui fundus.in prin.ꝟ.de condi. & demon.
Bar.hic, & plenius in l.in conditionibus.§.fin.ꝟ. de condi. & de-
monſtr.tradit no.doctr.faciendo tria membra, vt hic per eum
¶Tu aduerte,ꝙ Bart.in iſta ſua doctrin. bis allegat.l.pen. C. de
condi.inſer.ad diuerſum propoſitum , ſcilicet pro primo mē-
bro,quando conditio confertur in poteſtatem honorati, dein-
de allegat pro tertio membro, quando non confertur in pote-
ſtatem honorati,ſed in aliam rem extrinſecam. Saluando Bar.
dic,ꝙ d.l.penult.optimè facit ad vtrunque membrum,quia vt
ibi declarat gl.1.& ibidem latius Bar. illa conditio poteſt exem
plificari, puta , ſi in capitolium aſcenderit , & iſto modo vadit
ad primum membrum.ſecundo modo exemplificatur, ſi do-
mum ædificauerit,& hoc modo vadit ad tertium membrum
Bar.¶Secundò contra doctrin.Bart. & contra iſtum tex.allego
fortem tex.in l.2.in prin.ꝟ.de condi.inſti.quem gl.alleg.pro con
cordāti,vbi teſtator dixit hoc modo.Stichus ſeruus, qui meus
erit cùm moriar, hæres eſto. poſtea teſtator viuens alienauit
partē iſtius Stichi,& ſic tempore mortis teſtatoris non eſt eius,
niſi pro parte tantum,tamen illa verba qui meus erit, non ſcin
duntur,nec exponuntur quatenus meus erit,ſed in totum effi-
citur hæres, & non dicitur defeciſſe conditio talis inſtitutionis
per alienationem partis. ita ibi formaliter dicit text. Aduerte,
quia ille caſus. d. l. ſecundæ non conuenit ad primum mem-
brum Bar. quando conditio confertur in poteſtatem honora-
ti,quia illa conditio,qui meus erit, non pendet à poteſtate ſer-
ui inſtituti, magis ergo videtur conuenire ſecundo membro
Bart.quando conditio debet impleri ſuper re, ſuper qua fit di-
ſpoſitio.nam ibi conditio debet impleri ſuper ipſo ſeruo,ſuper
quo fit inſtitutio,& diſpoſitio.ergo ibi eſt tex.contra Bar.hic,&
contra iſtum tex.cùm non ſcindatur,nec exponatur,ideſt,qua-
tenus. Caue , quia conditio ibi bene debet impleri in perſona
ſerui inſtituti.ſ.actiuè , nō circa ipſum ſeruum paſſiuè,& ſic ibi
conditio bene debet impleri in eadem perſona ſerui inſtituti,
ſed nō in re alij legata paſſiuè,prout loquitur iſte tex. ideo Bar.
cùm myſterio in iſto ſecundo membro duo copulatiuè requi
rit.Primò,ꝙ conditio ſit implenda in ipſa re , & poſtea ſubdit,
& etiam in ipſam rem,in qua cadit diſpoſitio, tamen Bart.po-
ſtea.ꝟ.in 2.q.dicit , ꝙ quando conditio , & diſpoſitio ſunt circa
idem,tunc exponitur pro quatenus , per hanc.l. & ita eſt in d.l.
2.vbi conditio,& diſpoſitio ſunt circa idem , & tamen ibi non
exponitur pro quatenus. Cogita ſi melius poſſit reſponderi ad
illum tex.¶Tertiò principaliter aduerte,inquantum Bar. in ſe-
34 cundo membro tenet, ꝙ † quando implementum conditio-
nis debet fieri circa rem deductam in diſpoſitione, ꝙ tunc diui
ditur, & exponitur pro quatenus , per iſtum text.Contra iſtud
ſecundum membrum Bart. facit tex.in l.legatis vxori.ꝟ.de leg.
2.& in l.hoc legatum.ꝟ.de leg.3.& in l. Quintus.ꝟ.de aur. & ar-
gent.leg.vbi text.determinat,ꝙ ſi teſtator legat vxori, quæ eius
cauſa parata ſunt, conditio ibi debet impleri circa rem dedu-
ctam in legato,& tamen non exponitur pro quatenus. Ad il-
lum tex.potes dupliciter reſpondere. Primò, quòd ibi res erat
indiuidua, non autem ſola conditio. vſus enim eſt indiuiduus.
l.vſus pars.ꝟ.de vſu,& habita.& ita in ſimili reſpondet Bar.in d.
l.Quintus,prima.Vel ſecundò reſponde,ꝙ ibi loquitur in rela-
tiuo iuncto verbo præſentis temporis,& ſic non eſt ad propo-
tum noſtrum,& ad alios tex. vide quæ dixi in l. ſi quis in fundi
vocabulo.ꝟ.eo.Vide etiam in materia tex.not.in l.pen.§. pater.
ꝟ.de leg.3.& no.bene iſtum tex.& l.noſtram,& eius materiam.
¶Item per iſtam doctri.in hoc ſecundo mēbro infert d. Alex.
35 in l.pen.col.pen. C.de impub.& alijs ſubſti. Quòd † ſi ſubſtitu-
tio vulgaris ſit facta per iſta verba,ſi hæredes mei non erunt hę
redes,Titium ſubſtituo, non requiritur, ꝙ conditio eueniat in
perſona vtriuſque , quia cùm conditio ſit implenda in ipſa re,
& circa ipſam rem,de qua fit diſpoſitio,ſcilicet,circa ipſam hę-
reditatem,ideo debet conditio diuidi,& intelligi quatenus hæ-
redes non erunt,per iſtam doctri.Bar.hic in ſecundo membro.
Sed contrarium tenent Bar.& Pau.de Caſt.in l. hæredes mei.§.
cùm ita.ꝟ.ad Treb.Bald.Ange.& Sal.in d.l.pen.C.de impub.ſed
tu allega pro iſta deciſione. d. Alex. meliorem tex. de corpore
iuris,& in terminis in l.fi.in prin.ꝟ.de vulg.& pupil.vbi illa ver-
ba,ſi hæredes non erunt,appoſita in ſubſtitutione , exponūtur,
ideſt,quatenus non erunt hæredes , & ibi Bald.& Angel.ad hoc
36 not.illum tex. Tertia concluſio Bart.eſt,† quòd quando con-
ditio confertur in aliam rem extrinſecam ab ea , de qua fit di-
ſpoſitio,tunc non poteſt diuidi, nec in parte impleri, per l.pen.
cum glo.C.de condi.inſer.& l. ſi ita fuerit ſeruus. in princi.ꝟ.de
manumiſ.teſta.licèt Bart.corruptè alleget alium text.Pondera
diligenter iſtud tertium membrum Bar.quia facit cōtra doctr.
glo.& Bar.in l.1.ꝟ.de euictio.vbi ſi ego vendidi tibi rem,& pro-
miſi duplam ſi euincatur , conditio venit adimplenda ſuper
alia re , quàm fuerit facta diſpoſitio , quia diſpoſitio fuit ſuper
re vendita,conditio verò impletur ſuper dupla,& tamen Bart.
ibi

ibi concludit post gl.ꝙ si euincatur pro parte, ꝙ pro parte tantum duplum committatur,& sic diuidatur illa cōditio si euin-
37 catur,idest quatenus euincatur.¶ † Circa primā q.Bar.de clausula codicillati, adde plenè Barto.in d.l.1. in 9.q.ꝭ. de iur.codi. & in Auth.ex causa.in penult.col. vbi per alios. C.de lib.præte. glo.in l.controuersia.in glo.mag.in verbo hæreditatis.ante medium.ꝭ.de transact.& ibi Bald.& Ang. ad hoc not.illam glo.&
38 Bal.ibi reputat eam sing.ad hoc.¶Circa secundam.q.Bart.† de statuto disponente, ꝙ mulier non possit contrahere sine consensu duorum consanguineorum ex parte patris,si eos habeat, & si non habeat ex parte matris,& si mulier ista habeat solùm vnum consanguineum ex parte patris, ille debeat adhiberi si-
* mul cum alio ex parte matris.Cum Bar. transeunt *omnes indifferenter*, & Bald.in l.in coniunctione.C.de nup.do.Abb.in c.quoties.in 4.not.de test. Petr.de Ancha.in commento.c. canonum statuta.de constitutionibus,in ver.transeo ad statuta,quæ quandoque prohibent.Pro ista decis. Bart.& communi adde,quod tenet not.Bald.in c.1.in vltim. colum.in titu. quid sit inuesti.in vsib.feu. nam de iure inuestitura feudi debet fieri coram duobus paribus curiæ,nec potest probari nisi per pares curiæ,si nō habet princeps nisi vnum parem curię, ille debet adhiberi cum vno extraneo,quia suppletio numeri debet sic fieri, vt ille, qui
39 reperitur idoneus,non abijciatur. Item adde,† quòd si statutū disponat, quòd in contractibus mulierum debeat interuenire consensus duorum coniunctorum vsque ad tertium gradum, & si non supersint,præsentibus duobus alijs proximioribus,seu affinibus, tunc non sufficit vnus de numero coniunctorum,& alius de numero affinium,cùm vnus pariter de vtroque haberi possit, secundum Angel.in consi.160.incip.do. Catherina,in
40 pen.colum.ad fin. ¶Tertiò † addo, quòd si statutum requirit in contractibus mulierum consensum duorum propinquorū, & mulier non habeat nisi vnum propinquum , ille vnus sufficiet.Ita signanter determinat Bald.in l.1.in princ.C.vnde vir & vxor.per istum tex.& l.non est sine liberis.ꝭ.de verb.signifi. Refert, & simpliciter sequitur Pau.de Castr.in l.si cùm dotem.§.si
41 patri.ff.sol.matrim. ¶ † Ego pro ista decisi. allego bonum tex. in §.quod autem.in Auth.de non alienan.collat.2.in verbo coram duobus architectis,aut etiam vno, si ciuitas vnum solum habeat,per quem tex.vide, quod decidit Bar. in procemio Digestorum ad fi.prin.& in l.1.in prin.ꝭ.de vent.inspi. & in l.fin.ff. de sica.& quod per illum tex.decidit Barto.in l.1.§.fin. in 2.col. ꝭ.de verbo.oblig.cum concord.quas ibi dedi.& not. Ange.in l.
42 qui luminibus.ff.de seru.vrb.prædio.¶†Quarto,& vltimò aduerte, inquantum Bar.ad fin.vult,quòd conditio collata in defectum primæ conditionis regulatur in contrarium casum sicut prima,& sic quatenus prima deficiat, & sic sicut illa prima conditio erat diuisibilis, & exponebatur pro quatenus, ita etiā ista secunda,quæ in locum primæ deficientis subintrat.Nam in contrarium videtur esse doctrina eiusdem Barto.in l.4.§.Cato. ꝭ.de verbo.oblig.in 8.oppo.ad fin.dum allegat. d.l. cui fundus. infra de conditio. & demonstratio.vbi pœnalis stipulatio,quæ succedit in locum sortis diuiduæ, & sic obligationis diuiduæ, non tamen per hoc diuiditur, licèt in eius locum subintret, imò indiuidua remanet.l.stipulationum aliæ.§.fi. infra de verb. obligatio.& si cessatur in partem, committitur in totum pœna. Et ita remanet expedita ista lex.

### SVMMARIVM.

1 *Legatum factum seruo, quando dominus repudiare possit, & numero 7.*
2 *Dominium rei legatæ fingitur ab adita hæreditate vsque retrò à morte testatoris acquisitum legatario.*
3 *Testator non potest adimere à domino legatum factum seruo,nec à patre legatum factum filio.*
4 *Legatum non potest adimi nisi ab eo,cui est datum.*
5 *Pater sine consensu filij isto iure fforum legatum factum filio an possit repudiare.*
6 *Filius ex pluribus vijs potest acquirere hęreditatem, vel legatum.*
8 *Qui solus adire potest,solus repudiat.*
9 *Tutor solus agnoscit bono. possess. pupillo delatam, & tamen solus non repudiat.*
10 *Pater solus ideo non repudiat hęreditatem filio delatam, quia ante aditam hæreditatem nullum est causatum ius.*
11 *Pręcedentia declarant sequentia, & ècontra.*
12 *Relatio debet fieri ad proxima, & immediata.*
13 *Abbas non solus repudiat hęreditatem,vel legatum delatum monacho, vel saltem requiritur consensus capituli, nu.15.*
14 *Monachus non habet velle, neque nolle.*
16 *Federici de Senis auctoritas magna est,& magnæ scientię rector appellatur,& pręcipuus Decretorum Doctor.*
17 *Abbas in acquirendis an facere possit conditionem Ecclesię deteriorem, & nu. 21.*
*Lucra non capere, & iam quęsita perdere, par non est ratio, & numero 22.*
18 *Ecclesia æquiparatur minori.*
19 *Verbum esse, denotat veritatem.*
20 *Alienare non dicitur,qui hęreditatem,vel legatum repudiat.*
21 *Solus prælatus potest remittere caducitatem emphyteuię ecclesiæ, qui cessauit triennio soluere canonem debitum.*
22 *Filius & seruus in acquirendis possunt præiudicare patri, & domino, non autem in acquisitis.*
23 *Statutum, quòd in contractu mulierum debeat interuenire consensus duorum consanguineorum, non habet locum in legato repudiato, vel donatione non acceptata.*

### LEX VII.

1 Legatum. Nota, quòd † dominus potest repudiare legatum factum seruo suo,ex quo ipsi domino acquiritur commodū, licèt indirectè, prout videbimus in l.cum filio.ꝭ.eo. Intellige istam regulam procedere post aditam hæreditatem per hæredem.Nam ante non potest legatum repudiari,glo.est not.in l. qui autem. in princip. in verbo legatum. ꝭ. de his quæ in fraud.credi.quam glo.ad hoc reputat singu. Ludo Rom.& Aret.in l.si qui hæres.in princip.ꝭ.de acquiren hæred. Tu adde duas gl.concor.gl.in l. si fundum sub conditione.§. si Titius. ꝭ.
2 eod.& glo.in l.ex repudiatione.C.de fideicom. nam † ab adita hæreditate fingitur dominium vsque retrò à morte testatoris acquisitum,& non prius,vt no.in l.si tibi homo. §.cùm seruus. vbi Bar.& latius dom.Alex.ꝭ.eod. ¶Contra istam conclu.duo vrgent secundum Aret.non hic,sed in d.l.is qui hæres. in princ. Nam in legato generis ante electionem non transfertur dominium in legatarium.l. apud Aufidium. ꝭ. de opt.leg. & tamen admittitur repudiatio. l. si Pamphilo.ꝭ.de opt. leg. Responde quantum dici potest, ꝙ saltem sibi competit actio personalis ex testamento,vt dixi in l.1.ꝭ.eo. & eius respectu admittitur repudiatio.¶Secundò obst.tex.in l.legatum.2.ꝭ.de lega.2.vbi dicitur, quòd legatum rectà via transit in legatarium, nisi repudiet,quod videtur intelligi ante aditā hæreditatem, cùm principale dictum loquatur hæreditate iacente, aliàs exceptio non esset bona,contra not.in l.1.ꝭ de reg.iur. Sed intellige vtrunque dictum ab adita hæreditate, prout habetur in d.l. si tibi homo. §.cùm seruus.¶Capio gl.vnicam,quam diuide in quatuor partes. In prima remouet vnum contrarium . In secunda allegat tres concordan.ad tex. In tertia oppo.& de solu.se remittit. In quarta & vltima oppo.& soluit.Secunda ibi,& cōcordat huic. Tertia ibi,sed argumentum contra . Quarta,& vltima est ibi.
3 Item ꝭ.In prima parte glossæ habes, ꝙ † licèt dominus possit repudiare legatum factum seruo,vt in hoc tex. tamen testator non potest adimere à domino legatum factum seruo,nec adimere à patre legatum factum filio.l.legatum.ꝭ.de adimen.leg. Ratio diuersitatis est,secundum Imo.Rapha.Cuma.& Pau.de Castr. quia ademptio quæ fit in testamento ꝑ ipsum testatorē, fit tempore, quo legatum nondum est alicui quæsitum , cùm dies legati non cedat nisi à tempore mortis testatoris. l. vnica. §.cùm igitur. C. de cad. tol.ideo non potest adimi à domino, cui non est quæsitum , sed repudiatio fit post mortem testatoris,& sic ex tempore quo cessit dies legati, nimirum si tunc potest per dominum repudiari.l.si post diem.in fin. ꝭ. quando dies leg.cedit.Adde,licèt ipsi non dicant,ꝙ istam rationem ante eos assignat.Bar.in d.l.legatum.Ista ratio Bar.& Mod.mihi non placet,& credo,ꝙ non sit vera, quia ea attenta non posset etiā per testatorem adimi ab ipsomet seruo legatario,cùm viuente testatore nihil sit sibi quæsitum . imò fortius attenta ista ratione sequeretur, ꝙ à nullo legatario posset per testatorem adimi legatum,cùm viuo testatore nullum ius sit quæsitum legatario,
4 quod est contra totum tit.de adi.leg. Nisi dicas , † ꝙ saltem habent ius dispositionis testatoris. vera ergo ratio est, quam assignat text. in d.l. legatum. quia legatum nulli alij potest adimi, quàm cui est datum.Sicut etiam non potest adimi illud ,quod non est datum.l.3.§.conditio.ꝭ.de adim.leg.quia priuatio præsupponit habitum.l.decem.ꝭ.de verbo. oblig. & l.remittit.ꝭ.de iureiur.Sed legatum factum seruo non est factum domino. l.qui liberis.§.hæc verba.ꝭ.de vulg. & pup. & est tex.valde not. in l.3.§.liberis. & ibi Bart.not. ff. de leg.præstan. licèt ex persona serui acquiratur domino.l.cū filio.ꝭ.eo. ergo à domino adimi
5 non potest.¶In ead.glo.in fin.vult glo. ꝙ † pater sine consensu filij isto iure fforum non possit repudiare legatum factū filio, per d.l.is qui hæres.§.neque filius.quamuis dominus solus possit repudiare,eo quia filius plus iuris habet, quā habeat seruus: pater,

patet, quia filius etiam viuo patre dicitur quodammodo do-
minus bonorum paternorum.l.in ſuis.s̃.de libe. & poſth.§.ſui.
Inſti.de hæred.qua.& diffe.& l.fi.in princip.j̃.de bon.dam. ergo
multò magis in hęreditate,in qua eſt per extraneum inſtitutus.
facit bene tex.in l.3.§.ſi quid minori.in fi.s̃. de min.ibi, propter
6 ſpem legati,quod filio poſt mortem patris competit. Item † in
filio ſunt plures viæ perueniendi ad exiſtentiam ſui iuris, & ſic
ad acquiſitionem legati,vel hæreditatis,puta per emancipatio
nem, vel per adeptionem dignitatis, vel per alios modos enu-
meratos Inſti.quib.mod.ius pat.pot.ſol.p totum. Itē per mor-
tem patris iuxta naturale votum parentum.l. nam & ſi paren-
tib.in prin.s̃.de inoffi.teſta.& l.ſcripto.in fi.j̃.vnde lib.ſed in ſer-
uo non eſt niſi vna via,ſcilicet, per manumiſſionem. Iſta gloſſ.
* *communiter reprobatur*, quia iſto iure quicquid quærebat tam fi-
lius quàm ſeruus,ſtatim quærebant domino, vel patri.l.placet.
s̃.de acqui.hære.Ad l.is qui hæres.§.fi.reſpondet Ray. ꝙ loqui-
tur in hæreditate,& aſſignat rationem diuerſitatis inter hæredi-
tatem,& legatum,vt hic per Bar. Iſtam opin. Ray.reprehendit
Bart.quia dicit eſſe contra text.in l.1.§.per ſeruum. infra de ſuc-
ceſ.edic.Tu ſtringe fortius illum text.contra Ray.quia hæredi-
tatem, vel bono.poſſeſ.delatam ſeruo non poteſt dominus ſi-
ne conſenſu ſerui adire, vel agnoſcere.l. cùm proponas. C.de
hære.inſti.& tamen ſolus poteſt repudiare.tex. eſt in d.l.1.§.per
7 ſeruum.ergo ratio Rayn.funditus eſt falſa. ¶†Pro clara intelli-
gentia prædictorum videndum eſt, an ſolus dominus ſine con
ſenſu ſerui poſſit repudiare hæreditatem, vel bono. poſſeſ.de-
latam ſeruo,& in hoc videretur tenendum, ꝙ ſic per d.l.1.§.
per ſeruum.per quam.l. Bart.hic videtur hoc tenere, & firmat
glo.no.in d.l.is qui hæres.§.fi.& gl.in l.2.C.de bono.poſſ. & glo.
& Bar.in d.l.tutor.infra de bono.poſſeſ.& glo.in l.fin.in princip.
* ſupra de vulga. & pupil. Et *iſta eſt communis opin.* tam Legiſta-
rum quàm Cano.quos refert hic d. Alex.& ſequitur,quamuis
dicat,quòd contrarium,& malè tenuerit idem Bar.ſibi contra-
rius in d.l.is qui hæres.§.fin.& ibi Rapha.Cum.Pau.de Caſtr.&
Sal.in d.l.2.C.de repu.bono.poſſeſſio. pro iſta communi opin.
Raph.Fulg.in l.1.C.de repu.bono.poſſeſ.allegat bonum tex. in
l.qui autem.§.ſi ſeruum.infra de his,quæ in frau.cred.in verbo,
quia licuit ei etiam repudiare hæreditatem. ¶Ego teneo con-
tra iſtam communem opin.per vnum fundamentum Bar.for-
tiſſimum in d. l. is qui hæres.§. fin. cui non bene reſpondetur.
8 † Ille poteſt repudiare, qui poteſt ſolus adire. l. is poteſt. ſupra
de acquir hæred.ſolus dominus non poteſt adire hæreditatem
delatam ſeruo, vel bono.poſ.agnoſcere.d.l. cùm proponas.er-
go ſolus non poteſt repudiare, nec eſt bona reſponſio Imo. &
Are.& Alex.hic,qui dicunt,ꝙ iſta æquiparatio procedit in his,
qui ſuo nomine vellent adire, vel repudiare, ſecus ſi ex perſo-
na alterius,tunc iſta æquiparatio ſecundum eos non eſt bona,
9 & hoc probant. † Nam ſolus tutor poteſt agnoſcere bon.poſ.
delatam pupillo.l.bonorum.ſecundum communem opin.C.
qui admit. & tamen ſolus tutor non poteſt repudiare.l.tutor.
cum glo.infra de bono.poſſeſ. Iſta reſponſio eſt ineptiſſima, &
concludit totum contrarium eius, quod ipſi dicunt. nam iſta
ſolu.bene concludit, ꝙ nomine alieno facilius admittatur adi-
tio quàm repudiatio,non autem concludit ècōtra, prout nos
loquimur,& ſic ſecundum iſtam rationem ſolus dominus de-
beret poſſe adire hæreditatem delatam ſeruo, quamuis ſolus
non poſſit repudiare. iſtud expreſsè concludit reſponſio iſtorū
Mod.cùm ergo primum ſit euidenter falſum, ꝙ facilius con-
cedatur aditio, quia domino non conceditur adire ſine con-
ſenſu ſerui, per conſequens falſum eſt ſecundum de repudia-
tione.¶Secundò pro iſta parte facit illa ratio,quare pater ſolus
10 non poteſt repudiare hæreditatem delatam filio. † Ratio eſt,
quia ante aditam hæreditatem nullum eſt cauſatum ius,vt eſt
tex.in l.pretia rerum.in prin.infra ad l.Falcid.quem text.ad hoc
reputat ſingu.Bald.in l.2.circa fin.C.de iur.& fac.igno.Iſta ratio
aſſignatur per omnes in d.l.is qui hæres.§.fin. quæ ratio etiam
militat in hæreditate delata ſeruo, quia ante aditionem nullū
ius eſt cauſatum,ergo repudiare non poteſt.Ad idem & tertiò
facit tex.in l.ſeruus dotalis.s̃.ſolu.mat.vbi ſeruus dotalis hæres
inſtitutus iuſſu mariti, & ſic domini poteſt adire, vel repudia-
re,ergo non ſolus maritus.¶Tenendo iſtam partem contra cō
munem non obſtat tex.in d.l.1.§.per ſeruum. j̃.de ſucceſ.edic,
quia reſpondetur,ꝙ text.ibi non dicit, ꝙ dominus poſſit repu-
diare bon.poſ.delatam ſeruo,prout Bar.& alij intelligunt,& gl.
hic,ſed bene dicit, ꝙ dominus poteſt repudiare bon.poſſeſſio.
ipſi domino delatam, & ita ſing.intellexit Sal.in l.2.C.de repu.
bono poſſeſ.quem intellectum ſibi aſcribit, & ſequitur Ludo.
Rom.in l.1. C. qui admit.& licèt do. Alex.hic,& in d.l.2.repre-
hendat iſtum intellectum,quia violat illum tex.ſecundum eū,
videtur,ꝙ iſte intellectus ſit verus,& optimus, quia declaratur
non ſolùm ex præcedentibus, ſed etiam ex ſequentib. & clarū
11 eſt,ꝙ † præcedentia declarant ſequentia,& ècōtra.l.qui filiab.
in prin.& l.ſi ſeruus plurium.§.fin.j̃.eo.ſed in §. proinde.d.l.1.j̃.
de ſucceſ.edic. Iuriſc. poſuit,an bonorum poſſeſſio delata do-
mino poſſit repudiari per procuratorem. poſtea in §.ſeq. per
ſeruum. quærit an dominus per ſeruum poſſit repudiare bon.
poſſeſ.decidit,ꝙ ſic,poſtea in §.ſeq.tutor. ponit an bono.poſſ.
delata pupillo poſſit repudiari per tutorem. Et ſi diceres clarū
eſſe, ꝙ ſeruus poteſt eſſe procurator domini.l.ſeruum quoq;.
in prin.s̃.de procu. ergo iſte intellectus eſſet indubitabilis ad il-
lum tex. Reſpondetur, ꝙ in agnitione,& repudiatione bono.
poſſeſ.verſatur aliquid iudiciale.l.3.§. ſi cauſa cognita.j̃. de bo.
poſſ.& l.fi.C.qui admit.ergo videbatur ſeruum non habere in-
tegram perſonam.l.ſeruus.C.de iudic.Item pro intellectu bene
facere videtur regula generalis præcedens poſita in verſi.vnuſ-
quiſque.in d.l.1. de ſucceſ.edict. vbi dicit tex. vnuſquiſq; ſuam
bonor.poſſeſ.repudiare poteſt, alienam non poteſt. poſt quem
ver.generalem poſtea ſucceſſiuè dubitatur de procuratore, &
de ſeruo,& de tutore, vnde illud de ſeruo non eſſet ad propo-
ſitum,ſi intelligeretur de bonor.poſſeſ.delata ipſi ſeruo, & iſto
modo iſte intellectus videtur reddi verus, & optimus ad illum
tex. & ſemper ſolitus ſum eum ſequi legendo iſtam.l. & l.1.C.
qui admit.¶Sed aduerte tenendo intellectum Bar. & commu
nem ad tex. poſſunt ſupradicta fundamenta in cōtrarium ad-
ducta retorqueri in oppoſitum. Nam in præcedentibus,& ſic
in verſi.vnuſquiſque,non dubitatur, an quis poſſit bon.poſſeſ.
ſibi delatam per alium repudiare, ſed bene dubitatur, an quis
poſſit repudiare bon.poſſeſ.delatam alicui alteri, & traditur ibi
regula generalis, ꝙ vnuſquiſque ſuam bonor.poſſeſ.repudiare
poteſt,non autem alienam. Hinc infertur, ꝙ bon.poſſ.delatam
domino procurator repudiare non poteſt,nec delatam pupil-
lo poteſt tutor repudiare: ab iſta regula ponitur exceptio in d.
verſi.per ſeruum,ꝙ dominus non poteſt repudiare bon.poſſeſ.
delatam ipſi ſeruo. ¶Secundò ille.§.per ſeruum. poteſt dupli-
citer intelligi. Primò,ꝙ illa dictio per ſeruum,determinat ver-
bum repudiare,& erit ſenſus,dominus bono.poſſ.ſibi delatam
poteſt repudiare per ſeruum,& iſte eſt intellectus Saly. & Lud.
Secundò poteſt intelligi,quòd determinet participium delatā,
immediatè ſequens,& erit ſenſus, ꝙ bon.poſſ.delatam per ſer-
* uum dominus poteſt repudiare, & iſte eſt ſenſus Bart. & *cōmu-*
12 *nis*, qui videtur eſſe verior, quia relatio † debet fieri ad proxi-
ma,& immediata,& non ad remota.l.ſi idem cum eod.§.fi.vbi
13 glo.s̃.de iuriſdi.omn.iudi. ¶ † Vltimò reſtat arduum dubium
apud Can.& Legiſt.valde dubitabile,quid in Abbate,vel in prę
lato,an poſſit ſolus repudiare legatum, vel hæreditatem dela-
tam monacho. Nam clarum eſt, ꝙ per ſolū Abbatem poteſt
adiri, & ſic acquiri hæreditas delata monacho ſine conſenſu
monachi.tex.eſt in cap.in præſentia,& ibi Docto.de probat.qđ
non poteſt facere dominus ſolus, qui non poteſt adire hæredi-
tatem,vel bono.poſſ.dela. ſeruo abſque expreſſo conſenſu ſer-
ui.l.cùm proponas.C.de hær.inſtitu.& l.ſeruo inuito.in princ.j̃.
ad Treb. an ergo ſicut poteſt adire ſine conſenſu monachi, ita
etiam ſolus poſſit repudiare,per regulam.d.l.is poteſt.s̃. de ac-
quirend.hæredi. an verò requiratur conſenſus capituli,& con-
uentus.iuxta.c.ſine exceptione.14.quæſt.2. Nam de conſenſu
14 monachi non dubitatur, quia † monachus non habet velle,
15 nec nolle.c.ſi religioſus.de elect.in 6. Sed dubium † maximū
eſt,an eius loco requiratur conſenſus capituli, vel conuentus.
In iſto valde arduo paſſu Fede.de Sen. in conſil.9. quod incipit
caſus talis eſt,res aliqua immobilis.tenuit partem affirmatiuā,
ꝙ ſolus Abbas, vel ſolus prælatus monaſterij poſſit repudia-
re legatum, vel hæreditatem delatam monacho abſque con-
ſenſu capituli, vel conuentus, eo quia iſta non eſt alienatio,vt
eſt tex.not.in l.qui autem.in princ.j̃.de his, quæ in fraud.credi.
vbi debitor, qui non eſt ſoluendo, non poteſt alienare in præ-
iudicium creditorum, & tamē poteſt repudiare hæreditatem,
vel legatum,quia iſtud non eſt alienare,& in hoc fundamento
iacet tota difficultas præſentis controuerſiæ. Auctoritas Fed.
16 eſt magna,& dicit Pau.de Caſt.hic in fi.ꝙ † fuit vir excellentiſ-
ſimus. Eum magnæ ſcientiæ Doctorem appellant Io.And.&
Gem.in c.1.de ma.& ob.in 6.Bal.in l.ſi quis ad declinandam.in
8.col.& ſeq.C.de Epiſ.& cleri.dicit Fed. de Sen.recolendæ me-
moriæ patrem,& dominum ſuum fuiſſe præcipuum Decreto
rum Doctorem inter cunctos de mundo. Iſtud idem tenuit
Lap.de Caſt.alleg.26.Imo.& Gem.in c.1.de reb.eccle.non alie.
in 6.d.Car.& do.Abb.c.tua nuper. de his quæ fiunt à præla. ſine
conſen.cap.licèt ſubijciat. d.Abb. ꝙ eſt caſus valde dubius. Idē
tenuit d.Abb.vbique in c.1.in pen.col.de do.& contu.& in d.c.
in præſentia.& in conſi.32.incip.Ad claram deci.omnium prę
dictorum.Idem tenet do. Ant.de But.in d.c.in præſentia.in 28.
col.& idem do. Ant.in c.quoniam. per illum text. de decim.&
vltra Cano. iſtam opi.tenent etiam Bar.in l.tutor.ad fi.j̃.de bo.
poſſeſ.

possef.Bal.in l.pupillorum.C.de repu.hæred.idem Bal.in Auth.
si qua mulier.in vlti.col.C.de sacrosan.eccle. & in l.1.in 10.q.&
in l.bonorum.in 5.q.C.qui admit. & idem Bal.in l. ex repudia-
tione.C.de fideic.Lud.Rom.in consi.184.incip. visis quæ nar-
rantur in facto.Alb.de Ros.hic.idem tenet do.Feli.in c.in præ-
a sentia.in vlt.col.vbi dicit istam esse *communem opin.* [a] licèt dom.
Alex.hic,& malè dicat,ꝙ contraria opi. sit magis communis,
nam etiã Are.in d.l.is q hæres.§.fi.dicit,ꝙ ista opi. Fed.seruare-
tur in practica,quia est communis apud Cano. ¶Contrariam
opin.& sic negatiuam tenuit idem Bald. varius, & contrarius
in l.contra iuris ciuilis regulas.§.1.s̃.de pact. & in l.magis puto.
§.fundum.s̃.de reb.eo. per illum text.qui valde stringit secun-
dum Pau.de Cast.& Are.& d.Alex.hic,& subdit d.Alex.hic,vt
supra proximè retuli,ꝙ ista est magis communis opin.sed cre-
do,ꝙ non dicat verum.Idem tenent Ludo. & Aret.in d.l.is qui
hæres.§.fi.Pet.de Anch.& Io.de Imo.in c. vt super.de reb.eccl.
non alie.Io.de Imo.in d.c.tua nuper. Lau.de Rodul.in repe.c.
sine exceptione.in 55.q.12.q.2.Pro ista opi. stringit fortiter tex.
in d.l.magis puto.§.fundum.præsertim in ratione quã assignat,
dũ dicit,esse enim & hanc alienationẽ. & sic tex.est ibi,ꝙ repu-
diatio est alienatio, sed in alienatione rei immobilis requiritur
consensus capituli.c.1.& 2.de reb.eccle.non alien.in 6. d. Abb.
in d.c.tua nuper.in vlt.col.dicit,ꝙ Feder.de Sen. non respon.ad
illum tex. Sed ipse respon.ꝙ loquitur in pupillo,qui non habet
administrationem rerum suarum, ideo solus eius tutor repu-
17 diare non potest.† Sed nos loquimur in prælato, vel in Abba-
te,qui in acquirendis potest facere conditionem ecclesiæ dete-
riorem,ad hoc allegat tex.in c. cum apostolica. de his quę fiũt
à ma.par.capi.vbi solennitas requiritur, quando alienatur res,
quæ possidetur ab Ecclesia, quia tunc est vera, & propria alie-
natio.nam non est par ratio,lucra non capere, & iam quæsita
perdere.l.fi.ad fi.C.de codicil.l.si sponsus.§. si maritus.s̃.de don.
inter vir.& vxo.pro hoc etiam adducit.c.quoniam.de deci.vbi
solus prælatus potest donare noualia, quæ oriuntur.j̃.diœce-
sim suam ex quo non sunt certè acquisita Ecclesiæ. ¶Sed tu
aduerte restringendo illum tex. & impugnando sol. do. Abb.
18 † nam Ecclesia æquiparatur minori.c.1.de in integ.resti.gl. in l.
res publica.& ibi Bar.C.ex quib.cau.ma.ergo cùm ille tex.pro-
cedat in minore,etiam habebit locum in Eccle. contra sol.do.
Abb. ¶Secundò stringe illum text. dũ dicit, esse enim & hanc
19 alienationem.† pondera illud verbum esse enim,quod deno
tat veritatem,secundum Bar.in l.si maritus.§ legis.j.de adult.&
sic repudiatio est vera alienatio. Item subdit ibi tex. rationem
rationis,cùm res sit pupilli, & illud verbum sit, similiter deno-
tat veritatem.Tu pro ista opi.negatiua pondera facere tex.in l.
1.§. ꝯfertur.j.de colla.bo.qui dicit,ꝙ non acquirere est sibimet
insidiari,istud non congruit prelato,qui tenetur procurare vti-
litatem Ecclesiæ, & acquirere Ecclesiæ quantum potest, aliàs
tenetur de suo satisfacere,vt habes tex.12.q.4.in c.quicunque.
& ibi gl.no.do.Abb.in c.1.de in integ. resti.¶Quid tenendum?
Ego teneo primam opin.Fede.affirmatiuam, secũdum quam
consulerem,& iudicarem,quia reputo eam esse communem,
vt patet ex auctoritatibus Docto.s̃.relatis,pro ista opin.stringit
fortiter tex.in d.l.qui autem.in prin.alleg. per Fed. qui expressè
decidit,ꝙ repudiare hæreditatem, vel legatum non est aliena-
20 re. † Stringe illum tex.fortius iungendo tex.in l.1.§.fi.eo.tit. de
his, quæ in frau.credi.vbi text. prohibet omnem omnino alie-
nationem,per istas duas vniuersales omnem omnino,& tamẽ
tex.in d l.qui autem.in prin.dicit, ꝙ potest repudiare hæredita-
tem,vel legatum.ergo apparet, ꝙ repudiatio non est omnino
alienatio, nec est vera solu.ad d.l. qui autem.illa,quam ponunt
Pau.de Castr.& do.Alex.hic, dum dicunt, ꝙ ibi nondum erat
acquisitum legatum creditorib.ideo non dicitur alienatio, sed
hic erat acquisitum legatum Ecclesiæ morte testatoris. Sed
truffa est, cùm ibi ita acquisitum esset legatum creditoribus
ignorantib.à morte testatoris sicut ipsi Ecclesiæ.fortius ista sol.
procedit respectu creditorum,vt etiam dicit Pau.de Cast. non
autem procedit respectu debitorum,qui sunt legatarij,vel hæ-
redes,quibus legatum acquiritur à morte testatoris sicut Eccl.
Secundò respondẽt, ꝙ ibi erat persona habilis ad repudiandũ,
hic secus,ista etiam est truffa, cùm ibi prohibeatur omnis om-
nino alienatio,& tamen possunt repudiare. Tu posses aliter re-
spon.secundum glo.& Bart.ibi in illa.l.qui autem.in prin. ꝙ ibi
loquitur in illis personis, quæ non tenentur acquirere, tunc re-
pudiatio non est alienatio, sed prælatus tenetur acquirere Ec-
clesiæ.Secundò pro ista parte allego bo.tex.in l.1.§.vtrum autẽ.
& §.seq.j̃.si quid in fraud.patro. maximè in ratione text. dum
dicit, quamuis enim legatum retrò nostrũ sit, nisi repudietur,
attamen cùm repudiatur,nostrum nõ fuisse retrò apparet.Ad
idem tex.not.in l.profectitia.§.1.s̃.de iur.dot.in l. si sponsus.§.si
21 maritus.s̃.de dona.inter vir.& vxo. ¶† Tertiò pro ista parte fa-
cit,quia solus prælatus in acquirẽdis potest facere deteriorem
conditionem Eccle. gl.est.16.q.6.in c.fin.in gl.fi. Inno.in c.2.de
don.bene facit.l.iubemus nullam.in prin.vbi gl.& Bar. C.de sa-
crosan.eccles.Can.in c.1.de dol.& contu.quando non sunt res
de mensa Ecclesiæ,& nondum incorporatæ Ecclesiæ,secundũ
Bal.in Auth.si qua mulier.in vlti.col.post med. C. de sacrosan.
22 Eccle. † Hinc est, si emphyteuta Ecclesiæ cessauerit triennio
soluere debitum canonem, licèt possit priuari omni iure suo,
tamen solus prælatus potest ei remittere caducitatẽ, recipien-
do simpliciter canonem temporis præteriti.ita no. determinat
do.Card.Flo.in c.potuit.de loca. & ibidem plenius Io. de Imo.
in 27.col,& seq. Eodem modo filius, & seruus possunt præiu-
dicare patri,& domino in acquirendis, non acquirendo.l.fi.C.
de acqui.poss.& d.l.cùm proponas.C.de hęr.insti.quia vt dixi,
non est par eademque ratio,lucrum non acquirere,& propriũ
perdere.l.fi.ad fi.C.de codicil.Bene facit, quod no.decidit Pau.
de Cast.in consi.11.incip. in casu præsenti visis omnib. & Imo.
in consi.74.incip. in casu præmisso visis ac consideratis. vbi no.
23 determinat, ꝙ † stante statuto, ꝙ in contractib.mulierum de-
beat interuenire consensus duorum consanguineorum, aliàs
nihil valeant, tale statutum non habet locum in legato repu-
diato,vel in donatione nõ acceptata,quia istud est perdere ius
nondum quæsitum.arg.c. si tibi.de præben.in 6.

ADDITIO.

a ¶Communem opi.Pro qua vide eundem Ias. in l. si quis mihi bona.§. seruus municipum.col 1.& 2.ff.de acquir.hęredi. vbi dixi, & dic, quòd opin.Ias.hic sequitur,& communem dicit Bero.in c.in præsentia.num.15. de proba.& in cap.Raynutius.nume.384.de testam. de qua vide quæ scribit Viui. commun. opin. libr.1.conclus.1. Ias. in l.in l. si quis iniquum.§. si filius meus. nume.3. ff. quod quisque iur. MASVÉR.

*SVMMARIVM.*

1 *Legatum,si aliquid ei detrahatur vel augeatur, ita diminuitur, vel augetur.*
*Oppositum in opposito operatur id, quod operatur propositum in proposito.*
2 *Testamenti reuocatio poterit probari per duos testes,si per statutum ad testamentum probandum sufficiunt duo.*
3 *Augmentum superueniens rei legatæ post testamentum, auget legatũ, intellige in re propria.nu.5.*
4 *Testator si legauit rem,quam habebat in emphyteusim,& postea directum acquisiuit, illud plenum dominium debetur legatario.*
6 *Augmentum iudicatur sicut principale.*
7 *Immunitas concessa à collectis, an comprehendat collectas impositas propter guerram,quod non,& est magis communis.*
8 *Priuilegium immunitatis quamuis amplum, non extenditur ad incogitata.*
9 *Immunitas concessa à collectis, non comprehendit impositas necessitatis causa, & nu.13.*
10 *Extensio de similibus ad similia licita est etiam in exorbitantibus, vbi tractatur de fauore.*
11 *Immunitas concessa à collectis,an extendatur ad futuras.*
12 *Concessio immunitatis latissimè contra concedentem interpretatur.*
14 *Statutum imponens pœnam proponenti in consilio de imponenda collecta,non comprehendit proponentem propter guerram.*
15 *Clerici possunt grauari ad collectas, & datia imposita ad repellendas societates,quæ veniunt tempore guerræ.*
16 *Vasallus requisitus à domino,tenetur ei subuenire in necessitatib. eidem propter guerram occurrentibus.*
17 *Omnes debent constringi, nec excusatur priuilegiatus ad congregandam pecuniam pro emendo frumento, vel ordeo tempore necessitatis.*
18 *Necessitas non subest legi, & facit licitum illicitum.*

LEX VIII.

1 SI ex toto. † Si rei legatæ aliquid detrahi-
tur,legatũ diminuitur, & econ
tra si aliquid adijciatur,legatum augetur. hoc dicit
secundum Bar.vel aliter.Diminutio, & augmentũ
rei legatæ cedit ad damnum,& commodum legatarij.hoc di-
cit. ¶Not.primo ex hoc text.ꝙ illud, quod operatur adiectio
ad augmentum,operatur detractio quo ad diminutionem.Ex
quo correlariè not. quòd illud, quod operatur oppositum in
opposito,operatur propositum in proposito, quia contrario-
rum est eadem disciplina,de quo latè per Bar.in l.inter stipulan
tem.§.sacram.j̃.de verb.oblig.& in l.in fundo.s̃.de rei ven. & in
l.fin.§.fin.per illum text.j̃.de lega.3. Bald. in l.1. in 2.colum. C.
2 quãdo liceat ab emp.disce.vbi ad hoc alle.Aristotelem. † vnde
si ex

ſi ex formâ ſtatuti duo teſtes ſufficiunt ad probandum teſta-
mentum, ſimiliter èцontra per duos teſtes poterit probari re-
uocatio teſtamenti,ſecundum Bald.in l.fin.in pen.col. C.de fi-
deicom.do.Cardi. Pet.de Ancha.& Imo.in c.relatum.vltimo,
de teſta.dixi de hoc latè in rub.ȷ̃. de acquir.poſſ. & quæ ibi latè
4 poſui,poſſent repeti hic.¶†Secundò no.ex hoc tex.ꝙ augmen
tum ſuperueniens rei legatæ poſt teſtamentum, auget legatū.
plures concordantes ad hoc alleg.hic gl.Adde, ꝙ ſi,teſtator le-
gauit rem,quam habebat in emphyteuſim, & poſtea acquiſi-
uit directum dominium,illud dominium plenum debetur le-
gatario.ita nota.per hunc tex.determinat Bart.in l.ſeruum filij.
in prin.vbi dicetur.ȷ̃.eod.de quo non meminit Are.hic, qui in-
aduertenter tenet contrarium, allegans Bald.in c.1.§.èсontra-
rio.de inueſti.de re alie.fac.vbi Bal.hoc non dicit. Limita iſtā.l.
vt procedat in augmento facto per ipſum teſtatorē in re pro-
5 pria legata,† ſecus eſt in re aliena ſcienter legata per teſtatorē,
quæ poſt factum teſtamentum fuit aucta à vero domino, &
non à teſtatore.nam per hoc augmentum legatum non auge-
tur.l.ſi chorus.§.area.ȷ̃.de leg.3.ſecundum Bar.Raph.Cu.dom.
Alex.& Are.in l.ſi ſeruum filij.§.ſi areæ.infra eod.Raph.Cuma.
& do.Alex.hic, & facit ratio diuerſitatis ſecundum Alex.quia
quando augmentum fuit factum à teſtatore,præſumitur,ꝙ le
gatum augere voluerit teſtator,quæ præſumptio ceſſat,quan-
do tale augmentum fit ab alio extraneo, & nō à teſtatore.Nec
dicatur,prout dicunt Moder.Sen.hic,ꝙ iſtud ſit diuinare ad l.ſi
chorus.§.area.cùm in illo tex.non appareat, an illud augmen-
tum fuerit factum à teſtatore, vel à domino areæ legatæ, quia
reſpondeo,ꝙ iſtud non eſt diuinare, & probo neceſſariò, quia
ſi ibi area legata fuiſſet propria teſtatoris, certè ædificium ſu-
per ea factum deberetur legatario.d.l.ſeruum filij.§.areæ. cuius
contrarium dicit expreſsè text.in d.l.ſi chorus. §. area. ¶Tertiò
a not.ex hoc tex.ꝙ idem iudicamus de augmento,[a] quod iudi-
6 camus de ſuo principali, † quia acceſſoriū debet iudicari eiuſ-
dem naturæ, cuius eſt ſuum principale.facit bene text.in l.etiā.
& ibi Bar.& alij ad hoc not.C.de iur.do.& text.in l.in l.inter ſo-
cerum.§.cùm inter. ver.fi.ff.de pac.dota.& tex. in l.fi.§.1. in fin.
infra de leg.3.cum multis concor. & not.dictis,quæ ponam in
l.quod in rerum.§.ſi quid poſt.ȷ̃. eod. ¶ Vltimò inducitur iſta
lex per Dyn. & Antiquos ad quæſtionem valde quotidianam.
7 † Pone,ꝙ alicui conceſſa eſt immunitas à collectis, poſtea au-
getur,vel inducitur noua collecta propter guerram,an ille ha-
bens immunitatem à collectis teneatur ad illam collectam ſu
peruenientem propter guerram? In iſto not. & quotidiano
paſſu ſunt quatuor principales opi.iſte enim text.videretur fa-
cere,ꝙ non,quia cùm iſta collecta propter ſuperuenientē guer
ram dicatur acceſſoria, ergo ſicut ille habet immunitatem à
principalibus collectis tunc vigentibus,debet etiam habere ab
illa, quæ venit per modum augmenti.Ita facit iſta.l.quæ pro-
pterea inducitur ad hanc quæſtionem. prima ergo fuit opin.
Dyn.affirmatiua, ꝙ iſte teneatur ad talem collectam propter
guerram, non obſtante, ꝙ habeat priuilegium immunitatis à
collectis,eo quia ſecundum Dyn. in tali priuilegio immunita-
tis non cenſetur cogitatum de tali collecta propter guerram,
niſi fortè tempore conceſſionis immunitatis iam eſſet cœpta
8 guerra.Et ideo † priuilegium immunitatis quamuis amplum
non extenditur ad incogitata.l. quæ cum tutoribus. & l. cùm
aquil. ſ̃. de tranſa.& in l.lege.& in l.Rutilia Polla.ſ̃. de contra-
hen.emptio. nam quæ de nouo emergunt, nouo indigent au-
xilio.l.de ætate.§.ex cauſa.ſ̃.de interrog.act. Item nouis morbis
noua oportet antidota præparari,dicit tex.no.in c. cæterum.de
iur.calu.Item nouum factum nouum conſilium.l.1.in prin.&
ibi gl.expreſſa.ſ̃.de vent.inſpi.& ita vt dixi determinat Dy. prin
cipaliter per tex.optimum in l.1.C.vt nemi.lic.ab emptio. ſpe-
9 cie.ſe excu.lib.10. † vbi quando vrgente neceſſitate publica in-
ducuntur munera emendi, vel vendendi frumenta, vel blada
propter milites,nemo eſt immunis propter quodcunque pri-
uilegium immunitatis,& dicit tex quocunque modo,& quo-
cunque tempore priuilegium immunitatis habeat, & gl. 1. ibi
in verbo neceſſitate, exemplificat de neceſſitate ratione guer-
ræ.Nec eſt bona ſol.ad illum tex.quam ponit Ray.hic, ꝙ ibi ſit
ſpecialis caſus. nam ex quo non aſſignat rationem ſpecialita-
tis,eſt refugium miſerorum dicere,ꝙ ſit ſpecialis caſus,vt dicit
glo.in l.filium quem habentem.C.famil.erciſcun. Præterea, vt
10 etiam arguit do.Alex.hic,† vbicunque tractatur da fauore, li-
cita eſt extenſio de ſimilibus ad ſimilia, etiam in exorbitantib.
vt eſt gl.in l.ſi conſtante.in princip.ſ̃.ſolut.matrim. & ibi Bar.in
9.oppo.primę partis. & gloſſ.in l.illud. in verb. alia cauſa. C.de
ſacroſan.eccle.cum concord.hic alleg.per do.Alex.iſtam opin.
Dyn.tenent Alb.de Roſ.& Salic.& dom.Alex. hic, & Flo.in l.ſi
ſeruitus.in princip.ſ̃.de ſer.vrb.prædio. Ioan.And.in addi.Spec.
in tit.de cenſib.§.2.in verb.ſciendum eſt.do. Anto. de But.in c.
peruenit.de immun.Eccleſ.Alber.de Roſ.latè diſputans iſtum
paſſum in 2.parte ſtatuto.in q.138.incip. ſtatutum eſt ciuitatis
alicui concedens.do.Alex.in conſi.205.2.volum.incip.Nec ar-
guendi ſumus,in 10.col.& in conſi.192.2.vol.incip. ex themate
11 præmiſſo.in 3.dub.¶†Contrariam opi.tenuit Ray.de For.hic,
& erit ſecunda opin.motus, quia conceſſio immunitatis ſim-
pliciter facta videtur extendi ad futuras collectas, vt in ſimili
eſt tex.not.in d.l.ſi ſeruitus.ſ̃.de ſer.vrb.præd. & quod not. Bar.
in l.ſi mihi & tibi.§.in legatis.vbi dicetur.ȷ̃.eo.per Bar. in l.ſi ita.
infra de aur.& argen.lega.& in l.damni.§. ſi is qui vicinas. infra
de dam.infect.ad idem bonus tex.& valde not. in c. quia circa.
de priuileg. vbi Papa monachis omnium ſanctorum conceſſit
immunitatem ab epiſcopalibus decimis, quærit ibi text.nun-
quid illud priuilegium exemptionis extendatur etiam ad poſ-
ſeſſiones poſtea in futurum quæſitas,determinat not.quòd ſic,
quia beneficium principis cōcedens talem immunitatem, de-
bet latiſſimè interpretari,vt ibi in text. Ad idem text.in l.in ho-
noribus.§.qui muneris.infra de vaca.mun.& in l.1.& ibi Barto.
C.de vaca.mun.pub.libr.10.vbi ſunt tex. qui formaliter ita di-
cunt, qui muneris publici vacationem habent, ex improuiſo
collationes inductas rectè recuſant. ¶ Sed ad omnia iſta iura
alleg.pro Ray.& per ipſum, poteſt reſponderi, ꝙ in illis iurib.
non ſuberat publica neceſſitas propter guerram,vt in caſu præ
ſenti. Iſtam opin.Rayn.tenent Imo.Pau.de Caſtr.& Aret.hic.
mouetur Pau.de Caſt. vt reſpondeat primo fundamento Dy.
ſuperius relato,quia concedens immunitatem ſaltem poterat
in genere cogitare de hoc caſu neceſſitatis guerræ futuræ,licèt
non in ſpecie. Ergo ad hunc caſum generalis conceſſio exten-
di debet.l.qui iure militari.ſ̃.de teſta.mil.not.in l.ſub prætextu.
12 ſecunda,vbi Bar.& alij.C.de tranſac.Item in beneficijs †, vt eſt
iſta conceſſio immunitatis,latiſſima interpretatio fit contra cō
cedentem.l.fi.ſ̃.de conſti.prin.c.cùm dilecti.de dona.& iſtud in
propoſito adducit tex.in prælleg.c.quia circa.de priuile.Iſtam
opi.Ray.tenet conſulendo d.Alex.ſibi contrarius in conſi.305.
volu.incip. ponderatis narratis in themate.in 2.col. Tertia fuit
opi.Bal.quam ſequitur Flo.hic. nam diſtinguit Bal.an collecta
facta, ſeu impoſita propter guerram ſit impoſita per nomina
multiplicatiua,puta,quia dicatur,ꝙ propter guerram ſoluatur
duplum eius, ꝙ erat ſolitum exigi, & tunc quia per modum
acceſſionis videtur impoſita,procedit opi.Ray.aut fuit ſimpli-
citer impoſita tanquam noua collecta,& tunc procedat opin.
Dy.iſtam diſtinctionem reprehēdunt Imo.& Pau.de Caſt.hic,
quia ſequeretur abſurdum,ꝙ ſemper eſſet in poteſtate ponen-
tis collectam tollere immunitatem conceſſam, contra l.ne in
poteſtate.ſ̃.de arb.& l.2.§.ſed ſi agant.ſ̃.de iud.¶Quarta, & vl-
tima fuit opi.Raph.Cu.hic, qui diſtinguit,ꝙ aut guerra erat iu-
ſta, & licita reſpectu ciuitatis collectam imponentis, & tunc
procedat opin.Dy.aut erat illicita,& tunc procedat opin.Ray.
quia ex facto illicito non debet veniri cōtra habentem immu-
nitatem.l.ſi merces.§.culpæ.ſ̃.loc. ¶Quid tenendum? Ego te-
neo opi.Dy.pro veritate,ſecundum quam & cōſulerem,& iu-
* dicarem,quia videtur eſſe *magis communis opi.*vt apparet ex pro
b ximè relatis,& ad tenendum opi.Dy.moueor ſex principalib.[b]
fundamentis.Primò per illud,quod valde ad propoſitum not.
Bald.in l.iubemus nullam.in 1.& 2.not. per illum tex. C.de ſa-
13 croſan.eccl.vbi Bal.no.ꝙ à † neceſſitatib.imminentib.propter
guerram nullus poteſt ſe excuſare ratione alicuius priuilegij,
quia publica vtilitas eſt cuilibet priuilegio præferenda, & quia
priuilegium immunitatis generaliter indultum nō includit ca-
ſum publicæ vtilitati contrarium, & ſi includeret,nihil valeret
per illum tex.¶Secundò facit,quod decidit Ang.poſt Cyn.in l.
14 diuus.in vlt.col.per illum tex.ſ̃.de pet.hær. ꝙ † ſi ex forma ſta-
tuti imponitur pœna facienti propoſitam in conſilio pro im-
ponenda collecta,tale ſtatutum non comprehendit proponen-
tem collectam propter neceſſitatem guerræ,& iſta duo etiam
alleg.do.Alex.hic.¶Tertiò moueor per illud,quod ſingu.tenet
Bar.in l.nullus.per illum tex.C.de cur.pub.lib.12. vbi per illum
15 tex.not.† ꝙ clerici poſſunt grauari ad ſoluendum collectas, &
datia, & ad alia quæ imponuntur propter ſocietates repellen-
das, quæ veniunt tempore guerræ in comitatu, deprædando,
occidendo,& alia mala faciendo.facit bene tex.in c.2.& ibi do.
Abb.

ADDITIONES.

a ¶De augmento.Adde,& intellige hoc verum, quando augmentum venit ac-
ceſſoriè,ſecus ſi non venit acceſſoriè, ita videtur probari ex not. per Bart.in
l.ſi peruenerit.§.ſi nuda.ſupra de pig.act.& facit c.1. & ibi Bal.in §.èсontra-
rio.de inue.de re alie.fac.& vide quæ ponit Alex. in conſi.20. col.2. verſi.2.
probatur, in 1.vol.

b ¶Sex principalib.Adde,& limita hanc communem opin.vt per Ozaſc. De-
ciſ.39.nu.20.& 91.nu.8.&.12.

Abb.in col.2.de immu.Eccle.de cuius veritate videas per Do.
Abb.in c.non minus.circa 8.col.de immu.Eccle.¶Quartò fa-
cit,quod ſignanter conſuluit Io.de Ana.Doc.Bon.& maximę
conſcientiæ in conſ.7.incip.viſis & ponderatis his,quæ narran
16 tur in themate.in vlti.col.vbi egeriè quærit,†an vaſallus requi-
ſitus à domino teneatur ei ſubuenire de certa quantitate pe-
cuniæ propter neceſſitatem guerræ.primò dicit videri, ꝙ non
propter tex.in c.licèt vaſallus. ſi de feu.fue.contro. inter do. &
agn.vbi eſt text. ꝙ vaſallus non tenetur ſubuenire domino de
pecunia,etiam ſi viderit ipſum perire, & ſibi etiam imminere
periculum animæ,quę eſt pretioſior corpore.l.ſancimus.C.de
ſacroſan.Eccl.c.cùm infirmitas.de pœn.& remiſ.poſtea cōclu
dit,ꝙ ſi eſt magna neceſſitas,vel ſit in euidenti periculo ꝑpter
guerram,& vaſallus ſit diues,tunc tenetur de pecunia ſubue-
nire domino.ita dicit concludi per Iac.Ardizo. in ſumma feu.
in tit.quomodo negligentia perda.feud. in §. item quæritur.in
ver.item quæro.¶Quintò adduco illud, quod tenet Andr. de
Baru.in d.l.j.per illum tex.cum gl.C.vt nemi.lice.ab empt. ſpe.
ſe excuſa.lib.10.quem tex.dixi. ſupra principaliter allegari per
17 Dy.nam tenet And.de Baru.ꝙ† ſi frumenta, & horrea publica
non ſufficiunt militibus tempore guerræ , & ſic eſt neceſſaria
pecunia pro emendo frumento,& ordeo,& blado, ad hāc pe
cuniam congregandam omnes debent ſtringi,nec aliquis ex-
cuſatur quolibet priuilegio immunitatis.refert & ſequitur Bal.
in conſi.406.5.vol.inci.lata fuit ſententia. vbi latè ponit de in-
tellectu.d.l.1.& gl.1.ibidem, dum exemplificat ratione famis,
18 vel guerræ.¶Sextò & vltimò pro iſta opi. Dy.†accedat illud,
a quod vulgò dicimus, ꝙ[a] neceſſitas non ſubiacet legi,nec le-
gem habet.ita dicit tex.in c.2.circa fi.de obſer.ieiu.& tex.de cō
ſec.diſt.1.in c.ſicut.& gl.in c.quod non eſt.de reg.iur.in 6.Item
neceſſitas facit licitum illud , quod aliàs per legem eſſet illici-
tum.ita ad literam dicit tex.in d.c.quod non eſt licitum. de re-
gu.iur.Facit bene tex.in c.1.de pig.& ſic per iſta ſex fundamen
ta teneo opi.Dy.ſecundùm quam,vt dixi,& conſulerem , &
iudicarem,& quia eſt magis cōmunis , & apud me habet ma-
gnam æquitatem . Et per iſta remanet ſolenniter expeditum
iſtud principium .

ADDITIO.

a ¶Quòd neceſſitas.Adde,quæ ponit Feli.in c.cùm acceſſiſſent.col.8.ver.3.re-
ſtringitur.& in c.querelam.col.4.ver.in gl.in verbo neceſſitate. de iureiurā.
Et aliquid in c.cum eccleſiæ.in 1.no.de ſim. & adde Lud.Rom.conſi.219.in-
cip.ex thema.vbi actus factus ex neceſſitate non comprehenditur ſub lege
prohibente actum fieri. idem Lud.conſi.108.vbi ſtatutum prohibens aliena
tionem non comprehendit illum,qui virtute laudi cogebatur , & quæ dica-
tur grauis neceſſitas,vide per Feli.in c.ſi pro debilitate.col.2.ver.capio glo.
de offic.deleg.

† Et quæ neceſſitas triplex deſcribitur per Boer. q. 44. nu.27.par.1.Docto.in
Apoſt.ad Are.in §.ſunt præterea.Inſti. de act. de qua neceſſitate plura ſcri-
bunt Nat. conſi. 150.nu.3.Rolan.conſi.81.nu.34.lib.1.conſi.30.lib.3.Iaſ.in
l.caſus.C.de teſta.Capel.Toloſ.q.256. MASVER.

*SVMMARIVM.*

1 *Hæredes ſi ſint grauati alternatiuè , quilibet eorum tenetur inſolidum tanquam correi, & nu.2.*
3 *Copulatiuæ natura quæ ſit.*
4 *Solutio vnius ex correis inſolidum obligatis liberat alios.*
5 *Diuiſio inter hæredes grauatos non inducitur per petitionem , vel receptionem partis factam ab vno eorum.& quando nu.8.*
6 *Variatio circa perſonas grauatas in vlti.voluntatib.admittitur.*
7 *Petere,& recipere æquiparantur,& in quo differant.*
9 *Duo rei conſtituti in vlt.voluntate,quòd æquiparentur duobus reis conſtitutis in contractibus,quo ad modum conſtituendi,ſed non liberandi.*
10 *Creditor recipiens partem ſpectantem ad vnum ex debitoribus , cum proteſtatione,quòd vult ſibi eſſe ſaluum ius in reſiduum, vel ius ſolidi,non inducit diuiſionem.*
11 *Proteſtatio declaratoria voluntatis licèt contraria facto , non tollitur per factum compatibile cum ea.*
*Proteſtatio quando dicatur compatibilis cum facto.*
12 *Factum contrarium proteſtationi præſumptiuæ non tollitur per proteſtationem.*
13 *Petitio partis facta ab vno ex correis , non inducit diuiſionem , ſecus ſi omnes conueniantur pro parte .*
14 *Alternatiua poſita inter partes honoratas,ponitur copulatiuè.*
15 *Alternatiua ſi eſt poſita inter honoratos,& electio ſoluendi datur grauato,inducit duos reos,& grauatus poteſt ſoluere ſolidum cui velit.*
*Tutela principaliter eſt honor.*

1 §.Si ita ſcriptum. †Alternatiua poſita inter
grauatos,obligat eos tā-
quam correos inſolidum,& per partis petitionē, vel receptio-
nem non inducitur diuiſio.hoc dicit.& eſt not. & fortis.§.ſm
Bar.¶Diuidit in 5.par.prin.In prima ponit de alternatiua poſi
ta inter perſonas grauatas. In ſecunda ponit de partis petitio-
ne.In tertia de partis ſolutæ receptione. Secunda eſt ibi , quid
ergo ſi ab altero.Tertia & vlti.eſt ibi,idem erit.¶No.1.ex hoc
tex.ꝙ hæredes grauati alternatiuè tenentur quilibet eorum in-
ſolidum tanquam correi, & ſic per alternatiuam conſtituun-
tur duo rei debendi.facit tex.in Auth.ſi quando.& ibi Barto.in
3.no.ad hoc no.C.de conſti. pecu. Ratio fundamentalis huius
2 tex.& huius no.eſt, † quia de natura alternatiuæ eſt attribuere
actum cuilibet inſolidum.l.ſi hæredi plures.ſ.de condi. inſti.&
l.ſi Titio.ỹ.de leg.2.& l.ſi is qui ducenta.§.vtrum.ỹ. de reb. du-
bijs.ideo ſecus eſt in copulatiua,per quam non conſtituuntur
3 duo rei.† Rō , quia de natura copulatiuæ eſt attribuere actum
cuilibet per partes,& non inſolidum.l.reos.§.cùm in tabulis.ỹ.
de duob.reis.l.1.& 2.C.ſi plu.vna ſent.Bar.plenè.in l.2.§.1.ỹ. de
duob.reis.niſi expreſsè fuerit actum, ꝙ quilibet teneatur inſoli
4 dum.l.eandem.in prin.ỹ.de duob.reis. ¶ †Secundò no. ꝙ licèt
duo rei teneantur,& obligati ſint inſolidum , tñ vnius ſolutio
5 omnes liberat,vt hic,& l.2.cum ſim.de duob.re.¶†Tertiò no.
ꝙ per petitionem , vel receptionem partis factam ab vno ex
hæredib.alternatiuè grauatis, non inducitur diuiſio. nam ſi fa-
cta eſſet diuiſio, non poſſet poſtea eundem,quem ad vnā par
tem conuenit,ad aliam partem conuenire.l.liberum. C.de fi-
6 deiuſ.de quo dicetur ſuper gl.fi.¶†Quartò no. in verſ.quid er
go.ꝙ legatarius pōt petere ab vno ex hæredib. alternatiuè gra-
uatis,& poſtea redire ad alium,& ſic vult iſte text. ꝙ electio ſit
variabilis.Sed in ꝯrium facit regula.l.ſerui electione.in princ.ſ.
eo.vbi in vltimis voluntatib.electio circa res non eſt variabilis,
ergo nec circa perſonas,cū bonum ſit arg.de reb. ad perſonas,
& ècontra.l.qui plures liberos.ſ.de vulg.& pup.l.ſi quis inqui-
linos.§.ſi ita legatum.ỹ.eo.Bar.in l.miles ita.§.1.ſ. de teſta. mili.
Rñ. Bar. & Raph. Cu.ꝙ ꝯria loquuntur in electione circa res,
vel circa perſonas honoratas.Iſte verò tex. loquitur in electio
ne circa perſonas alternatiuè grauatas,quæ aūt ſit rō diuerſita-
tis,non declarant,imò Raph.Cu. de rōne diuerſitatis relinquit
cogitandum.Tu dic rōnem diuerſitatis eſſe in promptu,qa qñ
quis ex teſtō habet electionem plurium rerum , & vnā elegit,
electio ſortitur plenum effectū:patet , quia per talem electio-
nem transfertur dñium,text.eſt in l.apud Aufidium.ỹ.de opt.
leg.gl.in l.hmōi.§.Stichum.ỹ.eo. & ideo tunc non admittit va
riatio,ex quo electio ſortita eſt plenum effectum.ita loquitur
regula d. l. ſerui electione. ſecus qñ legatarius elegit petere ab
vno ex plurib.grauatis,per hoc non eſt conſecutus intentū,iō
admittitur variatio,niſi ſequatur effectualis ſolutio totius:tūc.
7 n.electio eſſet cōſumpta,& non admitteret variatio.¶†Quin-
tò no.ex eo.verſi.quid ergo.iuncto ver.fin.idem erit.ꝙ petitio,
& receptio æquiparantur,quicquid velit hic Bar.ſuper glo.fi.q
inter iſta duo conſtituit differentiam.In vno tñ caſu no. ꝙ peti
tio & receptio non æquiparantur,imò differunt.nā creditores
hæreditarij petendo,ſeu agendo ꝯ emptorem hrditatis,viden-
tur feciſſe tacitum pactū de non petendo amplius ab hrde,qui
hæreditatem vendidit.tex.eſt in l.2.C.de pac.ſecus ſi ſolutionē
recipiant.tex.eſt in l.tale pactum.§.poſt diuiſionē.& ibi Bar.ad
hoc no.ſ.de pac.Pau.de Caſt.& D.Alex.in d.l.2. quia cùm ne-
ceſſe habent ſolutionem recipere,paciſci non vñr.l. fideicō.§.
ſi rem.ỹ.de leg.3.& l.rem legatam.ỹ.de adimē.leg. ¶Capio glo.
primā in verb.cū verò velit.quā diuide in 3.par.In prima decla
rat tex.In ſecunda opp.& dupliciter ſol.In 3.alleg. vnā concor
dan.ad text.Scđa eſt ibi,& ſic eꝯ.Tertia ibi, & facit.ỹ.titu. 2. Et
dum gl.in 2.parte allegat tex.in l.vnica.§.ſin autem ad deficien-
tis.ille tex.vr̃ potius ꝯrium probare,dum vult, ꝙ teſtator gra-
uando diſiunctim,vult vnumquemque onus ſuū ſentire & nō
alienum,ſecus eſt vbi coniunctim,& ſic vr̃ effectualiter ꝯrium
dicere eius,ad qđ gl.allegat.videbis diligentius illum tex. ¶Ca-
pio gl.in verb.ab alterutro. diuide iſtam gl. magiſtraliter in 3.
partes.In prima declarat tex.& illa eſt clara.In ſecunda ꝯ ſecū-
dam & tertiam partem tex.gl.ſimul format duo ꝯria,q̄ debēt
ſeparari,quia vadunt ad diuerſa,& ſimul ponit 4. ſol. In 3.opp.
ꝯ tex.in 1.parte vbi melius caderet,& ſoluit.Secunda eſt ibi, &
8 ſic eſt ꝯ.Tertia & vlt.eſt propè fi.ibi,item ꝯ.C.de ver.ſig ¶†Pri
mū ergo ꝯrium de l.ſi creditores.vadit ꝯ vlt.partem tex.ibi,re-
cipiendo ſolutionem partis ab vno , non inducitur diuiſio; &
tamen ꝯrium dr̃ in d.l.ſi creditores. ꝙ imò per receptionē par-
tis ſolutæ ab vno inducatur diuiſio, & ad iſtud ꝯrium vadunt
tres primæ ſol.quarum duæ primæ nihil valent , quia deſtruūt
tex.tertiam ſol.reprehendit gl.per l.reos.C.de fideiuſ.quæ nihil
facit ad propoſitum huius contrarij,quia illa.l. loquitur in pe-
titione partis,ſed l.liberum. loquitur in receptione partis ſolu-
tæ,ideo Bar.ſequitur tertiam ſol.gl.cum quadam diſtinctio.de
Iaſ.ſuper ij.Infor.

qua hic per eum.quem ſequuntur Ang.& Sali.hic.& Bar.in d.
l.ſi creditores.& in l.ex duob.in 3.q.ff.de duob.reb.Bar. Ang. &
Imo.in l.inter eos.§.1.ff.de fideiuſ.¶Iſtam ſol.impugnant Bald.
Imo.Pau.de Caſt.& plenius Are.hic,Cy.Bal.& Sali.poſt Oldr.
9 in d.l.ſi creditores.eo quia iſte tex.†æquiparat duos reos conſti
tutos in vltima voluntate reis conſtitutis in cõtractibus, vt pa
tet in tex.ibi,quaſi duo rei promittendi. Iſta obiectio parum
vrget,vt etiam inquit Are.qa in hoc text. fit æquiparatio quo
ad modum conſtituendi duos reos,ſed non quo ad liberandũ
ab exactione ſolidi.Secundò mouentur, quia non poteſt reddi
vrgens ratio diuerſitatis inter vltimas voluntates, & contra-
ctus.Tu dic,quòd imò ratio diuerſitatis eſt in promptu in hoc
caſu ad hoc,vt vltima voluntas pleniorem & faciliorem exi-
tum ſortiatur. Ipſi tamen aliter ſoluunt iſtud contrarium, &
bene, quòd in d.l.ſi creditores. creditor percepit partem ſpe-
ctantem ad illum,qui ſoluit,& ſic pro ſua virili, ſeu pro parte
eum tangẽte,& hoc fuit expreſſum,vt patet ibi in tex. in verb.
pro ſua parte, nimirum ſi ibi inducitur diuiſio. hic autem re-
* cepit ſimpliciter.& iſta ſolu.ſecundum Do.Alex.eſt *magis com-
munis*,& Aret.dicit,ꝙ iſta ſolu.multum ſibi placet. ¶Tenendo
iſtam ſolut. ad d.l. ſi creditores. limita not. ſecundum D. Ale-
10 xan.& Aret.hic, † niſi recipiens partem tanquam ſpectantem
ad vnum debitorem proteſtaretur ſaluum ſibi eſſe ius in reſi-
duum,vel recipiens proteſtaretur ſe recipere ſaluo ſibi iure ſo
lidi, cui præiudicare non intendit,per tex. no. in l. ſi debitor.§.
1.ſ.quib.mod.pign.vel hypoth.ſol. & ita etiam tenet Cy. poſt
Guid.de Suza.in d.l.ſi creditores.in vlt.not.& ibidem Bal. in fi.
& Saly.in vlt.colum.& dicit ibidem Alb. de Roſ. idem tenens,
quòd ſic vidit de facto fieri. ſimiliter Pau. de Caſtren. ibi in 2.
colum.dicit,quòd ipſe etiam vidit ſic fieri, licet ſecundum eũ
aliqui dubitarent,quia non intelligebant quid eſſet dicere ſal-
uo iure ſolidi. Iſtam limita.repræhendunt Moder. Sen. hic, in
fi.quia cùm factum,ſcilicet receptio partis ſit contrarium pro
ſtationi,ergo tollit ipſam proteſtationem. c. ſolicitudinem. in
fi.de appel.habetur in c.cum M.Ferrarienſis.de conſti.Bar.in l.
non ſolùm.§.morte. in 4.colum.ff.de oper.nou.nunciat. Tene
iſtam limita. quæ eſt vera,& communis ad fundamẽtum Mo
11 der.Sen.reſponde not. † ꝙ cùm iſta proteſtatio ſit declarato-
ria voluntatis recipientis,poteſt ſimul ſtare cum facto, nec ei
contrariatur, ergo non tollitur per factum compatibile cum
proteſtatione,& ꝙ proteſtatio dicatur compatibilis cum fa-
cto,declarat magiſtraliter Bar.in l.j.in pen.col.C.de lit.conteſt.
12 Item quando † factum eſt contrarium proteſtationi non ve-
rè, ſed præſumptiuè, tunc non tollit proteſtationem. ita pul-
chrè not.Gem.in c.pen.§.1.in tertio no.per illum tex.de procu.
in 6.¶Secundum contrarium gl.de l.libertum.C.de fideiuſ.va
dit contra ſecundam partem tex.vbi per petitionem partis nõ
inducitur diuiſio,vt hic.& l.reos.C.de fideiuſ.ſed in l. contraria
13 inducitur diuiſio.Bar.†tenet vltimam ſolu.glo.quæ vera eſt,ꝙ
in d.l.reos.& hic conuenit vnum tantum pro parte, ideo pro
alia parte poteſt conuenire quem velit. ſed in l. contraria om-
nes conuenti fuerunt pro rata portionum ſuarum, meritò in-
ducitur diuiſio.& ita etiam concordatur.d.l.liberum.cum d. l.
reos.Iſtam ſol.tenent omnes hic,& Bar.in l.ex duob.magna,in
3.q.ff.de duob.reis.quamuis contrarium ibi teneat ſolus Ang.
& malè,vt hic per Dom.Alex.¶In eàdem glo.in fi.bona eſt ſo
lu.gl.ad illud vltimum contrarium.Et per d.l.pen.C. de verbo.
ſignifi.determinant no.Archi.& Gemin.in c.paſtoralis.7.q.1.ꝙ
14 †ſi Papa conferat Eccleſiam illi,vel illi, ꝙ vterque habebit eã,
quia alternatiua ponitur inter perſonas honoratas, ergo poni-
tu copulatiuè,vt eſt tex.in d.l.penu.& ſi vnus eorum nõ vult,
alteri accreſcit.§.ſi eandem.Inſti.de leg.ſecundum eos.¶Limi
ta iſtam ſol.& ſic.d.l.pen.quando alternatiua ponitur inter ho
noratos,& electio datur grauato,tunc conſtituuntur duo rei,
& grauatus poteſt ſoluere ſolidũ cui velit.text. eſt in l. ſi Titio,
aut Seio.ff.de leg.2.ſm Bar.& alios hic.Nec obſt. ſolutioni glo.
15 noſtræ,ꝙ tex.in d.l.pe.†idem decidit in tutela, vt ẽt ibi alterna-
tiua reſoluatur in coniunctam,& tamen tutela eſt onus.l. 1. §.
pen.ff.de mune.& hon.Inſti.de excuſ.tut.in prin.& Inſti. de le-
git.patr.tut.§.fi.in verb.tutelæ onus eſſe debet.Reſpon.ſm Bal.
a in d.l.pen. Imo. Flo.& Mod.hic,ꝙ tutela eſt honor [a] principa-
liter.l.teſtõ centurio.§.1.ff.de manu.teſta.quia eſt poteſtas in ca
pite libero.l.1.C.de tutel.& Inſti.de tutel.in prin. licèt in conſe-
quentiam habeat onus annexum,vt iurib.prælleg.ideo atten
ditur illud,quod principale eſt.l.ſi quis nec cauſam.ſ.ſi cer.pet.
vel aliter reſponde,ſecundum Bar.in d.l.pe.ꝙ ibi ſpeciale ſit fa
uore pupilli,vt plures habeat adminiſtratores. Et per iſta cum
laude Dei remanet expeditus iſte.§.

ADDITIO.

a ¶Honor.Adde,ꝙ tutela eſt honor principaliter,ſecundariò eſt onus, text.eſt in l.poſt ſuſceptam.in fi.ff.de excuſ.tut.

*SVMMARIVM.*

1 *Legatum ſi in vna parte alternatiuæ eſt vnum, licèt in alia parte plura,illud,quod eſt vnum, non recipit diuiſionem.*
2 *Vna pars alternatiuæ ſi eſt indiuidua, altera quoque cenſetur indiuidua.*
*Nomen numerale octo,ſtat collectiuè.*
3 *Legatum quando eſt vnum,non poteſt tantum pro parte acceptari.*
4 *Dictio in ſingulos,eſt diſtributiua.*
5 *Legatarius habens electionem legati alternatiui,non poteſt eligere partem in vno,& partem in altero,quando in vna parte alternatiuæ legatum eſt vnum,et in altera plures quãtitates ſubrogatæ loco vnius.*
6 *Ruſticus,qui tenetur per ſingulos annos præſtare certas operas,aut pro ſingulis operis ſolidos quinque,non poteſt cogi ad præſtandam partem operarum,& partem pecuniæ.*
7 *Legatum ſi eſt factum Titio per teſtatorem de ſeruis lecticarijs, aut Stichum,& Pamphilum,tunc legatarius eliget Stichum,quia iſta ſecunda pars altrrnatiuæ non eſt reſpectiua ad primam.*
8 *Vnitas legati non poteſt pro parte acceptari, & pro parte repudiari.*
9 *Legatarius in legato alternatiuo habet electionem.*
10 *Rei vendicatio datur pro legato alternatiuo ante electionem, contra Barto.*
11 *Pecunia & nummus ſunt ſynonyma,& idem important.*
*Pecunia poteſt capi tribus modis.*
12 *Nummorum appellatione quòd non veniant omnes res mutuabiles.*
13 *Quantitas ſi legatur ad pondus,dicitur vnum legatum, non tot legata, quot pondera.*
14 *Alternatiua tribuit actum verbi alteri ex membris alternatiuæ inſolidum.*
15 *Nomina numeralia duo,tria,octo,& ſimilia dicuntur collectiua,non diſtributiua,ſeu diuiſiua.*
16 *Argumentum de tempore ad rem an procedat,& nu.19.circa fi.*
17 *Habitatio an cohæreat perſonæ,& an habens habitationem poſſit eam locare.& nu.18.*
19 *Habitatio ſi legatur alicui quoad viueret, an dicatur vnum legatum, vel plura,& idem in ſtipulationibus.*
20 *Variatio electionis in contractibus eſt permiſſa,non in vltimis voluntatibus.*
21 *Dictio alterutra,ideſt vtraque.*
22 *Variatio circa idem,vel circa res,quæ ratione connexitatis idem cenſentur,quando permittatur.*
23 *Poſtulantes aliquem in prelatum,etiam poſt poſtulationem antequam poſtulatio ſuperiori præſentata ſit,variare non poſſunt.*
*Eligentes electione facta variare non poſſunt.*
24 *Variari quando poſſit in electionibus officiorum,remiſſiuè.*
*Patronus laicus in præſentando quot modis variare poſſit.*
25 *Variatio euitanda eſt,maximè in perſonis eccleſiaſticis.*
26 *Variare an poſſit dominus prædij ſeruientis in ſeruitute viæ.*
27 *Doc.qui malè conſuluit,poteſt conſilium emendare,& variare.*
28 *Contrarietas licèt ſit turpis in Doctore,tamen ſpeculatiua,& imaginatiua,quæ eſt vtilior pars intellectus,non ſemper eſt eadem.*
29 *Reuocare hominem,quod malè loquutus ſit,eſt magnæ ſapientiæ.*
30 *Conſilium in melius mutare ſapientis eſt.*
*Reprehenſibile non debet iudicari, ſi ſecundum varietatem temporum ſtatuta humana variantur.*
31 *Iuſtum tempore guerræ quid ſit quod tempore pacis eſt iniuſtum.*
32 *Hominis propoſitum variabile eſt,& mutabile.*

## §. Si ita legatum.

Iſte.§. erit multum notabilis,& ſubtilis,vt appare-
1 bit ex infra dicendis.† Si in vna parte alternatiuæ legatum eſt
vnum,licèt in alia plura,illud,quod eſt vnum, non recipit di-
uiſionem propter plura. hoc dicit ſm Bar. ¶ Iſtud ſummariũ
* *communiter ſequuntur* Doc.& in ſpecie Do. Alex.& Are.ſed po-
ſtea infra ſibijpſis ꝯriantur, dum reprehendunt iſtum intelle-
ctum Bar.& tenent,ꝙ in vtraque parte alternatiuæ legatum ſit
vnum,vt probat ſm eos iſte tex.in verbo alterutro. ſed ego.ff.
2 defendam Bar.Tu ſumma breuius.†Si vna pars alternatiuę eſt
indiuidua,altera quoque cenſẽ eſſe indiuidua.hoc dicit. ¶Di
uiditur iſte §.in 5.partes.In prima ponitur thema,deciſio,& ra
tio decidendi. In ſecunda comprobatur deciſio per ſimile. In
tertia comprobatur per deductionem ad abſurdum. In quar-
ta tollitur quędam tacita opp.In quinta & vlt.ex remotione il
lius obiectionis infertur concluſio. Secunda ibi, quemadmo-
dum ſi olei.Tertia ibi,ne aliter obſeruantib. Quarta ibi,nec in-
tereſt.Quinta & vlt.eſt ibi,& certè octo ſeruis.¶In tex.ibi,lecti
carios octo.iſtud legatum dicitur vnum, licèt contineat octo
ſeruos,poſtq̃ non fuerunt ſingulariter nominati,ſed per nomẽ
numerale octo,quod ſtat collectiuè,vt dicetur in gl. 2. ſicut ſi
ſimpliciter dixiſſet,ſeruos meos lecticarios.l.ſcire debemus.in
3 §.ſtipulationem.ff.de verb.obli. † ideo cùm vnum ſit legatum,
non

non pōt pro parte tm̄ acceptari.l.neminem.cum l.seq.j.de leg.
2.& l.legatarius.j.eo.¶In tex.ibi,aut pro his in homines singu-
los certam pecuniam:Ista pars alternatiuæ censetur continere
4 plura legata pp†dictionem in singulos,q̄ est distributiua, sicut
si testator octo vicib. legasset decē, secus si dictio distributiua
non esset apposita,vt quia dixisset, aut octuaginta pro oībus
seruis,tunc etiam hoc casu vnicum esset legatum factum per
nomen collectiuum,vt in vltima parte huius tex. tñ in vtroq;
casu idem est,vt non possit legatarius alternatiuus partem de
vno acceptare,& partem de altero inuito hærede,vt in fin.hu-
ius.§.quia licèt in secunda parte alternatiuæ sint plura legata,
tñ subrogantur loco vnius contenti in 1.par.& istud est, quod
vult dicere tex.dum assignat rōnem decidendi, quia vnum in
alterutra cā legatum sit.q.d.sufficit,ꝙ sit vnum in altera parte
alternatiuæ.¶In tex.ibi, ne aliter obseruantibus,probat decis.
per reductionem ad absurdum,quia si legatarius posset elige-
re partem in vna,& partē in altera, sequeretur, ꝙ si testator le-
garet Stichum aut decem,quo casu in vtraque parte alternati
uæ legatum est vnum,ꝙ posset diuidere, & petere partem in
vno hoīe,& partem quantitatis,& tñ ꝯns est falsum. l.in execu
tione.§.pro parte.j.de ver.ob.ergo & antecedens.Sed aduerte,
ꝙ istud inconueniens,vel absurdum Iurisconsl. non vr̄ bñ ada-
ptari ad decisionem huius tex.non.n.vr̄ esse bonum arg. de di-
uisione eiusdem speciei,& sic vnius hoīs ad diuisionem pluriū
specierum,vbi vnaquæq; remanet integra,nisi dicas, ꝙ Iurisc.
ita habeat pro absurdo,ꝙ vnum,& idem legatum pluriū spe-
cierum diuidatur,iux.l.neminem.cū l.seq.j.de leg. 2. sicut hēt
pro absurdo,ꝙ solutio fiat in parte eiusdem hoīs, iuxta d.l. in
executione.§.pro parte.¶In tex.ibi,nec interest.tollit quādam
tacitam opp.quæ posset fieri,ꝙ si testator legasset vni octo ser
uos,aut pro eis octuaginta,& sic summam non diuisisset,pos-
set tunc procedere decisio tex.sed quia hic est facta diuisio di-
cendo,aut in singulos hoīes certam pecuniam, non deberet
procedere,ꝙ dicit tex.Ad hoc rñ.Iurisc.ꝙ non refert an fuerit
diuisa,vel coniunctim posita,quia sicut si coniunctim ponere-
tur,non posset fieri diuisio,vt subijcit tex.in fi.ibi, aut pro oīb.
certa pecunia.ita etiam qñ diuisim, vt in primo exemplo text.
5 ¶†No.1.ex isto tex. ꝙ legatarius habens electionem legati al-
ternatiui,non pōt eligere partem in vno, & partem in altero,
qñ in vna parte alternatiuæ legatum est vnum,& in altera plu
res quantitates sunt subrogatæ loco vnius, ita ꝙ secunda pars
quis distributiua respicit primam cōiunctam, & hoc respectu
sequitur effectum primæ indiuiduæ.nam testator in hoc text.
voluit legatarium hr̄e vel octo seruos simul,vel pro omnibus
certam quantitatem pecuniæ,vt dicit tex.in versi.fi. ideo alte-
rum tm̄ debet integraliter eligere.¶Per istum tex. determināt
6 Dy.Bal.Imo.Fulg.& D.Alex.hic,†ꝙ si miles debet hr̄e à qbus-
dam rusticis suis singulis annis certas operas, aut pro singulis
operis solidos quinque,non poterit præstari,nec peti pars ope
rarum,& pars pecuniæ.& ita tenet gl.in l.si sterilis.§.fi. in verb.
præstari.s̃.de act emp.¶Limita istum tex.duob.no. modis, fm
7 D.Pet.de Bexu.Primò limita,†qñ secunda pars alternatiuæ nō
esset respectiua ad primam,puta,quia testator legaret octo le-
cticarios seruos,aut Stichum & Pamphilum,tunc posset elige
re solùm Stichum,quia ista secunda pars alternatiua, aut Sti-
chum & Pamphilum, non refertur ad primam, sicut in hoc
tex.vbi dicit,vel in singulos seruos,de quibus dixerat in 1. par-
te.vnde legatarius poterit eligere vnum de positis in 2. parte
alternatiuæ.s.Stichum de per se, quia quo ad secundam partē
sunt plura legata,& ideo poterit eligere de plurib.legatis duo,
nihil eligendo de 1.parte alternatiuæ.l.sed duob.& l.2.j.titu.1.
Ita sub dubio fortè limitat præfatus D.Petr.de Bexu. dicens se
istud ponere vltra Doc.¶Secundò no.limita,ꝙ in terminis hu
ius tex.posset iste legatarius alternatiuus accipere duo,aut tria
decem,& nullum de seruis lecticarijs accipere, quia iste text.
hoc non negat,sed tm̄ prohibet legatarium accipere partē ser-
uorum,& partem pecuniæ,quia si consideras secundam partē
alternatiuæ de per se ibi, aut in singulos seruos certam quanti-
tatem,certè tot sunt legata,quot quantitates distributiuę in sin
gulos seruos.vnde pōt vnam acceptare, dummodo velit par-
tem de mancipijs,quia isto casu non acceptat nisi vnam partē
alternatiuæ,& hoc potest.ita vt dixi egregiè limitat D.Petr.de
Bexu.hic.Idem tenent Mod.Sen.& sibi ascribūt, nullam de eo
facientes mentionem.Mihi neutra istarum limitationum pla-
cet,non quidem prima,quia etiam in primo casu secūda pars
alternatiuæ de Sticho,& Pamphilo est respectiua ad primam
partem alternatiuæ,videlicet casu,quo illa prima nō accepte-
tur.ista rō assignata in tex.quia in vtraque parte legatū est vnū,
8 militat ēt isto casu,quia†vnitas legati non pōt pro parte acce-
ptari,& pro parte repudiari.d.l.neminē.& l.seq.& l.legatarius.
in prin.j.eo.& p hoc ēt ꝯfunditur secunda limitatio.Præterea
legatum,quod est indiuiduū in vna parte alternatiuæ, censet
ēt indiuiduum in altera parte,vt hoc tex.in ratione per eū assi-
gnata.Item iste text.æquiparat pecuniā diuisim legatam in sin-
gulos seruos,vt in prin.huius text. & coniunctim legatam pro
oīb.seruis,vt in vlt.parte tex.Sed qñ esset cōiunctim legata, nō
posset pro parte acceptari,vt iurib.palle.ergo nec alio casu,qñ
summa esset diuisa.¶Tertiò modo limita fm gl.primam hic,
& ibi expressius Bar.vbi dicetur.¶Scd̄ò pondera text. ibi,vtrū
legatarius volet.nam vr̄ innuere,ꝙ si ista verba non fuissent ex
pressa p testatorem,ꝙ non esset electio legatarij. ꝯrium tñ est
9 verum per l.Lucio.& ibi gl.magistra.j.de leg.2.†vbi in alterna
tiuis in dubio electio est legatarij.vnde in hoc tex. fuit expres-
sum à testatore illud, qd̄ tacitè inerat. Adde tñ idem esse,ēt si
electio esset debitoris,& sic hæredis; quia non posset legatario
inuito soluere partem de vno ex alternatiuis,& partem de alte-
ro.d.l.in executione. §. pro parte. ¶ Tertiò diligenter pondera
tex.ibi,non pōt legatarius partem seruorum vendicare,in illo
10 verbo vendicare,hic videri tex.mirabilem,† ꝙ in legato alter-
natiuo competit vendicatio ante electionem factam, ꝯ doct.
Bar.& cōem in l.1.in vlt.col.s̃.eo.Nec dicatur,ꝙ in isto tex.pe
tendo dicatur eligere,q a cū talis petitio nihil de iure valeat, vt
hoc tex.ideo non consumit electionē,tex.est in l.2.in princ. j.
de opt.leg.Bar.in l.serui electione. in prin.in 1.opp.s̃.ea.l.cogi-
ta super hoc.¶Quartò pondera tex.ibi,certam pecuniam.& j.
11 proximè,nummos petere,& sic†Iurisc. vtit̄ promiscuè termi-
no pecunia,& termino nummos,& sic vult, ꝙ sint synonyma
idem importantia.ad idem tex.in l.certi conditio. §. si nūmos,
& in l.filiusfa.& in l.singularia.s̃.si cer.pet. & in l.nummis. s̃.de
in lit.iuran.& in l.litigatores.§.quod ait prætor.s̃.de arbi.& tex.
in l.scire debemus.in prin.j.de verb.obl.capit pecuniam,dena-
rios,& nummos pro eod.¶Hinc infertur,ꝙ sicut terminus pe
a cunia, [a] pōt capi trib.modis strictè pro pecunia num.secundò
largè pro oī re mutuabili,& largissimè pro quacunq; re mun
di,q̄ sit mobilis,vt declarant Bar.& Scrib. in l. talis scriptura.in
prin.& ibi dicetur.j.eod.ꝙ ēt idem sit in dictione nummus.&
ita sentit Bar.in d.l.singularia.in 3.col.in quarto speciali.Cōtra-
rium ibi expresse tenent Sali.& Lud.Ro.vterq; in 3.colu.quia
12 dictio nummis,strictius accipitur,q̄ terminus pecunia, †& ap
pellatione nummi non veniunt oēs res mutuabiles, sicut ap-
pellatione pecuniæ, qd̄ probant ex diuersa etymologia voca-
bulorum. nam pecunia olim deriuationē sumpsit à pecudib.
in quib.olim consistebant hoīum facultates,fm Catholiconē,
quem ipsi allegant.& est tex.expressus, licèt ipsi nō allegent,in
c.totum quicquid.1.q.3.Nimirum si appellatione pecunię oīa
pñt comprehendi. Sed nummus deriuationem sumpsit à nu-
mero,vel à noīe,vel fm alios à Numa Pompilio, quæ deriua-
tio alijs reb.non conuenit.¶Quintò no.ex isto tex.in vers.quē-
13 admodum,& sic in secunda parte,fm Are.† ꝙ qñ legatur cer-
ta quantitas ad pondus,non dn̄r esse tot legata, quot pondera,
sed dr̄ vnum legatum pp vnum nomen numerale. s.quinqua-
ginta,quod complectitur ista pondera.Bene facit, ꝙ si quis do
nat alicui mille pondera olei, non censent plures donationes,
sed vna.ideo si excedat summam quingentorum aureorū,re-
quirit insinuationem, aliàs nihil valeret. l. si quis argentum. in
prin.iuncto ver.sed in his omnib.& l.sancimus.§.1.C.de don.&
multum no.Bar.in l.Modestinus.circa fi.j.eo.de don. ¶Expedi
tis textua. capio gl.prin.in verbo lecticarios, quam diuide in 2.
partes.In prima declarat tex.qui dicantur serui lecticarij, & di-
cit,ꝙ qui sciunt facere lecticas. melius est dicere, qui ferebant
lecticas,quibus Romani,præsertim consules,vehebantur.In se
cūda remouet vnum ꝯrium, & limitat istum tex. Scd̄a est ibi,
& facit vim.¶In ea.gl.ad fi.ex 2.parte gl.habes duo notare.Pri
mò limitationem ad hunc tex.vt non procedat,qñ ex vtraque
parte alternatiuæ essent plura legata disiuncta,tunc posset par-
tē de vno,& partē de altero eligere,& in hoc ista gl.est satis for
* tis,fm Bar.hic,qui eam tenet.*& cōiter alij Scrib.* Solus D. Iaco.
But.ad fi.tenet ꝯrium,ꝙ imò iste tex. procedat, ēt qñ in vtraq;
parte

ADDITIO.

a ¶Pecunia.Adde,qualiter sumatur verbum pecuniæ,& vide glo.in l.2. §.pen.
& fi.ff.si cer.pet.Bar.in l.talis scriptura.hoc tit.Quid in rescrip.& dic, quòd
strictè sumitur,teste Rom. sing.210.no.Alex.& alij in d.l.talis scriptura. vn-
de autem dicatur pecunia,vide Catel.ver.peculium.vbi declarat sententiam
I.C.in l.si Chorus.§.1.hoc titu. dum inquit, pecuniam sine peculio fragilem
esse,& inquit,sine peculio,idest sine lucro industria parto. de quo vide quæ
idem scribit versic. pecunia.vbi plures de pecunia sententias refert,& inter
aliàs, quod est vita hominis, iuxta illud, Et genus, & formam Regina pe-
cunia donat. & alibi, pecunia est anima miseris mortalibus, teste Hesiodo.
Quod adducitur in prouerb. Anima, & vita: tametsi veros Philosophantes
pecuniam contemnere dicat.I.C.in l.in honorib.§.pe.ff.de vac. mun. Quod
Christianum magis decere monet Pau.Thimot.1.c.6. MASVER.

parte alternatiuæ eſſent plura legata,quia adhuc legatarius nō
poſſet partem acceptare in vno,& partem in altero.& iſtud eſt
14 ſecundum eum † propter naturam alternatiuæ, quæ tribuit
actum verbi alteri ex membris inſolidum.arg. l. ſi hæredi plu-
res.ſ.de condi.inſti.nec poteſt quis diuidere.l.2.§. ex his. & l. in
executione.§.pro parte.ĵ.de verbo.obliga.& l. ſi non ſortem.§.
pen.ſupra de condi.indebi. Tu tene limitationem glo. cōmu-
niter approbatam, & eam confirma per iſtum text. in ratione
decidendi,dum dicit,qua in alterutra vnum eſt legatum,ergo
vult,quòd ſi in vtraque parte alternatiuæ plura eſſent legata,
deberet in eis admitti diuiſio.Nec obſtant iura allega. per Do.
Iaco.:Put.quia procedunt,quando deueniremus ad inconue-
niens.d.l.in executio.§.pro parte.ſ.ꝙ in vna parte eiuſdem ſpe-
ciei fieret particularis ſolutio,quod inconueniens ceſſat in ter
15 minis iſtis.¶†Secundò no.ex iſta gl.ꝙ nomina numeralia,ſci-
licet duo,tria,octo,& ſimilia,ſunt nomina collectiua,nec dicū
tur diſtributiua,ſeu diuiſiua.& iſtam gl. ſequuntur ſimpliciter
Bar.& alij.& ad hoc quotidie allegatur iſta glo.facit ad ſophiſ-
ma,quo vtūtur Logici, videlicet Apoſtoli Chriſti ſunt 12.Pet.
& Pau.ſunt Apoſtoli.ergo Pet.& Pau.ſunt 12.Iſta conſequen
tia non tenet,quia terminus Apoſtoli,in maiori propoſitione
ſtat collectiuè propter nomen numerale 12.vt hac gl.in mino
re autem propoſitione ſtat diſtributiuè.¶Contra iſtud no.glo.
approbatę per Bar.& omnes,allego fortē tex. quem nemo al-
leg.hic in l.ſi ita ſit ſcriptum.ĵ.eo.vbi teſtator in teſtamento di
xit,ſi cui bis legauero, ſemel deberi volo. deinde legauit duos
fundos,vel duas quātitates,tunc illa nomina numeralia duos,
non ſtant collectiuè,quia tunc vnum eſſet legatum, ſed ſtant
diſtributiuè,& ſic cenſentur duo legata, & ſic cenſetur bis le-
gaſſe,ideo vnum ex eis cenſetur ademptum per illam clauſu-
lam derogatoriam pręcedentem,ſi cui bis legauero,ſemel de-
beri volo.Pau.de Caſt.ibi reſpō.ꝙ ille tex.procedit attenta mē
te teſtatoris,& non proprietate verborum,quia teſtator ibi po
tius conſiderauit pluralitatem rerum legatarum, quàm actū
legandi,& ad hoc reputat Pau.de Caſt.illum tex.eſſe ſing. & ſe
quitur ibidem.D.Alex.in 1.no.Raph.Cuman.& Are.ibi dicūt,
ꝙ ille tex.procedit,quando teſtator illos duos fundos ſpeciali-
ter nominauit,puta,lego fundum Sempronianum, & fundū
Cornelianum, aliàs ſecundum eos eſſet vnicum legatum de
duobus fundis,per iſtum tex. cum gl. & conſequenter non ꝓ-
16 cederet ille tex.reſeruo ibidem latius dicendum. ¶†Capio gl.
in verb.nummos petere,quæ opponit de l.ſi ſterilis.§.fin.& illa
opp. venit arguendo de tempore ad rem, iuxta. l. miles ita. in
prin.ſ.de teſta.mili.vnde ſicut ibi admittitur variatio in tēpo-
re,ita hic deberet admitti variatio in rebus & dupliciter reſpō.
Bar. vtranq; ſol.gl.reprehendēdo.Salua tamen ſecundam ſol.
gl.ꝙ in d.l.ſi ſterilis.§.fi. in ſtipulatione annua veniebat aliquid
implendum illi,cui ſtipulatio quæritur, ꝙ perſonæ eius cohæ-
ret,vt eſt habitatio,tunc tot cenſentur ſtipulationes, quot ſunt
anni.l.ſi ſeruus communis Męuij.ĵ.de ſtipul.ſer.Cum iſta ſolu.
* Bar.*tranſeunt communiter Scrib.* præſertim Bald.& Ang.Sali.Flo.
D.Chriſtoph.de Caſtil.Imo.Pau.de Caſt.& D.Alex. hic,& idē
Bar.in d.l.ſi ſterilis.§.fi.& in ſimili Bar.in l.à nobis.ĵ. de annu.le-
17 ga.¶†Sed aduerte,quòd Bar.facit aſſumptum, ꝙ habitatio do
mus cohæreat perſonæ ſtipulatoris, ſed iſtud aſſumptum non
probatur lege,nec ratione. Iſtud ergo aſſumptum nititur Do.
Alex.per aliqua comprobare,pręſertim quia habens habitatio
nem non poteſt alteri locare.Mirandum eſt de tanto patre,ꝗa
dicit contra tex.expreſſum in l.cùm antiquitas.C.de vſufr. vbi
18 eſt tex.ad literam,†ꝙ habens habitationem poteſt eam alteri
locare,& ibidem tex.circa med. aſſignat rationem, quia nihil
intereſt,an ipſe legatarius inhabitet domum,an verò alij eam
locet,vt mercedem accipiat.vnde D.Alex. in hoc grauiter er-
rauit inaduertenter locutus. Ego non eundo per mendicata
ſuffragia pro iſto aſſumpto Bar. ꝙ habitatio domus cohæreat
perſonæ,allego tibi tex.expreſſum in l.ſi habitatio.infra quādo
dies leg.ced.vbi ad literam dicit tex.ꝙ habitatio cohæret per-
ſonæ.iſta ſol.Bar.licèt communiter approbata videtur cōfun-
di per tex.clarum in l.damnas eſto.in prin. infra de vſufru. leg.
19 vbi†teſtator legat alicui habitationem domus,quoad legata-
rius viueret.dicit tex.ꝙ vnum videtur eſſe legatum. ergo con-
tra ſol.Bar.volentis, ꝙ tot cenſeantur ſtipulationes, quot ſunt
anni habitationis.& illum text.allegant Mod. Sen.hic circa fi.
Quaſdam aliàs ſol.ad iſtud contrarium gl.referunt D. Alex. &
Mod.hic,quas per te videas.¶Ego autem licèt Alex.& Are.di-
cant,ꝙ iſtud ꝯrium de d.l.ſi ſterilis.§.fi. ſit valde difficile, puto
de facili aliter poſſe reſponderi,ꝙ ibi non dicitur, ꝙ poſſit ſol-
ui pars de habitatione, & pars de pecunia, tunc ſi ita diceret
tex.eſſet de directo contra tex.noſtrum,ſed tex.ibi dicit, ꝙ ſin-
gulis annis de altero debet integrè ſolui, vel integra habitatio
per totum annum, vel integra decē,ergo ibi decidit illud idē,
quod hic,ergo non videtur facere ad oppoſitum. Nec obſtat
ſi diceretur,ꝙ ibi permittatur variatio ex tempore, & ꝙ vno
anno poſſet concedi habitatio,& poſtea alio anno pecunia,&
ſic ſucceſſiuè de anno in annum permittitur variatio ex tēpo-
re,ergo ſimiliter in hoc tex.deberet permitti variatio in reb. ar-
guendo,vt dixi,de tempore ad res,quia ad hoc not. reſponde-
20 tur,ꝙ ille tex.loquitur in cōtractibus,† & in contractibus per-
miſſa eſt variatio electionis.l.eum qui certarum.§.fi.ĵ.de verb.
oblig.ſecus eſt in vlti.voluntatib.in quibus loquitur iſte.§.quia
in eis non permittitur variatio.l.ſerui electione.in prin.ſ.eo. &
hoc modo poſſes ſaluare primam ſol.huius glo.dum facit dif
ferentiam inter contractus,& vltimas volun.licèt Bart.& om-
nes eam reprobent.Eſt verum,quòd glo.in illa prima ſolu.ali-
ter mouetur,quàm ego dixerim.Prætereà in d.l.ſi ſterilis.§. fin.
illa conuentio habebat tractum ſucceſſiuum in futurum, do-
nec venditor viueret ſuper diuerſis pręſtationibus diuerſarum
rerum,nimirum ſi ſingulis annis admittitur variatio habitatio-
nis,vel pecuniæ,quod non eſt in hoc.§.vbi venit illud,quod ha
bet cauſam momentaneam,& poteſt momēto expediri.¶Ca
pio glo.in verb.in alterutra.glo.ponit duos intellectus ad text.
in illo verbo in alterutra.Barto.aliter intelligit, vt hic per eum,
& licèt Raph.Cuman.Are.& Dom. Alexan. videantur repro-
21 bare per iſtum text.† in verb. in alterutra. quod intelligitur,
ideſt vtraque,per §.præcedentem.& l.1.§.fin. ſ.de ferijs.tamen
poſtea in effectu tenent intellectum Bar.vt hic per Do. Alexā.
¶Capio gl.fi.in verb.debere.quam diuide in tres partes. In pri-
ma timore taciti contrarij glo.declarat tex. & illud cōtrarium
eſt.Nam in legato alternatiuo vtrunque debetur, & vtrunque
eſt in obligatione,licèt non in ſolutione.l. illud aut illud. & ibi
glo.magiſtra.ſ.de conſti.pecu.& l.ſi duobus.ĵ.de verb.obl.ſed
contrarium dicitur in hoc tex.in fi.ibi,hæredem nō debere,ꝑ
hoc gl.exponit non debere. ſ. cùm effectu, vt vrunque ſoluat.
In 2.gl.colligit ex tex.no.& contra illud oppo.& ſoluit. In ter-
tia glo.alleg.4.concor.ad tex.Sed caue dum allegat.l.Titio aut
Seio.illa lex nihil facit ad iſtum.§.ſed ad.§.præcedentem.& ſi-
militer.l.3.§.fi.ĵ.de duob.reb.Secunda ibi, & not.variationem.
Tertia ibi.Item facit ad.§. ¶Circa ſecundam partem gl. an &
quando licitum ſit variare,dicunt Dyn.Ray.Bal.& Imo.hic,ꝙ
22 †variatio non permittitur circa idem,vel circa res, quæ ratio-
ne connexitatis cenſentur idem,vt hic,ſed circa penitus diuer
ſa eſt ſecus.l.de reb.ſ.rer. amot. & in l.nonnunquam. in princ.
ĵ.de colla. bon. de qua opp.gl.ideo permittitur variatio, quia
verba erant ſuſpenſiua in futurū.Tu diſtingue in hoc plenius,
& magiſtralius,vt per Bar.in d.l.de rebus.cum concor.& addi
23 tionibus remiſſiuè traditis per D.Alex.hic.¶†Vltra D.Alexan.
adde,ꝙ poſtulantes aliquem in prælatum, poſſunt variare in-
uito poſtulato etiam poſt publicationem ſcrutinij, ante tamē
quàm poſtulatio ſit præſentata ſuperiori,vt probatur in c. bo-
næ.ſecundo,de poſtul.præla.& ibi no.D.Abb.in 2.col. ad fi. ſe-
cus eſt in electione,in qua eligentes poſtquam vnū elegerint,
amplius variare non poſſunt.c.publicato.de elect. Iſtam diffe-
rentiam ponit glo.ordi.28.diſt.in c.de ſyracuſanæ.in glo.2.Ra-
tio diuerſitatis eſt,quia in electione poſt publicationem ſcruti-
nij cenſetur acquiſitum ius electo, ſed per poſtulationem nul
lum ius acquiritur poſtulato, cùm ſit inhabilis, nec ſuperior
poteſt conqueri,ex quo non eſt ſibi facta pręſentatio,ſecundū
24 D.Abb.in d.c.publicato.¶†Quid autem in alijs officijs. an fa-
cta electione ſit licitum eligentibus variare,vide per D. Abbá.
in cap.penul.de poſtul.prælato.poſt Barto.in l.abſenti. infra de
dona.& an electores eccleſiaſtici poſſint variare alium eligen-
do,vide per Dom.Abb.in cap.cauſam quæ.el primo.de elect.
¶Secundò adde,quòd patronus laicus poteſt variare in præ-
ſentando,& ſic vno præſentato poteſt alium poſtea præſenta
a re,& ſic variare.ſecus eſt in patrono clerico. [a] tex. eſt de vtroq;
in c.cùm autem.de iurepatron. ¶ Illud, quod dixi de patrono
laico,ꝙ poſſit variare in præſentando,amplia duobus notabi-
libus modis. Primò,vt procedat etiam in clerico, ſi eſt patro-
nus ratione patrimonij ſui,& ſic præſentat vt laicus, & non vt
clericus.c.cùm dilectus.de iurepatron. & ibi D.Abba.in 2. no.
valde no.illum tex.ad hoc,& dicit,ꝙ alibi non ita bene proba-
tur.¶Secundò amplia,quòd patronus laicus poteſt variare,vt
procedat etiam interpoſita appellatione per primum præſen-
25 tatum.capitu.paſtoralis. de iurepatronat.† Item in perſonis ec
cleſiaſticis variatio maximè eſt euitanda,dicit text. in clemen.
vnic.de renuncia.Item erubeſcenda eſt varietas,dicit text. in l.
eos.ad finē.C.de modo mulct. Et an in beneficijs eccleſiaſticis
poſt

A D D I T I O.

a ¶Patrono clerico. Adde, an & quando variatio ſit permiſſa clerico, & vide quæ ponit Feli.in c.præſentata.col.2.ver.quid autem.extra de teſt.

post acceptationem liceat variare, vide per Gemin.in c.ne ca-
26 ptandæ.in vlti.col.de concessio.præben.in 6. ¶ † Tertio adde
ꝙ in seruitute rustica viæ potest debens talem seruitutem va-
riare locum sine incommodo prædij dominantis. tex. est sing
in l.2.§.pe.ſ.de religio. & sumpt. fune. per quem tex.ita tenent
gl.Bar.& Pau.de Cast.in l.si cui.ſ. de seruitu. titulo generali. D.
Alexan.in l.2.in vlt.col.in princ.ff.solu.matr.quicquid teneant
27 Ang.in d.l.si cui.& Flo.in d.l.2.§.pen. ¶ † Quarto adde, ꝙ Do-
ctor, qui malè consuluit, potest consilium emendare, & sic va-
riare. Ita no.Bal.in l.fin.§.sed cùm in secunda.ad fin.C.de fur. p
a illum tex.vbi Papinianus mutauit cōsilium. [a] idem tenet Bal.
in c.ne innitaris.in vlti.col.de consti.Bal.& Ang.in l. Labeo. de
serui.rusti.prædio.& illam glo.ibi no.Bal.ad excusationem Do
ctorum, qui diuersis temporibus fecerunt diuersa consilia, vel
propter imbecillitatem memoriæ, vel propter mutationē opi
nionis. noua enim quotidie in nobis generantur fantasmata.
Alibi dicit Bal.in consi.92.quartæ partis.quod incip.sciendum
28 est, quòd interdum dos repetitur.in fi. † ꝙ licèt contrarietas sit
turpis in Doctore consulente, tamen speculatiua, & imagina-
tiua, quæ est vtilior pars intellectus, & conclusiua, non semper
est eadem. alibi Bal.in l.de tutela.circa, med.C.de in integ. resti.
mino.dicit, ꝙ quis non dicitur esse sibi contrarius, licèt hodie
credat vnum, & cras credat contrarium. quod facit secundum
eum ad excusationem Doctorum, qui dant consilia contraria
contrarijs temporibus per verbum credo, licèt varietas sit eru
bescenda, d.l.eos.ad fin.& ita etiam tenet Ioan.And.in additio.
Spec.in titu.de requisitio.consilij. §.primo. in versic. occurrit.
¶ Tu adde istis illud, quod dicit egregius tex.22.q.4.in cap.ma-
29 gnæ. † quòd magnæ sapientiæ est reuocare hominem, quod
malè locutus est. Alibi sanum dicitur esse consilium, si quis re-
uocauerit, quod malè fecerit.c.cùm cessante.& ibi Do. Abba.
ad hoc not.de appel. Alibi dicit tex.in cap. qualiter & quando.
el primo.de accus. Non pudeat vos errorem vestrum corrige
re, qui positis estis, vt aliorum corrigatis errores. Alibi dicit so-
lennis tex.in §.1.in fi.in ver.non enim erubescimus. in Authē.
de nup.coll.4. Non enim (inquit Imperator) erubescimus, si qd
melius eorum, quæ ipsi prius statuimus, competenti correctio
ne emendemus, nec ab alijs expectare, vt corrigamur.& ibi gl.
no.secundum Salomonem, ꝙ sapientis est in melius mutare
consilium, & idem dicit gl.in l.nonnunquam. in princip. ī. de
colla.bono. Alibi dicit tex.valde no.in c.non debet. in princip.
30 de consang.& affini. † Non debet reprehensibile iudicari, si se-
cundum varietatem temporum statuta quandoque variantᷓ
humana, cùm etiam ipse Deus ex his, quæ statuerat in veteri
testamento, nonnulla mutauit in nouo.& refert Bal.in l.vnica.
in prin.in 2.col.C.de cadu.tollen. ꝙ sæpè Papiensis Antistes eū
interrogabat, cur leges vna die statuunt vnum, alia die statuūt
aliud oppositum, vnde procedit tanta varietas contra diffini-
31 tionem iustitiæ. † Iustitia est constans, & perpetua voluntas. l.
iustitia.in prin.ſ.de iust.& iur.& Insti.de iusti.& iur.in princ. di-
cit Bal. ꝙ sibi respondebat per illum tex. d. l. vnicæ. quòd sicut
aliquid est iustum tempore guerræ, & est iniustum tēpore pa-
cis, ita illud est iustum, quod cuilibet in tempore suo expedit.
nam sicut medicus obseruat tempora, ita & iurisperitus. pote-
rat Bal. respondere illi Episcopo Papiensi per tex. formalem in
d.cap.non debet.in princip. de quo Bald. non fuit recordatus.
32 ¶ † Quintò adde, ꝙ variatio permittitur, & ꝙ propositum ho
minis est mutabile, & variabile, tex. est no.in c.licèt. de procur.
in 6.& tex.in l.deberi.C.de fideicom.lib.& ibi Bald.ad hoc not.
Et per hoc pulchrè infert, ꝙ si citatus dixerit nuncio citanti, no
b lo venire, [b] ꝙ tamen est expectandus in tota illa citatione, qa
potest variare, & mutare propositum. Idem etiam tenet Bal. in
l.ea quæ.circa prin.C.quomodo, & quando iudi. ¶ Alibi deci-
dit no.Bal.in c.cùm ab homine.circa fi.de iudi. Stante statuto,
ꝙ si quis vulnerauerit aliquem, puniatur in 100.quæ si soluere
noluerit, vel non potuerit intra mensem, amputetur ei manus,
ꝙ licèt ille qui vulnerauerit, protesterur se non soluturum illa
centum, tn̄ debet expectari totus mensis, quia voluntas ho-
minis est variabilis, vt no.in l.qui bona.§.si quis stipulatus.ī. de
dam. infec. Et per ista cum laude Dei remanet expedita hæc
bona materia, & tota ista lex.

### ADDITIONES.

a ¶ Mutauit consilium. Adde Feli.in c.qualiter, & quando.el 1. de accus.in colu.
3.ver.& nota tertiò.

† Et vide quæ de Soc.scribit Dec.in l.precib.colu.2.C.de impub. & quod va-
riatio in Doctore sit turpis, no.Boer.q.62.nu.12.par.1. Quando autem excu
setur, no.Dec.consi.377.col.5.plura Cagno.in Reg.l.nemo potest mutare.de
reg.iur.vbi pulchrè in materia variationis.

b ¶ Nolo venire. Adde, & de veritate huius dicti vide, quæ ponit Bar.in l.fi.in fi.
col.supra de in integ.resti.min.

*SVMMARIVM.*

1 *Res hostium, quę semel fuerunt nostrę, legari possunt propter spem postliminij, & in stipulationem deduci.nu.11.*
2 *Postliminij spes est approbata à iure, propter quam res nostra, quæ est apud hostes, dicitur esse in commercio nostro.*
3 *Res nostra, quæ apud hostes est, si legatur, quis eam redimere habet, an hæres an legatarius.*
4 *Spes sola, quam habet testator ad rem existentem apud hostes, si legatur, an res videatur legata.*
5 *Res mea capta ab hostibus, si recuperatur ab hostibus per milites nostros, an mihi restituenda sit sine pretio.*
6 *Firmius retinetur illud, quod quis habet ex acquisitione sua, & propria virtute, quàm ex persona alterius.*
7 *Res capta ab hostibus, & illico recuperata, fingitur nunquam capta.*
8 *Lex specialis generaliter intelligi debet propter rationem generalem.*
9 *Legatum si non valet, quando relinquitur, non potest postea reconualescere, licèt testator superuiuat, & cesset impedimentum.*
10 *Regula Catoniana non habet locum, vbicunque cessat impedimentum ex causa, quæ retrotrahitur propter fictionem.*
11 *Fictio postliminij impedit regulam Catonianam.*
12 *Concessio facta per Papam Regi Carolo de Regno Hierusalem, tenuit, ex quo semel fuit nostrum propter spem postliminij.*
13 *Papa, & Imperator possunt concedere Regibus nostris Regna, quæ tenētur per Saracenos, quæ antea fuerunt nostra.*
14 *Recuperans Regnum à faucibus infidelium, consequitur plenum ius in illo Regno, absque vllo titulo Papæ.*
*Reges Hispaniæ ideo de iure non recognoscunt Imperatorem, quia de faucibus infidelium eruerunt illa Regna.*
15 *Res quæ semper fuit hostium potest legari, vel donari si capietur ab hostibus.*
16 *Libertatis causa dicitur pia.*
17 *Res mea propria potest mihi legari sub conditione, si desierit esse mea.*
18 *Papa an possit in ciuitatibus, quæ semper fuerunt Saracenorum, constituere Episcopos.*
19 *Rex Franciæ an dicatur Rex Hierusalē, ex quo donatio Papæ non fuit sortita effectum.*
*Episcopus factus in aliqua ciuitate, quæ adhuc est apud Saracenos, an possit Episcopus nominari.*
20 *Suspensio executionis contractus non impedit titulum contractus.*
21 *Electus in Episcopum, & a Papa confirmatus non potest ante consecrationem appellari Episcopus.*
22 *Effectu quod caret, caret nomine, quod ab effectu prouenit.*
23 *Comes sine Comitatu non est propriè, sed abusiuè Comes.*
24 *Comes, qui habet potestatem legitimandi quoscunque exceptis filijs Comitum, poterit legitimare filios naturales Comitum Palatinorum.*

### LEX IX.

## ID, quod apud hostes:

1 † Id, in quo habetur spes postliminij, legari potest.
h.d. ¶ No.primò, ꝙ res hostium, quę semel fuerunt
nostræ, pn̄t à nobis legari pp spem postliminij. dubiū faciebat
tex.in l.apud Iulia.§.fi.ī.eo.vbi res Principis non potest legari,
nec deduci in ꝯctu pp difficultatem præstationis, sed maior
difficultas est in redimendo res à manibus hostium, ergo vi-
debatur, ꝙ non essent in commercio cōi, & sic, ꝙ legari non
possent. ¶ Istam rationem dubitandi mouet tex.in l.fi.ſ. de act.
empt.ibi, potius.n.difficultatem in eo præstando inesse. Con-
2 trarium deciditur in hoc tex. † quia postq̄ res fuit semel nostra,
speratur recuperari posse fictione postliminij, & talis spes est
approbata à iure, in qua potest fundari legatum, & ēt pōt dici
esse in commercio nostro, prout decidit tex.in d.l fi.in verb.es-
set commercium.& ad d l.apud Iulia.§.fi.respond. ꝙ in re no-
stra capta ab hostib.fictio postliminij, quæ habet spem proba-
bilem, operatur validitatem legati, quæ fictio non cadit in re
3 principis, qn̄ per priuatum alteri legatur. ¶ † Pro intellectu hu-
ius tex.quęro de necessaria qōne, qn̄ testator legat rem, q̄ aliqn̄
fuit sua existentem penes hostes, quo casu valet legatū, vt hac
l.an hæres teneatur eam redimere, an verò legatarius? Pau. de
Cast.hic tenet, ꝙ donec fuerit apud hostes, hæres ad nihil tene
tur.si autem fuerit per aliquem ab hostib.recuperata, cùm effi
ciatur capientis.l.in bello.§.si quis seruum.ī.de cap.tūc tenebitᷓ
hæres illam redimere, sicut si testator scienter legasset rem alie
nam, & si ille qui recuperauit, nolit eam vendere, tenebitur hæ
res ex tunc ad æstimationem legatario, iuxta.l. non dubium §.
fi.ī de leg.3.& l.cùm alienā.C.de leg ita dicit Pau.de Cas se in-
telligere hanc.l.& sequuntur Mod.Sen. qui rn̄dent obiectis. D.
Alex.tenentis ꝯrium. D.Alex.dicit, ꝙ ab alio scriptū non repe-

rit,quàm à Pau.de Caſt.& reprehendit,quia non videt rationē diuerſitatis,quare magis hæres teneatur redimere ab illo, qui recuperauit ab hoſtibus,quàm ab ipſis hoſtib.Item quia teſtator videtur ſolum legaſſe ius,quod habet in re legata, etiam ſi in ſola ſpe conſiſtat, & conſequenter videtur ſolam ſpem legaſſe,& conſequenter hæres ad nihilum tenetur. ad hoc allegat tex.no.in l.ſeruum filij.in prin.cum gl.ſ.ſ.eo. & ibi expreſsè firmant Dy.Bal.Ang.& D.Alex.idem tenet Bald.in l. cū alienā.in 2.col.C.de leg.Ego ꝯ D.Alex.& eius opi. allego tibi text.
4 in l.ſi quis ſeruum.§.fi.ſ.de cap.vbi eſt tex.†ꝙ ſi legatarius redemerit ab hoſtibus rem ſibi legatam,debet ab hærede legatario ſolui pretium,quo illam rem redemit, ergo apparet hæredem teneri.Et ad fundamentum D. Alex. an ſola ſpes, quam habet teſtator,intelligatur legata nec ne, an hoc ſit verum, videbimus in d.l.ſeruum filij.in prin.quia in ꝯrium facit text. in d.l. ſi
5 quis ſeruum.§.fi.¶†Subdit D.Alex.ꝙ ſi ſeruus, vel alia res noſtra capta ab hoſtib.per milites noſtros recuperatur ab ipſis hoſtib.per eos venit reſtituenda priori domino ſine vllo pretio. alleg.ad hoc tex.in l.ab hoſtib.2.& ibi Bal.& Ang.C.de cap.licèt ipſe corruptè allegat.l.ſi captiuus.2.C.de cap.& tex. in d.l. ab hoſtib.in fi.aſſignat pulchrā rationem, quia milites noſtros defenſores eſſe decet, & non fieri dominos, alij nihil tangunt. Ego in ꝯrium allego egregium tex.notabiliter diſtinguentē in l.ſi quid bello.ſ.de capt.vbi eſt tex.ꝙ ſi milites noſtri recuperauerint ab hoſtibus rem noſtram,non tenentur nobis reſtituere,niſi oblato pretio,ſaluo niſi illa res fuerit prius noſtra, eo ꝗa eam virtute bellica acquiſiuerimus,tunc bene debet reſtitui illi priori domino.& Bar.ibi in 1.no. notat multum generaliter, ꝙ illud,quod capitur in bello, efficitur capientis, nec reuertitꝰ ad priorem dominū,niſi prioris domini fuiſſet ex virtute bellica propter occupationem prius per eum in bello factam. ex
6 quo ſucceſſiuè no.Bar.†ꝙ firmius retinetur illud,quod quis habet ex acquiſitione ſua,& propria virtute,quàm ex perſona alterius.de quo vltimo dicam ſtatim in l. ſeq. & ſic vides duos tex.qui adinuicem contrariantur ſ tex in d.l.ab hoſtib.2.& tex.
a in d.l.ſi quid bello.Ang. in d.l.ab hoſtib.[a] pro concordia diſtinguit,ꝙ aut prædam ab hoſtibus captam milites noſtri vi armorum incontinenti recuperant,& tunc illam debent ſine pretio reſtituere prioribus dominis, per illum tex. in verb.illico.quē
7 tex.ſic intelligit Angel.†Item quia fingitur nunquam capta ab hoſtibus propter ſubitam recuperationem l.3.§.cum igitur.ff. de vi & vi arm.Si autem fuiſſet recuperata ex interuallo poſt, tunc cùm ſemel perfectè ſit facta hoſtium, non debet reſtitui priori domino.ſed diuiditur inter ipſos milites recuperantes. ¶Tu aduerte.licèt alij nihil tangant, ꝙ Ang. in primo mēbro æquiuocat ad illum text.in l.ab hoſtib. 2.in verb.illico.qđ verbum non refertur ad præcedentia,vt intelligit Ang. dum dicit tex.virtute militum noſtrorum liberari illico,quia illud illico, non refertur ad iſta præcedentia.ſed bene ad ſequentia. ſ.illico ſtatim quæ amiſerunt,recipiunt.Contra ſecūdum membrum Ang quòd quando præda fuit recuperata ex interuallo ab hoſtibus,non ſit reſtituenda priori domino, ſed diuidenda inter ipſos milites recuperantes, aduerte, quia fortiter obſtat ratio generalis poſita in d.l.ab hoſtib.in fi.vbi tex.aſſignat rationem, quia milites noſtros defenſores eſſe cōuenit, & non dominos,
8 nam nos habemus,†quòd quādo ratio legis eſt generalis,& ipſa lex ſpecialis,tamen generaliter eſt intelligenda ipſa lex propter rationem generalem.l.regula.§.ſed ſi quis in verſ.& licèt. vbi Barto & Bald.ad hoc no.ff.de iu.& fac.igno. ¶Capio gl.in verb. conſiſtere, quam diuide in tres partes. In prima declarat tex.& eū dupliciter ampliat. In ſecunda remouet vnū contrarium.In tertia allegat tres cōcor.ad tex.Secunda eſt ibi, ſed ſi fuit noſtra.Tertia & vlti.eſt ibi,item facit.¶In ſecunda parte
* gl.dic,quòd *communiter tenetur* iſta ſol. gl. quæ eſt vera ad dictū contrarium.l.liber homo.parua.in fi.ſ.de verb.oblig. Aliam tamen ſol.ponit gl.in contrario.& gl.in l.in teſtamentis. ſ. de reg. iur.ꝙ aliud ſit in legato,vt hic,aliud in ſtipulatione, vt in contrario.Ratio diuerſitatis eſt,quia dies ſtipulationis ſtatim cedit quo ad eius validitatem,legatum verò cedit à morte teſtatoris.iſtam ſol.reprehēdit Bar.propter regulam Caton.quę vult,
9 †ꝙ ſi non valet legatum tunc cùm relinquitur,non poteſt poſteà reconualeſcere,licèt teſtator ſuperuiuat,& ceſſet impedimentum.l.1.& per totum.ſ.de reg.Caton.l.cætera.§.1.ſ.eodē. & cum iſta reprehenſione Bar.omnes indifferenter tenent. ita etiam tenent Bar.& alij in d.l liber homo.parua.licèt Barto. & omnes ita teneant, credo ꝙ ſit inaduertenter, & erroneè dictum.quia in re noſtra capta ab hoſtib. alij legata regula Caton nihil obſtat,nec habet locum,dato ꝙ à principio non va-
10 leret,†eo quia regula Caton. non habet locum, vbicunq; ceſſat impedimentum ex cauſa,quæ retrotrahitur propter fictionem,tex.eſt in l.ſeruum filij. in princ.& ibi Bart. ita ſummat.ſ.

eo.& per illam.l. ſeruum filij.ita etiam determinat Bart. in l. ſ. in 3.col.ſ.de reg.Caton.& in l.ſi ſeruo.§.1.ſ.eo.Sed poſtliminiū fingit vſque retro rem fuiſſe noſtram.l.retro.& l.poſtliminij.in prin.& l.poſtliminium.ſ.de cap.& poſtlim.reuer.& §. ſi ab hoſtib.Inſti.quib.mod. ius pat. pot. ſol. ergo in caſu noſtro ceſſat regula Caton.& iſtud patet in hoc text. vbi fictio poſtliminij impedit regulam Caton.quæ aliàs attenta veritate haberet locum.vnde ſi teſtator legaſſet rem,quæ ſemper fuiſſet hoſtium, quia tunc ceſſaret fictio poſtliminij dato,ꝙ teſtator ſuperuiueret,& efficeretur ſua,non valeret legatum,quia tunc non ceſſa
11 ret regula Catoniana.¶†Retenta ſol.glo.noſtræ vera,& communi,ꝙ in re,quæ ſemel fuit noſtra,& nunc eſt ab hoſtib. occupata,valet ſtipulatio,& legatum propter ſpem poſtliminij,
12 vt in hoc tex.¶†Per hoc infert no.Bar.quòd Papa potuit concedere Regnum Hieruſalem Carolo Regi,& eius ſucceſſorib. eo quia licèt Eccleſia nunc nihil teneat de tali Regno, tamen quia ſemel fuit Eccleſiæ,valuit talis conceſſio propter ius, &
* ſpem poſtliminij.Cum Barto.*tranſeunt indifferenter omnes hic.* Tu aduerte,inquantum Bar.præſupponit, quod Regnum Hieruſalem ſemel fuit Eccleſiæ, iſtud non videtur eſſe verum, imò Regnum Hieruſalem fuit Romanorum Imperatorum, quib. erant ſubiecti Iudæi,& proptereà dicit in ſpecie Inn. in c. cùm ſuper.circa medium.de voto. ꝙ terra Sancta, & ſic Regnum Hieruſalem iuſto bello fuit deuicta ab Imperatore Romano poſt mortem Chriſti,vnde Papa non videtur habere ius in eo, ſed Imperator,& ſic videtur Papa donaſſe Regi Carolo rem alienam,& proptereà nullum ius in ſpe poſtliminij conſtituiſſe,iuxta l.Ariſto.§.Labeo.ſ.de don. Id circo ipſemet Bar.fortè de hoc perpedens in d.l.liber homo.parua,melius dicit,ꝙ Regnum Hieruſalem iam fuit noſtrum, & non dicit Eccleſiæ ꝑ
13 ut hic.Similiter idem Bar.in d.l.fi.ſupra de actio.empt.† dicit, ꝙ Papa, & Imperator poſſunt cōcedere Regib. noſtris Regna quæ tenentur per Saracenos,quæ ante fuerunt noſtra,& ſic Papa poteſt concedere Regna,quæ iā fuerunt Eccleſiæ,ſed nunc occupantur ab infidelibus, & Imperator illa quæ fuerunt de imperio. Nam Papa non poteſt de aliquo ſe impedire niſi in ſpiritualibus de his,quæ ſpectant Imperatori.tex.eſt no. in cap. cùm ad verum.96.diſt.& tex.in c.nouit.de iudi.& in c.ſolitæ.de maio.& obed.¶Secundò & notabilius aduerte,quòd talis donatio facta de Regno Hieruſalem per Papam, vel Imperatorem Carolo Magno,& eius ſucceſſoribus in Regno Franciæ,
14 videtur eſſe ſuperflua,& ſine vllo effectu,†quia redimens, ſeu recuperans Regnum Hieruſalem,vel aliud Regnum à faucibus infidelium, conſequitur plenum ius in illo Regno abſque vlla donatione Papæ. Hinc eſt, quòd Reges Hiſpaniæ de iure non recognoſcunt Imperatorem, eo quia de faucibus infidelium eruerunt illa regna,ſecundum glo.valde not. in c.Adrianus.ſecundo.63.diſt.nc.quam ſequitur D.Abb.in c. venerabi-
* lem.in 9.col.de elec.¶Tertiò aduerte,inquantum *Bar.& omnes*
15 *Doc.indifferenter tenent*,quod res,†quæ ſemper fuit hoſtium,poteſt relinqui,vel donari non purè,ſed ſub conditione, ſi capietur ab hoſtibus, quia expectatio talis conditionis eſt honeſta, per tex. in cap.Abbbate ſanè.de re iudic.in 6. vbi Rex Aragonum donauit hoſpitali Sancti Ioannis caſtrum Caluariæ cum ſuis finibus, inter quos erat locus de Roſellis, quæ loca erant infidelium, nec vnquam fuerunt noſtra ſub conditione, ſi ille Rex ea caperet ab hoſtibus, valet talis donatio. idem tenent Bartol. & communiter alij in d.l. liber homo.parua.quicquid ibi teneat Angel. quem refert, & impugnat Domin. Alexand. ibidem addit Domin.Alexan pro iſta concluſione text.in l.generaliter. §.primo. qui incipit, hoſtium. infra de fideicommiſ. liber. vbi deciditur,quod ſeruo hoſtium poteſt relinqui libertas ſub conditione,ſi noſter eſſe cœperit. Sed tu caue contra omnes,quia ſi vera eſſet concluſio Barto.& communis, quòd res quæ ſemper fuit hoſtium poſſit relinqui, vel deduci in contractum,ſub illa cōditione ſi capiatur ab hoſtibus, certè vana, & inanis fuiſſet dubitatio Iuriſconſulti in d.l.generaliter. §. primo.an ſeruo hoſtium poſſet relinqui libertas ſub tali conditione,ſi noſter eſſet cœperit,cùm libertas ſi res multum fauorabilis,& conſtet multa pro libertate contra iuris rigorem eſſe ſtatuta.Ita inquit text.in illa.l.generaliter.§.ſi quis ſeruo pignorato.& proptereà conſidera,quòd text.in dicto capitu. Abbate ſanè. allegatus per Bartol. & Doctor. loquitur in pia cauſa, in tali donatione facta ſub conditione piæ cauſæ. ſ. hoſpitali.
16 Similiter tex. in d. l. generaliter. §. 1.loquitur†in libertate, quæ eodem

ADDITIO.

a ¶Ang.in d.l.ab hoſtib. Adde eundem Ang.ita diſtinguentem in diſputatione ſua inc. renouata guerra.in primo dubio.

eodem modo dicitur pia cauſa.vt eſt tex.in l.vnica.ad ſi.C. de ſeruo pig.da.ma.in verbo,ad hãc pietatis rationem. & ibi Bal. ad hoc no.& ſic cum iſta duo iura alleg.à Scrib. loquantur in caſib.ſpecialib.piæ cauſæ,ergo videtur,ꝙ limitatio Bar.& Docto.generaliter non procedat.Tamen pro limita.Bar.& Doct.
17 †ꝙ generaliter procedat,facit ſimile,quia res mea propria poteſt mihi legari ſub conditione,ſi deſierit eſſe mea,& tamen ſi legatur ſimpliciter, non valet , nec poſteà reconualeſcit propter regulam Caton.l.cætera.§.1.ꝭ.eo.ſecũdum Pau. de Caſtr.
18 hic.¶†Tenendo deciſ.Bar.& communem, adde quòd per eã
a dicunt Bal.& Flo. [a] hic,ꝙ Papa non poſſet in terris , vel ciuitatibus,quæ ſemper fuerunt Sarracenorum,conſtituere & ordinare Epiſcopos,& tales Epiſcopi non ſunt Epiſcopi etiam nomine,nec debent Epiſcopi denominari,ſecundum Bal.& Flo. ſequitur Raph.Cuma.hic,qui fortius tenet, quòd etiam ſi ſint ciuitates,quæ olim fuerint noſtræ,vt eſt videre in ciuitate Cõſtantinopolitana,quæ à Turcis non multis retrò annis fuit occupata,& Papa ibi conſtitueret Epiſcopum,ꝙ interim nõ poteſt dici Epiſcopus,donec recuperetur à manibus Turcarum,
19 †nec interim Reges Gallorum ſunt Reges Hierusalem, eo ꝗ interim donatio Papæ non eſt ſortita effectum , & ſic interim non poteſt dici Rex,nec Epiſcopus,ſed ſtat in ſuſpenſo,donec illa loca recuperentur à manibus infidelium. l. illa inſtitutio.§.1.ꝭ.de hęre.inſti.Iſte eſt pulcher paſſus,nũquid interim donec illæ ciuitates detinentur ab infidelibus,poſſit intitulari, ſeu denominari Epiſcopus,vel Rex propriè,an ſolùm abuſiuè.Contrarium tenet ſubtilis doc.D.Pet.de Bexu.per tex.in d.l. fin. de
20 act.emp.qui vult,†ꝙ contractus rei exiſtentis apud hoſtes interim eſt perfectus,ſed ſola executio ſtat in ſuſpenſo , vnde ſicut ibi ſuſpenſio executionis non impedit titulum cõtractus, ita non impedit,quominus interim poſſit ſe intitulare Regẽ, vel Epiſcopum.Item ex conſuetudine Reges Francorum appellant,& intitulant ſe Reges Hieruſalem. Tu autem pro opi. Raph.Cuma.ꝙ interim non debeant appellari Epĩ,nec Reges ante factam recuperationem niſi abuſiuè, adde multa facere,
21 quæ ſunt alleg.pro ſcholaſtica lectione.In primis addo,†ꝙ electus in Epm̃,& confirmatus à Papa,ante conſecrationem non poteſt dici,nec appellari Epiſcopus, cùm interim non habeat adminiſtrationem,& ſic executionem, text.eſt in c.tua nuper. & ibi D.Abb.in 1.no.ad hoc no.de his,quę fiu à ma.par.capi.& tex.in c.cam te.& ibi no.Abb.de releri.& tex.in c.meminimus. & ibi D.Abb.in 1.no.ad hoc no.de accuſ.& tex.in c. inter corporalia.in 1.col.de tranſla.præla.& tex.no.in c.ſi.eo.titu.gl.in c.
22 1.de relig.do.D.Abb.in c.noſti.in vlti.no.de elec. ¶†Secundò quia effectu caret illud,quod caret etiam nomine.text. eſt in l. vnica.& ibi Bal.C.de nu.iu.quiri.toll.& illum tex.no. ibi Bal.ad propoſitum noſtrum contra tales Epiſcopos,qui dicũtur nullatenenſes,cùm habeant titulos nullius vtilitatis, vel poſſeſſio-
23 nis.cle.in pleriſque.de elec.ſecundum eum. ¶† Secundò facit bonum ſimile,quia Comites ſine Comitatu non ſunt propriè Comites,ſed abuſiuè , vt.ſunt Comites Palatini ſeu Comites ſacri Palatij.ita inquit Bal.in c.1. ꝗs dicatur Dux,Co.vel Marc. in vſib.feud.Idem tenet D.Abb.in c.veniens in 3.no.de præſcr. & idem D.Abb.in c.legebatur.de maio.& obed.D.Car. Flo.in cle.ne Romani.§.ſanè.de elec.in 6.D.Alex.in diſpu.ſua quæ incip.Sigiſmundus.in 1.col.tertij dubij.& in 2.col.4. dubij. & idẽ tenet D.Mar.Lau.in diſpu.ſua quæ incip.Augerius in 23. col. vbi reputat iſtud dictum Bal.eſſe ſingulariſſimum, & per illud
24 ſignanter infert ad practicam,†ꝙ habens à Papa,vel Imperatore poteſtatem legitimandi quoſcunque,exceptis filijs Comitum,& Baronum , certè poterit legitimare filium naturalem Comitis Palatini,qui non habet Comitatum, & ſic qui eſt ſolùm Comes abuſiuè,quia dicta exceptio debet intelligi de Comite vero,qui habet Comitatum,& non de abuſiuo,& ita anno præterito conſului in ciuitate Patauina.¶Quartò facit , ꝗa ſi re priueris,nec nomen habere mereris.Ita dicit glo.1.in c.admonere.33.q.2. Item nomina debent eſſe conſonantia rebus. §.eſt & aliud.Inſti.de dona.& 15.q.1.in cap.ſi cupis.¶Tamen ſi velles tenere opin.Dom. Pet. de Bexu.poſſes in q.noſtra ad iſta omnia vno verbo reſpondere,quod aliud ſit in caſu noſtro ꝓpter ſpem probabilem iuris poſtliminij,vt hoc tex.qui non militat in his,quæ proximè dicta ſunt ad oppoſitum , in quibus non militat poſtliminium , & ſic quando loquimur in ciuitatibus, quæ aliquando fuerunt noſtræ, in quibus propriè cadit poſtliminium. Et per iſta cum laude Dei remanet , vt puto , vtiliter expedita iſta lex.

A D D I T I O.

a ¶Bal.& Flo.Adde,ꝙ contra dictum Bald.videtur facere,quod ponit Inno. in c.quod ſuper.de voto.vbi vult , quòd Papa habeat etiam iuriſdictionem ſuper infideles. præterea conſtitutio Epiſcopi poteſt fieri, vt fides Chriſti prædicetur,& Chriſtiani moneantur in fide.c.cleros.21.diſt.

S V M M A R I V M.

1 *Filiusfamiliàs ſolus ſine iuſſu patris pręcedente,non habet ius optandi, licèt optio ſit ſibi in teſtamento relicta.*
2 *Ratio quare filiusfamil. non poteſt optare , & ibi ponit quatuor rationes.*
3 *Filiusfamiliàs non adit , nec vouet ſine iuſſu patris, & de ratione.numero 5.*
4 *Filiusfam.cui competit ius eligendi etiam ex ſua ſtipulatione, ſolus eligit .*
*Filiusfam.in legato alternatiuo ſolus eligit .*
5 *Ratihabitio conſiſtit in ſimplici voluntate,& tamen filiusfam. poteſt ſolus ratum habere.*
6 *Dominium,& ius rei legatę acquiritur ex optione.*
7 *Optio quando competit ex ſtipulatione,an ſolus filius optare poſſit .*
8 *Optio eſt quędam repudiatio.*
*Ius cauſatum ex contractu,& ſic ex propria prouiſione , eſt potentius quàm cauſatum ex vltima voluntate.& nu. 4.*
9 *Ratio quare pater non poſſit ſequuta optione per filiumfam.facta, pręſtare conſenſum,& eam ratificare.*
10 *Optio non poteſt fieri ante aditam hęreditatem.*
11 *Teſtamentum corruit hęreditate non adita,& legata non debentur.*
12 *Argumentum de contractibus inter viuos ad vltimas voluntates an ſit bonum.*
13 *Adire non poſſunt ſeruus,nec filius ſine conſenſu patris,vel domini,nec ipſe pater,vel dominus ſoli adire poſſunt,quãdo filius,vel ſeruus ſunt inſtituti.*
15 *Filiusfamilias ſolus an poſſit eligere , quando electio ſibi competit ex ſuo contractu,ex quo ſibi ſolui poteſt.*
16 *Lex ſi.in prin.infra de verb.obl.ꝙ loquatur in electione, quę cadit in alternatiuis,& quod hic tex.loquatur in optione generis.*
17 *Differentia inter optionem & electionem,quia optio propriè cadit in legato generis,& electio in alternatiuis.& circa hoc vide infra nu. 23.*
18 *Optio eſt magis ius,quàm facti,& eſt magis iuris quærendi,quàm quęſiti,ſed electio eſt ius quęſitum.*
19 *Differentia inter optionem generis, & electionem alternatiuę.*
20 *Optio quãdo eſt legata filio in genere de aliquo, ex quo non eſt ius quęſitum patri,talis optio remanet penes filium , & non tranſit ad patrem,& an dicatur ius acquiſitum,infra nu.23.*
*Facultas optandi,an tranſeat ad patrem,& dominum.infra nume.23. quòd tranſmittitur.*
21 *In legato generis an aliquid ſit in obligatione.*
22 *Filius in quęrendis magis poteſt pręiudicare patri quàm in quęſitis.*
*Pręlatus ſolus ſine capitulo poteſt pręiudicare Eccleſię in quęrendis, non in quęſitis.*

L E X X.

IVlianus. Optio non poteſt fieri à filiofa. ſine iuſſu patris , nec ante aditã hæreditatem.hoc dicit.Iſta. l. videretur congruentis ſituata in tit.ꝭ.de opt.leg. Iſta l. ponit duo de requiſitis,ad hoc vt valeat electio.Vltra iſta alia tria requiſita ponit glo.magiſtra in l.ſerui electione.in prin.ſ.eo. hic allega per
1 glo.& glo.in l.ſi tibi.§.vnius ꝭ.de opt.leg. ¶†No. primò ex text, quòd filiusfamil. ſolus ſine iuſſu patris præcedente non habet ius optandi,quamuis optio ipſi filiofam. fuerit in teſtamento relicta.Operępretium eſt videre pro intellectu text. quæ ſit ra-
2 tio huius regulæ,quare†filiusfam.qui poteſt facere omnes contractus,& alios actus ſine iuſſu patris, & ex eis perſonaliter obligatur,excepto mutuo,& voto.l.filiusfamil. infra de actio. & oblig.& l.tam ex contractibus.ſ.de iudi.ſine iuſſu patris nõ poteſt optare. Reperio aſſignari quatuor rationes. primam aſſignant Imo.& Pau.de Caſt.hic,quæ colligitur ex not. per Bart. in l.qui in aliena.in princip. ſupra de acquirenda hæreditate. & l.ſeruo inuito.in princip.infra ad Trebel. quia electio conſiſtit
3 in libera voluntate,ſicut aditio hæreditatis,& votum . † vnde ſicut filius non poteſt adire hæreditatem,nec vouere niſi præcedente iuſſu patris.l.ſi quis mihi bona.§. iuſſum. ſupra de acquiren.hæred.& l.ſi quis rem.§.voto.infra de polli. ita non poteſt filiusfam.optare niſi iuſſus patris præcedat . Iſtam rationẽ
4 impugnat Dom.Alex.duplici fundamento.Primò,†quia attẽta iſta ratione ſequeretur, quòd etiam electio, quæ competeret filio ex ſtipulatione,non poſſet per ſolum filium expediri. quod eſt contra l.fin.in princip.& l. ſtipulatus fuero illud.infra de verbo.oblig.Sed ad iſtam primam impugnationem Dom. Alex.potes clarè reſpondere,ꝙ in contractibus illud ſit,ꝗa electio competit filio ex ſua ſtipulatione,& ſic ex ſua opera,ergo ſolus filius eligit.ita loquuntur iura præalleg. & ita reſpondet

gl.hic in vlti.ſolu.communiter approbata. Tamen caue, quia
iſto modo dicta ratio Imo.& Pau.de Caſt.non procederet ge-
neraliter.¶Secundò impugnat Dom. Alex. quia in legato al-
ternatiuo poteſt ſolus filius eligere,ſecundum Bar.& alios hic,
& in d.l.fi.in prin.vbi eſt tex.de hoc,cuius contrarium eſſet di-
cendum,ſi dicta ratio eſſet vera.Sed tu reſponde ex doctr.Bar.
hic circa fi.quòd quando electio eſt in alternatiuis,cùm vtrun
que ſit in obligatione,& ſic obligatio tunc quæratur patri, &
& remaneat electio,quæ eſt meri facti,ideo tunc per ſolùm fi-
lium explicatur, cùm ad patrem,vel dominum non tranſeat.
§.ſed cùm factum.Inſti.de ſtipu.ſeru. Sed caue,quia etiam iſto
modo reſtringeretur dicta ratio, vt generaliter non procedat.
Ego vltra Dom.Alexan. impugno dictam rationem alio me-
5 dio,†quia ratihabitio conſiſtit in ſimplici voluntate vnius, &
tamen ſolus filiusfam.poteſt habere ratum etiam ſine iuſſu pa
tris.l.2.in fi.ff.ſol.mat.l.& ſi ſine.§.fi.j̃.rē rat.hab.& iſtud pungit
Bar.in d l.qui aliena.in prin.vbi circa hoc Bar. plenè diſtinguit,
vt ibi per eum. Prætereà & ſecundo, quòd iſta ratio Imol.&
Pau.de Caſt.dum arguunt de hæreditate,& voto ad optionē,
non videtur eſſe bona,eo quia in aditione hæreditatis,& in vo
to cauſatur obligatio,& ita loquitur Bar.in d.l.qui in aliena.in
princ. ſed in optione legati non cauſatur obligatio, nec onus,
niſi fuerit expreſſum à teſtatore.l.ſi hæreditatem. in prin. ſupra
man.¶Secundam princ.rationem aſſignat D.Alex.ex not. per
Bar.hic,eo quia in iure quærendo patri eſt neceſſarius conſen-
ſus patris,ſicut eſt in aditione hęreditatis,& hic in optione.Iſta
ratio mihi non placet, nec eſt generalis, eo quia in voto non
agitur de iure quærendo patri, & tamen requiritur conſenſus
patris.l.ſi quis rem.§.voto.j̃.de pollici. ¶ Tertiam ſubtiliorem
rationem aſſignat in effectu Arc.hic,licèt per alia verba, quæ
videntur ad aliud tendere, quia optio habet mixturam iuris,
6 & facti.†De primo patet,quia per optionem acquiritur ius, &
dominium rei legatæ.l.apud Aufidium.j̃.de opt.leg.De ſecun
do etiam patet,cùm ſit nuda declaratio voluntatis filij inſepa
rabilis ab eius perſona.d.§.ſed cùm factum.iuncta d.l.ſi quis ſti
pulatus fuerit illud.in princ.vnde ſuccedit ratio Iuriſconſ. in l.
7 acquiritur.§.1.j̃.de acqui.rer.dom.vbi dicit tex.†quòd filius, &
ſeruus nihil proprium habere poſſunt, ideo ſi hæres inſtitutus
ſit,niſi noſtro iuſſu adire hæreditatem non poteſt,quia nihil iu
ris ſibi poteſt acquirere. ¶ Et ſi diceres contra iſtam rationem
Arc.prout aliqui in contrarium facere videntur,quòd attenta
iſta ratione ſequeretur,quòd vbi optio competeret ex contra-
ctu,& ſic ex ſtipulatione,nō poſſet ſolus filius optare propter
reſpectum iuris,contra d.l.fin.in prin.infra de verb.obli.Defen
dendo rationem Arc.tu reſponde ex doctr.Bar. hic in fi. quòd
quando electio competit in alternatiuis, vtrunque eſt in obli-
gatione,& obligatio, & ſic ius primò acquiritur ſolùm patri,
& poſtea electio.quæ eſt meri facti,explicatur per ſolùm filiū.
ita loquitur.d.l.fi.in prin.an tamen illa doctri.Bart. ſit vera,ſta-
tim infra plenè dicetur. Quartam rationem habes ex mente
8 Barto.in d.l.qui in aliena.in prin.† quia optio eſt quædam repu
diatio:nam optando vnum repudio cęteros.Sed ſolus filius ſi-
ne iuſſu patris non poteſt repudiare.l.is qui hæres.§.fi.s̃.de acq.
hære.& Bar.in d l.qui in aliena ad hoc ponderat iſtum text. &
ſi dicatur,ergo idem in contractu,contra d.l.fi.j̃. de verb. obl.
dic,ꝙ potentius eſt ius cauſatum ex contractu, & ſic ex ꝓpria
prouiſione quàm ex vltima volun.ſecundum gl.hic in fin.vbi
9 dicetur.¶Secundò circa iſtum tex.poteſt dubitari.†Nā ad hoc
vt filius poſſit optare,requiritur iuſſus patris, vt dicit text. ſed
iuſſus debet præcedere.l.ſi quis mihi bona.§.iuſſum. s̃. de acq.
hære.quare nō ſufficiat ſimplex iuſſus patris etiam poſtea ſub-
ſequens? Potes dicere, ꝙ optio eſt actus legitimus,& quando
fit,non poteſt ſtare in ſuſpenſo.l.actus legitimi.j̃.de regu. iur.c.
cùm in electionibus.de elect.in 6. ſed ſi poſſet poſtea ratificari
per patrem,ſtaret in pendenti.In contrarium videtur ſtringere
tex.in l.cùm incertis.j̃.eod.vbi in legato generis ſi hæres tradat
Stichum ſeruo legatarij,dicit tex.quòd ſi legatarius poſtea ha-
beat ratum,eſt perinde ac ſi à principio fuiſſet in obligatione.
Reſponde,ꝙ ibi non erat relicta optio illi ſeruo, cui hæres tra-
10 didit Stichum,& ſic non videtur ad propoſitum facere.¶†Se
cundò no.ex tex.ꝙ optio non poteſt fieri ante aditam hęredi-
tatem.concordat.l.2.l.3.& l.optione.j̃.de opt.leg. Ratio huius
regulæ eſt,quia ad hoc vt valeat optio,debet præcedere cauſa
valida,ex qua ius eligendi deferatur, & ſic quòd hæreditas ſit
adita.ſecundum Bar.in l.ſerui electione.in prin.in 1.opp.ſupra
11 eo.facit.l.1.§.quod ait prætor.j̃.quor.leg.†Nam hæreditate nō
adita,corruit teſtamentum.Inſtit. de hæredi. quæ ab inteſta.in
prin.& legata non debentur hæreditate non adita.l.nemo.s̃.de
teſt.tut.l.ſi nemo.j̃.de regu.iur. & l.eam quam.C.de fideicom.
¶Expeditis textualib. capio gl.in verb. optari poſſe.quā diuide
in duas par.In prima declarat tex. In 2. opp. & quadrupliciter
ſoluit.Tamen prima & quarta ſolu.tendunt ad idem, & ſic il-
la quarta ſolu.eſt ratio primæ ſolut.& conſequenter in effectu
ſunt tres tantum ſolu.Secunda eſt ibi,& ſic eſt contra. Prima
12 ſolu.de per ſe non videtur bona,†cùm bonum ſit argumentū
de contractibus inter viuos ad vltimas volun.l.ſeruum filij.§.
eum qui chirographum.& l. quæ de legato. j̃. eod. niſi iungas
quartam ſolu.gl.vbi ponit rationem diuerſitatis inter contra-
ctus inter viuos,& vltimas voluntates.Tertiam ſol.glo.ꝙ ſup-
pleatur per iſtam, vt iura iuribus concordentur,tenet ſubtilis
Pet.de Bellaper.vt refert Bart.ſequitur Andr. de Piſis, vt refert
Bald.Iſtam ſolu.etiam ſequitur Arc.in d.l.fi in princ.Sed iſtam
ſolu.reprehendunt Bal.Flo.Dom.Alex.& Dom. Pet. de Bexu.
hic,quia ſecundum eos eſt de directo contra tex.in d.l.fina.in
prin.qui dicit,non pater, vel dominus, ſed filius, & ſeruus de-
bent eligere.¶Tu aduerte,quia ille tex. nihil penitus facit con
tra iſtam ſolu.quia licèt dicat,ꝙ pater,vel dominus nō debeat
eligere,ſed filius,vel ſeruus,per hoc non ſequitur, ergo quan-
do filius,vel ſeruus eliget,nō debet præcedere iuſſus patris,vel
13 domini, vt hac. l. probo clariſſimè.†Nam quando filius, vel
ſeruus ſunt hæredes inſtituti,pater, vel dominus poſſunt adire.
l.cùm proponas.C.de hæred.inſti.& tamen ſi filius, vel ſeruus
volunt adire,requiritur,ꝙ præcedat iuſſus patris,vel domini.l.
ſi quis mihi bona.§.iuſſum.s̃.de acqui.hæred.Iſto modo opti-
mè defenditur iſta tertia ſolu.¶Vltimam ſol.glo.tenet Dy hic
per no.per gl.in l.ſi vxorem.in gl.fi.C.de condi.inſer.& per glo.
in §.ex conditionali.Inſti.de verb.oblig.Iſtam ſol.tenet Bart. in
primo membro ſuæ diſtin.cam ſequitur D.Alex. hic ad fin. ſe-
quitur Bar.in d.l.fi.in prin.Et iſtam quartam tene, pro qua be-
14 ne facit,†quia firmius & potentius eſt ius, quod quis acquirit
ſua opera,& ſua probitate,quā quod ex perſona alterius, text.
eſt no.in l.ſi quid bello.& ibi Bar.ad hoc no.j̃.de capt.facit. l. ſi
filius.§.erit rubriano.& ibi glo.j̃.de fideicom.libe.Bar. coniun-
gendo ſimul has ſolu.diſtinguit, & facit duo membra princi-
palia,vt hic per eum,& cum iſta doctr.Bart.tenent Bald. Ang.
Sali.& Flo.hic.¶Tu aduerte circa primum membrum Barto.
hic,& in d.l.fi.in prin.inquantum Barto. facit iſtam conſequen
15 tiam,†filio vel ſeruo poteſt liberè ſolui illud,quod debetur ex
contractu per eos celebrato.l.quod ſeruus,ſupra depoſi. & l. ſi
vnus.in prin.s̃.de pac.ergo liberè poteſt ſolus filius eligere, qn̄
electio competeret ex ſuo contractu,quia ſi non poſſet liberè
eligere,non poſſet ei ſolui,reprobat Arc.non hic,ſed in d.l.fina.
in prin.per tex.in l.contra iuris ciuilis regulas.§.fi.s̃.de pac. vbi
procuratori habenti liberam adminiſtrationem, & liberū mā-
datum poteſt ſolui,& tamen ipſe non poteſt acceptare rē de-
teriorem pro meliore,& ſic eligere:ſicut hic etiam poſſet con
tingere in electione,ꝙ filius optaret rem deteriorem. Confir-
mo,quia recipere ſolutionem debiti videtur eſſe quid facilius,
quàm eligere ſeu optare,quia eligere, poſſet eſſe præiudiciale
patri,vel domino,eligendo rem deteriorem. Item,quia vnam
optando,alias repudiat,vt dixi in tex.& ſic aufert patri ius ele-
ctionis, quod non eſt recipiendo ſolutionem veri, & proprij
debiti.Niſi tu diceres, ꝙ etiam recipiendo ſolutionem poſſet
filius,vel ſeruus præiudicare patri, vel domino ſi conſumeret,
vel perderet rem ſolutam,& ſic conſiderando accidentia,quę
16 poſſunt contingere.¶†Circa ſecundum membrum Bart.ad-
uerte,ꝙ Bart.vltra ſol.glo.ponit nunc aliam quintam ſol.ad d.
l.fi.in princ.quòd illa loquatur in electione, quæ cadit in alter-
natiuis,ſed iſta.l.loquitur in optione generis, & ſic loquuntur
in diuerſis terminis,& licèt Bar.& alij non declarent,tu declara
iſtam ſol.Nam quod in iſta.l.fit optio generis,patet, quia filio-
fam.fuit legatum ius optandi,& ſic in genere non deſcenden-
do ad aliquam ſpeciem,puta lego filiofamil. optionem vnius
de ſeruis meis in genere,ſed tex. in d.l.fi.in princ.loquitur in ele
ctione, quæ cadit in alternatiuis ibi ſpecialiter expreſſis, quia
filius vel ſeruus ſtipulatus eſt illam,aut aliam rem, quam vel-
let, eas ſpecialiter exprimendo,ergo bene ſtat, ꝙ iſta. l.loqui-
tur,& procedit in optione generis.lex cōtraria loquitur in ele
ctione,quæ cadit in alternatiuis, & ſic in diuerſis terminis. Et
quæ ſit ratio diuerſitatis,declarat Barto. & infra ſtatim dicam.
17 ¶†Secundò diligenter aduerte,ꝙ Bar.conſtituit duas differen
tias inter optionem,& electionē.¶Prima, quia optio dicitur,
& cadit propriè in legato generis,in quo nihil eſt in obligatio-
ne.l.cùm incertus.j̃.eo.gl.in l.Męuius.§.duob.j̃.de leg.2.gloſ. in
l.cùm quis.in gl.mag.s̃.de condi.indebi. ſed electio cadit in al-
ternatiuis,in quibus vtrunque eſt in obligatione, ſed alterum
tantum in ſolutione.l.illud.cum glo.magiſtra.s̃.de conſti.pecu.
l.ſi duo.j̃.de verbo.oblig.& ſic vno verbo optio eſt generis, ele
18 ctio verò alternatiuæ. ¶ † Secunda differentia eſt, quia optio
eſt magis iuris quam facti,& eſt magis iuris quærendi quā quę
ſiti, ideo concernit patrem ratione acquiſitionis cōſiſtentis in
iure,vt hac l.ſed electio eſt ius quæſitum,cuius executio con-

ſiſtit poſtea in mero facto, & ſic in declaratione voluntatis,
ideo competit ſoli filio, vel ſeruo ſine patre, vel domino.§. ſed
cùm factum.Inſti.de ſtip.ſer.& d.l. fin.in princ. & ſic vno ver-
bo optio eſt ius quærendum, electio ius quęſitum. Iſtas duas
differentias vult Bar.hic ſi bene aduertatur, & ad ſecũdam dif-
19 ferentiam adde Bald.hic.alij nihil tangunt. ¶ †Adde tu tertiã
differentiam inter optionem generis, & electionem alternati-
uæ, quam ponit Bar.in l.ſi is cui.in vltima oppo.ĵ.de leg.2. vbi
dicit Bar.ꝙ quando eſt legata optio circa genus, quia ibi nulla
res eſt in obligatione, vt dixi, erronea optio non nocet eligen-
ti, cùm optans putauerit illum ſolùm ſibi eſſe legatum, quem
elegit. Si verò eſt legata electio in alternatiuis, in quibus vtrun-
que eſt in obligatione, vt dixi, certè erronea electio bene præ-
iudicat eligenti, ſi eligens per errorem putauerat illam rem ſo
lam, quam elegerit, fuiſſe ſibi legatam, prout de hoc eſt text.
no.in d.l.ſi is cui.& hoc Bar.ibi reputat bene not.& illum text.
in d.l.ſi is cui.alibi reputat ſingularē Bal.in c.fin.in 1.col.de fer.
20 ¶†Iſtam doc.Bar.inquantum vult, ꝙ quando legata eſt optio
filio de aliquo in genere, quia non eſt ius quæſitum, optio re-
manet penes filium vel ſeruum, & non tranſit ad patrem, vel
dominum, licèt eorum iuſſus debeat pręcedere, vt hac.l.repro
bat ſubtiliter Raph.Cuman.quia etiam facultas optandi in ge
nere tranſit ad patrem & dominum.per tex.fortem in l.ſi Pam
philo.infra de opt.leg. Ille tex.pro certo eſt ſolennis, & mirabi-
lis, & multum ſtringit contra Bar.Dom.Alex.hic reſpondet ad
illum tex.ſecundum Bar.in l.ſi ſtipulatus fuerim illud. in prin.
ĵ.de verb.oblig.ꝙ ibi ille Pamphilus ſeruus erat manumiſſus à
domino poſt ceſſionem dicti legati, ideo cùm deſierit eſſe in
poteſtate domini, & ſic ceſſet iuſſus domini, ideo de neceſſita-
te tranſit optio ad ipſum dominum, ſecus eſt quandiu durat
in poteſtate domini, vt hac.l. Iſtam ſol.fortiter reprehendit idē
Raph.Cum.& miror, quòd Dom.Alex. non referat, quia iſta
ſol.Bar.non habet rationem, quia ſi domino quæritur optio
ſeruo manumiſſo, ergo fortius debet quæri ſi eſt in poteſtatē.
Sed tu defendendo ſolu.Bar.dic, quòd donec ſeruus eſt in po-
teſtate domini in ſimplici legato optionis, non poteſt eligere
ſine iuſſu domini, tex.eſt hic. Sed quando eſt liberatus à domi
nica poteſtate ante factam electionem, ſed poſt diem ceden-
tem legati, tunc ſolus dominus poteſt optare, eo quia durante
dominica poteſtate poteſt iubere ſeruo, ꝙ optet, ideo interim
non competit domino ius optandi, quod iubere non poteſt ſo
luta poteſtate.ita loquitur tex.ibi.¶Do.Alex.dicit alios non di
ſcutere veritatem dictorum Bar. & in alio reprehendit Barto.
21 †inquantum conſtituit differentiam inter legatum optionis
generis, & legatum electionis alternatiuæ, quoniam ſecundũ
eum vtroque caſu res dicitur eſſe in obligatione, cùm poſtea
veniat per ſolu.certificanda.l.cùm incertus.& ibi no.ĵ.eo. ideo
tranſmittitur ius optandi ad hæredes.l.illud.ĵ. de opt.leg. Et ſi
dicatur, ꝙ in legato generis nihil ſit in obligatione, per glo.in l.
Męuius.§.duobus & gl.in l.cùm quis.in glo.magna.ſ̃.de condi.
indeb. Reſpondet Dom.Alex.ſecundum Bar.in d.locis. & Bar.
in l.2.§.& harum ĵ.de verb.obl.ꝙ illæ gloſſ.procedunt, quando
nondum eſt certificata res, ſed ea certificata cenſetur ab initio
ſemper fuiſſe in obligatione, ſed æquiuocat Do. Alex. eo quia
Bar.loquitur ab initio ante factam certificationem, vbi tunc
dicitur ius quærēdum habito reſpectu ad rem, quæ poſtea cer
tificatur mediante optione, & quæ ꝯtinetur ſub genere. ¶Ego
contra doctr.Bar.fortius teneo.nam Bar.vult, ꝙ in optione ge-
neris, quia agitur de iure q̃rendo, cùm nihil ſit in obligatione,
filius non poſſit optare ſine patre, vt hoc text. & ſic non poſſit
præiudicare patri, ſecus eſt in electione alternatiua, vbi obliga-
tio eſt quæſita patri, cùm vtrunque ſit in oblig. Iſta doctr.Bart.
videtur eſſe de directo contra communes regulas. nam habe-
22 mus, † quòd in quærendis filius magis poteſt præiudicare pa-
tri, quàm in iam quæſitis.l.fi.C.de acquir.poſſeſ.l. filius paciſcē
do.C.de pact.l.cùm proponas.C.de hæred.inſtitu. Sicut etiam
ſolus prælatus eccleſiæ abſque capitulo poteſt præiudicare ec
cleſiæ in quærendis, ſed non in iam quęſitis.l.iubemus nullam.
vbi gl.Bar.& alij.C.de ſacroſ.eccleſ.gl.16.q.6.c.fin.in glo. fin.D.
Abb.& alij.in c.1.de dolo & contum.& in c.tua.ad fi.de his, q̃
fiunt à præla.ſine conſen.cap. & ſic deberet concludi totũ con
23 trarium eius, quod vult Bar.in doctrina ſua. ¶†Secundò con-
tra Barto.moueor, quia etiam in optione, & ſic in legato gene
ris dicitur eſſe ius quæſitum patri, & non quærendum, vt vult
Bar.ſaltem in genere ius quæſitum, & ad ipſum legatum, pa-
tet clarè, quia tale ius tranſmittitur ad hæredes patris. d. l.illud.
ĵ.de ope. leg. & §.optionis.Inſti.de leg.quod nõ tranſmitteret̃,
ſi non eſſet ius quæſitum, dato ꝙ nulla res ſpecialiter videatur
eſſe in obligatione.d.l.cùm incertus.& ibi no.ĵ.eod. ergo vide-
retur, quòd filius ita deberet poſſe optando præiudicare patri,
ſicut eligendo. Vnde abſolutè teneas vltimam ſolu.glo. reiecta
theorica Barto. in ſecundo eius membro. Et per iſta remanet
expedita iſta lex. Sequitur difficilis admodum, & ſubtilis. l.
cùm filiusfamil.

SVMMARIVM.

1 Caſus in terminis in iſta lege.
2 Legatarius grauatus reſtituere alteri legatario, non detrabit Trebellianicam.
Idem de fideicommiſſario vniuerſali.
3 Beneficium quod quis habet ex perſona mea, non debet contra me retorquere.
Miles & Doct.non coguntur vxores eorum appellare dominas, licèt ipſæ ex illorum perſona dominæ appellari debeant.
4 Fideicommiſſum extinguitur, ſi fideicommiſſarius decedat ante grauatum.& nu.24.
5 Fideicommiſſum iniunctum patri, vel domino hæredi inſtituto de reſtituendo filio vel ſeruo, quando valeat, & grauati detrahant Trebellianicam. & vide nu.64.
6 Fideicommiſſum iniunctum filio vel ſeruo hæredi inſtituto de reſtituendo patri vel domino, aut extraneo, quando valeat.
7 Verbum do, eſt aptum comprehendere hæredis inſtitutionem, & quando ſit verbum obliquum.ibi.
8 Verbum relinquo, propriè ad vltimam voluntatem adaptatur, & etiã ad actus inter viuos.nu.9.
Verbum dare, ſignificat dominium transferre.
10 Damnatus per ſententiam relinquere omnia bona, quæ fuerunt Titij, non intelligitur per vltimam voluntatem. ſed quòd ſtatim reſtituat.
11 Grauari onere fideicommiſſi an poſſit omnis ille, cui acquiritur commodum ex teſtamento ſiue immediatè per ſe, ſiue per mediam perſonam alterius.& vide nu.32.
12 Hæres legatarij poteſt grauari, licèt ex teſtamento nihil ei relinquatur.
13 Pater, vel dominus ſi ſunt grauati de reſtituendo fideicommiſſum ex teſtamento, in quo filius, vel ſeruus ſunt hæredes inſtituti, an & quando Trebellianicam detrahant.
14 Hæres etiam non ſcriptus in teſtamento, ſed ex legis diſpoſitione, & tacita voluntate defuncti grauatus detrahit Trebellianicam.
15 Obligatus ſibijpſi quis eſſe non poteſt.
16 Actio, & paſſio non poſſunt in eodem ſubiecto concurrere, cùm ſint contraria.
17 Differentia perſonarum inter quos eſſe debeat.
18 Ludere ad tabulas quis ſecummet non poteſt.
Imperare ſibimet quis non poteſt.
19 Eligere ſeipſum quis non poteſt, tamen poteſt electioni de ſe factæ conſentire.nu.21.
20 Creditor, cui data eſt poteſtas vendendi pignus cui voluerit, non poteſt vendere ſibimet.
22 Iudex poteſt ſeipſum eligere in depoſitarium, & quòd ſequeſtrum penes ſe ponatur.
23 Caſus, in quo perſona legatarij, & res legata ſunt vnum & idem.
24 Fideicom.conditionale non tranſmittitur ad hęredes, ſi fideicommiſſarius conditione pendente moriatur.
25 Teſtator ſi reliquit nepoti, & ſi decederet ſine liberis, quòd res reuertatur ad hæredem vniuerſalem, ſi interim hæres vniuerſalis prædecedat, reſtitutio non debetur.
26 Filius non tranſmittit fideicom.conditionale, ſi moriatur conditione pendente.
27 Fideicom.purè, & ſimpliciter relictum à patre filio, an ſemper videatur delatum in tempus ſui iuris.
28 Filium emancipare, & ſeruum manumittere, pendet à voluntate patris vel domini.& vide infra nu.59.in fi.
29 Filiusfam.inſtitutus hæres, acquirit ſibi hæreditatem, & non patri, ſed quo ad vſumfructum.
30 Peculium aduentitium non cadit in ſeruo.
Lex iſta hodie habet locum non ſolùm in ſeruo, ſed etiam in filio in hæreditate aduentitia.
31 Teſtator non poteſt grauare onere fideicommiſſi illum, cui in teſtamẽto nihil relinquit.
32 Grauari per fideicom.poteſt ille, qui ex legis diſpoſitione, & voluntate teſtatoris commodum incontinenti, præſenti ſtatu conſiderato, ex teſtamento habet.& ſupra nu.11.
33 Attendi non debet illud, quod in futurum poteſt euenire à caſu, vel fortuna.
34 Hæres hęredis ſub nomine appellatiuo grauari poteſt.
35 Quando filius vel ſeruus inſtituuntur hęredes, an acquiratur patri, vel domino ex teſtatoris voluntate.
36 Si teſtator inſtituit aliquem hæredem, & ſi deceſſerit ſine filijs, & filij filiorũ ſine filijs, grauat ipſos filios vltimò decedentes, quod fideicommiſſum valet.
37 Scriptũ dicitur, quod oculis corporeis legitur, & non iudicio intellectus.

Teſta-

38 Teſtator præſumitur cogitare illud, quod lex diſponit, & eius voluntatem conformare diſpoſitioni legis.

39 Augmentum eſt eiuſdem naturæ, cuius eſt alia portio cui accreſcit.

40 Fideicom. quòd non poſſit relinqui à ſubſtituto filij exhæredati, cui teſtator aliquid legauit etiam in eo, quod ei fuit relictum, & ad ſubſtitutum peruenit.

41 Teſtator poteſt grauare hæredem legatarij.

42 Filius exhæredatus, cui fuit factum legatum, grauari poteſt fideicommiſſo.

43 Filius licèt in legitima grauari non poſſit, tamen eius ſubſtitutus grauari poteſt.

44 Arrogati ſubſtitutus grauari poteſt in quarta arrogato debita, licèt ipſe arrogatus grauari non poſſit.

45 Legitima, quæ debetur filio, item arrogato, item domino, debetur ex legis diſpoſitione, ideo in ea grauari non poſſunt.

46 Ratio ſpecialitatis l. cùm quidam. C. de leg. quæ, ſit remiſſiuè.

47 Grauari fideicom. quando poſſit ille, ad quem peruenit de bonis teſtatoris mediante perſona alterius.

Sentiens commodum non pecuniarium ex teſtamento, non poteſt fideicommiſſo grauari purè, ſub conditione ſic. nu. 50.

48 Grauamen debet eſſe commenſurabile oneri iniuncto.

49 Ille, cui relictum eſt patronatus eccleſiæ, non poteſt grauari onere fideicommiſſi.

51 Grauari quis poteſt in plus quàm ſibi legatum ſit per viam fideicommiſſi conditionalis.

Seruus, cui libertas eſt relicta, poteſt grauari ſub conditione.

52 Ille, cui aliquid peruenit ex legis diſpoſitione, vel caſu fortuito, & non incontinenti ſed ex interuallo, poteſt grauari fideicommiſſo ſub nomine appellatiuo, & ſic in genere vt hæres hæredis.

53 Hæredem habere ex teſtamento, vel ab inteſtato neceſſarium eſt.

54 Hæres hæredis an ſub nomine proprio grauetur.

55 Ius in ſpecie an potentius ſit quàm ius in genere.

56 Rationale dictum magis deberet mouere iudicem, quàm lex ipſa.

Quærere rationem, vel legem vbi naturaliter ſentimus, nihil aliud eſt quàm infirmitas intellectus.

57 Soluens, vt ſtatim recipiat, nihil agit.

58 Fideicommiſſum relictum filio, vel ſeruo quod à principio conditi teſtamenti non valebat, non poteſt confirmari ex validitate poſteà ſuperueniente.

59 Teſtamentum quod ab initio eſt nullum, ex caſu ſuperuenienti non confirmatur.

60 Seruus quibus caſibus libertatem conſequi poſſit, etiam domino inuito.

61 Hic tex. an intelligi debeat quando pater, vel dominus fuerint grauati fideicom. in diem, vel ſub conditione.

62 Tertius intellectus ad hunc tex. quòd non procedit, quia non poteſt ad ſeruum adaptari, ex quo in eo nihil eſt immutatum.

63 Filiusfam. habet plus iuris quàm ſeruus.

64 Fideicommiſſum purè, & ſimpliciter relictum à patre, vel domino, filio vel ſeruo, hæredibus inſtitutis, an valeat.

Verbum venire, appoſitum in diſpoſitione intelligitur cum effectu.

65 Geminatio oſtendit voluntatem enixam diſponentis.

66 Si filiusfa. inſtituitur hæres, & pater grauatur de emancipando filiũ, tunc cenſetur pater grauatus de reſtituendo filio emancipato omnia bona ipſius teſtatoris, ſecus ſi pater eſt inſtitutus, & grauatus de emancipando filium.

67 Argumentum à contrario ſenſu non ſumitur, quando ob hoc reſultaret abſurdus intellectus, & alijs iuribus repugnans.

68 Tacita conditio an faciat ceſſare regulam Catonianam annullantem fideicommiſſum.

69 Fideicommiſſum an ſimpliciter relinqui poſſit à patre, vel domino hæredibus inſtitutis filio, vel ſeruo, niſi expreſsè ſint adiecta verba importantia dilationem in tempus, & relictum valeat.

70 Quando ſeruus eſt inſtitutus, & grauatus dominus de præſtando fideicommiſſum extraneo, & ſeruus effectus ſui iuris adeat, an teneatur ad fideicommiſſum.

71 Si à ſeruo hærede inſolidum inſtituto ſint facta legata, & in eodem teſtamento pariter fiant legata à domino, tunc eorum legatorum non fit contributio ad detrahendam falcidiam.

72 Pater grauatus de reſtituendo filio, quando detrahat Trebellianicam ab ipſo filio.

73 Filiusfa hæres inſtitutus hæreditatem adeundo facit patrem hæredem. & nu. 83. quo ad effectum, & commodum, & hæres remanet quo ad nudum nomen facti. nu. 76. & ſeq.

74 Seruus hæres inſtitutus an ſit hæres nomine, & effectu, vel nomine ſolùm, & nu. 76. & ibi, quòd etiam nec nomine quo ad directas. nu. 77. & 83. & 86.

Hæres nudo nomine non excludit ſubſtitutum vulgarem.

75 Hæredem eſſe de iure ciuili non cadit in ſeruo.

78 Succeſſorium edictum non habet locum in ſuitate de perſona ad perſonam.

79 Suitas confirmat exhæredationem filij abſque alia aditione.

80 Vtiles actiones quòd non tranſeant, quando reſtitutio fit habenti directas.

81 Actus teſtatoris vt valeat, non debet attendi illud, quod teſtator ſecundum verba ordinauit, ſed illud quod ius diſponit.

82 Pater in hæreditate aduentitia filio relicta habet hodie ſolùm vſumfructum, & in eo dicitur ſingularis ſucceſſor.

84 Filius, & ſeruus hæredes inſtituti ante aditam hæreditatem non dicuntur propriè hæredes.

85 Ius adeundi ante aditam hæreditatem non dicitur eſſe in bonis noſtris.

87 Filius & ſeruus non acquirunt ea, quæ ſunt facti, patri, vel domino.

88 Quos effectus producit nominatio hæredis remanens in filio, vel ſeruo.

Iura ſepulchrorum remanent penes hæredem nudo nomine, & ſic acquiritur filio, & ſeruo hæredi inſtituto.

89 Feudum acquiſitum pro ſe, & hæredibus ſuis qualibuſcunque, comprehendit legatarium, & eum qui impropriè eſt hæres.

90 Filiusfa. ſi inſtitutus eſt hæres à teſtatore errante, quem putabat ſui iuris, an habeatur illa diſtinctio, quæ habetur in ſeruo.

91 Subſtitutio pupillaris quando eſt facta per illa verba, quiſquis mihi hæres erit, ſit hæres filio meo impuberi decedenti in pupillari ætate, filius vel ſeruus inſtituti adiuerunt iuſſu patris vel domini, ſi poſtea tempore mortis pupilli reperiuntur ſui iuris, poterunt ex ſubſtitutione pupillari admitti, & ſibi acquirunt.

92 Pax ſi ex forma ſtatuti debet haberi ab hærede occiſi, & ſeruus vel filius ſit hæres inſtitutus, & iuſſu patris, vel domini adiuerunt hæreditatem occiſi, an debeat haberi ab hæredibus ſcriptis, an verò à patre vel domino. & nu. 96. cum plurib. ſeq.

93 Conditio implenda in perſona hæredis debet impleri in perſona filij hæredis ſcripti.

Nominatus hæres in teſtamento, quòd ſit hæres quo ad ea, quæ ſunt facti.

94 Pacem facere eſt meri facti, & non eſt quid hæreditarium. num. 65. & vide nu. 99. in fi.

95 Bannitus ſi non poſſit reuerti intra decem annos, niſi habuerit pacem ab hæredibus occiſi ex forma ſtatuti, quòd ſufficiat ſi habeat pacem à filio, qui hæreditatem repudiauit.

96 Filius, & ſeruus hæredes ſcripti poſt acquiſitionem factam à patre vel domino, dicuntur hæredes improprij.

97 Verba in ſtatutis propriè non impropriè accipiuntur.

98 Verba in conditionibus propriè, & non impropriè accipiuntur.

Verba intelligi debent cum effectu.

99 Hæres eſt idem, quod dominus.

100 Pacem facere de morte occiſi non pertinet ad filias fœminas, nec etiam ſanguinis vindicta, ſed ad maſculos ſpectat.

101 Statutum, quod occidens occidatur niſi habuerit pacem ab hæredibus occiſi, eſt contra ius commune, & vtilitatem publicam.

Pœna pecuniaria, quæ applicaretur per ſtatutum pro dimidia hæredib. occiſi, q debeatur patri vel domino, filio vel ſeruo hæredibus inſtitutis, qui iuſſu patris, vel domini hæreditatem adiuerint.

102 Adiectiuum plurale, quòd detur duobus ſubſtantiuis in ſingulari, & quando etiam addatur in ſingulari. nu. 104.

103 Adiectiuum in plurali quando poſſit vni ſubſtantiuo in ſingulari addi.

105 Fideicom. vniuerſalis moriens ante reſtitutionem fideicommiſſi ſibi factam ab hærede, q non tranſmittat tale fideicom. ad hæredes ſuos, licèt fideicommiſſum eſſet purè relictum, & eſt communis.

106 Fideicom. vniuerſalis eſt quaſi hæres, & iura de hærede loquentia procedunt etiam in eo.

107 Hæreditas non adita ideo non tranſmittitur, quia hæres ante aditã hæreditatem nullum ius habet. & nu. 108. & ſeq. & nu. 113.

109 Facultas adeundi ad hæredes ideo non tranſmittitur, quia eſt meri facti.

110 Hæres ante aditam hæreditatem quod ius habeat.

111 Bonorum poſſeſſor ante agnitam bon. poſſeſ. quòd habeat ius, ideſt bonorum poſſeſ. edictalem.

112 Hæreditas non dicitur eſſe in bonis hæredis ante aditam hæreditatem, nec ad eam hæres habet aliquod ius quæſitum, ſed quærendum.

Hæreditas non adita non tranſmittitur.

113 Fideicom. vniuerſalis ante reſtitutionem habet actionem ex teſtamento, quam tranſmittit, & competit ſibi officium iudicis contra hæredẽ recuſantem adire.

114 Ius tranſmiſſibile dicitur quaſi quæſitum, & eſſe in bonis noſtris.

Officium iudicis eſt tranſmiſſibile ad hæredes.

115 Officium iudicis competens bono. poſſeſſori pro agnoſcendo bono. poſſeſ. non tranſmittitur ad hæredes.

116 Officium iudicis quod competit fideicommiſſario vniuerſali, quare ſit quod tranſmittatur ad hæredes. & no. 118. & 120.

Libellus in officio iudicis competenti fideicommiſſario vniuerſali contra hæredem recuſantem reſtituere, quòd requiratur, & qualiter concludatur.

117 Fideicom. vniuerſale conditionale quòd non tranſmittatur, ſi fideicommiſſa-

missarius conditione pendente moriatur.
Hæres pendente conditione fideicommissi vniuersalis cogitur adire.
Fideicom. potest per procuratorem peti, licèt hæreditas per procuratorem adiri non possit.
118 Fideicom. vniuersale quo ad transmissionem an cedat à morte testatoris, an verò ab adita hæreditate, quòd à morte testatoris, & est communis.
119 Aditio hæreditatis non potest diuidi, quin hæres adiens declaretur hæres insolidum.
120 Fideic. vniuersale factum in testamento minus solenni, in quo sit apposita clausula codicillaris, an non agnitum transmittatur.
121 Actio vtilis ex testamento competit etiam ex codicillis.
122 Transmittere hæreditatem, vel fideic. non est quid dependens ex testamento, sed quid extrinsecum extra testamentum.
123 Res vna quando in aliam conuertitur, attenditur natura rei, in quam fit conuersio, non autem rei quæ conuertitur.
124 Fideic. vniuersalis transmittit ius deliberandi, sicut hæres, quando moritur hæreditate non adita.
Fideicom. vniuersalis decedens post petitionem factam, licèt ante hæreditatem aditam, vel ante restitutionem, transmittit fideicommissum.
125 Petitio fideicommissi ante aditam hæreditatem non competit fideicommissario, & nu. 130.
Fideicommissum licèt cedat statim à morte testatoris quo ad transmissionem, non tamen quo ad petitionem.
126 Petitio partis nihil operatur in his, quæ veniunt expedienda officio iudicis, vt est aditio hæreditatis, & fideicommissi petitio. nu. 131.
127 Ius singulare, & contra regulas iuris non extenditur ad casum habentem minorem rationem.
128 Petitio extraiudicialis non dicitur petitio, sed interpellatio.
129 Dictum Doctoris intelligitur secundum legem, quam allegat.
132 Hæres constituitur in mora, etiam ante aditam hæreditatem.
Mora contracta in adeundo hæreditatem censetur etiam contracta in suo consequenti.
133 Lex cessat cessante eius ratione.
134 In transmissione, vel retentione fideicom. nulla est differentia inter filium, & extraneum.
135 Quinta lectura ad istum tex. est vera, & est amica literę.
136 Intellectus ad l. si tamen hæres, & l. hæres meus. infra de conditio. & demonst.
Fideicommissum relictum extraneo si deficit, quare est, quòd non remanet penes filium, sicut quando est relictum patri.
137 Substitutio per hæc verba, quisquis mihi hęres erit, sit etiam hęres filio meo impuberi, facit filium esse hęredem vigore substitutionis pupillaris, si tempore mortis pupilli reperitur factus sui iuris.
138 Retinens quartam vtitur beneficio hæredis instituti.
139 Fideicommissum retineri potest per quemcunque etiam non hæredem.
140 Pater grauatus restituere filio post mortem ipsius patris, an teneatur dare fideicommissum in vita, si filium emanciparet.
141 Non refert quid ex æquipollentibus fiat, quando id quod fieri debet, non est de forma.
142 Tertius grauatus restituere filio post mortem patris, censetur grauatus restituere etiam si filius efficiatur sui iuris per emancipationem.
143 Beneficio emancipationis, quod habuit filius à patre, non potest vti contra ipsum patrem.
144 Filius quo iure agat contra patrem, cui à patre relictum est fideicommissum, remissiuè.
145 Lex ista an hodie procedat in hæreditate profectitia relicta filio contemplatione patris.
146 Quartam detrahere vt quis possit, requiritur, quòd sit hæres, & grauatus.
Dispositio licèt inducta per duas rationes, & vna cesset, tamen ipsa remanet.
147 Beneficium quod habet pater à filio, non debet illud contra filium retorquere.
148 Acquisitio radicatur, & fundatur in persona illius, cuius contemplatione sit relictum alteri.
149 In hæreditate profectitia, quando filius instituitur contemplatione patris, est perinde ac si pater fuisset institutus.
150 Ista lex hodie non procedit in hæreditate aduentitia quantum ad proprietatem, sed quantum ad vsumfructum sic, & an hoc sit verum, ibi num. 151.
152 Testator si prohibet vsumfructũ acquiri patri, tunc filius habebit proprietatem, & vsumfructum.
153 Verbum restituere, significat plenam restitutionem cum fructibus.
154 Interpretatio lata fit in vltimis voluntatibus.
155 In hæreditate aduentitia, in qua filius est hæres institutus, & pater grauatus de restituendo per fideicommissum, tale fideicommissum non potest intelligi nisi in vsufructu.
Expressum dicitur specialiter id, quod aliter non potest in dispositione intelligi.
156 Geminatio actus ostendit enixam voluntatem disponentis.
157 Vsusfructus patri non acquiritur in omnibus illis casibus, in quib. olim fideicommissum relictum à patre filio habebat in se tacitam conditionem, cùm erit sui iuris, acquiritur tamen commoditas, donec filius efficiatur sui iuris.
158 In illis casibus, in quibus patri non acquiritur vsusfructus, acquiritur tamen commoditas iure patriæ potestatis.
159 Arguere licèt de arrogatione ad legitimationem.
160 Lex ista inquantum loquitur de filio legitimo, & naturali habet etiã locum in filio legitimato.
161 Plus est esse filium legitimatum, quàm arrogatum.
162 Statutum, quòd existentibus filijs masculis, fœminæ non succedant, habet locum existentibus filijs legitimatis.
163 Legitimi quando nullo modo differant à legitimis, & naturalibus.
citat Bar.j.in 2.q.extra glo. ꝙ Rogerius velit, quòd iſta l.hodie
non procedat in hæreditate aduentitia, quia cùm pater ſolùm
habeat vſumfruc.& illum ſit grauatus reſtituere filio, certè ꝑ
filium idem vſusfructus quæreretur patri, & ſic non haberet
locum iſta l.cùm reſtitutio vſusfructus eſſet inutilis filio, ex
quo incontinenti reuertitur ad patrem. contrarium tamẽ ſen-
ſit glo.præcedens,dum dicit,vt vſusfructus.vbi ponderaui. di-
62 cã latè.j.ſuper illa.2.q.Bar.¶Tertia ſol.glo.eſt,†ꝙ pater noluit
* ſibi acquiri.Reprobant Bar.*& communiter alij*, quia tunc fideic.
non aſſumeret vires ex perſona patris,vel domini, vt dicit tex.
imò tunc apud filium remaneret ipſo iure, cùm ipſe ſit hæres
inſtitutus.l.ſi hæres.ff.ad Treb.& l.ſeruum filij.§.1.j. eod. & ſic
remanet apud filium iure directo,& nõ iure fideicom. quam-
uis Ioan.de Imo.conetur defendere iſtam ſolu. ab hac impu-
gnatione,vt habes per Domin.Alex.& latius Are. hic, ſed non
expedit in hoc inſiſtere,cùm alia obſtent. nam cõtra iſtam ter-
tiam ſolu.etiam facit,quia non eſt veriſimile, quòd pater recu
ſaſſet habere hæreditatem reſtituendam filio,ſi fuiſſet lucroſa.
vnde iſta l.ſolennis non eſt intelligenda in caſu non veriſimili,
quando pater recuſat veriſimiliter, raro contingeret, & leges
adaptandæ ſunt ad ea, quæ frequenter contingunt. l. nam ad
ea.ff.de legi.Præterea,& tutius iſta tertia ſolu. & iſte tertius in-
tellectus non poteſt adaptari ad ſeruum,prout glo.met,& Do
cto.fatentur propter duo.Primò, quia quòd hodie non acqui
ratur domino niſi ſolùm vſusfructus ex perſona ſerui,iſtud eſt
falſum,quia in ſeruo nihil eſt hodie immutatum,ſed ſolùm in
filio.Præterea quando dominus recuſaret hæreditatem,vel fi-
deicommiſ.non poteſt ſeruus petere,quòd ſibi detur,& conſti
63 tuatur curator illis bonis,prout dicit gl.in filiofam.eo quia fi-
liusfam.plus iuris habet quàm ſeruus,ſecundum gl.in l.legatũ.
vbi dixi.ſupra eod.quia ſeruus non ita veriſimiliter expectat li-
bertatem, ſicut filiusfam. qui ſaltem mortuo patre efficietur ſui
iuris.l.is qui hæres.§.neque filius.vbi gl.& Doct.ff.de acqui.hæ-
red.vnde cùm iſte intellectus non poſſit adaptari ad ſeruum,
& tex.promiſcuè loquatur de filio & ſeruo, ergo iſte intelle-
ctus ad hunc tex.procedere non poteſt.¶Quartam ſolu.gloſſ.
* *communiter tenent* Bar.& alij, ꝙ inſtituto filio, vel ſeruo fideicõ.
eis relictum à patre, vel domino erat purum,tamen ineſt taci
ta conditio de reſtituendo, cùm erunt ſui iuris. per l. vbi purè.
64 in prin.ff.ad Treb.allegatam in gl.& iſtud†eſt neceſſarium ſci-
re ad intellectum huius l.nunquid fideicommiſ. purè, & ſim-
pliciter relictum à patre vel domino, filio, vel ſeruo hæredib.
inſtitutis valeat,eo quia ſubintelligatur tacita conditio,cũ erũt
ſui iuris.gl.vt dixi, Bar. & magis communiter alij tenent, ꝙ ſic
per d.l.vbi purè.in princ. ¶ Sed aduerte,quia ille tex.nihil facit
duplici ratione.prima,quia ibi fuerunt appoſita talia verba, ꝑ
quæ ſatis apparet teſtatorem ita voluiſſe, cùm ibi in fideicom
miſſo puro eſsẽt adiecta iſta verba geminata,rogo vt filio tuo
des,faciasque vt ad eum perueniant.per quæ verba apparet in
id tempus conferri fideicommiſſum, quo ſui iuris fieret, ita
ibi formaliter dicit tex.in l.fideicommiſſa.§.ſi filio. ff.de lega.3.
Item verbum peruenire,poſitum in d.l.vbi purè.intelligitur cũ
effectu,vt l.2.§.perueniſſe.ff.de hære.vel actio.ven.ergo vbi ta-
lia verba non eſſent expreſſa,videretur ſecus eſſe,& ſic text.in
d.l.vbi purè.poteſt retorqueri ad oppoſitum contra glo.vnde
Bar.dixit veritatem ponendo duas formales concluſiones, ꝙ
illa duo iura loquuntur,prout ita verè loquuntur, quando pa-
ter inſtituitur hæres,& ab eo relinquitur legatum, vel fideicõ.
filio,tunc iſta prima ſit concluſio, ꝙ tale fideicõmiſſum nõ va
let,niſi in eo expreſsè ſint appoſita verba importãtia dilationẽ
in

in tempus, cùm erunt ſui iuris, ſed iſte non eſt caſus noſter, quia iſta l.loquitur quando filius, vel ſeruus ſunt inſtituti hæredes,& pater vel dominus rogantur ſimpliciter de reſtituendo fideicom. filio vel ſeruo, tunc ſit ſecunda formalis concluſio, ꝙ tale fideicom.purè, & ſimpliciter relictū valet & tenet, eo quia ſemper vr̄ dilatum in tempus exiſtentiæ ſui iuris,& ita ēt tenet Bar.in l.ſi vſusfr.§.fi.ff.quādo di.leg.ce. ¶ Nunc operępretium eſt videre,quę ſit ratio diuerſitatis inter iſtas duas concluſiones, quia ſolùm diuerſificare caſus,vt facit Bar.& nō aſſignare rationes diuerſitatis,nihil eſt, præſertim in iſtis correlatiuis, in quibus non videtur referre, an pater inſtitutus grauetur fideicommiſſo reſtituendo filio, an verò filio inſtituto pater ſit grauatus. ¶ Vnde aſſigna fundamentalē rationē diuerſitatis, nam qn̄ teſtator primo loco inſtituit filium, vel ſeruum hæredes, deinde ſecundo loco eiſdem reliquit fideicom. à patre, vel domino, iſta geminatio oſtendit enixam voluntatem teſtatoris volentis, quòd talia bona omnino perueniant
65 ad filium,vel ſeruum.† Nam geminatio oſtendit enixam voluntatē teſtatoris.l.Baliſta.ff.ad Treb.l.ſi mulier.2.C.ad Velleia. facit,quod ſing.not.Bart.in l.cùm ſcimus.in fi.per illū tex.cum gl.C.de agri.& cenſi.lib.11.& quod dicit tex. in l. cùm pater. §. filius matrem,ibi,nam enixæ voluntatis preces, ff. de leg. 2. ex quo.n.primo loco inſtituit filium,vel ſeruum hæredes,certè ſi contingeret eos ante aditam hæreditatem ſui iuris reperiri,eis tantū acquireretur hæreditas.l.ſi paterfa. ff.de hære.inſti.& §.fi. Inſti. de vulgar.ſubſt.& quando contingeret, quòd eſſent ſub poteſtate patris, vel domini, quo caſu adeundo acquirerent patri,vel domino,teſtator ſecundo loco grauauit patrem,vel dominum de reſtituendo fideicom.ipſis.ſ.filio vel ſeruo,vnde nimirum ſi propter enixam voluntatē teſtatoris,& geminatā, item propter validitatem fideicommiſſi tacitè ſubintelligitur conditio,cùm erunt ſui iuris,ſecus eſt ècontra,quādo à patre, vel domino inſtitutis hęredibus relinquitur ſimpliciter filio, vel ſeruo,tunc nihil valet.tex.eſt in §.an ſeruo. Inſt.de leg.quia
66 tunc ſolùm grauamen fideicom. interuenit. ¶† Confirmo optimè iſtam differentiam Bar.quia qn̄ filius eſt inſtitutus hæres,& pater grauatus de emancipando filium, iſto caſu pater cenſetur etiam grauatus fideicom. de reſtituendo omnia bona teſtatoris ipſi filio emancipato.tex.eſt valde not.in l.quamuis.C. de fideicom. & in l. ſi cui legatum. in verſic. pen. ff. de condi. & demon. ſecus eſt ècontra,ſi pater fuit inſtitutus, & grauatus de emancipando filium,non per hoc cenſetur grauatus de reſtituendo bona teſtatoris ipſi filio emancipato, ſecundum Bartol.in dict. l. ſi cui legatum. quicquid ibi teneat gloſſ.& ita etiam tenent Paul.de Caſtr. & Rapha. Fulg. in d. l. quamuis.vbi ēt idem tenui.& iſta eſt mera veritas,licèt Bar.& Scribentes non ſic declarent. & iſta eſt fundamentalis ratio diuerſitatis inter duos caſus Bar.& duas conclu. s̃. fac. as. ¶ Pro concluſione gl. declara vt declaraui, Bart.allegat duos tex.in l. epiſtolam.§ fi.in tex.& gl.ff.ad Treb.& tex.in l.filiam.ff.de aur. & arg.leg.ſed pro certo illi text.nihil faciunt, prout ēt dicunt Pau.de Caſt.d.Alex.& Aret.hic:nam l.epiſtolam.§.fi. loquitur in matre fideicommiſſaria, & ſic quæ nō poterat habere filiā in poteſtate, & quę habuit fideicōmiſſum relictū à filio ſuo hr̄de inſtituto,& illud habuit expreſſo iudicio teſtōris,vnde qn̄ grauatur de reſtituēdo tale fideicōmiſſum ſimpliciter eidē hęredi, cenſetur grauata reſtituere poſt mortē ſuam, aliàs fideicommiſſum primo loco relictum ipſi matri fuiſſet inutile, quod non cenſetur teſtator voluiſſe. nos verò loquimur in patre,qui ſolùm habuit commodum hęreditatis ex diſpoſitione legali,non autē ex expreſſa voluntate teſtatoris. Tu tamen videas tex.qui vr̄ mirabilis in l.vxorem.§.fi.ff.de leg.3.vbi teſtator hæredem inſtitutū grauauit per fideicommiſſum,vt reſtitueret vxori ſuæ,deinde grauauit vxorem ſimpliciter, ꝙ reſtitueret filio infanti,qui erat cōmunis filius teſtatoris, & vxoris. Item liberauit vxorē à præſtanda ſatiſdatione fideicommiſſi, & tamen ibi mirabiliter decidit tex. quòd vxor tenetur ſtatim reſtituere illud fideicommiſſum filio infanti, & tamen iſto modo fideicommiſſum relictum vxori redditur penitus inutile & inane. Eſt verum, quòd ibi vxor non capit fideicom. ab eo, cui tenetur reſtituere, ſed ab alio hærede inſtituto, Tamen iſta eſt ſolùm diuerſificatio caſuum, prout etiam ſoluit Bartol. in dict. l. vxorem.§. final. ſimiliter text. in d.l.filia.nihil facit,quia teſtator ibi vſus eſt verbo ſeruentur, quod verbum videtur importare fideicom. illud eſſe dilatum in tempus quo ſui iuris fieret,vt ibidem expreſsè dicit text. in fi.& ibidem expreſsè Bartol.& ſic iura allegata per Barto.non probant concluſionem glo. & magis communem, & minus probat.d.l.vbi purè.in prin. allegata per gloſſ. vt ſuperius dixi. & ſic remanet concluſio gloſſ. & Bartol. & magis communis ſine aliqua bona.l. & propterea domin. Alexand. dicit, quòd quis paſſus iſte ſit dubius,nec iura allegata per glo.& Bar. probent iſtam conclu.tn̄ putat eam poſſe ſuſtineri per tex.noſtrum, qui aliter intelligi non pōt niſi violando literam,ſed Raph.Cu. & Pau.de Caſt.reprobant ↄcluſionem gl. & Bar.& intelligunt iſtum text. ꝙ fideicom. valeat, ſi fuit dilatum in tempus exiſtentiæ ſui iuris expreſsè, vel etiam tacitè per appoſitionē aliquorum verborū,quæ hoc ſapiant,prout ēt intelligebat Oldr. Lauden. relatus per Bartol. mouentur per fortem text. in l. quidam ita. §.ſi ſeruo.ff. ad Treb. vbi dicit text. ſeruo hærede inſtituto valet fideicom. quo grauatur dominus de reſtituendo hæreditatem eidem ſeruo, cùm liber eſſet. pondera, *
quòd ibi ſeruus erat inſtitutus hæres, non autem dominus, & fideicommiſſum vniuerſale erat relictum à domino, cùm ſeruus eſſet liber, ergo valet, quia expreſsè fuit collatum in tempus, quo eſſet ſui iuris, ergo aliàs non valeret. ergo ibi eſt text. contra concluſionem gloſſ. Bartol. & magis communem, etiam declarando, prout declarat Bartol. ſed ad
67 illum text. reſpondet Alexan.† quòd non debet ibi ſumi tale argumentum à contrario ſenſu, quia reſultaret abſurdus intellectus,& alijs iuribus repugnans,iuxta gloſſ. in l. ſecunda. C. de condi.inſer. & in cap.1.de æta.& qualita.in ſexto.¶Sed certè nulla lex in mundo bene probat concluſionem gloſ. & Bartol. vnde tu potes aliter reſpondere ponderando illum text. vt faciat pro communi opin. ſcilicet, cùm liber eſſet vtile eſt fideicommiſ. & ſic, quòd fideicommiſ. valeat, quando erit liber,non autem quòd illud ſit ibi dictum à teſtatore, quòd habeat,quando erit liber.¶Vltra Scribentes pondera contra Bartol.iſtum text.in vltima parte ibi, rogatus ſit pater poſt mortem ſuam,prout etiam notaui in text.in vltim.not. nam teſtator fruſtra expreſſiſſet dilationem in tempus mortis patris, ſi ſemper intelligeretur dilatum in tempus exiſtentiæ ſui iuris. Bartol.non hic,ſed infra in ſecunda oppoſi. quartæ partis princip. perpendit de iſto text. & dicit, quòd iſte text. videtur deſtruere omnia,quæ hic ponit,cùm innuat,quòd fideicommiſ. non videatur relictum poſt mortem patris, niſi hoc fuiſſet expreſſum à teſtatore,& reſpondet,quòd illud, quod hic tenuit, ſcilicet videri fideicommiſ. dilatum in tempus exiſtentiæ ſui iuris, poteſt eſſe vel morte, vel emancipatione, ſed iſte text.in vltima parte loquitur, quando fuit expreſsè collatum poſt mortem,& ſic in vnum caſum tantum. Iſta ſolutio Bart. mihi non ſatisfacit, quia ſi dilatio non cenſetur facta in vnum caſum,niſi exprimatur,vt in hoc tex.ergo minus generaliter procedet,cùm erit ſui iuris. Item expreſſio in vnum caſum eſſet ſuperflua, ſi generaliter intelligitur ſemper cōferri in tempus, cùm erit ſui iuris, niſi dicas, quòd teſtator hic in vlt. parte noluit eſſe locum fideicom.niſi in vnum caſum tantum. ſ. mortis patris grauati, & non in alium caſum.Item contra dictam concluſ.& glo.& Bart. facit.nam volunt in hoc text. ſuſtineri fideicom.propter tacitā ↄditionem, quæ ſubintelligitur, cùm
68 erunt ſui iuris.iſtud non videtur vllo modo poſſet ſtare,† quia tacita conditio non facit ceſſare regulam Cato. annullantem dictum fideicom. prout tenet Bar. in l.ſi optio. per illum text. j̃.de opt. leg. idem Bart. in l. ſi domino Stichus. j̃. eod.Sed defendendo gl.& Bar. reſponde not. ꝙ aſſumptum non videtur verum,dum dixi, ꝙ tacita conditio non facit ceſſare regulam Cato.nam ↄ̃rium tenent expreſsè Bal.& Flo.in l. ſeruum filij.in prin.per illum text.j̃.eod.gl.in d.l.ſi dn̄o Stichus. in gl.3.in verbo data.ad fi.& ibi Imol. j̃. eod. Sed adhuc fatendo aſſumptū Bart. pro vero, ꝙ tacita conditio non faciat ceſſare reg. Cato. adhuc nota. rn̄deo, ꝙ iſtud eſt verum in conditione tacita ꝓueniente ex legis diſpoſitione, quæ non impedit cedere diem legati,vt l.conditiones,quę extrniſecus.j̃. de condi. & demon. ſecus eſt in conditione tacita proueniente ex voluntate teſtatoris tacita pro validitate actus, & quæ impedit legati ceſſionem,prout eſt iſta,de qua nos loquimur,& iſta bene facit ceſſare reg.Cato.ita declarat Bart. in l.1. in 2. col.j̃. de reg.Cato. Item inquantum Bart. poſt Old. Lauden. tenet, quòd à patre, vel domino hæredibus inſtitutis non poteſt relinqui fideicom. ſimpliciter filio,vel ſeruo, niſi expreſsè ſint appoſita verba importantia dilationem in tempus exiſtentiæ ſui iuris, aliàs non valet,per text.in §. an ſeruo. Inſtit.de leg. ille text. hoc expreſsè dicit, & text. in l.ſi legatarius. §. ſeruo.ff.de legat.tertio. Poſteà ad hoc Bartol.allegat tria alia iura,ſcilicet.l.à filio. & l.quæſitū. in princip.j̃.eod.& l.cum legato.in fin.ff. quando dies leg. ced. Iſta tria iura nihil faciunt ad propoſitum, quia ſolùm dicunt,
69 † quòd à filio inſtituto hærede poteſt legari patri, & rationē duerſitatis aſſignat text.in d.§. à ſeruo.in verſi.ex diuerſo.
* Iſta concluſio Bartol.indifferenter *tenetur per omnes*,& ita etiam tenet gloſſ.in dict.l.à filio.in glo.ſecunda,& gloſſ. in l.ex aſſe. ff. ad legem Falcid.& glo.in §.ex diuerſo.Inſtitut.de leg.¶Contra iſtam conclu. approbatam per omnes indifferenter vrget fortiter

titer tex.in l.cogi.§.ſi pater.ff.ad Treb. vbi à patre inſtituto hęrede fideicom.vniuerſale fuit relictum ſimpliciter filio in poteſtate,& valet,& tenet tale fidicommiſſum,& tamen ibi non fuerunt appoſita aliqua verba importãtia dilationem in tempus exiſtentiæ ſui iuris,imò fideicom.ibi fuit relictum ſimpliciter. Varię ſol.dantur ad illum tex.quas reprobat d.Alex.poſt alios hic, & ibi, & latè proſequitur Aret. hic.communiter reſpondetur, quòd ille text.de neceſſitate debeat intelligi quando teſtator fuit vſus verbis importantibus dilationem in tempus exiſtentiæ ſui iuris, aliàs fideicom. non valeret. ita Imol. * Raph.Cu.Pau.de Caſt.d.Alex. *& communiter alij*, & Lud. Ro. & d.Alex. ibi, ſed iſta eſſet ſuplpetio ad illum tex, & manifeſta diuinatio, cùm text. ille loquatur,quando fideicom. fuit relictum ſimpliciter, & ſubaudire, quòd ibi teſtator fuerit vſus verbis importantib. dilationē in tps exiſtentiæ ſui iuris, eſt deſtruere illũ tex. & tex. fuiſſet ſupinus omittere illud,ꝙ erat neceſſarium ad validitatem fideicom. Vnde tu reſponde congruentius,quòd Iuriſc.ibi non intendit tractare, an & quando fideicõ. relictum à patre, qui eſt inſtitutus à filio in poteſtate valeat necne, nec de hoc dubitat ibi text. ſed ſolùm tractat, an filius fideicom.poſſit compellere patrem inſtitutum,& grauatum fideicõm. ad adeundũ, & reſtituendũ, & ſic text. ibi præſupponit pro firmo, valere illud fideicom. non obſtante patria poteſtate, ergo loquitur qñ fideic. relictum fuit à patre in diem,vel ſub cõditione, vel qñ fuit collatum in tempus,qñ filius erit ſui iuris,quibus caſibus fideicom. valet, & tenet, & ibi decidit text.ſolùm hoc, ꝙ non obſtante patria poteſtate filius fideicom. poſſit compellere patrem recuſantem adire, & reſtituere,tamen non tranſibunt actiones in fideicom. niſi adueniente die,vel conditione, vel habilitate filij.l. apud Iulianũ. §. Antiſtia. ff. ad Treb. & iſto modo non erit diuinatio ad illũ text.prout ẽt dixi.ſ.ad tex.noſtrum, ſm Raph.Cu. in 2. ſol.gl. & ad hoc ẽt in effectu tendit præcedens ſol.Imo.& Mod. licèt non ſic declarent.¶ Capio gl.in verſi.quoniã ex perſona filij,ꝙ diuide in 2.part.In 1.declarat tex.In 2.opp.& de ſol.ſe remittit, ſed ſolutio ibi ponitur in tex.Scda ibi, item ad id, quod.dicit
70 Bar.& Doct. ſoluunt,ꝙ † qñ eſt inſtitutus ſeruus, & grauatus dominus de pręſtando fideicom.cuidam extraneo,attento rigore fideicom. debeť ex perſona domini, quia ipſe dominus eſt grauatus,ideo de rigore ſi ſeruus effectus ſui iuris adeat iſtã hřditatem,non teneť ad tale fideicom.l.Celſus.§.ꝙ alicuius.in fin. ĵ. de leg. 2. ſed conſiderato effectu debetur ex perſona filij, vel ſerui, vt hic, ideo ſeruus effectus ſui iuris, & conſequutus hæreditatem ex æquitate tenetur ad fideicom. vt expreſsè dicit text. in d.l. ſi alienus ſeruus. Aduerte etiam, quòd quantum ad ordinem ſoluendi legata relicta à ſeruo inſtituto, & legata relicta à domino, prius habetur ratio relictorũ à ſeruo,vt eſt text. in l.Neſennius.§.à ſeruo.ff.ad leg.Falc.de qua
71 opponit Bartol. † & ſic ibi eſt caſus ſingularis, in quo non fit contributio omninum legatorum relictorum in eodem teſtamento, quo ad ineundam rationem falcidiæ, & ita etiam illum text.pro ſingulari not. Ioan. de Imol. hic in 6. col. & do. Alex. hic.¶ Capio gloſſ. in verſi. ſed vt pater. quam diuide magiſtraliter ex medulla Bartol. in quatuor part. In 1.declarat text.& infert,& iſta pars eſt clara.In 2. quæ eſt ibi, ſed videtur
72 contra,gloſſ.oppo.contra text.inquantum vult, quòd † pater grauatus de reſtituendo filio non detrahit ab ipſo filio quartam Trebellianicam, contra dict. l. iubemus. §. idemque in retinenda. C. ad Trebel. & reſpondet, & bene, quòd ibi ipſe pater fuit hřs inſtitutus, & ſic fuit grauatus vt hřs, & ſic iſtud conſequitur à ſeipſo, & non à filio, & tunc bene detrahit Trebel. ipſi filio, vt ibi, ſed hic filius fuit inſtitutus hæres, & ſic pater grauatur fideicom. non vt hæres, ſed vt commodum ſentiens ex hæreditate mediante perſona filij inſtituti,ideo non detrahit Trebel. contra ipſum filium,& aſſimilatur legatario, qui nihil detrahit, vt l. 1. §. 1. C. communia de legat. ¶ In tertia parte ibi, ſed quæro quis eſt hæres.gloſſ. per viam. q. opponit contra text. & dupliciter ſoluit, & Bartol.opponit hoc modo: nam text. innuit, quòd filius inſtitutus ſit hæres, contra dict. l. placet. ff. de acquiren. hæred. Tu clarius oppone ex mente Paul. de Caſtro:nam videtur, quòd quando pater grauatur reſtituere fideicom. filio inſtituto, debeat cenſeri grauatus vt hæres, & conſequenter
73 poſſit detrahere Trebellianicam, † quia filius inſtitutus adeundo hæreditatem facit patrem hæredem.d.l. placet. & l. qui in aliena. §.interdum. ff. de acquirend. hæred. & l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulgar. & pupillar. & tamen contrarium deciditur in hoc tex.ergo malè gl.ponit duas ſol.& tenet primam.ſ. verum eſſe, quòd filius inſtitutus adeundo iuſſu patris facit patrem hæredem quo ad effectum, & commodum,quia in effectu acquiritur incontinenti patri,ſed quo ad nudum nomen hæreditarium filius eſt hæres nomine. ¶ In 4.parte ibi, & cautè tacet de ſeruo. Gl. remouet aliud tacitum
74 contrarium.& Bar.illud format hoc modo. † Nam qñ ſeruus eſt inſtitutus hæres, nullo modo eſt hæres neque nomine, neque effectu, ſed facit dominum hæredem, ergo contra tex.qui innuit, ꝙ etiam qñ ſeruus eſt inſtitutus hęres, ꝙ ipſe ſeruus dicatur eſſe hęres. Et ꝙ nullo modo dicatur eſſe hæres, probat Bar.quia locus eſt ſubſtitutioni vulgari,quę concipitur in illum caſum,ſi hæres non erit,quando teſtator inſtituit illũ, quem ignorabat eſſe ſeruum.l.cùm proponas.C.de hęre. inſti. & §.fi.Inſti.de vulg.ſubſti.Sed tu aduerte,quia Bar.non vř bene probare aſſumptum, facit, ꝙ qñ ſeruus inſtituitur, ꝙ nullo modo ſit hęres neq; noĩe,neque effectu.nã iura ꝑ eũ allegata.ſ. d.l.cùm proponas.& d.§.fi.nihil faciunt.patet,quia in illis iuribus nec ipſe ſerus eſt hæres, in cuius perſona teſtator errauit, nec etiam facit dominum hæredem, ſed admittitur ſubſtitutus vulgaris, nec nudum nomen hæredis ſufficit ad excludendum ſubſtitutũ vulgarem. l. & ſi ſine.§.ſed quod Papinianus. ff.de mino.Bar.& alij in l.2.§.interdum.ff.de vulg. & pup.ergo iura allegata per Bar.non probant,quòd ideo ſeruus inſtitutus non ſit hæres neque nomine neque effectu, eo quia faciat dominum hřdem,quia in illis iuribus nõ facit dñm hřdem, imò excluſo vtroque locus eſt ſubſtitutioni.Vnde tu clarius forma iſtam oppoſitionem contra ilud,quod tenuit gl. ꝙ filius inſtitutus ſit hřs noĩe,ſed non effectu.Cõtra opponitur,nã iſta l.loquitur tam in ſeruo ꝙ̃ in filio,ſed in ſeruo nõ põt procedere illud, quod tenet glo.eo quia penes ſeruum non põt remanere nomen hæredis,cùm iſtud ſit de iure ciuili. l. lege obuenire. ff. de verbo.ſignific.& l.verbis ciuilibus,cum ibi not.ff.de vulga.
75 & pupil. † ergo non cadit in ſeruo, qui habetur pro mortuo quo ad ea,quę ſunt iuris ciuilis.l. quod attinet.ff.de reg. iur.Itẽ ꝙ quis ſit hæres in teſtamento, eſt inductum de iure ciuili, vt eſt gl.in l.1.ff.de acquir.re.do.latè Bart. in l.ex hoc iure. in 2.col. ff.de iuſt.& iu.ergo ſeruus eſt illius omnino incapax.d.l. qui in alterius & l.qui teſtamento.§.ſeruus.ff.de teſtamen.¶ In eadẽ
76 gl.in fi.concludit gl.† ꝙ filiusfa. inſtitutus hæres adita iuſſu patris hæreditate remanet hęres nomine,ſed non effectu: ſeruus autem nec nomine,nec effectu dicitur eſſe hæres.Bart. latè, & ſubtiliter diſputans iſtam materiam reprehendit differentiam gl.inter filium & ſeruum, & vult in hoc nullam eſſe differentiam, & quòd nemo eorum dicatur hæres nomine quo ad directas,vel vtiles actiones,& ſic quo ad effectus iuris,ſed bene dicantur hæredes nomine, ideſt nominati, & deſcripti hæredes in teſtamento, & ſic quo ad effectus facti tantum, per l. qui hæredi.in prin.ff.de condi.& dem.Iſtam opi.Bar.contra gl. * *tenent communiter Scribentes* hic, nemine Modernorum diſſentiente.& dicit.d.Alex. quòd eſt magis communis opi. & quòd eam etiam tenent Modern. in l. placet. ff. de acq. hæred. & dicit Aret.quòd iſta opin Bartol.ſibi placet.idem tenet Angel. in l.2.ff.de peti.hæred.per illum text.iuncta l.3. in princip. eod. titul.vbi dicit eſſe caſum non violando literam.¶ Iſtam communem conclu. contra gloſſ. indubitanter tene, quamuis Angel.hic poſt Antiquos,& in d.l.placet. & in l.ſub conditione.vbi etiam Bald.ff.de libe.& poſthum.teneat contrarium,ſequutus differentiam gloſſ.hic per aliqua leuia, quibus reſpondent Imol. & do. Alexan. & alij Modern. Tu autem ex dictis Bartol.facias duas concl. Prima, quòd filius,& ſeruus hęredes inſtituti non dicũtur hæredes etiam nomine quo ad directas, vel vtiles actiones, & ſic quo ad effectus iuris, ſed totaliter faciunt patrem, & dominum hæredes etiam nomine quo ad quo ad directas, vel vtiles actiones, & ſic quo ad effectus iuris, perinde ac ſi pater, & dominus eſſent hæredes inſtituti, vt
77 dicit text.in l.acquiritur.§.1.ff. de acquir. re. dom.¶† Secunda concluſio eſt,filius,& ſeruus hæredes inſtituti dicũtur hæredes nomine.i.nominati in teſtamento, & ſic ſunt hæredes quo ad effectus facti. ¶ Pro prima conclu.Bartol.adducit text.in l.qui in aliena. §. interdum. ff. de acquir. hæred. & illum text. ſubtilius inducunt Aret. & dom. Soci. hic. nam ibi filius fuit exhæredatus, & nepos in eius poteſtate exiſtens fuit ab auo inſtitutus, dicit ibi text. quòd nepos ſine aditione facit patrem hæredem ſuum, & neceſſarium, ergo directum. §. ſui. Inſti. de hæredum quali. & diffe. ergo directa ſuitas non reman-
78 ſit penes nepotem inſtitutum, † quia ſi remanſiſſet in ſuitate, non eſt locus ſucceſſorio edicto de perſona ad perſonam. l. prima §. ſciendum. ff. de ſuis, & legitim. latè Bartol. & alij in l. qui ſe patris. C. vnde liber. ¶ Sed tu aduerte, quòd licèt iſta inductio videatur ſubtilis, & colorata, tamen confunditur, quia eſt contra illum text. in fin. dum dicit, nam per eum quis exiſtere neceſſarius non poteſt, qui & ipſe non eſſet extiturus, & ſic vult, quòd nepos primò ſit neceſſarius,& poſteà facit patrem ſuum, & neceſſarium.item dicit

79 dicit ibi text. † per talem suitatem confirmari exhæredationē
filij absque alia aditione,quæ aliàs requiritur.l. filium.§. sed cū
exhæredatio. ff. de leg. præstan. ergo non ab ipso filio exhære-
dato ꝯ seipsum confirmatur exhæredatio, quia hoc esset ab-
surdum,sed à nepote instituto. Ad idem text.in l.filius patro.ff.
de bon.lib.vbi dicit text. ꝙ filius exhæredatus extitit hæres ne-
cessarius, qn̄ nepos ex eo fuit institutus non per semetipsum,
sed per alium ad hæreditatem admittitur,ergo apparet, ꝙ nō
directò,& ipso iure,vt dicunt Are.& Soc.hic.Nec obst.funda-
mentum eorum de materia.l.qui se patris.C. vnde lib. & de l.
1.§.sciendum.ff.de suis,& leg.qa illa materia loquitur,quando
existens in primo gradu, est suus sibi ipsi soli, & non qn̄ alij, in
cuius est ptāte,prout loquuntur.d.l.qui in aliena.§. interdum,
& d.l.filius patroni.Tu pro ista prima concl.Bar.adde bonum
text.in d.l.1.§.si filio.ff.ad Trebel. iuncta.l. si hæres institutus.in
prin.eo.tit.dr̄ in d.§.si filio, ꝙ si filius, & seruus fuerint hæredes
instituti,& pr̄,& dn̄s fuerint grauati eis restituere hæreditatē,ꝙ
restituendo transeunt in eos vtiles actiones,ergo apparet,ꝙ pe
nes filium non sunt directæ actiones, quia quando restitutio
fit habenti directas actiones, non transeunt vtiles. d.l. si hæres
80 institutus. in princip. ¶† Sed aduerte, quia ꝯ istam primam
conclus Bartol. communiter approbatam videtur facere iste
text.in ista tertia parte,& sic in versic.denique.dupliciter indu-
cendo istum text.primò dum dicit text. ꝙ pater ex persona fi-
lij hæredis detrahit ab extraneo quartam Trebel. ergo nomen
hr̄dis vr̄ apud filium remanere cum aliquo effectu iuris. s. de-
tractionis Treb. tn̄ ad hoc potes respondere ex mente Bartol.
ꝙ iste effectus causatur,non quia nomen hæredis sit cum iuris
effectu apud filium, sed qa ipse filius fuit scriptus hæres in te-
stō, & pr̄, vel dn̄s est hæres quo ad oīa iura, eo modo quo es-
sent filius, vel seruus, si essent sui iuris,sed si essent sui iuris,ipsi
detraherent quartam Trebel. ergo similiter isto casu pater, &
dominus eam detrahent. ¶Secundò obstat iste text. dum di-
cit,ac pater non vt hæres, sed vt pater rogari videtur, ergo fi-
lius est hęres,& ex sua persona sibi obligari non potest, vt di-
citur in text.& ita inducit istum text.glo.hic. Sed respondet,ꝙ
text.non dicit,nec posset dicere, ꝙ pater non sit hæres effectu,
per d.l.placet.ff.de acquir.hæred.sed bene dicit text. quòd non
videtur rogatus vt hæres, ratio est ſm Bar.ne istud beneficiū,
ꝙ pater habet pp filium, vt per eius personam efficiatur hæres
in effectu, retorqueat ꝯ eum,ꝯ.l. amicissimos. in fin. ff. de ex-
cu.tut.& l. iudex circumuento. ff. de minor. ¶Secundò princi-
paliter contra primam conclu. Bart. de seruo videtur stringe-
re text.in l. legatum est.in §. alienus.ĵ.eod. vbi text. formaliter
dicit, ꝙ seruus alienus hæres institutus legari ipse à se cuidam
tertiò nec totus, nec pro parte potest, quia inter hæredem à
quo relinquitur, & rem legatam debet esse dr̄ia, & tn̄ si domi-
nus esset hæres effectu;posset legari,ergo ibi vr̄ esse casus,quod
legatum relictum à seruo hærede instituto capit fundm̄ in p-
sona ipsius serui,& ita illum text. ponderat Aret. in d.l. placet.
in fin. & rn̄det, ꝙ attento iudicio, & voluntate testōris legatū
debetur à seruo,ergo nō potuit formaliter fieri eo modo,quo
testator disposuit,licèt aliud sit ex dispōne iuris. d.l. qui liberis.
81 §.hæc verba.¶† Sed tu aduerte ꝯ istam sol. Aret. ꝙ ad hoc, vt
actus valeat, non debet attendi illud, quod testator ſm verba
ordinauit,sed illud, quod ius disponit. l. cùm quæstio. cum si-
mil.C.de leg.Istam primam conclusionem Bartol.limita duo-
bus modis primò, vt in filiofamil. procedat attento iure fio-
rum, & etiam hodie in hæreditate profectitia, in qua filius es-
82 set institutus contemplatione patris, sed in hæreditate † aduē-
titia,cùm hodie sit statutum, quòd filius sit hæres quo ad pro-
prietatem nomine,& effectu.l.cùm oportet. in principio.C.de
bon.quæ liber.& §.primo. Insti. per quas personas no. acquir.
& sic pater habeat solum vsumfructum, certè pater censebi-
tur hodie singularis successor in tali vsufr. non autem habebi-
tur vt hæres, ita signanter declarat Bald.in l.si putas.circa med.
C.de petit.hæred. refert, & simpliciter sequitur ac reputat sin-
gulare dom.Alexand. hic. ¶Tu adde illud, quòd latè tradunt
Bartol. & alij infra in secunda quæst. extra gloss. dum exami-
nant, an ista. l. hodie procedat in hæreditate aduentitia, ibi di-
83 cetur. ¶† Secundo limita istam primam conclusionem Bar-
tol.vt procedat post aditam hæreditatem, quando iussu pa-
tris, vel domini, filius, vel seruus adiuerint hæreditatem, tunc
bene faciunt patrem,vel dominum in totum hæredes,& istud
est,quod dicit text.in dict.l acquiritur.§.primo. ff. de acquiren.
rer. domin. vbi dicit text. quod quando filius, vel seruus sunt
instituti hæredes, si iubentibus nobis adita sit hæreditas, ac-
quiritur nobis perinde,ac si nos ipsi hæredes fuissemus institu-
ti, sed ante aditam hęreditatem ipse filius, vel seruus dicuntur
hęredes, non autem pater, vel dominus,quia ad ipsos spectat
facultas adeundi,& non ad patrem,vel dominum,pater,quia
filius, vel seruus instituti possent nolle adire, sed potius pati se
expoliari, quam adire, vt dicit text. in l. cùm proponas. C. de
hæred.institu.& in l.pro hærede. in principio. ff. de acquirend.
hæredit.& in §.penult. Institu. de hæredi. qualita. & different.
& ita etiam tenet Bartol. hic in secundo effectu, respondendo
ad d.l.3.ff.de vulgar.& pupil.Non intelligas tamen,quòd filius
& seruus instituti ante aditam hæreditatem dicantur propriè
84 hæredes, quia nemo † etiam habilis, & existens sui iuris ante
aditam hæreditatem dicitur propriè hęres, quia ille dicitur
propriè hæres,qui hæreditatem adiuit.l.tertia. §. si quis hæredi.
ff.de statuliber.& l.3.§.si quis ita,& ibi ponderant Bald. & Imo.
ff.de hæred.insti.& l. si in diem.in princip. ff. de condi.& dem.
85 quod ius† adeundi non dicitur esse in bonis nostris ante adi-
tam hæreditatem,vt est text.not. in l. pretia rerum. in princip.
ff.ad leg.Falcid.quem text.ad hoc reputat singular.Bald. in l.se-
cunda, circa fin.C.de iur.& fact. ignor.Idem tenet Bartol. in l.
post emancipationem. §.primo. ff. de liber. leg. Bald. in l.Deo
86 nobis.ad fin. C. de Episcop. & cler. ¶† Circa secundam con-
clusionem Bartol. quòd filius & seruus hæredes instituti dicū-
tur hæredes nomine, idest nominati, & sic censentur hæredes
quo ad ea,quæ sunt facti, ideo cùm implementum conditio-
nis sit facti,debet impleri in persona filj,& serui,qui sunt hære-
des nominati, & sic debet eis solui illud, quod debetur gratia
conditionis implendæ, non autem debet solui patri, vel do-
mino,vt est text. in dicta l. qui hæredi. in principio. ff. de con-
dit.& demonstrat. & ex hoc colligit Bartol. rationem ad l.qui
liberis. §. hæc verba. ff. de vulgar. & pupillar. quòd illa verba,
quisquis hæres mihi erit, resoluuntur in conditione, si aliquis
mihi sit hæres, sed implementum conditionis dicitur esse fa-
cti,& quo ad ea,quæ sunt facti pater, vel dominus non dicū-
tur esse hæredes, licèt Aret. hic in vltim. colum. impugnet istā
rationem Bartol. Tu adde congruentiorem rationem, quòd
87 † licèt filius, & seruus faciant patrem, vel dominum totaliter
hæredes in effectu, tamen non faciunt eos dici scriptos hære-
des, quia cùm istud sit facti, non potest acquiri per filium, vel
seruum patri, aut domino. §. sed cùm factum. Insti. de stipul.
seruor. & dicta l. qui hæredi. in principio. & ita procedit text.
in dicta l. qui liberis. §. hæc verba.iuncta. l. cum filio.in verbo
scriptos tantummodo. nam ista verba, quisquis mihi hæres
erit, intelliguntur, scilicet ex suprascriptis, vt ibi, & l.in substi-
tutione. ff. eodem. de vulgari & pupillari, & dixi etiam supra
in gloss. secunda, ergo pater, vel dominus non admittuntur,
quia non sunt scripti hæredes, quamuis effectualiter hæredi-
tatem habeant. Ista ratio est magis de mente dictorum iu-
rium, quàm sit ratio Bartol. ¶Successiuè inquantum Bartol.
ponit illos duos effectus, quos operatur nominatio hæredis
remanens in filio, vel seruo hæredibus institutis quo ad ea,
quæ sunt facti. Addit Ludouic. Roman.tertium effectum quo
88 ad ius sepulchrorum, † quòd si testator acquisiuit sepul-
chrum pro se, & hæredibus suis, acquiratur filiofamil. hæredi
nudo nomine, per text. secundum cum singularem in l.fami-
liaria.cum l.sequent.in princip.supra de religio.& sumptib.fu-
nerum.domin.Alexand.reprehendit per l.quia perinde. §. pri-
mo.infra ad Trebellia.vbi iura sepulchrorum remanent apud
hæredem, qui habet iura directa, ergo etiam debet esse in pa-
tre,cui acquiritur hæreditas,& non in filio, & respondet ad iu-
ra allegata per Ludouic. qui dicit nihil facere, siue Ludouic.
ponderauit illa iura, dum loquuntur de filio, qui abstinuit se
ab hæreditate patris,& consequenter est hæres nudo nomine,
& tamen habet ius sepulchrorum, siue etiam voluit ponde-
rare illum tex.in verbo pro minima parte institutus. Ego di-
co,quòd illi text.optimè faciunt pro Lud.Rom.& ꝙ Lud. ali-
ter debuerit inducere illos text. quàm ponderet d. Alex. dum
text. ibi dicit hæredibus,cæterisque successoribus qualescunq;
fuerint. Ego pondero illam dictionem geminatam qualescun-
que fuerint, quæ operatur, vt comprehendātur etiam hære-
des nudo nomine, licèt verè,& effectualiter non sint hæredes.
Istud assumptum probo per illud, quod singulariter decidit
a Bal. [a] in cap.imperialem.in princip.in 5.colum.de prohi.feud.
89 alien.per Fed.vbi determinat,quòd † feudum acquisitum pro
se,&

ADDITIO.

a ¶Decidit Bald.Vide,quę ponit Barba.consil.penult.col.11.in 1. volum. & in l.cùm acutissimi. colum. 8. C. de fidecomm.l.qui tenuit contrarium eius,qđ tenet in præalleg.consil.& vide Feyn.in capit.in præsentia. columna 11.de prob.& Soc.in d.§.etiam si parente. post Aret.ibi, & ibi etiam Ias. colum.5. versicul. limita in 2.lect. † Pulchrè Catel. versicul. feudum concessum, vbi concludit,quòd transit etiam ad legatarium, & ad fideicommissarium, quia non retinet propriam naturam feudi, etiam quo ad extraneos hæredes, quam conclusionem comprobat idem Catel. versic. Quibuscunque, & latè disputat Roland.consil.96.numer.36.libr.1.Iacobin.in inuestit. vers.& Quibuscunque.Clar.§.feudum.q.9.in prin. MASVER.

ſe,& hæredibus ſuis quibuſcunque,comprehendit etiam eũ,
qui eſt impropriè hæres, & ſic comprehendit etiam legatariũ,
refert,& ſequitur dom.Alex.in l.quædam.§. nihil intereſt. in 1.
col.ſ.de eden.& in l.Gallus.§. etiam ſi parente. ſ. de lib. & po-
ſthum.& in l.etiam.in prin. vbi etiam ſequitur Ludo. Rom. ſ.
ſolut.mat.& do.Alex.in l.quod dicitur.in vltim.char.j. de ver-
bor.oblig.& latius do.Alex.in l.ſi patroni. in princip. in pen.&
vlt.col.j.ad Treb.ſequitur etiam Ludo. Rom. in l. id tempus.
§.1.j.de vſur.d.Abb.in conſil.110.incip. nitar in præſenti cauſa.
in 3.dubio. Accedat, quòd verba geminata ſolent multum
operari.l.Baliſta.ff.ad Treb. & iſtud idem, ꝙ hic, tenet Ludo.
de iſto iure ſepulchrorum in dict.l.qui in aliena.§. interdum.ſ.
90 de acquirend.hæred.¶† Expediia theorica Barto.ea inducitur
in practica ad duas q̄ſtiones.Prima,an diſtinctio,quę fit in ſer-
uo inſtituto hærede, quem teſtator errans putabat eſſe liberũ,
in l.ſi paterfamilias.in princip.ff.de hæred.inſti.& in §.final. In-
ſtitu.de pupil. ſubſti. habeat locum in filiofam. quem teſtator
errans putauit eſſe ſui iuris? Et determinat, ꝙ ſic, quia quan-
tum ad hoc non eſt differentia inter filium & ſeruum, & ita
tenet gloſſ.in l.ſi quis filium.in glo. 1. vbi Bar. idem tenet. ff.de
acquir.hæred.idem tenet Bar.in l. cùm proponas. ad fin. C.de
hæred.inſti.vbi plenè dixi.ad ibi dicta me remitto, & ibi etiam
tetigi, quid iuris ſm iura hodierna, ſm quæ filius acquirit ſibi
91 proprietatem, & patri ſolum vſumfructum. ¶† Secunda q.
Bar.eſt, q̄n ſubſtitutio pupillaris eſt facta per illa verba, quiſ-
quis mihi hæres erit, ſit etiam hæres filio meo impuberi dece-
denti in pupillari ætate, & filius,vel ſeruus inſtituti adiuerunt
iuſſu patris, vel domini, poſteà tempore mortis pupilli repe-
riuntur ſui iuris, poterunt ex ſubſtitutione pupillari admitti,
& ſibi acquirere hæreditatem pupilli,ſm Bar. & alios hic,& in
d.l.3. de vulg. & pupil. vbi dixi. ad ibi dicta me remitto. idem
tenet Ioan.Fabr.in §. ſubſtituitur. Inſtitu. de pup. ſubſti. & eſt
bonus text.de hoc in l.cohæredi.§.1.in verſi. vel alij acquiſitæ,
& ibi Bart.ad hoc not.ff.de vulg.& pup.& illlum text.etiam ad
hoc adducit Raph.Cum.in d.l.3.& Aret. hic in vlt.col. ¶ Vltra
Scribentes induco theoricam Bart. ſuperius relatam ad no-
92 uam,& ſolennem quæſtionem. Pone,† ſtatuto cauetur,quòd
qui occidit hominem, occidatur,ſi non habuerit pacem cum
hærede occiſi,vel pone, ſtatutum remittit in totum, vel dimi-
nuit pœnam bannito,ſi pacem habuerit ab hærede occiſi,po-
ne,ꝙ filiusfam. vel ſeruus alienus fuerunt hæredes inſtituti ab
eo,qui fuit poſteà occiſus,& iuſſu patris, vel domini adiuerũt
hęreditatem illius occiſi,quæritur à quo debeat pax haberi an
à ſeruo,& filio hæredibus ſcriptis, an verò à patre, vel domi-
no,in quos tranſeunt omnia iura hæreditaria directa,& vtilia,
& ſic ſunt hæredes effectu? Habeo iſtam q.pro valde dubia,&
conſidera pro qua parte faciat doctr. Bartol. quia videtur ad
vtranque partem poſſe adduci, vt j.ſtatim ſubijciam. Ego in-
tendo iſtam q.bene diſcutere, quia eſt nouus articulus à nemi
ne vnquā tactus, & quòd debeat haberi pax à filio, vel ſeruo
hæredibus ſcriptis,licèt nudo nomine ſint hæredes,bene facit,
quia ſtatutum loquitur conditionaliter, ſi pacem habuerit ab
93 hærede, † ſed conditio, cùm ſit facti, debet impleri in perſo-
nam filij, vel ſerui hæredis ſcripti, & nominati, non autem
in perſonam patris, vel domini, vt eſt text. clarus in l. qui hæ
redi, in princip. ff. de condi. & demonſtrat.& in l. qui liberis.
§ hæc verba.ff.de vulg.pupil. & iſtud tenet Bart. hic in 2. effe-
ctu,& iſtud ſtringit pro hac parte. ¶ Secundò facit, quia quo
ad ea, quæ ſunt facti, nominatus cenſet̄ eſſe hæres, licèt ipſe
nullas habeat actiones directas,vel vtiles, iſta eſt etiam doctr.
Bartol. hic in ſecundo effectu, quia ea quæ ſunt facti, non
tranſeunt à filio vel ſeruo hæredibus inſtitutis in patrem, vel
dominum, vt dicit text. in dict. l. qui hæredi. in princip. &
94 in dict. §. ſed cùm factum. Inſtit. de ſtipul. ſer. † ſed facere
pacem eſt meri facti,ſicut contrahere.l. conſilio. in fi. de cura.
furio. iſtud etiam ſtringit pro hac parte, & ſic vides, quòd
doctrin. Bartol. videtur facere, quòd debeat pax haberi à
filio, vel ſeruo hæredibus inſtitutis, & non ab eorum patre,
vel domino. ¶ Tertiò facit, quia non debet attendi cui
emolumentum hæreditatis acquiratur, ſed cui honor ha-
bitus ſit, & ſic quis in teſtamento ſit ſcriptus hæres, an filius,
vel ſeruus, àn verò pater, vel dominus, ita dicit egregius
text.in l. 3. §. hoc autem ſolùm. in verſi. cæterum. ff. de legat.
præſt. tamen ad illum text. potes reſpondere, quòd diſpoſitio
illius tituli fuit inducta, vt honorlegatariorum conſeruetur,
ideo dicit ibi text. quòd non attenditur, cui acquiratur com-
modum, ſed cui honor exhibeatur, ſed in caſu noſtro ſtatu-
tum conſiderauit hæredem effectualem, & ſic effectum
acquiſitionis hæreditatis, vt ſtatim.j. dicam. ¶ Quartò facit,
quod no. tenet Bart.in l. ſi filius qui patri. in 1. q.ff. de vulg &
* pupillar. & ſequuntur Bartol. Imol. *& communiter Moder.* vbi
95 dixi. vbi tenet,quòd † ſtante ſtatuto Peruſinæ ciuitatis, quòd
exbannitus non poſſit reuerti ad ciuitatem intra decem an-
nos,niſi habuerit pacem ab hæredibus occiſi, decidit ibi Bart.
ſing.quòd ſi filius iſtius occiſi abſtinuit ſe ab hæreditate pater-
na,& ſic ſolũ eſt hæres nudo,& vano nomine,quòd tñ debeat
ab eo pax haberi,& ita etiã eſt in q.noſtra. Mouetur Bart.quia
facere pacem,non eſt quid hæreditarium.l. pro hærede.§.fi.ff.
de acqui.hære.& l.pe.ff.de ſepul.vio. & iſtud vltimum ēt dicit
idem Bar.in l.damni.§.Sabini.ff.de dam.infect.Sed tu aduerte,
quòd licèt filius abſtineat ab hæreditte patris, fortè quia eſt
damnoſa, & debitis grauata,tamen eſt filius,quem principali-
ter tangit iniuria,& offenſa patris occiſi, & per conſequens ad
eum ſpectat, vindicta igitur etiam ad eum debet ſpectare
facere pacem. Ita procedit dicta deciſio Bartol. ſed iſta ratio
ceſſat in caſu noſtro in filiofa.& ſeruo alienis, qui non atinent
in aliquo occiſo. ¶ In ꝯrium, quòd imò pax haberi debeat à
patre, vel domino, qui ſunt hæredes affectuales, & ad quos
96 tranſeũt directæ,& vtiles actiones,facit,† quia filius,& ſeruus
poſt acquiſitionem hæreditatis factam patri, vel domino per
d.l.placet.dicuntur hæredes impropriè, ita formaliter dicit gl.
in l.quoties.§.fi.in verſi. ſed & ſi purè.in gl.fi.ad fi. ff.de hæred.
97 inſti. quam gl. allegat Bart. hic. † ſed in ſtatutis verba debent
propriè accipi,non autem impropriè. l.1. §. ſi is qui nauem.ff.
de exer.l.ille,aut ille.§.cũ aũt in verbis, & l.nõ aliter.ff.de leg.3.
98 ſed ad hoc reſponde, † quòd etiam in ſtatutis verba debent
ſtrictè, & propriè accipi, & tamen verificatur in eo,qui eſt
hæres nudo nomine, & ſine effectu, vt eſt text. not. in l. ſi ita
ſcriptum.ff.de condi.inſti.& in d.l.qui hæredi.in prin.¶ Secun-
dò pro hac parte facit,quia verba dicti ſtatuti debent intelligi
de hærede cum effectu. l. 1. §. hæc verba. vbi aliquando plenè
dixi.ff.quod quiſque iur. & c. relatum.de cleri. non reſid. ergo
intelliguntur de patre,& domino, qui ſunt hæredes in effectu.
99 ¶† Tertiò facit, quia hæres idem eſt, quod dominus. §. pen.
Inſti.de hære.qua.& diffe.ſed filius, & ſeruus cùm adita hære-
ditate transferant totum in patrem, vel dominum, ergo non
ſunt domini,ſed pater,vel dominus,ergo de eis ſtatutum intel
ligitur. ¶ Quartò facit vna ratio, quam ad iſtud ſtatutum aſ-
ſignat Bart.in l.4.§.Cato.in vlt.col.ff.de verb.obl.vbi dicit, ꝙ ſi
bene conſideramus verba, & mentē iſtius ſtatuti, iſtud ſtatu-
tum voluit fieri pacem ab eo,qui repreſentat perſonam de-
functi inſolidum, ſed filius, & ſeruus non repreſentant perſo-
nam defuncti,imò pater,& dominus,qui effectuatiter ſucceſ-
ſerunt in hæreditate, & eam poſſident, & quibus competunt
iura hæreditaria actiuè, & paſſiuè, vt in Auth.de iureiurand.à
morien.præſti.in princip.collat.quinta. Et ſic pondera Bartol.
ibi velle in iſta ratione, quòd ius faciendi pacem de occiſo ſit
quid hęreditarium, cuius contrarium tenet expreſsè Bartol.
in dicta l. filius, qui patri. ad fin. & in dicta l. damni infecti.
100 §.Sabini. ¶† Quintò facit,quia facere pacem de morte oc-
ciſi non pertinet ad filias fœminas, etiam ſi non eſſent ma-
ſculi, ſicut nec ad eas ſpectat vindicta ſanguinis, ſed ad ma-
ſculos,vt eſt gloſſ.reputata ſingul.in capitul.primo.§. hoc au-
tem notandum.in gloſſ. magna ad fin. qui feud.dar.poſſ. & ibi
Bald.dicit, quòd illa glo. facit ad ſtatuta loquentia de pace te-
nenda ab hæredibus occiſi, tamen dicit, quòd illa glo. proce-
dit ſecundum leges longobardas,& ſic videtur innuere, quòd
de iure communi non ſit vera, ſed illam gloſſ. ſequitur idem
Bald.in l. Titia. §. Lucius. ff. de legat. ſecundo. eam tenent,&
reputant ſingular.Angel.Imol & Raphael.Cuman.& Paul. de
Caſtro, in l.quarta.§. Cato.ff. de verborum obligationibus, &
in l.pro hærede.§.final.ff.de acquirend.hæredit. & in dict.l. ſi fi-
lius,qui patri.ad fin. ff. de vulgari & pupillari. Angel. in conſi-
lio 22. quod incip. viſo facto. Si ergo facere pacem non ſpe-
ctat ad filias fœminas occiſi, ergo multò minus ſufficiet ha-
bere pacem à ſeruo, vel filiofamil. alienis hæredibus inſtitu-
tis, qui ſunt hæredes vano nomine, & non repreſantant per-
ſonam defuncti, vt dixi: tamen, quòd illa gloſſ. non ſit vera de
iure communi,tenet Ludouic.Roman.in l prima. §. potuiſſe.
per illum textum.ff.ad Syllan & in dict.l.pro hærede.§. final. &
ibidem domin.Alexand.& idem Ludouic. in dict. l. quarta. §.
Cato.domin.Alexand.in dict.l. ſi filius, qui patri. in penul. col.
vbi dicit,ꝙ ita ſolitus eſt tenere,& ibidem Aret.ad fin.¶ Sexto
facit,quia ſtatutum requirens pacem haberi ab hæredibus oc-
ciſi, conſiderauit,quòd iſto modo tollatur rancor,& inimici-
tia exiſtens inter hæredes, & occiſorem defuncti, ſed huic ra-
tioni non videtur ſatisfactum,ſi habeatur pax à ſeruo, vel filio
hæredibus inſtitutis, ex quo non ſunt hæredes in effectu, ſed
vano nomine, præſertim cum iſtud ſtatutum ſit contra ius
101 commune,& contra publicam vtilitatem,† quæ vult, quòd
homicidia,& ſimlia delicta puniantur.l.3.C. de Epiſc. audien.
iuncta.l.ita vulneratus.ff.ad leg. Aquil. & ꝙ not.Bar.in l.quem-
admodum

admodum.circa med. C. de agr.& cenſi.libr.11,ergo debet in-
telligi de hærede effectuali,& nõ vano nomine,& in iſtam ſe-
cundam partem ſum procliuior, licèt reputem articulũ val-
de dubitabilem ex deductis pro alia parte.¶Si autem eſſemus
in alio ſtatuto diſponente, ꝙ pro homicidio imponatur pœ-
na pecuniaria, cuius partẽ vult applicari hæredi occiſi, & aliã
partem fiſco, & filius, vel ſeruus hæredes inſtituti iuſſu patris,
vel dñi adiuerint hr̃ditatem, tunc bene videretur, ꝙ illa pars
pœnæ pecuniariæ debeat applicari patri vel dño, cùm ipſi ſint
hæredes in effectu,& ſic ad eos ſpectent commoda, & emolu
mẽta.d.l.placet. ff. de acquir. hær. ¶Gl. in verbo relictis. In iſta
gl.opponitur ꝯ̃ text. nam hic dr̃ relictis in plurali, & ſubſtanti-
102 uum eſt in ſigulari,† ergo vr̃ mala grammatica ꝯ̃ l. Plautius.
ff.de auro,& argen.leg. & c.ad audientiam.de reſcrip. huius ti-
more gl. per viam notabilis dicit, ꝙ hic ſunt duo ſubſtantiua
ſingularis numeri, quibus bene competit adiectiuum plurale,
103 & ad hoc gl.allegat nouem ll.concordantes.† Vni ergo ſub-
ſtantiuo ſingulati ſalua ratione recti ſermonis non poſſet ad-
di adiectiuum plurale, intellige niſi illud ſubſtantiuum eſſet
collectiuum plurium perſonarum, vt capitulum,populus, &
ſimiles,tunc poſſet dari adiectiuum plurale,vt cap. bonæ. 2. in
verſi. citari fecerunt.de elect.& tamen loquitur de capitulo in
ſingulari.ad idem text.in capit. in cauſis. eod. titul. de elect. &
not.Ioan.Andr.in c.capitulum,Sanctę Crucis.de reſcrip.Imol.
& dom.Alexand. hic. Accedat illud Virgi. in 1. Eneid. *Pars in*
104 *fruſtra ſecant*. Idem intellige,† quod quando præcedunt duo
ſubſtantiua ſingularis numeri, licèt poſſit dari adiectiuum
plurale,vt hoc text.& hac glo.tamen etiam ad duo ſubſtanti-
ua ſingularia præcedentia poteſt dari adiectiuum ſingularis
numeri. l. nam quod liquidè. §. final. ff. de pen. leg. per quem
text.ita limitat iſtam gloſſ.Bartol.in dict.l. Plautius. in ſecunda
oppo.ff.de aur.& arg.leg. Et habes meliorem text. in l. extat.ff.
quod met.cauſ.ibi, rem illam debitoris, vel pecuniam debitã,
illud adiectiuum debitam,ponitur in ſingulari,& tamen refer-
tur ad ambo ſubſtantiua præcedentia, & ibi Bart. in prima co-
lumna ad fin. ad hoc not. illum text. & reputat tenendum
menti. ¶Iſtam gloſſ.Bar.infra ad fin.inducit poſt Dyn. ad no-
tabilem quæſtionem, ibi reſeruo dicendum, vt ſequar ordi-
nem Barto.¶Capio gloſſ.in verbo retenturum, quæ diuiditur
principaliter in quinque part.principales. In ſecunda extendit
text.vt procedat non ſolùm in fideicom. vniuerſali, ſed etiam
in ſingulari fideicom. ſic relicto poſt mortem patris, & non
aduertit glo.nec Doctor. quòd iſta extenſio eſt ſuperflua, cùm
iſte text.loquatur de vtroque ibi,ex legato, vel hæreditate. In
ſecunda glo. ſecundum Barto. reſpondet tacitè notabili quæ-
ſtioni per tres text.& per duo ſimilia.ita iſtam par.expedit Bar.
per viam quæſtionis infra in penultim.colum. Tu dic melius,
quòd cùm glo. primo loco extendat iſtum text. vt procedat
etiam in fideicommiſ.ſingulari, ſubdit, quòd in fideicom.vni-
uerſali eſt hoc plus quàm in ſingulari,quòd etiam ſi fideicom-
miſſum vniuerſale ſit purum, & fideicommiſſarius decedat
ante reſtitutionem ſibi factam, quòd non tranſmittit ad hæ-
redes, ſicut nec etiam tranſmittitur hæreditas non adita, nec
bonorum poſſeſ. non agnita, licèt bene tranſmittatur ius de-
liberandi. In tertia parte glo.ſecundum Bart.ĩ. in vltim.col.re-
ſpondet alij tacitę quæſtioni, an fideicommiſſarius vniuerſalis
decedens ante aditam hæreditatem, qui non tranſmittit fidei-
commiſſum vniuerſale, an tranſmittat ius deliberandi, ſicut
ſit tranſmiſſio per hæredem. In quarta fortiter opponit ꝯ̃ ra-
tionem text. in fin. ibi, quoniam fideicommiſſum ex perſona
patris ſui vires recipit, & dupliciter ſoluit. In quinta,& vltim.
glo.quærit,& ſe remittit ad not.in l.eam quam.C. de fideic. &
Bart.ĩ.in vlt. col. in pen. q. de hoc ſe remittit ad not. in l. ille à
quo.§.ſi de teſtamento.ad Treb. Secunda ibi,ſed in vniuerſali
eſt hoc plus.Tertia ibi, ſed hoc fortè ita tranſmittit. Quarta
ibi, ſed ſecundum hoc quare dicit. Quinta, & vltima eſt ibi,
105 ſed an hæres rogati.¶† Ex ſecunda parte gloſſ. habes nota-
bilem concluſionem, quòd fideicom. vniuerſalis moriens an-
te reſtitutionem fideicommiſ.ſibi factam ab hærede,non tran-
ſmittit tale fideicommiſſum ad hæredes ſuos, quamuis tale
fideicommi. eſſet purè relictum. Mouetur præcipuè gloſſ.
quia ſimile videmus in hæreditate, quæ ſi non ſit adita, non
tranſmittitur,& idem in bonor.poſſeſ.Tu autem fortius indu-
cas iſta duo ſimilia glo.prout inducit Bart.in dict.l.à teſtatore.
in vltim.colum. ff. de condi. & demonſtrat. nam reſtitutio fi-
deicom.vniuerſalis idem operatur, quòd aditio hæreditatis. l.
106 1.& 2.ff.de fideicom. hæred. pet.† & fideicommiſ. vniuerſa-
lis cenſetur quaſi hæres.l.ſi filius.§.1.ff.ad Macedon.& iura lo-
quentia in hærede,procedunt etiam in fideicommiſ.vniuerſa-
li,vt not.Bar.in l.1.§. de illo. per illum text. vbi dixi.ff.ad Treb.
vnde ſicut hæres hæreditatem non aditam non tranſmittit.
l.vnica.§.in nouiſſimo.C.de cad.tol.eod.modo fideic. vniuer-
ſalis nõ debet tranſmittere fideic. ſi decedat ante reſtõnem ſibi
factam.cãdem opi.tenet gl.in l.à teſtõre.ff.de condi.& demon.
& gl.in l.filiusfa.§.diui.primo.in verbo deceſſerit.ĩ. eod.& glo
* in l.ſi mulier. §. ex aſſe.ff. de iure dot. ¶In contrarium eſt *com-*
a *munis ſententia*, [a] quam tenet glo.ſibi contraria in l. apud Iulia-
num.§.vtrum.ff.ad Treb.Antiqui Doct.Bar. & cõiter alij. Bar.
in d.l.à teſtatore.Bart.& Imol.in l.cogi.§. idem Metianus. ff.ad
Treb.& in l.ventre.ff. de acqir.hæred. & ita conſuluit Bartol. in
conſil.13. quod incip. ex facto propoſito plura dubia oriuntur.
in pen.col.& in conſ.22. ꝙ incip.homo Accurſuli.in 3.colum.
158 rit̄ commoditas iure pr̄iæ ptãtis. † quia quæ non pn̄t acquiri patri quo ad vsumfr. acquiruntur semper quo ad commoditatem. l. final. C. de vsufru. & l. necessariò. §. final. ff. de peri. & commo. rei vend. & in casu nostro istud idem de commoditate tenet Raphael. Cuman. hic in 3. column. & solùm allegat glo.in d.Auth.vt lic.ma.& auiæ. in princip. secundum tñ no.in d.l.fi.C.de vsufr.secundum eum, & ratione illius com moditatis posset teneri, quòd valeat fideicom.iniunctum patri,sicut etiam tenet Bart. hic de commodo medij temporis, licèt fructus interim percepti sint restituendi filio, cùm erit sui iuris.¶ Tertiò quærit Bart.quid in filio arrogato,& respondet, quòd idem quod in naturali, & legitimo. alij nihil tangunt.
159 Ego autem ex hac deci.Bart.not.infero † arguendo de arro-
a gatione ad legitimationem,quòd argumentum valet, [a] & tenet,vt est glo.in l.1.ad fi.in versi.parentib. ff.ad municip. Bart. in l.Gallus.§.nunc de lege. in pen.quęstio.s̄.de lib.& posthu. ꝙ ista l.& ea quę dicta sunt in filio legitimo,& naturali, etiam ha
160 beant locum in filio legitimato. † nam legitimatio est similis arrogationi.l.iubemus.C.de na.lib.secundum Bald.in l.1.in vlt.col. C.de iure aure. an. ergo cùm ista l. & eius materia habeat locū in filio arrogato, ergo etiam habebit locum in filio
161 legitimato. ¶† Confirmo, quia plus est esse legitimatum, quàm arrogatum.ita not.Bal.in l.si te parens.C.de suis,& legi. Item fauorabilior est legitimatio quàm sit arrogatio, secun-
162 dum Bal.in l.neque absens.circa fi.s̄.de adop.¶† Confirmo, quia statutū disponens, quòd existen. filijs masculis filiæ fœminæ non succedant,istud statutum habet etiam locum in filijs legitimatis,secūdū Bal.in l.cùm acutissimi.C.de fideicom. & l. eam quam.in 6.& in 10.col. C.de fideicom. cum suis concor. & tamen non habet locum in filijs arrogatis, secundum Io. de Ana.in consi.27.incip. Viso casu. facit bene tex. in l. fideicommissum.ſ.de cond.& demon.Ad idem, quòd l.ista,& eius ma-
163 teria habeat etiam locū in filijs legitimatis,† bene facit, quia legitimati in nullo differunt à legitimis, & naturalib. text. est in §.licèt igitur.in versi.nihil à legitimis filijs differentes,& in §. reliqui.in Auth.quib.mod.nat.effi.legi.collat.6. & text.in §. si quis igitur legitimos filios.in Auth.quib.mod.nat.effi.sui. coll. 7. Ad idem facit,quia ista l. & eius materia fundatur in patria
164 potestate. † sed legitimatus est in potestate patris legitimantis,vt est text.in §.generaliter.in Auth.quib. mod. nat. effi. sui. collat.7.Bartol.in l.inuiti.supra de his,qui sunt sui, vel alien.iu.
165 ¶† Quarto quærit Bar. an in restitutione fideicommissi vniuersalis facta à patre filio instituto transeant vtiles actiones in filium ex Trebelliano.& tenet,quòd sic,per glo. s̄.in verbo nō admissa,quæ allegat bonum text. in l. 1. §. si filio. in versi. idem est,iuncto prin.illius. § final. ſ. ad Trebel. & sequuntur Angel.
* *& communiter alij.*¶† Adde,quòd fortius tenet sing.Pau.de Cast.
166 hic,quòd pater restituendo fideicommissum filio, non solū transferat actiones vtiles, sed etiam directas, quæ per filium fuerunt acquisitæ patri. Mouetur, quia licèt aliàs directæ actiones non possint ab ossibus nostris separari. l. quis ergo casus.ff.de peculio.& l.3. in princip. vbi gloss. magistra. ff. pro soc. Tamen fallit, quando agitur de transferendo in eum, à
167 quo processerunt, † quia res de facili reuertitur ad naturam suam.l.si vnus. §. pactus ne peteret. versicul. ne in specie. ff. de pact. & c. ab exordio. 35.distinct.vnde quando pater restituit filio hæreditatem, eadem iura directa totaliter ab eo euelluntur, & redeunt ad filium, penes quem semel fuerunt, & remanserunt reliquiæ.s.nomen hæredis, ideo facilior est regressus.& pro certo est pulchra opin. pro qua adde, quod in simili tangit ipse Paul. de Castro in consil. 11. quod incip
168 in casu præsenti visis omnibus.in prima columna.† quod si sit statutum,quòd mulier non possit alienare immobilia sine certis solennitatibus, quòd tale statutum non habeat locum,quando mulier vellet redonare eandem rem ei, puta patri,qui prius sibi donauerat.argu. l. si verò non remunerandi.§. idem Papinianus. ff. mand. quasi propter obligationem ad antidora non requiratur solennitas. dicit tamen Paul. de Castro, se hoc non affirmare, sed relinquere sub dubio.
169 † Item adde, quòd decisionem Paul. de Castro. hic, licèt pulchra videatur,tamen impugnat domi.Alexan.& bene,per text. in d.l. 1. §. si filio. vbi text æquiparat hos duos casus, an filio instituto pater grauetur de restituendo extraneo, an ipsi filio instituto, sed clarū est, ꝙ p restitutionem factā extraneo solùm vtiles transferuntur.§.restituta.Insti.de fideicom. hæreergo idem in restitutione facta per patrem filio, licèt domi. Alexand. corruptè aliter inducat illum textum. ¶Nec obst. quòd directæ actiones ex persona filij transiuerunt in patrem. nam illud ideo est, quia filius est incapax directarum, vnde acquiruntur patri, qui est capax earum, vnde quando postea pater restituit hæreditatem filio ex senatusconsulto, non transeunt nisi vtiles actiones. dict.§. restituta. ¶Item adde, quòd illud, quod dicit Paul. de Castr. sed non firmat in consil.

ADDITIO.

a ¶Valet.Adde tu, ꝙ imò tale argumentum non valet, & fortior est legitimatio,quā adoptio,vt hēs per d.Alex.in consi.2.col.7.ver.ꝑterea filius.in j.col.

consil. 11, non est verum, licèt nemo ponat, quia in contra-
170 rium allego tibi text.no,in l.secunda.C.si aduer.do.vbi † mi-
nor non potest sine solennitate requisita à iure, & sic sine de-
creto iudicis consentire patri volenti alienare rem suam im-
mobilem, quamuis illam habuerit dono ab ipsomet patre.
171 ¶† Circa principalem conclusionem Bartol. adde, quòd
eam reprobat solus Raphael.Cuman.hic, de quo domin.Ale-
lexand.& Aret. non faciunt mentionem, motus per duo. Pri-
mò per l.mulier.§.final.ff.ad Trebellian.vbi ad hoc, vt ex Tre-
belliano facta restitutione transeant actiones,requiritur,quòd
restituens sit hæres, & quòd sit rogatus vt hæres: hic aũt pa-
ter non heres,& dato, ꝙ esset,non est rogatus vt hrs,vt patet in
hoc text. in versicul. denique. Sed ad hoc respondi plenè su-
pra in secunda quæstio.Barto.& vltra ea, quæ dixi supra,quod
illud, quod dicitur, patrem non censeri grauatum vt hære-
dem, fuit introductum in fauorem filij; vt declaraui supra in
text. ne pater censeatur grauatus à filio, à quo pater habet be-
neficium, quæ ratio cessat hoc casu, in quo transitus actionis
in filio est sibi vtilis, imò si aliter diceremus, retorqueretur in
odium filij,contra.l.quod fauore.C de leg.& capitul. quod ob
172 gratiam.de regul.iur.in sexto.† Secundo, & melius dicit Ra-
phael.quòd ista quæstio Bartol. non videtur hodie habere du-
bium, aut enim loquitur Bartol. in hæreditate profectitia, in
qua filius est institutus contẽplatione patris, & pater est roga-
tus restituere filio,& tunc censetur esse hæres, & detrahit Tre-
bel.etiam à filio,vt per Bart.supra in secunda quæst. & ibi dixi,
& tunc pater, quando restituit, transfert vtiles actiones in fi-
lium:aut loquimur in hæreditate aduentitia,& tunc cum fidei
com.non valeat respectu proprietatis, cùm filius sit hæres no-
mine, & effectu nisi ratione vsusfr. vel fructuum, prout te-
tigi post Bartol. supra in 2. quæst. tunc quia fideicom. non est
vniuersale,non est tractandum, an actiones transeant ex Tre-
bellia.§.restituta. Inst.de sing.reb.per fideicom.rel.imò melius
tunc vsusfr. ipso iure reuertitur ad proprietatem absq; aliqua
restitutione fienda per patrem,secundum Bartol. & Ang. in d.
2.quæst. ergo cùm ibi non cadat restitutio, ergo nec transitus
actionum, & ista est veritas. ¶ Vltimò Bartol.post Dyn.indu-
cit istam legem in arg.ad quæst.in versic.vos videtis hic, in fin.
quòd ad duo singul.ponitur adiectiuum pluralis numeri.con-
173 cordantes sunt in glo.quòd † si dominus concessit vasallo vi-
neam,& fundum fructibus plenum,an per ista verba videatur
etiam concessisse fructus vineæ, & sic vuas vineæ, & sic vin-
demiam, determinat, quòd sic per tria. Primò, quia fructus
sunt pars vineæ.l.fructus pendentes.ff. de rei vendi. & l. in lege
174 Falc.§.placuit.ff.ad l.Falc † Ergo si concessit totum, ergo etiã
quælibet pars videtur esse concessa. l. si ex toto. §. eod.l.si quis
cùm totum.ff.de excep.rei iud. ¶ Secundò,quia illud adiecti-
uum plenum, licèt singul. numeri refertur ad omnia præce-
dentia.l.hæres. §. vxori. ff.de leg. 3. Tamen, vt ibi dicit Bartol.
illud ibi operatur signum vniuersale adiectum, scilicet omne,
quod non est in præsenti quæstio. & ita etiam dicit Ioan. de
175 Imol.hic. ¶† Tertiò, quia etiam si nihil esset dictum,tamen
fructus pendentes videntur esse concessi. l. fin. §. penult. ff.de
iur.fis.& l.Iul.§.si fructibus.ff.de actionib.emp.adde text.not.in
l.final.§.penultim.ff.de his,quæ in fraud.creditor. vbi dicit tex.
quòd pendentibus fructibus in fundo non possumus dicere
duas esse res,scilicet fundum,& fructus,sed vnam tantum,sci-
licet fundũ tantum, vnde expressio eorum, quę tacitè insunt,
nihil operatur.¶l. tertia. supra eodem, & sic illa dictio plenum,
expressa,quæ non requirebatur,nihil facit.l. vni. in princip. C.
de rei vxor. act. & cum Bartol. simpliciter transeunt Salicet.
Flo.Raph.Cum. & dom. Petr. de Bexu. hic. Petr. de Anch. &
Ioan.de Imol. in capit. per tuas. ad fin. de donat. sed Ioan.de
Imol Angel.de Perillis,Paul.de Castr.Alex. & Aret.hic. tenent
decis.Bartol.procedere,quando fructus erant pendentes. dict.
l.fructus,& ita procedunt tres text.alleg.per Barto.in dict.l. fru-
ctus pendentes.d.l.fin.§.fin.ff.de iure fisc.& d.l.Iul.§. de fructib.
sed vbi fructus essent à solo separati, tunc non venirent fru-
ctus vineæ, sed solùm fundi, quia adiectiuum plenum, ma-
sculini generis non potest referri ad vineam fœminini gene-
176 ris,& † dispositio testatoris debet referri ad id,ad quod salua
ratione recti sermonis potest referri.l. Plautius. ff. de aur. & ar-
gent. legat. sed certè intentio Bartol. est solùm loqui de fru-
ctibus pendentibus propter dictionem plenum, quæ non po-
test referri ad fructus iam collectos, quia illi non implent
fundum, nec faciunt dici plenum, quicquid dicant Imol. &
177 sequaces proximè relati.† Ad idẽ adducit Aret.quia illa qua-
litas plenum, adiuncta in secundo legato, non vr̃ repetita in
primo,q̃uis ambo regantur ab eodem verbo, vt solenniter de
clarat Bart. in l.in repetendis.in vlt.col.ff. de leg.3.secus èꝯ,qñ
esset qualitas adiecta in præcedenti legato, quia illa bene cẽse-
retur repertita in seq.l.Seiæ.§.Caio, & quod ibi Bart. not.ff. de
178 fund. instr. † Ratio, quia præcedentia magis influunt ad se-
quentia quam ècontra,secundum Bart.in l.quisquis.ff. de leg.
3.& in l.auia.ff. de cond. & dem. Ita etiam dicit ipse Aret. in l.
centurio.in 6.char.ff.de vulg.& pup. quòd contra Bartol.hic
179 faciat doct. ipsius Bar.in d. l. in repetendis. † Adde ad prædi-
cta, ꝙ fructus pendentes adeo censent̃ pars fundi, quòd ex il-
lis potest fieri supplementum legitimæ filio, quamuis filius de
beat habere legitimam de substantia bonorum patris, & non
de fructibus.l. scimus. §. repletionem, & Auth. nouissima, &
vtrobique dixi.C.de inoffi.testa.ita singul.tenet Ang.in d.l.fru-
ctus pendentes, quia tunc dicuntur esse de substantia ipsius
180 fundi. † Item vendendo fundum, in quo erant fructus pen-
dentes,intelligitur etiam ipsos fructus vendidisse,vt est text. in
d.l.Iul.§.si fructibus.& in d.l.fi.§.fi.ff.de iure fisc.& in d. l. fin. §.
pe.ff.quę in fraud.creditor. ¶ Amplia etiam vt intelligatur vẽ-
didisse portionem spectantem ad colonum partiarium,iuxta
l.si merces.§.vis maior.ff.locat. vnde si fundus, in quo est par-
tiarius,vendatur per dominum fructibus pendentibus,illi fru-
ctus pendentes in totum sunt emptoris, qui est singular.suc-
cessor, eo quia fructus pendentes sequuntur fundi alienatio-
nem, iuribus præalleg. sed fundus integraliter pertinet ad em-
ptorem, ergo etiam fructus pendentes, qui sunt pars fundi.
181 d. l.fructus.† Sed colono partiario pro medietate fructuũ il-
lius fundi competit actio personalis pro socio, vel ex condu-
cto contra venditorem, quæ non põt competere ꝯ emptorẽ,
qui est sing.successor.l.si. §.fin. cum si. ff. de ꝯh. emp. Ita tenet
Lud.Roman. in consil.309. quod incip. vr̃ prima facie dicen-
dum Angel. quod not. quia est magna ampliatio ad iura
præalleg. & multi crederent ꝯrium, quasi venditor intelligat̃
solum vendidisse illud ius,& illam partem, q̃ habet in fructib.
pendentib.& non partem coloni partiarij. Ergo crederem li-
mitationem Lud.esse veram cum grano salis,si venditor igno
rabat ibi esse colonũ partiarum, & in dubio pręsumitur igno-
rantia,per regulam.l.verius.ff.de prob. aliàs si sciretť,tũc vendi-
tor intelligeretur vendidisse solùm ius, quod habet in fructib.
pendentibus,& sic solùm partem suam, vt est text. in l. qui
tabernas.ff. de contrah.emp.gloss. in l.si quis emptionis.§. 1. in
gl.fi.in versi.scit.vbi Bald.C.de præscrip. 30.an. & declarat not.
Bald.in rubr.C.de contrah.emp.in 6.col. & in l.in testamento.
C.ad l.Falc. Et per ista cum laude Dei est plenè impositus finis
huic scholasticæ repetitioni huius legis cum filiosa. Sequitur
lex si mihi,& tibi.

## SVMMARIVM.

1 *Quando plurium iura deueniunt ad vnum, potest ille facere, quod poterant illi plures. & nu.14.*
2 *Coniuncti verbis, sed re disiuncti, & ècontra, qui dicantur.*
3 *Ius accrescendi, & decrescendi quando habeat locum. & nu.4. & 5.*
6 *Acquisitio, quæ fit legatario, cui legata est species, & sic dominium, quòd dicatur acquisitio ficta, quæ fit per legem.*
7 *Id quod quis consequitur ex iure accrescendi, id dicitur habere ex iure suo.*
8 *Prohibitus alienare portionẽ suam, dicitur prohibitus etiam alienare portionem, quam habet per ius accrescendi.*
9 *Portio accrescit alij rei cum suis qualitatibus.*
*Qui venit per ius accrescendi, dicitur quasi substitutus.*
10 *Ius accrescendi non habet locum, quando pars conseruatur iure singulari.*
11 *Dictio, ex, significat causam immeditam.*
12 *Res si simpliciter petitur, an tota intelligatur petita.*
13 *Electio est inuariabilis.*
15 *Qui omisit hæreditatem ex institutione, vt habeat iure accrescendi, tenetur ad solutionem legatorum vigore tituli, si quis ommissa causa.*
16 *Onus legati si nominatim est iniunctum repudianti, non accrescit venienti per ius accrescendi.*
17 *Hæres legatarij an possit repudiare legatum factum defuncto ad damnum creditorum, & nu.21.*
18 *Facere illud, quod mihi non prodest, & alteri nocet, non possum, secus si mihi prosit, licèt alteri noceat.*
19 *Stante statuto, quòd capellanus debeat habere quartam de relictis, si relinquatur aliquid ordini fratrũ minorum, si fratres concordant, vt repudient, non tenet repudiatio ad pręiudicium capellani.*
20 *Repudiatio tenet de legato facto matri per filium hæredem institutum, qui matri succeßerat, vt excluderet creditores matris, & rem legatam retinuerat tanquam sibi debitam, vt hæredi patris.*
22 *Iintellectus ad text.in l.liberto octuaginta.infra de bonis liber.*
23 *Repudiatio legati facta in fraudem legis est ipso iure nulla, secus si sit in fraudem hominis.*
24 *Si res duobus disiunctim legata sit, tunc in persona cuiuslibet eorum*

*censetur*

*cenſetur vnum legatum de tota re,& illa tota res remanet in meo le-*
*gato per ius non decreſcendi.*
25 *Portio deficiens licèt in hæreditatibus accreſcat ipſo iure inuito per ius*
*accreſcendi,tamen ſecus eſt in legatis.*

## LEX XII.

1 SI mihi,& tibi. †Quando plurium iura deueniunt ad
vnum, poteſt ille facere, quod poterant illi plures.
h.d.ſm Bart.Sed iſtud ſummariũ Bar.eſt defectiuũ
& non ↄplectitur totum tex.Ideo ſumma ſic.Si legatarius ſuc-
cedat collegatario poſt diem legati cedentem, põt legatũ ex
pſona ſua repudiare,& acceptare ex perſona defuncti, &ècon
tra.& vna via electa non poteſt ad aliam redire.h.d. totus tex.
¶ Præmitte ad euidẽtiam,ꝙ iſta l.legit in gl. 1.altero de duob.
mod.Primò,ꝙ loquatur in duob.coniunctis verbis, ſed diſiun
ctis re. Secundò modo, ꝙ loquatur èqcontrario, in diſiunctis
2 verbis, ſed re coniunctis. † Et qui dicantur coniuncti verbis,
ſed diſiuncti re,& ècontra,qui dicantur re coniuncti, ſed ver-
bis diſiuncti,habes gl.ord.& magiſtram in l.1.§.pen.ſ.de vſufr.
accre.latè Bar.in l.re coniuncti.ĩ. de leg.3. Et aduerte, ꝙ gl.ap-
pellat coniunctos illos, qui ſunt verbis tantum coniuncti. Di-
ſiunctos autem appellat illos, qui ſunt coniuncti re tantum,
3 & nõ verbis.¶† Item aduerte,ꝙ in coniunctis verbis tantum,
habet propriè locum ius accreſcendi. Nam vno repudiante,
alius non admittitur iure ſuo. ſ. iure non diminuendi, ex quo
ſunt diſiuncti re, & ſic alius nõ habet ius niſi in parte rei, ergo
bene ſtat, ꝙ aliam partem habet iure accreſc. Sed in ↄiunctis
re tantum,quos gl.appellat diſiunctos, ſi vnus repudiet, alter
habet ſolidum iure ſuo.ſ. iure non diminuendi.Nam ſi eadem
res legatur Titio in vna oratione, & poſteà Sẽpronio in alia,
iſti ſunt diſiuncti verbis, cùm ſint in diuerſa oratione, & con-
iuncti re, ex quo vocati ad eandem rem inſolidum, & ſi vnus
eorũ repudiat legatũ, alius habet totã rẽ iure ſuo per ius nõ di
minuendi,ſeu per ius non decreſcendi, quod eſt idem, quia ſi
alius non vult ſecum concurrere,per conſequens partẽ ei nõ
facit,ergo ille habet ſolùm iure ſuo,vt hic in gl.3.& l.vni.§.vbi
4 aũt.cum ſeq. C. de cad. tol.¶† Hinc eſt, ꝙ ſi aliquod onus illi
repudianti erat impoſitum,non tranſit ad alium,quia nullum
lucrum habet ex eius perſona,ſed ex proprio legato,vt expreſ
sè dicit tex.in d.l.vni.§.ſinautem ad deficientis.& gl.hic in ver-
bo.vt tota.¶ In tex.ibi,die legati cedente.hoc ideo dicit tex.q̃a
ſi ante diem legati cedentem,& ſic ante mortem teſtatoris de
ceſſiſſet collegatarius me hærede inſtituto, non poſſem partẽ
ſuam legati conſequi iure hr̃ditario tanquã eius heres,ſed totã
habeo ex perſona mea per ius accreſcendi, vel per ius nõ di-
5 minuendi.l.vni.§.in primo.& §.pro ſecundo.C.de cad.tol.† Itẽ
intellige tex.ꝙ die legati cedente deceſſit,ſed ante agnitionem
legati,ſecus ſi deceſſiſſet poſt acceptationem,& emolumentũ
ei acquiſitum,quia tunc nõ habet locum ius accreſcendi, niſi
in vſufr.l.1.§ interdũ.& ibi no.ſ. de vſufr. accre. ¶ Et ſi diceres
pone, quòd in iſta l. eſſet legata ſpecies, dominium, & ſic ius
ipſo iure acquireretur legatario. l. à Titio. in fin. ĩ. de fur. l. ſi
partem.§. 1. ff. quemad. ſer. am. etiam ignorante legatario. l.
cùm pater.§.ſurdo. ĩ. de leg. 2. ergo tunc non haberet locum
ius accreſcendi, quod eſſet reſtringere iſtum text. Reſponde,
quòd bene dominium ipſo iure acquiritur,ſed reuocabiliter,
6 quia adhuc poteſt repudiari per legatarium,† quia eſt acquiſi-
tio ficta, quæ fit per legem, ſecus quando per legatarium eſt
agnitum legatum,tunc eſt acquiſitio vera,& irreuocabilis, vt
declarat glo.magiſtra.in l.ſi quis ita hæreditatem.& ibi Barto.
ſ. de condi. inſti. ideo ante agnitionem non impeditur ius
accreſcendi. & per iſta habes declaratum illud, quod vult
Bartol. in 1. oppoſi. ¶ Iſtis ſic ad euidentiam præmiſſis not. 1.
ex text. ibi, ex meo legato, ſecundum Bartol. & Modern.
7 † quod illud, quod conſequor ex iure accreſcendi, dicor
habere iure meo, & ex meo legato, facit text. in l. ſi in te-
ſtamenro, & ibi Bald. Angel. & Modern. ad hoc not. ſ. de
vulgar. & pupillar. iuncta. l. qui liberi. §. hæc verba. eodem.
8 titul. & per hoc inferunt Bald. & Docto. ibi, † quòd prohibi-
tus alienare portionem ſuam extra familiam, cenſetur prohi-
bitus alienare etiam illam partem, quam habet per ius accre-
ſcendi, & ita dicunt fuiſſe determinatum Florentiæ in contin-
gentia facti. Adde tu alium text.in l.ſi mihi, & Titio.in prin. in
verbo, vel ex mea propria cauſa. ĩ. de leg.2. Item adde, quòd
vtraque portio,& ſic etiam illa,quę accreſcit per ius accreſcẽ-
di, petitur eadem actione ex teſtamento, ſecundum Bart.in l.
re coniuncti.infra de legat.3.& in antepenul. colum.in verſic.
quartò quæro, vtrum accreſcit alij. Adde etiam duplicem ra-
9 tionẽ. Prima eſt ſm̃ Aret. † quia portio accreſcit alij rei cum
ſuis qualitatib.l. etiam.C. de iure dot. l. inter ſocerum. §. cùm
inter.in fi.ff.de pac.do.Secunda ratio eſt, quia qui venit per ius
accreſcendi, dicitur quaſi ſubſtitutus. text. eſt in l.ſi Titio, &
Meuio.§. item Iul. ff. de leg. 2. ¶ Contra iſtam communem
deciſ. duo obſtant. Primò obſtat text. in l. 5. in verſi. ſed & ſi
10 coniunctim. ĩ. de leg. præſtan. † Reſponde ſecundum Bart.
ibi,quòd non habet locum ius accreſcendi, eo quia pars con-
ſeruatur ex priuilegio ſingulari, quo caſu quando pars legati
conſeruatur non de iure communi,ſed de iure ſingulari,& ſic
ex priuilegio,ibi non habet locum ius accreſcendi. text. eſt re-
putatus ſing.licèt vulgatus in l.mulieri,& Titio.ĩ. de condi. &
demonſtrat. ergo cùm ibi ius accreſcendi non ſit in eſſe dedu-
ctum, non facit ad propoſitum noſtrum. ¶Secundò, & for-
tius, quòd iſtud not.non bene colligatur ex hoc text. imò iſte
text. potius faciat in oppoſitum, probatur fortiter ſic. nam
in hoc text. non clarè apparet, an iſti collegatarij eſſent con-
iuncti, vel diſiuncti, vnde ſi intelligatur in diſiunctis, iſtud no-
11 tabile non probatur hic, † quia in diſiunctis habet locum ius
non diminuendi, non autem ius accreſcendi, prout declara-
ui in euidentialibus, & licèt gloſſ. in l. ſi mihi & Titio.infra de
leg.2.teneat,quòd iſte text.loquatur in coniunctis, & ſic in iu-
re accreſcendi,tamen in contrarium fortiter facit iſte text. ibi,
vt tota mea ſit ex meo legato. nam ſi conſequor totum im-
mediatè ex meo legato, ergo loquitur in iure non diminuen-
di, cùm dictio ex, ſignificet cauſam immediatam. l. prima.§.
ex incendio.infra de incend.rui.nauf.& l.prima.C. ſi ſeruus ex-
12 tero ſe emi manda. ¶† Secundò not.in verſ.& ſi voluero. ibi,
vt tota mea ſit, hic ſubtiliter probari, quòd petendo ſimplici-
ter rem, non intelligitur totum petere, niſi adijciat totam, &
ita in diſcurſu ponderat Aret. hic in ſecundo notab. Breuiter
a tene,quòd petendo rem [a] ſimpliciter, intelligatnr totam pete-
re.gloſ.eſt in l.ſi in re.in princip.& ibi Bartol. & alij.ſupra de rei
vend.glo.in capit.ſecundo.de libel.obla.Bartol.in l.legatis vxo-
ri.infra de leg.2.& eſt text. in l. de pupillo. §. qui nunciat, & ibi
Bartol. ad hoc not. & ibi dixi.infra de oper.no.nunc. Ad iſtum
text. reſponde, quòd procedit propter concurſum diuerſorũ
13 iurium ex perſona diuerſorum. ¶† Tertiò not. quòd electio
eſt inuariabilis. Ratio, quia ſtatim cùm volo hanc rem lega-
tam ad me pertinere ex mea perſona, & ex meo legato,lex fa-
cit executionem,& ius legati tranſit ad me. l. apud Aufidium.
ĩ.de opt.leg. iuncta gloſſ. in l.ſi quis ita hæreditatem. ſupra de
condi. inſti. vnde facta executione non eſt locus variationi.l.
14 ſerui electione.in princip.vbi dixi.ſ.eod. ¶† Quartò, & vltim.
not. quòd vbi iura diuerſarum perſonarum conſolidantur in
perſona vnius,poteſt ille vnus,ꝙ poterant illi duo, attenta ori-
gine.facit tex.in l.tutorem.ĩ.de his quibus,vt indig.& in l. non
eſt nouum.ſ.de act.emp.& in l.ſicuti.§.fi.ſ. quod cuiuſque vni
uer.no.¶Capio gl.in ver.vt tota, quam diuide in duas partes.
In prima opp.& de ſol.ſe remittit,ſed poſteà ſol. ponit in glo.
ſeq.in fin.In ſecunda per viam quæſtionis opp.Secunda eſt ibi,
ſed quid prodeſt. ¶In eadem gloſſ. ad fin. quia vtilitas, quam
aſſignat gloſ.ſolùm procederet in diſiunctis,& ſic iuxta ſecun-
dum intellectum gl. non autem procederet in coniunctis ver-
bis,ſed diſiunctis re,& ſic ſecundum primum intellectum glo.
Ideo Bartol. ponit aliam vtilitatem, quæ procedit ſecundum
* vtrunque intellectum glo.¶ Tu aduerte, *quod licèt omnes indiffe-*
*renter tranſeant* cum iſta vtilitate Bartol.Ego in contrnrium al-
lego deciſ.Bart.in terminis in l. fin. ĩ. ſi quis omiſ.cauſ. teſta.in
15 vltim. col. in verſ. quæro quid ſi omiſit ex inſtitutione. † vbi
tenet, ꝙ ſi aliquis omiſit ex inſtitutione, vel ſubſtitutione, vt
habeat iure accreſcendi,quòd tenetur ſoluere legata vigore il-
lius edicti,ſi quis omiſ.cau. teſtam. ac ſi ex inſtitutione adiuiſ-
ſet. Tu potes ponere aliam tertiam vtilitatem etiam ſecun-
16 dum primum intellectum in coniuuctis verbis tantum, † q̃n
onus legati eſſet nominatim iniunctum repudianti, tunc non
accreſceret venienti per ius accreſcendi. text. eſt ſing. in l.Cel-
ſus. §. final. infra de legat. 2. ſecus ſi veniret iure hæreditario.
¶Succeſſiuè inquantum Bartol.opp.de l.liberto octuaginta.ff.
de bon.liber.& reſpondet tradendo trimembrem doctrinam.
17 † Aduerte, quòd tota doctrina Bartol. loquitur, an heres le-
gatarij poſſit repudiare legatũ factũ defuncto,& hanc materiã
attingam, & nihil loquitur Bartol. de principali, & ſic nihil fa-
cit.l.qui autem.in princip.infra de his,quæ infrau.creditor.nec
l.1.§.vtrum. & §. ſequent. infra ſi quid in fraud. patr. quæ iura
ↄ Bart.allegant Pau.de Caſtr.in vna lect. & dom.Alexand.hic.
¶No. diligenter ex 1.membro doctrinæ Bart. ꝙ hæres legata-
rij

### ADDITIO.

a ¶Petendo rem.Adde,quòd iſta eſt communis opin. vt refert Feyn. in d. c. 2.
col.6.verſ.& pro concluſione iſta. de lib.obl.

rij non potest repudiare legatum factum defuncto ad damnum creditorum, vel legatariorum, quando hæres non est ex hoc commodum reportaturus. Ita intelligit. d. l. liberto octuaginta; secus si repudians esset commodum reportaturus per
18 hanc l. & ista conclus. Barto. videtur æqua, & rationabilis † Ratio, quia quando illud, quòd facio, mihi prodest, & alij nocet, non permittitur, secus cùm facio, vt mihi prosim, licèt alij noceam. l. 1. §. denique. infra de aqua plu. arc. & quod decidit Bar. in l. quominus. in 1. q. vbi dixi. inf. de flu. & latè Bar. in l. 2. §. j. s.
* sol. matr. Cum ista doct. *transeunt communitr Doct.* † & per eam
19 infert primò Sal. hic ad q. si relinquitur aliquid ordini fratrum minorum, & statuto caueatur, quòd Guardianus, vel capellanus debeat habere quartam, modo fratres ordinis cōcordant, & repudiant legatum, vt priuent illum quarta, non possunt, postquam ex tali repudiatione ipsi nihil consequuntur, per hanc doctrinam Bartol. ¶Secundò per istam doct. Paul. de Cast. hic in lect. nō impressa dicit hoc esse multū not. ad quæst.
20 quā dicit sibi ɔtigisse de facto. † Quidam testator fundū legauerat vxori suæ, & filium suum instituerat hæredem, qui filius posteà etiam ipsi matri successit, & cùm mater multos haberet creditores, repudiauit legatum fundi relictum matri suæ, vt excluderet creditores matris à dicto legato, ꝙ legatum ipse tanquam hæres patris sibi retinuit. Refert fuisse decisum per istam doctr. Bart. talem repudiationem valere, & ita etiam cō-
21 suluit. d. Alex. in consi. infra proximè allegando. † Istam doctr. impugnat Raph. Cu. & Paul. de Cast. in lect. non impressa, & dicit Raph. ꝙ non habet saporem, & confunditur per d. l. liberto octuaginta. quia imò ibi repudiatio tendebat ad commodum repudiantis, quia per talem repudiationem excludebatur patronus à bon. pos. ɔtab. in bonis liberti Paul. de Castr. strictius inducit. d. l. liberto octuaginta. ɔ̃ Bart. ꝙ imò ibi repudiatio tendebat ad commodum repudiantis. Nam si hæres liberti agnouisset legatum, reperiretur libertus maior centenario in 20. vnde de iure ffo rum patronus per ɔ̃tab. auocabat dimidiam, & sic hæres liberti solùm haberet sexaginta. Si autem repudiet, cùm reperiatur maior centenario, non posset ɔ̃tabulare. d. Alex. do. Iac. de Pu. & Mod. Sen. defendunt Bar. & dicūt ꝙ d. l. liberto. procedit ſm iura noua, secundum quæ legitima patroni est tantum tertia, & non dimidia. §. sed nostra. Insti. de suc. lib. vnde siue hæres liberti acceptet legatum siue repudiet, semper habet octuaginta, quia patronus solùm debet habere tertiam, & sic 40. & ꝙ illa l. liberto, loquatur secundum iura noua alleg. Io. Fabr. ita tenere in d. §. sed nostra. Adde, quòd ita etiam respondet d. Alex. vbi not. consuluit pro communi sententia, in consil. 113. incip. Pro decisione supradictæ consultationis præsuppono. in 3. vol. quæ solu. mihi non placet. Adde etiam, quòd Bald. in l. fi. §. tali. C. de cura furio. dicit, quòd casus d. l. liberto. est sing. in iure, & quòd ibi est ratione fraudis illius hæredis legatarij, & ita etiam dicit Bald. in l. proinde. in fin. s. si cert. peta. Sed tu aduerte, quòd text. in d. l. liberto. non fundat se in ratione Bart. & quia ibi nullum sit commodum repudiantis, nec etiam fundat se in ratione Bald. ratione fraudis.
22 † Et proptereà Moder. Sen. ponunt alium intellectum ad illum text. quòd ratio illius text. sit, quia in legitima patroni attenditur æstimatio hereditatis secūdum tempus mortis, prout etiam est tex. in l. etiam. §. fina. & tex. solen. in l. si patronum ex debita. §. fin. infra de bon. lib. nec curatur an posteà augeatur, vel minuatur hæreditas, vnde cùm tempore mortis liberti eius hæreditas æstimaretur vltra centum propter computationem legati, ergo etiam iam cœpit esse locus legitimæ, & sic ius iam quæsitum, ergo repudiatione legati amplius sibi auferri non potuit. Adde alium intellectum ad illum text.
23 † quòd ibi loquitur in repudiatione, quæ fit in fraudem legis, & ista est ipso iure nulla, secus si fieret in fraudem hominis. text. habes solennem, qui ponit hanc differentiam in terminis nostris, in l. si libertus minorem. in principio. infra de iurepatro. quę l. est ad hoc multum singular. secundum Bartol. ibi. ¶Secundò considera duo circa text. in l. fundum sub conditione. §. si Titius. infra eodem. hic alleg. per Bartol. dicit ibi tex. & hæres Titij legatum non repudiauerit. pondera illud, non repudiauerit, nam illa negatio, & sic illa priuatio præsupponit habitum, & sic potentiam repudiandi, & sic, quòd repudiare potuisset. l. decem. infra de verbor. obligationib. l. remittit. supra de iureiuran. licèt gloss. ibi destruat illum textum, & dicat, quòd non repudiauit, quia non potuit repudiare. ¶Secundò considera, quòd falsum est illud, quod dicit Bartol. ad illum textum, quòd ibi versetur commodum repudiantis, imò ibi nullum est commodum pecuniarium, vel interesse hæredi repudiare tale legatum, prout etiam tenet domin. Alexand. hic, & in præalleg. consil. 113. tertio vol. ¶Capio gloss. fina. in verb. non posse, quam diuido in tres partes.

In prima oppo. contra text. & solu. In secunda format vnam quæstionem. In tertia aliam. Secunda ibi, sed an partim. Tertia
24 ibi, item si velit dimidiam. ¶† In eadem gl. in fi. dic rationē diuersitatis esse, quia in primo casu, quando legatur disiunctim, tunc in persona cuiuslibet eorum est vnum legatum de tota re, vnde si vnus repudiat, tota illa res manet in meo legato per ius non diminuendi, vnde cùm vnum si legatum, non possem illud scindere, & sic pro parte acceptare, & pro parte repudiare. l. neminem. infra titul. 1. Sed qn̄ legatur ɔiunctim verbis, & disiunctim re, tunc cuilibet est legata dimidia, & sic sunt duo legata, vnde possum meam partem acceptare, & aliam repudiare, ne mihi accrescat per ius accrescendi, sed remanet penes hæredem. dicta l. neminem. cum l. sequent.
25 ¶† Et sic not. ex ista gl. secundum Bald. Imol. Raphael. & Pau. de Cast. quòd licèt in hæreditatibus portio deficiens ipso iure accrescat inuito per ius accrescendi. l. vnic. §. his ita. C. de caduc. tollen. ne testator decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus. l. ius nostrū. ff. de regul. iur. bon. text. in l. si duobus. ff. de testam. milit. secus est in legatis cessante ratione, quia in legatis portio deficiens accrescit volenti, & non inuito, quia alia pars remanet penes hæredem. d. l. vni. §. vbi autem. vbi Bald. & alij assignant dictam rationem diuersitatis.

*SVMMARIVM.*

1 *Difficultas præstationis legatum non vitiat, sed reijcitur, & quando infra num. 3.*
2 *Gades est insula in finibus Hispaniæ in occidenti.*
3 *Existens in articulo mortis potest condere testamentuum, & quando non. num. 5.*
4 *Arguere licèt de contractibus ad vltimas voluntates.*
*Contractus possunt fieri vsque ad vltimum vitæ spiritum.*
*Bald. nihil ignorauit.*
5 *Existens in articulo mortis non potest hæreditatem adire.*
*Quilibet in articulo mortis si efficitur mutus habens linguam ingrossatam, & balbutientem, ita quòd articulatè non loquitur, non potest condere testamentum.*
6 *Dies non constituit in mora, nec pro homine interpellat, quando dilatio est ita breuis, quòd præstatio est impossibilis, & quid in contractibus stricti iuris. num. 8.*
7 *Mora est delictum negligentiæ.*
*Negligentia non cadit, vbi est impossibilitas.*
9 *Angustiæ temporis, quæ concernunt executionem legati, non vitiant ipsum legatum, sed reijciuntur, & quando vitiant, vide regulam cum tribus fallentijs.*
10 *Impossibilitas resultans propter longitudinem temporis appositi præstationi legati, vitiat etiam legatum libertatis.*
11 *Angustiæ temporis licèt reijciantur de legato quo ad dispositionem, non tamen reijciuntur quo ad conditionem.*
12 *Angustiæ temporis licèt reijciantur quo ad principalem dispositionem legati, an etiam reijciantur quo ad pœnam.*
13 *Testator si mandat aliquid fieri, vel dari intra certum tempus à die mortis suæ, quod est possibile præstari, an hæres possit hoc differre sub prætextu, quòd vult deliberare.*
14 *Tempus præfixum, à testatore à die mortis intelligitur, & aditæ hæreditatis.*
15 *Angustiæ temporis in contractibus bonæ fidei, & in vltimis voluntatibus, quæ illis æquiparantur, non vitiant, sed reijcuntur, & vide nume. 17.*
*Secus in contractibus stricti iuris.*
16 *Vltimæ voluntates habent instar contractuum bonæ fidei, & quo ad quid æquiparantur.*
18 *Conditio impossibilis vitiat quoscunque contractus etiam bonæ fidei, non tamen legatum, nec vltimas voluntates.*
19 *Differentia inter angustias temporis, & conditionem impossibilem ad inualiditatem, vel validitatem dispositionis.*

1 §. Si quis seruos. † In testamentis difficultas præstationis subducitur, & legatum firmum remanet. hoc dicit secundum Bartol. Ego breuius sic summo. Impossibilitas præstationis legatum non
2 vitiat, sed reijcitur. hoc dicit. ¶† In text. ibi. Gadibus. gloss. in l. vxorem. §. legauerat. infra de leg. 3. declarans in text. nostro illud Gadibus, dicit, quòd est patria, quæ subest Venetis, & est sedes eorum patriarchalis, refert, & simpliciter sequitur Paul. de Castr. hic, qui subdit, quòd olim erat portus Aquilegiæ. Dic melius secundum Oratores, quòd est insula in finibus Beticæ, idest Hispaniæ in occidenti, vbi Europa ab Africa distinguitur, aut circundatur mari in modum sepis, ideo dicitur Gades, quia Pœnorum lingua sepem indicat, & ibi columnas Herculis sitas ferunt. Pondera in primis text. ibi, quòd Romæ moriens fecerat. hic esse text. not. secundum subtilem do.

Pet.

3 Pet.de Bexu. & d. Iac. de Put. † quòd moriens, & ſic exiſtens
in articulo mortis poteſt condere teſtamentum. ego puto, ꝙ
iſte text.nihil penitus probet, quia non dicit tex. quod moriẽs
fecerit teſtamentum,ſed bene dicit,quòd Romæ moriens,&
ſic,qui mortuus eſt Romæ, ibi fecerat teſtamentum, & ſic in
pręteritum iam teſtamentum fecerat, & poſteà Romæ mor-
tuus eſt. Tamen credo,quòd iſtud not. ſit verum,licèt nõ pro-
betur per iſtum text. Sed ego probo per multos text.iuris ciui.
& per multos iuris cano. primò per text. in l. cùm quis dece-
dens, in prin.ff.de admi. tut. & in l. 1. in verbo decedens,& in
verbo poſtquam aliud velle non poſſunt.C. de ſacroſ.Eccl.&
in l.Pamphilo.§.propoſitum.in verbo,in diſcrimine vitę con-
ſtitutum.ff.de leg.3.& in l.ſi pater.§.fi.ĩ.de fideicom. lib.in ver-
bo,in extrema eſſet valetudine.& text. valde ſolennẽ, in l.quo
niam indignum. C.de teſta. in verbo ſeminecis, & balbutiens
lingua profundit. Habent Can. optimos text. in c. Rayn. in
verbo in extremis conſtitutus. de teſt. & in c. nos quidem. in
verbo de hac luce migrante.de teſta.& in c.fi.in verb. agens in
extremis.de ſucceſ.ab inteſt. & vltra text.ratio eſt,viuens.n.mo
4 ritur.l.qui duos.§.1.& ibi gl.ĩ.de man. teſt. ¶† Hinc arguendo
de vltimis volun.ad contractus, quod argumentum validum
eſt in iure.l.ſeruũ filij.§.qui chirographum.& l.quæ de legato,
ĩ.eo.ſequitur, ꝙ etiam contractus poſſunt fieri vſque ad vlti-
mum vitæ ſpiritum.text. eſt de hoc ſing.in l. Seia. §.fi.in verſi.
in extremis vitæ conſtitutus.ĩ.de do.cauſa mor.quem text. ad
hoc ponderat,& reputat ſing.Bal. qui nihil ignorauit,in c.quo
5 niam frequenter,in prin.in 5.col.vt lit.non conteſt. ¶† Limita
& intellige duob.not.modis.Primò,dũmodo nõ ſit in vltimo
articulo mortis, quia tunc nihil poteſt facere, imò tunc non
põt adire hæreditatem, q̃uis ſolo animo fiat,gl. eſt valde ſolen
nis & ſing.in l.fi.ĩ.quando di.leg.ce.Confirmo,quia quilibet in
articulo mortis efficitur mutus. ita dicit gloſſ. in c. 1. in verb.
mutus.in tit.Epiſcopum,vel Abb.in vſi.feu.Item pro iſta limi-
tatione bene facit text. in l.ſi quis ita libertatẽ. in prin. in verb.
vltimo vitæ tempore.ff.de ſtat.liber. Secundò intellige, quòd
moriens poteſt condere teſtamentum, dummodo articulatę
loquatur,aliàs ſi haberet linguam ingroſſatam,& balbutientẽ,
ſic,quòd articulatè non loqueretur, non poſſet condere teſta-
mentum.text.eſt de hoc valde no. in l.iubemus. C. de teſta. in
verbo neque articulatè loqui poteſt, mortuo ſimilis eſt, & ibi
Bartol. multum not. illum text. ad hoc, & dicit, quòd vidit
de facto,& ita etiam limitat Bald. in d.l. quoniam indignum.
6 ¶† Secundò not. ex text. quòd licèt aliàs regula ſit, quòd dies
a interpellat pro homine, [a] & conſtituit in mora.l.magnam.C.
de contrahen. & comit.ſtipul. l. 2. ad fin. C.de iur. emph. c.
potuit.de loca.Iſtud eſt verum,niſi dilatio ſit ita breuis, quòd
impoſſibilis ſit præſtatio,quia vitiatur,vt hoc text. & per con-
ſequens non conſtituit in mora.Ita ponderant iſtum text.Bal.
d.Alex.& Mod.Senen.hic.Alij nihil tangunt.facit bene text. in
7 l.inſulam. §. 1. ff. loc. alleg. in gloſſ. † Confirmatur, quia cùm
mora ſit delictum negligentiæ, vt habetur in l. mora. ff. de
vſur.certè vbi eſt impoſſibilitas,ibi non cadit negligẽtia, vt eſt
bo.text.in l.quod te.in verbo,ſi in poteſtate tua fuerit. ff.ſi cer.
pet. Adde vltra prefatos Scrib. quòd idem per iſtum text.
tenet Ludouic.Roman. in repet. rubr. ff. de arb. in 4. colum.
8 ¶† Intellige iſtud no.procedere in contractibus bonę fidei, vel
in vltimis voluntatib.eis æquiparatis, in quib. ſolùm anguſtiæ
temporis ſubducuntur,& actus remanet validus,vt hic,& d.l.
inſulam.§.1. Sed in contractibus ſtricti iuris iſta limitatio nõn
procederet, cùm illos anguſtia temporis reddat nullos, vt hic
in gloſſ. vbi dicetur, vnde non eſt tractandum de commiſſio-
ne moræ.Ita declarat iſtud not.Bald.alibi Lu.Roman.in l.ſi ex
legati cauſa.in 1.char.ff.de verbo. obli. & credo eandem fuiſſe
9 mentem Bald. & ſequacium hic. ¶† Tertiò not. ex hoc text.
principaliter,quòd anguſtiæ temporis,quæ concernunt execu
tionem, ſeu præſtationem legati non vitiant ipſum legatum,
ſed reijciuntur, & iſtud eſt,quod principaliter decidit illę text.
¶ Limita iſtum text.non procedere,quando impoſibilitas,ſeu
difficultas cauſatur propter anguſtias, & ſic breuitatem tem-
poris in præſtando, tunc quia breuitas temporis eſt appoſita
per teſtatorem fauore legatarij,quia teſtator vellet legatarium
quàm citiſſimè conſequi, certè non vitiat legatum, ita lo-
quitur text. hic, ne inducta in fauorem retorqueantur in
damnum,contra l.quod fauore.C. de legib. & l. legata inutili-
ter.infra eodem.vbi dicetur, & c. quod ob gratiam. de regul.
10 iur.in ſexto. † Secus quando impoſſibilitas reſultat propter
longitudinem tẽporis appoſiti pręſtationi legati,& ſic in dam-
num legatarij,tunc vitiat legatum etiam libertatis, tex.eſt not.
quem Rayn. ibi dicit non eſſe alibi, in l.cùm hæres. §. 1.ff. de
ſtat.lib. & ibi text. in fin. aſſignant rationem, quia nec animus
adeſt dandæ libertatis. Ita teneas ad illum textum, quamuis
domin. Alexand. hic in fin. alijs modis reſpondeat, cuius ſolu-
tiones impugnãt Moder.Senen.hic,& alio modo reſpondent,
ſed reiectis omnibus alijs ſol.teneas iſtam, quæ eſt veriſſima.
¶ Secundò limita ſecundum Raphael. Cuman. hic, quòd li-
cèt anguſtiæ temporis reijciantur quo ad diſpoſitionem, vt
11 hic, non tamen reijciuntur quo ad conditionem. † Vnde ſi
teſtator aliquid mihi legat ſub conditione,ſi intra triduum fa-
ciam tale monumentum, quod eſt impoſſibile, tale legatum
ſecundum eum non valet,per text. in l.ſi quis ita inſtitutus. ſu-
pra de condit.inſti. licèt gloſſ. ibi videatur contradicere ſecun-
dum eum. Tu confirma, nam ideo impoſſibilitas adiecta
conditioni magis vitiat, quia conditiones ſunt magis præciſæ,
& debent impleri in forma ſpecifica.l.qui hæredi.& l.Meuius.
infra de condi.& demonſtrat.Dic melius,quòd text. in dicta.l.
ſi quis ita inſtitutus. ſolùm dicit conditionem euaneſcere, per
hoc non ſequitur, ergo etiam legatum euaneſcit, imò in vlti-
mis voluntatibus conditio impoſſibilis reijcitur, & legatum
purè valet,text.eſt clarus in l.prima.ſupra de condi.inſti. & in l.
obtinuit.infra de condit.& demoſtr. & ita tenent gloſſ. & Bar-
12 tol.in dict. l. ſi quis ita inſtitutus. ¶† Tertio mirabiliter limi-
ta ſecundum Raphael. Cuman. quòd licèt anguſtię temporis
reijciantur de principali diſpoſitione legati, non tamen reij-
ciuntur quo ad pœnam, vnde ſi in caſu huius.§. teſtator adie-
ciſſet pœnam,ſi hæres non dediſſet,infra triduum,incidiſſet in
pœnam, quamuis impoſſibile ſit dare.alleg.l.multa.in princi-
pio. & l. in teſtamento. prima. infra de condi. & demonſtra.
Credo, quòd ſit error manifeſtus, quia leges allegatæ per Ra-
phael. probant totum contrarium, & excuſant à pœna.ad
idem text.in l.inſulam.§. 1.ſecundum primum intellectum gl.
b ſupra loc. Item pœna eſt acceſſoria, [b] ergo regulat̃ ſecundum
principale.l.ſi ita ſtipulatus. infra de verbor. obligationib. & l.
Seius,& Augerius.infra ad leg.Falcid.Bene facit,quod decidit
Bald. in capit. primo. §. ad hæc. in titul. hic finitur lex Corrad.
vbi quærit, aliquis promiſit domino Comiti virtutum facere
caſtrum in 30.dieb.ſub pœna,& dedit fideiuſſores,certè ex bre
uitate temporis erat quaſi impoſſibile facere, an incidat in pę-
nam? Determinat,quòd non, per dict.l.inſulam. §. primo. &
ita tene,quia pœnæ ſunt odioſæ,ergo reſtringendæ.l.cùm qui-
dam.ſupra de liber.& poſthum.c.odia.de reg.iu.in ſexto. ¶ Vlt.
ſubtiliter not. ex iſto text. ſecundum quòd ſubtiliter ponderat
13 Bald.† quòd quando teſtator mandat aliquid fieri,vel dari in-
tra certum tempus à die mortis ſuæ, quod eſt poſſibile præ-
ſtari,non poteſt hæres differre eo prætextu, quòd velit delibe-
rare, & ſic differre terminum ad deliberandum, quia iſte ter-
minus immediatè incipit currere à tempore mortis. Raphael.
Cuman.in fin.in vltimis verbis dicit, quòd iſte text. parum fa-
cit. Tu dic,quòd imò multum facit,quia ſi iſtud tempus cer-
tum non inciperet currere, niſi à die aditæ hæreditatis, certe
tempus non reijceretur tanquam nimis breue,quia hæres poſ-
ſet tantum differre ad adeundum,quòd ſerui ex Gadibus inte-
* rim Romam venirent.Imo.domin.Alexand. *& communiter alij*
14 hic reprehendũt, † quia cùm legata non poſſint peti niſi adita
hæreditate.l.eam quam.C.de fideicommiſ. certę tempus præ-
fixum à teſtatore à die mortis, intelligitur & aditę hæredita-
tis,ſicut in ſimili ſupplet gloſſ.in l. fin. §. primo. in verbo dela-
tam. C. de iure delib. ¶ Tu dic, ꝙ iſtud parum facit,quia non
ſequitur,legatum non debetur ante aditam hæreditatem, er-
go tẽpus præfixum à teſtore non incipit ante currere, non eſt
bona conſequentia, quia imò currit, & poſteà adita hæredi-
* tate legatum debebitur,quia tunc terminus erit lapſus. ¶ *Breui-
ter communis concluſio eſt*, ꝙ terminus certus præfixus à teſtato-
re poſt mortem ſuam incipit ſolùm currere à die aditæ hære-
ditatis.l.3.§.ſi quis hæredi,& ibi Bart.ad hoc not. ĩ. de ſtat. lib.
& illum text.ad hoc reputat ſingul.Bart.in l.fi.in prin.C. de iur.
delib. Tu adde ſimilem text. in l.ſi hæreditas.in princ. eod.titul.
Sed ad iſta iura poſſet facile reſponderi, ꝙ loquuntur in tp̃e
aſſignato legatario ad dandum hæredi, quod non currit niſi
ab adita hæreditate, cùm non ſit in poteſtate legatarij facere,
quòd hæres adeat, ſecus eſt in tempore certo ſtatuto ipſi hæ-
redi, qui poteſt adire quandocunque vult. idem tenet Bartol.
in l.ſi in diem.in prin.per illum text.& ibidem alij. ĩ. de condi.
& dem.Sed ẽt ille tex.poſſet retorqueri ad oppoſitum, dũ di-
cit

ADDITIONES.

a ¶Homine.Adde Bart.in l. traditione. §. illo.infra de act.& oblig. & quomo-
do hoc intelligatur, vide Alexand. de Imol.in conſil. 45. columna ſecunda
circa fin.& in conſilio 51.colum.1.circa fin. in 5. vol.& per Socin. in conſil.
107.colum.4.verſi. ſit ergo concluſio.
b ¶Acceſſoria.Adde c.acceſſorium.de reg.iur.lib. 6.

cit neque initium temporis aſcriptum. tñ iſta eſt cõis conclu-
ſio,quam etiam tenet Bald.in l.vni.in 12.q.C. de his, quæ pœn.
no.Lud.Rom.vbique in repe.l.1.in 5.col.ſ.ſi quis cau.& in cõ-
ſil.228.incip.Pro plena diſcuſſione. in 1. dub. & in conſil. 409.
incip. quo ad primum propoſitæ conſultationis articulum, in
quo quæritur,an hæredes.Idem tenet do.Ant.de But. vbi limi-
tat in conſil.57.incip.in q.ſurgente. Expeditis text. capio glo.2.
in verbo anguſtias, quam diuide in tres partes princip. In pri-
ma opp. & dupliciter ſol. In ſecunda ſimiliter opp. & duplici-
ter ſol. In tertia colligit ex text. not. deinde opp. & non ſoluit.
Secunda ibi,item contra inſti.eo.Tertia, & vltim. eſt ibi, item
not.anguſtiam temporis.¶In ead.glo. ibi, ſolu. ibi inter viuos.
* Intellige.ſ.ſtricti iuris.Iſta doct. *communiter tenetur* per Bartol.&
15 cõiter alios hic,† ꝙ in contractibus bonæ fidei, & in vltimis
voluntatib. quæ illis æquiparantur, anguſtiæ tpis non vitiant,
ſed reijciuntur,vt hic,iuncta.l.inſulam.§.1 ſ.loc.Secus in ꝯcti-
bus ſtricti iuris,vt in ll.alleg.per glo. pro ꝯrijs. Iſtam ſol.tenent
etiam Bar.& alij in l.vni.C.de his, quæ pœn. no. & in l. conti-
nuus.§. illud.ff.de verbor.obligat.& in l.1. ſ. de condi. inſti. te-
net etiam gl.vltra alleg.per Bar.in l.2. §. fin. ſ. ſi quis cau. quic-
quid teneat Raph.Fulg. in d.l. inſulam.§.1. & in d.l.vni ad fin.
Are.hic,& in d.l.cõtinuus. §.illud.¶Tu vltra Scrib.aduerte ad
duo.primò inquantum Bart.& Doct. hic, & in locis præalleg.
arguunt,quòp ſicut anguſtiæ temporis non vitiant in contra-
ctibus bonæ fidei. dict. l. inſulam.§. 1. ita etiam non vitiant in
16 in vltimis voluntatibus, eo quia† vltimæ voluntates habent
ſe ad inſtar ꝯctuum bonæ fidei.l. in minorum. C. de in integr.
reſtit. minor. iſtud non videtur vllo modo bene dictum, &
confunditur per doctr.eiuſdemmet Bart.in l.ſi hæres. ſ. de eo,
* ꝙ cert.loc. quæ doctri. *eſt indifferenter ab omnibus approbata*, vbi
dicit Barto. ꝙ vltimæ voluntates æquiparantur ꝯctib.bonæ fi-
dei ſolùm quo ad duo. Primò, quo ad fructus, vſuras,& inte-
reſſe,vt in vlt.voluntatibus incipiant currere à tempore mor-
tis,ſicut in ꝯctibus bonæ fidei. Secundò, quia ſi res ſoluta ſit
tradita deterior, poteſt denuo agi ad totam rem,ac ſi non eſ-
ſet tradita,ſicut in contractib.bonæ fidei.l.3.§.ſi reddita.ſ.com-
mo.l.huiuſmodi.§.hæres. infra eod.exceptis iſtis duob. vltimæ
voluntates non æquiparantur ꝯctib. bonæ fidei, ſed ſtricti iu-
ris,ſed hic non ſumus in aliquo ex iſtis duobus, ergo Bart. ma-
lè dicit.¶Si vis ſaluare Bart.oportet ſupplere iſtũ tertium caſũ
illi doctr.Bart.in d.l.ſi hæres,& ita legendo iſtum text.ſuppleui
iſtum tertium caſum, quòd etiam vltimæ voluntates æqui-
parantur contractibus bonæ fidei quantum ad anguſtias tem-
poris adiectas diſpoſitioni, vt ſicut non vitiant contractum
bonæ fidei.d.l.inſulam.§.1. Ita etiam non vitiant vltimam vo-
luntatem, caſus eſt hic. Iſte tertius caſus neceſſariò eſt adden-
dus illi doctr. Bart. & ita ibi legendo addidi. ¶Tertiò aduer-
te inquantum Bartol.& Scrib.tenent, quòd anguſtiæ temporis
17 † non vitiant contractus bonæ fidei.dict.l.inſulam. §.1. nec vl-
timas voluntates, vt hic, ſed bene vitiant contractus ſtricti iu-
ris.d.§.loca.& l. 2. §. ſi quis ita.allegata in glo. & ſic contractus
bonæ fidei,& vltimæ voluntates æquiparantur,& diſcrepant à
contractibus ſtricti iuris. Nunc oſtendam contra iſtam doctr.
communem, quòd contractus bonæ fidei, & contractus ſtri-
cti iuris in ſimili materia æquiparantur, & ambo diſcrepant
ab vltimis voluntatib contra illlud,quod tenent Barto. & om-
18 nes hic. † Nam conditio impoſſibilis indifferenter vitiat non
ſolùm contractus ſtricti iuris, ſed etiam quoſcunque contra-
ctus bonæ fidei,text.eſt not.in l.non ſolùm. infra de act. & ob-
ligat.& tamen ego habeo,quòd conditio impoſſibilis non vi-
tiat legatum,nec vlt.voluntates, imò reijcitur, text. eſt notab.
in l.1.& in l.ſi quis ita inſtitutus.ſupra de condi.inſti.& in l.obti-
nuit. infra de condi. & demonſt. ergo vltimæ voluntates non
æquiparantur contractibus bonæ fidei contra Bartol.& Doct.
hic, nec contractus bonæ fidei differunt à contractibus ſtricti
iuris. Nemo in ſpecie attigit hãc difficultatem per hũc modũ,
19 nec vnquam ita tetigi. Reſponde breuiter, † quòd illud, quod
dicunt Bartol.& Doctor.hic procedit quantum ad anguſtiam
temporis, ſeu breuitatem temporis. Contraria loquuntur
quantum ad conditionem impoſſibilem, & ſic eſt materia ſe-
parata. Ratio diuerſitatis eſt in promptu,nam anguſtiæ tem-
poris non reſpiciunt ſubſtantiam obligationis, ſed eius præ-
ſtationem, & ſic executionem, & conſequenter reſpiciunt
quoddam accidens. ſ. diem, vel conditionem,& iſtud non eſt
ſubſtantiale in diſpoſitione, & tunc non vitiant in fauorabili-
bus, & vbi agitur de bona fide, & ſic in vltimis voluntatibus,
& in contractibus bonæ fidei. In iſtis terminis propriè lo-
quuntur Bartol. & Scriben. hic. Sed conditio impoſſibilis re-
ſpicit ipſam obligationem, & conſequenter ipſam ſubſtan-
tiam diſpoſitionis Nimirum ſi vitiat nedum contractus ſtri-
cti iuris,ſed etiam bonæ fidei.d.l.non ſolum. ſecundum Barto.
in l.prima.in prima columna.ad fin. infra de condi.& demon-
ſtrat. Iſta eſt propria differentia inter anguſtias temporis, &
conditionem impoſſibilem. Et ſi dicas quantum ad condi-
tionem impoſſibilem, tu non tollis difficultatem, quia con-
ditio impoſſibilis indifferenter vitiat nedum contractus ſtri-
cti iuris, ſed etiam contractus bonæ fidei,dicta l. non ſolùm,
& tamen conditio impoſſibilis non vitiat legatum, nec vltim.
voluntates, iuribus præallegatis, ergo vltimæ voluntates
non æquiparantur contractibus bonæ fidei, contra Bartol. &
Doctor.hic, qui iſtam difficultatem non tollunt. Dico,quòd
ad hoc reſpondet ſolenniter tex.in dict.l.nõ ſolùm, vbi forma-
liter dicit, quòd in actibus dependentibus ex conſenſu, ſeu
Papæ conceſſas cum clauſula non obſt. literis impetratis, vel
impetrandis,poſteà Papa ſcribit capitulo illius Eccleſiæ, quòd
de Archidiaconatu alicui prouideri non valeat pet literas im-
petratas, vel impetrandas,an primus impetrans debeat obtine
re Archiadiaconatum? Videretur,quòd ſic,ex quo in ſecundis
literis Papæ non fit expreſſa mentio de illa prima indulgentia
habente clauſulam derogatoriam ad literas impettandas per
iſtum text.& d.l.ſi quis in prin.teſtamenti. In ꝯrium facit text.
ad literam in l. qui hominẽ. & in l.ſeq.ꝟ.de adi.leg. vbi teſtator
legauit hominem in genere,poſteà adimit Stichum,dicit text.
per hoc non dr̃ anihilatum legatũ, ſed bene reſtrictum. ita in
propoſito Papa conceſſit dignitatem in genere in Eccleſia Bo
no. ſi poſteà per ſecundas literas ademit Archidiaconatũ, per
hoc non videntur reuocatæ primæ literæ, ſed bene reſtrictę.
Et tenendo iſtam partem poſſet reſponderi ad clauſulam de-
rogatoriam contentam in primis literis, ꝙ loquatur in literis
impetrandis, pondera illud impetrandis, ergo ſi Papa ſcripſit
motu proprio,tunc præiudicauit primæ gratiæ. Præterea iura
in contrarium adducta loquuntur in vltimis volun. vbi nul-
lum ius eſt acquiſitum viuo teſtatore, ſed hic erat iam acqui-
ſitum ius ad rem.¶Iſtam.q formant in terminis Gem. in c.cùm
in illis.in prin.de præb.in 6.vbi poſt relatas aliorũ opi.ipſe deter
minat, ꝙ primus debeat obtinere Archidiaconatum, ſiue ſe-
cundum reſcriptum ſit cõceſſum per Papam motu proprio,
15 ſiue non, † eo quia motus proprius tollit ſubreptionem, ſed
non tollit ius alteri quæſitum, vt habetur in c. ſi poſtquam. &
in c.ſi motu proprio.de præb.in 6.Item Papa non intendit per
ſecundum reſcriptum, licèt in eo apponantur clauſulæ gene-
rales non obſt.tollere ius alteri quæſitum,vt in c.ſi propter tua
debita. & ꝙ ibidem not. de reſcrip. in 6. ita tenet ibi Gem.ego
pro iſta deciſione allego bon.text. & aliud bonum ſimile. Pri-
16 mò allego text.in c.quamuis.de reſcrip.in ſextò Secundò,† &
multum not. ꝙ ſi per Papam confertur alicui beneficium cũ
clauſula,non obſt.collatione alteri facta,prædicta clauſula in-
telligitur de collatione inualida,quia ſi eſſet valida, Papa non
intendit ei derogare,ita ſignanter tenent Io.And.d.Ant.de But.
& Io.de Imo.in c.cauſam,quæ.de reſcrip. Idem tenet Gem.in
c.ſi poſtquam.in vlt.col. de præb.in 6.iſtam deciſionem ſequi-
tur do. Alex. in quatuor conſilijs,in conſ. 125. ſecundi vol. qđ
inc.viſo tit.quæſtionis.in 2.col.& in cõſ.35.vol.4.inc.viſo pro-
ceſſu cauſæ vertentis inter communitatem.in 3.col. & in cõſ.
23.5.vol. quod incip. viſo proceſſu cauſæ vertentis inter ma-
gnificum.in 3.colum. & in conſ.142.5.vol.incip. viſo proceſ-
ſu cauſæ vertentis inter Angelum hebræum.in pen. col. Et ita
remanet expeditus iſte ſolennis.§.Sequitur.l.cùm inſertus.

A D D I T I O.

a ¶Conſ.361. Adde, quòd eſt num.121.in prima parte conſiliorum antiquo-
rum,ſecundum impreſſionem Papienſem.

SVM-

*SVMMARIVM.*

1 *Res soluta censetur fuisse in obligatione in legato generis.*
2 *Solui potest alij de voluntate mea, & aliud pro alio.*
3 *In legato generis electio est hæredis.*
4 *In legato generis nihil est in obligatione.*
5 *Soluens aliud pro alio adiecto solutioni creditore volente liberatur ope exceptionis, non ipso iure.*

LEX XIII.

1 CVm incertus. † In legato generis res soluta censetur fuisse in obligatione. hoc dicit. ¶ Aduerte, φ ista lex videtur inanis, & de indubitabili, & similiter ratio quam assignat tex. nam dicit text. φ si facto legato generis hæres tradiderit Stichum seruo de volũtate domini legatarij, vel domino ratum habente, φ hæres est liberatus perinde, ac si Sti
2 chus legatus esset. † Certè clarum est, quòd non solùm seruo, sed etiam alij penitus extraneo de voluntate mea potest solui. l. solutum. §. solutam. ff. de pig. acti. Item aliud pro alio volente creditore potest solui, & soluens ipso iure liberatur. l. 2. §. 1. ff. si cert. pet. l. 1. §. an potest. ff. de const. pec. & ex hoc videtur reddi inanis ratio text. ibi, perinde ac si Stichus legatus esset, quia etiã posito, φ Stichus nunquam fuisset legatus, tamen adhuc hæres fuisset liberatus, ex quo, vt dixi, interueniente voluntate domini aliud pro alio solui potest. ¶ Hinc infertur, φ etiam iste text. non probat illud, ad quod eum allegant Doct. & quotidie allegatur, quòd in legato generis illud dicatur vsque retrò fuisse in obligatione, quod deducitur in solutione, cùm text. lo-
3 quatur, quando talis solutio fit de voluntate domini. † Item cùm in isto legato generis electio esset ipsius hæredis, vt hic. & est glo. magistra in l. hæredes. §. si incertos. ff. fam. erci. hic allegata in glo. Ergo hæres potuit eligere Stichum, & eum soluere. Responde, quòd prædicta procedunt, quando esset credi-
4 tor, de cuius voluntate aliud pro alio solueretur, † sed hic, non est propriè creditor, quia in legato generis nihil est in obligatione, & nihil est, quod debeatur, vt l. 3. in fin. infra qui, & à quib. glo. & Barto. in l. Meuius. §. duobus. infra de leg. 2. Barto. in l. 2. §. 1. vbi dixi. infra de verb. oblig. glo. in l. si is, qui Stichus. supra de procur. per Bart. & alios in l. si vnus. §. sed si generaliter. supra de pact. Item in hac. l. dominus mandauerat solui legatum seruo suo, sed non mandauerat, quis seruus deberet solui, ideo erat dubium, an hæres soluendo Stichum seruo esset liberatus, ex quo non erat mandatum de Sticho recipiendo.
5 † Item quando soluitur aliud pro alio adiecto solutioni volente creditore, non liberatur soluens ipso iure, sed tantum ope exceptionis. text. est in l. fin. §. cùm mihi aut Titio, si bene inspexeris text. vbi Bart. ff. de verbor. oblig. & expressius Bart. in l. si cùm fundum. ff. de pac. d. Mathe. in not. 111. Nec obst. dum dicebatur, quòd in legato generis est electio hæredis, quem velit soluere, istud est verum, dum tamen eligat mediocrem, vt not. in l. legato generaliter. vbi dicam. ff. eod. Sed hic concurrente voluntate domini, etiam si Stichus non esset mediocris, tamen contingit liberatio. Et hoc modo habes bene enucleatum istum text. ad quem alij non respiciunt. Sequitur. l. si ita sit scriptum.

*SVMMARIVM.*

1 *Ademptio legati facta in eodem testamento, siue præcedat, siue sequatur, perimit ipso iure legatum.*
*In legatis, quod minimum est debetur. & num. 17. & limita, vt nu. 20. & 21.*
2 *Duæ causæ lucratiuæ in eadem re ex eodem testamento concurrere non possunt.*
3 *Nomen numerale duos, stat collectiuè.*
4 *Verbum bis, non solùm ad res refertur, sed etiam ad actum duplicem legandi.*
5 *Legatum factum de fundo in genere ratione incertitudinis non valet, quia dando cespitem terræ liberaretur.*
6 *Arguere licèt de personis ad res.*
7 *Aduersatiua sed, sine copula, quòd denotat diuersum factum, & diuersum ius.*
8 *Protestatio, vel limitatio apposita in principio, vel in fine actus idem operatur, dummodo apponatur, antequam actus sit à partibus absolutus. & vide num. 11.*
9 *Exceptio incompetentiæ potest apponi in princ. vel in fine scripturæ exceptionum, nec videtur per alias primò appositas in iudicem consentire.*
*In coniunctionibus nullus ordo est, an in princ. an post scribatur.*
10 *Clausula, appellatione remota, apposita, quando Papa committit plures articulos, intelligitur ab omnibus articulis remouisse appellationem, siue apponatur in principio, siue in medio, siue in fine.*
11 *Clausula in principio posita est maioris potentiæ ad determinandum sequentia, quàm è contra.*
13 *Simulatio contractus magis probatur per contractum præcedentem, quàm per sequentem.*
*Conditio adiecta in institutione intelligitur adiecta in legato.*
*Venditio fortius declaratur, quando pretium præcedit traditionem rei, quàm quando sequitur.*
14 *Antecedens non sapit naturam sequentis, sed sequens bene sapit naturam antecedentis.*
15 *Testator postquam habuit testamentum pro perfecto, si aliquid addit, vel detrahit, dicitur noua dispositio.*
*Clausula actum, & c. in imbreuiatura notarij significat rem perfectam.*
*Signum tabellionis est terminus significans rem perfectam.*
16 *Ademptio legati in eodem testamento quando fit, quòd vnum legatum ipso iure adimatur.*
*Verba legis propriè accipi debent.*
*Ademptio tacita non adimit ipso iure, sed ope exceptionis.*
18 *Testator præsumitur minus grauare hæredem quàm possit.*
19 *Mandata duo facta eodem die si producuntur, illud præualet, quod minus continet.*
20 *Adimere legatum, & dare procedunt à pari.*
22 *Clausula derogatoria an releuet, si apponatur in principio, vel in fine.*
23 *Codicilli ad tollendum legata ita tollunt, sicut testamentum. & nu. 28.*
24 *Clausula derogatoria apposita in testamento ita tollitur in codicillis, sicut in testamento solenni.*
25 *Ademptio legati in eodem testamento an differat ab ea, quæ fit in alio testamento. & nu. 27.*
*Exceptio, quæ inest in instrumento, necessariò non est opponenda per partem, sed iudex ipse opponit.*
26 *Ademptio legati quando est facta in eodem testamento etiam nuncupatiuo in scriptis redacto, non expedit circa eam aliquid allegare, nec probare.*
29 *Testamentum primum conditum ad pias causas coram septem testibus reuocatur per secundum conditum ad pias causas coram duobus testibus tantum.*
30 *Res dissoluitur per easdemmet causas, per quas nascitur.*
31 *Actus validus de per se sine magna solennitate si deducitur in maiorem solennitatem, non confirmatur, sed nec tolli modo potest, sicut amodo, & anteà poterat.*
32 *Emptio deducta in stipulationem non potest tolli per nudum consensum ipso iure.*
33 *Incertitudo quando versatur circa res, faciliter cognoscitur, quod legatum sit maius, & quod minus.*
34 *Qualitas affectionis, & charitatis in personis legatarijs, quando sumus in dubio, præsumitur, non sic in rebus.*
35 *Ademptio propter incertitudinem personarum quando vitietur.*
36 *Text. in l. si fuerit, infra de reb. dub. non procedit fauore piæ causæ. & num. 40.*
37 *Legatum libertatis vitiatur propter incertitudinem.*
*Libertas censetur esse pia causa.*
38 *Calix si debet fieri de mandato testatoris in Ecclesia, si pretium non est declaratum, intelligitur de honorabili, secundum illius Ecclesiæ consuetudinem.*
39 *Calix, qui ex dispositione testatoris debet fieri in Ecclesia, debet fieri de argento. & non de alia materia.*
41 *Argumentum valet de contractibus ad vltimas voluntates.*

LEX XIIII.

1 SI ita sit scriptum. † Ademptio legati facta in eodem testã siue præcedat, siue sequatur, legatum ipso iure primit, & φ minimum est debetur. h. d. Sequendo communia diuiditur in tres partes princ. prout tria ponuntur dicta. Secunda ibi, sed Papin. Tertia, & vlt. est ibi, sed φ magis erit ademptum. Quæro ante omnia, quæ fuerit ratio dubitandi ad hunc text. quia pro certo ista decisio videtur esse sine dubitatione, præsertim quando clausula derogatoria sequitur post legata bis facta. Bart. sub triplici exemplo ponit rationem dubitandi. ¶ Tu aduerte, φ primum exemplum Bart. non videtur posse procedere ad hunc text. duplici ratione. Primò, quia in hoc text. non legauit bis eandem rem, vel eandem summam, cùm text. dicat duos fundos, vel duas quantitates. Sed ab hoc salua Barto. quia Barto. non dicit, quòd in hoc tex. bis legauerit eandem rem, sed bene dicit, quòd videbatur, quòd talis clausula derogatoria, si cui bis legauero, semel tantum deberi volo, φ intelligeretur, quando bis legauit eandem rem, & non quando legauit duos fundos, vel duas quantitates. ¶ Secũdò fortius obstat, quia cũ testator legauit bis eandẽ rem, vel quantitatem, clausula ista derogatoria esset penitus
2 superflua, † quia duæ causæ lucratiuæ in eadem re, & ex

eodem testamento concurrere non possunt.l.planè. §. si eadē. ÿ.eo.l.omnes.ÿ.de acti. & ob. vnde absq; alia derogatione non valeret nisi vnum legatū,& sic inepta esset dubitatio Bar.Similiter in secundo,& 3.exemplo Bar.qn̄ legauit fundum,& quantitatem Titio simul in eadem oratione, vel diuisim,neuter est bonus sensus ad hunc tex.cùm tex.dicat alternatiuè duas quantitates, vel duos fundos,non autem dicat vnum fundum , vel quantitatem,vt dicit Bar.¶Aliam no.rationem dubitandi,quæ multum congruit literæ, assignat Pau. de Cast. nec melius dici posset. nam quando in vnico actu legandi diuersas res reliqt , quia testator dixit,lego Titio duos fundos meos,vel duas quā-
3 tates,istud esse censetur vnicum legatum tantum , † quia illud nomen numerale duos,stat collectiuè , vt dicatur vnum legatum tm̄.tex.est in l.si ex toto.in §.fin.& ibi gl. 1.quam multum no.Bart.& ibi dixi.s.eo.vnde videbatur vtrunq; deberi, ex quo vnum dicitur legatum,eo quia illa verba,si cui bis legauero,referuntur non solùm ad res,sed etiam ad geminatum actum legandi,quia tunc propriè dicor bis legare.Contrarium determinatur in hoc tex.qui est valde sing.cùm attenta mente testatoris,& effectu potius quàm proprietate verborum vt tanquam bis legauerit,debeatur vnus fundus tantum. refert , & sequitur simpliciter.d.Alex.hic,& ita limitatur.d.l.si ex fundo. §. si.cum gl.Raph.Cum.hic tenet ꝯrium , & dicit,ꝙ iste text.procedit,& debet intelligi,quando fundos specialiter de per se nominauit, & non collectiuè,quia tunc esset legatum de duobus fundis.d. l.si ex toto.§.fi.& l.si duos.ÿ.tit.1.& consequenter non procede
4 ret iste tex.† quia verbum bis,non solùm refertur ad res,sed ēt ad actum duplicem legandi. ¶Aret.hic ēt reprehendit duplici fundamento.Primò per istum tex.in ver.sed Papi. vbi dicit, ꝙ ista clausula idem operatur,quod dictum erat in prin.si sæpius legata fuerint ascripta, & sic patet,ꝙ vtroq; casu legata erant
5 separatim facta. Scdō arguit sic. † aut intelligimus duos fundos simpliciter legatos,& certè nō valeret legatum ratione incertitudinis, eo quia dando cespitem terræ pro fundo liberaretur.l.cùm post.§.gener.cum gl.s.de iur.dot.glo.in l.si domus.in prin.ÿ.eo.Aut intelligimus fundos specialiter esse nominatos, puta fundum Seianum,& fundum Sempronia.tunc tot essent legata,quot res specificatæ.l.scire debemus.circa me.ÿ.de verb. oblig.¶Sed aduerte,quia istud secundum parum faceret,quia intelligo,quando testator legauit duos fundos simpliciter, vbi dicit litera,& testator non habebat nisi illos duos fundos , vbi non cadit incertitudo,sed bene cadit dubitatio, an vterq; fundus,an alter,& sic tene rationem dubitādi assignatam per Pau. de Cast.¶Adde,ꝙ alia,& no.potest esse ratio dubitandi ad istū tex.quando testator legauit simpliciter duos fundos , vel duas quantitates,& dixit vel in prin.testamenti,vel in fi.cui bis legauero,semel tantum deberi volo , nam ignorabatur,quod legatum fuisset ademptum,& sic ratione incertitudinis videbatur, ꝙ vtrunque esset ademptum,& sic nihil deberetur.Sicut inducitur ademptio in totum ratione incertitudinis personę, vt est tex.no.in l.si fuerit.in ver.& verius est.ÿ.de reb.dub.de qua.l.op.
6 gl.arguendo † de personis ad res, quod argumentum est validum in iure.l.si quis inquilinos.§.si ita legatum.ÿ.eo. l. qui plures liberos.s.de vulg. & pupil.tamen Iuriscon.in hac.l.notabiliter determinat ꝯrium,quia differentia est,an incertitudo versetur circa res,& tunc loquitur ista.l.an versetur circa personas, & tunc loquitur.d.l.si fuerit.Rationem diuersitatis dicam.ÿ.super gl.fi.¶Item vt nihil omittatur in tex.aduerte circa versicu.
7 sed Papi.ꝙ illa aduersatiua sed,sine copula vr̄ malè posita,† q̄a aduersatiua sine copula denotat diuersum factū , & diuersum ius.l.sed & si lege.in prin.& ibi gl.s.de pet.hęre. & gl.in l. patris, & filij,vbi Bar.& ibi aliqn̄ dixi.s.de vulg.& pupil. latè Bart.in l. hoc amplius.§.de his autem.ÿ.de dam.infect.sed in hoc tex.importat idem ius,quia idem ius est,siue clausula derogatiua prçcedat,siue sequatur , quia vtroq; casu vnum legatum ipso iure adimit,ergo malè stat ista aduersatiua sine copula,vnde videretur ꝙ tex.melius staret cum copula,sed & Papi. tn̄ quia cōiter libri tam impressi,quàm scripti sunt sine copula,cogita, si posset teneri,ꝙ sit diuersum ius,quia in prin. qn̄ præcedit illa clausula derogatoria, si cui bis legauero , semel deberi volo,si postea bis legetur , vnum tantum dr̄ legatum , cùm in alio prius adempto nunquam fuerit voluntas testatoris , secus autem sit ècontra,qn̄ legata duplicia præcedunt,& postea sequitur dicta clausula derogatoria,tūc ambo à prin.fuerunt data, sed posteà vnum censetur ipso iure ademptum,& ad hoc faciunt multa, quæ statim dicā in 1.not.quia plus operatur clausula,quę præcedit,quàm illa quæ sequitur. tamen in eadem scriptura eiusdem testamenti videtur,ꝙ non sit dare prius,nec posterius, vt ÿ.dicetur.Item tex.in 1. parte dicit vnum videri legatum , ideo ꝓ certo videref, ꝙ copula sed &,melius staret , hoc pendet ab his,quæ nunc dicam in 1.no.¶Not.1. ex hoc text. ſm̄ Barto.&

8 alios Doct.† ꝙ non refert vtrum protestatio, vel limitatio ponatur in prin.vel in fine actus, dummodo apponatur antequā actus sit absolutus à partib.iuxta.l.contractus.C.de fid.instr.facit tex.in l.3.C.de ædil.act.¶Et reducendo istud no.Bar.ad actū practicum,si aliquis intendit declinare iurisdictionem alicuius
9 iudicis,certè non videtur referre ſm̄ Imol. & Mod.† an illa ꝓtestatio,non consentio in vos tanquam in iudicem competentem per aliquem actum, quem facio,vel in futurum faciam, an ponatur in prin.scripturæ exceptionum , vel in fi.dummodo sit eadem scriptura,adeo ꝙ per primas exceptiones non vr̄ in iudicem consensisse.& ita tenet Bar.in l.quidam consulebāt. in vlt.col.ÿ.de re iud.cum concor.allegatis per dom. Alex.hic, & ibi.vltra quas adde no.Bald.in c.cum inter monasterium.in vlt.col.de re iud.¶Item adde ad istud not.Bar.text. no.in l.quidam. ÿ. de pecu. leg. vbi dicit ad literam tex.in coniunctionib.
10 † ordinem nullum esse,nec quicquam interesse,vtrum eorum primum diceretur,aut scriberetur, ita formaliter dicit ibi text. Ad idem adde tex.valde no.in c.secundò requiris,de appel.vbi Papa appellatione remota committit plures articulos, nunquid intelligatur ab omnib.articulis remouisse appellationem, dicit tex.ꝙ vtriusq; iuris argumenta nos docent, an illa clausula appel.remota apponatur in prin: quia refertur ad medium, & ad finem,an apponatur in fi.quia refertur & ad principium, & ad finem.Ad idem tex.in l.4.§.filius inter medias,& quod ibi
11 not.Bar.& Doct. ff. de lib. & posthu. ¶† Licèt *omnes indifferenter*
* sequantur istud no.& istam regulam Bar.ꝙ non refert, an protestatio, vel derogatio ponatur in prin.actus, vel in fin.à qua regula neminem vnquam vidi dissentire,mihi videtur, ꝙ ista regula sit valde dubia,& in contrarium adduco infinita, & in primis,quia dum Bart.& Doct.colligunt istud not.ex hoc text.videtur stringere ad oppositum in illa aduersatiua,sed Papi. quæ secundum omnes libros est sine copula, ergo debet denotare diuersum ius,ergo vult esse differentiam,an clausula derogatoria apponatur in prin.an in fine post legata,ergo iste tex. de directo retorqueretur contra Bart.& Docto.¶Secundò in contrarium facit illa nota.regula , quam sæpè consulendo soleo alle-
12 gare,† ꝙ clausula præcedens,& sic in princ. posita, est maioris efficaciæ , & maioris potentiæ ad determinandum sequentia quàm ècontra.ita no.Bar.in l.quisquis,per illum tex.ÿ.de leg.3. gl.in l.auia.in prin.& ibi Bar. ÿ.de condi. & demon. Idem Bar. in l.si quis ex argentarijs.in §.si initium tabularum. in 1.col.s.de eden.Pau.de Cast.& Rapha.Fulg.in l.1.C.de lib. præt. d.Mathe. in not.102.Ludo.Roma.in consi.100.incip.pater reuerende.& in consi.503.incip.diligenter inspectis.in 1.col.d. Alex.in consi.
a 416.[a] incip.viso themate suprascripto. ergo de directo contra regulam Bart.& omnium,qui dicit non referre, imò multum refert,an clausula ponatur in prin.vel in fi.¶Tertiò facit, quod signanter tenet Iac.de Aret.in l.4.§.si ab ignoto.infra de manu-
13 missio,vbi egregiè tenet,† ꝙ per cōtractum pręcedentem melius probatur simulatio sequentis contractus, quàm econuerso,& eum refert,& sequitur Bal.in rub.extrà de pac.in pen.col. ¶Quartò in contrarium facit,ꝙ conditio adiecta in institutione intelligitur repetita in legato postea facto.l.duos,& l.auia,& ibi not.Barto.ÿ.de condi. & demon. secus si legatum præcedat institutionem.l.filium.in prin.& ibi glo.& Barto.ÿ.quando dies leg.ced.¶Quintò in contrarium facit illud,quod not.d.Abb.& Ioan.de Ana.in c.in tantum.in 3.not.per illum tex.de simo.vbi formaliter no.ꝙ fortius declaratur venditio , quando pretium præcedit traditionem rei , quàm quando sequitur, & sic traditio præcedit.¶Sextò facit illud,quod not. Bald.in l. quoties.se-
14 cunda.ad fi.C.de fideicom.vbi not.quòd † antecedens, & sic illud,quod præcedit,non sapit naturam sequentis, sed bene sequens antecedentis, vt est ibi text.vbi institutus, qui præcessit, non præstat legata relicta à substituto, & tamen secus est econtra,quia substitutus tenetur ad legata relicta ab instituto præcedente.l.non iustam.circa fi.C.ad Trebel.l.vnica.§.pro secundo.C.de cadu.tollen.& l.licèt Imperator , vbi traditur per Doct.ÿ. eod. Ista sex reddunt mihi valde dubiam istam regulam Bart. & omnium Doct. præsertim cùm etiam colligatur ex text.Et tex.sine copula , &,de directo probat contrarium. ¶Secundò
15 no.ex tex.ibi, & hoc ante impletum testamentum , ꝙ † postquā testator habuit testamentum pro perfecto , & completo, si ei aliquid detrahit , vel addit , videtur esse noua dispositio. facit.l. hæredes palàm.§.si quid post.& §.sed si notam.ff.de testa.adde, ꝙ quādo notarij dicunt in protocollis suis,actum , significat rē perfectam secundum Bal.in Auth.quod si fine. C.de testa. facit quod vult Bar. in l.si is qui.ff.eodē. Item signum tabellionis est terminus

ADDITIO.

a ¶In consi.416.Adde,quòd aliàs est in consi.50.in 3.vol.col.1.

terminus significans contractum esse absolutum à partib. ita not. Bal. in l. 1. in 8. col. in fi. C. de fide instrum. & iure hastæ fisc. lib. 10. ¶ Tertiò not. ex isto tex. ibi, in verbo ipso iure. quòd 16 † quando fit ademptio in eodem testamento, ipso iure vnum legatum adimitur. In contrarium videtur tex. ꝙ imò ope exceptionis. in l. non ad ea. in fi. ꝟ. de condi. & demon. Sunt qui respondent, ꝙ ibi loquatur de exceptione doli, quæ concurrit cum exceptione intentionis, & facti. Ista solut. non placet, quia in dubio verba legis debēt propriè accipi, & sic intelligi de exceptione iuris, quæ est actionis exclusio. l. 1. ꝟ. de except. Ideo responde no. ꝙ in d. l. non ad ea. in fi. verba non sonant expressā ademptionem, sed tacitam, quia nulla verba sunt ademptiua: sed quia illud quod purè legauit, posteà legauit sub conditione, ex hoc videtur adimere in contrarium euentum conditionis. l. aliquando. ꝟ. de condi. & demon. l. quod purè. in princip. ꝟ. quando dies leg. ced. sed sic est, quòd tacita ademptio non adimit ipso iure, sed solùm ope exceptionis, prout hic tenet glo. in 17 verb. ipso iure, ad fi. ¶ Vltimò no. ex isto tex. in fi. regulam, † ꝙ in dubio illud, quod est minimum, censetur esse in legato, concordantes habetis in glo. Ratio huius regulæ est duplex. Prima, quia ademptio fit in fauorem hæredis. Ideo fit interpretatiō pro eo, vt minimum debeat. l. quod fauore. cum si. C. de leg. & quod no Barto. in l. si cui. prima, in prin. ꝟ. eod. Secunda ratio 18 est, quia † testator in dubio præsumitur minus grauare hæredem, quàm possit. l. vnum ex familia. §. si rem. ꝟ. eod. & l. Titia. §. qui in vita. ꝟ. de leg. 2. Adde, ꝙ ista regula procedit etiam in contractibus, & in stipulationib. l. si. & ibi glo. ꝟ. de præto. stipu. & l. fideiussorem. ꝟ. manda. Adde etiam pro concordanti tex. not. in l. cùm certum. infra de aur. & arg. leg. quem reputat sin-19 gul. Ludo. Roma. in sing. 208. ¶ Item adde, ꝙ † si quis producat duo mandata diuersa, quæ sunt facta eodem die, & non apparet, quod prius, & quod posterius, præualet illud, quod minorem bailiam præstat. Ita no. tenet Bal. in l. falsus in antepen. col. C. de fur. ¶ Contra istud not. & contra istam regulam facit tex. in l. qui duos. ꝟ. eo. vbi dicit tex. Aliquis habebat duos seruos, vnum ex his legauit, & non apparet quem legauerit, electio est legatarij, non autem debetur minimum. hic legauit duos, & vnum ademit, & non apparet quis sit legatus, electio deberet esse legatarij. Responde ex mente Bar. in l. legato generaliter, ante fi. ꝟ. eo. & in d. l. qui duos. testator reliquit incertum de certis, meritò electio transfertur ad legatarium, sed in ista. l. verba fuerunt ita composita, ꝙ nullo modo potest intelligi relicta optio, meritò ergo debetur, quod est minimum, ita ibi Barto. ¶ Secundò contra istam regulam, & contra istum tex. oppo. 20 Nam † adēptio legati, & datio æquiparantur. l. 3. §. si quis duobus. ꝟ. de adimen. leg. sed testator legando duas res, si voluisset vnā tantum deberi, deberetur minima, vt hic, & l. nummis. ꝟ. de legat. 3. ergo etiam adimendo debet censeri minimam esse ademptam. Istam opp. format Rapha. Cuma. hic ad fi. & relinquit cogitandum de responsione. Tu responde, ꝙ assumptum Raph. non est verum, sed errat, quia quando legatur vna res de duabus, & sic incertum de certis, non est verum, quòd minima debeatur, imò tunc electio est legatarij, prout est tex. in d. l. q duos. quam statim allegaui. Item æquiparatio ademptionis legati & dationis, quam facit tex. in d. l. 3. §. si quis duobus. procedit, quādo est ambiguitas respectu personarum, quib. legatur. secus quando est ambiguitas rerum, & inter ista est differentia, vt infra per glo. fi. vbi dicetur de hoc. ¶ Limita istam regulam duobus modis. Primò, nisi propria significatio vocabuli aliud importet. tex. est no. quem ita ibi intelligunt glo. & Bar. in l. is qui. ducenta. in prin. ꝟ. de reb. dub. ¶ Scdo fallit in casu. l. legato generaliter. ꝟ. eo. quando legatur res in genere, debet præstari mediocris, & non minima, & ratio ibi ponitur per Docto-21 res. ¶ † Tertiò fallit fauore dotis, vbi in obscuris non debetur, quod minimum est. l. nuptura. §. fi. & ibi glo. ꝟ. de iure do. quid 22 autem sit fauore religionis, dicam infra in glo. fin. ¶ † Vltimò, vt nihil omittatur, quia dixi. ꝟ. in 1. not. ꝙ iste tex. fortiter retorquetur contra Barto. & Docto. ex quo hic est aduersatiua, sed, sine copula, ergo denotat diuersum ius, an clausula derogatoria ponatur in prin. an verò ponatur in fi. Reperi posteà, ꝙ Rapha. Cuma. hic in 1. no. expresè idem no. ex hoc tex. ꝙ differentia sit, an clausula derogatoria apponatur in princ. an apponatur in fi. quamuis ipse non aliter ponderet aduersatiuam sine copula. Nec ob. si diceretur, prout heri dicebatur per duos bonos scholares, ꝙ imò hic sit copula, cum tex. dicat, & si post legata, iungendo dictionem sed, cum illa copula, & si post legata. Dico, & heri dicebam, ꝙ istud stare non potest duplici ratione, quia aduersatiua, sed Papin. cùm sit sine copula, denotat Papinianum velle diuersum ius ab alijs Iurisconsul. superius relatis. Secundò, & melius dictio, & si, stat pro quamuis, & sic nō est ibi copula. Sicut etiam stat in c. & si Christus. in prin. de iureiuran. & in c. si quæstiones. in prin. de simo. ¶ Expeditis textu, capio glo. in verb. ipso iure. quam diuide in duas partes, prout duo remouet ꝯria. Secunda ibi. Item & hoc quando expresè. ¶ In ea gl. ibi, vt codicillis. Contrarium tenet gl. in l. fideic. C. de * fideicom. quam sequuntur communiter Docto. hic, & ibi. Bart. in 23 l. hæredes palàm. §. si quid post. ꝟ. de test. eo quia ſm Bart. † codicilli sunt ita solennes, & perfecti ad tollendum legata, sicut & testm̄. alleg. ad hoc Bar. tex. Insti. de adim. leg. in prin. Tu allega meliorem tex. ſm Are. hic in l. quidam referunt. in prin. ꝟ. de iure codicil. & in l. si quis eum. in prin. ꝟ. de vulg. & pupil. facit 24 tex. in l. 2. §. 1. de iure codi. ¶ † Adde etiam ad hoc bene facere, ꝙ clausula derogatoria apposita in testamento, potest ita reuocari in codicillis, sicut in alio testamento solenni, adeo ꝙ si posteà testator faceret aliud testamentum, valet, licet in eo non faciat mentionem de clausula derogatoria apposita in primo testamento, ex quo fuit reuocata per codicillos. Ita singu. tenet Sal. in l. 2. C. de codi. refert, & simpliciter sequitur Ang. de Aret. 25 in §. codicillis. Insti. de codi. ¶ † Item inquantum Bar. in doctri. sua dicit, ꝙ est differentia, an ademptio legatorum fiat in eodem testamento, an in alio, quia si fit in eodem testō, non est opus, ꝙ hæres opponat ꝯ legatarium agentem aliquam exceptionem iuris vel facti, quia ex ipso testamento liquet iudici legatum esse reuocatum. Adde pro ista decisione Bar. bene facere illud, quod alibi sæpè tenet Bart. ꝙ quando pactum apponitur ex parte rei incontinenti, & sic in eodem instrumento, non est necesse, ꝙ reus opponat aliquam exceptionem, eo quia iudex videt exceptionem facti ex inspectione instrumenti. ita no. tenet Bar. in l. lecta. in 4. col. ꝟ. si cer. pet. & in l. eum qui ita. §. quita. ad fi. ꝟ. de verb. obl. vbi dicit, no. quia nunc intelligis, quid est hoc dictum, pacta incontinenti apposita ex parte rei inesse, ꝙ nunquam amplius intellexisti, cum concord. quas aliàs dedi in 26 d. l. lecta. ¶ † Item aduerte dum Bar. vult, ꝙ quando ademptio fit in eodem testamento, ꝙ non expedit circa ademptionē aliquid allegare, nec probare, eo quia ex ipso testamēto iudici apparet Dicit Raph. Cum. ꝙ ex hoc apparet, ꝙ Barto. intelligit de testamento in scriptis. Alij non tangunt, & ista esset magna restrictio, quia rarissimè, & quasi nunquā fiunt testamenta in scriptis. Vnde dico, ꝙ imò idem est in testamēto nuncupatiuo redacto ad scripturam per manum notarij, prout fit, & melius dixisset Raph. Cum. ꝙ Bart. intellexit, si est scripta voluntas, vt comprehendat etiam testamentum nuncupatiuum scriptū, & etiam codicillos. ¶ Tertiò diligenter pondero, ꝙ ex hac doctri. Bar. potes tollere vnum obiectū, quod obstare vr̄ ꝯ tex. nostrum. nam si adimitur ipso iure in alio testamento solenni. l. si iure. ꝟ. de leg. 3. ad quid dicit iste text. & hoc ante impletum testamentum fecerit: Ista verba videntur esse frustratoria, ex quo etiam impleto testamento ipso iure possunt adimi legata in 27 alio testō solenni. † Nam certè differentia est, vt hic not. declarat Bar. quia si ademptio fiat in eodem testō, fit ipso iure, adeo ꝙ non est opus, ꝙ hæres opponat aliquam exceptionem iuris vel facti, quia iudici liquet de ademptione legati ex ipsa inspectione testamenti, secus qn̄ ademptio fieret in alio testō. Imo. aliter rn̄det huic difficultati tex. quamuis de Bar. super hoc nō faciat mentionem. nam dicit Imol. ꝙ in alio est differentia, q. qn̄ ante completum testm̄ fit ademptio, vr̄ nec datum, nec legatum iuris fictione propter instantaneam ademptionem. arg. l. lecta. in ver. dicebam, in fi. ꝟ si cert. pet. facit. l. qui sic. ꝟ. de solu. secus qn̄ ademptio fit ex interuallo in alio testō solenni, tunc interim medio tempore legatum est datum, sed posteà ipso iure tollitur. d. l. si iure. ꝟ. de leg. 3. & sic habes primum fundamentum Bar. ꝯ gl. & eius doctrinam. ¶ Adde aliud not. fundamen-28 tum, quod adducit † idem Bar. ꝯ istam gl. in l. hæredes palàm. 29 §. si quid post. circa medium. de test. vbi dicit, † ꝙ si in primo testamento adhiberentur. 20. testes, & duo notarij, cùm tantum sint necessarij septem, tamen per ſm testamentum, in quo adessent solùm septem testes, tolleretur ipso iure illud primum, nec attenderetur id, quod esset superfluum in primo. Ita in proposito nostro ad ademptionem legatorum sufficit codicillus, qui etiam ab initio sufficiebat ad dandum legatum, ergo etiā ita per codicillos ipso iure adimitur legatum, sicut per testm̄, & istud est, quod etiam volunt Bar. & Doct. ibi, dum dicunt, ꝙ in adimendo legatum codicillus est ita perfectus, sicut & testamentum. No. diligēter illam decisionem Bar. in d. §. si quid post quia reperio, ꝙ Pau. de Cast. in cons. 363. quod incip. dubium 30 facit in suprascripto puncto, & c. pulchrè consuluit, † ꝙ si præcessit primum testamentum conditum ad pias causas factum cum solennitate septem testium, cùm tamen de iure communi duo sufficerent. c. cum esses, & c. relatum. de test. & posteà idem testator fecit aliud ſm testamentum ad alias pias causas, puta instituendo aliā ecclesiā coram duob. testib. n̄ri, tamen p secundum tollitur primum. l. 2. ꝟ. de iniust. rup. quam decisionem

nem latè proſequitur D. Alex.in l.hac conſultiſſi.§.ſi quis autē.
C.de teſt.iſtud idem quod tenet Barto.in d.§.ſi quid poſt. tenet
etiam D.Alex.in conſi.146.2.vol.incip. viſo themate ſupraſcri
pto,in pen.& vlt.col.vbi idem tenet quod Barto. & tamen de
Bar.nullam facit mentionem,de quo ſatis admiror.& idē Do.
Alex.in conſi.103.quarti vol.incip.viſo & diligenter conſidera-
to themate.in 3.col.& ita teneas cum Bar.contra glo.quamuis
Pau.de Caſt.hic,& plenius in d.§.ſi quid poſt.& in l. datam. C.
de leg.tenuerit concluſionem gl.per aliqua leuia fundamenta,
quibus reſpondet Do.Alex.& Are.hic. ita etiam tenet Ange.de
Are.Inſti.de ademp.leg.per tex.bon.in l.alumnæ.§.Titio. ꝭ. de
leg.ſed ad illum tex.no.reſponde,ꝙ ibi loquitur, quando lega-
tum in teſtamento factum, fuerat etiam in codicillis generali-
ter confirmatum,& alij ſpecialiter legatum,tunc primum ope
exceptionis tantum tollitur. Eandem opi. tenet Do. Chriſt.de
Caſtil. quem refert D.Pet.de Bexu.qui idem tenet, & refert D.
Chriſt.Por.inſti.de adem.leg eo quia legatum factum in teſta-
mento eſt relictum in magis ſolenni voluntate,quàm ſit in co
dicillis.l.1.ſ.de teſt.iuncta.l.ſi idem.C.de codic.ergo non debet
tolli ipſo iure,niſi tollatur in alio teſtamento æquè ſolenni, qa
nihil eſt tam naturale, quàm vnumquodque tolli eo modo,
quo inductum eſt.l.nihil tam naturale.ꝭ.de reg.iur.l.prout.ꝭ.de
30 ſol.& vltra D.Chriſt.confirmatur,† quia omnis res per quaſ-
cunque cauſas naſcitur,per eas diſſoluitur, ita dicit tex. in ca.1.
de reg.iur.27.q.2.in c.omnis res. ¶Et ſi diceres, ꝙ reſpectu lega
ti non eſt neceſſaria ſolennitas teſtamenti,nec in dando, nec in
adimendo, ad hoc replicat multum ſubtiliter.D.Pet.de Bexu.
31 & eſt optimum fundamentum,† ꝙ quando actus valet de ꝑ
ſe ſine magna ſolennitate,ſi deducitur in maiorem ſolennita-
tem,illa maior ſolennitas non ſolùm confirmat actum, ſed fa
cit ꝙ nō poſſit amodo tolli eo modo,quo antea poterat. nam
emptio contrahitur nudo conſenſu, & re integra tollitur ipſo
iure nudo conſenſu.l.ab emptione.ſ.de pact.l.1.& 2.C.quando
32 lic.ab emp.diſce.† Pone modo,ꝙ emptio ſit deducta in ſtipu-
lationem,tunc non poteſt tolli per nudum conſenſum ipſo iu
re.l.emptio.in fi.ſ.de reſcin.vend.modo in propoſito fateor, ꝙ
legatum poteſt relinqui nudo conſenſu in codicillis, & tunc ip
ſo iure tollitur per alios codicillos, ſed ſi legatum relinquitur
in teſtamento,quod eſt magis ſolenne,ſi poſteà adimitur in co
dicillis,non debet tolli ipſo iure, & per iſtud fundamentum,
quod mihi multum placet,poſſet defendi iſta opin.contra Bar.
& magis communem opi.¶Capio glo.fin.in verbo exiguum,
quam diuide in 7.partes.In prima colligit no.ex tex. allegando
concordātes,poſteà format ſex opp. Sed caue,quia omnes iſtę
opp.vadunt contra tex.dum dicit, quòd minimum præſtatur,
præterquam penul.opp.quæ eſt de.l.ſi ita.§.fi.quæ vadit ꝯ text.
dum dicit ipſo iure. & ſic debuit poni in præcedenti glo. ¶In
eadem glo.ibi,ſed argumentum ꝯ.ꝭ.de reb.dub.l.ſi fuerit. gloſ.
hic,& ibi ſoluit contrarium.d.l.ſi fuerit.& bene,ꝙ in iſta.l.ambi
33 guitas verſatur circa res,ibi autem circa perſonas. † Ratio di-
uerſitatis eſt,quia quando incertitudo verſatur circa res,facili-
ter cognoſcitur,quod legatum ſit maius,& quod ſit minus,vn
de quando teſtator legat duas res,& poſteà adimit vnum lega
tum,& neſcimus quod voluerit adimere,præſumimus,ꝙ vo-
luerit maius adimere, vt ſic minus debeatur, quia teſtator præ
ſumitur in minus grauare hæredem, quā poſſit, vt dixi in text.
in vlt.no.non ſic eſt, quando incertitudo eſt in perſonis æqua
charitate coniunctis,ideo tunc in neutrius perſona valet lega-
tum.Iſtam rationem diuerſitatis etiam tenet D. Alex. hic. Sed
iſta ratio non videtur eſſe generalis data æqualitate rerum in
bonitate,& in pretio,& ſic data paritate in rebus, ſicut in perſo
nis,non videtur ꝙ prædicta ratio diuerſitatis militet,quia quā-
do ambæ res eſſent æquales bonitate, & pretio, non poſſet
tunc cognoſci,quæ ſit maior,aut quæ minima. Sed ſaluando
34 iſtam rationem diuerſitatis dicas & ſubtiliter, & bene, † ꝙ in
perſonis legatarijs quando ſumus in dubio, præſumitur inter
eas æqualitas affectionis,& charitatis.l.ſi quis ſeruum.§. ſi inter
duos.in verb.duo eiuſdem nominis amici teſtatoris.ꝭ.de leg.2.
quando aliter non apparet diuerſitas meritorum,iuxta. l. nec
adiecit.ſ.pro ſoc.Sed in rebus,quando ſumus in dubio,non po
teſt,nec debet præſumi æqualitas bonitatis,& pretij,cùm ex ſo
la inſpectione rerū de facili diſcernatur differētia.l. ſi irruptio-
ne.ſ.fi.regun.Contra d.l.ſi fuerit. obſtant duæ magnæ difficul-
35 tates. Primò,† dum loquitur de ademptione,ꝙ propter incer-
titudinem perſonarum ademptio non vitiatur, in contrarium
eſt de directo fortis tex.in l.3.§.ſi duobus ꝭ.de adimen.lega.vbi
tex.decidit de directo contrarium, quòd imò ademptio vitia
tur propter incertitudinem perſonarum,quando eſt incertum
à qua perſona teſtator ademerit, ſicut dicit tex.legatum vitia-
tur propter incertitudinem perſonarum. Ad iſtud contrarium
potes dupliciter reſpondere. Primò ſecundum glo.in d.l.ſi fue
* rit. quam ſequuntur *communiter Doct.* ibi,& Dom. Alexan. hic,
quòd ibi vna, & eadem res fuerat duobus ſimul legata, ideo
adimendo vni cenſetur vtrique ademptum, ſed in dicto §. ſi
duobus.incertitudo erat circa res,& circa perſonas. Erant duo
eiuſdem nominis, ambo vocabantur Titius, vni Titio lega-
uit domum, alteri Titio legauit fundum, poſteà ademit lega
tum factum Titio, hic eſt duplex incertitudo perſonæ, & rei,
talis incertitudo duplex bene vitiat. Et ſi diceretur, prout aliàs
dicebam,quòd iſta ſolut.diuinat,quia nō apparet magis in vna
lege,quàm in alia, quòd diuerſa res fuerit legata, quia potes re
ſpondere, quòd iſtud ſatis apparet in d.l.3.§. ſi duob. in verbo
ſeparatim. & ibi glo. 1. declarat, quòd ibi legauerat ſeparatim
duobus eiuſdem nominis,quia Titio legauerat fundum,& alij
Titio legauerat domum; poſteà ſimpliciter ademit legatum
factum Titio. hic eſt duplex incertitudo,de quo Titio, & ſic
de qua perſona ſenſerit. item rei,an velit adimere legatum fun
di,an legatum domus. ¶Vel aliter,& ſecundò potes no.reſpō
dere, quòd tex.in dicto §.ſi duobus. cum myſterio præſuppo-
nit, quòd teſtator duobus, qui vocabantur Titius, ſeparatim
legauerat hoc modo,lego Titio de tali parentela fundum. Itē
lego Titio de alia tribu domum. ſed in d. l. ſi fuerit. legatum
fuit factum ſimul, puta Sempronijs lego centum, ita dicit ibi
expreſsè tex.in verſi.ſed & ſi duob. in verb. puta Sempronius.
vnde in primo caſu ſi teſtator dicat,adimo à Titio, non valet
ademptio,quia neſcitur à quo voluerit adimere, cùm vtrique
ſeparatim ſit legatum.& iſtę eſt propriè caſus.d.§.ſi duobus,ſed
in ſecundo caſu valet ademptio in vtroque,ex quo ſimul vtri-
que legauit, ergo videtur de vtroque intellexiſſe, & iſte eſt pro
priè caſus.d.l.ſi fuerit.iſte eſt pulcher,& no.intellectus ad vtran
que legem,quem poſteà reperi ponere Raph.Cum.in d.l.ſi fue
rit. ¶Secundò circa.d.l.ſi fuerit. multum dubitant Imo. & D.
Alexan.& Are.hic, quare ibi legatum, quod eſt fauorabile, fa-
ctum duobus propter incertitudinem vitiatur, & tamen adē-
ptio quæ eſt odioſa propter incertitudinem non vitiatur, præ-
ſertim in adimendo legato libertatis, quod eſt fauorabile, &
pro ſolut. nihil boni afferunt, quod difficultatem ſubmoueat.
Dic,prout aliàs dixi, quòd in neutro caſu legatum debetur, ſi-
ue loquamur de legato incerto, ſiue de ademptione incerta,
neutro caſu legatum debetur propter liberationem hæredis.
nam ſi legatum factum non valet propter incertitudinem per-
ſonarum, hæres liberatur à legato. Similiter ſi adēptio valet in
vtraq; ꝑſona,hæres liberat̄ à legato.iſta eſt mera veritas ad illū
tex. patet etiam in hoc tex.iuncta.l.nummis.ꝭ.de legat 3. nam
teſtator in dubio videtur legare illud, quod eſt minus,& ſic vi
detur minus grauare hæredem.l.vnum ex familia.§. ſi rem.& l.
Titia. §.qui in vita.ꝭ. de leg.2. Ita hic adimendo in dubio vide-
tur ademptum id, quod eſt maius, vt ſic id, quod eſt minus re
maneat in legato, quamuis de hoc vltimo multum dubitet
Rapha. Cuma. in fi. & relinquat cogitandum, & ſic vna,& ea-
dem ratio producit iſtos effectus, qui licèt videantur contra-
rij, tamen tendunt ad idem. Et ſi opponeretur fortiter de d.l.
3.§. ſi duobus,potes dupliciter reſpondere, vt dixi in præce-
dentibus. ¶ Limita dictam l. ſi fuerit. non procedere fauore
36 piæ cauſæ. † nam ſi reperiantur duæ Eccleſiæ eiuſdem nomi-
nis, vel eiuſdem Sancti, & legetur ſimpliciter Eccleſiæ, ſcili-
cet Mariæ, cùm duæ reperiantur, legatum propter incertitu-
dinem non vitiatur, ſed debetur pauperiori. tex. eſt de hoc
not. in §. ſi quis autem vnum. in Auth.de Eccleſia.titu. colla.
9. & ibi Angel. ad hoc not. illum tex. pro limitatione dictæ l.
ſi fuerit. & dicit, quòd ibi eſt ſpeciale in pio loco. Sed tu ad-
uerte, quia tex.in dicta l.ſi fuerit.in verſicu.item ſi ex pluribus.
37 & ſequen.loquitur etiam in legato libertatis, † quòd ſimiliter
vitiatur propter incertitudinem, & tamen libertas cenſetur
eſſe pia cauſa. l. vni. circa fin.in verbo ad hanc pietatis ratio-
nem. & ibi Bald. ad hoc not. C. de commu. ſeru. ma. idem
not.Barto.in l.proximè. §. 1. infra de his quæ in teſtamen. de-
len.& in l.ſi vnus. C. de teſtamen. cum alijs concordan. vnde
dic melius,ꝙ tex.in d.§.ſi quis autem vnum.non loquitur data
paritate, quia monaſteria non erant æqualia,cùm alterum eſ-
ſet pauperius,vt ibi dicit litera,& ita etiam eſt de mente Dom.
Abb.in c.indicante.de teſt.vbi ſubdit,quando eſſet paritas Ec-
cleſiarum, tunc Epiſcopus eligeret. Item,aduerte, ꝙ prædicta
procedunt in pia cauſa,qn̄ eſt incertitudo perſonarum, ſeu Ec
cleſiarum.qn̄ autem eſſet incertitudo rerum,quid iuris ſit, ſta-
* tim videbimus.¶In ea.gl.ibi,l.Titia.§.Seia.gl.ibi, quæ *cōmuniter
tenetur* ſecundum Bar.reſpondet, ꝙ ibi eſt ſpeciale fauore reli-
gionis,& pp dignitatem legatarij,ſcilicet templi.Tu aduerte,ꝙ
ibi non eſt aliquod ſpeciale,vt gl.& Bar.dicunt, imò ille tex.cō
cordat cum iſto,& non eſt in aliquo contrarius, prout etiam
eſt de mente Imo.hic, nam in illo tex. erat conſuetudo, quòd
dona fierent illi templo aut aurea, aut argentea tantum,vt ibi

dicit

dicit litera, vnde ſi ibi hæres tenetur præſtare argentum, vt de-
cidit ibi text. certè præſtat illud, ꝙ eſt minus, ergo concordat
cum iſto text. & licèt hæres ibi vellet præſtare ænea, non po-
teſt, quia teſtator præſumitur feciſſe legatum ſecundum con-
ſuetudinem illius templi. l. ſed & ſi ſuſceperit. §. libertis. ſupra
de iud. & l. vel vniuerſorum. ſ. de pig. act. & ſic non eſt verum,
ꝙ ibi debeatur mediocre, imò illud, ꝙ eſt minus. Confirmo
per illud, ꝙ not. tenet Barto. per d. §. Seia. in l. ſi nondum. C. de
38 furt. † vbi determinat, ꝙ ſi teſtator mandauit in eccleſia fieri
calicem, nec explanauit pretium, neque materiam, ꝙ intelligi-
tur de calice honorabili, ſecundum conſuetudinem illius Ec-
cleſiæ. ¶ Et aduerte, ꝙ Bart. in d. §. Seia. grauiter errauit in intel-
lectu illius text. nam vult Bart. ꝙ ibi intelligatur relictum illud,
ꝙ eſt maius, & pretioſius, & per hoc infert ad duas deci. quas
dicit vidiſſe de facto, vt ibi per eum, ſequũtur. d. Abb. Petr. de
Anch. & Imo. in c. indicante. de teſt. Sed iſte intellectus Barto.
quem Can. inaduertenter ſequuntur, eſt euidenter erroneus,
quia ſi in illo. §. Seia. intelligitur relictum illud, ꝙ eſt maius, &
pretioſius, ergo deberet præſtari aureum, & tamen text. ibi de-
cidit argentum præſtandum, ergo manifeſtus eſt error Barto.
quem etiam reprehendit d. Bald. Nouel. in tract. de dote. in 6.
parte, in priuilegio. 73. Adde pro hoc facere illud, ꝙ per d. §. Se
iea. decidit Bald. in l. ſi quis ad declinandam. in 17. col. ad fin. C.
39 de Epiſ. & cle. † vbi determinat, ꝙ ſi teſtator mandat in capel-
la ſua fieri calicem, vel crucem, nec deſignauit ex qua mate-
ria, ꝙ debet fieri non de vili materia, puta de peltro, vel aurical
co, ſed ſolùm de argento, ꝙ dicit tenendum menti, ergo non
de auro, contra Bart. & Cano. Teneas ergo iſtam. 2. ſolu meã,
ꝙ d. §. Seia. concordat cum regula. l. noſtræ, & non eſt contra-
40 rius. ¶ † Non omitto, ꝙ tertio modo reſpondet Barto. in d. §.
Seia. in fin. ꝙ ibi per teſtatorem erat taxata certa quantitas pe-
cuniarum, quę expẽdi debebat, prout ibi dicit text. in verbo ex
libris. 100. vnde ibi non eſt plus, vel minus, ꝙ inſpiciatur. Cre-
do, ꝙ etiam in hoc errauit Bart. ad illum text. nam dum text.
ibi expreſsè dicit, ꝙ ſignum Dei ibi fieret ex 100. libris. illud ex
100. libris, ſignificat pondus, ꝙ in pondere eſſet 100. librarũ, nõ
autem ſignificat quantitatẽ pecuniæ, quæ expendi deberet, &
ita etiam reperio illum tex. intelligere. d. And. Barba. in c. indi-
cante. in 9. colu. ad fin. de teſta. vbi etiam ipſe in hoc reprehen-
dit Bart. Tenendo iſtam ſol. quam ego tenui ad. d. §. Seia. ceſ-
ſat ad illum text. alia difficultas de text. in cap. ex parte. de cen-
ſib. vbi Abb. format iſtam opp. & dicit, quòd eſt difficile con-
trarium, & non tactum à Doct. nam in d. cap. ex parte. eſt text.
quòd ſi legentur, aut voueantur eccleſiæ. 10. menſuræ frumen-
ti, & in ciuitate habeantur diuerſæ menſuræ, intelligitur de mi
nori, ergo fauore Eccleſiæ non intelligitur ſecundum eum de
maiori, prout in d. §. Seia. ſecundum erroneum intellectum
Bart. & reſpondet ibi dupliciter do. Abb. Primò, quòd tex. in d.
cap. ex parte, loquitur in contractib. quando quis vouit Eccle-
ſiæ. ſed dictus. §. Seia. loquitur in vltimis vol. Iſta prima ſol. ni-
41 hil valet, † quia bonum eſt argumentum de contractibus ad
vltimas voluntates, &ècontra. l. ſeruum filij. §. eum, qui chiro-
graphum, & l. quæ de legato. ſ. eod. Secundò ſicut in vltimis
volun. debetur illud, ꝙ eſt minimum, ita etiam in contracti-
bus. l. fideiuſſorem. ſ. mand. l. fin. vbi glo. ſ. de prætor. ſtip. & pro
pterea ſecundo modo reſpondet d. Abb. quòd in d. cap. ex par
te. legatum illud veniebat applicandum perſonis eccleſiaſti-
cis, tunc minor menſura debetur, per rationem illius text. ne
clerici videantur talibus rebus nimium auari, & nimium mũ-
danis rebus anhelare. ſed text. in d. §. Seia. loquitur, quando le-
gatum venit applicandum ipſi eccleſiæ, in qua ceſſat dicta ra-
tio, & ſi iſta ſol. eſt vera, ſequeretur, quòd in d. c. ex parte, ſi le-
gatum fuiſſet factum ipſi eccleſiæ, quòd non intelligeretur de
minori, tamen ſuper hoc ſecundo reliquit cogitandum. Sed
tu reiectis iſtis ſol. d. Abb. reſponde planius, quod text. in d. §.
Seia. concordat cum dicto capit. ex parte. cùm etiam in d. §.
Seia. debeatur illud, quod eſt minus, vt ſupra declaraui. Et
per iſta cum laude Dei remanet perfectè, vt puto, expedita
iſta lex.

## SVMMARIVM.

1 *Voluntas teſtatoris probata prævalet ſcripturæ in augmento, & dimi-*
*nutione legati.*
*Error in nomine appellatiuo de facili vitiat, & num. 6. & 9.*
2 *Minor ſumma ineſt maiori etiam in conditionibus, & libertatibus. nu-*
*mero 3.*
3 *Summa minor ineſt maiori ex proprietate ſermonis, & non ex interpre*
*tatione.*
4 *Mandatum licèt impleri debeat in forma ſpecifica, dicitur tamen im-*
*pleri etiam quando pinguius adimpletur.*
5 *Verbum ineſſe, denotat proprietatem: verbum enim, ſum, es, eſt, denotat*
*veritatem.*
7 *Interpretatio fauorabilior fit in inſtitutione quàm in legatis.*
*Conditio appoſita in legatis ſtatim cùm quis poteſt debet adimpleri, ſe*
*cus in inſtitutione.*
8 *Arguere non licet de maiori fauorabili ad minus fauorabile.*
10 *Tutoris appellatione licèt veniat curator, non tamen ècontra.*

## LEX XV.

1 QVi quartam. † Voluntas teſtatoris ꝓ
bata prævalet ſcripturę
in augmẽto, & diminutione legati. h. d. ¶ Ratio du
a bitandi ad hunc text. fuit, quia error in nominib. a
appellatiuis de facili vitiat vtrunque. l. ſi quis in fundi vocabu-
lo. ſ. eod. ita quòd non debentur nec omiſſum, nec ſcriptum,
vt ibi, ſed in tex. noſtro alia eſt appellatio dimidiæ, alia quartæ,
ergo videbatur, quòd iſte error deberet vtrunque vitiare. Ra-
tio decidendi ponitur in text. quia cùm quarta inſit dimidiæ,
iſta habent conformitatem ratione continentiæ, ex quo res ſi-
gnificata per vnam, realiter cõtinetur ſub altera, & ſic in ſum-
ma, quæ erat legata, inerat leganda, non ergo ſunt omnino di-
2 uerſa, prout ibi, vbi vna ſpecies non inerat alteri. ¶ † Not.. 1. ꝙ
in maiori ſumma ineſt minor, ſiue loquamur in quantitate
continua, ſiue in diſcreta, & ſic ſiue loquamur quotitatiuè, ſi-
ue quantitatiuè, vt hic, & l. 1. §. ſtipulanti. vbi plenè de materia.
ff. de verb. oblig. & l. qui concubinam. §. 1. de leg. 3. & in l. cùm
furti. ff. de in lit. iur. & in l. quoties. §. ſed ſi maiorem. ff. de hęre.
inſt. & in l. ſi quis cùm totum. ff. de exce. rei iud. ¶ Adde, ꝙ iſta
regula etiam procedit, vbi verba propriè, & præciſè debent ca
3 pi, † prout eſt in conditionibus, quę debent impleri propriè,
& in forma ſpecifica. l. qui hęredi. & l. Meuius. in prin. ff. de con-
di. & dem. vnde ſi libertas fuerit relicta ſeruo, ſi dederit quinq;
hæredi, dando 8. implet conditionẽ, tex. eſt not. in l. 3. §. ſi plus.
ff. de ſtatulib. quem text. alleg. Aret. hic, & per illum text. infert
idem Aret. in d. l. 1. §. ſi ſtipulanti, ꝙ in maiori ſumma ineſt mi-
nor ex proprietate ſermonis, & non ex interpretatione, contra
Ray. & Imo. ibi. Tu poſſes reſpondere ad illum text. defenden-
do Imo. ex doct. Bart. in l. Gallus. §. & qd ſi tñ. ff. de lib. & poſth.
ꝙ qui apponit conditionẽ, vult ꝙ adimpleatur ſpecificè, aut
in effectu facti ęquipollentis. teſtator ergo in d. §. ſi quis. voluit,
ꝙ in effectu adimpleretur, prout fit quando pinguius adimple
4 tur, † ſicut in ſimili, licèt forma mandati ſit diligenter atten-
denda. l. diligẽter. in prin. ff. mand. c. per tuas. de arb. adeo ꝙ om
ne id, ꝙ fit pręter formam commiſſionis, eſt ipſo iure nullum.
l. item eorũ. §. ſed ſi ita. & ibi Bar. ad hoc not. ff. ꝙ cuiuſque vni
uer. tamen dicitur adimpleri in forma ſpecifica, quando pin-
guius adimpletur, text. eſt in l. ſi quis mihi bona. §. pen. in verſ. ſi
ex parte. & ibi Mod. not. ff. de acq. hær. & d. Alex. in l. ſi quis im-
puberem. C. de iur. delib. Sed iſta concluſio Aret. ꝙ in maiori
ſumma contineatur minor ex proprietate, pondera text. hic,
& in omnibus concordantib. ſ. adductis, dũ vtitur verbo ineſ-
5 ſet, † ꝙ verbum ineſt, ſignificat proprietatem, vt per Bart. in l.
maritus. §. legis Iuliæ. ff. de adul. verbum. n. ſum es, eſt, impor-
tat veritatem, eo quia demonſtrat ſubſtantiam, ſecundum
Bald. in l. quæ fortuitis. in 4. colu. C. de pig. act. ¶ In glo. fin. licèt
Bart. & Ang hic teneant, ꝙ valeat legatum ſolum in minus cũ
diſtinctione de qua per eos, tñ vltimã opi. gl. ꝙ valeat in plus,
tenent alij omnes per text. in l. quoties. §. ſed ſi non in corpore.
6 allegatum in glo. Ad argum. Bar. ꝙ † error in nomine appella-
tiuo vitiet, reſpondent, ꝙ eſt verum in appellatiuis omnino di-
uerſis, & difformibus, ſecus eſt in errore quãtitatis, & ſic in his,
quæ habent ſe vt excedentia, & exceſſa, vel vt totum, & pars,
& iſtam partem tene. Aduerte tñ, ꝙ defendendo Barto. poſſet
reſponderi ad. §. ſed ſi non in corpore, aliter q̃ reſpondeat Bar.
diuinando, ꝙ licèt ibi iſtud diſponatur in inſtitutionib. non ſe-
7 quitur, ergo idẽ & in legatis, † cùm fauorabilior ſit interpre-
tatio in inſtitutione, q̃ in legatis, vt eſt glo. in l. ſi plures. in glo.
fin. ff. de cond. inſt. Bart. in l. ſub conditione. poſt gl. ibi. ff. de hęr.
inſt. probatur in l. pen. §. 1. iuncto. §. illo. C. de neceſ. ſer. hær. inſti.
Facit, ꝙ in legatis conditio appoſita, debet ſtatim impleri q̃ pri
mum põt, aliàs habetur defecta. l. hæc conditio ſi in capitol-
ium. ff. de cond. & demon. & tñ ſecus eſt in inſtitutione. glo. eſt
not. in l. ſi quis inſtituatur hæres in diem. in princ. ff. de hæred.
8 inſt. Bart. in d. §. hæc conditio † Non ergo eſt licitum arguere à
magis fauorabili ad minus fauorabile, & ſic de inſtitutione ad
lega-

ADDITIO.

a ¶ Nominibus. Adde. l. in venditionib. de contrah. emp. & in l. ſi in nomine, &
ibi Bald. C. de teſt. eundem Bald. in l. non ideo. C. de hære. inſti. Oldr. conſ.
256. inc. primum, de quo quæritur.

legatum.tamen posses respondere, ꝙ d.l.quoties.§. sed si non
in corpore.non fundat se in fauore institutionis,sed in ratione,
quę est etiam generalis ad legata.s.quia minus est scriptũ, quã
9 sit nuncpatum.¶ † Item aduerte,ꝙ licèt Imo. & omnes Mod.
hic teneant quod in nominib.appellatiuis error non vitiat, qñ
non est magna diffformitas, prout tenet glo. in l.librorum.§.ꝙ
tamen Cassius.per illum text.j.de leg.3.Bart.& alij Scrib.in d.l.
si quis in fundi vocabulo. Tu in cõtrarium allega fortem text.
in l.tutores. §. 1.ff. de admi.tut. vbi si pater in testamento filijs
suis impuberib. dederit aliquem in curatorem,cùm deberet di
cere tutorem,iste error vitiat, & tamen ibi non est magna dif-
formitas, patet, quia curator generaliter ponitur pro tutore.
§.1.& ibi glos.in verb.ad curatorem. in Authen. vt hi, qui ob-
lig.& sic inter ista nomina appellatiua curator,& tutor est mo
10 dica diffformitas,& tamen ille error vitiat,& licèt Bart.† ibi di-
cat, ꝙ sub nomine tuto.bene comprehendatur curator.l.pa-
ter Seuerinam.§.conditionum verba.ff.de cond.& demon.ta-
men secus sit ècontra,per rationem de qua ibi per eum. Istud
non videtur bene dictum per d.§. 1. cum illa glo. in verbo ad
curationem.Item aduerte,quòd non videtur multum facere,
quod in isto text.sit aduersatiua cum copula,prout dicit Bart.
quia dato,quòd in hoc text.sit copula,respondetur, ꝙ impor-
tat identitatem iuris quo ad validitatem legati, vt quemad.in
superiorib. non obst. errore sustinetur legatum,ita etiam sit in
isto vers. sed & si. non autem importabit identitatem iuris re-
spectu portionis debendæ.

*S V M M A R I V M.*

1 *Nomina collectiua,vt est nomen filiabus, inducunt coniunctionem ver balem,& sic ius accrescendi.*
*Ius accrescendi non habet locum in legato facto pro alimentis.*
2 *Taxatio impedit ius accrescendi.*
3 *Ius accrescendi non habet locum in dispositionibus limitatis.*
4 *Numerus pluralis verificatur in singulari.*

1 **§. Si quis vnam.** † Not. ꝙ nomina collecti-
ua, vt est nomen filiabus,
inducunt coniunctionem verbalem, & sic ius accres. Ratio
istius notabilis est,quia vna conceptione verborum sunt con-
iuncti.facit.l.interdum.in princ.ff.de hæred.inst. & in l.si pater.
ff.de vulg.& pupil.& in l.sequen.§.fi.vbi ponit Bald.j.eod.Bart.
2 in l.re coniuncti.in 6.colum.j.de leg.3. † Limita istum text.&
similes, nisi legatum fuisset relictum pro alimentis, tunc non
esset locus iuri accrescen. text. est not. in l. dominus. §. 1.ff. de
vsuf.facit.l.pen.§. 1.in fin.ff.ad l.falc.not.in l.liberis.ff.de alimen.
& cib.leg.Ratio istius fallentiæ est,secundum Bald.in d.l.domi
3 nus.§. 1.† quia relictum alimentorum naturaliter est taxatum,
& regula est, ꝙ taxatio impedit ius accrescen.l. Lucius.§ quæ
habebat.ff.ad Trebell.per quem text.ita not. Bald.in l.si arroga
tor.in princ.s.de adop. & in repet. l. 1,in 7. colu. C.de sacrosan.
eccles.Lud.Ro.in l. 1.in princ.ff.si quis ius di. non obtem.Alibi
per illum text.dicit Bald.in l.1.in vlt.col. C.de secun. nup.ꝙ in
4 dispositionib.limitatis non habet locum ius accres.¶ † Secun-
a do.not.secundum do. Alex. quòd numerus pluralis [a] verifica-
tur in singulari,de quo latè dixi in l.Gallus.§.qd si is.ff.de lib.&
posth.vbi mula cumulaui circa istud no.Itẽ dic,ꝙ in isto text.
iste numerus pluralis à prin.verificabatur in duabus.

A D D I T I O.

a ¶Numerus pluralis.Adde Doct.in l.falsa.§.1.ff.de cond.& demon.Doct.in l.non est.ff.de verb.sign.Doct.in l.quisquis.C.de impub.& alius subst. Doct.in l.1.C.de cond.insert.

*S V M M A R I V M.*

1 *Qui non admittitur ad partem,sed admitti speratur,interim facit partem,& impedit ius accrescendi.*
2 *Ius accrescendi vt habeat locum,requiritur,quòd portio cohæredis funditus,& ipso iure deficiat.*
3 *Legatum si est duobus coniunctim, vnus non potest petere totum,licèt alter interim differat petere.*
4 *Pendentia spei non impedit venientem ad totum per ius non diminuendi,quando est coniunctio realis.*

LEX XVI.

1 **SI duobus res.** † Qui nõ admittitur
ad partẽ, sed ad mit-
ti speratur,interim facit partem, & impedit ius ac-
crescen.h.d.¶No.1.ꝙ ius accrescen.cessã,† quandò
coniunctus non est in rerum natura,sed speratur. Ex quo cor-
relariè not.ꝙ sola spes, & sola potentia impedit ius accrescen.
2 facit.l.si domino Stichus.j.eod.† imò ad hoc,vt habeat locum
ius accrescen.requiritur, ꝙ portio cohæredis funditus, & ipso
iure deficiat.l.nam si solum ope exceptionis,non est locus iuri
accrescen.glo.est not.in l.si duo.in prin.quam Bart. ibi reputat
mirabilem.ff.de iureiur.& ibi dixi. ¶Secundò not.in verbo so-
3 lam partem, secundum do. Alex. † ꝙ si duobus legatum est
coniunctim,vnus non potest petere totum, licèt alter interim
differat petere, quod est verum, quando isti legatarij fuerunt
coniuncti verbis,secus si fuissent disiuncti verbis,coniuncti ta-
men re, tunc vnus solus altero differente posset totum pete-
re.text.est in l.vnica.§. vbi autem.in vers. si verò nemo alius.C.
de cad.tollen.Ratio est, quia tunc sermo testatoris videtur at-
tribuere cuilibet rem insolidum,eo ipso, quod eos re coniun-
xit.Idem si essent coninncti re,& verbis simul,quia tunc etiam
sermo testatoris videtur attribuere rem cuilibet insolidum,se-
cũdum Cyn.in d.§.vbi autem,qui per hoc,subdit, quòd Dyn.
eo audiente malè exemplificabat istum text. in coniunctis re,
& verbis simul, quia solùm debet intelligi in his, qui tantum
verbis sunt coniuncti, quod est notabile pro limitatione hu-
ius text.secundum dom.Alex.qui dicit Doctores non tangere
4 hoc. Et sic not. correlariè ex prædictis, † quod pendentia spei
non impedit venientem ad totum per ius non diminuendi,
& sic quando est coniunctio realis,secus si verbalis tantum,&
ita distinguit glo. not. in l.2.ff. si pars hæred.pet. & ita etiam li-
mitant istum text.Bald.Imol.& Raph. Cum.hic, licèt d.Alex.
dicat Doct.non tangere,sed Are.ponderat in contrarium sub-
tiliter istum tex.vbi eadem res fuit legata duob.coniunctis sine
expressa distributione partium,ergo erant coniuncti re,& ver-
bis.l.triplici.ff.de verb.sign.declarat glo. magistra.in l.1.§. fin. ff.
vsuf. accrescen. & sic vnicuiq; videbatur factum legatum in-
solidum,& tamen natus non admittitur ad totum, similis tex.
in l.planè.§ si coniunctim.j.eod.vbi dicetur, & contrarium te-
net Bald.in d.§.vbi autem,aliàs oportet diuinare,& restringere
istum text.& dicere,ꝙ erant bene coniuncti verbis,non re.

*S V M M A R I V M.*

1 *Onus iniunctum hæredi, & alteri, qui non est hæres, debetur à solo hærede.*
2 *Limitatio ad legem ab eo.C.de fideicom.vt non habeat locum, quando legatum coniunctim est relictum.*
3 *Testator si habebat bona communia pro indiuiso cum fratre, & reliquit vxori alimenta de bonis communib.sibi,& fratri,quòd totum relictum debebitur ab hærede de parte testatoris.*
4 *Collecta si imponatur quibusdam locis, vel villis, & aliquis sit exemptus,tota collecta debebitur ab alijs non priuilegiatis.*
5 *Onus quando imponitur villæ,vel ciuitati simpliciter, alij tenentur soluere illud pro illo,qui non tenetur soluere.*
*Vno rustico non existente soluendo,exigitur ab alijs.*
6 *Institutus non videtur grauatus propter grauamen,quod ab aliquo relinquitur.*
7 *Dispositio nugatoria non vitiatur, quando partem solam dispositionis respicit.*
8 *Copula posita inter plures, quorum aliqui poßunt grauari, & aliqui non,tunc non diuidit onus inter eos, secus quando est posita inter oneratos,quia diuidit onus in viriles.*
9 *Legatum vnum quando relinquitur à duobus nominatim, tunc vno repudiante debetur ab altero.*
10 *Argumentum valet de pro non scriptis ad quasi caduca.*
11 *Cohæres ita demum tenetur ad legatum pro parte cohæredis, si pars eius ad eum peruenerit.*
12 *Substitutus veniens ex expressa voluntate testatoris, vt facit cessare ius accrescendi,ita veniens ex tacita substitutione.*
13 *Hic text.procedit in casibus,in quibus non haberet locum ius accrescendi inuito hærede.*
14 *Vnus hæredum si eßet grauatus nominatim onere legati alimentorum, portio deficiens accrescit cum tali onere.*
15 *Legatum ad pias causas æquiparatur legato alimentorum,*

1 **§. Hæres.** † Onus iniunctum hæredi, & alteri, qui
non est hæres,debetur à solo hærede.h. d.
sm verum intellectum.Diuiditur ex mente Bar.& Doc.in tres
partes.In prima loquitur in pro non scripto.In secunda in ca-
duco.In tertia ponitur modificatio,Secunda ibi, nã & si duos.
Tertia ibi,si pars eius.Et sm hoc text.ibi, quia hæres non sit.in-
telligitur.s.in rerum natura, & hoc modo est legatum pro nõ
scripto.Intellige melius,& magis congruit literæ,qui hæres nõ
sit.s.institutus, vel vt dicit glo.1.erat institutus nugatoriè, & in
hoc differt à sequen. vers. vbi erant ambo instituti, sed alter
obijt.Sunt etiam,qui intelligant istum text.in prin. ꝙ loquatur
in vna,& eadem persona, quæ primò fuit instituta proprio,&
vero nomine,sed in grauamine fuit ei adiectum nomẽ, quod
non erat hæredis,& sic non erat suum proprium nomen,& sa-
tis amicatur verbis literæ,ibi, adiecto ei nomine cuiusdã, qui
hæres non sit, tamen obst. text. dum dicit totum legatum de-
bet, & sic videtur dubitare de parte alterius cohæredis. Item
obst.

obst.text.in fin.ibi,si pars eius, qui non adijsset, intelligendo, ꝙ
clausula in fin. posita referatur ad vtranque decisionem præ-
cedentem.l.talis scriptura.in prin.j.eod.& in l.1.in fin. C.de lib.
præte. Secus si tantum referas ad proximum præcedendem,
vnde teneas illud,qnod statim dixi.¶No.1.ex isto prin.§.quod
est notabile,& allegabile ad multa, vt statim subijciam.Et not.
primò limitationem ad regulam. l. ab eo. C. de fideicom.& l.
2 1.§.sciendum. j. de leg.3. † vbi non valet legatum relictum ab
eo, qui non fuit à testatore honoratus : nam illa regula est ve-
ra, nisi tale legatum coniunctim sit relictum ab vno, qui non
sit honoratus,& ab alio,qui sit honoratus, quia tunc ab hono-
rato insolidum præstandum est.¶Secundò per istum tex.con-
suluit notanter Bart.in cons. quòd inc. quidam sibi filios hære-
3 des, † quòd si testator habebat bona communia pro indiuiso
cum fratre, & relinquat vxori alimenta de bonis communi-
bus sibi, & fratri, quòd totum relictum debebitur ab hærede
de parte testatoris, ex quo simul, & coniunctim reliquit ali-
menta in bonis suis, & fratris, quòd est perpetuò tenendum
menti,secundum Pau.de Cast.& dic, quòd qui nesciret istum
text.& illam decis.Barto.de facili responderet contrarium, &
4 simpliciter sequuntur do.Alex.& Aret.hic.¶ † Tertiò iste text.
in princ. facit secundum Aret. quòd si superior imponit col-
lectam quibusdam locis, vel villis, & aliquis ex illis locis non
teneatur ad onus collectarum fortè ex priuilegio, vel ex præ-
scriptione,quòd totum onus debebitur ab alijs non priuilegia-
tis.Et ad hoc addit, quod volunt Bart. & Doct. in l.ab omnib.
in prin.j.eo.& quod tradit Bart.in l.munerum.§.fin.ff.de mun.
5 & hon. tu confirma clara ratione, † quia quando onus impo-
nitur villæ,vel cuitati simplicitet, prout loquitur Aret.non est
dubium, quòd ad illud, qđ vnus soluere non debet,alij tenen-
tur.Ita notãter declarat Bar.in l.2.C. de apo pub.lib.10. ex quo
est impositum loco. l. proponebatur. ff. de iud. de quo etiam
per Bart.in l.4.§.actor.vbi plenè Mod.ff.de re iud.Bald.idem te
nens in l.etiam.C.de exec.rei iud.¶Adde tamen illud, quod ali
bi not.Bart.in l.legatum.in princ.per illum text.j.titu. 1.vbi di-
cit,illum text. facere contra consuetudinem,per quam si vnus
rusticus non est soluendo,exigitur ab alijs,licèt in contrarium
videretur facere illud,quod vult glo.ord.in l.vacuati.C.de de-
cur.lib.10.¶In contrarium etiam videtur facere illud, ꝙ tenet
Bart.in d.l.munerum.§.fin.sed concorda, & intellige secundũ
not.doct.Bar.in d.l.2.C.de apo.public. lib.10. & habes plenius
6 per Mod.in l.4.§.actor.ff.de re iud. ¶ † Quartò not. quòd pro-
pter grauamen relictum ab aliquo non videtur grauatus insti-
tutus. adde text.expressiorem in l. hæreditas ad Statium,& ibi
not.& infert Bart.ff.de hæred.inst.& ista iura faciunt contra de-
cisionem Bart.in l.centurio. in vlt.char. in princ.ff.de vulga.&
pupil. vbi tenet, ꝙ fideicommissum iniunctum filijs filiorum
positis in conditione, valet, eo quia propter grauamen fidei-
commissi intelliguntur tacitè honorati,per l.denique. §. inter-
7 dum.cũ si.ff.de pecu.leg.& malè,vt ibi latè firmaui.¶ † Quin-
tò not.ex eodem principio, ꝙ nugatoria dispositio non vitia-
tur, ꝙ est verum,quando respicit solam partem dispositionis,
vt hic, secus quando totam dispositionem. l.fin. & ibi Bald.in
8 24.q.ita declarat.C. de hær.insti. ¶ † Sextò not.ex eo. principio
iuncto exemplo glo.secundum Bar.& Imo.ꝙ licèt copula,&,
posita inter personas oneratas diuidat onus in viriles. l. reus. §.
cùm in tabulis.& l.siue à certis.ff.de duob.reis.l.1.& 2.C.si plu-
res vna senten.Auth.si quando.C.de const.pec.tamen quando
copula,&,ponitur inter plures,quorum aliqui possunt graua-
ri,& aliqui non,tunc non diuidit onus inter eos,vt hic.& l.ciui-
9 tatib.§.Lucius.j.eod.¶ † Septimò not. in vers. nam & si duos,
ꝙ licèt legatum relictum ab vno ex hæredibus. nominatis nõ
debeatur ab altero,cui accrescit portio.l.Celsus.§. pen.& fin.j.
de leg.2.allegata in glos.secus tñ est,qñ vnum legatum relinqui
tur à duob.nominatim, quia tunc vno repudiante debetur ab
10 altero,prout etiam dicitur in glo. & per Bart.¶ † Octauò no.
ſm communem intellectum Bart.& aliorũ, ꝙ bonum est ar-
gumentũ de pro non scriptis ad quasi caduca. de quo in l.vni-
11 ca.§.in primo.& §.pro secũdo.C.de cad.tollen.¶†Nonò pon-
dera tex.in fin.ibi,si pars eius,&c.qui vult, ꝙ ita demum cohr̃s
teneatur ad legatum pro parte cohr̃dis,si pars eius ad eum per
uenerit,& sic innuit,ꝙ põt esse,ꝙ ad istum cohr̃dem non per-
ueniat alia pars.Contra, q̃a ius accrescendi in hr̃ditate accedit
etiam inuito.l.vnica. §.his ita. C.de cad. tollen. secus in legato,
vbi ius accrescendi solùm habet locum volente collegatario.
glo.in l.si mihi,& tibi.in prin.q̃ Bald.& Mod. ibi ad hoc not.s̃.
eod.Dic, ꝙ iste text.potest verificari multis modis. Primò,qñ
12 haberet substitutum,† quia cum substitutus veniat ex expres-
sa dispositione testatoris, facit cessare ius accrescendi.l. 2. §. si
duo.ff.de bon. poss. ſm tab.l. pen.ff. de iniust. rup. imò fortius
etiam tacita substitutio excludit ius accrescẽdi. vt est text.me-
lior de iure in l.fin.in ver.partemúe.C.de hær.instit. & ibi Bald.
in 24.q.& Mod.ad hoc not.& Bald.in l.fin.in 1.col. C.de inst.&
13 substi.† Item procederet iste text. in casibus, in quib.non ha-
beret locum ius accrescendi hærede inuito, vt habes text. &
exemplum in l.cum hæreditate.ff.de acqu.hær.& in l.si minor.
eod.titu.¶Glos.in vers. totum debet. diuide in duas partes. In
prima allegat multas ll. concordantes ad text.In secunda op-
ponit,& dupliciter soluit.Secunda ibi, sed contra. Et inquan-
tum in prima parte allegat pro concordanti. l. tale pactum. §.
fin.ff.de pac. illa nihil videtur facere. sed gl.voluit inducere sic,
ꝙ sicut ibi vna persona subintrat locũ alterius ad consequen-
dum commodum dotis, de quo ibi,quia filius subintrat locũ
illius fratris testatoris,ita pari modo in proposito nostro,quã-
do tractatur de incommodo, iste cohæres subintrat in locum
cohæredis, quo ad sustinendum onus in totum. ¶In ead.glo.
* ibi, solu. ibi repudiantem tantum damnauit. Ista *communiter*
14 *tenetur*,quia sequens est contra.d.l.Celsus.§.fin.¶ † Limita,nisi
vnus hęredum esset grauatus nominatim onere legati alimen
torum: nam eorum fauore portio deficiens accrescit cum ta-
li onere alimentorum.tex.est not.in l.4.§. fin.cum gl.& ibi Bar.
not.ff.de alimen.& cib.leg.Barto.in l.Meia.in princip.eod. titu.
15 ¶ † Ex quo infertur, idem esse in legato ad pias causas, cùm
æquiparetur legato alimentorum.d.l. Mela. in princ. Bart.in l.
diuus.ff.ad l.falc.& in l.alio.ff. de adim.leg. & ita in specie tenet
Lud.Ro.in repe.Auth.similiter.C.ad l.falc. in 18. speciali inter
vltimas voluntates.sequitur do.Alex.hic, & in l. licèt Impera-
tor.in 4.col.j.eod.

SVMMARIVM.

1 *Non existens in rerum natura,& qui non speratur esse, non facit partem,sed totum debetur coniuncto,siue re,siue verbis.*
2 *Coniuncti re,& verbis dicuntur, quando duo sunt coniuncti in eadem re,non distributis expressè partib.*
*Lex ista in princ.intelligitur in coniunctis re,& verbis.*
3 *Disiuncti ad hoc, vt aliqui dicantur,non sufficit tacita distributio partium.*
4 *Tacitum non operatur idem,quod expressum in casu huius.§.*
5 *Dictio singulis,denotat separatiotem.*
6 *Ius accrescendi de facili non habet locum in legato vsusfructus.*

1 §.Si Titio,& posthumo. † Qui non est in rerũ
natura, nec esse speratur, non facit partem, sed totum debe-
tur coniuncto, siue sit coniunctus re tantum, siue re, & ver-
bis, siue verbis tantum. hoc dicit. Et habet tres partes, vt hic
per gl.& Bart.¶In text.ibi, si Titio, & posthumo.intellige di-
siunctim,& in separatis orationib.vt differat à sequentib. versi-
culis,& licèt text.dicat copulatiuè Titio, & posthumo, & sic
in eadẽ oratione,tñ dic, ꝙ ista sunt verba legis, & non testato-
2 ris.¶ † Not. in vers. sed & si testator, ꝙ qñ duo sunt coniuncti
in eadẽ re, non distributis expressè partib. ꝙ dicuntur coniun-
cti re, & verbis, & ita glo.& Doct.hic,& in l.re coniuncti.j.de
leg.3.Et ex hoc inferuntur tria correlariè.Primò hic esse text. ꝯ̃
intellectum Bald. & cōem Mod. ad prin. huius l. nam intelli-
gunt, ꝙ ibi essent coniunctio verbalis tm̃, prout etiam intelle-
xit Cyn.in l.vnica.§. vbi autem.C. de cad. tollen. & non bene.
Ex quo.n.ibi erat legata res duob.coniunctim, & non erat di-
stributio expressa partium,ergo erant coniuncti re, & verbis,
3 vt ibi dixi.¶ † Secundò infertur ſm Bald.& Mod. hic esse text.
clarum,ꝙ tacita distributio partium non sufficit, vt aliqui di-
cantur disiuncti re, sed requiritur expressio distributionis ipsa-
4 rum partium.Ex hoc † tertiò infertur, ꝙ non idẽ operatur ta-
a citum,ꝙ expressum, [a] ꝙ videtur contra regulam.l.cùm quid.
cum si.ff.si cert.pet. ¶Capio gl.in verb. expressisset. q̃ diuide in
quatuor partes.In prima declarat tex.In secũda opponit,& sol
uit.In tertia remouet aliud ꝯ̃rium. In quarta colligit notabile
ex text.Secunda ibi,sed ꝯ̃.s̃.de vsuf.accrescen.Tertia ibi, & sic
etiam soluit.Quarta,& vlt.est ibi. Item not. ꝙ non facit partẽ.
¶In ea.gl.ibi, quinimmo in l. pen. à diuersis erat singulis lega-
* tum.Cùm ista sol.*transeunt communiter Doct.*& pro ea facit ratio,
5 † quia dictio singulis, ibi posita denotat separationem.l.huius-
modi.§.pen.j.eod.Tu caue, quia licèt ista solutio possit proce
dere quo ad primum responsum illius text. non procedit quo
ad ſm,in vers.non minus,vbi erant coniuncti verbis, licèt disi-
6 uncti re,& idem in d.l.1.in secũdo rñso. eo.tit. † vnde fortè pos-
set attentari, ꝙ aliud sit in legato vsusfructus,qui semper desi-
derat redire ad proprietatẽ, vt non ita de facili habeat locũ ius
accrescẽdi,& de illo ibi loquitur,& aliud sit in legato proprie-
tatis, vt hic cum concor.Non pono tamen pro constanti, &
ad intellectum illius.l.pen.vide ibi per Alber.

ADDITIO.

2 ¶Tacitum,quod expressum.Adde l.triticum.ff.de verb.oblig.

SVM-

## SVMMARIVM.

*1 Posthuma, quando est de ea facta mentio in testamento, venit in legato facto filiabus, & vide infra numero 26. vbi videtur tenere contrarium.*

*2 Verbum ambiguum in vna parte testamenti positum declaratur per alia, quæ idem testator dixit in eodem testamento.*

*3 Testator, qui in principio, vel in fine testamenti fecit mentionem simpliciter de filio, si in eadem dispositione dixit de masculo, semper censetur dixisse de masculo.*

*4 Vna pars alternatiuæ dubia declaratur per alteram.*

*5 Promissio nuda reperta in libris mercatoris, suppletur à causa, quæ colligitur à scripturis præcedentibus in eodem libro.*

*6 Factum inter viuos, si est dubium qua mente fuerit factum, declaratur ex verbis prolatis in vltima voluntate.*

*7 Notarius licèt non teneatur dare legatario nisi particulam testamenti, in qua continetur suum legatum, tamen tenetur dare, quando esset dubium, etiam aliam particulam, per quam declaratur legatum dubium.*

*8 Legatum factum filiab. non comprehendit posthumam, de qua non est facta mentio in testamento.*

*9 Testator substituens aliquem, & eius filios, intelligitur de tunc natis, & non de posthumis.*

*10 Posthumus verè, & propriè est, qui nascitur post mortem testatoris, & in eo habet locum hæc lex.*

*11 Legatum factum filiab. pro dote filio masculo instituto, comprehendit etiam posthumas. & nu. 22 & 26.*

*12 Legatum factum Ecclesiis ciuitatis, non trahitur ad Ecclesias postea constructas.*

*13 Priuilegium exemptionis concessum Ecclesiis alicuius ciuitatis, extenditur ad Ecclesias posteà ædificatas.*

*14 Legatum si est factum filijs, non intelligitur etiam factum filiab. nisi in aliqua parte testamenti fecerit mentionem de filiabus.*

*15 Intelligit hoc verum stante statuto, quòd filijs masculis extantibus non succedant fœminæ.*

*16 Dispositio testatoris debet regulari secundum statuta loci loquentia etiam ab intestato.*

*17 Feminæ non veniunt appellatione descendentium, vel posterorum, quando statutum est in loco, quòd extantib. masculis non succedant.*

*18 Stante statuto, quòd verba testamentorum intelligantur prout iacent, tunc in legato facto filijs non veniunt fœminæ.*

*Masculinum non comprehendit fœmininum ex propria significatione, sed ex interpretatione. & nu. 21.*

*Substitutio pupillaris tacita non comprehenditur in expreßa vulgari, stante statuto, quòd verba testamentorum intelligantur prout iacent.*

*19 In legatis causatur affectio propter benemerita legatarij.*

*20 Affectio in legato facto filiab. non censetur propter benemerita.*

*22 Pater magis diligit filios masculos quàm feminas.*

*23 Posthuma an veniat in legato facto filiab. quando testator habebat amplum patrimonium.*

*24 Posthuma an veniat in legato facto filiab. si testator aliquo modo sciuisset vxorem prægnantem.*

*25 Nominatio declarat scientiam.*

*27 Conditio si quandoque liberos habuerit, verificatur in posthumo.*

*In fideicommißo si decesserit sine liberis, veniunt posthumi etiam nati post testamentum.*

*28 Modica disparitas affectionis non debet causare diuersitatem effectus.*

*29 Posthuma semper habetur pro iam nata, quando tractatur de eius commodo.*

*30 Argumentum à contrario sensu non sumitur, quando resultat absonus intellectus.*

*31 Conditio denotat causam finalem.*

*32 Lex ista. & l. qui quartam. §. fin. supra eod. an loquatur de filijs extranei, vel ipsius testatoris.*

*Legatum, quod fit extraneo, fit ob benemerita.*

*33 Clausula codicillaris an possit operari rupto testamento præteritione posthumi ignoranter præteriti ad conseruationem legati, etiam posthumo facti. & num. 35.*

*34 Posthumi appellatione in institutione quando veniant posthumi posteà nati ex alia vxore.*

*36 Legata facta in codicillis non rumpuntur agnatione posthumi præteriti.*

## LEX XVII.

1 QVi filiabus. † In legato facto filiabus venit posthuma, si de ea sit facta mẽtio in aliqua parte testamenti. h. d. summando text. affirmatiuè, prout loquitur. & Barto. summat, non autem negatiuè, vt faciunt Imo. & Mod. quia illud negatiuè venit solùm sumendo argumentum à contra-
2 rio sensu, ꝙ an sumi possit. j. dicetur. ¶ † No. 1. s̃m Bar. & Doct.
a ꝙ verbum ambiguum [a] positum in vna parte testamenti declaratur per alia, quæ testator dixit in eodẽ testamento, & sic vna pars testamenti ambigua declaratur ex his, q̃ scripta sunt in alia parte testamenti, facit l. si seruus plurium. §. fin. j. eod. ¶ Adde primo, ꝙ idẽ est in dispositione legis, vel statuti, quia verbum ambiguum positum in vno capitulo, declaratur per verba posita in aliis. l. vtrum. in prin. & ibi Bart. Bald. & Ang. ad hoc not. ff. de pet. hæred. l. quemadmodum. §. hæc verba. & ibi Bald. ad hoc not. ff. ad l. aquil. Bald. in c. secundò requiris. in vlt.
3 col. de appel. Secundò sing. adde, † ꝙ si testator in princ. vel in fin. testamenti fecit mentionem de filio simpliciter, tñ ex quo
b in eadem dispositione fecit mentionem de masculo, [b] videtur, ꝙ semper intellexerit de masculo, eo q̃a verba præcedentia dubia capiunt intellectum, & declarationem à sequentib. vt hoc text. & d. l. si seruus plurium. §. fin. & l. fin. §. cui dulcia. ff. de vi. tri. oleoque. leg. Ita sing. tenet do. Abb. in cons. 38. ꝙ incip. videtur primo, ꝙ sic, in vlt. col. in 1. vol. licèt contrarium in eisdem terminis teneat Io. de Ana. in cons. 22. ꝙ inc. ad approbandam, & corroborandam conclusionem. vbi formaliter dicit, esse multum ponderandum, ꝙ ex quo testator in duab. substitutionibus expressit de masculis, in alia verò tertia, quæ fit Antonio, nequaquam expressit de masculis, sed simpliciter dixit filijs, certè contrarium expresè percipitur, quòd in ista tertia intellexit etiam de fœminis, ex quo non dixit masculis, sicut in præcedentib. argum. cap. nonne. de præsump. & l. cùm prætor. ff. de iud. Item si voluisset solùm intelligere de masculis, erat facile exprimere masculis, sicut in præceden. l. vnica. §. fin. C. de cad. tollen. cap. ad audientiã. de decim. Not. diligenter, quia ha-
4 bui sæpè consulere in facto de hoc. ¶ † Quartò adde, ꝙ vna pars ex alternatiuis declarat alteram partem alternatiuæ orationis dubiam, text. est in l. 1. ff. de reb. dub. quem ad hoc not. Lud. Rom. in cons. 241. incip. præmissorum Doct. ¶ Quintò adde, quòd singu. tenet Ioann. And. in titu. de depo. super rubr. quòd promissio nuda, quæ reperitur in libro mercatoris, suppletur à causa, quæ potest colligi ex scripturis præcedentib. in eod. lib. refert, & sequitur Aret. in l. triticum. ff. de verb. oblig. &
5 facit, quod statim. j. dicam. ¶ † Sextò adde, quod quando voluntas testatoris est dubia, potest probari, & declarari per aliã suam scripturam priuatam, puta per epistolam. text. habes, & exemplum in l. alimenta. §. 1. & ibi Barto. ad hoc not. ff. de alimen. leg. facit. l. Nesennius. ff. de neg. gest. facit etiam, quia vna scriptura aliquando declaratur per aliam. l. si quis ex argentarijs. §. si Titium. vbi Bald. not. & ibi dixi. ff. de eden. not. Bald. in c. auditis. in 2. colum. per illum text. de præsc. Similiter vnum statutum interpretatur, & declaratur per aliud. secundũ Bald. in cap. 1. de præscrip. & in l. omnes populi. in 5. colu. ff. de iust.
6 & iur. ¶ † Septimò adde, quod si est dubium, qua mente aliquid sit factum inter viuos, declaratur ex verbis prolatis in vlt. voluntate. text. est not. cum glo. in l. vxori. §. fin. ff. de leg. 3. & ibi
7 Bart. dicit, quòd est nouus casus. ¶ † Secundò not. secundum Bart. Angel. & alios, quòd licèt per notarium non debeat dari copia legatario, nisi de particula testamenti, q̃ tangit suum legatum. l. argentarius. §. edi autem ratio. vbi Doct. not. ff. de eden. Bart. in rub. ff. de oper. no. nun. tamen etiam debet dari copia alterius partis, in qua ponatur aliquid, per quod declaretur verbũ ambiguum ipsius legati, vnde in isto text si posthuma nata velit petere legatum, & dicere, quòd testator de ipsa senserit legando filiab. debet notarius dare non solùm capitulum legati facti filiabus, sed etiam omnem illam partem, in qua testator fecit mentionem de posthuma. facit, quod vult Barto. in l. Gallus. §. idem credendum. ff. de lib. & posth. allegan-
8 do. l. si quis ex argentarius. §. si initium. ff. de eden. ¶ † Tertiò no. ex tex. ibi, mentionem, quod per legatum factum filiabus, nõ comprehenditur posthuma, de qua non est facta mentio in testamento, de quo tamen latius disputabitur in glo. adde, ꝙ per istum text. consuluit Barto. in cons. suo. 51. incip. Bonauen-
9 tura condidit testamentum, † quòd si testator substituat aliquem, & eius filios, intelligitur de natis tunc, non autẽ de posthumis, de quib. nulla est facta mentio in testamento. ¶ Limita istum text. procedere in verè posthumo, quia nascitur post mortẽ testatoris, qui dicitur propriè posthumus. l. 3. §. 1. & ibi gl. & Bar. ff. de iniu. rupt. glo. in l. Gallus. in prin. in verb. posthu-
10 mos. & ibi Bart. cum sim. ff. de lib. & posth. † non autem procederet in nato post testamentum, ante tamen mortem testatoris,

### ADDITIONES.

a ¶ Verbum ambiguum. Adde Bart. in l. inter stipulantem. in §. 1. ff. de verb. oblig. in l. quicquid astringendæ. eod. tit. Dyn. in regula cùm sint partium. de regu. iur. lib. 6.

b ¶ Masculo. Adde, quòd contrarium vult Soc. iun. cons. 158. num. 4. libr. 2. & si aliud velit Dec. cons. 15. num. 3. Ruy. cons. 146. num. 8. cons. 168. num. 11. lib. 2. PANCIR.

toris,qui etiam posthumus dicitur.d.l.3.§.ex his, cum sequen.
& est glo.ordi.in rub.C. de posthu. hæred.insti. nam talis post-
humus indistinctè debet admitti ad legatum factum filijs. l. si
cognatis.ff.de reb.dub.l.cùm ita legatum.§.1. ĩ.titu. 1. & ita te-
net do.Alex.hic,& ante eum Raph.Cum.hic in fin.¶Tu con-
firma clara ratione, quia ex quo natus est viuo testatore, li-
cèt post testamentum, ergo in eo cadit filialis affectio, quia
fuit in rerum natura viuo testatore, & sic testator eum vidit,
& dilexit,ergo debet admitti cũ alijs filijs, vel filiab.& sic mili-
tat ratio communis,de qua.ĩ.in gl. ¶Secundò limita ſm Pau.
de Cast.qñ legatum consisteret in eo, ad ꝙ legans teneretur ex
necessitate:puta si legauit filiab.pro dotib. 100.pro qualibet ea
rum,instituto masculo, tunc venirent etiam posthumæ, quæ
posteà nascentur,siue erant in vtero tempore testamenti, siue
non, eo quia necessitas par est ad nascituras, sicut ad iam na-
11 tas, † sicut videmus in datione tutelæ, quæ fit causa filiatio-
nis,& illa est par in vtrisque.l.si quis filiab.de test.tut.allegata in
glo.idem sequuntur do.Alex. & Aret.hic. Pro ista limitatione
ponderat do.Alex. idem sentire Bart. hic in fin.rectè intuenti,
dum vult, ꝙ licèt legatum non comprehendat posthumam,
tñ institutio facta filiabus, facit comprehendi posthumam,
quia ad eam instituendam de necessitate tenebatur.alleg.l.pla-
cet.ff.de lib.& posthu. Tu caue, ꝙ illud procederet in institu-
tione respectu legitimæ tñ, & non vltra.l. cùm quæritur. & l.
parentib.C. de inoff. rest.aliàs limitationes habes ex coniectu-
ris,quas hic tradit Bart.ĩ.vbi dicetur. ¶Quartò not.ex isto tex.
12 argum. ſm Bart.Imo.& Mod. † ꝙ si testator legat aliquid Ec-
clesijs ciuitatis,non intelligitur legare Ecclesijs posteà constru-
ctis,facit bene text.in cle.literas.de rescrip. facit etiam, ꝙ vult
gl.& ibi clarius Doc.in c.cum capella.de priuil.ꝙ priuilegium
a concessum [a] monasterio, & capellis suis non extenditur ad ca
pellas posteà quæsitas, facit etiam text. cum glo.in l.non mo-
dus. C. de serui. ¶Tu autem in contrarium allega text. in cap.
quia circa.de priu.vbi priuilegium concessum vni ecclesiæ su-
per Episcopalib. decimis non soluendis, extenditur etiam ad
possessiones,vel prædia posteà acquisita.& per illum tex. deci-
dunt Cyn.Rayn.& Raph.Ful.in l.placet. C.de sacrosan.eccles.
13 † ꝙ priuilegium exemptionis,seu immunitatis concessum Ec-
clesijs talis ciuitatis, extenditur etiam ad Ecclesias ædificatas
post concessionem priuilegij,& ita vr̃ tenere Bart. in l.danni.§.
si is,qui vicinas.in fin.cum suis concor.ff.de dam.inf.& stringe,
quia si istud procedit in priuilegijs,in quib. fit stricta interpreta
tio.c.olim tibi.de verb. sign.& l.fin. cum glo.ff.de const.princ.
fortius procedet in legatis,& vltimis voluntatib.in quib.fit be-
nigna interpretatio.l.in testamentis.de reg.iur.c.cum dilecti.de
don.Ad idem facit text.in c.ex parte.iuncto.c.pen.de decimis.
vbi priuilegium exemptionis concessum certis religiosis super
collectis,vel decimis non soluendis etiam ad præiudicium par
rochialis ecclesiæ,& sic tertij,comprehẽdebat futura, nisi fuis-
set posteà facta prouisio per d. cap.pen.Et ista iura sic inducit
Io.de Imo.in d.§.si is, qui vicinas. Et ad prædicta vide per do.
Alex.in cons. 178. in 2.vol. ꝙ inc.in occurrenti casu. ¶Quintò
14 per istum text. mirabiliter not. Pau. de Cast. † ꝙ si testator le-
gat filijs, non intelligitur legare filiabus, quia non est par affe-
ctio masculorum,& fœminarum,nisi in aliqua parte testamẽ-
ti etiam fecerit mentionem de filiab. per istum text. Et de eo
non faciunt Mod.mentionem præsertim do.Alex.& Aret.Tu
dic,quòd est inaduertenter dictum,& cõtra tex.in l.qui duos.
ff.de lega.2.& in l.si ita scriptum.ĩ.de lega.2. & in l.seruus. & l.
quisquis.ff.de verb. sign. & in l. si quis ita.in princ. ff.de test.tut.
cum mille sim. si testator substituat hoc modo, si hæres mo-
riatur absque filijs legitimis, intelligitur non solùm de mascu-
lis,sed etiam de fęminis, secundum Ioan.And.do.Ant. & alios
in cap.Raynaldus. de testa.do. Alex. in cons.55. in 3.vol. quod
inc.ponderatis his, quæ in themate narrantur. in pen.colu. Po-
15 tes saluare Pau. de Cast.duob. modis. † Primò, quando exta-
b ret statutum, quòd filijs masculis extantib. [b] non succedant
fœminæ, si testator instituat filios, non comprehenderentur
tunc fœminæ. Ita tenet Petr. de Anch. post Bald.in l.tres fra-
tres.ff.de pact.refert, & simpliciter sequitur do. Alex.in l. Gal-
lus.§.1. ad fin.ff. de lib. & posth. & in cons.127. in 1. vol.quod
incip. viso testamento dicti Ioannis.idem tenet Pau. de Castr.
in consil.76.quod incip.casus iste frequenter contingit.in 2.co-
16 lum. † Facit, quia dispositio testatoris debet regulari secun-
dum statuta loci loquentia etiam ab intestato. secundum Bar.
in l.hæredis mei.§.cùm ita.ff.ad Trebell. cum concor.ad idem
bene facit,quod tenet do. Ant. de Butr. in cons.9. quod incip.
17 viso puncto,& quæsitis.s̃. dictis.in prima, & 2.colum. † quòd
c licèt appellatione descendentium, [c] vel posterorum veniant
ita fœminæ,sicut masculi.l.cognoscere.§.1.ff.de verb.sign.& l.
1. ff. de iure immu. tamen stante statuto. s̃. dicto non veniunt
18 tunc fœminæ. † Secundò salua,quando extaret statutum, ꝙ
verba testamentorum intelligantur prout iacent sine aliqua in
terpretatione, tunc sub tali legato facto filijs non venirent fi-
liæ fœminæ, eo qa masculinum non comprehendit fœmini-
nũ ex propria significatione, sed ex interpretatione.gl. & Bart.
in l.1.ff.de verb.sign.facit bene, ꝙ vult Bald.in l.precib.in 4.col.
C. de impub. ꝙ stante prædicto statuto sub vulgari expressa
non continetur tacita pupillaris, vel ẽꝯ. ¶Capio gl. primam,
q̃ diuide in tres partes.In prima declarat text.& alleg. concor-
dantes. In secunda opponit, & soluit. In tertia allegat aliam
cõcordantem.s.l. nomen filiarum.Sed caue, quia illa vr̃ potius
ꝯdicere, prout de ea Bart. format oppositionem, & soluit,vt
hic per eum.¶In ead.gl.in prin.Istam rationem sequuntur an-
tiqui Doct.& Bart.& Mod.& Bald.in l. quis filiab.ff.de test. tu-
te.Imo.in l.Titius.ff.de lib.& posth. ¶Tu aduerte, quia ista ra-
tio gl.põt dupliciter intelligi. Primò, ſm ꝙ declarat Bart.post
Dyn.& Cyn. ꝙ in legatis affectio causetur ꝑꝑ benemerita lega
19 tarij.l.nec adiecit.ff. pro soc. † & sic benemeritum præcedens
causat affectionem ad legandum, quæ affectio benemeritorũ
non põt cadere in posthuma.l.si qs in suo.§.1. C. de inof. test.
Ista ratio sic intellecta vltra reprobationem Bart. cõfunditur
ex alio,qa non esset gñalis ad hunc text.qa qua ratione in lega
to facto filiabus non comprehenderetur posthuma,qa nõ po
tuit mereri, etiam eadem ratione non comprehẽderetur iam
nata,quæ esset infans, quæ similiter non potuit meteri.d.l.si qs
in suo.§.1.& tñ hoc est de se notoriè falsum.& ad l.nec adiecit.
ff.pro soc.dic, ꝙ procedit,qñ legatum fit extraneo, tunc bene
fit ꝑꝑ benemerita.Secus qñ filio,vt statim dicetur. ¶Secundò
modo,& melius intelligitur ista ratio gl.ſm Bal. Imo.& Mod.
20 † ꝙ legatum est affectionis,hoc est,ꝙ ista affectio in legato fa-
cto filiab.censetur non ꝑꝑ benemerita, sed ꝑꝑ affectionem fi-
lialem.text.est not.in l.tutoris.§.quæ tutorib.ff.de excu.tut.Bal.
in Auth.ex testõ.in 3.col.C.de coll.sed tanta affectio filialis nõ
habetur erga posthumum,qui non fuit suo tꝑe in rerum natu
ra,& quem nunq̃ vidit,prout ad filium iam natũ quẽ vidit.l.si
filius.ff.de suis,& leg.sed caue,qa tunc obstaret, quia similiter
in tutela est ratio filiationis ſm glo.& tñ si detur tutor filiabus,
intelligitur datus etiam posthumis, licèt sint minus dilectæ.d.
l.si qs filiabus.Respon. ꝙ in tutela ratio non est affectio filialis,
sed filiatio simpliciter,quia solis filijs à patre tutor dari põt.l.1.
& 3.ff.de confir.tut.& l.peto.§.mater. ff.de leg.2. quæ ratio est
indifferens ad posthumos,sicut ad iam natos.Tu autem argue
fortius ꝯ istam communem rõnẽ, ex quo posthumus est ita
filius sicut iam natus, certè ista modica dr̃ia seu modica impa
ritas affectionis,ꝙ diligat plus natum q̃ posthumum, non de-
bet inducere differentiam in effectu.istud probatur sic, & sub-
21 tiliter: † nam masculinum non comprehendit fœmininũ ex
prostria significatione,sed ex interpretatione.glo.& Bar.in l.1.
ff.de verb.sig.cum si.& tñ legatum factum filijs comprehendit
22 etiam fęminas,vt dixi in tex.in vlt.nõ.Non obst.† ꝙ inter mas-
culos,& fęminas sit impar affectio,qa pater magis diligit filios
masculos, q̃ fęminas, qa per masculos cõseruatur dignitas,&
familia.l.1.§.pen.ff.de vent. insp. si ergo impar affectio non im
pedit, quin appellatione filiorũ veniant filiæ fœminæ ꝯ pro-
priam significationẽ, ergo multò minus in proposito nostro,
ista impar affectio non debet impedire,quin appellatione filia
rum veniant posthumæ,cùm ex propria significatione appel-
latione filiarum veniant posthumę.l.nomen filiarũ.ff.de verb.
sign.Nisi dixeris,ꝙ maior sit imparitas affectionis à filijs iã na-
tis,quos testator vidit,& cognouit,ad posthumos,q̃ sit de ma-
sculis ad fęminas.l.maximum vitium.C.de lib.præte. ¶Aliam
rationem differentiæ inter legatum, & tutelam assignat Bart.
qa testator verisimililer non fecisset tot legata, si cogitasset de
posthuma. Istam rationem Barto.reprehendunt omnes Mod.
quia

ADDITIONES.

a ¶Priuilegium concessum. Adde Ioann.And.in reg.qui sentit.de reg.iur.lib.6. in merc. in add. Spec.in titu. de cens.§. nunc dicendum.Alb.de Ro.in prima parte stat.quæst.130.

b ¶Filijs masculis extantibus. Adde, quòd hoc intellegitur in hæreditate donantis,& non alterius, secundum Bart.in l.1.C. de leg. hæred. Ang. in cons. 226.inc.testamenti factio.Pet.de Anch.in cons.77.inc. retento ordine.Pau. de Cast.cons.13.inc.super prima dub.cons.340.inc.præsens casus.cons.350. in puncto quæritur de multiplici hæreditate. in vlt.col. Lud.Ro.in cons.485. inc.in casu propositæ consultationis. Raph.Cum. in cons. 207. incip. item, quòd quælibet hæreditas. Alex. de Imo.in cons.29. inc.quoniam abundè. in 3.col.in 1.vol.cons.128.inc.consideratis verbis instrumenti.in eo.vol.cons. 151.inc.viso themate suprascripto,& alleg.elegantissimis.in 2.vol.cons.20. inc.viso processu causæ.in primo vol.Fran.de Aret.in cons.161. inc. in præsenti consultatione.

c ¶Appellatione descendentium. Adde Bart. in l. fin. in §.idem rescriptum.ff. de mun.& ho.Pet.de Anch.cons.119.inc.pro clariori decisione dubij.

quia nõ eſt generalis, nec procederet quando teſtator legaſſet
centum omnib.filiabus, tunc ſiue cõprehendatur poſthuma,
ſiue non, non augeretur legatum, nec fieret multiplicatio le-
gati, & tñ etiam tunc nec comprehenditur poſthuma per ge-
neralitatem huius.l.& melius per text. in l. qui quartam. §.fin.
ſ̃. eod. Tu impugna rõnẽ Bart.fortius per iſtum text. nam iſte
text.loquitur,qñ legatũ fuit factum per nomen collectium,qá
dixit filiabus, ꝙ eſt nomen collectiuum.l.interdũ.in princ.ff.de
hær.inſti.declarat Bart.in l. q quartam.§.fin.ſ̃.eod. ſed in lega-
to collectiuè facto filiab.non augetur, nec multiplicatur lega-
tum per hoc, ꝙ poſthuma admittatur .de quo tñ dicam no.in
in § ſeq. Circa quatuor coniecturas Bar.vltra text. cũ eo tran-
ſeunt Nic.de Nea.Ang.& d.Alex.hic.& iſtas coniecturas ponit
etiam ante eum Iac. de Are. prout refert, & ſequitur Alb.hic.
ſed Imo.Raph.& Are.impugnant,qa ſemper militat ratio hũ
23 ius.l.aſſignata per gl. † Tu aduerte circa tertiam coniecturam
Bart. qñ teſtator habuiſſet amplum patrimonium, non vr̃, ꝙ
poſſit procedere ad iſtum text. qa vt dixi, cùm legatũ ſit factũ
ſub nomine collectiuo filiab.ergo ſiue admittatur poſthuma,
ſiue non,per hoc non augetur multiplicatio legatorum, ergo
nihil facit ad iſtum text.& l.q quartã.ſ̃.eod. in §.fin. ꝙ teſtator
haberet magnũ patrimoniũ,vel non.Item dicere,ꝙ iſte text.&
ſimiles intelliguntur,qñ teſtator habebat paruum patrimoniũ,
ideo veriſimiliter non intellexit legare poſthumæ, eſt magna
reſtrictio,& diuinatio ad iſta iura.¶Circa vltimam coniectu-
24 ram Bart. † qñ teſtator aliquo modo ſciuiſſet vxorẽ pregnan-
tem, adde, ꝙ eam reprobat Imo.qa iſto modo non eſſet dif-
ferentia inter legatũ, & tutelã, qa etiam in tutela appellatione
filiarum non venit poſthuma, ſi teſtator ignorabat vxorẽ præ
gnantem.l.ſi qs ita.§.pen.ff.de teſt.tutel. ¶Tu defende Bart.qa
Imo.æquiuocauit in iſto argum.eo qa tex.in d.l.ſi qs ita.§.pen.
non requirit,ꝙ teſtator ſciat vxorẽ prægnantem, qa eſſet ꝯ ge
neralitatem l.ſi qs filiab.ff.de teſt.tute.& §.fin.Inſti.q dari tuto.
poſſ. ſed bene dicit ibi text.èꝯ,qñ teſtator credebat vxorẽ non
eſſe prægnantem, ſed eſſe ſterilem.¶Non obſt.etiam ſi diceres
ꝯ Bart. ꝙ ſi ſufficit ſimplex ſcientia, ergo non eſt neceſſe fieri
25 mentionem, vt dicit text.† Rñ.ꝙ nominatio eſt, quæ declarat
ſcientiam,ita dicit tex.allegatus per Bart.in l.ſi cùm,vel in vte-
26 ro.C.de teſt.mili.¶† Vltimò in iſta mareria aduerte,ꝙ licèt gl.
* *& communiter Doct.*teneant, ꝙ in legato facto filiabus nõ veniat
poſthuma,niſi de ea ſit facta mentio per iſtũ text.& d.l.q quar-
tam. §.fin. tñ diſputatiuè poſſet defendi opi.gl. in d.l.nomen fi-
liarũ,ꝙ imò indiſtinctè veniat poſthuma,ex quo de propria ſi
gnificatione vocabuli appellatione filiarũ venit poſthuma d.l.
27 nomen filiarum.& firmant Bart.& oẽs hic. † Item, qa condi-
tio,ſi qñque liberos habuerit, verificatur etiam in poſthumo.l.
ſi is cui.ff.qñ dies leg.ced.& tñ conditiones debent impleri pro
priè,& ſpecificè.l. q hr̃di.& l. Menius.ff. de cond.& dem. Ter-
tiò, qa in ſubſtitutione fideicommiſſaria facta, ſi deceſſerit ſi
ne filijs,veniunt poſthumi ẽt nati poſt mortem grauati.l.iube-
mus.§.pen.C.ad Trebell.licèt ad hoc poſſet dici,ꝙ ſit, qa teſta-
tor voluit oẽm ſuã poſteritatem præferri illi extraneo, ad quẽ
erat peruenturum fideicom.¶Quartò ad idem facit text. in l.
ſi quis operas ff.de oper. liber. & in l.Neratius. ff. de man.teſt.
¶Quintò fortiter facit tex.in l.ſi.qs filiab.in prin.ff.de teſt. tute.
in rõne ſua gñali decidendi,dum dicit, qa appellatione filiarũ
etiam poſthumæ continentur: nã ſi reſtringeres illam rationẽ
ſolùm ad materiam tutelarum, tunc ratio eſſet eadem cũ di-
cto, ꝯ gl.in l.pen.ff.de offi.procur.Cæſ.& in l.Labeo, & Nera-
28 tius.ff.de vſuc. ¶ † Sextò facit, qa modica diſparitas affectio-
nis non debet cauſare diuerſitatem effectus,argum.l.ſi eo.ff.de
18 mino.& deduxi.ſ̃.latius.¶†Septimò facit, qa poſthuma ſem-
per habetur pro iam nata,qñ tractatur de eius commodo. l. q
in vtero.ff.de ſta.ho.l.2.§. qui autem.ff. de exc.tut. ſed legatum
non poteſt afferre niſi cõmodum.l.ſi hr̃ditatẽ. in prin.ff.mand.
30 Ad iſtũ text.& d.l.qui quartã.§.fi.poſſet dupliciter rñderi.† Pri
mò ſm Raph.Cum. ꝙ non debet ſumi argñ à ꝯrio ſenſu, qa
reſultaret abſonus intellectus, per iura præalleg. tñ ad iſtã ſol.
31 poſſet dici, ꝙ text.iſte loquitur conditionaliter, & † conditio
32 denotat cauſam final. ſm Bar.in l.2.§.fi.ff.de don.¶† Secundò
diſputando poſſet attentari,ꝙ iſta lex,& d.l.qui quartam.§.fin.
loquuntur de filiab.non ipſius teſtatoris, ſed alterius extranei:
patet,quia ſi eſſent filiæ propriæ teſtatoris, & de eis nulla eſſet
facta mentio,eſſent præteritæ, & rumperent teſtm̃, & per con-
ſequens legatum. Et dicere, vt dicit hic Bart.ꝙ erat clauſula hic
codicillaris,eſſet diuinare, de quo tamen.ĩ.dicetur. Poteſt co-
lorari iſta ſol.quia ex quo Vlpianus,qui fecit iſtam.l. & d.l.ſi qs
filiab.ibi addidit ſuis, hic non,ergo non intellexit hic de filiab.
proprijs teſtatoris. Poteſt corroborari, quia ſi ibi addidit ſuis,
vbi hoc erat ſuperfluum, cùm tutor non poſſit dari niſi filijs
proprijs,vt ſ̃.dixi,fortius hic adieciſſet ſuis, ſi fuiſſent filiæ pro-
priæ teſtatoris,vnde cùm iſtæ filiæ eſſent extraneę,& legatum,
ꝙ ſit extraneo,fiat propter benemerita.l.nec adiecit.ff.pro ſoc.
quæ non cadunt in poſthuma.l.ſi quis in ſuo.§.legis.C.de inof.
teſt.meritò poſthuma non admittitur.Iſtud non poteſt dici in
tutela, dicta.l.ſi quis filiab. quia tutor nõ poteſt dari extraneo,
vt ſ̃.dixi. Sed caue, prout etiam dicit Aret.in alio propoſito,
quia ſm iſtam rationem non deberetur legatum infanti iam
nato, cùm ſimiliter in eo non cadant benemerita. d. l. ſi quis
in ſuo.§.1.Non recedas tñ à communi ſententia.¶Extra gl.op
ponitur fortiter contra text. à partibus remotis, ꝙ nullo mo-
do poſſit procedere.Aut enim teſtator in nulla parte teſtamẽ-
ti fecit mentionem de poſthuma, & tunc cùm ſit præterita,
per eius natiuitatem rumpitur teſtm̃.l. 3.& l. poſthumorum.
de iniuſt. rup. per conſequens omnia legata corrunt.l.eã quã.
C.de fideicom. etiam hodie,cùm Auth. ex cauſa non habeat
locum in præteritione poſthumi, præſertim ignoranter præte
riti, vt ibi dicitur. Aut vis dicere, ꝙ iſta poſthuma fuit inſtitu-
ta, & tunc cùm de ea ſit facta mentio, indiſtinctè habet lega-
tum,ergo fruſtratoria eſt deciſio Iuriſcon.Bart. reſpondet, ꝙ
text. poteſt procedere altero de duobus modis, vt hic per eũ.
a Circa primum modũ quando adeſſet clauſula codicillaris, a
aduerte prout etiam perpendit Imol. cum Barto. met intelli-
gat.ſ̃. iſtum tex.in teſtatore ignorante ſe habere poſthumum,
33 †certè clauſula codicillaris non poteſt operari rupto teſtamẽ-
to præteritione poſthumi ignoranter præteriti,prout tenet ip-
* ſemet Bart.in l.1.in 6.q.prin. ff.de iure cod. tñ illa opin. *commu-
niter reprobatur*, vt latè dixi in d. Auth. ex cauſa. Vltra eum tu
ſubtilius aduerte contra Bart.quia ſicut per Auth.ex cauſa,nõ
conſeruatur legatum factum ipſi præterito, qui rumpit teſtm̃.
l.filium.§.in omnib. & ibi Bart. not.de leg. præſt.& latè Bart.in
d.Auth.ex cauſa.in pen.col.ita per clauſulam codi. non debet
conſeruari legatum factum poſthumæ præteritæ, quæ teſtm̃
rumpit.An tñ opi.Bart.in d.Auth.ex cauſa.in pen.col.ſit vera,
ibi plenè dixi, & examinaui, vbi retuli multos tenere contra-
rium. ¶Circa ſm modum Bart. dicit Imo. ꝙ l.placet. allegata
per eum nihil probat, quia ibi loquit̃,qñ teſtator nominatim
inſtituit poſthumum,ꝙ non eſt hic,quo caſu inſtituendo poſt
humum intelligitur de quocunque poſthumo ex quacunque
vxore nato.Adde, quòd ſimiliter pro Bar.non vr̃ facere.l.3.de
inof.teſt. allegata per eum, quia ibi eſt caſus ſingularis in iure,
ſm Bart. & omnes ibi, ꝙ poſthumus præteritus habetur pro
inſtituto, ne rumpat teſtm̃ auctoritate illius.l. ergo non debet
34 trahi ad conſequentias.l. ꝙ verò ꝯ. ff. de legi.† Tñ ſuſtinendo
Bar.poteſt induci.d.l.placet.ſm d. Ale. vt qua ratione ibi in in-
ſtitutione ex neceſſitate facta, vt teſtm̃ valeat, appellatione
poſthumi comprehenduntur poſteà nati ex alia vxore, quia
aliàs non venirent in alia diſpoſitione, ita hic in inſtitutione fi-
liarum facta ex neceſſitate,vt teſtm̃ valeat, comprehẽduntur
poſthumæ,quæ aliàs non comprehenderentur. Similiter ad d
l.3.poteſt dici,ꝙ mens Bart.fuerit, ꝙ ſicut ibi ad hoc, vt teſtm̃
valeat,poſthumus habetur pro inſtituto ex coniecturata men
te matris teſtatricis,ita hic,vt valeat teſtm̃,ſit coniectura, ꝙ in-
35 ſtituendo filias voluit inſtituere poſthumam. † Item illud, ꝙ
dicit Bart.de clauſula codicillari, non rumpi rupto teſtamen-
to,intellige ſm, ꝙ declarat ipſemet Bart. in l. legata inutiliter.
in prin. ĩ. eod. Ad euadendum tamen iſtas difficultates potes
intelligere tex.planius ſecundum Imo.ꝙ hic nullum fuit teſta-
36 mentum, † ſed codicilli,ĩn quib.facta fuerunt legata, qui non
rumpuntur agnatione poſthumi præteriti.l.1.§.ſi quis cùm te
ſtamentum nullum.l.ab inteſtato. & l.pen.ſ̃.de iure cod. Item
ſi intelligis iſtum text.quòd non eſſent filiæ teſtatoris, ſed alte-
rius extranei, prout ſupra tetigi, ceſſarent iſtæ difficultates de
præteritione.¶Vlt.pro complemento,vt nihil omittatur,poſ-
ſet dubitari vtrum cùm myſterio Iuriſcon. formauerit.quæſt.
in fœminino genere, prout facit etiam in l.qui quartam.§.fin.
ſ̃.eod. & in l. nomen filiarum. de verb. ſign. quare non ſic for-
mauerit in maſculino genere, vt legatum factum filijs com-
prehendat poſthumos,& tamen tot iura formant in fœmini-
no: Breuiter iſtud non videtur fuiſſe artifici.& Bart. in conſ.51.
quod incip. Bonauentura condidit teſtamentum. exemplifi-
cat iſtum tex.in maſculino genere,vt retuli.ſ̃.in 3.not. vt exem
plificat etiam Pau.de Caſt.hic, vt ſ̃.retuli in 5.not & de vtro-
que promiſcuè loquitur text.in l.ſi quis filiab.de teſta.tut. & de
maſculo text.in l.ſi cui.ff.quando dies leg.ced. & in l.Neratius.
ff.de manu.teſta.

A D D I T I O.

9 † ꝙ omnium entium tres ſunt ſpecies. Quædam conſiſtunt ex corporibus ſeparatis, & diſtantibus, vt grex, armentum, equitium, & ſimilia, & ſic licèt plura moriantur, illud, qđ ſupereſt, debetur. tex. eſt hic, & declarat Bal. in locis præallegatis. Quædā conſiſtunt ex partibus integralibus, & cohærentibus, vt eſt domus, quæ ſecundum Legiſtas cōſiſtit ex ſolo, & ſuperficie, vel ſecundum Logicos ex fundamento, pariete, & tecto. l. eum qui ædes. ff. de vſucapio. gl. in l. ſolum. ff. de rei ven. & tūc ſi ſupereſt illud, quod eſt principalius, debetur, vt hic in fi. Nam ſolum eſt principalius ſuperficie. patet, quia ſuperficies cedit ſolo, & nō ècōtra. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de act. & obl. Quædam conſiſtunt vno ſpiritu, vt homo, bos, equus, & extincto boue, quod ſupereſt, non debetur. d. l. mortuo. in prin. cum ſim. & l. ſi
10 ſeruus. §. boue ſubtracto. ff. de condi. furt. ¶ † Octauò no. ex eo. verſi. ꝙ bonum eſt argumentum ab vniuerſitate conſtante ex corporibus diſtantibus, vt eſt grex, ad vniuerſitatem conſtantē ex reb. cohæredib. vt eſt domus, vel inſula. Alibi tamen text. facit differentiam in l. rerum mixtura. ff. de vſucap. ſed dic, ꝙ hic procedit ſimilitudo propter identitatem rationis. Nonò not. ex
11 hoc text. † ꝙ vna res ſubrogata loco alterius ſapit naturā eius, non ſolùm in vniuerſalibus, vt hic, ſed etiam in particularibus. l. ſi donante. §. ſi ſponſus. ff. de dona. inter vir. & vxo. de quo latè per Bar. in l. 1. §. hæc actio. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſ. fu. traditur in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cau. ¶ Glo in ver. deſijſſet. tene ſecundam ſolutionem, vt hic per Bart. & alios. licèt Dyn. &
12 Imo. teneant primam qa, † imò nō ſolùm nomen, ſed etiā ius vniuerſitatis perſonarum reſidet in vno, etiam in re, & in effectu, cùm poſſit ille & agere, & conueniri nomine vniuerſitatis. d. l. ſicut, §. fi. & c. fi. 65. diſt. Hinc eſt, ꝙ ius eligendi prælatum, qđ
a habet vniuerſitas, vel capitulum, competit illi ſoli, [a] qui ſupereſt de vniuerſitate. gl. eſt notabilis, quæ diſputat, in c. gratum. de poſtu. præla. d. Abb. in conſi. 95. in 2. vol. quod incipit, quoniam de infraſcriptis dubijs. in quarto dubio, & in conſi. 46. in eo. vol. incip. in quæſtione, quæ ad præſens vertitur. circa fin. Intellige
13 concluſionem glo. & Doct. † quando habitu, & ſic aptitudine poſſunt eſſe plures, licèt actu non ſit niſi vnus, tunc in illo ſolo bene conſiſtit ius vniuerſitatis iurib. præalleg. ſecus ſi habitu, & actu non eſſet niſi vnus. Ita limitat Bal. in l. non ambigitur. ff. de legi. vbi per hoc infert, ꝙ auctoritas Senatorum non conſiſtit in vno Senatore, qui nunc eſt Romæ, eo quia aptitudine, & habitu ſublata eſt auctoritas, & non ſubeſt amplius ſpes inſtaurādi collegium Senatorum Romæ. ¶ Addit etiam pro concluſione gl. Aret. illud, quod tenet glo. in c. ne Romani. §. porro. in ver. omnes. de electio, quam Abb. ibi multum commēdat, quę
14 vult, † ꝙ in vno ſolo [b] Cardinali conſiſtit, & reſidet poteſtas
b eligendi Papam, ſi alij recedant de conclaui. Facit, quod no. Io. And. in c. 1. ne ſede vacan. libr. 6. in nouella, ꝙ ſi prælatus debet agere cum conſilio capituli, & in capitulo remaneat vnus ſolus, & alij recedant, illius conſilium debet requiri, ſed iſta non videntur facere ad propoſitum, quia ibi alij Cardinales ſunt in rerum natura, licèt nō in præſentia propter diſceſſum. Sed nos loquimur, quando omnes ſunt mortui vno excepto.

ADDITIONES.

a ¶ Competit illi ſoli. Adde Io. de Fan. & Domini. de S. Gemi. in c. fi. 65. diſt. tex. in l. ſicut, & ibi Doct. ff. quod quiſque iuris.

b ¶ Quod in vno ſolo Cardin. Adde Io. An. in c. licèt. de elect.

*SVMMARIVM.*

1 *In legato partis bonorum non veniunt fructus, niſi à tempore quo hæres fuit in mora.*

2 *Legatum, vel fideicommiſſum ſi differtur in diem, an fructus medij temporis debeantur legatario.*

3 *Fructus bonorum legatorum debentur legatario, etiam ſi hæres non fuit in mora, quando ſunt ſeminati à teſtatore.*

4 *Dominium quotæ bonorum legatæ non tranſit recta via in legatarium.*

LEX XXIII.

1 SI quis bonorum. † In legato partis bonorū nō veniunt fructus niſi à tēpore, quo hæres fuit in mora. h. d. ¶ Limita ſecundum Bar. *& communiter Doct.*
* niſi de volūtate teſtatoris expreſsè, vel præſumptiuè aliud appareat, vt in gl. Tu dic melius ſm Imo. ꝙ iſtud de præſumpta voluntate, quæ cauſatur ex affectione legatarij, non congruit in propoſito tex. noſtri, vbi eſt purum, & iura quæ allegat gl. lo-
2 quuntur, quando † legatum vel fideicommiſſum differtur in diem, nunquid fructus medio tempore percepti debeantur legatario. Nam ſi gratia legatarij, vel fideicommiſſarij ſit facta talis dilatio, tunc fructus interim percepti ei debentur. l. fideicōmiſſi. §. cùm Pollidius ff. de vſu. allegata in gl. & no. Bald. in rub.
3 C. de reuo. his, quæ in frau. credi. in fi. ¶ † Secundò limita iſtum tex. vt procedat in fructibus ſeminatis ab hærede, ſecus in ſeminatis à teſtatore, cùm ſint pars bonorum. l. fin §. pen. de his, quæ in frau. cred. l. fructus pendentes. ff. de rei vendi. ſecundum Iac. de Are. Bal. & Mod. hic, Bald. in l. 1. in 2. col. C. de vſu. & fru. leg.
4 de quo dic vt latius per d. Alex. hic. ¶ Secundò not. ex text. † ꝙ in legato quotæ bonorum non tranſit dominium recta via in legatarium. patet, quia tunc venirent fructus ante moram hæredis, ſaltem ab adita hæreditate. l. Herennius. aliàs incipit fructus. ff. de vſuris. & firmat Bar. hic, quamuis contrarium teneat Bar. in l. non amplius. §. fi. ſ. eo. vbi dicetur.

*SVMMARIVM.*

1 *Legari poteſt id, quod de præſenti non eſt in rerum natura, ſed eſſe ſperatur. Et quòd tale legatum ſit conditionale. nu. 2.*

3 *Conditio, quæ tacitè ineſt ex natura rei, non eſt propriè conditio.*

4 *Subſtitutio facta ſub conditione, quæ de ſui natura ineſt, reputatur pura.*

LEX XXIIII.

1 QVod in rerum. † Legari poteſt id, quod non eſt in rerum natura, ſed eſſe ſperatur. h. d. Not. primò, ꝙ illud, quod de præſenti non eſt in rerum natura, ſed in futurum ſperatur, legari poteſt. concordantes ſunt in gloſ.
2 † Eſt tamen illud legatum conditionale ex natura ipſius rei, habet enim conditionem, ſi talis res naſcetur, vel producetur. l. interdum. ff. de verb. ob. & l. . in fi. ff. de condi. & demon. & ibi no. Bar. in 4. q. principali, & ſic illa tacita conditio impedit ortum obligationis & actionis. l. quod purè. ſ. quādo dies leg. ce. gl. no. in l. item quia. ff. de pac. & in l. 2. §. creditum. in verbo poſt nu-
3 ptias, & ibi Ang. & Mod. ff. ſi cer. peta. † tamen non cenſetur legatum conditionale quo ad impediendam tranſmiſſionem. l. conditiones, quæ extrinſecus. ff. de cōdi. & demon. quam alleg. gl. hic, quæ ita debet intelligi, imò quo ad tranſmiſſionem cenſetur purum. l. cùm illud, aut illud. §. fin. ff. quando dies lega. ce-
4 dat. cùm illa cōditio tacitè inſit ex ſola natura rei. † Sicut alibi ſubſtitutio reputatur pura, licèt fuerit appoſita conditio, quæ de ſui natura ineſt. l. qui liberis. in prin. ff. de vulga. & pupil. imò fortius tacita conditio legis ſubrogata in locum conditionis expreſsè à teſtatore appoſitæ, non impedit trāſmiſſionem, tex. eſt in l. quæ ſub conditione. §. fi. & ibi declarant gl. & Bart. ff. de condi. inſtit. & de eo facit feſtum Are. in l. 3. ſ. eo.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtator habens ius in re morte ſua periturum, cenſetur ſolùm legare ius, quod habet, quamuis legatum reddatur inutile, & intellige, vt nu. 3. & 4. & vide nu. 8.*

*Nullitas relicti potius præſumitur, quàm quòd hæres præſumatur grauatus ad aliquid redimendum.*

2 *Maritus ſi legat vxori fundum dotalem, intelligitur ſolùm legare ius, quod habet.*

Teſtator

5 *Teſtator ſi legat vſumfructum ſibi debitum in re aliena, tale legatum non valet.*
6 *Vſusfructus formalis ſi legatur, loco illis debetur cauſalis, & non formalis.*
7 *Vſusfructus ſi legatur ab vſufructuario, conualidatur proprietate ſuperueniente.*
*Ius inutile ex poſt facto poteſt validari.*
*Ius ſuperueniens teſtatori in eius vita, confirmat legatum inualidum.*
*Regula Catoniana non habet locum in legato vſusfructus.*
*Aucto iure datoris, augetur ius acceptoris.*
8 *Emphyteuſis, quę finitur in perſona teſtatoris, ſi illa legetur, debetur legatario.*
9 *Voluntas teſtatoris interpretatur, quòd potius valeat quàm pereat.*
10 *Coniunctio ſanguinis arctiſſima legatarij non poteſt per legatum vſusfructus pręiudicare proprietario.*
11 *Habens ius in re poſt eius mortem tranſiturum ad alium, ſi talem rem legat, debetur æſtimatio.*
12 *Verba teſtamenti, quæ non poſſunt verificari in iure expreſsè legato, quòd verificantur in alio iure differenti, etiam ſi illud ius erat maius expreſſo.*
13 *Intellectus ad l.Meuius.§. pen.infra de leg.1.*
*Teſtator, qui legat fundum ſimpliciter, cuius vſusfructus erat alienus, quid intelligitur legare.*

§.Si vſumfructum. Teſtator in dubio intelligit legare ius, qđ
habet, licèt morte ſit periturum, ſm intellectum communem.
Vel ſic proprius ad text. Vſufructuarius inutiliter legat vſumfructum,
niſi proprietatem quærat.h.d.¶No.primo ex iſto tex.
1 ſm communem intellectum, ꝙ † teſtator habēs ius in re morte
ſua periturum, non videtur legare aliud, quam illud ius, qđ
habet, quamuis inutile reddatur legatum.cōcordat.l.ſi domus.
§.fi.ĵ.eo.& l.vxor patrui.allegata in glo. Et ex hoc habes correlariè
diligenter notare, ꝙ in dubio potius inducitur nullitas relicti,
quàm præſumatur hæres grauatus ad aliquid redimendũ,
quod no.pro limitatione regulæ, quæ habet, ꝙ in dubio actus
debet capi, vt magis valeat quàm pereat.l. quoties.2.ĵ. de reb.
dub.l.quoties.de verb.obli.& l.ſi quando.in prin.ĵ.eo. quaſi cenſeatur
maior præſumptio, ꝙ teſtator non voluerit grauare hæredem
ad aliquid redimendum.l. vnum ex familia. §. ſi rem.ĵ.
titu.1.& l. idem Iulian.§. ſcio.ĵ.eod. quàm curare de validitate
actus, vt ſic vna præſumptio tollat aliam.l.diuus.ff. de in integ.
2 reſt.Adde † ad iſtud no.quod volunt Bal. & Ang in l.dotalem.
per tex.ibi.ff.de teſt.milit. ꝙ ſi maritus legat vxori fundum dotalem,
ꝙ intelligatur ſolùm legare ius, quod habet, & dominiũ
3 quamuis finiturum morte, nō autem æſtimationem. ¶†Item
adde, ꝙ iſta regula procedit, etiam ſi tale legatum fiat coniunctæ
perſonæ, ſm Gul.de Cu.& Bal. in l.habitatio. C.de vſufru.
per tex.in l.Sticho.in ver.nepotibus ſuis.ff.de vſufru.leg.¶Limi
4 ta no.iſtam regulam, † niſi aliud conſtet de mente teſtatoris, volentis
legatum ſortiri effectum poſt mortem ſuam, quo caſu
videbitur relicta æſtimatio ſua, puta ſi teſtator grauaſſet legatarium,
ꝙ poſt mortem ipſius teſtatoris de fructibus talis vſusfructus
aliquid faceret.ita no.limitat dom.Alex.in conſi.9.in 2.
vol.quod incipit viſis dicto themate.in pen.& vlt.col.allegat ad
hoc tex.cum gl.ſecundum intellectum Rayn.in l. vnum ex familia.
§.ſed & ſi fundum.in ver.ꝙ ſi talia.cum glo.in ver.oneratum.
ĵ.titu.1.qui tex.non multum facit, prout etiam.ĵ. dicit do.
Alex.quia ibi fideic.relictum extraneo non erat purum, ſed collatum
in tempus, quo poſt mortem teſtatoris erat ius tranſlatum
in alium, ſm Imo. ibi. quaſdam aliàs limitationes tradit
do.Alex.in præallegato conſilio, de quibus.ĵ.dicetur. ¶Secun
5 dò proprius ad text.not. † ꝙ ſi teſtator legat vſumfructum ſibi
debitum in re aliena, tale legatum non valet. Ratio, quia effectus
legati confertur in tempus, quo ius ſuum eſt periturum,
ideo vitiatur.l.pluribus.§.& ſi placeat.ff.de verbo.obl.& l.Titio
cùm morietur.ff.de vſufruc.lega. ¶Tertiò not. & ſemper tene
6 menti ſm Are † ꝙ ſi ille, qui habet vſumfructum formalem, legat
illum alteri, loco vſusfructus formalis debetur cauſalis, qui
ſubrogatur loco primi extincti, & eſt eiuſdē effectus. ſed æquiuocat,
quia licèt in teſtatore vſufructuario acquiſita proprietate
extinguatur vſusfructus formalis, quia res ſua non poteſt
ſibi debere vſumfructum formalem.l.vti frui.in prin.ff. ſi vſusfru.pet.
& inducatur cauſalis, tamen in legatarium tranſit vſusfructus
formalis.l.qđ noſtrum.ff.de vſufruct.l.ſi quis vſumfructum.
ff.de vſufru.leg.gl.in l.traditio.in prin. ff.de acq. rer.domi.
7 ¶Quartò not.† ꝙ legatum vſusfructus factum ab vſufructuario,
ſuperueniente proprietate conualidatur. Ex quo correlariè
inferuntur quatuor. Primò, ꝙ illud, qđ ab initio eſt inutile,
per ſuperuenientiam iuris ex poſt facto validatur. Secundò, ꝙ
ius ſuperueniens teſtatori in eius vita, confirmat legatum inualidum.
Tertiò, ꝙ regula Catoniana non habet locum in legato
vſusfr.rōnem aſſignat gl.vbi dicetur. Quartò, ꝙ aucto iure datoris,
augetur ius acceptoris, ſicut ē ɔ̃, reſoluto iure datoris, reſoluitur
ius acceptoris.l. lex vectigali fundo.ff.de pign.l.ſi à Titio.
& ibi Bar.ff.de rei ven.c.1.§.fi.de controuer.inueſt. ¶Glo.in
* verſi.inutile.ibi, vel dic, vt not.in d.l.vxor.Illa *communiter tenetur*
per Bar.Bald.& alios hic, & ibi, ꝙ hic teſtator habebat ius in re
aliena, licèt finiturũ morte, ideo illud tñ cenſetur legaſſe, quā
8 uis legatum ſit inutile. Ex qua concluſione inferunt Doct. † ꝙ
habens emphyteuſim, quæ in ſua perſona finitur, ſi illā leget,
debetur legatario, & iſtud cōiter tenetur, vt in concordantijs
traditis per Alexan. Iſtam cōem concluſionem reprehendunt
Imo.Raph.Cu.& Alex.hic.Mouetur Imo.quia quilibet pręſumitur
ſcire iura.l.leges. C. de legi. & ſic teſtator ſciebat, ꝙ ius
vſusfructus, qđ habet in re, extinguetur eius morte, vnde abſonum
vr̃, & ridiculum, ꝙ in dubio ſenſerit de illo vſufructu tm̃
9 finituro morte, † cùm in dubio debeamus interpretari voluntatem
teſtantis, ꝙ valeat potius quàm pereat.l. ſi qn̄.ĵ.eod.& l.
quoties.ff.de reb.dub.vñ in dubio debemus interpretari de nouo
vſufructu redimendo per hæredem.l.cũ alienam. C.de leg.
Sed ad hoc rñde, vt dictum eſt in tex.Secundò pro iſta parte d
cit videri caſum in l.Sticho.ad fi.allegata in gl. nā ibi non valet
legatum in vſufructu, quia teſtator errauerat, credens ſibi proprietatem
remanſiſſe, ex quo erant mortui illi, quib.erat relicta
proprietas, ergo innuit, ꝙ ſi ſciuiſſet ad ſe nō pertinere proprietatem,
ſed vſumfructum tm̃, deberet̃ æſtimatio, & ſic valeret
legatum. Sed rñde, ꝙ ille text.non bene facit in hoc propoſito,
quia ibi teſtator nō legauit illud ius, qđ habebat in re, ſicut hic,
imò teſtator habens vſumfructum legauit proprietatem, & ſic
rem alienam, vnde ſi ſcienter legaſſet rem alienā, bene verum
eſt, ꝙ deberetur æſtimatio.d.l.cũ alienam. Ad iſtum text.rñdet
Imo.ꝙ loquitur, qn̄ teſtator dixit, lego vſumfructum, quem habeo
in tali fundo, & ſic quādo teſtator expreſsè ſe reſtrinxit ad
vſumfructum, quem habebat, tunc ex tali reſtrictione ſumitur
veriſimilis coniectura, ꝙ teſtator errauit, credens ſe illum poſſe
legare.Secus ſi ſimpliciter dicat, lego vſumfructum talis fundi,
& ita etiam rñdet.d. Alex.in d.conſi.151.in pen.col.¶Sed vr̃ diuinatio
ad hunc tex.ꝙ hic teſtator expreſsè ſe reſtrinxerit dicēdo,
lego vſumfructum quem habeo, niſi ponderes pro iſta ſolutione
tex.iſtum in verſi.eum, ꝙ refert antecedens.ſ.vſumfructum,
& ſic vſumfructum meum formalem, quem habebam.
Ad l.vxor patrui. C.eod.rñdet Imo.tex illum nihil facere, quia
tex.ibi non dicit non valere legatum reſpectu vſusfructus, ſed
ſolùm dicit, teſtatricem nō potuiſſe pręiudicare proprietario,
& ſic quamuis ille tex. dicat, legatum non valere in præiudiciũ
domini, non tñ negat, quin eius hæres ſaltem teneatur ad vſumfructum,
vel eius æſtimationem, & ita etiam rñdet Rapha.Cu.
hic, & dicit Are.ꝙ iſta eſt veriſſima ſolutio ad illum text. Sed
certè nihil valet, quia iſto modo intelligendo, ille tex. redderet̃
ſine aliquo dubio.Cui.n.dubium eſt, ꝙ teſtator legando nō poteſt
præiudicare proprietario.l.ſi vniuerſæ.C.de leg? Et ſi diceres,
ꝙ dubitatio poterat eſſe propter affinitatem, quia erat vxor
patrui illius proprietarij, vt dicit tex.ibi, propter quam affinitatem
poterat dubitari, an poſſet præiudicare proprietario, vt ſaltem
recepta æſtimatione cogeretur præſtare res. Videt̃, ꝙ vana
10 fuiſſet dubitatio, quia non ſolùm † pp affinitatem, imò nec vbi
eſt coniunctio ſanguinis arctiſſima, poteſt pręiudicari proprietario
in aliquo.l.mater.cũ ſi.C.de rei ven. Vnde alio modo rñdet
Imo.in l.cùm pater.§.pater filiæ. & in l. vnum ex familia.§.
ſed ſi fundum.ĵ.titu.1.ꝙ tex.in d.l. vxor patrui.loquitur, qn̄ habenti
proprietatem teſtator legabat vſumfructum. vnde cùm
ibi legetur illud, qđ erat futurum legatarij, ideo legatũ eſt nullum.
l. Meuius.§.pen.in fin.ĵ.tit.1.& l.proprias tuas res. C.de leg.
ita rñdet.d. Alex.in d.conſi.151.Iſta ſol.non eſt bona, & eſt ɔtra
mentem illius tex.quia iſto modo non quæreretur ibi de pręiudicio,
vt facit tex.ſed quereretur de inualiditate. ¶Pro iſta parte
contra cōem concl.adducit Raph.Cu. tex.in l. cùm pater.§.
cùm pater.& §.pater filię.ĵ.tit.1.& vtrobiq; Bar.vr̃ contrarium
11 voluiſſe eius, quod hic.nam in illis iurib. † habens ius in re poſt
mortem tranſiturum ad alium, ſi talē rem legat, debetur æſtimatio.
Rñde, ꝙ in d.§.cùm pr̃.teſtator non volebat legare illud
ius ſuum, qđ erat finiturum morte, vt hic, imò illud ius intendebat
cōfirmari per compenſationem illius mulieris fideicommiſſariæ
inſtitutæ pro parte. Ad §. pater filiæ.reſponde, ꝙ
ibi pater tempore teſtamenti non habebat ius in prædijs dotalib.
l.doce ancillam.C.de rei vendi.l.de his.C.de iur.dot.nec iure
cano. ex diſſolutione matrimonij præſumitur teſtatorem cogitaſſe.
per no. per Bar.in l.ſi ſeruum filij.in prin.ĵ.eo.¶Pro eadē
parte ɔ̃ communem conclu.adducit Aret. text. vt dicit optimum
in l.diuus.in prin.ff.de vſu, & habi.vbi eſt tex.quòd verba

12 teſtamenti, quę † nō poſſunt verificari in iure expreſsè legato,
verificantur in alio iure differenti ab illo, etiam ſi illud ius erat
maius expreſsō.ibi enim erat relictus vſus ſyluæ,& quia ſub ra-
tione vſus legatum non valebat, comprehenditur vſusfru.ita
hic ſub nomine vſusfru.ne reddatur inutilis,intelligitur de vſu-
fruc.nouo formali redimendo.Sed ille tex.nihil facit in propo-
ſito, quia ibi à conſtituente, vel eius hærede nihil eſt redimen-
dum, vt hic, vbi hæres cogeretur redimere vſumfructum for-
malem ab alio,vel præſtare æſtimationem. d.l. cùm alienā.ſed
magna præſumptio eſt, ꝙ teſtator nō ſit grauaturus hæredem
ad aliquid redimendum ab alio.d.l. vnum ex familia.§. ſi rem.
Et ſic remanet defenſata communis conclu.gl.& Doct.ꝙ teſta
tor ſolùm cenſeatur legaſſe illud ius, qđ habet in re, quamuis
finiturum morte, non autem grauaſſe hæredem ad aliquid re-
dimendum. ¶Tu aduerte,quia contra iſtam cōem conclu. vr̃
13 fortiter obſtare tex.in l.Meuius.† §.pe.j̃.tit.1. vbi ſi legatur fun
dus,cuius vſusfructus eſt alienus,hęres tenetur redimere vſum
fructum, vel præſtare æſtimationem, & ſic teſtator ibi non vr̃
legare ſolùm illud ius,quod habet in re.ſ.proprietatem,ſed in-
telligitur grauare hæredem ad alienum vſumfructum redimē-
dum,vel æſtimationem, & pondera, ꝙ tex. ille loquitur in ter-
minis fortioribus, qa teſtator ibi habebat ius in re,quam lega-
bat,quod ius ibi non extinguebatur eius morte, imò durabat,
& tamen non cenſetur legaſſe ſolùm illud ius, quod habebat,
& quod erat validum, & durabat in perpetuum, ſed etiam in-
telligitur grauaſſe hæredem ad redimendum vſumfructum,
ergo multò fortius iſtud debet eſſe in caſu noſtro,vbi ius,quod
habebat teſtator,erat fragile,& extinguebatur morte. ¶Ad illū
tex.reſpōdet Io.de Imo.in c.paſtoralis.de dona. ꝙ illud ibi ideo
eſt,quia ius alterius in effectu reddit inutile dominium teſtato-
ris,quia ibi legatum fundi aliàs eſſet ſine vlla commoditate,cū
vſusfructus eſſet alienus, qui continet omne emolumentum
rei, quo caſu videtur teſtator legare etiam tale ius, quod defi-
cit,in quo conſiſtit totale emolumentum,& ita dicit eſſe ſingu
larem caſum in d.§.pen.¶Sed non aduertit, ꝙ iſtam ſol.impu-
gnat Bar.in d.§.pe.quia imò legatū proprietatis non eſt inutile,
& vltra Bar.iſtud patet,quia proprietas poteſt vendi. Itē ſubeſt
ſpes conſolidationis proprietatis cum vſufructu, ſed quid for-
tius? Iſta ſolutio eſt contra iſtam legem, & concordantes, vbi
legatum nullam penitus affert cōmoditatem legatario, & non
debetur nouus vſusfructus,nec æſtimatio. Ibi verò ſaltem eſt
aliqua commoditas proprietatis,& ſic directi dominij. Vnde
Bart.Bald.& Pau.de Caſt.in d.l.minus.§. pen.in effectu ſoluunt
intelligendo dupliciter illum text.ſecundum glo.ibi,nam text.
ſimpliciter dicit,fundo legato,vnde intelligitur, quādo fundus
erat alienus,& ſic teſtator nullum ius habebat in re,& hoc mo
do ſecundum Bar.procedit ſine aliquo ſcrupulo ille text. ¶Tu
autem dic, ꝙ iſto modo intelligendo eſt maximus ſcrupulus.
tex.enim dicit fundo legato ſi vſusfructus alienus ſit, cùm er-
go dicat vſumfructum fuiſſe alienum, ergo non proprietatis
fundi.l.cùm prætor.ff.de iud.c.nōne.de præſum.ſed de hoc pa-
rum curo.¶Secundò, & fortius, ſi fundus fuiſſet alienus in to-
tum, & quo ad proprietatem, & quo ad vſumfructum, certè
teſtator ibi legaſſet rem in totum alienā, ergo hæres teneretur
eam facere plenè legatarij.l.ſi domus.§.1.j̃.eod. iuncta regula.l.
cùm alienam.C.de leg.ergo hęres non teneretur ad ſolū vſum
fructum redimēdum,vt dicit text. ſed etiam ad proprietatem,
vnde ſecundo modo intelligunt tex.illum Bart.Bald.& Pau de
Caſtr.ꝙ ibi fundus erat teſtatoris, ſed vſusfructus alienus, & ꝙ
teſtator ibi dixit,ꝙ fundus ibi præſtaretur integer,vel pleno iu-
re,nimirum ſi hæres tenetur ad vſumfructum, aliàs niſi ſic in-
tellexeris illum text.non poſſet procedere ille text. ſ̃m eos. Sed
iſta eſt aperta diuinatio,ꝙ teſtator ibi dixerit, lego integrū fun-
dum.patet,quia tex. ſimpliciter dicit, fundo legato.¶Cōſidera
tu pro ſolutione ad illum tex. ꝙ teſtator ibi legauit fundū ſim-
pliciter, quo caſu dicendo fundum, intelligitur legaſſe & pro-
prietatem,& vſumfructum.l.ſi alij.ff.de vſufru.lega.etiam ſi alij
poſtea legaret vſumfructum in ſpecie, adhuc legādo fundum
primo ſimpliciter,intelligitur legaſſe proprietatē, & vſumfru-
ctum,vt ibi eſt tex.ſolennis. Tunc reſpondeatur ad cōtrarium
in forma,dum dicitur,ꝙ teſtator in dubio intelligitur legare il-
lud ius,quod habet,verum eſt in dubio,ſed hic verba teſtatoris
ſunt clara, qa ex propria ſignificatione cōprehendunt vtrunq;
ſcilicet proprietatem,& vſumfructum,nimirum ſi teſtator vi
detur legaſſe vſumfructum,& hæres teneatur redimere, & iſta
reſponſio eſt de mente Imo.poſt Dy.& Ray.in d.§.pen.Et ſi di-
ceretur obſtare tex.in d.l.vxor patrui.cùm legauerit ibi res,qui
terminus eſt generalis.l.1.in fin.ff. ſi cert. pet. & comprehendit
etiam proprietatem.l. ſi duo. in fin. ff. vti poſſid.l. qui alienam.
& ibi not.Barto.de acquiren. poſſeſſio. & tamen ibi non intelli-
gitur legaſſe proprietatem,nec eius vſumfructum. Reſponde-
tur, quòd ibi text.non dicit, quòd teſtatrix legauerit, vtendo
iſto nomine res, ſed bene dicit, quòd teſtatrix habens tantum
vſumfructum, non potuit res tuas legare.

*SVMMARIVM.*

1 *Augmentum obueniens rei legatę cedit commodo legatarij.*
*Ius,quod eſt in principali,cenſetur eße & in eius augmento.*
2 *Priuilegium datum principali, porrigitur ad eius augmentum.*
*Statutum in principali extenditur ad acceſſorium.*
3 *Augmentum,quod fit à teſtatore,ęquiparatur augmento, quod fit per alluuionem.*
4 *Plures fundi ex vno fundo ſola deſtinatione fieri poſſunt.*
5 *Conceſſum vni ex legato alterius, videtur ademptum illi alij legatario.*
*Fratres ordinis humiliatorum, qui impetrarunt à ſummo Pontifice, vt ſibi eligerent generalem, qui illos viſitaret,an poſſint per Archiepiſcopum Mediolanen.viſitari,& corrigi.*
6 *Specialis viſitator quòd derogat generali.*
*Generi per ſpeciem derogatur.& nu.10.*
7 *Patriarcha Gradenſis licèt dederit ſpecialem viſitatorem ſuis monaſterijs,tamen Epiſcopus Caſtellanus poterit more ſuo viſitare.*
8 *Specialis iuriſdictio cenſetur attribui cumulatiuè, non priuatiuè.*
9 *Statutum, quòd de adulterio, & furto omnes iudices ciuitatis poſſint cognoſcere, an ſi fiat aliud ſtatutum,quòd ſolus Capitaneus cognoſcat de adulterio, videatur adempta alijs officialibus iuriſdictio generalis.*
11 *Priuilegium Papę indultum aliquibus clericis, non intelligitur derogare iuri ordinarię iuriſdictionis, niſi contineat exemptionem ab ordinario.*

1 §.Si quis poſt. † Adiectio facta circa rem lega-
tam, auget legatum, ſicut detra-
ctio diminuit.h.d.¶No.1.ꝙ augmentum obueniens rei legatę
cedit commodo legatarij,vt hic,& l.ſi ex toto.in prin.ſ̃.eod.fa-
cit,quia quod ius eſt in principali, cenſetur & in eius augmen-
to.l.etiam.& ibi no.Bar.& Bal.C.de iure dot.l. inter ſocerum.§.
cùm inter.in ver.fi.ff.de iur.dot.& in l.ſi conuenerit. ſecunda.§.
ſi nuda.ff.de pig.actio.facit tex.§.j.in Auth.de æqua.do.per quē
2 no.ibi Ange. † ꝙ omne priuilegium datum principali porrigi-
tur ad eius augmentum, inferendo, vt ibi per eum. facit etiam
quod no.Bal.in l.3.§.hæc verba.in verſ. ſed & ſi quid.per illum
tex.ff.de nego.geſt.ꝙ illud,qđ eſt ſtatutum in principali,exten-
ditur ad acceſſoria.facit etiam tex.in c.fi.§.1. de conceſ.præben.
in ſexto.per quem not.ibi Gemi. ꝙ augmentum eiuſdem iuris
3 cenſetur eo iure,quo res cui adiungitur.¶†Secundò not.æqui-
parari augmentum,quod fit à teſtatore ei,quod fit per alluuio
nem,& ſic augmentum artificiale æquiparatur naturali. diffe-
runt tamen in caſu, in quo augmentum factum à teſtatore nō
cederet legatario propter pronomē meum,ſemper cedit aug-
mentum alluuionis,quia eſt incrementum latens,quod nō be
ne percipitur viſu.§.per alluuionem. Inſti.de rerum diuiſio.ſe-
cundum Imo.& Mod.in l.ſerui electione.& in l.ſi ex toto.ſ̃.eo.
4 ¶†Tertiò no. ꝙ ex vno fundo ſola deſtinatione poſſunt plures
conſtitui,intelligendo,vt hic per gl.& Bar.Item intellige,quan-
do ad perpetuum vſum, ſecus ſi gratia commodioris culturæ.
5 l.Caius.§.fi.j̃.tit.1.¶Vltimò not.ex iſto tex.in fi.† ꝙ illud, quod
conceditur vni ex legato alterius, videtur ademptum illi alij
legatario,quod inducunt Iaco.de Are.Old.Laud.Bal.& Alb.de
Roſ.ad arduam q.quæ viguit inter fratres ordinis humiliatorū,
& Archiepiſcopum Mediolanen.nam dicti fratres impetrarūt
à ſummo Pontifice vnum de ordine ſuo in generalem,qui ha-
beret eos viſitare,& corrigere totum ordinem,an Archiepiſco
pus poſſit eos viſitare & corrigere, ſicut ante conſueuerat. iſte
tex.facit,ꝙ non,quia qđ alteri eſt datum, cenſetur alteri adem-
ptum,ſeu diminutum,facit bene tex.in l.dominicis. C.vbi cau.
fiſca.& tex.in l.ſi duo.ff.de adminiſtratio. tut. & per illa iura ita
videntur determinare pręfati Doctores hic,& ſequūtur Raph.
Cu.& Pau.de Caſt.hic.¶In contrarium tamen dicit Bal.facere
tex.in l.quoties.§.fi.ff.de admi.tut.& non reſpondet. ſed reſpon
de,ꝙ ibi interuenerit aliqua ademptio, ſed iſte alius tutor fuit
datus ad maiorem cuſtodiam pupilli, vt ibi in tex.in ꝯtrarium
etiam dicit facere Bal.tex.in l.1.C.de offi.præfe.vrbis. vbi crea-
tio noui officialis nō derogat veteri, nec eius iuriſdictioni vni-
uerſali, & reſpondet, ꝙ ibi nouus officialis erat conſtitutus cū
minori poteſtate,non cum maiori, vel pari, prout ibi dicit tex.
in ver.ita vt inferior.Tu aliter reſponde,vt ſtatim.j̃.dicā. ¶Pro
prima deciſ.allegat etiam Bald.tex.in c.ſtuduiſti.de offi.leg.Sed
ibi loquitur,quando datus eſt vnus in ſpecie in vna cauſa,non
autem quando vnus generaliter in omnibus cauſis ſubalternis.
iſte articulus eſt diſputabilis,& valde diffuſus.Adde,ꝙ eandem
opinionem tenet Bald.in l.1.in 1.q.ſ̃.de offic.conſulis. vbi con-
6 cludit, † quòd ſpecialis viſitator derogat generali. idem tenet
Ang.in l.teſtamenta omnia.C.de teſt.vbi tenet, quòd viſitator
impetra-

impetratus à Papa solus visitabit, & non alius, quia concessio generalis est in fauorem certarum personarum, & illorum fauor est, ꝙ per specialem derogetur generali, idem tenet Bal in Auth.habita.in 5.col.C.ne filius pro patre, quando talis visitator esset deputatus ad postulationem impetrantis, vt in casu isto.secus si datus motu proprio superioris, tunc non reuoca-
a tur generalis. ¶Pro ista parte facit, quia generi per speciē derogatur, vt in regula generi, & l.vxorem.§. fœlicissimo.ĵ.de leg. 3.in c.dudum. & c. cum quis.de præben. in 6.cum vulg. ¶Breuiter istis non obstantib.licèt materia sit diffusa, credo contrarium esse de iure verius, ꝙ per specialem visitationem concessam gnali quo ad fratres humilitatos, nō intelligatur derogatū generali visitationi, q̃ habet Archiepiscopus in tota prouincia, & ita in specie tenet Pet.de Ancha. in c.tibi qui.de rescrip.in 6. vbi tenet, ꝙ specialis visitator nō derogat generali. idem tenet
7 Pet.de Anch.in c.per hoc.de hæreti.in 6.vbi tenet, ꝙ † licèt Patriarcha Gradensis dederit specialem visitatorem monasterijs suis, tamen Episcopus Castellanus poterit more suo visitare, per tex.& ꝙ ibi Bar.not.in l.in prouinciali.§.1.ff.de ope.no.nun.
8 & in l.1.§.dixerit aliquis. ff.de publica.¶† Pro ista parte multū
* facit conclusio, quæ *magis communiter tenetur*, ꝙ specialis iurisdictio censetur attribui cumulatiuè, non autem priuatiuè, vt no. Bar.in l.1.per illum tex.C.de offic.præfe.vrbis.sed tex.ille videtur parum facere, cùm ibi procedat vltra disponendo, & expresse dicat, ꝙ vterq; se impediat.imò plus pōt ille tex. retorqueri ꝯ Bar. Nam ibi per dationem illius iudicis specialis super causa annonæ intelligebatͬ derogatū iurisdictioni generali præfecti annonæ, nisi Imperator sibi expresse reseruasset. istam regulam ponit not. Bal.in l.vnica.§.vbi autem.in 2.col. per illum tex.C.de cad.tol.Ang.in repetitione.l.si vacantia.in 11.col.C.de bo.vacan.lib.10.& in §.iusiurandum.in pen.col.in Auth.de defen.ciui.col.3.& istam regulam latè prosequitur Are.hic, allegans ad hoc tres tex.& idem Are.in consi.102.quod incip.spectabilis domine collateralis.istam regulā melius, & latius prosequitur Lud.Rom.in consi.393. quod incip.præsens consultatio in hoc recidit.vbi pro ea adducit nouem tex.& multas decisiones, & est vt dixi communis conclusio, quam etiam tenet Cano.in c.pasto.de offic.ordi.& in c. quia contingit. de religio. domi.quamuis Bal.& Ang.in hoc variauerint in l.cùm prætor. per illum tex.ff.de iud.& Bal.in l.cùm clericis.in prin.per illum tex.C.de episc.& cleri. & pro dicta communi regula est bonus tex.in l.fi.in ver.ita tamen.C.de iurisd.omn.iud.¶Secundo pro
b ista parte facit, qđ fortius no.singulariter Ange.[b] in l.1.C.vbi &
9 apud quos.per illum tex.cum gl.in verbo soluo.† vbi dicit esse optimum arg.ad statutum disponens, ꝙ de adulterio, & furto omnes ciuitatis iudices possint cognoscere, deinde statuto nouiter facto disponitur, ꝙ solus Capitaneus cognoscat de adulterio, per hoc verbum solus, non videtur adempta iurisdictio alijs, quod est no.dignum secundum eum, & est solennis decisio, si est vera, & sic si p specialem iurisdictionē concessam vni etiam cum taxatiua solus, non est tamen derogatum generali
10 aliorum iurisdictioni, quantò minus in casu nostro.¶†Tertiò pro ista parte facit, quod magistraliter dicit Bald. in c.pen.in 3. col.de offi.deleg.vbi dicit, ꝙ in hac materia species derogat generi, quando euellitur à genere tanquam species separata à toto, vel sicut vna ouis remouetur ab ouili, secus qñ species ponitur gratia coadiuuandi, vel supplendi genus, vt in proposito nostro, & bene facit tex.in d.l.quoties.§.fi.ff.de admi.tut. & isto
11 modo potest responderi ad istum text. & similes. ¶ † Quartò pro ista parte videtur facere tex. in c. pastoralis.de priuileg.vbi probatur, quòd propter priuilegium Papæ indultum aliquibus clericis, non intelligitur derogatum iuri ordinariæ potestatis, nisi Papa concedat priuilegium exemptionis ab ordinario, tamen ad illum tex.posset responderi, quòd ibi non erat datus aliquis iudex specialis, prout in casu nostro.

ADDITIONES.

a ¶Generi per speciem. Adde.l.in toto.ff.de reg.iur. Bar.in l.Meuius.ff.de leg.2. Car.in c.cum ordinem.de rescrip.in 5.col. PVRPV.

b ¶Ange.Adde, quòd hanc decis. Ange.sequitur Dec.consi.30. col.5. & potest confirmari ex alia decis. Barto.in l.3.§.eum. de adim.leg.& videtur fuisse de mente Bal.consi.351.col.vlt.volu.vlt.sed ea decis. videtur dubia ex not. per Bar.in l.2.ff.de vsucap.Alex.in l.si ab hostib.1.not.ff.sol.matri.Bal.in l.executorem.col.6.ver.redeo.C.de exe.rei iudi. BELLOT.

*SVMMARIVM.*

1 *Singulariter exprimi dicitur id, quod singulariter exprimitur nomine proprio, & etiam, quod in indiuiduo exprimitur, & quid requiratur, vide nu.4.*

2 *Filius, qui vocat se tacitum, & contentum pro relictis sibi factis à patre pro omni eo, & toto, quod sibi debetur à patre in eius bonis, per hoc non excluditur à petendo supplementum legitimæ.*

3 *Tutela annullatur, si tutor nominatim non promittit suscipere defensiones pupilli.*

4 *Legatum nauis non extinguitur, licèt tota sit refecta, si carina eadem remaneat.*

5 *Legatum non extinguitur per particularem mutationem totius rei, fundamento remanente.*

6 *Compromißum factum per collegium, in quo sunt decem, non extinguitur, licèt quinque vel septem illius collegij moriantur, & alij subrogentur.ibi limitat.*

7 *Vniuersitate excommunicata, si aliqui sint mortui, & alij eorum loco subrogati, tales subrogati non censetur excommunicati.*

*Excommunicatio infertur animæ verè delinquenti, non repræsentanti.*

*Collegium vel vniuersitas si excommunicatur, excommunicatio tenet.*

8 *Interdictum latum in vniuersitatem ligat subrogatos.*

## 1 §.Et si nauem.

† Legatum nauis non extinguitur, quamuis tota sit refecta, si eadem carina remansit.h.d. ¶No.1.ex isto tex.in verb specialiter. iuncta gl.ſm Aret. ꝙ aliquādo dicitur specialiter exprimi, qđ singulariter exprimitur nomine ꝓprio.¶Adde, ꝙ alibi not. probatur, ꝙ illud dr̄ spicialiter exprimi, qđ in indiuiduo exprimitur, & non aliter.ita probatur in l.si qñ.§. & generaliter.C.de inoffi.testa.vbi per illum text.in ver. specialiter, no. Guil.Bal.&
2 Sal.† ꝙ si filius vocat se tacitum, & contentum pro relictis sibi factis à patre pro omni, & toto eo, qđ sibi debetur in bonis patris, per hoc non excluditur à petendo supplementum legitimæ, prout ēt est tex.in §.cæterum.in Auth.vt cùm de app.cog. colla.3.idem tenent Alb.Bal.& Ang.in l.de his.ff. de transa. nisi in indiuiduo renunciet legitimæ, propterea ꝙ tex. dicit specia-
3 liter.Istud † idem probatur in l.fi.§. omnem. in ver.specialiter. C.de admi.tut.per quem tex.dicit Bar.in l.legitimos.circa. fi.ſ. de leg.tut.& in l.ꝑtor.in prin.ff.de oper.no.nun.vbi dixi, ꝙ vidit cassari multas tutelas, eo quia tutor nominatim non promiserat suscipere defensiones pupilli, prout ibi requirit tex. in versi.
4 specialiter.Breuiter † *communis conclusio est*, ꝙ ad hoc, vt dicatur
* specialiter exprimi, non requiritur, ꝙ singulariter, & in indiuiduo exprimatur, sed solùm in specie distincta à genere.l.fin.C. qđ cum eo.declarant Bar.& Doct.in l.1. post glo.ibi.ff.si quis in ius voc.non ierit.Bar.in l.fi.circa fi.C.si contra ius vel vtil.publi. & in l.si quis in prin.testamenti. in 4.col. ĵ. de lega. 3. cum suis
5 concor.¶Secundò no.† ꝙ remanēte fundo nauis, & sic carina, prior nauis non vr̄ extincta, quasi videatur remansisse prior nauis, & sic legatum non extinguitur, ex quo sequitur, ꝙ per particularem mutationem totius rei, remanente fundamento, nō extinguitur legatum, imò fortius, qñ nauis per partes tota reficitur, vt loquitur iste tex.etiam si carina mutaretur, tñ censetur adhuc eadem nauis, secus si eodem cōtextu mutaretur.l. quid tñ.§.si nauis.ff.quib.mod.vsusfru.amit.l. inter stipulantem.§.sacram.de verb.obl.l.qui res.§.aream.ff.de sol.ſm Pet. de Bellap. Pau.de Cast.& d.Alex.hic.& dicit d.Alex.esse valde not.pro limitatione huius text.idem ēt tenet d.Alex.in d.l.inter stipulan-
6 tem.§.sacram.in pen.col.¶†Tertiò induxit Bar. istum text.ꝙ si collegium vel vniuersitas, in quo sunt. decem, facit cōpromissum, mortuis quinque vel septem, & alijs subrogatis non extinguitur compromissum, quia idē collegium remanet.l.proponebatur.ff.de iud.idē tenent Dy. & Ang.in l. si grege.ſ.eo.& ibi Bald.cum vna limitatione, quam sequuntur Imo. & Mod. ibi, qñ tale compromissum fuisset factum ꝓ vtilitate Ecclesiæ, secus si pro vtilitate singularium personarum, prout est glo.in c.querelam.in gl.2. & ibi Scribentes. ne præla.vices suas. & idē cum Bar.tenēt Ang.& Bal.in d.l.proponebatur.¶Vltimo que-
7 rit Bar.† si excōicatur vniuersitas, & aliqui sunt mortui, vel recedant, an subrogati censeantur excōicati, & remittit se ad ea, quæ scribit in l.inter stipulantem.§.sacram.in fi.ff. de verb.obli.
* vbi etiam nihil decidit. *Cōiter tenetur*, ꝙ non, quia excōicatio infertur animæ verè delinquenti, non aūt repræsentanti, quę nō fuit in culpa.c. nemo Episcoporum.in fin.11.q.3. & c.sacro. de sen.excom.& l.sancimus. C.de pœn.ſm Bal.Rapha.& Mod.in l.si grege.ſ.eo.Bal.in l.si ita legatum.§.fin.ĵ eo. quamuis ꝯrium videatur velle gl.in c.sicut vir.7.q.1.sed Alb.& Raph. Cu.in d.l. si grege. dicunt quæstionem non posse procedere, quia colle-
a gium seu vniuersitas [a] non possunt excōicari, sed bene interdi-
b ci.[b] c.Romana.§.vniuersitatem.de sen.excom.in 6. ideo Bar.in in d.§.sacram.in fi. formauit aliter qōnem in canonicis excōic.
8 sed certè gl.in d.§.vniuersitatem.dicit, † ꝙ licèt vniuersitas non debeat excommunicari, tamen tenet excōmunicatio, & ligat. Item adde secus esse in sententia interdicti, in qua subrogati in locum

ADDITIONES.

a ¶Seu vniuer. Adde Spec.tit.de sen.excom.versi. item no.

b ¶Sed bene interdici.Adde Cald.in tractatu de Ecclesia. intedicto.

locum mortuorum bene ligantur.gl.eſt ordinaria in c.ſi ſenten-
tia.de ſen.excommuni.in 6.Ratio diuerſitatis eſt, quia in inter-
dicto poteſt puniri vnus pro altero.c.nõn eſt.de ſponſa.non ſic
in excommunicatione.24.q.3.c.1.& ibi glo.

*SVMMARIVM.*

1 *Legatum relictum patri à filio hærede, valet, ſed ſi iuſſu patris adeat hæreditatem, efficitur inutile, & imputatur in Falcidiam, & ibi vide rationem.*
2 *Legata inutilia, quæ remanent penes hæredem, cùm augeant hæreditatem, ſubmouent Falcidiam.*
3 *Caſus, in quibus legata valent, licèt hæreditas non adeatur per inſtitutum.*
4 *Filiusfamilias miles habens peculium caſtrenſe inſtitutus ab extraneo, detrahit Falcidiam.*
5 *Filius hęres inſtitutus detrahit Falcidiam à patre legatario.*
6 *Iuſſus patris in aduentitijs non requiritur in adeundo.*

LEX XXV.

1 A Filio. Legatum † relictum patri à filio hære-
de, valet, ſed ſi iuſſu patris adeat hęredi-
datem, efficitur inutile, & imputatur in Falcidiam.
h.d.¶Dubium facit, quia cùm patri ſit acquirenda
hæreditas per regulam.l.placet.ff.de acq.hær.& ſic pater in effe-
ctu videať inſtitutus, per cõſequens legatum illi patri relictum
non videbatur tenere, quia à ſemetipſo ſibi legari non poteſt.l.
& quidem.s̃.co.l.legatum.§.1.ј̃.eo.Contrarium dř hic, quia hæ
reditas non eſt neceſſariò acquirenda ipſi patri, quia poſſet con
tingere, ꝙ filius reperiretur ſui iuris tempore aditionis hæredi-
tatis, & ſic acquireretur hæreditas ipſi filio, & hoc reſpectu le-
gatum valet, & dato etiam ꝙ tempore cedentis legati, & ſic
tempore mortis teſtatoris eſſet adhuc in poteſtate patris, certè
adhuc poſſet effici ſui iuris antequam adeat, & iſte caſus nõ ex-
primitur in tex.ſed ponitur pro conſtanti, & ex eo ſequitur il-
latio tex.ꝙ ſi tempore aditionis hæreditatis reperiatur in pote-
ſtate patris, tunc legatum euaneſcit per rõnem.s̃.dictam. & ſic
effectualiter hæres imputat ſibi in Falcidiam ſubmouendã ab
2 alijs legatis. † nam legata inutilia cũ remaneãt penes hæredem
iure hęreditario, & ſic augeant hęreditatẽ, per conſequens ſub-
mouent, aut diminuunt Falcidiam, quã hæres vellet detrahere
de alijs legatis.l.ex aſſe.l.non dubium. & l. in ratione iſta. ff.ad l.
Falc.& hic in gl.¶Glo.in ver.poteſt. ibi, ſed non ècontra. ratio-
nem diuerſitatis, quæ eſt propter impedimẽtum regulæ Cato-
nianæ, aſſignat tex.Inſt.co.§.an ſeruo.& §.ex diuerſo.& ibi glo.
Bar.& Doct.hic. Sed aduerte, ꝙ iſta ratio non vř generalis, qñ
pater eſſet inſtitutus, & haberet ſubſtitutum, vel cohæredem, à
quo eſſet repetitum legatum, iuxtà.l.licèt Imperator.ј̃.eo.nam
tunc à patre non diceretur neceſſariò ſibimet relictũ, nec tunc
pater eſſet hæres, & legatarius, quia poſſet pater repudiare, &
credo, ꝙ qñ pater inſtitutus haberet ſubſtitutum, vel cohære-
dem, vt s̃.tunc eſſet idem, prout in hoc tex. quia tunc etiam ibi
à principio valeret legatum, & ſic non obſtaret regula Catonia
3 na, † quia licèt mortuo teſtatore patri ſtatim acquireretur lega
tum factum filio, non tñ neceſſariò acquireretur hæreditas, cũ
poſſet repudiare, & legatum valere pp ſubſtitutum, vel cohæ-
redem. Amplius puto, ꝙ in 13.caſibus enumeratis per gl. magi
ſtram in l.eam quam.C.de fideicõ.in quib. valet legatum, licèt
hæreditas non adeať per inſtitutum, poſſet dici quatenus poſ-
ſit adaptari, ꝙ legatum factũ à patre filio à principio valeat, vt
in caſu Auth hoc amplius. C.de fideicõ. quia tunc př non erit
idem hæres, & legatarius. Niſi diceres, ꝙ illi ſint caſus ſpeciales,
& non habendi in cõſideratione.l.ius ſingulare, & l.qđ verò ꝰ̃.
ff.de legi.¶In gl.in ver.iuſſu, in fi.iſtam glo.reprehendunt Bart.
* *& communiter Doct.* † quia ſi extraneus inſtituat filiumfamiliàs
4 militem habentem peculium caſtrenſe, ipſe bene detrahit Fal-
cidiam, licèt ex eius teſtamento non detrahatur.l. in teſtamen-
to.C.de teſt.milit.aliàs retorqueretur in eius læſionem, qđ eius
fauore eſt inductum, ꝰ̃.l.qđ fauore. C.de legi.Tu potes ſaluare
gl.ſřm Sal.hic, ꝙ velit dicere, ꝙ in iſto text. teſtator, qui inſtituit
filium, non erat miles, quia ſi fuiſſet miles, nõ detraheretur Fal-
cidia, vt dicit tex. non autem voluit dicere gl.in iſto primo ca-
ſu, ꝙ miles inſtitutus à pagano non poſſit detrahere Falcidiam,
quia hoc eſſet falſum, vt p̃dixi. ¶Gl.fi.ibi, ſed illud, qñ valet. Ra
tio eſt, quia qñ legatum eſt validum, remanet penes hæredem
iure legati, ergo non imputatur ei in Falcidiam. Ratio rationis
eſt, quia cũ Falcidia ſit quarta debita hæredi iure inſtitutionis,
ex ipſa vi apparet, ꝙ ſolum illud, qđ iure inſtitutionis, & ſic
iure hęreditario capitur, debet in quartam computari.l.in quar
tam.ff.ad l.Falc.¶In ea gl.ibi, alij dicunt, ex iſta lectura gl.quam
5 etiam poſuit prima gl.no.Bart. † ꝙ filius hæres detrahit à patre
legatario Falcidiam. Adde, ꝙ ſimiliter è ꝯ̃ pater detrahit à filio
Falcidiã.l.iubemus.§.idemq; in retinenda.C.ad Treb. & l.cùm
filio.s̃.eo.Iſtam lecturam reprobant gl.Bar.& Doct.quia Iuriſ-
conſultus non debuit diuinare de iure. C. poſtea facto.l. iube-
6 mus.C.de teſt.fortius hic reprobant Dyn.Bal.Sal.& Imo.† quia
in aduentitijs non requiritur iuſſus patris in adeundo, vt dicit
litera, qđ probant, quia cũ in aduentitijs filius poſſit adire patre
inuito.l fi.§.ſinautem patre recuſante.C.de bonis quę libe.ergo
fortius eo ignorante, & ſic abſq; iuſſu patris, per regulã l.qđ po
teſt inuitis, fortius & ignorantib. Itẽ quia tunc non acquirere-
tur patri niſi vſusfructus. Ego tñ in l.1.C.qui admitti.reprobaui
iſtam cõem opi. ꝙ imò in aduentitijs filiusfamiliàs non poſſit
adire ignorãte patre, licèt poſſit eo inuito, quia ſi filiusfamiliàs
cui delata eſt hæreditas aduentitia, interpellat patrẽ, ꝙ ſibi con
ſentiat, & pater recuſat, tunc filius fecit debitũ ſuum in requi-
rendo patrem, & cũ ſtet per ipſum patrem, põt tunc ſolus fi-
lius adire.ita loquitur.d.§. ſinautem patre recuſante; quæ ratio
ceſſat in patre ignorante, & non requiſito, aliàs cũ patri quæra-
tur vſusfructus in ipſis aduentitijs, & per hoc eſt legitimus ad-
miniſtrator talium bonorum, fruſtratoria eſſet talis adminiſtra
tio, ſi filius ignorante patre poſſet; ſicut ècontra patet in §.ſe-
quenti, qui incipit, ſimiliq; modo, vbi filiofamiliàs milite recu-
ſante ſucceſſionem in bonis caſtrenſibus, pater admittitur, qui
tamen non poſſet admitti filio ignorante, vt ibi no.Cy.& Bald.
ergo in iſto propoſito non eſt bona cõſequentia, filius ſolus po
teſt adire, qñ pater recuſat conſentire, ergo etiam poteſt patre
ignorante propter diuerſitatem rationis, dixi latius.in d.l.1.

*SVMMARIVM.*

1 *Legatum dicitur cauſa lucratiua, deducto prius onere.*
2 *Stante ſtatuto, quòd de legatis ſoluatur tantum pro libra, intelligitur de eo, quod remanet deducto omni onere.*
3 *Lucrum dicitur, quod ſupereſt deductis expenſis.*
4 *Statutum, quòd de pretio rei venditæ ſoluatur tantum pro gabella, intelligitur de pretio, quod in effectu remanet penes venditorem, deductis expenſis.*
*Precium intelligitur deductis expenſis.*
5 *Stante ſtatuto, quòd de quolibet debito ſoluatur tantum pro libra, ſi debentur mille, de quibus quis tenetur omni anno quinquaginta, debet deduci interuſurium medij temporis.*
6 *Donatio vltra quingenta licèt indigeat inſinuatione, tamen ſi detracta gabella remanent tantum quingenta, non inſinuatur.*
7 *Statutum, quod de omnibus fructibus fornacum ſoluantur denarij ſex pro libra, intelligitur deductis expenſis.*
8 *Impetrans beneficium vſque ad valorem centum, ſi vacat beneficium habens reditum ducentum, & deductis expenſis remanent tantum centum, quòd debeat illud habere.*
9 *Verba ſtatutorum debent intelligi cum effectu.*
10 *Actor ſi ex forma ſtatuti debet ſoluere gabellam de ſumma litis ad rationem.6. pro libra, & creditor petat à paupere magnam ſummam, debet gabella ſolui pro tota ſumma, licèt illam conſequi non poſſit propter paupertatem debitoris.*

LEX XXVI.

1 NOn amplius. † Eatenus quis vide-
tur hře ex cauſa lucra
tiua legati, quatenus remanet deducto onere.h.d.
2 ¶Per iſtum tex.decidit Bal.hic, † ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ
de legatis debeat pro gabella ſolui tñ pro libra, certè debebit
ſolui de eo, qđ in effectu ſupereſt, deducto omni onere impo-
ſito ipſi legato, & cum eo tranſeunt Flo. Rapha.Cu. & Pau.de
Caſt.hic.Ang.in l.ciuitatib.§.fi.ј̃.eo. Imo.hic tenet contrarium
per l.ad veterani.§.1.ј̃.ad l.Falc.allegatam in gl.nam qua ratio-
ne ibi onus impoſitum legatario, qđ cedit ad lucrum hæredis,
non diminuit legatum in præiudicium aliorum legatariorũ, &
ſic tertiæ perſonæ quo ad detractionem Falcidiæ, ita hic onus
impoſitum legatario, qđ cedit lucro hæredis, non debet impu-
tari Reipublicæ in ratione gabellæ, quia Reſpublica eſt quædã
tertia perſona differens ab hærede. Sed reſpõde, ꝙ illud ibi ideo
eſt, quia hæres non computat ſibi in Falcidiam niſi illud, quod
tit.inſtitutionis, ſeu iure hæreditario capit, vt dixi in l.præcedẽ-
ti, & ponit Barto. hic. ¶Pro deciſione Bald. adde facere, quia
3 iſtud ſtatutum conſiderauit lucrum legatariorum, † ſed lucrũ
dicitur illud, quod ſupereſt deductis expen.l. Lucius.ff.pro ſo-
cio.& infra dicetur.¶Secundò adde, quod decidit Barto.in l.ſi
4 vir vxori.§.cuidam.per illum tex.ј̃.de condi.& demon.† Stan-
te ſtatuto, ꝙ de pretio rei venditæ ſoluatur tantum pro gabel-
la, debet intelligi de pretio, quod in effectu remanet penes ven
ditorem, deductis omnibus expen. tam in ſubhaſtationibus,
quàm

quàm proxenetis,& simi.distinguẽdo tamen,vt ibi per eum,& habes pro hoc tex.no.in l.quantitas patrimonij.vbi Bart. idem no.ff.ad l.falc.Bar.in l.vbi purè.§.fin.ff.ad Trebel.Facit etiam gl. not.in l.per diuersas.in glo.fin.magna circa medium.& ibi Bar. not. C.manda. quæ not. dicit,quòd pretium rei intelligitur deductis expensis.¶Tertiò adde,quod decidit Bar. in l.in lege fal.
5 per illum tex.ff.ad l.fal. † stãte statuto, ꝙ de quolibet debito soluatur tantum pro qualibet libra pro gabella,si debes mihi mille, de quibus teneris soluere quinquaginta omni anno, debet deduci interusurium medij temporis,cùm in effectu quantitas tota sit minor omni anno decem pro cẽtenario. ¶Quartò adde,quod decidit Barto. in l.quoties.per illum tex.not.ff.ad l.fals.
6 † Nam de iure cõmuni si donatio est vltra quingentos aureos sine insinuatione nihil valet.l.pen.§.fi.C.de dona.certè si detracta gabella in effectu non remanent nisi quingenti aurei, valebit donatio sine insinuatione.¶Quintò adde,quod latè decidit Bald.in l.si à patre vel à domino.§.fin. per illum text. ff. de peti.
7 hæred.& in l.1.2.colum.C.de fructi.& lit. expen. † Stante statuto, quòd de omnibus fructibus fornacum soluantur sex dena-
8 rij pro libra,intelligitur deductis expẽsis.¶†Sextò adde id,quod decidit Paul.de Cast.hic per istum text. quòd si aliquis impetra
a uit à Papa beneficium vsque ad valorem centum aureorum,[a] & vacauit beneficium habens reditum ducentorum aureorũ, tamen deductis expensis non remanent nisi centum,tale beneficium debetur impetranti.Subijcit tamen Paul.de Cãst. se nescire,si curia Romana hoc obseruat, quod fortè nõ intelligeret deductis expen.cùm tales gratiæ sint restringẽdæ, eo quia odiosæ.capit. quamuis. de præben.in 6.legata verò sunt fauorabilia, de quibus hic: sed in terminis, ꝙ talis impetratio beneficij debeat intelligi deductis oneribus,& expensis, tenet Bald. in l.1.in 2.colum.C.de fru.& litium expen. per illum text. & l. illud.§.1. cum glo.in verbo lucrum.C.de collat.idem not. Bald.in l.sed si hoc.§.cuidam.per illum tex.ff.de cõdi. & demon. Raph.Cum. in l.fructus.ff.solu.matrimo.dom.Alexand.& Are.hic, habetur per Io.And.in addi.Specu.in titu.de concess.præben.super rubr.
9 in vltim.quæst. ¶Septimo, & vltimò accedat regula, † ꝙ verba statutorum debent intelligi cum effectu.l. 1.§. hæc verba.ff. quod quisque iu.& l.pen.§.pen.ff.ne quis eum qui.¶Cõtra prędicta videtur facere illud,quod volunt Barto.& Doct.in l.cum quædam.§.fin per illum text.ff.de iurisd.omn.iudi. vbi determi
10 nant, † quòd si statutum disponat,ꝙ actor de summa litis soluat gabellam ad rationem.6.denariorum pro libra, ꝙ si creditor petat magnam summam à debitore inope, qui non est soluendo,debet attendi summa petitionis, quamuis in effectu parum possit consequi propter paupertatem debitoris.idem not. Bartol.in l.in offerendis,per illum text.& in l.fin.§ fin. C. de appel.& in l.qui tabulas.in princ.vbi etiam Angel.ff.de fur.d.Matthe.in no.143.ergo non attenditur effectus exactionis,cõtra prędicta. Sed responde, quòd Bartol. & Docto. in d.l.cùm quædam.§.fin.cum mysterio loquuntur,quando debet solui gabella habito respectu ad litem, aliàs deberet attendi effectus exactionis per prædicta.

ADDITIO.

a ¶Beneficium vsque ad valorem centum aureorum. Adde Doct.in cap. quamuis.de præben. PVRPV.

*SVMMARIVM.*

1 *Hæres per interitum speciei legatæ liberatur.*
2 *Species, quæ debet dari heredi causa conditionis implendæ appositæ libertati, si pereat casu fortuito, legatarius non liberatur, sed tenetur ad æstimationem.*
3 *Hæres tenetur præstare rem legatam legatario, vbi est ipsa res, & non alibi.*
4 *Species relicta si perijt culpa heredis, qui dedit causam ac interitum, hæres tenetur.*
5 *Dolus,& culpa in dubio præsumuntur cessare.*
*Dolus est crimen.*
*Delictum in dubio non præsumitur.*
6 *Damnum pati an dicatur,qui perdit legatum,& ibi quando dicatur.*
*Damnum patitur,qui amittit lucrum.*
7 *Error iuris non nocet,quando tractatur de damno, & etiam quando tractatur de lucro iam radicato non perdendo.*
8 *Remittere pœnam,& crimen delinquenti nõ est damnum fisco,nisi postquam bona sunt fisco incorporata.*
9 *Statutum disponens, quòd omni anno Ecclesiæ fratrum minorum debeãtur centum,an per statuentes reuocari possit, & ponit distinctionem. nume.15.*
10 *Statutum,quod transiuit in contractum, non potest per statuentes reuocari.*
11 *Laici per suum statutum possunt tollere priuilegium per eorum statutum clericis acquisitum, & vide nu.13.*
12 *Statutum confirmatum superioris auctoritate,potest per ipsos statuentes reuocari.*
14 *Priuilegia concessa per viam gratiæ possunt reuocari, secus si per viam contractus.*

1 §.Si certum. † Species legata perit periculo legatarij,nisi mora,vel culpa hæredis intercesserit.hoc dicit.¶†Not.1.quòd hæres liberatur per interitũ speciei legatæ.concordat text.in l.Titię textores.§.fin.infra eod. & in l.si quis in princip.testamenti.§.fin. infra de leg. 3. & in l. si ex legati causa.infra de verbor.oblig.& in l.quod te.ff.si cer.pet.
2 Not.tamen,† quòd si species,quæ debet dari hæredi causa conditionis implendæ appositæ libertati pereat casu fortuito, ꝙ legatarius nõ liberatur,sed tenetur ad æstimationem,tex.est not. & mirabilis ad multa, vt ibi dicunt Scribẽtes in l. cùm quidam. C.de condi.inser.¶Secundò not. ex tex.ibi, vbi id esset tradere-
3 tur.† quòd hæres non tenetur præstare legatario rem legatam, nisi in loco vbi est res, & sic nõ in loco domicilij testatoris, nec ipsius legatarij.facit.l.quod legatur. in princ. ff. de iudi. & l. 1.C.
4 vbi fideicom.peti opor.¶†Tertiò not.ꝙ culpa hæredis facit eũ teneri,si species legata perierit,intellige de culpa,quę dedit causam ad interitum rei legatæ,secus in alia culpa,quia illa non facit teneri secuto posteà interitu ante moram,text. est singularis in l.is qui ex stipulatu.ff.de actio.& obl. ¶Glo.in verbo,legata-
5 rij.ibi,plumiñ,ꝙ cesset dolus,No.ex † gl.ꝙ dolus,& culpa in dubio piumunt cessare,facit.l.quoties.§. qui dolo.ff.de prob.& ita simpliciter not. Bal.hic.¶Tu adde rationem,quia dolus est cri-
a men,[a] vt not.Barto.in l.1.in fin.per illum text. cum glo.ff.de fideiust.tuto.& est text.melior de iure in l.1.§.nunc tractemus. in ver.planè.ff.de tute.& ratio.distrahen.& text.not.in l.si ex causa. §.nunc videndum.ff.de mino. sed in dubio nõ præsumitur delictum.l.moueor,& ibi Bald.not.C.de ser.expor.& facit,quia in dubio debet capi præsumptio exclusiua delicti.l.meritò.ff. pro socio.¶In fine glo.responde tripliciter,vt per Bar.Sed caue cir-
6 ca secundam solu. † quia licèt dominium rei legatæ transeat ipso iure in legatarium à morte testatoris.l. & si tibi homo. §. cũ seruus.infra eodem,& l.à Titio.in fi.ff.de fur. tamen non transit verè,& irreuocabiliter,nisi postquam legatum sit acceptatum, vt est glo.not.in l.si quis hæreditatem.ff.de condi.insti. ergo ante acceptationem perdendo legatum,non est verum,quòd dicatur verè damnũ pati, nec quod dicatur suum. patet in l. qui autem.in princip.ff.de his,quæ in frau.cred.vnde in hoc dic melius secundum Bald.Angel.Imol.& Moder.ꝙ quando lucrum est iam quæsitum,& radicatum, tũc bene perdere tale lucrum est damnum,quia tunc bene est diminutio patrimonij.l.3.ff.de damn. infect. sed quando tractatur de quærenda spe lucrandi, tunc nõ est pati damnum.l.Proculus.ff.de damn.infect. Et pro ista doctrina habes gloss. in l.1.§.si quis autem propter inundationem.in verbo in integrum restitutionem.ff.de itinere,actuq; priua & gloss. in l.2.§.1. ff. ne quid in loco publi. & in l. si quis vxori.§.penul.ff.de fur.facit bene text.in l.si is cui.in §.eius rei.ff. eod.de furt.& ita etiam tenet Paul.de Castr.in l.2.§.fi. per illum text.cum l.sequen.& ibi dom.Alexan.in 2.colum. ff. qui satisd. cog.Cyn.& Bald.in l.cùm te sponsæ.C.de dona.ante nup.Imol. in d.l.Proculus.dom.Alexan.in l.cùm emptor.ff.ad l.Falc. & in consil.89.in 5.volum.quod incipit,viso puncto, & instrumentis.in 6.colum.& in consil.202.in 3. volum. quod incipit, super eo,de quo quæritur.facit bene gl.not.in l.qui fideicommissum. ff.de leg.2.quæ iuncto tex.vult, ꝙ sicut error iuris non nocet qñ tractatur de damno, ita quando tractatur de lucro iam quæsito,& radicato perdendo.idem tenet Barto.in l.Clodius.ff.de acquirend.hæred.adde etiam quod vult Barto.in l.nec damnosa.
7 in 2.oppo.C.de precib.imper.offeren. quòd † remittere pęnam & crimen delinquenti non est damnum fisco,nisi postquã bona iam essent in fiscum incorporata. idem dicit Bald. in l. milites.in fin.C.de testam.mili.Imò plus dicit Bald. in l.parentes. in princ.C.de test.quòd non dicitur damnificare fiscum,qui quærit auertere lucrum cum alterius iniuria acquisitum. Sed intellige secundum prædicta, aliàs malè diceret. ¶Extra glo.induci-
8 tur iste tex.in verbo deterior,per Cyn.& Mod. ad not.q. † Si ex forma statuti ciuitas omni anno debet dare fratribus minoribus certam quantitatẽ pecuniæ pro eleemosyna,quòd tale statutum non possit per ciuitatẽ amplius reuocari, quia propter lucrum,quod perderẽt ipsi fratres,videretur de eorum damno tractari,

ADDITIO.

a ¶Dolus est crimen. Adde Barto.in l.1.in §.non tantum.ff.depo.in l.non exigit.ff.de dolo.

tractari, vt hic. Item ex quo ius erat iã quæſitum Eccleſię per
primam ordinationem, videtur ꝙ per ſtatutum laicorum non
9 poſſit amplius auferri, † quia laici non habent poteſtatem ſta-
tuendi ſuper rebus Eccleſiæ.c.Eccleſia S. Mariæ.de conſti.c.be-
ne quidem.96.diſtin.¶Contrarium determinat Cyn. hic, quia
ſicut ciuitas potuit tale ſtatutum facere, ita debet poſſe tollere.
l.ſi quis in prin.teſtamenti.ff.de leg.3.§.ſed naturalia.in ver.ea ve
rò.Inſtit.de iure natu.gen. & ciui. Itẽ quia ratione pſtationis in
futurum non eſt adhuc quæſitum ius Eccleſiæ: ideo ſtatuentes
10 poſſunt reuocare. ¶†Nec obſt. ꝙ quando tranſiuit ſtatutum
in contractum, non poteſt amplius per ſtatuentes reuocari. l.
quod ſemel.& ibi Bar.ff.de decre.ab ordin. faci. quia procedit,
quando pro tali eleemoſyna aliquid reciprocum eſſet præſti-
tum, aut factum per ipſos fratres, puta, quia per hoc veniſſent
ad habitandum. ſed quæſtio iſta loquitur quando ciuitas con-
ceſſit per viam ſimplicis eleemoſynæ.iſtam opi.tenent Imo. &
Dom.Alexan.hic, Sal.in Auth.caſſa.in 5.q.C.de ſacroſan.eccleſ.
Fulg.& Pau.de Caſt.in l.priuilegia.C.eo.D.Alex.in ꝯſi.109.in 2.
volum.quod incipit ſtatutis accuratè perſpectis.in 5.& 6.col.&
eſt in 2.vol.conſ.208. Pro iſta opi.adducit D.Alex.bonum tex.
in l.ſi quis curialis.in fi.in verb.clericis enim vlterius legem pro
deſſe non patimur.C.de epiſc.& cler. per quem not. ibi Barto.
11 † quod quamuis laici non poſſint per ſua ſtatuta diſponere in
præiudicium clericorum, iuribus præalleg. tamen poſſunt per
ſuum ſtatutum tollere priuilegium ab ipſis laicis indultum in
clericos, & ſic qui fecit legem in fauorem clericorum, poteſt
illam tollere, vel ſtatuere, ꝙ amplius ſibi non proſit. ¶Contra-
rium tenet Barto.in l.priuilegia.ad fin.C.de ſacroſ. eccl. per illũ
tex, qui dicit, ꝙ cõſueta eleemoſynarum præſtatio perpetuam
habeat firmitatem, & per tex. idem volentem in c. ad apoſto-
licam. de ſimo. Sed iſta iura non videntur multum vrgere,
quia non negant quin poſſet per ipſos ſtatuentes reuocari, imò
12 plus, † ſtatutum confirmatum authoritate ſuperioris, poteſt
tamen per ſolos ſtatuentes reuocari abſque licentia ſuperioris.
no.Bar.in l.omnium.per illum tex.C.de teſta. Iſtam opi.Barto.
tanquam magis conſonam rationi tenet Are.hic, quia iſta con
13 ceſſio eleemoſynæ facta fratribus, † eſt priuilegium quoddam
clauſum in corpore ſtatutorum, ſed priuilegium conceſſum
non ſubdito, vt ſunt iſti religioſi erga laicos, non poteſt per ſta-
tuentes reuocari, vt no.Innoc.in c.nouit.de iud. Et iſtud funda-
mentum ante eum fuit Pau.de Caſt. in d. l. ſi quis curialis, vt ĩ.
referam, ſed illud præſuppoſitum non eſt expeditum, vt habe-
tur in d.c.nouit.¶Adde, ꝙ iſtam opin.Bar.tenet etiam Lud.Ro
ma.in repe.Auth.ſimiliter.in nono ſpeciali piæ cauſæ inter con
tractus.C.ad leg.Fal.Gem.in c.1.in 7.col.de conſtit.in 6.& in ca.
quæ in Eccleſiarum.in 3.colum.de conſtitu.& ipſemet Pau.de
Caſt.in d.l.ſi quis curialis. vbi dicit, ꝙ dictum Bar. in d.l.priuile-
gia. procedit, quando conceſſio fuit facta per modum priuile
gij, quia tunc reuocari non poteſt, allegat no. per Innoc.in d. c.
nouit. in verbo Theodoſius. vbi Imperator non poteſt aufer-
re priuilegia Eccleſijs, quæ eis conceſſit, cùm ſibi non ſint ſubdi
14 tæ, ſed † priuilegia conceſſa ſubditis per modum gratiæ bene
poteſt reuocare, ſecus ſi per viam contractus, vt no.Bal.in l.qui
ſe patris. in 11.colum.C.vnde lib. Et iſta opi. videtur in conſu-
lendo, & iudicando tenenda, quia in dubijs opinionibus illa de-
bet teneri, quæ fauet piæ cauſæ.l.ſunt perſonæ.ff.de reli.& ſum.
fune.c.fin.de re iud. Et ad d.l.ſi quis curalis.potes reſpondere, ꝙ
non procedit in eleemoſyna, vel alia ſimili pia cauſa per iura,
15 & auctoritates præallegatas.¶†Tu autem pro concordia iſta-
rum opinionum diſtingue, ꝙ aut ſtatuentes volunt illud ſtatu-
tum de danda eleemoſyna annuatim religioſis ſine cauſa reuo
care, & non poſſunt, ita propriè loquitur tex.alleg. per Bar.in d.
c.ad apoſtolicam.in fi.in verbo malitioſè. & ita procedat opin.
Bar.& ſequacium: aut volunt reuocare cum cauſa, & poſſunt
per allegata pro alia parte. ¶Confirmatur & fortius, quia ſi ſta
tutum, quod trãſiuit in contractum, & habuit factum recipro-
cum impletum, poteſt tamen per ſtatuentes cum cauſa reuo-
cari, vt eſt tex.in d.l.quod ſemel.ff.de decre.ab ordi.fac. quanto
magis in propoſito, vbi iſta ceſſant, vbi non interuenit aliquid
reciprocum.

*S V M M A R I V M.*

1 *In legato partis bonorum, partes bonorum teſtatoris legatæ cenſentur, & ſunt in obligatione, non autem æſtimatione.*

*Opinio vltima relata per Iuriſconſultum cenſetur approbata, & quando prima.*

2 *Difficultas præſtationis operatur, quòd aliud pro alio inuito creditore ſoluitur.*

3 *Teſtator ſi reliquit fratribus omni anno ſalmas decem vini, hæres poteſt ex bonis teſtatoris dare dictis fratribus vineam, ex qua dicta quantitas vini ſoluatur.*

4 *Emens fundum nomine meo mandato præcedente de ſua pecunia, ſi ſteti per aliquod tempus, quòd nihil dixi, & ille percepit fructus ex illo fundo, debet fructus ipſos computare in ſortem.*

5 *Hæres quòd poſſit inuito legatario ſoluere æſtimationem bonorũ, quando eſt legata quarta bonorum, etiam ſi commodam diuiſionem reciperent.*

6 *Hæres non habet facultatem ſoluendi filio legatario æſtimationem, cũ fuerit relicta quarta bonorum pro legitima.*

7 *Filius, cui relicta eſt certa pecunia pro legitima, quòd poſſit pecuniam refutare, & petere legitimam in corporibus hereditarijs.*

8 *Diſpoſitio huius.§.non habet locum in contractibus.*

9 *Iudex arbitratur in qua re fiat aſſignatio legatario quotæ bonorum.*

*Idem ſimiliter iudex debet arbitrari, in qua re filius debet habere legitimam.*

10 *Dominium quotæ bonorum an tranſeat in legatarium ipſo iure ab hæreditate adita, ſicut in alijs legatis particularibus, & vide nu. 17. & 19.& ibi ponit, quòd non.*

11 *Solui aliud pro alio quando poſſit inuito creditore, & ſic pro re quando poſſit ſolui æſtimatio.*

12 *Communio ſolet parere diſcordiam.*

13 *Pecunia æſtimantur omnes res.*

14 *Fideiuſſor non poteſt promittere æſtimationem rei, ſi principalis ad rem tenetur.*

15 *Fideiuſſor quare poſſit promittere intereſſe, quando principalis tenetur ad factum, & vide ſub nu.12.ibi quinto.*

16 *Recipiens frumentum mutuo, non poteſt reddere pecuniam.*

*Poteſtas, qui tenetur dare duas baliſtas certi valoris, non poteſt dare valorem.*

18 *Legatarius quando poſſit vendicare quotam bonorum legatam, etiam ære alieno ſubſiſtente.*

20 *Vendicare largè, & impropriè etiam ponitur pro qualibet petitione.*

21 *Fructus rei legatæ quando legata eſt quota bonorum, quare ſit quòd non veniant à die aditæ hereditatis, ſed morte hæredis.*

22 *Dominium rei legatę quòd non tranſit in legatarium, dato quòd aliquid ſit in obligatione incertum, niſi conſtiterit quid ſit in ſolutione.*

a
1 **§. Cùm bonorum.** [a] † Legatario partis bo
norum [a] poteſt hæres
ſoluere vel æſtimationem, vel partem rerum, ſi commodè di-
uidi poſſunt, vel vnam, aut plures res, prout inter ſe concorda-
uerint, vel ſi diſcordant, prout iudici videbitur, hoc dicit cum
l.ſeq. ¶Not.1.ꝙ in legato partis bonorum partes bonorum ip-
ſius teſtatoris cenſetur legatæ, & ſunt in obligatione, non autẽ
2 æſtimatio. † Iſta enim opi.cenſetur approbata per Iuriſconſul-
tum hic, cùm vltimo loco ſit poſita.l.ſi idem cum eo. ff. de iu-
riſdi.omn.iud.glo.in l.qui filium.§.Sabinus.ff.ad Treb.no. Bart.
in l.bona fides.per illum tex.ff.de depo.ſecundum Imo.& alios
Mod.hic. ¶Tu caue, quia quando.1.opi.ſapit æquitatem ſecũ-
dum merum iuris rigorem, tunc in dubio prima opi. cenſetur
approbata, vt eſt glo.no.in l.ſi cum exceptione.§. ſed & ſi quis.
ff.quod met.cau.quam pro ſingulari not.ad hoc Aret. in conſi.
163.quod incip.diligenter, & maturè diſcuſſis.in 8. col. Tamen
* *iſta eſt vera, & communis opin.* ꝙ ſingulæ partes bonorum ſint in
obligatione, & legato, quam tenent Bart. & communiter alij,
per tex.in l.ſeq.in fi.in verbo, vendicare portionem. & l.ſi quis
3 bonorum.in verbo fructibus.ſ.eo. Secundò not. caſum, † in
quo aliud pro alio ſoluitur inuito creditore, & hoc eſt propter
difficultatem præſtationis, facit l.ſi plurib. & l. ſi domus. §. qui
confitetur.ĩ.eo.& l.non dubium.ĩ.de leg.3. probatur in Authẽ.
hoc niſi.C.de ſolu.glo.in l.vinum.circa fi.gl.magnæ.ff. ſi cer.pe.
de qua materia latè ſcribitur per Pet.de Bellaper.& Bal.hic, ha-
betur glo.ordinaria in l.2.§.appellata.cum ſuis concor.ff. ſi cer.
pet. ¶Tu adde alium caſum notabilem, & quotidianum, quẽ
probat tex.no.in l.ſi quis argentum.in ver.ſi verò.C.de donat.&
ibi Bal.in ſpecie ſingulariter no.ꝙ ſi teſtator in teſtamento relin
quit fratribus.15.ſalmas vini omni anno, & hęres vult ex bonis
teſtatoris dare vineam, ex qua percipiant dictum vinum, & eis
relinquere curam dictæ vineæ, poteſt inuitis fratribus, & hoc fa
uore exercentis munificentiã, quod valde no.quia valde quoti
4 dianum eſt. Item adde, † ꝙ ſi mandaui alicui, ꝙ emeret mihi
fundum, & ille emit fundum nomine meo, ſed de pecunia ſua
propria ſoluit pretium, ſi ſteti longo tempore, ꝙ nihil dixi, &
ille interim percepit fructus ex illo fundo, debent fructus com-
putari in ſortem, & ſic aliud pro alio habere.ita notanter deter
minat Bal.in Rubr.C.de contrahen.empt.in 15.q. & hoc mo
do

A D D I T I O.

a ¶Cum bonorum. Nota iſtum tex.in fi. quòd res dicitur indiuidua dupliciter. Bar.in l.ſtipulationes.non diuidun.in 1.q.de verb.obl.

do erit dare casum, quo acquiram illum fundum sine solutione aliqua pretij, quando possedit tanto tẽpore, ꝙ fructus ascendunt ad quantitatem.
5 ¶ † Tertiò not. ꝙ quando est legata pars bonorum, potest hæres indistinctè soluere æstimationem, etiã inuito legatario, etiam si bona recipiant diuisionem commodam. quod bene not. In legato ergo quotæ bonorum æstimatio indistinctè est in solutione, facit l. generali. §. vsumfruc. ff. de
a vsufru. leg. ¶ Limita [a] istum tex. † procedere in extraneo, secus
6 in filio. vnde si pater relinqueret filio legitimã suã, quo casu legitimam intellige deducto alieno ære. l. Papinianus. §. quarta. ff. de inoffic. testam. videtur legata quota bonorum, tunc hæres non habet facultatem soluendi æstimationem, quia debet præstari ex corporibus hæreditarijs. l. scimus. §. repletionem, in verbo ex substantia patris. C. de inoffic. testam. secundum Bal. Angel. & Mod. hic, licet glo. hic, & in l. seq. in verbo patrem. dum exponit, scilicet legitimam, innuit contrarium, scilicet, ꝙ iste
7 tex. loquatur etiam in filio, & non bene. † Imò fortius etiam si testator relinquat certam quantitatem pecuniæ pro legitima, potest adhuc filius refutare pecuniam, & petere legitimam in corporibus hæreditarijs, ita notanter tenet Bar. in l. suus quoq;. in fine prin. ff. de hære. insti. per tex. in d. §. repletionem. vbi Bald. & Pau. de Cast. idem no. post Gul. de Cun. ibi. & Bald. in l. cùm
8 alienam, in vlt. col. C. de leg. ¶ † Secundò limita istum tex. non procedere in contractibus, secundum tamen quod notanter
9 determinat Bald. in l. nulla. in vlt. col. C. de iure dotiũ. ¶ † Quartò no. ex l. seq. ꝙ quando partes non concordant, in qua re debeat fieri assignatio pro legato quotę bonorum, iudex in discordia partium habet arbitrari. ¶ Adde, quod per istum text. dicit Bar. in d. l. suus quoque. in fi. princ. ꝙ similiter iudex debet arbitrari, in qua re filius debeat habere legitimam. Idem tenet Bald. in l. fi. in 1. q. C. de edic. diui Adria. tollen. & in l. filium quem habentem. in 11. colum. & ibi Salyc. in 8. colum. C. famil. erciscun.
10 ¶ † Quintò no. in verbo vendicari portionem, hic probari fortiter, ꝙ in legato quotæ bonorum transeat dominium ipso iure ab hæreditate adita in legatarium, sicut alia legata particularia, cùm rei vendicatio præsupponat dominium in agente. l. in rem. in prin. ff. de rei vendi. de quo dicetur. ĩ. post glo. ¶ Glo. in verbo, æstimationem. ibi, responde bonorum dicitur in genere. Istud contrarium glo. est valde difficile, nec satis commodè ei respondetur. Cùm enim rerum partes sint in obligatione, &
11 in legato, vt dixi in tex. † ꝙ hæres inuito legatario possit soluere pretium siue æstimationem est contra regulam, ꝙ aliud pro alio inuito creditore solui non potest, in l. 2. §. 1. ff. si cer. pet. & l. eum. C. de solutio. Huic difficili contrario variæ dantur solutiones. ¶ Prima est solutio glo. hic, quòd hic dicitur legatum bonorum in genere, & non particularium rerum. Ista solutio non tollit contrarium, secundum Bar. Imo. & D. Alex. & verum est, nisi aliter declaretur ista solutio, vt ĩ. subijciam. ¶ Secundò modo respondet Bart. ꝙ istud sit propter difficultatem præstationum, vt hic per eum. Istam solu. reprehendit Do. Alex. quia restringit istum tex. ad casum, quando in hæreditate esset æs alienum, quod est diuinare, & violare tex. secundum eum. Sed ad hoc facile est respondere, quia secundum communiter accidẽtia in hæreditate potest subesse æs alienum. l. si hæreditatem. in prin. ff. manda. nisi esset hæreditas opulenta, de qua opulentia habes glo. singularem in l. si quis mihi bona. §. si seruus fisci. ff. de acquir. hæredi. ¶ Tu reproba solutionem Bar. strictius secundũ Imo. & Are. quia difficultas præstationis ita concluditur in ęstimatione rerum, sicut in ipsis rebus, quia antequam liquidetur æs alienum, est incertum quanta sit quota bonorum in ipsis rebus hæreditarijs: vnde non minor erit certitudo in æstimatione, quàm in ipsis rebus. nam non habita æstimatione rerũ, non etiam potest haberi certitudo æstimationis pretij ipsarum rerum. ¶ Vnde tertio loco Pet. Ray. Bal. & Alb. & Raph. Cum. sequuntur hic solutionem glo. quam ita declarant, nam quando legatur certa bonorum pars, vt hic, dicitur legari aliquod genus subalternum, quod non restringitur ad aliquam speciem illius generis, vnde qui legat partem bonorum in genere, complectitur etiam æstimationem bonorum testatoris. l. 1. in fi. ff. de aur. & arg. leg. & patet, quia bona dicuntur, eo quia beant, & prosunt. l. subsignatum. §. bona, & l. Princeps bona. ff. de verbor. sign. sed legatarius, quia recipit æstimationem bonorum, beatur, ergo dicitur bona recipere, secus est quãdo singulæ res particulariter soluuntur, & sic soluendo æstimationem non soluit aliud, nisi quod est in legato comprehensum in verbis legati generis subalterni, & sic cessat contrarium. Ista solutio non est tenẽda, quia si esset vera, sequeretur, ꝗ ista æstimatio esset in obligatione & legato, sicut res testatoris, & sic vtrunque esset in legato, cuius contrarium deciditur hic in text. in 2. & 3. responso. ¶ Nec obst. d. l. 1. in fin. de aur. & arg. leg. quia ibi illud, quod soluitur, est de eadem materia, licèt sit redactum ad formam, nã ibi erat relictum certum pondus argẽti, & soluitur pecunia argentea tanti ponderis, vt declarat Bar. in l. Paulus ff. de solutio. ¶ Quarto modo soluunt contrarium Imol. Paul. de Castr. do. Alexan. & Are. hic, ꝙ illud toleretur in hoc tex. ex quadã æquitate, ne hæres cogatur habere communionem omnium rerũ
12 cum legatario, † cùm communio soleat parere discordias. l. cùm pater. §. dulcissimis. ĩ. titu. 1. & l. 2. C. quando, & qui. quar. pars debe. libr. 10. & propter hoc nemo inuitus cogitur stare in communione. l. si non sortem. §. si centum. ff. de condi. indebi. Ista solutio non placet, quia ea attenta sequeretur, ꝙ quando bona reciperent commodam diuisionem, ꝙ tunc hæres non posset soluere æstimationem inuito legatario, quia tunc cessaret inconueniens supradictum, cuius contrarium vult apertè text. hic, & ponderant Barto. & Paul. de Cast. ¶ Quinto modo, & subtiliter respondet Aret. hic, ꝙ æstimatio rei non est omnimodo aliud ab ipsa re, sicut est vna species, quæ solueretur pro alia: assumptum probat, nam si æstimatio esset omnino aliud ab ipsa re, fideiussor non posset interuenire in interesse, quando principalis promisit factum, & tamen potest, quia factum, & interesse, & sic æstimatio reputantur idem, vt declarat Barto. in l. 1. in princip. ff. de actio. emp. & in l. stipulationes non diuidũtur. ff. de verb. oblig. ideo facilius, & ex leuiori causa permittitur, ꝙ soluatur æstimatio pro rebus, quàm alia species penitus diuersa ab ipsa re, & sic soluendo ęstimationem non soluit omnino aliud, & sic ista solutio tendit ad idem, ad quod solutio gloss. ¶ Tu pro ista solutione adde bene facere text. in l. propemodũ. ff. de verb. signific. vbi propemodum rem præstat, qui æstima-
13 tionem soluit. † facit, quia per pecuniam omnes res æstimantur, sed non ècontra. l. si ita fideiussorem accepero. ff. de fideiuss. ¶ Ista solutio licèt videatur subtilis, & colorata, tamen non est
14 vera, quia assumptum est falsum: † nam si principalis teneatur ad rem, fideiussor non potest promittere pretium, vel æstimationem, quia dicitur aliud promittere, & sic nõ valet fideiussio. text. est in l. grecè. §. si quis Stichum. ff. de fideiusso. expresse Bar. post glo. ibi in d. l. si ita fideiuss. accepero. Nec obst. illud, quod di
15 cit Are. † quòd si principalis promisit factum, fideiussor potest promittere interesse, & sic pecuniam, quia illud est, quia in obligationibus facti succedit obligatio ad interesse. d. l. stipulationes non diuiduntur. §. Celsus. & l. si quis ab alio. in fi. ĩ. de re iudi. vnde quia subest spes, ꝙ deueniatur ad æstimationem, ideo tunc fideiussor potest pecuniam promittere. ita declarat Barto. in d. l. si ita fideiussorem accepero. Item contra solutionem Are. facit, quod volunt Barto. & alij Docto. contra Iaco. de Are. in l. 2.
16 §. 1. col. 1. in fin. ff. si cert. pet. † ꝙ si recipi frumentum mutuo, non possum reddere pecuniam, & sic ęstimationem, quia esset reddere omnino aliud. In cõtrarium etiam facit text. not. in l. 1. C. de fabricen. lib. 11. quem not. ibi Bart. contra Rectores ciuitatum, qui in sua electione promittunt dare communi duas balistas certi valoris, quòd non possunt illum valorem dare, & sic
17 æstimationem. ¶ Extra glo. † pro intellectu literæ necessario est videndum, an in legato quotæ bonorum transeat ipso iure dominium in legatarium ab adita hæreditate, sicut in alijs particularibus legatis. Iste tex. cum l. potest. infra eo. probat ꝙ sic. dum dicit, ꝙ legatarius certæ partis bonorum nõ habet necesse vendicare portionẽ in singulis rebus, ergo si legatarius vult, potest vendicare, ergo in eum videtur dominium trãslatum. l. in rem. in princ. ff. de rei vendi. cap. abbate. de re iudi. in 6. & istud tenet Bar. hic in duobus locis per istum text. ¶ Primo dum dicit Bar. ꝙ volenti legatario competit rei vendicatio, ergo dominium.
18 ¶ Secundò dum Barto. in formatione libelli † dicit, ꝙ si constat nullum esse æs alienum in hæreditate, tunc põt vendicare portionem certam in qualibet re. Imò fortius subdit Bart. ꝙ si etiã immineat æs alienum, ꝙ adhuc competit rei vendi. non simpliciter, sed cum adiectione incertæ partis. l. quæ de tota. §. 1. ff. de rei vendi. ergo vult ipso iure translatum dominium. Contrariũ
19 tenet ipsemet † Bar. sibi contrarius in l. si quis bonorum. ś. eod. & ibi Petr. Cyn. Bald. Ang. Imol. Paul. de Cast. & cæteri alij om-
* nes hic excepto Barto. & Imol. & *ista est vera, & communis sententia* per text. qui fortiter vrget in d. l. si quis bonorum. vbi in tali legato quotæ bonorum veniunt fructus tempore moræ tantum, sed si dominium trãsiret ipso iure ab adita hæreditate, fructus venirent à tempore aditionis hæreditatis. l. Herẽnius. ff. de vsuris.

ADDITIO.

a ¶ Limita. Adde, ꝙ sublimitatur ista limitatio, vt non procedat, quãdo esset data dos filiæ, quæ imputatur in legitimam. l. quoniam nouella. C. de inoffi. testa. & esset data in pecunia numerata, nam postquam filia talem pecuniam receperit, non poterit suam legitimam eligere in corporibus hæreditarijs, quasi à principio videatur filia acceptasse dotem cum isto onere imputan. in legitimam, ita limitat Paul. Pich. in Repe. l. in quartam. char. 18. in 2. quęst. Bart. ĩ. ad l. Falc. BELLAC.

vſuris.not.glo.& Docto.in l.fin.C.de vſu.& fruct lega. Ad text.
20 in l.ſequen.in fi.reſpondetur communiter, ꝙ † verbum vendi-
care,ibi largè ſumit, & impropriè pro qualibet petitione, put
etiam ſumitur in l.ſi peculium.§.1.ff.de pecu.leg. & in l. per di-
uerſas.& ibi glo.in verbo ſua.C.manda.vel aliter reſpōdet Arc.
ꝙ tex.in l.ſeq.in fin.in verbo vendicare. loquitur poſt electionē
factam ab hærede,ſed certè iſtud diuinat,imò fortius tex. in d.l.
ſeq.in fin.loquitur à principio,& ante aliquam electionem hæ-
redis.Ioan.de Imol.hic defendit opinionem Bar. per text.l.ſeq.
in verbo vendicare. nam dicere, ꝙ ibi ſumatur vendicare im-
propriè in legibus Iuriſconſ.nō eſt bene dictum,cùm in dubio
non ſit recedendum à propria ſignificatione verborum.l.1.§. ſi
is qui nauem.ver.igitur in re dubia.cum vulgaribus. ff. de exer-
21 ci. Ad d. l. ſi quis bonorum. in qua iacet punctus, † reſpondet
ſubtiliter Imol. ꝙ ideo ibi fructus non veniunt à die aditæ hæ-
reditatis,nec morte hæredis,eo quia res non ſunt precisè in ob-
ligatione,& ſolutione,cùm ſit in poteſtate hæredis ſoluere æſti
mationem vt hic,ideo ne ſibi auferatur iſta electio,nō fuit con
ueniens fructus venire,niſi à tempore moræ.ſed d.l.Herennius.
loquitur,quando res legata præcisè eſt in obligatione, ſed iſta
ſol.Imol.licèt ſit colorata,& ſubtilis, tamen non eſt vera, quia
licèt dicamus fructus venire à tempore hęreditatis aditę,prout
veniunt quando ipſo iure translatum eſt dominium in legata-
rium,per hoc non tollitur hæredi facultas ſoluendi vel partem
rerum,vel æſtimationem,quia ſi hæres eligeret ſoluere res, tūc
deberet teneri ad fructus à tēpore aditæ hæreditatis. Si autem
elegerit ſoluere æſtimationem, tunc tenebitur ad vſuras à tem
pore moræ,& ſic text.in d.l.ſi quis bonorum,ſtringit ineuitabili
ter pro communi.¶Nec obſt.pōderatio,quam facit Aret.hic,
dum in illo text.dicitur,reſtituitur,nam ſi dominium non eſſet
translatum,deberet agi ad rem dari,& non reſtitui, prout not.
Barto.& Docto.in d.l.ſtipulationes non diuiduntur,quia dic,ꝙ
ibi verbum reſtituitur,non reſpicit petitionem,ſed executionē
& ſolutionem. Et ſi diceretur tenendo ſolutionem Imol. ad d.
l.ſi quis bonorum. ꝙ ſi fructus eſſent reſtituendi ſimul cum bo
nis à die aditæ hęreditatis,certè cogeretur hęres potius ſoluere
æſtimationem, quia minus ſolueret, quàm ſi ſolueret partem
rerum,cum qua etiam fructus eſſent reſtituendi ab adita hære-
ditate,maximè quando non eſſet in mora, quo caſu non tene-
retur ad aliquas vſuras,& ſic effectualiter tolleretur electio.Re
ſpōdetur, ꝙ poſſe ſoluere ęſtimationem, eſt inductum fauore
hæredis, & in terminis. S. ſcrioris poſſet magis intereſſe hæredis
ſoluere partem rerum cum fructibus,quàm æſtimationē, præ
ſertim quādo paucos fructus percepiſſet.§.præterea. Inſtitu.de
actio. & ſic adhuc non tollitur ſibi electio. Pro communi con-
22 cluſio.† poteſt addi aliud fundamentum ſecundum Alex. &
Aret.hic,quia quando aliquid eſt in obligatione, ſi tamē eſt in-
certum,quid poſſit eſſe in ſolutione, nūquam tranſit dominiū
rei legatæ in legatarium,niſi conſtiterit quid ſit in ſolutione,pa-
tet in legato alternatiuo,in quo vtrūque eſt in obligatione, ſed
incertum eſt,quid ſit in ſolutione.l.planè.§.ſi Titio.ȷ.eod.& l.il-
lud.in prin.& ibi not.ff.de conſti. pecu. & tamen antequam de-
claretur,nunquam tranſit dominium in legatarium.l.huiuſmo
di.§.ſi Stichum.infra eodem.gloſſ.in l. ſi in rem. ff. de rei vendi,
Bartol.in l.1.ſupra eodem.idem in legato optionis.l.apud Aufi-
dium. ff. de optio. leg. ergo idē in propoſito,cùm incertum ſit,
quid futurum ſit in ſolutione.

### SVMMARIVM.

1 *Legatum factum à debitore creditori valet non expreſſa quantitate debiti; ſi debitor habet exceptionem.*
2 *Debitor habens plures exceptiones ſi legat creditori quod debetur, videtur omnes exceptiones remittere.*
3 *Confeſſio indefinitè prolata in omnibus præiudicat.*
4 *Legatum debiti factum à debitore creditori, licèt ei non afferat aliquod commodum pecuniarium, valet.*
5 *Legatum factum à debitore creditori de eo,quod ſibi debet ex diſpoſitione ſtatuti,quando valeat.*
6 *Ius commune continetur appellatione ſtatuti.*
7 *Argumentum procedit de perſonis ad locum.*
8 *Debitor in diem, vel ſub conditione ſi legat ſimpliciter debitum creditori,legatum non intelligitur ſecundum naturam debiti.*
*Legatum debiti non cenſetur acceſſorium ad debitum principale.*
*Actio ex teſtamento non accedit alteri acceſſoriè.*
9 *Qualitas,quæ vitiat, in dubio non intelligitur repetita in actu ſequenti.*
*Clauſula in fine poſita, non refertur ad capitula, quę ex tali relatione fierent inutilia.*
10 *Debitum ex ſtipulatu ſi legatur à debitore, legatum valet, ſi eſt purū, & vide etiam infra nume.18.quando non valeat.*
11 *Legatum debiti puri non afferens vtilitatem creditori,non valet.*
*Statutum, quòd de legato debeat ſolui certa gabella, non habet locum in legato debiti facto creditori quando eſt purum.*
12 *Caſus, in quo multiplicatio actionum non affert intereſſe conſiderabile.*
13 *Intereſſe longioris vitæ actionis non eſt conſiderabile,licèt videatur magna vtilitas, & vide nu.15.*
14 *Legatum factum à debitore creditori, non eſt omnino inualidum, quia inducit recognitionem debiti.*
*Prætoris remedia regulariter ſunt annalia, & nu.17.*
16 *Tex.in l. ſi pater qui caſtrenſe.§.1.in fin. ſupra ſi quis omiſſa cauſa teſta.qualiter intelligatur.*
17 *Lex debet intelligi,vt loquatur ſecundum regulas, & non ſecundum caſus ſpeciales.*
18 *Legatum factum creditori actione ſtricti iuris, an propter actionem ex teſtamento,quæ habet naturam bonæ fidei,valeat.*
19 *Legatum factum creditori de debito ex contractu non habente hypothecam,an valeat,vt cauſet tacitam hypothecam, vbi quod non.*
*Tacita hypotheca,quæ cauſatur actione legati,accedit legato.*
*Tacita hypotheca pro legatis erat etiam de iure fforum.*

### LEX XXVIII.

SI creditori. Si debitor legat creditori de
bitum, tunc demum valet
legatum, ſi aliquid emolumentum contineat vltra
debitum.hoc dicit.vel ſic. Debitor tutus exceptio-
ne,vel obligatus tātum honoraria actione, vel in diem,aut ſub
modo, vel ſub conditione,ſi legat debitū ſimplicite,valet pro-
pter commodum,quod affert,aliàs ſecus.hoc dicit& quatuor
habet dicta.Secundum ibi, ꝙ honoraria. Tertium ibi. Marcel-
lus.Quartum in l.ſeq.&c.¶Not.1.ex text.ibi, id quod ei debeo.
1 ꝙ legatum † factū à debitore creditori valet non epreſſa quan
titate debiti,quādo debitor habebat exceptionem, quia talem
exceptionem intelligitur remittere. & licèt Barto. Bald. Angel.
Sal.& Flo.cum violentia reſtringant iſtum tex.quando legatur
debitum expreſſa certa quantitate, aliàs ſi ſimpliciter relique-
rit illud, quod debet, non valeret, per l. legaui.ad fi.ver.contra
autem ff.de libe.leg.nec tunc intelligeretur remiſſa exceptio.l.ſi
prior.cum gloſſ.ff.ſol.mat.dic,ꝙ l.legaui. loquitur quando nul-
lum præcedebat debitum, ad quod poſſit fieri relatio. hic autē
præcedit debitum, & ad illud intelligitur teſtator ſe retuliſſe,
quamuis poſſet exceptione elidi.præſertim cùm vnum tātum
debitum præcederet quamuis ineſſicax, quia eſt perinde ac ſi
illud expreſſiſſet,text.& in l.quibus diebus.§.dominus.& ibi Bal.
not.ff.de condi.& demonſtr.& l.2.ff.de libe.& poſthu.quia non
eſt veriſimile, teſtatorem velle facere diſpoſitionem inutilem.
l.Titia cum teſtamento.& l.Meuius.in princip.infra titu.1.quæ
cauſæ ceſſant in d.l.ſi prior.præſertim,q̃a ibi actus non eſt inuti-
lis, quamuis exceptio non intelligatur remiſſa, prout eſſet hic.
Ita tenent Ray.Imol.& alij Moder.& bene hic.Raph.Cuma.&
Paul.de Caſt.in d.l.ſi prior.facit bonus text.in l. ſi deportati ſer-
2 uo.§.fin.infra de leg.3.¶†Secundò pondera text.ibi,tutus exce-
ptione.& amplia, vt procedat etiā ſi debitor plures habeat ex-
ceptiones, quia legando ſimpliciter illud, quod debet, videtur
omnes exceptiones remittere,ſecundū Dyn.Albe.de Roſ.Nic.
de Neap.Flo.& d.Alexan.hic. per glo. notabilem in l.1.§.ſed vi-
dendum.in verb.ſuccedat.ff.de ſucceſ.edict. & illam gloſſ. alibi
reputat ſingularem Paul.de Caſt.in l.1.in vlt.colum. C.qui ad-
mit.& in l.3.in fin.C.de iuris,& fact.igno.facit tex.in l.ſi quis de-
legauerit, in verbo nulla. ff. de nouatio. facit etiam,quod vult
gloſſ.not.in l.ſi quis §.pleriſque. in verbo oportet. ff. de interro-
3 gatio.actio.quæ dicit, ꝙ † confeſſio indefinitè prolata in omni-
bus præiudicat. ¶Tertiò not. in verſicu.id quod honoraria.ꝙ
valet legatum debiti factum à debitore creditori, quamuis nō
afferat ei aliquod commodum pecuniarium, ſed aliud com-
modum, ſed tamen propter iſtud commodum non poſſet gra
uari aliquo onere.ita declarat glo.in d.l.ſi deportati ſeruo.§.fin.
quam alleg Bald.Raph.& alij Moder.hic.Quartò per eundem
4 text.in verſicu. id quod honoraria.infert Angel.hic, † ꝙ ſi illud,
quod debet ex diſpoſitione ſtatuti, legetur à debitore, valet le-
gatum,quia incipit deberi ex alia cēſura iuris ſcilicet commu-
nis.quod dictum indubitanter procederet in ſtatuto Marchio-
nis, Comitis, vel Ducis, cùm cenſeatur ius prætorium, vt per
Barto.in l.5.in princip.ȷ.de verbo.obl.cum ſuis concor.Repro-
5 bat in alijs Imol. † quia ſtatutum non recognoſcentis ſuperio-
rem dicitur eſſe ius ciuile. l. omnes populi.ff.de iuſti. & iu.§.ius
autem ciuile.Inſti.de iur.na.gen.& ciui. ergo legatum non inci
6 pit deberi ex noua cenſura iuris. † Confirmatur, quia appella-
tione ſtatuti comprehendit etiam ius commune.c. ſtatutum,
in princ.& ibi Gemi.ad hoc not.de reſcr.in 6.De quo tamen vl
timo dic vt plenè dixi in d.l.omnes populi. Sed Paul. de Caſtr.
& latius

& latius Alex. hic tenent cum Angel. Mouetur Alexan. quia statutum extra territorium statuentium nõ operatur ita sicut ius commune. l. fin. ff. de iurisd. omn. iudi. cap. 1. de constit. in 6. not.
7 in l. 1. C. de sum. Trin. ¶† Tu confirma arguendo de personis ad
a locum, ª quod argumentum est validum. l. 1. §. Ofilius. iuncta. l. 2. in verbo eadem. ff. ne quis eum qui. Tunc sic, legatum factũ à debitore creditori valet, quãdo inducitur obligatio plurium personarum. vnde si lego Titio fundum, & grauo vt ille reddat Sempronio creditori, si tale grauamen est iniunctum contemplatione creditoris, valet tale legatum, eo quia affert commodum, vt creditor habeat plures debitores, scilicet hæredem, & legatarium, vt probatur in l. si cui legetur. §. si Titio. iuncta gloss. in verbo non valet. in princip. ȷ̃. eod. Ergo ita in proposito, cùm ad debitum statuti addatur per legatum obligatio ad loca extra territorium, ergo hoc respectu debet valere legatum. sed caue, quia per hoc, ꝙ creditor virtute legati incipiat habere hypothecam in bonis debitoris, quam ante non habebat, non pro-
* pterea sustinetur legatum, vt tenent *communiter Docto.* hic contra Barto. & latius. ȷ̃. ponam, & tamen ratione hypothecæ poterit creditor habere regressum contra quamcunque personam, ad quam bona peruenerint. l. si fundus. §. si in vẽditatione. ff. de
8 pign. ergo &c. ¶† Quintò not. in ver. Marcellus. ꝙ si aliquis sit debitor in diem, vel sub conditione, & legat simpliciter debitum, ꝙ tale legatum non intelligitur secundum naturam debiti præcedentis. Ex quo correlariè not. ꝙ legatum non censetur accessorium ad debitum principale, sed censetur æquè principale de per se, quia si censeretur accessorium, sequeretur naturam, & qualitates sui principalis, vt in regula accessorium, & sic secundò correlariè pondera hic text. esse pro eo, quod dicunt Bart. & Docto. super glo. 2. dum dicunt, ꝙ hic actio ex testamento nõ accedit alteri accessoriè, sed æquè principaliter. Tamen potes dicere, ꝙ hic legatum non intelligitur secundum naturam, & qualitates debiti, quia sic esset inutile, quia non afferret emolumentum, vnde interpretatio debet fieri vt actus valeat, & non pereat. l. quoties. cum simil. ff. de reb. dub. Et si diceretur, ꝙ imò debitor intelligatur legare debitum cum illa qualitate, cũ qua ipse debebat, & sic dies vel conditio debet intelligi repetita in legato simpliciter facto. l. si Stichum. §. 1. ff. de nouatio. & l. qui sic. ff. de verbor. obl. Respondet Bart. in d. l. si Stichum. §. 1. ꝙ iste text. debet intelligi, & similes quando legatum fuit factum sub expressione certæ quantitatis, puta centum, quę tibi debeo, tũc dies, vel conditio non intelligitur repetita, vt l. Nesennius. cum glo. ff. de re iudi. & l. si prior. cum glo. ff. solu. matr. secus si simpliciter legarem rem, quam debeo, tunc dies, vel conditio debiti intelligitur repetita, vt ibi. Sed certè, ꝙ in hoc tex. fuerit expressa quantitas, reprobaui in primo not. supra, imo in isto vers. Marcellus. text. clarè sonat, ꝙ legatum fuerit factum sub expressione rei, quæ debetur vnde quantum ad istum text. responde melius vt dixi, ꝙ in hoc text. non intelligitur secundum naturam, & qualitatem debiti præcedentis, cùm non afferat aliquam vtilitatem, vnde vt legatum valeat, necessariò intelligitur ꝙ sit pu-
9 rum, & non qualificatum, vt erat primum debitum. † Confirmatur, quia qualitas, quæ vitiat, in dubio non intelligitur repetita in sequenti actu. l. si quis à filio. in princip. & ibi glo. ȷ̃. eod. & l. Titia. §. 1. ff. de verbo. oblig. Similiter clausula in fine posita nõ refertur ad illa capitula, quæ ex tali relatione fierent inutilia. l. cum vulgari. ȷ̃. de dot. præleg. & l. talis scriptura. ver. 1. & ibi Bar.
10 in duobus locis. ȷ̃. eod. ¶† Sextò not. ex eod. versicu. Marcellus. iuncta. l. sequen. ꝙ debitum ex stipulatu, & sic actione stricti iuris legatum à debitore ita demum valet, si non sit purum, si autem est purum, legatum nihil valet, vt in l. seq. sinautem. Et sic pondera hic esse text. formalem pro eo, quod quærit Bar. infra
11 in 2. quæst. extra glo. vbi dicetur. ¶† Septimò not. in l. sinautem. ꝙ legatum debiti puri non afferens vtilitatem creditori, non valet, neque tenet: hinc dicunt Bald. & Ang. in l. si seruo, per illum text. ff. de hæredi. insti. ꝙ si ex forma statuti pro legato debeat solui certa gabella, tale statutum non habet locum in legato debito facto creditori, quãdo est purum. Idem tenet Bar.
12 in l. 1. per illum text. C. de impo. lucra. descrip. lib. 10. ¶† Octauò pondera tu in ista. l. sinautem. ꝙ licèt intersit nostra habere plura remedia, & sic plures actiones. l. cùm filius. §. varijs. infra titu. 1. l. 1. cum sim. C. communia de leg. hic est text. not. ꝙ multiplicatio actionum, & sic remediorum non affert interesse considerabile in proposito, vt legatum debiti puri factum creditori valeat, licèt ex hoc legato habeat actionem ex testamento, & alias quas prius non habebat. ¶ Capio glo. in verbo honoraria. quam diuide in 4. partes. In prima timore contrarij. l. seq. sinautem. ponit primum intellectum ad text. In 2. contra illum intellectum opponit & soluit. In 3. ponit secundum intellectum. In 4. remouet aliud contrarium. Secunda ibi, sed tũc est argumentum contra. Tertia ibi, vel pone in prætoria. Quarta ibi, item ꝙ dicit pro honoraria. In ead. glo. ibi, & est tunc ratio. Istum pri-
* mum intellectum reprobant Barto. *& communiter Docto.* † quia
13 istud interesse longioris vitæ actionis non est cõsiderabile, per text. in l. pater qui castrense. §. 1. in fin. ff. de castren. pecu. sed Pet. de Bellaper. & Are. hic tenẽt istum primum intellectũ, & Imol. in l Meuius in prin. infra titu. 1. vbi reputat hunc tex. secundum hunc primum intellectum non esse alibi in iure. & certè videtur magna vtilitas, ꝙ debitor, qui prius tenebatur actione prætoria temporali, nunc per legatum incipiat teneri actione ciuili, quæ est perpetua. nam versatur magnũ interesse ratione præscriptionis, vt est gloss. not. in l. si tibi mandauero. §. interdum. ff.
14 manda. sicut alibi dicit Bal. in l. 1. in antepe. colum. C. de fur. † ꝙ legatum factum à debitore creditori nõ est omnino inualidũ, quia inducit recognitionem debiti, & sic interrumpit præscriptionem. l. cùm notissimi. §. sed & si quis. C. de præscrip. 30. ann. Et si diceretur, quòd sit diuinare ad hunc text. quod hic actio prætoria esset temporalis. Respondetur, quòd regulariter remedia prætoria sunt annalia, quia tanto tempore durabat eorum officium. Insti. de perpe. & temp. act. in princip. & l. in ho-
15 norarijs. versic. sed cum rescissa. ff. de act. & oblig. ¶† Nec obst. fundamentum Barto. & Docto. quòd interesse lõgioris, vel breuioris vitæ actionis non sit considerabile, quia imo est considerabile respectu præscriptionis, vt est gloss. not. in d. l. si tibi mandauero §. interdum. aliàs secundum Aret. leges frustrà induxissent interruptionem præscriptionis. Item perpetuationem in longum tempus. l. fin. C. de præscrip. 30. ann. & l. cùm notissimi. in princip. cum gloss. C. eo. alleg. etiam Are. text. in l. quoties. §. idem si temporali. ff. de administr. tut. vbi actio temporalis deuoluitur in actionem tutelæ perpetuam, ergo propter interesse temporis inducitur actio de nouo, quod interesse si non esset in consideratione, vbi desinit interesse, desinit actio competens. l. qui autem. §. 1. & ibi not. ff. si quis cau. ergo multominus concederetur actio de nouo, per regulam. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui. Tu confirma, quia si interesse longioris, & breuioris vitæ actionis non esset considerabile, frustra fieret differẽtia, quia remedia prætoria, & sic Comitum, Baronum, & Ducum essẽt temporalia, remedia verò ciuilia essent perpetua, vt Institu. de perpe. & tempo. act. in princip. ¶† Item quòd tale interesse prolixioris vitæ actionis sit considerabile, adde text. in l. nam, & postea. §. si is qui. ff. de iureiuran. Item est text. in hac. l. vbi illud, q̃d debebatur de iure pretorio, potest legari, vt debeatur de iure ciuili, quod non potest esse ex alio nisi ratione interesse longioris vitæ actionis. Et propterea ipse Barto. in l. diuortio. versicu. cæterum. de nego. gest. ponderans etiam ibi gloss. quòd non attendatur interesse, quòd actio sit longioris vitæ, dicit in contra-
16 rium esse text. in hac l. & non † respondet ad text. in d. l. si pater qui castrense. §. 1. in fin. allegatum per Barto. vbi quando non est peculium soluendo, si pater omittit venire ex testamento filij, & occupat ab intest. peculiũ, quamuis ex hoc sit obligatus breuiori tempore, tamen istud interesse non attenditur, nec dicitur pars debiti, aut aliquid dolo fieri. Respondet Are. quòd illud ideo ibi est, quia etiam si longiori tempore esset obligatus, obligatio non poterat habere effectum, quia peculiũ non erat soluendo, ergo si ex longiori vita actionis, & obligationis posset sequi effectus, & vtilitas, tunc tale interesse consideraretur. Istud clarè patet in versicu. preceden. illius text. vbi si peculium est soluendo, pater qui occupat ab intest. peculium, & omittit ex testamento, tũc tenetur perpetuò ad legata, sicut si esset obligatus de iure ciuili ex aditione, & sic non solùm tenetur præstare legata sicut si adiuisset, sed etiam tenetur ea præstare perpetuò, ergo tunc perpetuitas obligationis est in consideratione vt interesse Isto modo ille text. retorqueretur contra Barto. tamen gloss. ibi dicit, quòd tunc tenetur perpetuò, si intra annum filiusfam. decedat, si autem post, tunc habet locum versicu. fin. Adde, quòd istum intellectum reprobat ipsemet Are. in l. qui bis idem. ff. de verbor. oblig. & in d. l. pater, qui castrense. in fin. intellexit, quòd hoc lucrum temporis prolixioris respiceret legata, sed posteà diligentius considerando illum text. vidit, quòd iste intellectus non est bonus, & quòd sensus illius literæ est, ꝙ si actio fieret ibi lõgior, hæres diceretur habere compendium, & sic lucrari ex tempore, & hoc respectu creditorum, quia ibi si adiret ex testamento, teneretur creditoribus in perpetuum, nunc non tenebitur nisi infra annum occupando iure peculij, & hoc posset esse sibi valde vtile, quia post lapsum anni bona peculij remanerent apud ipsum sine onere. Vnde aliter respondet ibi ipse Are. secundum Angel. ibi, quod in illo text. non habetur ratio prolixioris vitæ actionis quo ad titulum. ff. si quis omis.

ADDITIO.

a ¶ De personis ad locum. Adde Bald. in l. precib. C. de impe. & alijs substit.

omiſ.cauſ.teſt.& ſic vt hæres incidat in illud edictum, quia iſte
titulus non grauat omittentem ex teſtamento ad præſtandum
legata,niſi quãdo lucrum facit ex bonis teſtatoris, vt l.1. & per
totum.ff.ſi quis omiſ.cauſ.teſtamenti. ſed lucrũ, quod facit pa-
ter in tẽpore,non venit immediatè ex bonis defuncti,ideo pœ-
na illius edicti locum nõ habet, licèt mediatè propter tempus
deueniatur ad lucrum, cùm lapſo tempore bona remaneant
apud partem ſine onere, & ſic ibi non conſideratur intereſſe
breuioris,vel longioris vitæ actionis ſimpliciter, ſed limitatiuè
reſpectu edicti ſi quis omiſ.cauſ.teſta. ¶Tu aduerte, quòd Are.
eſt ſibi de directò cõtrarius,dum reprobando intellectum, quẽ
hic dedit ad l.pater,qui caſtrenſe.§.1. in fi. intelligit ibi loqui re-
ſpectu creditorum,non autem reſpectu legatorum,prout dice
bat hic.& tamen poſteà reſpondet ſecundum Angel.quòd ille
text. loquitur habito reſpectu ad titulum. ff. ſi quis omiſ. cauſ.
teſta. & tamen ille titulus loquitur ſolùm reſpectu legatorum,
& non creditorum.l.1.§.antepe.& pe.& per totũ.ff.ſi quis omiſ.
cauſ.teſta.Item propter hanc differẽtiam reſpectu legatorum,
vel creditorum non debuit reprehendi intellectus hic datus, &
ſic poteſt defendi primus intellectus glo. communiter tamen,
vt dixi,tenent Docto.cum Barto.quòd intereſſe prolixioris,vel
breuioris vitæ actionis non ſit conſiderabile, prout etiam tenet
Barto.in l.& ſi poſt tres.in vltim.colum. ff. ſi quis cautio. vt de-
clarat per inductionem de.d.l.pater,qui caſtrenſe.§.1.in fi.idem
tenet glo.in d.l.diuortio.in ver.cæterum.& ibi Bart.ad hoc not.
ff.de neg.geſt.¶In ead.gloſſ.ibi, vel pone in prætoria perpetua.
* iſtum ſecundum intellectum approbant Barto. *& communiter Docto.*Sed tu aduerte primò,ꝙ iſte tex.loquatur de actione præ
toria perpetua, eſt diuinare, cùm regulariter remedia prætoria
17 ſint temporalia, vt dixi ſupra, † & lex in dubio debet intelligi,
vt loquatur ſecundum regulas,& non ſecundum caſus ſpecia-
les.l.ſuus quoque.verſi.puto.ff.de hære.inſti.cap.ad decimas. de
reſti.ſpol.in 6.Sed ad hoc potes reſpondere,ꝙ ſecundum iſtum
ſecundum intellectum non videtur referre vtrum actio præto
ria eſſet perpetua,vel temporalis,quia ſecundum iſtum intelle
ctum vis non ſtat in commodo temporis actionis. ¶Secundò
contra iſtum intellectum facit, quia iſta videtur modica vtili-
tas,ꝙ ille qui ſolùm tenebatur actione prætoria ex hoc ſolo, ꝙ
virtute legati nunc incipiat teneri actione ciuili, ꝙ per hoc lega
tum valeat, ex quo enim prima actio prætoria erat perpetua,
& erat efficax ad agendum, addere aliam actionem ciuilẽ non
videtur ſufficere,vt legatum valeat, aliàs ſemper legatum vale
ret, quia vltrà primam actionem ſemper additur alia actio ex
teſtamento,vt dixi in text.in vltimo not.¶Tertiò vt dixit Are.
per hoc, ꝙ ex alia parte iuris ciuilis,& ſic ex diuerſa ſpecie iuris
oriatur noua actio,ſi non adeſt aliud emolumentum, non tol
litur ſuperfluitas,text.eſt formalis in l.1.§.dixerit aliquis.ff.de pu
bli.& vectig. ¶Quartò quomodo ex tam modico intereſſe de-
bet valere legatum debiti,ſi per hoc,ꝙ primæ actioni ſtricti iu-
ris addatur nunc actio bonæ fidei, quæ plures vtilitates conti-
net,tamen legatum non valet?Item nec ratione hypothecæ,vt
de vtroque dicam.j.extra glo.& iſtum ſecundum intellectum
etiam reprobat Salyc. hic. vnde plus placet intellectus primus,
18 quem dat glo.¶†Extra glo.quærit Bart.ſi creditori actione ſtri-
cti iuris fiat legatum,an propter actionem ex teſtamento, quæ
habet naturam bonæ fidei,valeat legatum? tenet ꝙ nõ.& cum
eo cæteri tranſeunt, per l. Aurelius.§.fin.ff.de libe. leg. & illum
text.reputat ad hoc Imol.eſſe ſingularem. ¶Tu adde, quòd de
hoc eſt text.hic in ver.Marcellus.iuncta.l.ſeq. Adde etiam, ꝙ
contrarium tenet glo.ordinaria in l.ſi cui.§.ſi Titio. in verbo nõ
valet.j.eod.Contrarium etiam tenet Ioan.Fab.in §.ex cõtrario.
Inſtit. eod. vbi dicit ſe plus tenere,quòd vbicunque legatur id,
quod debebatur actione ſtricti iuris, valet ſemper legatum, qa
ſemper eſt plus in re propter vſuras,quæ currunt in actione ex
teſtamento,quæ non currunt in actione ſtricti iuris.l.non eſt.&
l.in minorum. C. in quibus cauſ. in integ. reſtitu.non eſt neceſ.
Sed tene opin.Barto.per iura.ſ.allegata.& ad rationem Io.Fab.
19 reſponde,vt hic per Bar.¶Secundò quærit Barto. † an ſi fiat le
gatum creditori de debito ex contractu non habente hypothe
cam,an valeat,vt cauſet tacitã hypothecam? & tenet quòd ſic
per generalitatem.l.ſi debitor.in verſic. ſi nihil intereſt.ff.de libe.
lega.vbi probatur à contrario,quòd ſemper valeat legatũ debi
ti,ſi pater per hoc intereſſe creditoris.idem ſimpliciter tenet Io.
Fab.in d.§.ex contrario.& Bald.hic.Tu tene contrarium, prout
tenet gloſſ. ordi. in d. §. ex contrario. quam ſequuntur Angel.
Imol.& omnes Moder.hic,Bal.& Imol.in l.Meuius. in princip.
infra titu.1.Mouetur Angel.quia tacita hypotheca,quæ cauſa-
tur actione legati, accedit legato. vnde ſi legatum eſt nullum,
actio ex teſtamento, quæ eſt principalis,non oritur, ergo non
debet poſſe oriri hypotheca, quæ eſt acceſſoria.l.fideiuſſor ob-
ligari.§.1. ff. de fideiuſ. cùm vitiato expreſſo vitietur tacitum.l.
fic.deleg.¶Contra iſtam cōclu. Bar. fortiter ſtringit tex.in l.cū
quædam puella.in prin.ff.de iuriſd.omn.iudi. vbi iuriſdictio di
citur præoccupari per lit. conteſta. aut per ſententiam , prout
etiam

## ADDITIO.

a ¶Citationem.Adde,quòd per citationem inualidam præuentio,ſiue iuriſdi-
ctionis præoccupatio non inducitur,ſecundum Io.And.& alios in c. cū plu-
res.de offic.deleg.Abb.in 5.no.Marian.in 4.in c.propoſuiſti.de foro compe.
aliàs enim fieret,vt per eos ibi.Quibus adde Bal.i.hic, Lanfran. conclu. 71.
tex.in l.ſi quis poſtea.ff.de iudi.& in l.incola.ff.ad municipa. in qua præuen-
tione nedum dies conſideratur,ſed etiam hora,teſte Affl. deciſ.387.num.6.
quamuis ipſe ibi vigore ſtatuti aliter ſentiat. MASVER.

etiam ibi dicunt Bar.& Ang. ergo non videtur sufficere cita-
tio. Rapha.Fulg. Pau.de Castr.& Alex.ibi respondent, & dicũt,
ꝙ ille tex.debet suppleri per alia iura,quæ volunt prçuentionẽ
fieri per solam citationem.d.l.si quis posteaquam. & d. c. pro-
posuisti.sed ista solu.non videtur posse stare, & destruit illum
tex.nam cùm tex.ibi dicat, post susceptam cognitionem, vel
post latam sententiam, si sola citatio sufficeret, ille text. esset
de indubitabili,imò esset superfluus.Aret.hic aliter respondet,
ꝙ ibi est speciale in casu illo,quia mulier transfert domicilium
quodammodo ex necessitate,& ex causa fauorabili. l. propter
matrimonium. Ego ibidem respondebam alio modo magis
colorato,ꝙ licèt aliàs sola citatio inducat præoccupationem
iurisdictionis,& impediat ne mutatio fori eximat à iurisdictio
ne iudicis præuenientis.d. l. si quis posteaquàm. tamen ibi so-
25 la citatio non sufficit, † sed requiritur lit. contesta.eo quia ta-
lis mutatio fori per viam matrimonij est potentior alijs. patet,
quia licèt aliàs domicilium originis mutari nõ possit.l.Senato-
res.ff.de sena.tamen per viam matrimonij bene potest mutari,
quia est potentior mutatio.gl.in l.origine. C. de munic. & ori.
lib.10.Bar.Bal.& alij in d.l. cùm quædam puella. & hoc modo
per illum tex.limitabitur no.d.l.si quis posteaquàm.& d.c.pro-
posuisti. Sed neutra ex istis solutionibus placet propter versic.
finalem in d.l.cùm quædam puella.ibi, quod generaliter in hu
iusmodi causis obseruan. est: ergo non specialiter in causa ma
trimonij. Vnde necessariò ille tex.erit supplendus per alia iura.
Retenta ergo conclusione Bar. quæ est vera, ꝙ præoccupatio
iurisdictionis fiat per solam citationem, eam limita in iurisdi-
ctione contentiosa, sed in voluntaria inducitur præoccupatio
per solam interpellationem iudicis.text.est in l.1.ff.de offi.con
su. ¶Secundò limita no.ꝙ præoccupatio iurisdictionis per ci-
tationem non habet locum, quando ille, qui habet eandem
potestatem,est impeditus, vel eius officium vacat.text.est quẽ
Bartol. ibi ad hoc ponderat, & reputat tenendum menti in l.si
maritus 2.in princip.ff.de adult.& sequitur simpliciter Are.hic.
Tu adde,quòd Lud.Rom.in sing.162.dicit,quòd ille text. fecit
Bartol.vehementer errare,quia licèt text.ibi dicat, quòd mari-
tus, & pater habent equale ius, intelligitur in genere, non in
specie.patet,quia si concurrerent,præferretur maritus,etiam si
inæquale ius haberet l. 2. §. fin. cum l.sequen.ff. de adult & ita
etiam Bartol.reprobat Raphael.Cuman. in d.l.si maritus.Item
contra Bartol. ibi facit text. in l. 1. ff. de offic. consul.per quem
Angel.in d.l.si. maritus. tenet contra Bart. Sed ad illum potest
responderi, quòd loquitur in voluntaria iurisdictione, vt præ-
dixi. Tertiò intellige Bartol. in præoccupatione iurisdictionis,
prout Bartol.loquitur,secus in prçoccupatione alterius officij,
puta procuratoris, quia ibi requiritur lit. contest.l. pluribus. s.
de procur.& cap.si duo.cum glo.eod. tit. in 6. Ratio diuersita-
tis est ex mente Imol.quia officium procuratoris est difforme,
26 & variatur ex processu litis,& sic per lit.contesta. † Nam cùm
procurator efficiatur dominus lit. contesta. non potest posteà
sine causa per dominum reuocari.l.post litem. & l. ante lit. de
procur. ideo attenditur tempus litis contest. quo efficitur for-
tius, & efficacius: sed iurisdictio iudicis est vniformis, & ante,
a & post lit. contest. patet,quia iudex delegatus potest reuocari
ante,& post litem contestatam. l. iudicium soluitur. ff. de iud.
ideo cùm non habeatur respectus ad lit.contesta. sola præsen-
tatio sufficit ad præoccupationem iurisdictionis, vt dixi. Duas
alias limitationes ad l. si quis posteaquàm, & sic ad conclusio-
nem Bart.ponit glo.in l.qui autem.in princip.& ibi Modern. ff.
si quis caut.ibi dixi aliam limitationem, quando talis præoccu-
patio esset procurata, & affectata ad malum finem, ponunt
Angel.& Imol. in l. si seruus plurium. §. si quis ante.infra eod.
27 ¶† Quintò adde inquantum Bartol.vult,quòd ideo in casu.l.
is a quo.ff.de rei vend.& l.penul.ff. de petit. hæredit. requiratur
sententia ad præoccupationem, quoniam illæ causæ non pos-
sunt esse simul veræ, quia duo non possunt esse domini, vel
hæredes insolidum.nam prout etiam dicit Aret.incompatibili-
tas causarum non videtur concludenter impedire præoccu-
pationem mediante lit.contestatione, cùm præoccupatio non
causetur ex præsumptione iustitiæ agentis, sed maiori diligen-
tia,quæ debet sibi prodesse.l.pupillus.ff.de his, quæ in frau. cre-
ditor. præsertim cùm in dictis iuribus præoccupatio sit mino-
ris præiudicij propter cautionem, quæ præstatur restituenti
28 possessionem,quod non est in alijs iuribus. ¶† Sextò adde in-
quantum Bartol.tenet, quòd quando causæ possunt esse simul
veræ, & habuerunt originem eodem tempore, quòd tunc
præoccupatio inducitur per litis contestationem, vt hic, & l.
ex duobus 2.ff.de duobus reis.& l.fideicommissa.§. plerunque.
j.tit.2.In contrarium facit text.not.in capit. duob. de rescrip. in
6.vbi duo habebant ius eodem tempore ad idem beneficium,
ibi tamen inducitur præoccupatio per solam præsentationem
literarum. Nam dicit ibi tex. quòd ex quo in gratia sunt equa-
les,qui primò præsentauit rescriptum,erit potior in præbenda.
Ad illum text.respondet Petr. de Ancha.in repe. dicto capitu.
postulasti.in 6.quæstio de for. compet.quòd ibi ius,& substan-
tia debiti erat in pendenti, ideo facilius inducitur præoccupa-
tio, sed in duobus correis in persona vtriusque à princ. est fun-
datum ius insolidum. Tu autem responde ad illum text. al-
tero de duobus mod. Primò, quòd ibi illæ causæ non sunt in-
ter se cõpatibiles, imò se impediunt per concursum. Secundò
responde, quòd quando illæ causæ ibi essent compatibiles, ꝙ
Bartol. hic clarè loquitur, quando plures ante habebant ius
agendi, quo casu per litis cotesta. præoccupatur ius exigendi,
vt dicit Bar. quod non est ibi, & hoc etiam voluit dicere Petr.
de Anch.& sic etiam est in plurib. delegatis, quando nondum
est fundata iurisdictio, inducitur præuentio, & præoccupatio
per solam præsentationem literarum.cap.vt debitus.de appel.
29 ¶† Septimò inquantum Bartol. tenet per l. in operis. ff. loc.ꝙ
quando plures causæ competunt ad idem, sed origine non
sunt æquales in tempore, quòd ille dicitur præoccupasse, qui
prius habet ius petendi, & sic qui prior est in tempore, potior
est in iure.l.quoties vtriusque.ff.de regul.iur.facit, quod alibi di
cit Bald.in l. si plures. in 1. colum. C. de condi.inser.quòd qui
habet primum esse,habet primum frui. Sed Bartol. sic genera-
liter loquendo non bene dixit. nam prout dicit idem Bartol.
post gl.in d.l.in operis. ibi est singulare, quando in obligatione
est factum cohærens personæ, quòd ille præferatur, cui prius
est promissum, alias non inspicitur prioritas temporis etiam
in priuilegijs competentibus in actionibus personalibus, vt l.
priuilegia,& ibi gl.no.ff.de priuileg. credit. ita etiam dicit Bart.
in l.in operis. reputans not. & perpetuò menti tenendum, ita
30 etiam tenet Bald.in l.2.ad fin. C.de leg. vbi dicit, † quod in fa-
ctis mechanicorum, seu operariorum eorum merces contra
conductorem est priuilegiata in tempore. per d.l. in operis, ꝙ
est no.dignum secundum eum. Alibi per illam l. in operis. di-
cit Bal.in l.emptorem.in 2.col.C.loc. ꝙ secundus colonus te-
netur stare priori,quia potior est conductio,quæ tempus prç-
occupauit,& ita etiam tenet Are.hic.¶In eadem gl.ibi,& not.
quòd hic dicit Ioan.Pro clara intelligentia huius difficultatis,
31 punctus est videre pro intellectu huius tex.†quando duob. le-
gatur res separatim,hoc acto, ꝙ quilibet habeat solidũ, apud
quem sit dominium,vel obligatio.In glo. referuntur duæ opi.
Ioan. primam reprobant Bar.Sali.& Flo. quia sine actione ne-
mo potest agere,& sic litem contestari.l.quoties.§.item si tem
porali.ff.de admini tut.& l.si pupilli.§.videamus.ff.de neg.gest.
cuius contrarium dicit hic tex.Sed saluari potest opi.ista secũ
dum Ang.Imo.Raph. & Mod. quia quando ex contestatione
speratur nasci actio,permittitur agi de facto. l. si Lucius. infra
de verb.oblig.¶Tu aduerte,ꝙ licèt Bar. reprobet istam primã
opi.Ioan.ꝙ dominium sit apud nullum ex legatarijs,tamẽ po
steà Bar.met,qui videtur sibi cõtrarius,istud infra firmat,ꝙ do-
minium nullius sit ex legatarijs,nec in partem, nec in totum
secundum opi.Ioan.similiter reprobant Bart.Salic.& Flo.quia
hæres non posset alteri solidum soluere,si pro parte esset factũ
alterius,quia eo inuito non posset auferri dominium,quod est
contra l.Titiæ textores.§.fin.j.eo.& l.si res mihi.j.tit. 2. Sed ad
hoc respondent Oldr.Rayn.Bal.Imo.& Raph. ꝙ istud proce-
dit in dominio puro,& irreuocabili, sed hic pro parte quæsitũ
est dominium,sed reuocabiliter,& sic sub conditione suspen-
siua,si præuenerit legatarium litem contestando.facit l. si quis
ita hæreditatem,cum glo.ff.de condi.indeb. Bar. cum quo alij
tenent,præsertim Flo.Rapha.Cuman.Pau.de Cast.& Are.con
cludit,ꝙ dominium nullius sit ex legatarijs,nec in partem,nec
in totum,sed sit hæredis,qui potest in alterum eorum transfer
* re insolidum.Pro ista conclu.Bar.*& communi alleg.* Are.tex.quẽ
ad hoc reputat sing.in l.vnica.§.si verò non omnes.in ver. soli-
da eius sit.C.de cadu.tollen.& ibi Ang.in specie ad hoc ponde
rat ad ea,quæ hic dicuntur,vbi quando eadem res legat̃ duo-
bus,& sic faciunt sibi partes per concursum,non transit domi
nium recta via in vnumquemque pro parte, nec insolidũ, sed
dominium insolidum transit in eum,qui primò occupauit,li-
cèt alij postea venientes auferant partes ab eo. Sed dic, ꝙ ille
tex.de facili potest euadi, quia ibi legatarij non veniunt simul
per concursum,vt ibi dicit clarè litera. Hic vtrique erat insoli-
dum factum legatum,vt patet in illo tex.in ver.prima facie. iũ
cto ver.præcedenti.Sed pro conclusione Bart. & communi tu
32 adde bonum fundamentum.†nam quando aliquid est in ob-
ligatione,sed est incertum,quid futurum sit in solutione, do-
minium

ADDITIO.

a ¶Iudex delegatus.Adde Doc.in l.& quia. ff.de iurisd.omn.iud.

minium non transfertur,prout dixi in l. non amplius. §. cùm bonorum.ſecundum Dom.Alex.& Are.ibi. ſupra eod. ſed hic eſt incertitudo ſolutionis,vt patet in hoc tex.in ver.tunc.n.pretium vni.iuncto ver.ſeq. Quid tenendum in hac difficultate? Licèt Doct.communiter tranſeant cum opi. Bart. certè videtur tenenda.ſecunda opi.Io.quam Bar.& communiter Doct. impugnant,quòd dominium ſit pro parte penes vnumquẽq; ex legatarijs.Pro qua opin.eſt fortis tex. & ineuitabilis in l. 3. ff. de ſerui.leg.& ibi Bar.met in fi.no.& dicit eſſe caſum pro iſta 2.opi glo.& ſic Ioan. Nam ibi in primo caſu illius text.fundus erat legatus duobus inſolidum,licèt ſeparatim, & vni erat legata via,ibi eſt tex. ineuitabilis. quòd ab initio quilibet eſt dominus pro parte,ex quo ſequitur,vt ibi dicit tex. ꝙ legatũ viæ nihil valet,quia ſeruitus pro parte acquiri nõ poteſt,& ad fundamentum Bar.ſupra reſpondi ſecundum Oldra.Barto.Bal.& alios.¶ Non omitto etiam ꝙ Are.in l.2.in 5.col.ff.ſolu. matri-
33 mo.per iſtum tex.fuit in noua & mirabili opin.† quòd quamuis dominium,quod acquiritur mediante traditione,non poſſit acquiri duobus inſolidum.ita loquitur l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculum.ff.commo.cum vulg.Ratio,quia ſicut ipſa traditio rei non poteſt fieri duobus inſolidum.l.3.§.ex contrario.ff.de acquir. poſſeſ. ita nec per traditionem poteſt acquiri dominium duobus inſolidum.l.traditio.in fi.ff. de acquir. rerum domin.cùm deficiat medium traditionis.Tamen cùm dominium acquiritur ipſo iure,& ſic virtute. l. abſque myſterio facti traditionis, tũc poteſt eſſe penes duos dominium inſolidũ, vt dicit eſſe tex.hic in fi vbi ambo legatarij poſſunt agere rei vẽdi.antequam lis conteſtetur ab altero, ergo apud vtrunque eſt dominium inſolidum,aliàs non competeret rei vendi. l. in rẽ. in princip.ff.de rei vendi.vel ſaltem hic quilibet legatariorum poteſt præuenire agendo rei vendi.vt patet in text. ergo quilibet habet dominium inſolidum. Sed iſta oppoſ. non eſt vera per tex.vulgatum in l.quod contra.§.vni duo.ff.de regu.iu.vbi duo non poſſunt eſſe hæredes,& ſic domini inſolidum, & tamen dominium hæreditatis ex diſpoſitione legis acquiritur.l. cùm hæredes.in princip.ff.de acquir. poſſeſ. facit etiam.l.hæreditate.§.pater.ff.de caſtr.pe. ¶ Nec ob. iſte tex.vt clarè patet ex prædictis,& ei in ſpecie dupliciter reſpondetur. Primo, quòd iſte tex.in fi.non loquitur de rei vendi.ſed de actione perſonali ex teſtamento,quæ cuilibet bene competit inſolidum,ſed dominium non,vt declarat hic Barto.Secundò poſito, quòd iſte tex.in fine adhuc loqueretur de rei vendi. adhuc non obſt. Nã ideo permittitur cuilibet vendicatio, eo quia per lit. conteſta. præuenientis ſperatur ei acquiri actio,vt ſuperius dixi.¶ Extra
34 glo.†Bart. ponit practicam & formam libelli in vltima parte huius tex.Adde inquantum Bart. concludit,quod petendo rẽ ſecuta litis conteſt.videtur rem elegiſſe abſque alia electione,ꝑ L.iam dubitari.in fi.ff.de hæred. inſti. ideo præiudicaret ſibi , vt non poſſet poſtea æſtimationem petere.iſtud non videtur bene dictum,cum electio non competat à princ.ſed incipiat cõpetere demum poſt lit.conteſt.vt clarè dicit tex.ibi, electionẽ ſeruandam ei, qui prius litem conteſta. eſt. ergo non videtur verum,quòd petendo rem ſimpliciter videatur eligere, & ſibi præiudicare, cùm incipit competere poſt lit. conteſtat. prout etiam dicit Aret.hic.

SVMMARIVM.

1 *Actus inualidus , & inutilis operatur ademptionem actus validi in his,quæ pendent à mera voluntate vnius.Et limita,vt infra nu.4. & ſeq.vbi ponit ſeptem limitationes.*

2 *Voluntas duorum tantum debet operari in actu dependẽte à voluntate duorum,quantum voluntas vnius in actu dependente à voluntate vnius.*

3 *Delegatus committens vices ſuas non capaci , non amittit eius iuriſdictionem,etiam ſi incapacitas ſuperuenit ex poſt facto.*

4 *Reuocatio actus validi non inducitur per reuocationem actus inualidi tacitam.*

*Limitatio ad.l.ſicut.infra de adim.leg.*

5 *Legatum generale non reuocatur per legatum inutile factum alteri de vna ſpecie in illo comprehenſa.*

6 *Actus validus factus in contractu non tollitur per actum ſequentem inualidum,ſecus in vltimis voluntatibus.*

7 *Teſtamentum non poteſt reuocari ſola voluntate teſtatoris.*

*Teſtamentum primum ſolenne non reuocatur per ſecundum teſtamentum inualidum.*

8 *Ademptio ex ſeipſa inutilis , quando reuocet primum legatum validum .*

9 *Legatum libertatis ſi eſt inualidum,non iuuat legatum poſteà factum.*

10 *Vtile per inutile quando vitietur.*

11 *Coniuncti habentur loco vnius.*

## LEX XXXIIII.

Planè. Translatio legati facta inutiliter in ſecundum,adimit legatum à primo, & coniuncti reſpectu disiunctorum reputantur pro vno.hoc dicit.¶ Not. primo ex hoc text. † ꝙ actus
1 inutilis & inualidus operatur tantum ademptionem actus validi , nam hic licèt actus ſecundus , ex quo primus reuocatur, non valeat,tamen valet ademptio primi legati. Ratio ſecundum Barto.& Docto.eſt,quia quando ſumus in his, quæ pendent ex mera voluntate vnius,merito ſit reuocatio , licèt non transferatur in capacem,& ſic translatio non valeat,vt hic.ſecus in his,quæ non pendent à voluntate vnius. l. nec vtilem.§. ex quib.cau.maio.& l.ſi id quod.ff.de reſcind.vendi. ¶ Tu aduerte,ꝙ licèt cæteri ſic tranſeant,tamen Bar. non videtur bene
2 reſpondere ad d.l.ſi id quod.in princ.,†quia tantum debet operari voluntas duorum in actu dependente à duorum voluntate,quantum voluntas vnius in actu dependente ab vnius voluntate.l.in concedendo.ꝗ.de aqua plu.arcen.Sed cùm in d.l.ſi id quod.in ſecunda venditione conditionali, & ſic imperfecta interuenerit conſenſus vtriuſque re integra, ergo debuit ita reuocari prima venditio.l.1.& 2.cum ſimil. C. quando liceat ab emp.diſcede.ſicut in dependentibus à voluntate vnius per ſecundum actum inualidum factum ab illo ſolo reuocatur primus actus validus,vt hic.Iſtud ſit dictum,vt melius conſideretis.Bar.tamen in l.& ſi transferam.ff.de adim.leg.dicit,ꝙ aliud eſt in contractibus, qui dependent à voluntate duorum. d. l. ſi id quod.in princ.& aliud in vltimis voluntat. ſed iſtud non tollit obiectum,quod fecit.Retenta tamen prędicta ſolut.proue
3 ra,ex ea inferunt Bar.& alij,†ꝙ ſi delegatus alicui ᵃ non capaci
a commiſit vices ſuas,per hoc non amiſit iuriſdictionem , quia non erat in poteſtate ſua eam à ſe abdicare.l.pen.ff.de off.pſid. glo.in c.ſuper quæſtionum.in verſ.totam.de offic.deleg.Adde Bar.in l. qui furere.ff.de ſtatu homin.vbi extendit iſtam deciſionem,nedum quando incapacitas eſſet à princip. tempore cõmiſſionis,ſed etiam quando poſtea ſuperuenerit ex poſt facto, & ſic habes primam limitationem ad iſtius tex.regulam.¶ Secundò limita ſecundum Bar.vt iſte tex.procedat in iure nondum quæſito,ſed quod quæri ſperabatur.ſecus in iure iam efficaciter quæſito,d.l.nec vtilem.& d.l.ſi id quod.in princ.Ratio, quia facilius impeditur aliquid de nouo acquiri,quàm quæſitum tollatur.l.patre furioſo.ff.de his,qui ſunt ſui,vel alien. iur.
4 ¶†Tertiò limita iſtum tex.in reuocatione expreſſa, ſecus in tacita & coniecturata,quæ non inducitur per actum ſecundum inualidum. l. ſi iure. & ibi Barto.in prima oppo.ff.de leg.3.Raph.Pau.de Caſt.& Alexan.hic. nam ſi non valet ſecundum teſtamentum expreſſum,non valet etiam tacitum.l.3.§.fin.ff.de ſer.ruſt.prædio.quicquid dicat glo.in l.fideicommiſſum. C. de fideicom. qđ intellige,niſi illa tacita reſultaret ex actu inter viuos.tex.habes no.& expreſſum in l.legatum ſub conditione.§. pater.ff.de adim.lega.& facit,quod ſtatim infra dicam. Notet iſta communi ſolutione egregiam limitationem. d. l. ſicut. ff. de adim.lega.nam ſi ibi ſecundum legatum non valuiſſet, nõ induceretur ademptio primi,quia tex. ibi dicit,illam eſſe tacitam ademptionem, quod bene no. ¶ † Quartò ſingulariter li-
5 mita , quando primum legatum fuiſſet generale , deinde vna ſpecies in illo comprehenſa alteri legaretur inutiliter, tunc nihil de primo legato videtur ademptum , ſed totum remanet penes legatarium generis.tex.eſt no.in l.fin. §.fin.& ibi Barto.ff.de auro & argen.lega.niſi illa diſpoſitio circa ſpeciem eſſet facta inter viuos,tunc bene derogat generi.text.eſt in l. cùm doctæ minus.§.fina.& ibi Barto.ad hoc no.ff.de pec.leg.Barto. in d.l. fina.§.fina.Bald.in rub.C.de verb.ſignifi.in 5.q.poſſes etiam dicere ad d.l.fina.§.fin.quòd ibi non eſt ademptio expreſſa,ſed tacita,& ſic non obſt.¶†Quintò limita iſtum tex. vt procedat in
6 vltim.volun.in quibus primus actus validus tollitur ꝑ ſequentem inualidum factum in vltima volunta.vel in contractu, vt hic,& d.l.& ſi transferam.cum alijs ſupra alleg.ſecus in contractibus inter viuos,in quibus actus validus non tollitur per actum inualidum.l.certi condictio.§.quoniam.ff.ſi cer.pet.l.1.ff.de noua l.ſi quis ante.§.fina.ff.de acquir.poſſeſ.ſecundum Bar.in d.l. & ſi transferam.Imo.& Moder.in l.ſi cùm dotem.in princip.& ibi Alexan.in 3.col.ff.ſolu.matrim.& Bar.in d. l. & ſi transferã. aſſignat rationẽ diuerſita.quia contractus pendent ex voluntate duorum , ſed vltimæ voluntat. pendent à voluntate vnius. ¶ Pon-

ADDITIO.

a ¶Si delegatus alicui.Adde Abb.in c.cum Bertoldus. de re iudi. Feli. in capit. cauſam.de appel.Alex.de Imo .in l.à iudice.C.de iudi.Alex.in rubr. ff.de offic. eius cui man.eſt iuriſd.

¶ Pondera diligenter istam rationem Bar. quia ex ea pulchrè
7 infertur,ꝙ†cùm testamentum non possit [a] reuocari sola volū
a tate testatoris,vt est tex.melior de iure in §. ex eo autem solo.
Insti.quib.mod.test.infir.ꝙ testamentum primum solenne nō reuocatur per secundum testamentum inualidum etiam expressè reuocatorium primi,& ita ampliatur tex.in §.posteriore.Insti.quib.mod.test.infir.l.sancimus.C.de test.& l.si qs prio-
8 re.ff.ad Trebel. ¶†Sextò limita istum tex.vt quando præcedit translatio inutilis,ademptio tñ est valida,tūc bene reuocat primū legatū validum.ita propriè loquit tex.hic.secus si adēptio esset in seipsa inutilis,puta ademptio seruitutis viæ pro parte. tex.habes & exemplum in l.legata inutiliter.§.fin. ff. de adim.
9 leg.Bar.in d.l.& si transferam.¶†Septimò limita secundū Bart. & Imo.in l.seruum filij.§.si idem seruus.per illum tex.ꝭ.eo.vbi legatum libertatis,quod præcedit,si est inualidum, non vitiat
10 legatum de ipso seruo factum,de quo ibi dicetur. ¶† Secundò no.ex isto tex.secundum Dy.& Imo.ꝙ vtile per inutile vitiatur,licèt vtile possit ab inutili separari, quod videtur contra regu.vtile.de reg.iur.in 6.& Doc.& Bar. in l. grecè.§.illud.ff. de fideiuss.Tu dic,quòd iste tex.nihil facit, quia hic ademptio fuit valida,licèt translatio esset inutilis , vt dixi supra in sexta limi-
11 tatione.¶†Tertiò no.quòd coniuncti habentur loco vnius,& per istum tex.dicit Sali.hic,ꝙ Iac.Butr. in Auth. causa quæ fit cum monacho.C.de Episcop.& cleric.& in l.quoniam.C. de appel.determinat,ꝙ si aliquid ex forma rescripti,vel statuti cōmittitur Potestati & Anciani , ꝙ solus Potestas de per se tantā potestatem habet quātam Anciani,quia Anciani,cùm sint cōiuncti,reputantur pro vno.argum. huius text. & d. l. quoniam iudices.cum gloss. & d. Authen.causa quæ fit cum monacho. cum gloss. de quo dixi plenè in l. fina. C. de impuber. & alijs substitu.hic non repeto.

ADDITIO.

a ¶Testamentum non possit.Adde.l.hæredes palam.in §.1.& ibi Doct. de test. Bar.in l.cùm proponebatur.de leg.2.Bal.in l.fi.C.de fideicom.Alb.in l.errore.C.de testa.

SVMMARIVM.

1 *Species ab eodem testatore eidem sæpius legata,semel tantum debetur, licèt etiam euidentissimè vellet testator sæpius deberi.*
2 *Quantitas sæpius ab eodem in eodem testamento relicta , eidem semel tantum debetur, nisi euidentissimè constet,testatorem voluisse sæpius deberi.*
3 *Legatum factum per testatorem de equo,quem appellauit bouem , an teneat.*
4 *Intellectus nouus ad hunc tex.& vide etiam nu.8.*
5 *Ratio adiuncta dispositioni facit,quòd receditur à proprietate verborū antecedentium.*
6 *Testator volens pluries eandem rem deberi,an videatur impossibile disponere.*
7 *Repetitio legati facta de eadem specie plus inducit,quàm si esset factū legatum semel.*
8 *Voluntas testatoris quando est ambigua circa multiplicationem legatorum;in dubio nō intelligitur sensisse de his,quæ multiplicātur in equipollenti.s.in re,& æstimatione.*
9 *Si in duobus testamentis eadem res legatur,bis debebitur , nisi illa duo testamenta intelligantur pro vno.*
10 *Testator si legauit vxori suæ alimenta condecentia,si duceret vitam vidualem,si hæres testatoris postea facit idem legatum , semel tantum debetur legatum.*
*Testamentum testatoris , & testamentum hæredis , an habeantur pro vno.*
11 *Eadem quantitas sæpius in eodem testamento relicta in dubio debetur semel tantum,& ponuntur tres limitationes.*
12 *Species non recipit duplicationem,sed quantitas,vel genus sic.*
13 *Quantitas circumscripta loco si legatur, de ea iudicatur , sicut de specie.*
14 *Responsio facta per verbum credo,valet in his ,quæ sunt iuris.*
15 *Dictio id est , quando declaratiuè,& quando restrictiuè ponatur.*
16 *Diuersa instrumenta si appareant de eadem quantitate facta diuerso tempore,præsumuntur diuersa debita.*
*Idem in sententijs,quia latæ præsumuntur ex diuersis causis.*
17 *Duo instrumenta facta ad liberandum,probant duas solutiones .*
18 *Testator si primò legauit partem fundi Corneliani , & postea simpliciter tibi legat eundem fundum,non videtur legare in hoc secundo legato nisi illam partem .*
*Fundi pars potest etiam fundus appellari.& nu.21.*
19 *Testator si institutis pluribus filijs dixerit, si aliquis decesserit sine filijs,volo hæreditatem meam distribui inter pauperes,intelligitur partem hæreditatis illi sic decedenti relictam.*
20 *Fundi appellatione intelligitur de toto.& nu.21.*

## §.Si eadem.

Species sępius eidem in eodem testamēto legata,semel tñ debetur.secus à diuersis testatoribus. Quātitas verò,vel genus si sæpius legentur,sæpius debenť,si voluntas testatoris ita appareat, nisi quantitas relinqueretur vt certum corpus. h. d. Diuiditur in 6. partes. Primò loquitur,quando idem corpus , vel eadem species legatur eidem pluries in eodem testō.Secūdò,qñ à diuersis testatorib.Tertiò,qñ eadem quantitas pluries relinquitur eidem ab eodē testatore.Quartò rōnem assignat diuersitatis inter legatum speciei,& legatum quantitatis.Quintò limitat illud,qđ dixit de quantitate.Sextò ampliat illud,qđ est dictum de quātitate,vt generaliter procedat in his,quæ pōdere,numero,mēsuraúe &c.Secunda ibi,sed duorum. Tertia ibi, sed si non corpus.Quarta ibi,cuiusque rei rō euidens est. Quinta ibi , sed hoc ita erit accipiendum.Sexta & vltima est ibi , sed si pondus au-
1 ri.¶†No.1.ex hoc tex.ꝙ species sæpius eidem ab eodem testatore legata,semel tñ debetur.Rō huius no.est,quia spēs nō est multiplicabilis,vt infra dicit tex.& l.Lucius.§.impuberem.ꝭ.titu.1.Alia rō est,quia testator,qui sæpius eādem rem legat, nō vr̄ eam tam sæpius legare,quàm sæpius loqui.ita dicit Iuriscō. in l.Meuius.§.eum qui.ꝭ.tit.1.facit.l.cùm qō.ad fi.C.de leg.Amplius probat iste tex.ꝙ licèt testator euidētissimè vellet sæpius deberi eandem rem,ꝙ tñ species non deberetur nisi semel. ita probatur in hoc prin.iuncto ver.sed si non corpus.vbi Iuriscō. vult esse dr̄iam inter legatum speciei , & legatum quantitatis. Sed qñ legatur sępius quantitas,oportet constare,testatorē euidenter voluisse sæpius legatum præstari,vt sæpius debeatur, ergo in legato speciei non obst.ꝙ constet testatorem hoc voluisse,nihilominus legatum sæpius non præstabitur,vt hic,& in d. l.Lucius.ꝭ.tit.1.Aliàs non esset dr̄ia, quam facit tex.inter spēm
2 & quantitatem,†cùm ēt quantitas multiplicata non debeatur nisi semel,nisi euidentissimè appareat de voluntate testatoris, & ita per istum tex.tenent Dy.Imo.Sali.Raph.Pau.D.Alex. & Are.ex quo apparet,ꝙ ex eadem cā specifica nō potest sępius eadem res deberi.l.qui bis idem.ꝭ.de verb.obl.Imo fortius volunt p̄fati Doc.ꝙ ēt si testator expressè disposuisset , ꝙ sæpius præstareť eadem res sæpius legata,ꝙ adhuc nōn deberetur nisi semel,& talis voluntas testatoris q̄uis expressa nihil operatur, & propterea subijcit Are.hic esse tex.sing.& semper tenēdum menti,ad quem Doc.non aduertunt,ꝙ licèt appareat manifestè de voluntate testatoris,ꝙ pro re voluit præstari æstimationem ,qñ sciebat ipsam rem non posse bis præstari , tñ non va-
3 let dispositio testatoris.& ideo per hunc tex.dicit† confundi determinationē Bar.post gl.ordi.ibi in l. si quis in fundi vocabulo.s̄.eo.vbi tenet,ꝙ si apparet expressè testatorem voluisse relinquere equum,quem appellauit bouem, licèt noīa appellatiua sint immutabilia,tñ valebit legatum.istud est ꝯ tex.istum ſm eū,nisi dicas ſm ipsum , ꝙ si ibi non attenderetur voluntas testatoris,legatum esset penitus inutile , sed hic saltē valet quo
4 ad aliud.s.quo ad ipsam speciem. † Mihi aūt est oīno alia mēs, & alius intellectus ad hunc tex.q̄ velint Doc. quia imò qñ apparet de expressa voluntate testatoris ſm quam voluit bis candem rem præstari,credo ꝙ tunc debeatur res & æstimatio,qa voluntas testatoris est lex.§.disponat.in Auth.de nup.& illa est quæ facit,ꝙ legata debeantur, vel non debeantur. l.si mihi & tibi.§.fi.s̄.eo.vnde qñ volūtas testatoris est clara & expressa, tūc in claris non est opus coniecturis.l.continuus.§.cū quis.de ver. ob.Item qñ voluntas testatoris est clara,interpretatio verborū nusquam tñ valet,vt melior sensu existat,dicit tex.in d.l. 3. ad fi.C.de lib.præt.Pro ista opi.ꝯ Doc.bene facit tex.in l. si pluribus in ver.pe.s̄.eo.vbi si testator legat eandem rem separatim duobus,& ex scriptura manifestè apparet,ꝙ voluit vtrunque eorū insolidum hr̄e,valet legatum in persona vtriusque , & vni debetur res,alteri æstimatio.Ita in proposito, si testator vni legās rem expressè,voluit bis deberi,intelligitur ꝙ voluerit deberi & rem,& æstimationē.nam qñ voluntas testatoris est certa & clara,tunc fit impropriatio verborum,vt actus valeat , quia si talis impropriatio fit in his,in quibus strictè agitur,vt in snīa , vt est gl.reputata sing.in l.& puto.ff.famil. ercis. quanto magis in
5 vlt.voluntatib.in qb.fit largissima interpretatio.l.in testamētis.
a de reg.iu.c.cum dilecti.de don.Imò†rō adiuncta [a] dispositioni facit

ADDITIO.

a ¶Ratio adiuncta.Adde,quæ scribit Cast.consi.334.lib.2.ꝙ sicut genus comprehendit sub se species,ita & ratio legis dicitur comprehendere omnes casus,qui sub ipsa ratione possunt considerari,de quo meminit Dec.in c.secūdò requiris.de appel. BELLOT.

facit recedi à propria ſignificatione verborum antecedentiũ,
ita pulchrè no.Bal.in l.ſeruus legatus.§.qui quinque. per illum
tex.ĩ.eo.facit.l.liberum.§.1.ff.de ritu nup.& l. filium habeo. ff.
ad Maced.¶Secundò pro iſta opin.ꝫ Doc.facit,quia qñ teſta-
tor legat bis eandem ſpeciem à diuerſis hæredib.intelligitur le
gare ab vno rem,& ab alio æſtimationem.l.quid ergo. §. ſi qs
duos.ĩ.eo ergo fortius in caſu noſtro idem erit,vbi apparet ex
preſsè,ꝙ volebat præſtari bis.Et per iſta apparet non eſſe verũ
6 illud,quod dicit Paul.de Caſtr.† ꝙ qñ teſtator dixit,ꝙ volebat
pluries deberi eandem rem,ꝙ videatur impoſſibile diſpone-
re,quia eadem res non pōt pluries præſtari,nec tunc ſm eũ fit
interpretatio fauore legati , vt teſtator videatur voluiſſe præ-
ſtari rem,& æſtimationem.nam eſt imputandum teſtatori , q
non expreſſit,& eius culpa proceſſit.l.ſi non ex teſtamẽto.poſt
prin.in ver.ſua.n.culpa.ff.ſi quis omiſ.cau. teſta. nam certè hic
non eſt impoſſibilitas, quæ non poteſt ſaluari, & qñ voluntas
teſtatoris eſt clara,ſeruatur eo modo quo pōt,vt iuribus palle.
vnde iſtum tex.aliter intellige,quàm præfati Doc. ꝙ ſi per con
iecturas euidentiſſimè appareat,ꝙ teſtator voluit eãdem rem
bis legare,ꝙ tunc tñ ſemel debeatur,ſecus in quantitatib. vbi
ſufficit per coniecturas euidentes apparere, ꝙ teſtator voluit
pluries præſtari,quæ coniecturæ dicuntur liquidiſſimæ proba-
tiones.l.ſi quis locuples.& ibi Bar.de manumiſ.teſt.ita propriè
loquitur tex.Sed qñ appareret de expreſſa voluntate teſtatoris
(non dico per coniecturas) ꝙ legando bis ſpeciem voluerit bis
præſtari,credo ꝙ legatum bis , & pluries deberetur in re, & in
æſtimatione,prout et dicit tex.in l.ſi pluribus.in ver.manifeſtiſſi-
mus.ſm ꝙ ibi intellexi, & bene.ſ.eo.¶ Nec obſt.illud,qđ dicit
Imo.ad d.l.ſi plurib.ꝙ aliud ſit, qñ legatur eadem res diuerſis
perſonis inſolidum , quia tunc ab initio res ſolida cuilibet de-
betur,ideo facilius tunc diſpoſitio teſtantis, quæ expreſsè vult
vtrunq; ſolidum hr̃e,bene operatur,ꝙ vnus habeat rem,& al-
ter æſtimationem,vt ibi, ſed quando legatur ſæpius eadẽ ſpe-
cies vni,tunc ab ipſo initio vnica tantũ eſt orta obligatio,ideo
non ſic faciliter inducitur multiplicatio, ex quo ſecundum ve
ritatem eadem res ſæpius eidem perſonæ præſtari non poteſt,
nec tunc debetur æſtimatio,ex quo teſtator de illa non dixit ,
& facilè fuiſſet teſtatori exprimere,ſi de illa intellexiſſet.l. vni-
ca.§.ſin autem ad deficientis.C.de cadu.tol.Iſta ſol.non eſt bo-
na,quia imò quando teſtator bis legando eandem rem expreſ
sè voluit eam bis deberi,dico,ꝙ ab initio duplex eſt orta obli-
gatio,ſicut duplex voluit teſtator eſſe legatum,& quamuis te-
ſtator nihil dixerit de æſtimatione,tamen illa neceſſariò debet
præſtari,cùm aliàs ſit impoſſibile,ꝙ ſpecies bis habeatur, ſicut
in ſpecie perempta poſt moram debitoris ex neceſſitate debẽt
7 æſtimatio.l.ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de verb.obl.¶†Secundò di-
ligenter no.tex.ibi,ſufficitq; vel rem cõſequi.ꝙ hic tex.eſt ſem
per tenendus menti ſecundum Arc.ꝙ repetitio legati facta de
eadem ſpecie,inducit vnum plus,quàm ſi eſſet factum legatũ
ſemel,quia vigore multiplicationis , licèt non debeatur niſi ſe-
mel,poterit tamen præſtari æſtimatio pro re, & in dubio erit
electio legatarij,ſm eum,ſm no.per Bar.in l. Lucio.ĩ.tit,1.& ſi
hoc eſſet verum,eſſet ſing.& no.dignum. Sed non credo, ꝙ ſit
verum per id,quod dicit tex.in l.Meuius,§.eum qui.ĩ.titu.1.ꝙ
ille qui bis legat eandem rem, vr̃ ſæpius loqui , ſed non ſæpius
legare.ergo eſt perinde ac ſi verè ſemel tantum legaſſet.aliàs ſi
virtute multiplicationis poſſet peti æſtimatio electione lega-
tarij,vt dicit Arc.ſequeretur, quòd quando teſtator ſæpius le-
gat eandem rem,ꝙ ſemper poſſet ſæpius peti, ex quo æſtima-
tio poſſet peti,& ſic quantitas, quæ eſt multiplicabilis , vt hic,
& l.Lucius.§ impuberem.ĩ.tit.1.& tamen tex. iſte dicit cõtra-
rium.Et ad illa verb.tex.ponderata per Arc.ſufficit,vel rem cõ
ſequi,vel æſtimationem.reſpondeo,ꝙ Iuriſconſ. reſpexit exe-
cutionem,vt patet ex verbo conſequi.patet etiam ,quia ſupra
proximè dixit amplius quã ſemel peti non poteſt,deinde ſubij
cit,ſufficitque vel rem conſequi,vel æſtimationem , quod eſt,
quando legatarius eſſet contentus æſtimatione, vel res ipſa ha
beri non poſſet.l.non dubium.§.fi.ĩ.tit.2.Iſtud etiam patet, qa
iſte ver.eſt poſitus ad differentiam verſ.ſeq.quando ex teſtamẽ
tis duorum bis eadem res legatur,tunc legatarius vtrunq; co-
pulatiuè conſequitur,& rem,& æſtimationem, vt in verſ. ſeq.
ſed quando ab eodem teſtatore , tunc altero legatarius debet
eſſe contentus,vel re,vel æſtimatione ſi velit , vel quando res
8 præſtari non poſſet.Antequam vlterius procedam, † adde his,
quæ dixi in præced.no.circa intellectum huius tex.contra Do-
cto.ꝙ opin.quam ibi tenui, quòd quando teſtator bis legauit
ſpeciem eidem,& expreſsè voluit bis deberi,ꝙ bis debebitur.ſ.
res & æſtimatio.Reperi poſtea,quod iſtam opi.tenet alibi Bal.
in terminis in loco valde peregrino in l.ſi ad magiſtratum. cir-
ca med.C.de decu.lib. 10.vbi dixit circa multiplicationem le-
gatorum,q̃ qñ voluntas teſtatoris eſt ambigua , non intelligiẽ

in dubio ſenſiſſe de his, q̃ multiplicant̃ in æquipollenti.ſ.in re,
& æſtimatione,ſed naturaliter.l.Lucius.§.impuberem.ĩ.titu.1.
Sed ſi poneres teſtatorẽ dixiſſe,ꝙ volebat legata ſpẽrum mul
tiplicari,tunc ſerua eius voluntatẽ,& tunc duplex fiet pſtatio,
vna in re vera,alia in ficta.i.in æſtimatione,ſi bñ conſideret.d.§.
ſi impuberem,qui ſolam voluntatẽ teſtatoris intuetur ſm eũ.
9 ¶†Tertiò no.in ver.ſed ſi duorum,ꝙ qñ eadẽ res legatur eidẽ
in teſtis duorum,ꝙ debebitur bis, intellige , niſi illa duo teſta-
menta habeant pro vno,vt ſi primò legaui tibi fundũ , & po-
ſtea hæres meus legat tibi eundem fundũ, nõ potes ꝯſequi niſi
ſemel,vel rẽ,vel æſtimationẽ.l.hmõi.§.ſi Sẽpronius.ĩ. eo.& hic
in gl.2.& iſtud.facit ſm Sali.hic ad q.de qua dicit, ꝙ pridie fuit
10 interrogatus.† Teſtator reliquerat vxori ſuæ condecentia ali-
menta ſi duceret vitã vidualẽ,poſtea hæres eius idẽ ei legauit,
q̃rebat̃ an debeant̃ bis,an vero ſemel,& iſta gl. facit ſm eũ , ꝙ
tñ ſemel debeantur.Tu dic,ꝙ iſta qõ vr̃ hr̃e parum dubitatio
nis,cùm ſm legatum ſit factum ex eadẽ cã,quo caſu ẽt ſi eſſet
legatum quantitatis non duplicaretur.l.libertis quos.in princ.
ff.de adim.leg.& dicã ſtatim in ſeq.no. Præterea legatum ali-
mentorum non eſt reiterabile.l.domus.§.1.ff.de vſufr.Caue ẽt
inquantum Doc.ſup iſta gl.2.volunt,ꝙ teſtamentahr̃dis & te
ſtatoris habeantur pro vno,in ꝯriũ eſt tex.in l.Meuius. in prin.
11 ĩ.tit.1.de quo tex.dicã latè.ĩ.extra gl.¶†Quartò no.in ver. ſed
ſi non corpus, ꝙ eadem quantitas ſæpius in eodẽ teſtõ relicta
in dubio debetur ſemel tñ.Limita;qñ teſtõr in diuerſis ſcriptu
ris legatũ q̃titatis repetijſſet,puta in teſtõ,& codicillis,tunc ſæ-
pius deberetur.l.quinquaginta.ff.de proba.& gl.hic in ver.oſtẽ
* datur,Bar.& *cõiter alij*,quicquid teneat Ang.hic,& malè. Intel-
lige verũ,ſi in diuerſis ſcripturis relinqueret̃,ſed ob eadẽ cãm,
quia tũc ſemel tñ deberetur.l.libertis quos.in prin. ff. de adim.
leg.ſm gl.in d.l.quinquaginta.Bar.in l.cũ centũ.ff.de adim.leg.
& in l.2.§.pe.in fi.ff.de do.ꝑleg.D.Abb.in ꝯſ.4 in 2.vol.qđ incip.
in qõne,q̃ vertitur ſup interpretatione voluntatis, ſup quinto
dubio.Raph.Cum.Pau.de Ca.& Mod.hic,& idem Raph.Cu.
in conſ.134.ſm ordinem meum,qđ incip.ſine diſputatione.Se
cundò limita,qñ ſm legatũ continet diuerſam q̃titatem à pri-
mo:puta,qa primò legauit centũ,deinde quinquaginta,tũc in
dubio vtraq; quãtitas debetur.l.cũ centum. ſm intellectũ Bar.
& Doc.ff.de adim.leg.l.is q ducenta in prin.ĩ.de reb.dub.Bar.in
l.Titium.ĩ.de verb.obl.Spe.in tit.de teſt.§.1.verſ. item pone.A.
inſtituit filiũ. q̃uis in ꝯrium videat̃ multũ facere tex. in l. quid
ergo.in prin.ĩ.eo.& ibi dicetur.Tertiò limita,qñ eadem quan-
titas legaretur in eodem teſtõ,ſed à diuerſis hr̃dibus,tunc plu-
mirur duplicatio,& vtrunq; debetur.tex. eſt no. dignus in l. ſi
plurib.§. 1.vbi latè Bar.ĩ.tit.1.& l.quid ergo.§.1.ĩ.eo. facit.l.ſer-
uo alieno.§.ſi quis a primo.ĩ.eo.quem ad hoc alleg.Bar.in d. l.
12 cũ centum.¶†Quintò no.ex tex.in ver.eiuſq; rei. ꝙ ſpẽs nõ re
cipit duplicationem,q̃titas verò,vel genus ſic,vt hic, & d.l.Lu
cius.§.impuberem.ĩ.tit.1.Facit ad ſtatuta,q̃ ſæpè diſponunt, ꝙ
pęnę duplicentur pp delicta commiſſa de nocte in plateis,vel
in ſimilib.locis,vt intelligantur de pęnis continentib.q̃titatem,
vel genus,non ſpẽm ſm Bar.in l.Męuius.§.duorum.in pe. col.
ĩ.tit.1. ideo ſi pro certo maleficio deberet amputari manus, ſi
fieret de nocte non duplicarentur,ſm Bar.in l. ſanctio legũ. in
13 fi.ff.de poe.& in d.§.impuberem.per illum tex.¶†Sextò no.in
ver.ſed hoc ita.ꝙ qñ legatur q̃titas circũſcripta loco,illa quan
titas iudicatur vt ſpẽs. facit.l.talis ſcriptura.in verſi.pe.vbi dixi
14 de hoc.ſ.eo.¶†Septimò no.ex tex.ibi, fundo legato eſſe cõpa
randum credo.ſm Ang.Imo.& Arc.ꝙ in his,q̃ ſunt iuris,valet
r̃nſio facta p verbũ credo , & eſt perinde ac ſi pciſè aſſirmaret.
Et ideo ſi cã ſit commiſſa conſilio ſapientis,& conſultor dice-
ret,ita credo eſſe de iure,eſt perinde ac ſi præciſè diceret, ita di
co,& ꝯſulo iuris eſſe.Adde Bal.Ang.& Imo.in l. ſi quis filio ex-
hæredato.§.irritum.ff.de iniuſto rup.vbi no.illũ text.in verbo,
a & credo,ꝑ conſultorib.qui conſulunt per verbum credo.[a] nã
eſt

ADDITIO.

a ¶Credo.Adde,quòd Doc.in conſulendo debent humiliter loqui,teſte Bar.in l.1.nu.1.ff.de excuſ.tuto.& ſi aliquis in opi.ſingularis fuerit,ei fides non eſt adhibenda,ſecundum Dec.conſi.482.col.3.num.16.& talis opi. ſeruari non debet,vbi contraria communiter obſeruatur,Rom.conſ.61.col.1.in fi.conſ.72.col.fi.Quomodo autem procedere debeat Doctor,vel alius peritus conſulens in diſcuſſione alicuius articuli.vide Abb.in c.quęrenti.nu.1.de off.de-leg.& quid quando rogatur de ſubſcriptione alicuius conſilij? & dic, quòd poteſt vti ceremonijs,de quibus per Alex.conſi.51,lib.4.& quid in conſilijs deciſiuis? Dic,quòd reddi debent breuia,teſte Corn.conſi.79.col.1. libro 3. Quid de allegationib.Pariſ.conſi.151.nu.20.lib.4.Cæpol.caute.67.ſeu quid allegandum ſit? & dic,quòd allegari debent deciſ. in terminis meliores regulis,teſte Fely.in c.cùm ordinem. col.4.de reſcrip.Neuiz.conſi.99.nume.2. quia I.C.eſt venire ad indiuidua,vt no.Fely.in c.Rodulphus,de reſcrip.Ro.ã. conſil.25 nu.8.conſ.87.num,16.lib.3.vbi quòd deciſiones propriè ſunt Doctorum. MASVER.

est perinde ac si dicerent, ita affirmo. Adde idem esse si consul-
tor in consil. diceret, ita mihi videtur de iure, nam est perinde
acsi præcisè hoc firmaret. ita no. Angel. in l. si pupilli. §. sed & si
ego. per illum text. in versic. & mihi videtur. ff. de neg. gest. facit
l. quid tamen. §. si arbiter. ff. de arbi. Imò fortius sententia iudi-
cis lata per verbum credo, valet & tenet, licèt etiam non dicat
pro certo. glo. est in l. diem proferre. §. si plures. ff. de arbi. Bal. in
l. cùm quis. in 6. col. C. de iur. & fac. igno. Ang. & Imo. in d. §. ir-
15 ritum. per illum tex. ¶ † Octauò no. ex hoc tex. in fi. ibi, id est sæ
a pius deberi, secundum Are. ꝙ dictio id est, [a] aliquando poni-
tur simpliciter declaratiuè. adde tex. in l. 3. §. saltus. iuncta glo. &
ibi Are. ad hoc no. ff. de acq. pos. & in l. 2. ff. de adop. & in l. auxi-
lium. §. 1. ff. de mino. & in l. qui liberis. in prin. iuncta gloss. & ibi
Are. no. vbi videas plenius per eum. ff. de vulg. & pup. quamuis
Bar. in l. 1. ff. ad l. Aquil. notet ex illo tex. ꝙ dictio id est, non so-
lùm stat declaratiuè, sed etiam restrictiuè. & idem Bar. in l. quę
situm. §. pen. ff. de fun. instr. facit tex. in l. item veniunt. §. petitã.
ff. de peti. hęred. ¶ Gl. in ver. bis petere. ibi, secusècontra. Tu ad-
uerte, quia hic est tex. ad oppositum, secundum ordinem lite-
ræ, dum dicit, vt ex altero testamento rem consequar, ex alte-
ro æstimationem. vnde iste tex. necessariò est intelligendus nõ
considerato ordine literæ, quando primò consequutus est ęsti
mationem, per iura alleg. in glo. ¶ Capio gl. in vers. ostendatur.
ibi, tu dic secundum R. & Azo. ꝙ ibi in diuersis scripturis. Ex
ista gl. inferunt Bar. & Doc. hic, & in l. triticum. ff. de verb. oblig.
16 † ꝙ si appareat de numeratione ex causa mutui per testes, &
postea appareat promissio per stipulationem factam diuerso
tempore de eadem quantitate, ꝙ diuersa debita pręsumẽtur.
Adde latè Alex. in consi. 4. circa primum quæsitum. in 1. volu.
Similiter per istam glo. dicunt Ang. Imo. & D. Alex. ꝙ si appa-
reant plura instrumenta mutui de eadem quantitate, quę sint
facta diuerso tempore, præsumuntur diuersa mutua, & diuer
sæ quantitates. idem no. Bal. & Imo. in l. Sempronius Proculo.
j. tit. 1. Bal. & Ang. in l. ne casu. C. de discus. lib. 10. Bal. & Ang. in
l. si quis ex argentarij. §. fina. ff. de eden. Bald. in l. qui bis idem. ff.
de verb. obl. D. Alex. in d. consi. 4. in 1. volu. Adde etiam illud,
quod tenet Bal. in l. nostram. in 4. col. C. de testa. ꝙ si reperian-
tur scriptæ plures sententiæ eiusdem notarij contra Titium in
eadem quantitate, ꝙ præsumantur diuersæ sententiæ, & ex di-
uersis causis, per l. quinquaginta, aliàs quingenta. de proba. &
d. l. ne casu. nisi circunstantiæ essent omnino eædem. de quo ẽt
per Spe. in tit. de instr. edi. §. postquam. versic. vbi autem. Item
adde quæstionem disputatam per Mar. de Fan. quem refert, &
sequitur Raph. Fulg. in d. l. quinquaginta. aliàs quingenta. ꝙ si
reperiatur in vno instrumento qualiter Titius ex causa mutui
numerauit Seio 100. & in alio instrumẽto reperiatur, qualiter
Seius confessus est se debitorẽ Titij in 100. ex causa stipulatio-
nis, præsumitur de alijs. 100. per d. l. quinquaginta. aliàs frustra
factum esse ſm instrumentum confessionis, si intelligeretur de
eadem summa, ꝯ l. si quando. in prin. j. eo. & l. si stipulatus. ff. de
vsur. & ita etiam refert simpliciter & sequitur D. Alex. in d. cõ
silio 4. in 1. vol. Sed tu aduerte, ꝙ ipsi infideliter referunt deter-
minationem Mar. de Fan. Nam Alb. de Ros. fidelis conserua-
tor antiquitatis in d. l. quinquaginta. refert totam illam disputa
tionem Mart. & eius argumenta ad vtranque partem, & fina-
liter dicit, ꝙ Mar. de Fano relinquit decisionem arbitrio iudic.
considerata qualitate personarum, & debitoris, & creditoris,
17 vt ibi per eum. Item adde, † ꝙ duo instrumenta facta ad libe-
randũ probant duas sol. si diuersis tpibus sunt facta. Ita no. Bal.
in d. l. ne casu. per istum tex. quem tex. ad hoc reputat sing. Bal.
18 in l. seruo alieno. §. si à primo. j. eo. ¶ † Extra glo. quærit Pau. de
pulchra & vtili qõ. Testator primò legauit tibi partem fundi
Corneliani, postea tibi simpliciter legat eundem fundum, an
videatur legare fundum in totum, vel in partẽ, vel quid? Deci
dit multum signanter, ꝙ in secundo legato non vr̃ legare nisi
partem, quam primò legauerat, & sic ſm legatum nihil valet.
secus si hæres istius testatoris legaret tibi fundum, cuius testa-
tor primò legauerat partem, tunc vr̃ hæres sentire de alia par-
te, quæ non est legata. Ita dicit esse text. not. de vtroque in d. l.
Meuius, in prin. j. tit. 1. Nec aliter inducit illum text. Item quia
pars fundi potest fundus appellari, vt in fi. huius l. & secundum
eum quilibet, qui non vidisset illum tex. diceret contrariũ pri
ma fronte, ꝙ testator senserit in secundo legato de alia parte
fundi prius non legata. Ita etiam tenet idem Pau. de Castr. in l.
cùm quæstio. C. de leg. vbi hoc reputat esse mirabile, & not. di-
gnum, & dicit esse tex. de hoc in d. l. Meuius. in prin. in ver. sanè.
iunctis versic. præceden. Nec aliter inducit illum tex. ¶ Tu pro
ista decisione Pau. de Cast. quę est egregia, ꝙ appellatione fun-
di veniat pars, adde quod in simili decidit not. Bald. in l. Lucius
Titius. in prin. j. eod. per illum tex. cum glo. in versic. hæredita-
19 te. vbi decidit, quòd † si testator institutis pluribus filijs dicat, si
quis eorum decedat sine liberis, volo hæreditatem meam di-
stributi inter pauperes, intelligitur partem hæreditatis relictã
illi sic decedenti. refert, & sequitur D. Alex. in l. Titia. per illum
tex. ff. ad l. Falc. vbi dicit, ꝙ est tenendum menti perpetuò, quia
sæpè de facto contingere potest. Do. Alex. hic dicit, ꝙ primum
dictum Pau. de Cast. quod est singulare, non probatur in tex. d.
l. Meuius. in princ. quia testator ibi non dixerat, lego partẽ fun
di, sed legauerat duobus coniunctis re fundum, quo casu ver-
ba testatoris ostendunt, ꝙ cuilibet res tota detur, licèt faciant
sibi partes per concursum, vt declarat Bal. in l. re cõiuncti. in 3.
20 q. princ. j. tit. 2. Item dicit contra Pau. de Cast. facere, † quia ap-
pellatione fundi simpliciter intelligitur de toto. l. si defensor. §.
1. ff. de interrog. actio. no. gl. in l. si in rem. in gl. 2. ff. de rei vendi.
Are. hic primò respõdet ad d. l. Meuius. in prin. ꝙ ideo ibi testa-
tor non videtur legasse aliam partem, quia illa alia pars primò
fuerat legata alteri, ne videatur reuocasse legatum prius factũ
in ea. dispositione, in qua incontinenti non præsumitur muta-
tio voluntatis. l. non ad ea. ff. de condi. & demõ. Ideo isto respe
ctu dicemus, ꝙ non videatur legasse aliam partem fundi. Po-
stea dicit Are. ꝙ ille tex. in fi. in ratione decidendi potest indu-
ci pro Pau. de Cast. Credo, quòd ille tex. non faciat pro Pau. de
Cas. imò, ꝙ faciat in contrarium in illa ratione decidendi, quã
ponit in fi. & quam Are. ponderat pro Pau. de Cast. dicit enim
ibi tex. in fi. quòd hæres legando fundum videtur legare aliam
partem, quę non fuerat à testatore legata. Ratio, quia aliàs se-
cundum legatum factum ab hærede sub eadem conditione
nullum afferret emolumẽtum, & sic esset inutile. Ista ratio de-
cidendi militat in casu nostro, ex quo enim testator primò le-
gauit partem fundi Semproniani, postea simpliciter legauit ip
sum fundum, certè si solùm intelligeretur illam partem lega-
re, quam prius legauerat, vt dicit Pau. de Cast. certè secundum
legatum erit omnino inutile, & hoc fatetur Pau. de Cast. ergo
ne sit inutile, & sine emolumento, debet intelligi, ꝙ testator in
secundo legato voluerit legare aliam partem. Est verũ, quòd
Are. qui de hoc perpendit, licèt non faciat istam inductionem,
quam ego feci, respondet, ꝙ in d. l. Meuius. illud secundum le-
gatum factum in testamento hæredis respectu hæredis, qui ni-
hil aliud omnino legauerat, esset penitus inutile. Sed in qõ. no-
stra vtrunque legatum respęctu testatoris valet, saltem quo ad
partem legatam, sed certè ista responsio Aret. non tollit illum
tex. quia in q. nostra omnino illa pars fundi iam erat primò le-
gata, & omnino debebatur absque isto secundo legato, & sic
istud secundum legatum esset penitus, & omnino inutile, si-
cut & in d. l. Meuius. in fi. princ. nisi intelligeretur legasse aliam
partem fundi, sicut & ibi. Potest tamen ille text. in l. Meuius. in
princ. in vers. sanè. induci, pro Pau. de Cast. altero de tribus mo
dis. ¶ Primò inquantum ibi respondetur tacitæ obiectioni. Nã
videbatur, ꝙ legatum factum secundo loco fundi per hære-
dem nihil valeret, quia esset legatum bis eidem idem corpus,
quod non onerat hæredem, & respondet tex. quòd istud perti
net ad vnum testamentum, quando in eodem testamento bis
legatur idem corpus, secus ergo si in diuersis testamentis, ergo
vr̃ velle, ꝙ si in eodem testamẽto fuisset primò legata pars fun
di, & postea fundus simpliciter, ꝙ non deberetur nisi pars vna
primò legata, & isto modo inducendo cessaret responsio Do.
Alex. ad illum tex. quam supra retuli. ¶ Secundò modo potest
induci ille tex. in d. ver. sanè. inquãtum facit differentiam, an le-
getur secundo idem fundus ab hærede, & sic in alio testamen-
to, & tunc debeatur alia pars fundi, ergo quando ab eodem te
statore legaretur secundo idem fundus, non intelligeretur, ꝙ
voluerit aliam partem legare, aliàs non esset differentia, an se-
cundo legaretur fundus in diuersis testamentis, an in eodem,
quam tamen differentiam facit ibi tex. & isto modo credo vo
luisse Pau. de Cast. inducere illum tex. Posset tamen responde-
ri istis inductionib. ꝙ differentia sit in hoc, an testator legat in
eodem testõ, an verò eius hæres relinquat in alio testamento.
Nam qñ idem testator, qui primò legauit partẽ fundi, postea
simpliciter legat fundum, tunc vr̃ legasse aliam partem, quę le
gata non erat, sed eius hæres videtur legasse eandem partem
prius legatã, vt ibi dicit tex. & gl. declarat in verbo eadem. quã-
uis Barto. ibi in summario aliud velit. ¶ Tertiò modo, & subti-
lius potest responderi, ꝙ ille tex. in versic. sanè. facit pro Pau. de
Castr. nam ibi dicitur, ꝙ qñ in eodem testõ est legatum bis idẽ
corpus, semel tm̃ debetur, tunc sic, qñ primo est legata pars
fundi, & postea in eodem testõ legatur fundus, si intelligeretur
legatus totus fundus, certè tunc non esset idem corpus, imò
differ-

ADDITIO.

a ¶ Dictio, idest. Adde. l. tres fratres. ff. de pact. Barto. in l. secunda. ff. ad Tre-
bellia.

differrent ſicut pars & totum.ergo nõ procederet ibi text. qui fundat ſe, quando legatur idem corpus, ergo vt dicatur idem corpus legatum, neceſſarium eſt dicere, ꝙ legando ſimpliciter fundum intelligatur legare partem, quia tunc bene erit idem corpus, ſed erit alia pars, vt differat ab hærede. Poſſet tamẽ eua di iſta inductio.nam cùm ibi idem fundus eſſet legatus duob. qui erant coniuncti re, & verbis, ergo cuilibet eorum erat lega tus fundus totus, ergo ſi poſteà legetur fundus, intelligetur to-
11 tus, quia iſto modo erit idem corpus.¶†Circa aliud fundamẽ tum Pau.de Caſt.inquantum mouetur, ꝙ etiam pars fundi po teſt fundus appellari, vt in fi.huius.l.vltra reſponſionẽ.D.Alex. quam ſupra retuli, ꝙ appellatione fundi ſimpliciter intelligitũ de toto. Tu aduerte ſubtilius etiam fatendo pro vero illud, qđ præſupponit Pau.de Caſt.ꝙ etiam pars fundi appelletur fundus, tamen iſtud fundamentum non concludit, ergo legando fundum intelligitur illam partem legaſſe, quam prius legauit. nam fateor, ꝙ pars fundi fundus appelletur, ſed iſtud nõ facit, ꝙ magis ſit iſta pars fundi, quàm illa, vnde admitto, quòd legando ſecundo loco fundum, intelligatur.ſ.pars fundi, ſed dico pars fundi.ſ.quæ prius non erat legata, & iſta interpretatio ſic debet in dubio capi, vt ſecundum legatum valeat, quod aliàs eſſet penitus inutile, vt prædixi, per reg.l.quoties.cum ſim. ff.de reb.dub. Et ſi dicatur, non eſſe abſurdum, quòd quando teſtator legat bis, quòd ſecundum legatum non valeat, vt hoc tex. Reſpondetur, quòd quando legatur eadem res, vel quantitas, tunc cùm teſtator dicatur ſæpius loqui, & non ſæpius legare.l.Meuius.§.eum qui.infra titu. 1. non eſt niſi vnum legatum.ergo non eſt verum, quòd ſecundum ſit inualidum. Sed nos loquimur, quando teſtator non legauit idem punctualiter, imò diuerſum eſt, per ea quæ dixi ſupra in text. in quarto notabil.

*SVMMARIVM*

1 *Aduerſatiuæ natura eſt, vt repetat qualitates præcedentium.*
*Item aduerſari his, quæ ſunt eiuſdem generis.*
*Aduerſatiua ſtat aliquando inceptiuè.*

2 *Legatarius poteſt emere rem ſibi legatam, & ibi vide rationem.*
*Emptio rei propriæ quando teneat.*

3 *Legatarius, qui conſequutus eſt rem legatam ex cauſa oneroſa, vel lucratiua habens onus annexum, an poſſit in libello agere ad æſtimationem rei legatæ, vel petere rem.*

4 *Legatarius, qui emit rem ſibi legatam, poteſt conſequi pretium, quod ſibi abeſt pro re legata, quam emit.*

5 *Legatum factum de re mea, quæ erat mea tempore legati, non valet.*

6 *Reconualeſcere legatum à principio nullum difficilius eſt, quàm irritare validum.*

7 *Actus vitiatur, quando res deuenit ad eum caſum, à quo incipere non poteſt.*

8 *Legatarius emendo rem legatam, quando cenſeatur renunciare legato.*

9 *Conſequi ex cauſa lucratiua quis non dicitur id, quod minuitur propter onus dandi, vel reſtituendi alteri.*

10 *Agere quis poteſt pro eo, quod alij eſt præſtaturus, licèt nondum præſtiterit.*

11 *Fideiuſſor nondum condemnatus poteſt in caſu condemnationis agere contra principalem.*

§. Quod ſi rem. Si res legata efficiatur legatarij ex alia cauſa ſiue oneroſa, ſiue lucratiua, eatenus ex legato conſequi poteſt, quatenus per illam cauſam abeſt.h.d.¶Põdera primo tex in aduerſatiua, ꝙ ſi rem, quæ non habet aliquam qualitatem aduerſantem præcedentibus, & ſic pondera, ꝙ iſte tex.videtur facere ꝯ
1 duas no.reg.quas ſæpè retuli.† Prima, ꝙ de natura aduerſatiuę eſt, vt per eam intelligatur repetita qualitas præcedentium, vt in nota.deci.dicit Bal.in l.omnes populi.in 15.col.ff.de iuſti.& iu.& ſequitur Pet.de Anch.in commen.c.canonum ſtatuta.de conſti.ver.quærit etiam Bal.vtrum vnum ſtatutum. Secunda
a reg. eſt, ꝙ de natura aduerſatiuæ a eſt aduerſari his, quæ ſunt eiuſdem generis, ſecundum Bar.in l.mariti.§.fi.per gl.ibi. ff. de adult.& vtranque regulam ſequitur Alex. in l. filius à patre. in 13.col.ꝟ.de lib.& poſth.In contrarium videtur eſſe tex.hic, vbi eſt aduerſatiua, & tamen ponitur materia penitus ſeparata à præcedenti, & non eiuſdem qualitatis, aut generis, niſi diceres ſecundum Bar.in l.hoc amplius.§.de his autem. ff.de dam.infecto.ꝙ aduerſatiua non ſemper ſtat aduerſatiuè, ſed aliquando inceptiuè, quod etiam non ſatisfacit ad hunc tex.¶Secũdò no.
2 ex hoc tex. † quòd legatarius poteſt emere rem ſibi legatam, ſed non valet emptio rei ſuæ, ſiue fiat à ſciente, ſiue ab ignorantem.l.ſuæ rei.ff.de contrahen.emptio.no.in l.ſi rem aliquã.

ff.de acqui.poſ. ſed legatarius mortuo teſtatore ſtatim eſt dominus rei legatæ.l.à Titio in fi.ff.de fur. l. ſi tibi homo.§.cũ ſeruus.ꝟ.eo.qũo ergo legatarius poſſet emere talem rem leg. quia emeret rem ſuam? Reſponde, quòd iſte tex. poteſt multipliciter procedere. Primo, quando eſſet legatum rei alienæ, & legatarius emeret à vero domino.nam dominium rei alienæ legatæ non tranſit in legatarium, etiam ſi teſtator faceret legatum conſentiente domino, ſecundum Ang.in l.1.ad fi. C.commu. de leg. Secundò procederet in pluribus caſibus, in quibus dominium rei legatæ non tranſit in legatarium, de quibus ꝑ Bar. & alios in l.1.in vlti.col.ꝟ.eod. Tertiò, quando legatarius emiſſet viuo teſtatore, vel eo mortuo, ſed hæreditate nondũ adita, quibus caſibus dominium non tranſit in legatarium. d.l.ſi tibi homo.§.cùm ſeruus.verùm quia iſtæ eſſent diuinationes ad tex.ideo realiter reſponde, & not.ꝙ quando quis habet dominium verum, & proprium de iure gentium mediante traditione, tunc non valet emptio. d. l. rei ſuæ. ſed legatarius quamuis habeat dominium de iure ciuili, & ſic de iure ſpeciali, tamen non habet verum dominium iuriſgentium, quod habetur mediante trad.ideo poteſt adhuc agere ad dandum, vt no.in l.1. ꝟ.eo.& in l.1.C.commu.de leg.Bar.in l.in bello.§. ſi quis ſeruũ. per illum tex.ff.de capti.& poſtli. Bene facit, ꝙ quando res eſt mea de iure ſpeciali, ſimiliter in ea poteſt conſtitui pignus.l.interdum.cum l.ſeq.& ibi no.Bar.ff.qui pot.in pig. hab. & ita li-
3 mitatur regula.d.l.neque pignus.¶†Tertio no.ex tex.ibi, vſque ad pretium, quòd qui conſecutus eſt rem leg. ex cauſa oneroſa, vel lucratiua habens onus annexum, poteſt in libello agere ad æſtimationem rei legatæ, vt hic.& l.ſi res mihi. ꝟ. titu. 1.& l. ſed ſi res.ꝟ.eo.& tenet gl.in l.fundum.ff.ad l.fal. Contrarium, ꝙ imò res debeat peti, ſed æſtimatio ſit in ſolutione, tenent omnes gl.hic alleg per Bar.quas Bar. concordat dando electionẽ petendi legatario, vel rem, vel æſtimationem. & idem tenent Sali.Flo.Raph.Cum.& Are.ſed Imo. dicit, ꝙ tutius eſt ſeruare practicam gl.in §.ſi res aliena.Inſtit,eod.ſ. ꝙ petatur res ad fin. conſequendi æſtimationem.Contra Bart.& ſeq. tenet Pau. de Ca.hic, ꝙ imò æſtimatio in libello peti non põt, cùm q̃titas nõ ſit legata, ergo legatarius eam petere non poteſt.l.debitor.in fi. prin.ꝟ.tit.1.vbi dicit text. nec pecunia peti poteſt, quæ non eſt legata.& ille tex.videtur de directo contra Bar. ſecundum eũ. Adde tu alium tex.quem alleg.Bar.hic in l.ſi ſeruum.§. fina. ff. de verb.obl.in verbo neque pecuniam, quæ non debetur. Sed ad d.l.debitor.reſpondet Are.hic, quòd ibi pecunia non comprehendebatur ſub legato fundi, neque verè, neque fictè, quoniam interuſurium fundi eſt in fructibus non in pecunia, vel quantitate. Nec obſt.l.ſi filio.§. 1.& l.illud.ad fi.ff.de dona. cau. mor.alleg.per Bar.quia reſpondet Pau.de Caſt. quòd loquuntur in condictione ſine cauſa, quæ oritur extra id, quod agit, vt l.ſi is qui.in fi.ff.commo.ſed actio ex teſtamento competẽs pro legato competit pro eo, quod eſt legatum, & ſic pro eo, quod eſt actum. Sed non meminit Pau.de Caſt. ꝙ iſtam ſolu. reprobat Bar.met in d.l.ſi filio.& dicit, quòd imò ibi condictio ſine cauſa competit ex eo quod agitur, cùm ibi eſſet expreſsè actum, ꝙ res redderetur. Retenta ergo concluſione Bar.& cõmuni, eam limita, quando vna res eſſet legata, ſecus ſi duæ alternatiuè, & vna eſſet facta creditoris ex cauſa oneroſa. nam non poſſet agere ad pretium, quod pro ea redimenda exburſaſſet.l.ſi Stichum, aut Pamphilum.in prin.iuncta gl.2. quę diſtinguit.ff.de verb.obl. Secundò limita per Bar. in l. Titia Seio.
4 in prin.ꝟ.tit.1.¶†Quartò no.ꝙ legatarius poteſt conſequi pretium, quod ſibi abeſt pro re legata quã emit. quod intellige verum de pretio iuſto, aliàs ſecus, vt per Bar.hic in fi.ſed pulchrũ dubium eſt, quid ècontra? Si legatarius rem legatã quæ valet 20.emit pro 10.an debebit conſequi ab hærede tota 20.q̃ ſunt vera, & iuſta æſtimatio? Tex.in l.non dubium.§.fin. & in l. qui concubinam.§.fi.ꝟ.titu.2.videntur decidere ꝙ ſic, dum volũt, ꝙ legatarius debebat conſequi veram æſtimationem, & iuſtũ pretium rei legatæ, quod reuera eſt de 20.Facit etiã, quia contrariorum eadem debet eſſe diſciplina.l.1.ff.de his, qui ſunt ſui vel alie.iur.dixi in rub.ff.de acquir.poſſeſ.Sed hæres alleuiatur, quando res legata fuit empta maiori pretio, vt non teneatur, niſi ad iuſtum pretium, ergo ècontra debet grauari, quando eſt empta minori pretio, quàm valet, vt teneatur iuſto pretio. In contra-

ADDITIO.

a ¶Aduerſatiuæ. Adde Doc.in l.hoc amplius.§.1.ff.de dam.infe. Cy. in Authẽ. ſacramenta.C.ſi aduer.vend.

† Iaſ.in Rep.l.re coniuncti.col.8.circa fi.infra de leg.3.in l.1.colu. 3. in fi.ff.ne quis eũ qui in ius voc.Catel. in ver.aduerſatiuæ, vbi declarat, & infert ad plura notab.& ibi, quid de dictionibus vero, pro, ſed. Quæ licèt ſint aduerſatiuæ, etiam coniungunt, & repetitionem inducunt. MASVER.

contrarium facit tex.hic,qui vult,ꝙ legatarius debeat cõsequi pretium,quod sibi abest,& sic sola decem,quamuis res valeat 20.& istud est verius,quia quando legatarius rem valentẽ 20. emit pro 10.in eo quod valet vltra, habet causam lucratiuã, ergo vltra non potest petere ab hærede, propter concursum duarum causarum lucratiuarum,contra reg.l.Meuius.§.duo rum.ꝭ.tit.1.quæ ratio cessat,quando res legata est apud alium, tunc legatarius debet habere veram æstimationem.d.l. nõ du bium.§.fi.& d.l.cõcubinam.§.fi.¶†Quintò no.ꝙ licèt non va
5 leat legatum factum de re mea, si erat mea tempore legati. l. proprias.C.de leg.nec reconualescit,licèt desinat esse mea.l.cę tera.§.1.ꝭ.eo.tamen ècontra si tempore testamenti res nõ erat mea, valet legetum,nec efficitur inutile, licèt postea efficiatur
6 mea ex alia causa.tex.est hic,† quia difficilius est reconualesce re legatum à princi.nullum,quàm irritare validum.arg.l.posthumus.in prin.& vers.idem & circa.ff.de iniust.rup. Nec obst.
7 si diceretur,quòd quando† res deuenit ad casum,à quo incipe re non potest, actus vitiatur.l.si pluribus. §. & si placeat. ff. de verb.obli.Respondetur, istud esse verum, quando casus q̃ eue nit,tenderet ad contrarium effectum, secus quando tendit ad eundem effectum. text. est hic,vbi legatum tendit vt habeam rem,& acquisitio dominij tendit ad idem,ergo non vitiatur.l. verbis.ꝭ.ad l.fal.declarat Bar.in d.§.& si placeat.& est text. in l. sciendum.§.fi.in fi.ff.qui satisd.cog.& ibi dixit Pau.de Castr.ꝙ
8 melius facit,quàm alius tex.de iure.¶Sextò not. † ꝙ legatarius emendo rem legatã, non censet renunciare legato,ꝙ ꝑcedit, q̃n emit à tertio,vel etiam ab hærede,sed ignoranter, vt l.huiusmodi.§.qui seruum.ꝭ.eo.Si autem scienter, dic, vt per Bart. in l.qui Romæ.§.duo fratres.in 12.q.ff.de verb.obl.per Imo.& D.Alex.in l.si à substituto.in prin.ꝭ.eo.per Are. in l. 3.§.ex plu
9 rib.in pe.col.ff.de acq.pos.¶†Septimò not. ꝙ non dicitur quis consequi ex causa lucratiua illud, quod minuitur ꝑpter onus dandi,vel restituendi alteri.facit.l.non amplius.in prin.& ibi di
10 xi.ꝭ.eo.¶†Octauò,& vlti.no.ex tex.in fi.ꝙ quis agit pro eo,q̃d alij est præstaturus,licèt nondum præstiterit. Facit, quia id ei abesse videtur,in quo alij obligatus est, dicit Iurisconf. in l. si quis mandato.in fin.ff.de neg.gest.hic alleg. in glo. Facit etiam
11 quod in pulchro simili habetur,†quòd fideiussor,qui nõdum est condemnatus, tamen est in casu condemnationis, quòd potest agere contra principalem debitorem, licèt nondum soluerit, imò nondum sit condemnatus.ita not. tenet Bartol. in l.si pro ea. in 6. quæstio. C. manda. & pro eo facit text.not. in l. qui pœnæ. §. primo. & quod ibi not. Bened. de Plumb. ff. de manumis.

SVMMARIVM.

1 *Coniuncti verbis licèt sint,quando testator legat Titio,& Seio fundũ, tamen sunt disiuncti re.Et an sint re,& verbis.nu.4. quòd sic.*
2 *Copula diuidit ipso iure.*
*Venire ex verbis quid dicatur.*
3 *Ius non decrescendi quando habeat locum, & quando ius accrescendi. nu.9.& 14.& 17.*
5 *Admißus de æquitate,& humanitate ad partem,& non de rigore iuris facit partem,& vide nu.13.*
6 *Legatum factum seruo proprio testatoris sine libertate non valet.*
7 *Qui vult consequens,censetur velle necessarium antecedens ad illud.*
8 *Legatum factum alicui in primo testamento,non reuocatur per secundum legatum factum alteri in secundo,sed sunt re coniuncti, & sibi faciunt partes.*
9 *Testamentum patris, & filij non censentur diuersa,sed pro vno reputantur.*
10 *Coniunctio realis inducitur ex diuersis testamentis.*
11 *Legatarius,qui venit ex testamento patris, & alius qui venit ex testamento pupillari ad eandem rem, non dicuntur venire diuerso iure.*
12 *Quæ differentia sit inter coniunctos,& disiunctos.*
15 *Obligatio naturalis potest esse inter seruum,& dominum.*
*Obligatio naturalis non impedit ius accrescendi.*
16 *Excludi quando quis dicatur,ad hoc vt habeat locum ius accrescendi.*
18 *Quando instituti sunt duo hæredes,scilicet vnus purè, alius sub conditione,an purè institutus interim habebit totum.& nu.25.*
19 *Hæres, qui semel est,non potest amplius desinere esse hæres,secus in legato.*
20 *Prouisio hominis debet facere cessare prouisionem legis.*
21 *Quæ differentia sit inter legatum proprietatis, & legatum vsusfructus.*
22 *Non est inconueniens, quòd ius,vel dominium sit purè insolidum apud aliquem sed reuocabiliter, & postea in aliquem euentum conditionis transeat pro parte in alium.*
23 *Vsusfructus præscribitur.*
24 *Vsusfructus constitutus in persona vnius, est diuersus ab eo, qui est in persona alterius.*
26 *Datio, & ademptio in legatis tacitè induci potest,& quid quando esset institutio.*

1 §. Si coniunctim. †Inter coniunctos fiunt partes ab initio, & q̃ admittitur ad partem,etiam ex sola æquitate facit partẽ,& antequam quis concurrere possit, non facit partem, sed interim eius partem coniunctus cõsequitur.hoc dicit,& habet tria dicta.Secundum ibi, nec solùm. Tertium ibi, sed si in pupillari. ¶Pondera primò tex.ibi,constat partes ab initio fieri. qui fortiter probat opi.quam tenent subtiles Vltramon.Pet.& Cy. in l.vnica.§.vbi autem.C.de cadu.tollen.ꝙ si testator dicat, lego Titio,& Seio fundum,quamuis isti sint coniuncti verbis propter vnitatem orationis,tamen dicuntur disiuncti re, quia testator à principio videtur diuisisse partes inter eos, & sic est ꝑinde ac si testator expressisset,quòd legabat pro æquis portionibus,quo casu indubitanter essent disiuncti re.l. si quis ita hæredes.supra de hære.insti.& l.re coniuncti.ꝭ.titu.2. Ad idem est tex.in l.legata inutiliter.§.fin.s̃.eod.& in l.cui fundus.ff. de condi.& demon.& dicit D.Alex.ꝙ istam opin. putat in puncto iuris esse veriorem,sed ad istam.l.& alia iura præallegata respon det Bar.in d.l.re coniuncti.in 3. q. princ. quòd videntur partes ab initio datæ,verum est legatarijs concurrentibus, sed sermo testatoris assignat rem cuilibet insolidum, quæ solutio apertè confunditur per istum tex.cùm dicat, constat partes ab initio fieri,& secundum solutionem Bar.non esset ab initio, sed pro
2 pter concursum legatariorum. ¶†Propterea quando testator dicit,lego Titio,& Seio fundũ, copula diuidit ipso iure.l.reo. §.cùm in tabulis.ff.de duob.reis.& l.1.C.si plur.vna senten.ergo videntur partes meo iure,& ab initio legatæ. Alio modo respondet Barto.in d.l.cui fundus. volens euitare ista iura, quòd ab initio fiunt partes,verum est ex mente tacita testatoris, sed non ex verbis: sed nec ista sol.est bona,prout etiam dicit Imol. hic,quia illud dicitur venire ex verbis,quòd venit ex vi verborum,& ex proprio significatu.Tertiò modo respondet D.Petr. de Bexu.hic,ꝙ fiunt partes ab initio.s.transitus legati,non autẽ ab initio testamenti,quia quando legatum transit in istos con iunctos ab initio,tunc transit pro virilibus portionibus.Quartò modo,& melius respondet Imo.hic,quòd iste tex.intelligitur in coniunctis verbis tantum,non autem re,quod est quando legatur duobus, & testator exprimit pro æquis portionib. d.l.re coniuncti.vel etiam quando partes non exprimuntur,vt patet ex tex.Insti.de leg.§.si eadem.vnde iste tex.intelligeretur, quando partes non exprimuntur. ¶Pro ista opi. Vltramontanorum adducit D.Alex.tex.in l.si mihi,& Titio.ff.de verb.obl. hoc modo inducendo.Nam si per ista verba, promitto Titio, & Seio fundum,induceretur coniunctio non solùm verbalis,
3 sed etiam realis,sequeretur,ꝙ† per ius non decrescendi, quod habet locum inter coniunctos re,& verbis, secundum gl. in l. coniunctim.ꝭ.tit.2.& in l.1.§.fin.de vsufruc.accres.portio deficiens in d.l.si mihi, & Titio. deberet remanere apud ꝯiunctũ, cuius contrarium ibi dicitur in tex. Adde, quòd ante eum ista fuit inductio de illo tex.Alb.de Ros.in l.vnica. §. vbi autem. in 25.colum.C.de cadu.tollen.tamen Dom.Alex.respondet ad il lum tex.ꝙ in contractibus inter coniunctos re,& verbis nõ est locus iuri non decrescendi,prout in legatis,& in vltimis volun tatibus,sed ista non est bona solutio, quia contrarium tenent Bar. & omnes in d.l.si mihi, & Titio. prout etiam fatetur Do. Alex.vnde responde,quòd aliud est in contractib. in quib. fit stricta interpretatio,& verba strictè interpretantur,& imputãtur contrahentib.quare legem apertius non dixerunt, & aliud in vltimis voluntatib.in quib.fit latior & plenior interpretatio. l.in testamentis.ꝭ.de reg.iur.c cùm dilecti.de don.& ita ad d.l.si mihi,& Titio. respondet Io.Fab.in §.si eadem.in vlti. col.Insti.
4 de leg.¶†Contrariam opi.ꝙ si testator dicat,lego Titio,& Seio fundum,ꝙ isti dicantur coniuncti re,& verbis,tenet gloss. in d.l.re coniuncti.& ibi Bar.in 3.q.princ.gl.& Bald.in l. 1.§. fina. ff.de vsufruc.accresc.glo.& Bald.in l.si duob.§.fi.s̃.eo. Barto. & Bal.in d.l.vnica.§.ibi autem.per illum tex.& ibi Sali.in §.fin.autẽ
* disiunctim. *Et ista est communis opi.* & eam tenet consulendo D. Alexan. & dicit esse magis communem in consi.109.in 2.vol. quod incip.videtur prima fronte respondendum,& secũdum istam magis communem opin.iste tex.debet intelligi de coniunctis verbis tantũ,quia testator dixit,lego Titio, & Seio fundum pro æquis portionibus.Ita Pau.de Cast.& Raph. Cuma. apostillant tex.istum,& ita etiam summant hunc text. Pau.de Castr.& Domi.Alexan. sed ista solutio manifestam diuinationem continet ad hunc text. Præterea, & fortius isto modo intelligendo text.penitus nullam haberet dubitationem.Si enim fuisset

fuiſſet res legata pro æqualibus portionibus, & iſtud expreſſiſſet teſtator, ridiculum fuiſſet decidere & vanum, quod partes ſunt ab initio factæ, cùm neutri eorum ſit legata niſi pars fundi. Pro iſta tamen communi opin. non eundo per mendicata ſuffragia, facit bene tex. in d.l. re coniuncti. dum dicit, quòd verbis dicuntur coniuncti non etiam re, quando legatur Titio, & Seio fundus pro æquis portionibus, ergo vult tex. quod vbi nõ fuiſſet dictum, æquis portionibus, quod dicerentur coniuncti re, & verbis, aliàs ineptus, & ſine dubitatione eſſet ille tex. nam ſi verum eſſet, quòd legando ſimpliciter Titio, & Seio dicerẽtur coniuncti tãtum verbis, ergo fatuum eſſet decidere, quòd quando expreſsè adijcitur pro æquis portionibus, quòd ſint ſolum verbis cõiuncti, ex quo ſine expreſſione illud eſſet. Niſi reſpondeas, quòd illud ibi non dicitur deciſiuè, ſed exemplificatiuè. Pro communi ſententia bene facit tex. in l. triplici. cũ glo. ff. de verbo. ſignifi. alibi tamen tex. videtur dicere totum oppoſitum ad prædicta in l. ſicut. §. 1. ff. quib. mod. vſusfruc. amit. vbi dicitur, quòd ſi ſit legatus vſusfructus Titio, & Meuio, non dicuntur iſti coniuncti verbis, ſed re, niſi dicas, ꝙ illa non ſunt verba teſtatoris, ſed Iuriſc. aliàs eſſet de directo contra d.l. re cõiuncti. & d.l. triplici. & ita Odof. ibi appoſtillat illum tex. prout
5 refert, & ſequitur Dom. Alex. hic. ¶ † Secundò no. ex 2. par. tex. quòd qui non admittitur ad partem de rigore iuris, ſed de ęquitate, & humanitate, facit partem. i. facit, quòd alter coniunctus non habet vltra partem ſibi relictam, & ſic portio, quæ ſuſtinetur ſolùm ex naturali æquitate, impedit ius accreſcẽdi. de quo
6 dicetur plenius in glo. ¶ † Tertiò not. ꝙ legatum factum ſeruo proprio teſtatoris ſine libertate, nihil valet, vt hic, & §. à ſeruo. Inſti. eod. l. pe. §. illo. C. de neceſ. ſer. hær. inſti. Sed contra iſtum tex. fortiter opponitur, nam qui vult conſequens, intelligitur velle omne neceſſarium antecedens ad illud. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procu. & l. illud. ff. de acqui. hæred. ergo teſtator, qui fecit legatum ſeruo ſuo proprio, intelligitur voluiſſe, quod talis ſeruus habeat libertatem, quia iſtud eſt neceſſarium antecedens ad validitatem legati. Hinc eſt, quòd quando teſtator inſtituit ſeruum proprium, intelligitur in neceſſarium antecedens relinquere ſibi libertatem, quia aliàs inſtitutio non valeret. Inſti. de hære. inſti. in prin. & l. pen. in princip. C. de neceſ. ſer. hær. inſti. quamuis ad hoc vltimum poſſet dici, ꝙ magis intereſſet teſtatoris habere hæredem vniuerſalem, quã habere legatarium, & per iſtam rationem primo caſu inſtituendo ſeruum bene intelligitur ſibi relinquere libertatem, quod non eſt in ſecundo caſu. Ad contrarium poteſt reſponderi ſecundum Lud. Roman. in d. l. illud. ꝙ regula, quæ habet,
7 ꝙ † qui vult conſequens,[a] intelligatur velle neceſſarium ante-
a cedens ad illud, procedit niſi antecedens ſit maius conſequenti, vt quando fit legatum ſeruo, nam ſi intelligeretur in neceſſarium antecedens relicta libertas, quæ eſt inæſtimabilis, intelligeretur aliquid maius conſequenti. Adde bene facere, quod vult Bal. in l. 2. in 4. col. in fi. ff. de iuriſd. omn. iudi. vbi dicit, ꝙ cui committitur aliquid, intelliguntur commiſſa omnia, ſine quibus illud expediri non poſſet, intelligitur niſi illa eſſent maiora, vt ibi per eum. Vel ſecundo poſſet reſponderi ſecundum Sali. & D. Alex. in l. fi. in vlt. col. C. de hær. inſti. ꝙ qui vult conſequens, intelligitur velle neceſſarium antecedens ad illud, eſt verum, quando conſequens erat de ſe validum, aliàs ſecus, vt patet ibi in tex. vbi teſtator dicendo, Sempronius Plotij hæres eſto, non per hoc videtur in neceſſarium antecedens Plotium inſtituere, vt ibi eſt tex. & tamen aliter non poteſt valere prouiſio facta de Sempronio. Poteſt confirmari, quia regula eſt, ꝙ teſtator, qui grauat aliquem, non per hoc videtur ei legare, quamuis ſit neceſſarium antecedens ad illud. l. ab eo. C. de fideicõ. Iſta ſolu. Saly. & Do. Alex. non eſt bona, quia in contrarium habes tex. Inſti. qui da. tut. poſ. in princ. & Inſti. de hæred. inſti. in princ. vel tertio poſſet reſponderi ſolutioni, quam alibi ponit ſing. Bar. in l. 1. in vlti. col. ff. de acq. hære. vbi dixi, ꝙ prædicta regula, ꝙ qui vult conſequens, intelligatur velle neceſſariũ omne antecedens ad illud, procedit, vbi agitur de acquirendo, ſecus ſi de repudiando, prout videtur eſſe hic in datione libertatis, & in relicto facto alij de ſeruo, & pro iſta ſolu. Bar. pondera tu bonum tex. in l. eleganter. §. ſi poſt. ff. de condi. indeb. & in l. ſi cauſa cognita. C. de tranſac. & in l. & poſt rem. in princip. ff. eod. iuncta. l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ff. de pact. vbi faciendo tranſactionem non intelligitur quis repudiare ſentẽtiam, quæ tranſiuit in rem iudicatam, quamuis ſit neceſſarium antecedens ad validitatem tranſactionis. Tamen illam ſol. Bar. reprobant D. Alex. & Are. in d. l. 1. nam ſecundum Do. Alex. videtur
8 contra. l. nec is. §. 1. & contra. l. illud. ff. de acqui. hære. ¶ † Quartò diligenter no. ex tertia parte tex. ꝙ quando eadem res legatur vni in primis tabulis, & poſtea eadem legatur alteri in ſecundis tabulis, per legatum ſecundum non videtur ademptum primum, imò ſunt re coniuncti, & faciunt ſibi partes per concurſum. text. eſt hic not. dignus. Ad idem facit tex. in l. cohæredi. §. cohæres. iuncta. gl. & ibi Bal. in fi. no. & dicit eſſe ſimiliter notã.
9 ff. de vulg. & pup. ¶ † Quintò no. ꝙ licèt aliàs inter legatarios diuerſorum teſtamentorum non ſit locus iuri accreſcendi. l. ſub conditione. ff. quib. mod. vſusfruc. amit. nec inter eos, quib. legatur à diuerſis hæredib. l. pen. §. fin a. ff. de vſufr. & l. quid ergo. §. ſi duos. ĩ. eo. fallit, quando teſtamenta non cenſentur omnino diuerſa, vt patris, & filij. l. qui patri. & ibi ſignanter Bar. ff. de acqu. hære. imò in multis pro vno reputantur. l. patris & filij. ff. de vulga. & pup. & ſimiliter quando hæredes, à quibus legaretur, non eſſent omnino diuerſi, vt in pupillo, & eius ſubſtituto, & iſta
10 duo probantur no. in hoc tex. Ex quib. correlariè habes, † ꝙ cõiunctio realis inducitur ex diuerſis teſtamentis, & ex diuerſis hæredibus, quando non habentur pro omnino diuerſis. Hinc eſt, ꝙ legata facta in teſtamento patris, & in teſtamento filij ſimul contribuuntur in computatione falc. l. in ratione. §. quod
11 vulgò. ff. ad l. fal. ſecundum Bar. & alios hic. ¶ † Sextò not. ꝙ legatarius, qui venit ex teſtamento patris, & alius qui venit ad eandem rem ex teſtõ pupillari, non dicuntur venire diuerſo iure, quia aliàs inter venientes diuerſo iure non habet locum ius accreſ. l. ſed cum patrono. in prin. ff. de bo. poſ. declarant no. Sa
12 li. & Raph. Fulg. in l. vni. in 1. q. C. quando non peten. par. ¶ † Gl. 1. In fi. gl. verum dicit, ꝙ non eſt dr̃ia inter coniunctos, & diſiunctos conſiderato effectu, quia ſi ambo concurrunt ad petendũ legatum, quilibet habet partem, ſed cõſiderato initio bene eſt differentia inter coniunctos, & diſiunctos, prout ẽt oſtẽdit tex. in l. ſi plurib. ſ̃. eo. quia à prin. antequam ambo ꝯcurrant ad petendum legatum, legatarij diſiuncti non faciunt partes à prin. imò primus eorum veniens conſequitur totum legatum, licèt alius ab eo poſtea partem vendicet. l. vnica. §. ſi verò non omnes. C. de cadu. toll. ſecus eſt in coniunctis, vt latius dixi in l. ſi duobus. in prin. ſ̃. eo. ¶ Capio glo. in ver. proprio. quam diuide in tres par. In prima remouet vnum contrarium. In ſecunda per viam notab. remouet aliud contrarium, quod poſtea format inferius in 3. par. In tertia opponit, & ſe remittit. Secunda ibi, & no. ꝙ licèt. Tertia ibi, item contra. ĩ. §. ſi duob. ¶ In ead. gl. ibi, & no. ꝙ licèt hoc legatum. Iſta gl. per viam no. ſoluit con-
13 trarium, quod. ĩ. format. ſ. † qui non admittitur ad partem, nec admitti ſperatur, non facit partem, vt in §. ſeq. & in l. ſi duob. in fi. ſ̃. eo. Glo. reſpondet, ꝙ in illis iuribus legatum erat omnino inualidum, ſed hic licèt non valeat ſm̃ rigorem iuris, vt detur actio, valet tamen ex ęquitate & pietate, ſm̃ quam hæredes nõ debent ita eſſe impij, quin legatum præſtent illi ſeruo. l. pe. §. il-
* lo. C. de neceſ. ſer. hær. inſti. Et cum iſta ſol. gl. tenent Bar. *& communiter alij*. Nota iſtam ſol. gl. & cõem, ex qua dat̃ magna ampliatio ad gl. q̃ reputatur ſingularis in l. ſi duo patroni. in princ.
14 ff. de iureiu. in ver. iuraſſet. vbi gl. tenet, † ꝙ ad hoc vt habeat locum ius accreſcendi, requiritur ꝙ portio ipſo iure ex toto deficiat. per iſtam gl. ampliatur, ꝙ ius accreſcendi non habeat locum, quando portio, quæ ex toto deficeret ſecundum rigorẽ iuris, ſuſtineretur tamen ex aliqua æquitate. Iſta communis ſolutio licèt in ſe poſſit eſſe vera, tamen non congruit ad iſtum tex. nam cum d. §. illo. ſit nouiſſimum ius Imperatoris, certè Iuriſc. non potuit habere reſpectum ad æquitatem d. §. illo. qui §. fuit editus poſt longa tempora. l. iubemus. in fi. C. de teſt. Et patet, quia tex. iſte dicit, ꝙ legatum factum ſeruo proprio ſine libertatẽ non conſiſtit. Aliter reſpõdet Are. ꝙ valet legatum ſeruo proprio ſine libertate inſpecto iure naturali, ſeu iure gẽtiũ primæuo, vnde oritur obligatio naturalis inter ſeruum, & here-
15 dem pro illo legato, † quæ obligatio naturalis poteſt eſſe inter ſeruum & dominum. l. ſi id quod. in prin. ff. de condi. indebi. & l. quibus dieb. §. dominus. ff. de condi. & demon. vnde cũ iſtud legatum valeat reſpectu obligationis naturalis, nõ dicitur omnino inutile. Sed tu aduerte, ꝙ obligatio naturalis non impedit ius accreſcendi, vt probat tex. in l. hac cõſultiſſima. §. ex imperfecto, in verb. liberis accreſcere. C. de teſt. vbi competit ius accreſcendi, & tamen relictum in teſtamento non ſolenni na-
* turaliter debet̃ *ſecundum magis communem* ſententiam. in l. in teſtamento. ff. de fideic. lib. l. 1. in prin. & l. fi. ff. de reb. eorum. firmat Bar. poſt gl. in l. cùm quis. C. de iur. & fac. igno. & in l. 1. ſ̃. de cõdi. indeb. Cano. in c. fi. de ſol. & ita tenent Bald. in dicto §. ex imperfecto, in pe. q. & Sal. ibi, vbi ad hoc no. illum tex. & eſt ſimilis tex.

ADDITIO.

a ¶ Qui vult conſequens. Adde Bar. in l. illud. ff. de acqui. hæred.
† Et declara, vt per Aym. conſil. 134. num. 45. & no. Iaſ. in l. 1. colum. 2. in principio. ff. de tranſact. in l. centurio, poſt nume. 56. ſupra de vulga. Barto. in l. ſi cui legatum. num. 1. ff. de condi. & demonſt. & fac. quæ ſcribit Nat. conſ. 176. num. 4. MASVER.

text.in l.fin.ad fin.C.fac.ercis. Et ſi dicis, q̄n debetur naturaliter,
ergo portio ipſo iure in totum non deficit,ergo non poteſt ha
bere locum ius accreſcendi, per glo.approbatam in d. l.ſi duo
patroni. Pro ſolutione bene conſidera verba Bart. in d.l. ſi duo
16 patroni, ꝙ † quis non dicitur perfectè excludi,q̄n ipſo iure re-
manet actio, vt eſt ibi ex naturali, quæ aliquando fuit iuncta
cum ciuili,vt declarat Bart. in l.Iul.verum debitorē. ff.de con-
di.indeb.ſed in d.§ ex imperfecto. cùm ex illa naturali nō poſ-
ſit produci actio, ideo dicitur ſatis excludi, vt habeat locū ius
accreſcendi.Tamen Raph.Fulg.in d.§.ex imperfecto, aliter di
cit ad illlum text. ꝙ ibi propriè non habetur ius accreſcendi,
ſed quià efficitur caducum illud, ꝙ extraneo relinquitur ibi,
ideo remanet penes filios, & licèt aliàs ita tenuerim in d.§. ex
17 imperfecto,nunc non placet,† cùm etiam in pro non ſcriptis,
& caducis, vel quaſi habeat locum ius accreſcendi.l. vnica. §.
in primo.& §.pro ſecundo.C. de cad.tollen.glo. & Doct.in l.ſi
duobus. in prin.s̃.eod. ¶Glo.in verb. partem. & eſt glo.fin.ibi,
* Azo.& Hug.dicunt. Iſtam ſecundā opin. *tenent omnes* excepto
Bart.per text.in l. vnica.§. ſi verò non omnes.C.de cad.tollen.
vbi eſt expreſſum primo venienti dari totum, & per text.in l.
ſub conditione.§.1.ff.de aſſig.liber.& per text. hic in verb.con-
curſu partes fiunt.ergo ab initio non ſunt factæ,& per tex.in l.
ſi ſeparatim.iuncta gl.in verbo,accreſcere.ff. de cond.& dem.
& ita etiam tenet Bald.in l.extraneum.in vlt.colu. C.de hæred.
inſt.& in l.vnica.§.is ita. C.de cad.tollen. & in l.ſi duob.in prin.
s̃.eod.& ad iura Bart.reſponde, vt per Imo.d.Alex. & Aret.hic.
¶Circa verò quæſtionem, quam format glo. in l. 2. ff. ſi pars
hær.peta.de duob. hæredib. quorum vnus eſt inſtitutus purè,
18 † alius ſub conditione, an inſtitutus purè interim habebit to-
tam hæreditatem.Bart.hic ſequitur diſtinctionem glo. in d.l.2.
cum modificatione,de qua per eum, & diſtinguit, vt hic latè
habes per eū.Idem tenent Ang. & Sal.& Flo.hic. & dicit Saly.
ꝙ diſtinctio glo.in d.l.2.eſt ab omnibus approbata, ſed errat,
vt infra ſtatim patebit. idem tenet Ang.in d.l.2. & Io. de Imol.
in d.l. ſi quis ita ſcripſerit.ff.de hær.inſt. Tu adde dictis Bar.pri-
mò,in quantum conſtituit differentiam inter hæreditatem, &
legatum, & in hæreditate aſſignat rationem, quia qui ſemel
19 eſt hæres, non poteſt amplius deſinere eſſe hæres.† Adde, ꝙ
iſta ratio videtur militare etiam in legato, cùm etiam legata-
rius non poſſit deſinere eſſe hæres,per regulam. l. id, quod no-
ſtrum.ff.de reg.iur.ſed ſalua Bart.quòd hęres etiam ſi vellet,nō
poteſt deſinere eſſe hæres.l.& ſi ſine.§.ſed quod Papinianus.ff.
de min.cum vulg ſed legatarius ſi vellet poſſet deſinere abdi-
cando dominium legati,vel legatum à ſe, iuxta not. in l.ſi quis
vi.§.differentia.ff.de acq.poſſ. Itē ad iſtud fundamentū Bart. ꝙ
qui ſemel eſt hæres, non poteſt deſinere eſſe hæres, poſſet du-
pliciter reſponderi. Primò, ꝙ eſt verum,niſi deſinat eſſe hæ-
res ex eo, ꝙ ſuperuenit ex cauſa tamen de præterito. argum.l.
ſi in rem.§.fin ff.de pign.act.Secundò reſpondetur, ꝙ non po-
teſt deſinere eſſe hæres,eſt verum facto, & ordinatione homi-
nis,ſecus ex diſpoſitione legis mediante ordinatione hominis,
vt eſt glo.in l.in ſubſtitutione, vbi dixi.ff.de vulg. & pupil. Re-
tenta tamen conclu. Bart. pro vera, ꝙ inſtitutus purè interim
habeat totam hæreditatem, & eius adminiſtrationem in to-
tum. Limita, niſi cohæres inſtitutus ſub conditione interim
pendente conditione agnoſcat bon. poſſ. ſecundum tab. iux-
ta.l. 2.§. ſub conditione. & l. ſub conditione.ff.de bon. poſſ.ſe-
cundum tab. nam vigore talis bon. poſſ. poterit adminiſtrare
ſicut curator datus hæreditati,ſecundum Bart.in d.§. ſub con-
ditione. & in l. ſi quis inſtituatur hæres in diem. per illum text.
ff.de hæred. inſtit. ſecundum Raph. & do. Alex.hic, quamuis
poſſet dici, ꝙ in illis ll.non erat alius cohæres purè inſtitutus,
20 vt hic,qui interim totum adminiſtret,vt dicit Bar.† vnde pro
uiſio hominis debet facere ceſſare prouiſionem legis.l.fin.C.de
pact.conuen.& l.& habet.§.cùm quis. ff.de preca. quamuis de
21 hoc vlt.d.Alex. dubitet. ¶† Secundò inquantum Bart. princi-
paliter conſtituit differentiam inter legatum proprietatis, &
vſusfructus, & aſſignat rationem diuerſitatis, quia proprietas
ſemper eſt eadem,ergo ius, ꝙ alteri poteſt deberi in euentum
conditionis,illud interim applicari non poteſt,ſed vſusfructus,
qui eſt medio tempore,eſt alius ab eo, qui erit poſt conditio-
nem, quia vſusfructus quotidie conſtituitur, & finitur. l. 1. §.
pen.ff.de vſufr.accreſ.& l.ſi vſusfructus mihi in bennium.ff.de
vſufr.leg.& ideo cùm nihil de vſufructu alterius vſurpetur,in-
terim legatarius purus habebit totum vſumfructum, vt eſt
text. clarus in l.idem. §.ſi mihi. ff.de vſufr.accreſcen. Iſta ratio
22 diuerſitatis Bartol. non videtur bona. † Primò, quia non eſt
inconueniens,quod ius, vel dominium ſit purè inſolidū apud
aliquem, ſed reuocabiliter, & poſteà in aliquem euentū con-
ditionis tranſeat pro parte in alium, vt not.gloſſ. & Docto.in
l.ſi quis ita hæreditatem.ff.de condi.& inſtit.probatur in l.Sem
pronius Attalus.ff.de vſufr.lega.Secundò,& ſubtilius reprobat
Aret.quia in vſufructu requiritur duplex obligatio. prima, &
principalis, quæ competit ad conſtituendum ius in eſſe, & iſta
habet actum momentaneum, & non ſucceſſiuum, ſcilicet
inductionem in fundum, & reſpectu huius obligationis non
eſt verum, quamuis vſusfructus de nouo oriatur, quia ſemel
conſtitutum ſemper durat. Secunda eſt obligatio,quæ com-
petit ad præſtandum patientiam vtendi, & fruendi, & ſic,quæ
reſpicit executionem iuris conſtituti, & iſta bene habet cau-
ſam ſucceſſiuam, vt declarat Bartol. in l. 2. §. & harum. ff.de
verbor.oblig.& in l.corruptionem.& ibi latius Bald.C.de vſu-
fruct.tamen prima obligatio, quæ eſt principaliſſima, haben-
da eſt in conſideratione. Prætereà etiam habito reſpectu ſe-
cundæ obligationis impropriè eſt dictum, quòd quotidie ius
vſusfruct.cauſetur de nouo,& ſic quotidiè videtur legari:nam
ſi ita diceremus, ſequeretur, quòd tot eſſent vſusfr. quot ſunt
23 dies, † & ſic ſequeretur, quòd vſusfruct.non poſſit præſcribi,
quia præſcriptio cœpta hodie, non concluderet ad vſum die-
rum ſequentium, ſicut dicimus in plurib. obligationib. an-
nuis.l. ſi quis emptionis titu. §.1. C. de præſcrip. 30.ann. & ta-
men vſusfructus non vtendo perditur vniformiter ſpatio lon-
gi temporis, & ſimiliter præſcribitur.d.l. corruptionem.& l.fi.
in fin.C.de præſcrip.lon.temp.Barto.in l.de pupillo.§.ſi plurib.
ff.de oper. no. nun. Tu aduerte, quòd Aret.non reſpondet ad
text. allegatos per Bartol. præſertim ad text. in l.1. §.pen. ff.de
vſufruct. accreſ. qui expreſsè dicit, quòd vſusfr.quotidiè con-
ſtituitur, & finitur, vnde tu intellige illum text. potentia non
actu, quia vſusfructus in potentia eſt aptus quotidiè conſti-
tui,& quotidiè finiri:nam poſſibile eſt, quòd vſusfructus quo-
tidiè finiatur in perſona mea, & quotidiè nouus conſtituatur
24 in perſona alterius. † Vſusfructus in perſona vnius eſt diuer-
ſus ab eo,qui eſt in perſona alterius, vt dicit text.in l.ſi vſusfru.
mihi in biennium.ff.de vſufr.leg.imò fortius,ſi ſtipulor vſum-
fructum mihi,& hæredi meo,vſusfructus meus non eſt idem,
qui poſteà erit in perſona hæredis,ſed diuerſus,vt not.Barto.in
l.ſtipulatio iſta.§. ſi quis ita.ff. de verbor. oblig.vnde in propo-
ſito vſusfru. qui hodie conſtituitur legatario purè, non erit
idem cum eo,qui poſteà conſtituetur alteri collegatario, puri-
ficata conditione, ſed erit diuerſus vſusfructus, vnde hoc re-
ſpectu legatarius conditionalis non impedit legatarium pu-
rum,quin interim admittatur ad totum legatum vſusfructus.
25 iſta propriè fuit intentio Bar.quem ita ſalua,& declara.¶†Ter
tiò adde circa principalem quæſt. gloſ. in d.l.2.ff. ſi pars hæred.
* peta.*quòd alij omnes* exceptis s̃.relatis tenent contra Barto.& ſic
tenent indiſtinctè opi.Ioann.relatam in d.l.2. quòd indiſtinctè
hæres purè inſtitutus non ſit interim hæres in totum, quia po-
ſteà eueniente conditione cohæredis non poſſit deſinere eſſe
hæres,vt etiam dicit Barto. in l.ei, qui ſoluendo.ff.de hæred.in-
ſti.l.& ſi ſine.§.ſed quod Papinianus.ff. de mino. & l.2.§. qui fi-
deicom.ff.de hæred.inſtit.Item,quia ſi duo ſunt inſtituti, vnus
purè, alter ſub conditione,cenſentur à principio vocati in viri
les.ff.quotics.§.hæredes.s̃. de hæred.inſtit.ergo interim alius nō
poteſt totum habere.l.cùm hæres. §.fin.ff.de acquir. hæred. ſi-
cut ſi vnus eſſet inſtitutus pro parte purè,& alius pro alia par-
te ſub conditione:nam inſtitutus purè pro parte, interim non
poſſet habere totum, prout etiam fatetur Barto.hic, & glo.in
d.l.2. & ita etiam tenent Iacob. de Aren. & Bald. in l. ſi mariti.
§.pen.per illum text. ff.ſol.matr. Raph.Fulg.in l.pen.§.fin.C.de
neceſ.ſer.hæred. inſtit. per text. in ratione ſui in l.verbis ciuilib.
ff.de vulga.& pupil.quem text.etiam ad hoc not.Raph.Cum.
ibi,& idem Raph. hic, qui dicit, quod ille text. eſt ad hoc ſin-
gularis, & quòd illum ſolet allegare pro iſta communi opin.
contra Barto. Item non videtur bene iure probari illud, quod
firmat Bar.ꝙ purè inſtitutus interim habeat bona etiam cohæ
redis, & ſic interim habeat adminiſtrationem totius hæredita-
tis.Et contra iſtud poſſes diſputando ſic fortiter arguere: nam
quia primus eſt inſtitutus ſimpliciter, vel in parte,inſtituendo
alium ſub conditione in parte, videtur eueniente conditione
adimere illam partem à primo,& ſi conditio deficit, vr̄ ſub ꝯ-
ria conditione relinquere purè inſtituto.l.quando purè.in prin.
ff.quando dies leg.ced.l.legata inutiliter.in princ. & l.legatum
purè. ff.de adim. leg.l.aliquando.ff.de cond. & dem.& l. pecu-
niam.ff.ſi cert.pet.ergo quo ad illam partem tam primus, quā
ſecundus habent conditionem,ergo qua ratione ſecundus nō
habet illam partem hæreditatis, nec adminiſtrationem eius
de iure ciuili, eadem ratione videtur, quòd nec primus habe-
26 re debeat. Et ſi diceretur, † quòd prædicta iura loquuntur in
legatis,in quib.datio,& ademptio poſſunt tacitè induci, ſecus
in inſtitutione. l. ex parte. vbi gloſſ. aſſignat rationem diuer-
ſitatis. ff. de adimen. leg. Reſpondetur, quòd hoc eſt verum,
quando eſt tacita diſpoſitio, quæ inducitur ex ſolis coniec-

ſturis, ſecus quando interuenit expreſſa diſpoſitio teſtatoris. Secundò reſpondetur, quòd quando ademptio inducitur ex ſolenni voluntate, idem eſt in inſtitutione, quòd in legatis, ſecundum Bart.in l.ſicut.ff.de adim.leg.& in l. re coniuncti.in 2. opp.ꝟ.tit.2.& in l.ꝙ traditum.ff.de cond.& demon. Præterea il la reſponſio confunditur per text. d.l.pecuniam. iuncta.l.quicquid aſtringendæ.in prin.ff.de verb.oblig.

SVMMARIVM.

1 *Ratio, quæ ſit, quòd quando legatur res hæredi, & tertio, tota accreſcit tertio, non ſic, quando legatarius ſuccedit hæredi.*
*Facilius ſuſtinetur, quod à principio fuit validum, & poſteà annullatur, quàm illud, quod à principio fuit nullum.*
2 *Legatum factum tertio, & hæredi, accreſcit tertio, etiam ſi ſunt coniuncti verbis tantum.*
3 *Ius accreſcendi quando habeat locum. & nu.23.& 25.*
4 *Diſpoſitio huius text. quando habeat locum, & quando non. & nu.10. & 12.*
5 *Legatum factum hæredi à ſemetipſo nihil valet.*
*Obligatio actiuè, & paſſiuè non poteſt ſtare in eodem ſubiecto.*
6 *Clauſula codicillaris inducit repetitionem legati facti hæredi à collegatarijs.*
7 *Legatum factum hæredi, & tertio valet in perſona hæredis, quando ipſe hæreditatem repudiaret, & repetitio legatorum eſſet facta à venientibus ab inteſtato.*
8 *Interpretatio in dubio non fit, vt legatum omni modo quo poteſt valeat.*
9 *Clauſula appoſita in teſtamento, quòd valeat omni modo quo valere poteſt, quid operetur.*
11 *Coniunctio non requirit, quòd ambo extrema ſint habilia.*
*Ius accreſcendi cauſatur ex extremo inutili.*
13 *Qui non admittitur ad partem legati, non facit partem legatario.*
14 *Legatum deficere ex parte rei legatæ maior eſt defectus, quàm quod deficiat ex parte perſonæ.*
15 *Hæredes inuicem grauati onere legati, an videantur grauati pro oneribus hæreditarijs ad hoc, vt legatum valeat.*
16 *Legatum quando conſiſtit à principio, quo ad ius plenæ exactionis, licèt extinguatur ex poſtfacto per confuſionem, tamen non extinguitur facultas retinendi.*
17 *Res ſi deuenit ad eum caſum, à quo incipere non poteſt, re integra non vitiatur.*
18 *Hæres non datur viuenti.*
19 *Filij legis prædeſtinatione vocantur hæredes.*
20 *Teſtator ſicut prædilexit vnum ex hæredibus in inſtitutione, ita præſumitur magis diligere in legato.*
21 *Filius exhæredatus, vel de ordine minorum, aut aliàs incapax ſucceſſionis paternæ, an computetur in numero filiorum quantum ad diminuendum legitimam alijs filijs.*
22 *Exhæredatus habetur pro mortuo.*
24 *Legitima commenſuratur ſecundum ſucceſſionem inteſtati.*
26 *Quarta, quæ debetur patrono, eſt quota bonorum.*
27 *Filij mercatorum ſi ex forma ſtatuti teneantur ad patris debita mortuo patre, licèt non probetur, quòd ſint hæredes, tamen ſi eos exhæredaret, tunc non tenerentur.*
28 *Filius, qui eſt de ordine fratrum minorum, non impedit alium fratrem habere totum trientem pro ſua legitima.*
*Mori ſine filijs dicitur, qui moritur cum filio de ordine fratrum minorum.*
29 *Filius ritè exhæredatus, vel aliàs incapax ſucceſſionis paternæ, an computetur in numero filiorum, quo ad augendum legitimam alijs.*

§.Si duobus. Legatum factum hæredi, & alij tertio, in totum accreſcit tertio, nec hæres facit partem, quia in eius perſona non conſiſtit legatum à ſeipſo ſibimet factum.h.d. primò. Item hæredes admittūtur ad legatum ſimpliciter eis factum pro hæreditarijs portionib. hoc ſecundò. Et ſi vnus ex collegatarijs poſteà ſuccedit hæredi, q̄a in parte ſibi legata habet ius retentionis, facit partem col legatario.h.d.tertiò, & vlt. Et ſic habet tria dicta, quæ patēt ex ſummario. Secundum ibi, inde dicitur. Tertium ibi, planè ſi
1 alter. Ratio diuerſitatis † inter primū, & vlt. caſum ſecundum Bart.& Doct.eſt, quia in primo caſu legatum ab initio in perſona hæredis fuit nullum, & ſic non habuit originem validā, vnde non facit partem etiam iure retentionis, ſed in verſ. fin. habuit initium validum, etiam quo ad effectum agendi contra hæredem, licèt ergo ſuccedendo hæredi actio, & obligatio confuſione extinguantur. l.Vranius. ff. de fideiuſ. tū via retentionis facit partem legatario. Tu confirma, quia facilius ſuſtinetur illud, ꝙ à principio fuit validum, & poſteà annullatur, ꝗ illud, ꝙ ſemper à principio fuit nullū. text. eſt in l. poſthumus. in prin. iuncto verſ. idem, & circa.ff.de iniuſt.rup. Aliam rationem ad verſ.fin.aſſignant Ray.Raph.Cum. & d.Alex. nam q̄n legatarius ſuccedit hæredi, iſta ſucceſſio habet vim cuiuſdam ſolutionis legati, & tanto minorem hæreditatem videtur legatarius ſuſcepiſſe. l. ſi debitori. ff. de fideiuſ. ideo non eſt amplius tractandum de iure accreſcendi, cùm cenſeatur illa portio ſoluta, & ſic cēſeatur illam partem habuiſſe, per regulam. l.1.in fin. ff. de vſuf. accreſ. quæ ratio ceſſat, quando legatum à principio fuit nullum. Hinc dicit text. in l.fundo. ꝟ.ad l.falc. ꝙ legatarius ſuccedes hæredi, videtur potius habere rem legatā iure legati, quàm iure ſucceſſionis. iſtud principium limitat
2 † Bartol.hic, & in l.huiuſmodi.§.ſi Titio.ꝟ.eod. vt procedat in coniunctis re, & verbis, & ſic in iure non decreſcendi, ſecus ſi eſſent coniuncti verbis tantū, & ſequuntur Ang. Pau.de Caſt. & d.Alexan.hic. Iſtam limita. reprobant, & bene Imo.& Raph. Cum.hic.& in d.§.ſi Titio.& Are.hic. Primò per iſtum tex. indiſtinctè loquentem. Secundò, quia ratio in prin.text.aſſignata indifferenter militat vtroque caſu.ſ. quia inutiliter ſibi à ſeipſo legatum eſt, vnde ex quo portio deficit, debet portio ſpectare ad legatarium, qui aliquo modo coniunctus eſt, ſaltem verbis, per regulam.d.l.re coniuncti. Non obſt. ll. allegatę per Bart.quia ſm̄ Imo.nihil faciunt, & ponunt caſum penitus diuerſum, ſi bene inſpiciantur, & aliter in ſpecie non reſpondet. vnde Raph.Cum.hic, & in d.§.ſi Titio magis in ſpecie reſpondet ad iura Bart.& dicit, ꝙ.§ fin.ꝟ.ead.l.nihil penitus facit, quia ibi nulla eſt coniunctio alterius partis, nec realis, nec verbalis. Similiter nihil facit l.Lucius. in princip.ff.ad Trebell.quia non loquitur quando hæredi, & alij erat coniunctim relictum fideic. Præterea vltra eum, licèt in §.fin.ꝟ.ead.l.dicatur, ꝙ qui legat fundum Titio, vt eum pro parte habeat, non videtur legare niſi partem fundi, per hoc nihil poteſt inferri ad propoſitum noſtrum, q̄n duob.eadem res in eadē oratione pro ęquis portionibus legatur, & in perſona vnius non valet legatum, quin illa portio accreſcat alteri, tamen ſecundum d.Alex. pro iſta limitatione Bart.vr̄ bene facere.d.l. Lucius. in prin. & l.fin. §.Lucius.ꝟ.tit.1.nam ibi filiæ emancipatæ ſuccedenti ab inteſt. & matri fuit relictum fideic.in codicil.ab ipſamet herede coniunctim re, ſed disiunctim verbis, & tū ibi totum fideic. non accreſcit matri, ꝙ autem ibi fideic. eſſet relictum hæredi pro parte, non probat do. Alex.ſed poteſt colligi ex tex. ibi, dum dicit, ꝙ codicilli pertinēt ad vxorem, & filiam, ſed cū in codicil. contineretur, ergo fideicom. erat relictum pro parte filiæ à ſeipſa filia, ſed Are.dicit, ꝙ illa l.trahitur per capillos ad hoc. Nec obſt. ꝙ codicilli pertinent ad vxorem, & filiam: nam re vera codicilli pertinebant ad vxorem pp dimidiū hæreditatis, ꝙ ei filia præſtare tenebatur. Item pertinebant ad filiam, q̄a vxor in codicillis erat grauata communicare omnia bona cum filia.
3 Tu etiam tene ꝯ Bart.ꝯ quem videtur fortiter facere, † quia ſi caducum, vel quaſi caducum, ꝙ habuit aliquod principium, accreſcit inter diſiunctos re, ſed coniunctos verbis, vt eſt text. in l. ſi duobus. §.fin. ſ.eod. quanto fortius in hoc text. pro non ſcriptum, quod non habet à principio aliquam validitatem, vt ſupra dixi, debet accreſcere coniuncto verbis tantum. Item aduerte, quòd Bart.in §.præcedenti dum opponit de iſto text. ad illum, videtur aliud voluiſſe quàm hic velit. ibi. n. non facit differentiam inter coniunctionem realem, & verbalem, vt hic, ſed an legatum nullo modo valeat in perſona legatarij, tunc nullo modo facit partem, nec impedit ius accreſcendi, ita loquitur text.hic. aut valet aliquo modo ex æquitate, & tunc facit partem, vt ibi. Et tamen cùm §.præcedens loquatur in coniunctis verbis tantum, ſecundum Barto. *& communiter Doct.* ibi, etiam ſi legatum nullo iure, & nulla æquitate debe retur ſeruo, poſſet tamen retineri ab hærede, ſicut in caſu iſto, & tamen glo.Bart. *& communiter Doct.* ibi dicunt, quòd ideo facit partem ibi collegatario verbis coniuncto, quia aliquo mo-
4 do ſaltem pietate debebatur ſeruo. ¶ † Secundò modo principaliter limitat Barto. principium iſtius text. in dicto §. ſi Titio, vt procedat, q̄n teſtator legauit hæredi, & alij rem propriā ipſius teſtatoris, & in ſpecie. Si autem legaſſet rē propriam hæredis, vel alienam, vel quantitatem, non procederet iſte tex. Ratio, quia primo caſu legatum factum hr̄di à ſeipſo nihil valet, nec hæres poteſt prætendere ius retinendi iure hæreditario, cū per legatum ſeparata ſit res iſta ab vniuerſitate hæreditatis, & dominium recta via tranſit in legatarium. l. à Titio. in fin. cum ſim.ff.de fur.& ſic nunquam factum eſt hæredis, & ſic hęres non poteſt vti retentione, nec iure hæreditario, nec iure legati, ſed in alijs caſib.dominium non tranſit in legatarium, ſed ſolùm actione perſonali agetur, & ſic de manu petetur hr̄dis, ideoque hr̄s pōt vti retentione, imò fortius etiam in primo caſu, q̄n teſtator legauit rē ſuam propriā hr̄di, & alij, iſtud in prin. ita demum procedit, q̄n legatarius vendicat, tunc hr̄et totum, ſi au-

ſi autem ageret actione perſonali ex teſtõ, quia etiam tunc pe-
titur de manib. hęredis, non procederet iſte text. qa adhuc hr̃s
poſſet vti retentione, & ſic impedire ius accreſcendi. Iſtis mo-
dis mirabiliter limitat, & reſtringit Bart. in d. §. Titio. iſtum text.
& ſi. ſequitur Ang. in conſ. 294. ꝙ inc. punctus. teſtator ſolum
Titium hr̃dẽ inſtituit. Iſtas limita. reprobat Raph. Cum. hic di-
cens, ꝙ ſibi videntur truffæ: nam ex quo legatum eſt nullum,
eſt quærendum de iure retinendi. vnde putat iſtum text. gñali-
ter procedere in quacunque re omnino, ſiue agatur perſonali,
ſiue reali. ita etiam reprobant Imo. & Raph. in d. §. ſi Titio. per
gñalitatem huius text. qa fundamentum Bart. de iure retentio
nis procedit, qñ habet cauſam vetuſtiorem legato, prout dicit
5 Bart. met poſt Petr. & ſtatim. j̃. dicetur. ¶ † Not. 1. ex iſto tex. ꝙ
legatum factum hr̃di à ſemetipſo nihil valet, vt hic, & l. lega-
tum. §. 1. j̃. eod. & ideo totum accreſcit legatario. Ratio quare
non valeat, eſt pp repugnantiam, & contradictionem, qa quis
non põt eſſe debitor ſui ipſius: nam obligatio actiuè, & paſſiuè
non põt ſtare in eodem ſubiecto, & ſic in eadem perſona. d. l.
Vrannius. in prin. & l. frater à fratre in prin. ff. de condi. inde. ſed
inuenio, ꝙ iſtum text. mirabiliter, & ſingulariter limitat Ang.
de quo Scribentes non faciunt mentionẽ in d. conſ. 294. ꝙ inc.
6 punctus. teſtator ſolùm, &c. in vlt. col. ¶ † Primò, niſi in teſta-
oportet. §. sufficit. per illum text. ff. de excu. tut. vnde post termi
num assignatum reo ad opponendum quascunque suas exce-
ptiones, non posset virtute dictæ clausulę generalis aliquas spe
cificare. facit bon. text. in cle. fin. cum gl. de appel. facit, ꝙ vult
glo. & ibi Doct. in cle. pastoralis. in vers. protestantes. de excep.
Ista est vtilis materia in actu practico, ideo circa eam diligen-
5 tius insistam. Adde prima facie, ꝙ † exceptio, quæ est generalis
pp incertitudinem, nihil releuat ſm Bar. in l. 2. in 2. col. ff. de ex-
cep. Bald. not. in rep. l. 1. in vlt. col. C. vnde vi. Bart. & melius Bal.
in l. 1. per illum text. C. de condi. ob tur. cau. glo. & Doct. in d. c.
pastoralis. & in c. dudum. de deci. & in cap. ex parte. de rescrip.
6 ¶ † Secundò adde bene facere, ꝙ sicut actor ex inepta actio-
ne proposita succumbit. l. 1. & 2. cum sim. C. de form. ita reus
si ineptè excipiat, debet succūbere. l. 1. §. sed Labeo. & ibi Bart.
ad hoc not. ff. de flum. Bal. in repe. d. l. 1. in vlt. col. & in l. edita. in
antepe. col. C. de eden. & in l. 1. circa princ. C. de condi. ob tur.
cau. Nam illud, ꝙ vitiat petitionem actoris, vitiat exceptionē
rei, & illud, ꝙ facit succumbere actorem in petitione, facit suc
cumbere reum in excep. ita not. Bart. in l. 3. §. si duob. per illum
7 tex. ff. de adi. leg. ¶ † Tertiò adde, ꝙ si reo est statutus terminus
ad excipiendum, & producendum iura sua, nō sufficit, ꝙ pro
ducat saccum scripturarum, & dicat, produco has scripturas
in passibus, & punctis, quæ faciunt pro me, quia ista esset ni-
mium obscura exceptio, & nimium obscura productio. ita
Io. And. in addi. Spec. in titu. de instr. edi. §. videndum restat. in
vers. item non exhibeas do. Ant. de Butr. in c. imputari. de fid.
8 instr. † Sicut in simili dicimus, ꝙ quando requiritur oblatio
pecuniæ, non sufficit offerre pecuniam clausam in marsupio,
vel sacculo, secundum Bart. in l. cùm seruus. in fin. ī. de cond.
& demon. cum suis concor. Tu tamen aduerte per text. valde
not. quē Bar. ibi reputat mirabilem, in l. accipientis. ff. de auth.
9 tut. per quem text. Bart. ibi in fin. not. & decidit, † ꝙ vnus pro-
curator habens plures causas coram eodem iudice, si dicat in
actis, ego præsento me in quolibet termino, quem hic habeo,
hoc est in omnibus causis meis, sufficit illa generalis compari-
tio, licèt causas non exprimat, ita dicit esse ibi text. mirabilem,
& in l. pluri. in princ. de verb. oblig. & in l. plurib. ff. de accu. Idē
tenet Ang. in l. si duo. ff. de duob. reis. de quo per Bar. & alios ple
nius in l. si finita. §. Iul. ff. de damn. infect. ¶ Quartò principali-
ter adde, ꝙ egregiè consuluit Ang. in cons. . ꝙ inc. porrecta
10 fuit petitio. in 2. col. † ꝙ si reus faciat oppositiones contra te-
c stes, ꝙ non sunt omni excep. maiores, [c] ista est inepta exceptio,
& nihil valet, cùm sit obscura, quia dicendo non sunt, de-
notat tempus præsens, & sic stat simul, ꝙ nunc non sunt omni
excep. maiores, & tamen fuerunt tempore eorum depositio-
nis, imò fortius tenet Ang. in cons. 308. incip. factum tale est,
Christophorus. ꝙ etiam si reus excipiens dicat, ꝙ omnino nō
sunt, nec fuerunt omni exceptione maiores, adhuc non obstat
talis exceptio, quia istud verbum fuerunt, quamuis sit præteri-

ti temporis, tamen potest intelligi post depositū testificatum,
vt ibi singulariter per eū, ꝙ valde teneas cordi. ¶ Quintò ad-
11 de illud, ꝙ tenet Inn. in c. super eo. 1. extra de appel. † ꝙ ex-
ceptio generalis non admittitur, quæ se habet ad illud, & ad
contrarium, nisi in specie exprimatur, ꝙ dictum sequitur, & re
putat not. dignum Bald. in l. præscriptione. in 12. col. in 5. q. C. si
contra ius, vel vtil. publ. Tu dic, quòd ad hoc bene facit iste
text. ¶ Sextò adde illud, ꝙ vult glo. not. in cle. constitutionem.
12 in vers. circunstantiarum. de elect. † ꝙ non sufficit opponere
contra aliquem exceptionem periurij, vel homicidij, vel simi-
lem exceptionem, nisi deueniatur ad speciem. & est text. in c.
præsentium. §. testes. in verbo sigillatim. de test. in 6. Bart. in l. 1.
ad fin. C. de testa. & ibidem Bald. in 2. q. Lud. Rom. in cons. 290.
ꝙ incipit, in casu propositæ cōsultationis breuiter dicendū est
dictum Fran. Pau. de Castr. vbi limitat in cons. 27. quòd inci-
pit, visa dicta appellatione. in 2. colu. Et plus voluit Bart. quòd
etiam in exceptione sit necesse apponere circunstantias, hoc
est locum, & tempus delicti, aliàs nihil releuat. ita Bart. in l. 1. in
2. colu. ff. de excep. in l. 3. §. l. Iul. ff. de testi. & in l. prætor. in prin.
de iniu. Tamen istud vltimum communiter non tenetur. ¶ Se
ptimò adde, ꝙ not. tenet Bald. in l. si quis testib. circa fin. C. de te
13 stib. † ꝙ si reus opponat exceptionem inimicitiæ contra te-
stem, ista exceptio nihil valet, & non sufficit probare inimici-
tiam in genere, sed in specie debet probari inimicitia, & eius
qualitas. ꝙ bene not. Facit, ꝙ vult Bald. in l. turpia. ī. eod. ꝙ sta-
tutum puniens diffamantem aliquem, debet intelligi, qñ deue
nit ad specificationem delicti, non qñ in gñe, & sic in obscu-
14 ro. ¶ Limita prædicta oīa, ꝙ † exceptio obscura, vel gñalis non
releuat, est verum, qñ alia pars opponit, vel replicat, aliàs parte
d non opponente procederet, sicut procedit libellus [d] generalis,
vel incertus parte non opponente. l. fin. & ibi Bart. in glo. mag.
& alij. C. de anna. excep. glo. in l. si quis intentione ambigua. ff.
de iudi. Ita in specie limitat Ang. in d. l. 1. ff. de excep. d. Alex. &
15 Aret. hic. ¶ † Item aduerte diligenter circa prædicta, ꝙ reus
non admittitur ad probandum illud, ꝙ non excepit. Istam re-
gulam tradit not. Bal. in l. per hanc. C. de tempo. appel. in prin.
16 5. col. ad fin. ¶ † Secundo not. ex text. in vers. quoniam, ꝙ nō
pōt cognosci negatiua, & sic priuatiua, nisi cognita affirma-
tiua, ꝙ est verum, qñ talis priuatio inducitur per legatum alte
ri factum, ita propriè loquitur text. hic, secus qñ esset priuatio
simplex, vt est text. in vers. fin. ¶ Tertiò not. ex isto text. ſm Bart.
17 & alios, ꝙ † qñque negatiua potest probari ex inspectione scri
pturæ, ideo si nego alij esse legatum, probatur ex inspectione
scripturæ testamenti. Et istud inducit Bart. ad aliqua, de quib.
hic per eum. est text. cum glo. in d. l. fin. vbi etiam Bart. & alij,
idem not. C. de reb. cred. quam hic allegat Bart. & ille text. est
not. valde ſm Bald. in c. tertio loco. in 4. col. de proba. Dicit op
e timè Bar. in d. l. fin. per illum tex. ꝙ quando negatiua [e] est coar-
ctata ad aliquam scripturam, probatur per inspectionem il-
lius scripturæ: nam qñ affirmatiua coarctata est probanda per
aliquam scripturam, similiter negatiua probatur per eandem
scripturam, vt ibi per eum. Tu adde bene facere text. in l. pen.
cum gloss. in verb. nihil. ff. de confes. & text. in l. 1. in verb.
nihil

ADDITIONES.

a ¶ Excep. obscura. Corrobora per decis. Ias. post Alb. in l. sciendum. colu. 5. de verb. oblig. † Et dic, quòd exceptio obscura non releuat, ne tollatur aduersario facultas probandi contrarium, sicquæ apertè, & clarè opponi debet exceptio sicut actio, aliàs reus succumberet, teste Natt. cons. 70. colu. 2. cons. 152. 153. nu. 12. & seq. Rol. cons. 79. nu. 6. lib. 1. cui adde, quòd sicut inepta petitio cadere facit actorem à causa. l. 1. & 2. C. de formul. ita inepta exceptio reum facit succumbere. Bart. in l. 1. § Labeo. per illum text. ff. de flum. Ang. cons. 1. col. 1. Bart. in l. si quis libertatem. col. 3. num. 7. ff. de pet. hæred. MASVER.

b ¶ Competentes. Sequitur Fel. in c. cum M. col. 20. de const. ¶ Et vide, quæ scribit Prac. Pap. for. Respons. Rei conuenti, vers. saluis, vbi dixi.

c ¶ Maiores. Qui dicantur testes omni excepti. maiores, tradit glo. in vers. maiores. c. 1. de consan. & aff. & glo. in vers. idoneos. Inst. de inutil. stipula. Bart. in l. admonendi. de iureiur. Card. Zab. in c. mulieri. de iureiur. Alex. de Imol. cons. 18. inc. viso processu causæ vertentis inter Ant. quondam Ioannis Betini. in 1. vol.

d ¶ Libellus. De quo vide, quæ scribit Catel. vers. libellus. Doct. in apostil. ad Bar. in l. fi. C. de annal. excep. & dic, quòd libellus generalis licèt respui possit, si tamen ad illum respondeatur, tenet responsio, & iudicium super eo fundatum, teste Abb. cons. 118. col. fi. nu. 5. lib. 2. De libello autem incerto vide, quæ ponit Ias. in l. age. col. 2. circa fin. C. de trans. Alex. cons. 182. col. 1. lib. 2. Quid de libello alternatiuo? vide Natt. cons. 153. nu. 14. post Bart. in l. siue contra. §. quia Plautianum. col. 3. ff. de lib. agnos. MASVER.

e ¶ Quando negatiua. Vide eundem Ias. in l. nec is. in 1. no. s. de acq. hær.

† Dec. cons. 424. nu. 19. Natt. cons. 45. vbi loquitur de scholari, qui non est descriptus in matricula, quem artic. plenè discutit Seb. Vant. de nullit. c. 7. à nu. 12. vsque ad 19. & exemplum notab. ponit Dec. cons. 467. col. 3. circa fin. cons. 483. nu. 4. MASVER.

nihil eſſe vitij. C. de can. frum. vrbis Romæ. lib. 11.& tex.no.in
l. cum teſtamento.ad fin.in ver.non debitor ex rationibus fue-
rit repertus.& ibi Bal.ad hoc no.C.de teſt.manu. Bal. in l.iuſtũ.
C.de eden.& in l.hi qui ad ciuilia.C.de appe. Adde etiam,quod
vult Bar.poſt gl.& Iacob.Butr.ibi in l.2.in fi.C.de errore aduoc.
18 † ꝙ iſta negatiua,ſententiam non eſſe latam, probatur per in-
ſpectionem libri,vbi ſunt ſcriptæ omnes ſententiæ iudicis, &
iſta non reperitur. & tex.quem Bar.ibi reputat mirabilem, in l.
non aliter.C.de aduo.diuer.iud.ad proban. negatiuam, ꝙ quis
non ſit curialis,vel cohortalis.Adde etiam quod no. Bal.in l.1.
ante fi.C.de bo.poſſ. ſecundum tab. vbi inter cætera dicit,ꝙ ſi
teſtes affirmatiui referunt ſe ad inſtrumentum, & negatiui ad
illud idem,cùm eandem reddant rationem,ęquè probatur ne-
gatiua ſicut affirmatiua,per d.l.fi.C.de reb.credi.adde etiam qđ
19 vult glo.in l.eos.C.de off.mag.mil. ¶†Quartò no.ex tex.quòd
vbi legantur res vni ſub nomine vnius qualitatis,& alij ſub no
mine alterius qualitatis, ꝙ res participantes de vtraq; qualita-
te vtriuſque legato cedunt. ¶Et ex hoc correlariè quintò not.
ꝙ diſpoſitio facta ſub ſimplicibus,compræhendit caſum mix-
tum,quando ſumus in fauorabilib. vt hic, & l. ita ſcriptum.cũ
ſimil.ff.de liber.& poſth.facit,quod decidit Bal.in l.fi. in prin.in
20 2.colum. C. communia de leg. † ꝙ ſi teſtator legauit filio li-
bros legales ſi efficiatur Doctor in iure ciui.Si autem in medi-
cina,legauit medicinales, ꝙ ſi doctoretur in vtraq; facultate,
habebit omnes libros. imò fortius etiam in priuilegijs, quæ
ſunt contra ius commune,ſi habeant cauſam fauorabilẽ, ſub
ſimplicibus continetur caſus mixtus.tex.eſt not.in l.2.§.fi. ff. de
excu.tuto.quem tex.ad hoc ponderat Are.in l.2.in prin.vbi ple
nè de iſta materia.ff.de verbo.obl. Sed tu aduerte, quia Angel.
ponderat hic eſſe caſum in oppoſitum,ꝙ imò etiam in caſu fa
uorabili diſpoſitum in quolibet ſimplicium,non comprehen-
dit caſum mixtum,& voluit ponderare iſtum tex.in fi.vbi in le
gato facto ſub ſimplicib.non venit caſus mixtus.Imo.dicit, ꝙ
iſte tex.probat oppoſitũ in prima parte huius legis. ¶Nec obſt.
finis,quia ſecundũ eũ exceptio erat clara, & habebat volũtatẽ
teſtatoris certam,vt non comprehenderetur mixtum. Tu ve-
rò dic,ꝙ iſte tex.in prima parte non multum probaret contra
Ang.quia ibi vterque admittitur propter exceptionem obſcu-
ram,vt declaraui ſuperius. Sed contra Ang.fortius probat tex.
in ſecunda parte in ver.hoc enim iuris eſt. Similiter iſte tex. in
21 fi.poteſt retorqueri contra Ange. conſiderando, ꝙ † exceptio
debet eſſe de regula, vt declarat Bar.in l.ſi eum.§.qui iniuriarũ.
ff.ſi quis cau.& exceptio firmat regulam in caſibus non exce-
ptuatis.l.nam quod liquidè.§.fi.ff.de pec.lega. Per iſta etiam ap
paret, ꝙ Bald.in l.ſi quis decurio. C.de fal. nimis generaliter al-
22 legauit iſtum tex. † ꝙ quando ſtatuta loquuntur in caſib.ſim-
plicib.& occurrat caſus mixtus,ꝙ ille caſus videatur omiſſus,
& relinquatur diſpoſitioni iuris communis,& nõ bene, vt de-
23 claraui proximè. † Item intellige prædictum notabile, quan-
do eſt facta prouiſio de quolibet caſu ſimplicium, tunc bene
venit mixtus,vt eſt hic,vbi teſtator diſponit de ſeruis textorib.
& de vernis,ſecus vbi de altero tantum ſimplicium eſſet proui
ſum,tunc non compræhenderetur mixtum.tex.eſt in l. hoc le-
gatum.j̃.de leg.3.& in l.legatis vxori.j̃ tit. ſecundum Rapha.
Cuma.& Dom.Alex.hic,& in d.l.2.in princ.ff.de verbor.oblig.
24 ¶†Sextò not.ex hoc tex.aliam regulam, quòd quando exce-
ptio nihil certum reperit,quod excipiat, nihil operatur. facit,
quia ſi teſtator legat podere ſuum exiſtens in tali loco, exce-
ptis vineis,& ſi ibi nullæ ſunt vineæ,talis exceptio nihil opera-
tur,quia non reperitur,quod excipiat,tex.eſt no. in l. ſi quis le-
25 gauerit.& ibi Bar.& alij.j̃.eo. ¶†Septimò no.ꝙ quando relati-
uum poſitum ſine copula non reperit antecedens certum, ad
quod faciat relationem,remanet pęnitus incertum,& nihil pę
nitus operatur,vt hic.& in l.ſi ſic.§.1.j̃.e.& l.2.& 3.C.de fal.cau-
26 ſa adiec.leg. ¶Octauò no.ex hoc tex.ſecundum Bal. † ꝙ quan
do duæ qualitates ſimul concurrunt, quarum quælibet de per
ſe poteſt operari ſuum effectum, tunc vna qualitas non dero-
27 gat alteri. quod facit ſecundum eum † ad deciſionem notabi-
lis.q.ꝙ ſi ex forma ſtatuti deputatus eſt certus iudex in cauſis
pupillorum, & alius iudex in cauſis à 100.libris. j̃.ſed cõtingat
cauſa mixta,ſcilicet 100.librarum,quæ ſit pupilli, ꝙ vterq; po-
terit eſſe iudex,& erit locus præoccupationi.arg.l. ſi plurib.in fi.
cum ibi no.per Bar.ſ̃.eo.& l.ſi quis poſteaquam.ff.de iud. & cũ
Bal.ſimpliciter tenet Flo.hic io fi.& latius Are.hic.¶Sed aduer-
te,quia ſecundum iſtum tex.vterq; iudex debet ſimul cogno-
ſcere,& ſimul iungi,prout tenuit Cy.in l.Gallus.§.ille caſus. &
ibidem refert Bal.ff.de liber.& poſthu.& tamen Bald.hic tenet,
ꝙ vnuſquiſque poſſit cognoſcere inſolidum,& quòd ſit locus
28 præoccupationi,prout etiam dicit Are.hic; tamen idem † qđ
Bald.tenet in ſimili Bar.in l.in ſacris,per illum tex.cum gl. C.de
proxi.ſacro.ſcri.lib.11. vbi tenet, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ hoſpitale
miſericordiæ non poſſit conueniri niſi coram iudice S.Petri,&
alio ſtatuto caueatur, ꝙ iudex talis portæ habeat cognitionem
de omnib. cauſis à 100.libris.j̃.ſi dictum hoſpitale cõueniatur
pro 100.libris,poterit cõueniri corã iſto ſecũdo iudice, qa pri-
mum ſtatutum debet intelligi in alijs cauſis, quarum iuriſdi-
ctio non ſit alijs ſpecialiter demandata per formam legis, vel
ſtatuti. Pro iſta parte etiam facit ſm Imo.l.1. & ibi Bart.C de
29 offi. præfec.vrb. † vbi iuriſdictio ſpecialiter conceſſa vni ſuper
danno dato, non derogat iuriſdictioni vniuerſali Poteſtatis, &
iſtud procedit etiam ſi iſta noua iuriſdictio tribuatur per di-
ctionem taxatiuam ſolus,prout ſingulariter not.Ang.in l.1.C.
vbi,& apud quos, per illum text.cum gloſ.in verſ.ſolis.Sed ad
iſta iura põt clarè rñderi aliter q̃ Imo. ꝙ procedant,qñ iuriſdi-
ctio eſt ſpecialiter conceſſa ſecundo ſuper eo, ſuper quo alij
vniuerſaliter competebat, tunc iſta ſpecialis iuriſdictio cenſe-
tur attributa cumulatiuè,non autem priuatiuè, prout latè fir-
maui in l.ꝙ in rerum.§. ſi quis poſt. ſ̃.eod. Sed in iſta.q.iuriſdi-
ctiones non habent ſe vt ſpecialis, & vt vniuerſalis, ſed habent
ſe diuerſimodè,& ſeparatim,in quib.ſtatutum voluit diuidere
iuriſdictiones, vt. j̃. latius dicam. Aret. hic effectualiter tenet
opi.Bald.ꝙ vterque iudex poſſit cognoſcere. Tu pondera tex.
qui vr̃ fortiter in ꝯrium facere,in l.1.§.fin.in verſ. nec timeant,
cum glo.C.ne lic.poten.vbi erat ſpecialis prouiſio iudicũ circa
perſonas clariſſimas.l.1.& 2.C.vbi Sena.vel clariſ.Item erat ſpe
cialis prouiſio iudicum, in quibus inuocatum eſt patrociniũ
potentiorum;ſi eueniat caſus mixtus,præfertur ſpecialitas cau
ſarum ſpecialitati perſonarum.vbi eſt tex.ꝙ Rector prouincię
poteſt cognoſcere in cauſis,in quibus imploratum eſt patroci-
nium potentiorum, etiam ſi ſit perſona clariſſima: ergo ibi eſt
text. quòd ſpecialis prouiſio cauſarum debet præferri ſpeciali
prouiſioni perſonarum. Tu reſponde ad illum text.ꝙ illud ibi
ideo eſt,quia ibi prouiſio cauſarum merebatur maiorem fauo
rem,ne litigans opprimatur propter patrocinium potentiorũ,
ſed hic eſt totum ècontra: quia cauſa pupillorum meretur
maiorem fauorem, ne pupilli propter minorem ætatem op-
primantur, quàm mereantur cauſæ ſimplicis quantitatis, vt j̃.
ſubijciam. Ioan.de Imol.hic videtur tenere,ꝙ imò indiſtinctè
præferatur ſolus iudex deputatus in cauſis pupillorum: quia il-
la videtur ſpecialis prouiſio,alia autẽ à 100.libris.j̃. videtur ge-
neralis,ergo prima præfertur. argum.l.ſeruis vrbanis. §.fin.inf.
de leg.3.licèt ſubdat, quod iſto caſu fortè non habent ſe vt ge-
nus & ſpecies,ſed vt excedentia,& exceſſa:ideo reccurrendum
eſt ad theoricam Bar.in extrauaganti ad reprim.in ver.non ob-
30 ſtant.do.Alex.hic etiam indiſtinctè † tenet, ꝙ præferatur ſolus
iudex pupillorum, prout alibi vbique tenet ipſemet Bald.ſ.in
l.executorem. in 6. col.in verb. redeo ad propriam naturam.l.
noſtræ.C.de execu.rei iud.& in l.1.in 3.q.ff.de offi.conſul.& in l.
vnica.§.vbi autem.in 3.col.in ver.vidi dubitari. C. de cadu.toll.
Bald.& Imol.in l.Gallus.§.ille caſus. ff.de libe.& poſthu.Ludo.
Rom.in l.1.§.1.ff.de oper.noui nuncia. Pet.de Ancha.in com-
men.c.canonum ſtatuta.de conſtit. in ver.pone duo ſtatuta,&
in rub.de reg.iur. in 6.nam iuriſdictio pupillorum non conue-
nit niſi ſolis pupillis,ſed iuriſdictio de quantitate 100.librarum.
j̃.poteſt conuenire omnibus,ergo prima eſt ſpecialior tãquam
paucioribus conueniat, ergo præferri debet.c.ſtuduiſti. de offi.
leg.ſm Bald.in d.l.executorem.& d. Alex.hic.Sed iſta ratio ſm
Are.eſt ridicula, & procedit habito reſpectu perſonarum, ſed
non habito reſpectu generis cauſarũ,prout dicit ipſemet Bald.
in d.§.ille caſus.Item ſm d.Alex.cauſa pupillorum cùm ſit mi-
ſerabilium perſonarum,ideo fauorabilior cenſeri debet,quàm
cauſa ſimplicis quantitatis. l.1. C. qñ Impera. inter pupil.ergo
debet præferri.l.aſſiduis.C.qui pot.in pig.hab. & in l.priuilegia.
cum ibi no.ff.de priui.cred. ſed nec iſtud fundm̃ eſt bonũ, quia
pupillus non paſſim eſt miſerabilis perſona, vt ſtatim dicam.
Tu autem pro enucleanda iſta materia,quæ eſt vtilis, ꝯſidera
tres caſus principales.Aliqñ per ſtatuta tribuitur iuriſdictio plu
rib.ſolùm reſpectu cauſarum, vel rerum, ſed vni vniuerſalis,
alij ſpecialis,& iſta eſt materia quam poſui.in l.quod in rerum.
§.ſi quis poſt.cum ꝯcor.ibi traditis.& l.1.vbi Bar.C.de offi.p̃fe.
vrb.Aliqñ,& ſecundo per ſtatuta tribuitur iuriſdictio plurib.di
ſtributiuè reſpectu perſonarũ tm̃:puta,dictat ſtatutũ,ꝙ de cau-
ſis pupillorum talis ſit iudex:aliud ſtatutum diſponit, ꝙ de cau
ſis miſerabilium perſonarũ talis ſit iudex:pone nũc, ꝙ vnus ſit
pupillus,& miſerabilis perſona,quis iſtorum erit iudex ſuus? Et
31 aduerte,ꝙ licèt d.Alex.vt ſtatim retuli,dicat,ꝙ † cã pupillorũ
ſit miſerabilium perſonarum, prout ẽt vr̃ ſonare text.in l.1.C.
qñ Imper.inter pup. & in rub. illius tituli:tñ veritas eſt,ꝙ pupil-
a lus [a] non dicitur miſerabilis perſona, niſi quãdo eſt pauper, &
orphanus,

A D D I T I O.

a ¶Quod pupillus, Adde Io.And.in c.ex tenore.de foro compet.

orphanus, ſm Spe. in tit. de inſtru. edi. §. nunc verò aliqua. ver. & ſcias ſecundo. d. Cat. Imo. & alij Can. in c. ſignificaſti. de offi. deleg. & Alex. met. in conſi. 121. inci. viſo proceſſu cauſæ vertētis. in vlt. col. in 1. vol. & gl. in c. omnis ætas. in glo. fi. 12. q. 1. & ideo Bar. in d. l. 1. in fi. dicit relinqui arbitrio iudicis, an pupilli, & ſimiles perſonæ ſint miſerabiles, vel non. Iſto ergo caſu mixto, qñ quis eſſet pupillus, & miſerabilis perſona, quis iſtorum eſſet iudex? Bal. in l. qui habet. in prin. ff. de tut. determinat ꝑ illum tex. ꝙ attendatur ſtatutum, ꝙ reſpicit cauſam naturalem, & ſic ętatis pup. nō autem accidentalem. ꝙ eſt no. ſm eum. Et in ſimili
32 no. Bal. in l. qui poſthumus. ff. ad Syll. † Si vnum ſtatutū diſponat, ꝙ in cauſis pupillorum procedatur ſummariè, & aliud ſtatutū diſponat, ꝙ in cauſis forenſiū procedatur ordinariè, ſi aliquis ſit pupillus, & forenſis, ꝙ ſtatutū attendetur? Dic, vt ibi per eum, & iſte ēt non eſt nr̄ caſus. Aliqñ, & tertiò per ſtatutū diſtribuitur iuriſdictio vni reſpectu rerū, vel cauſarū: alij reſpectu ꝑſonarū, & iſte eſt propriè caſus noſter, qñ vnū ſtatutū diſponit, ꝙ in omnib. cauſis à 100. libris. ĩ. talis ſit iudex: & aliud ſtatutum dictat, ꝙ de cauſis puppillorum talis ſit iudex, & pupillus ꝯuenniat in 100. lib. quis eorum erit iudex? Et in iſto caſu mixto punctus eſt videre, q̄ præferatur, an ſpecialis prouiſio cauſarum, an verò ſpālis prouiſio perſonarū. In hoc placet illud, ꝙ ſuperius dixi, ꝙ ſi prouiſio cārum mereatur maiorem fauorem, & illa præferatur ſpāli prouiſioni perſonarū, & iſte eſt caſus in d. l. fi. C. ne lic. potē. At qñ ſpālis prouiſio perſonarum meret̄ maiorē fauorem perſonarū, vt eſt hic fauore pupillorū, cui magis eſt fauendū, q̄ cāæ ſimplicis q̄titatis. 100. lib. & iſto caſu teneo indiſtinctè, ꝙ præferatur iudex pupillorum. & in hoc ſequor Bal. & Ale. Statutum. n. voluit ꝓuidere pupillis de ſpāli iudice, ne ꝑꝑ ætatē ſeducantur, & opprimātur, ſed in cauſis à 100. libris. ĩ. nō hr̄ iſte reſpectus, cùm ſoleāt committi ēt minorib. iudicib. §. & iudicate. & §. audient. in Auth. de deſen. ciui. colla. 3. & l. placet. C. de peda. iud. ſm Bal. in l. vni. §. vbi aūt. C. de cad. toll. Præferri ergo debet reſpectu perſonæ pupillorum, quæ eſt dignior maiori fauore, & in quo eſt euidētior, & maior vtilitas, q̄ ſimplex cā q̄titatis, vt no. declarat Bar. in extrauagā. ad repri. in ver. non obſt. in pen. col. Bal. in l. 1. in 3. q. ff. de offi. conſul. Pet. de Anch. in commen. d. c. canonum. in 10. q. Pau. de Caſt. in l. nō eſt nouū. ff. de legib. d. Ale. in l. Neſennius. in prin. in vlti. col. ad l. Fal. facit in arg. bonus tex. in l. ſi Ruffinus. in 1. reſpon. C. de teſt. mil. facit,
33 ꝙ alibi tenet ſingulariter Bald. in c. cum olim. de ꝯſuet. † ꝙ ſi in eod. vol. ſtatutorum reperiantur ſtatuta diuerſa, ſeruandū eſt illud, ꝙ eſt iuſtius, & æquius. ſequitur Ale. in conſi. 58. in 5. volu. ꝙ incip. in pn̄ti cauſa. Confirmo iſtam opi. per illud, ꝙ no. tenet Bal. in l. hac ꝯſultiſſima. in 1. col. ad fi. C. qui teſta. fac. poſ. ꝙ vbi reperiuntur duo iura, vel duo ſtatuta, q̄ videntur inuicem ꝯ̄ria, vel repugnantia, præfertur illud, cuius rō eſt magis fauorabilis: quia illud cenſetur magis ſpeciale, vt ibi per eum ſingulariter,
34 ꝙ valde no. † Ad idem facit, quia ſtatutum prouidens pupillis de aliquo ſpeciali, præſumitur motum rōne miſerationis, quia pupilli digni ſunt miſeratione: ſed ſic eſt, ꝙ iuri ꝯceſſo miſerationis gratia nunquā intelligitur derogatum per alia iura quaſcunq; clauſulas habentia, niſi de eo fiat ſpālis mentio, & ſpālis derogatio. ita ſingulariter tenet Inno. in c. ſignificantib. de offic. deleg. quem refert, & ſequitur d. Ale. in ꝯſi. 122. in 4. vol. ꝙ inci. viſo puncto, & accuratè penſato. in 5. col. vbi ad hoc ipſe allegat alias ꝯcor. Nonò principaliter decidit ꝑ iſtum tex. Bal. in l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſ. & cler. in 13. col. in ver. vlterius
35 quæritur, an ſi relinquatur Eccleſiæ, &c. † ꝙ ſi relinquat̄ Eccleſiæ ſitæ in confinio duarum diœceſ. ꝙ quarta epālis, q̄ debet̄ de relictis factis Eccleſiæ, debet eſſe cōis, & diuidi inter vtrunque Epm̄, per iſtum tex. & per no. in clem. dudum. in ver. verum. de ſepul. ¶ Decimò no. in ver. fi. not. deciſ. ad doctri. cōem Docto.
36 quæ habet, † ꝙ ſi dictio præter, [a] adijciatur ei, ꝙ ꝯtinetur ſub
a gñe præcedenti, ꝙ tunc ſtat exceptiuè: aliàs autem ſtat ampliatiuè, & ponit̄ pro vltra, ſm Bar. & Doct. in l. actione. C. de trāſa. & in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. & vtrobiq; dixi. ff. ſi quis cau. & in l. 1. in fi. ff. de pig. act. Hic. n. dictio p̄ter, adijcitur ei, ꝙ non ꝯtinetur ſub præcedenti, tenendo illud, ꝙ tenent Bar. & Docto. ꝙ in hoc text. textores non eſſet genus, & tñ ſtat exceptiuè, non ampliatiuè, ꝙ videretur ꝯ̄ dictam cōem regulā. Sed rn̄de iſtud ideo eſſe, quia vernæ poſiti ſub dictione præter, non poterant venire ampliatiuè, ex quo erāt alij ſpecialiter legati, & qñ iſtud non fuiſſet, dictio præter ſtaret hic ampliatiuè per doctr. cōem ſuperius relatam. ¶ Gl. 1. ibi, certè cū oēs ſint textores. Iſta poſitio glo. per oēs reprehenditur indifferenter, quia ſi oēs textores eſſent, poſteà quidam vernę, quidā nō, legatum de vernis factū Plotiæ eſſet ſpeciale: ideo derogaret primo legato, ꝙ eſſet generis. l. ſeruis vrbanis. § fin. ĩ. de lega. 3. de qua oppo. glo. dicunt
37 Dy. † & Sal. hic, ꝙ iſta fuit additio ſerotina, quæ eſt reijcienda, & cancellanda de libris. Sed ꝯſidera ſi poſſet gl. ſaluari hoc modo, ſi poneres oēs ſeruos eſſe textores, vt dicit gl. & oēs eſſe vernas: quo caſu non caderet genus, & ſpecies, ſed eſſet qualitas, & fieret cōicatio, vt eſt tex. formalis in d. l. ſeruis vrbanis. §. fi. in vlt. reſpon. & ſm hoc in caſu huius. l. non videretur, ꝙ de neceſſitate debeant fieri tres ſpēs ſeruorū, vt ponunt Bar. & oēs Doct. tñ iſta ſaluatio non vr̄ eſſe de mente huius gl. quæ ſuperius dixit, quoſdam eſſe emptitios, quoſdam natos ex ancillis, ergo non omnes erant vernæ, tñ ſaluando iſta opi. eſt in ſe vera. In ea. gl. ibi, ꝙ in exceptione non videatur ſecundo datum. Iſtud, ꝙ di-
38 cit gl. eſt falſum: † quia illud, ꝙ fit ad excipiendum, non operatur dationem. l. legata inutiliter. & l. talis ſcriptura. ſ. eo. & l. ſi ita. cū gl. ĩ. eo. & l. ſi cui. ff. de fun. inſtruc. & maximè in iſto tex. vbi exceptio erat incerta, & obſcura, & nihil valebat, quō ergo poterat operari dationem? ita etiam tenet Raph. Cuma. hic.

ADDITIO.

a ¶ Dictio præter. Adde Bar. in l. 1. ff. de pig. Inn. in c. dudum. de elect. Dy. in regula peccatum. de reg. iur. lib. 6. Lud. Ro. in conſi. 328. inci. pręſens conſultatio. Raph. Cu. in conſi. 111. inci. ciuis quidam Florentinus. † Et dic, ꝙ excludit id, ad qđ refertur. l. ſi ita legatum ſit. §. Seio. de leg. 1. plura no. Bal. in l. data opera col. 16. poſt prin. C. de his, qui accuſ. non poſ. Iaſ. in l. Vicena. nu. 14. ff. ſi quis caut. De dictione præter, & præterquam, idem Iaſ. in l. ſi eum. §. qui iniuriarum. col. pen. in fi. eo. tit.

*SVMMARIVM.*

1 *Inter &, & cum, non eſt differentia ad inducendam coniunctionem verbalem, ſed eſt differentia, quando ponuntur inter perſonas honoratas.*
2 *Appellari licèt non poſſit à ſententia lata in poſſeſſorio, tamen poteſt de nullitate dici.*
3 *Si à ſententia lata in poſſeßorio dictum ſit, ſententiam nullam, & ſi qua eſt, appello, an procedat.*
4 *Nullitas an videatur principaliter deducta, vel acceſſoriè, quando dicitur, dico ſententiam nullam, & ſi qua eſt appello.*
5 *Vtile per inutile in ſeparabilibus non vitiatur.*
6 *Dictio, cum, poſita inter res, quando dicatur ſtare acceſſoriè, & quando principaliter.*

§. Nihil differt. Inter &, & cum, non eſt differentia, quando ponuntur inter perſonas, & quantum ad inducendam coniunctionem verbalem. hoc dicit. ¶ Not. primò non eſſe differentiam inter dictionem &, & dictionem cum, quantum ad inducendam coniunctionem verbalem, & ſic ius accreſcendi, vt hic, & l. illi cum illo. ff. de vſufruct. lega. in quo diſtingue, vt hic per Barto. cum quo alij tranſeunt, & in l. ſi cui. ff. de fundo inſtruc. per glo. & Docto. in l. 2. C. de verbo. ſignificatio. ¶ Circa tamen doctri. Bart. adde in 1. membro, quod tamen eſt dare differentiam:
1 † quia quando dictio &, ponitur inter perſonas honoratas, inter quas cadit ordo charitatis teſtatoris, puta inter filios, & nepotes: tunc dictio &, facit eos vocari ordine ſucceſſiuo, & ſic primo loco filios, deinde eis non exiſtentibus nepotes: ſed dictio cum, facit ſimultaneè vocari, ac ſi dixiſſet ſimul, ita declarat iſtum text. Barto. in l. Gallus. §. 1. in 2. colum. poſt glo. not. ibi. ff. de libe. & poſthum. vbi dixi, per l. ſi mulieri, & Titio. ff. de vſufru. accreſc. ¶ Secundò adde aliam differentiam inter &, & cum, quando ponuntur inter perſonas honoratas, quia ſi teſtator dicat, lego Titio cum Seio, propter iſtā dictionem cum, conditio appoſita in perſona Titij, videtur repetita in perſona Seij: ſecus ſi vtrique ſit legatum factum per copulam, &. l. Iulius Paulus. & ibi Barto. & l. cū ſeruus. ff. de condi. & demō. ¶ Tertiò adde inquantum Barto. dicit, ꝙ copula &, coniungit æquè principaliter, ſed dictio cum, acceſſoriè, prout etiam not. Bar. in d. l. 1. per illum tex. ff. de pec. leg. & in d. l. ſi cui. ff. de fund.
2 inſtruc. † Nam per iſtam theoricam habes reprobare quandā
a ſolennem deciſ. Salice. ꝙ à ſententia [a] lata ſuper poſſeſſorio de iure

ADDITIO.

a ¶ A ſententia lata. Adde Io. de Imol. & Mod. in l. fi. in §. iuſſus. ff. de appell. tamen ſi ſit appellatum, & iudex à quo detulit, vel admiſit, poterit appellans obtinere, ſi poſtea liqueat ſententiam iniuſtam, ita ſingulariter Bald. in l. poſt ſententiam. in 2. col. C. de ſent. vbi dicit idem ſentire Innoc. & eſſe de mente Gul. de Cun. in l. ſi ex cauſa. in §. nunc dicendum. ff. de min.
† Cui adde Pract. Pap. for. appel. ab interloc. ver. fin. nu. 3. & 6. & for. lib. ſpol. poſſeſſ. ver. per veſtram. nu. 3. vbi concludit, poſſe appellari à ſententia lata ſuper quocunq; poſſeſſorio, ſecundum communem opin. Cano. ibi relatam, pro qua vide, quæ no. Ozaſc. deciſ. 25. vbi de hoc diſputatur, concludit tñ eā ſñiam in poſſeſſorio latam appel. non obſt. executioni regulariter mandari poſſe. l. vnic. C. ſi de mo. poſſ. not. idem deciſ. 47. Quæ conclu. fallit in caſib. per eum enumeratis, & per Rol. conſi. 77. num. 15. lib. 2. poſt Pariſ. conſi. 102. nu. 13. lib. 1. Dec. conſi. 28. Neuiz. conſi. 36. nu. 9. Sebaſt. Vant. de nullit. c. 4. nu. 34. & ſeq. Rob. de ord. iud. tit. de appel. nu. 305. MASVER.

iure ciui.nõ appellatur.l.vnica. C.si de momẽ.poss.fue.appel.la te Bar.in l.2.ff.de appel.reci. Tñ licèt appellari nõ possit, potest tñ dici de nullitate, ſm Bald.l.vnica.in pe.col. & in l.1.in 3.col. C.ne liceat in vna eademq; cã tertiò ꝓuoc.& est ratio,quia regulariter de nullitate cuiusq; snĩę potest dici.l.1.§.1.ff.de fer.l.si

3 exp̃ssim.vbi latè Bar.& omnes.ff.de appel.cle.1. de re iud.† Pone ergo,ꝙ sit lata sentẽtia in possessorio ꝯ aliquem, & ille,prout est de cõsuetudine totius mundi,dicat,dico sententiam nullam,& si qua est appello,nunquid valeat? Sal. & quidem mirabiliter tenet,ꝙ non. d.l.vnica. C.si de momen. poss.fue.appell. Nam dicit generaliter,ꝙ in omnib.causis,in quibus non potest appellari,sed dici de nullitate de per se,si quis simul iungeret,& diceret,dico sententiam nullam,& si qua est, appello, nihil valet in vtroque.Ratio est ſm eum, quia videtur principaliter appellare,& casu quo non possit appellare, videtur postea dicere de nullitate, & sic nullitas videtur intentata accessoriè, & non principaliter,prout est glo.singu.quæ istud expresśe dicit in l.1. C.quando prouoca. non est necess. Si ita est, ergo si non valet principale,quod est appellatio, non valet etiam accessorium, quod est nullitas,quia vitiato principali,&c. l.cùm principalis. ꝟ.de reg.iur.& dato,ꝙ ex ordine verborum prius dicat de nullitate, tñ ex ordine intellectus, & legis accessoriè dicit, ita residet Sal.in d.l.vnica.& ita etiam tenet idem Sal.in d.l.1. per glo. ibi.C.quando prouoc.non est necess. Sed ista decisio Sali. licèt sit singularis, tñ non est vera,quia qñ dico sententiam nullam, & si qua est,appello,nullitas non est intentata accessoriè, vt ipse dicit,sed æquè principaliter, quòd patet, quia copula &, qñ ponitur inter res,copulat ęquè principaliter, & non accessoriè,

* ſm doctri.Bar.hic *approbatam* per omnes, & maximè, quando

4 vna res non accedit alteri,vt statim dicam.† Et in terminis nostris,qñ dico sententiam nullam,& si qua est, appello, ꝙ nullitas intelligatur principaliter,& de per se intẽtata, tenet expresśè Bar.in d.l.si expressim.in 3.col. & ibidem Imol.in 4.& 5.col. & ita etiam Iac. But.in d.l.1. C. quando prouoc.non est necess. reprobata gloss.ibi, & ista est veritas,quamuis Ange.in d.l.si expressim. dicat, ꝙ aliàs habuit istum casum de facto in ciuitate Florentiæ,& ꝙ per multos solennes Docto. fuit consultum, ꝙ nullitas erat principaliter intentata, & ita fuit iudicatum Florentiæ, sed ꝙ non audet recedere à glo. in d.l.1. & plus non dicit,& illam decis.Sal.reprobat etiam d.Alex.in cons.2.in 3.vol. quod inci.consideratis.in 4.& 5.col. Et ꝯ illam decis.Sali.etiam

5 videtur facere,† quia in his, quæ sunt separabilia, vtile ꝑ inutile non vitiatur.l.sancimus.C.de don.Bart.in l græcè. §.illud. ff.de fideiuss. sed nullitas potest separari ab appellatione, ergo, &c.

6 ¶†Quartò adde, inquantum Bar.dicit, ꝙ quando dictio cum, ponitur inter res,tunc stat accessoriè, intellige istud procedere,

a quando dictio cum, [b] ponitur inter res,quarum vna accedit alteri, ita propriè loquuntur iura allegata per Bart. aliàs esset secus, puta si testator legaret domum cum fundo, vel ècontra: tunc dictio cum,non copularet accessoriè,sed principaliter, sicut si diceret, & fundum. text. est in l.si quis inquilinos. §. si ita legatum. ꝟ.eo. vbi text. vult, quòd tunc non sit differentia, an ponantur inter personas,vel inter res, cùm vtrobiq; sit eadem ratio, ex quo ibi vna res non accedit alteri. Facit, quod not.in l.3.C.si pen.appel.mors interueniat.

ADDITIO.

a ¶Dictio cum. Adde l.si quis arbitratu.ff.de verb.oblig. Doct.in l.1.& 2. C.de verb.sign.Card.Zab.in c.si. 1.not.de consuet. idem Card.in clem.2.in 3.not. de testi.Raph.Cum.consi.56.inci.Petrus hæres.

SVMMARIVM.

1 *Quantitas si debetur respectu speciei, specie perempta debitor liberatur,intellige,si quantitas non fuit limitata.*

1 §.Si alteri. † Si quantitas debetur respectu speciei, perempta specie debitor liberatur. h. d. ¶No. primò,ꝙ debitor obligatus ad quantitatem respectu certæ speciei,quam soluendo fuisset liberatus, perempta illa specie liberatur etiam à quantitate, vt hic, & l.quidam. §.si tibi.ꝟ. eo.& l.1.§.fin. cum l.seq. ff. si cui plusquam per l.fal. plenè dixi in l.quod te.post Bar.ibi in 1.col.ff.si cer. peta. ¶Limita istum tex.& similes,vt procedat, quando quantitas non fuit expressa,seu limitata,tunc perempta specie liberatur ab illa quantitate,secus si quantitas fuit limitata,& expressa,tex. est valdè no. in l.vir vxori.ff.de dot.præleg.per quem text.Batt.ibi ita limitat istum text.& similes,& istam limitationem tenet Pau. de Cast. hic,& in l.quidam.§.si tibi.ꝟ.eo.& d.Alex.sibi ꝯrius in d.l.quod te.in 4.col.facit bene.l.hominem.ff.mand. Istam limitationem reprobant.d.Alex.& Are.hic,nam ſm d.Alex.ista limitatio non videtur habere bonam diuersitatis rationem.& ad d.l.vir vxori, respondet, ꝙ ibi inuita vxore legatario non potest dari amplius species pro pecunia,quia ibi erat in legato,& sic in obligatione, secus in casu huius. l.& d.l.quidam. § si tibi.in quib species erat in obligatione, & potuisset hæres redimere speciem, & soluere alteri legatario inuito. allegat etiam in contrarium tex.in l.fundum Cornelianum.ff.de nouat. qui tex.nihil facit in proposito, quia ibi vtrunque erat in obligatione principaliter, & de per se,scilicet fundus,& sic species.item eius æstimatio,& sic quantitas. facit bene text. in l.siue hæreditaria. & ibi Bald.in 2.not.ff.de nego.gest.nam,vt ibi habetur, quando vtrunque est in obligatione de ꝑ se, licèt extinguatur species,vel aliter desinat esse, per hoc non extinguitur quantitas. Tu autem pro dicta limitatione Bar.quæ est bona, adde bonum tex. in l.venditor ex hæreditate.ff.de hæred. & act. vendi.Item dic, ꝙ potest reddi bona ratio diuersitatis,prout etiam voluit Pau. de Cast. hic, quia qñ q̃titas est incerta,& venit certificanda per æstimanem speciei,dicitur respectiua ad speciem:ideo perempta specie, cùm res,quæ non extat, æstimari non possit, meritò extinguitur debitum quantitatis,quod est incertum,secus qñ quantitas iam erat certa,& expressa in legato, vt in d.l.vir vxori. vel erat certa per solutionem factam à fideiussore, vt in d.l.hominem.vel erat certa per receptionem pretij certi, vt in d.l.venditor ex hæreditate. potes etiam dicere ad d.l. vir vxori, ꝙ ideo ibi hæredes mariti teneantur ex legato ad quantitatem, quia cùm ibi mancipia dotalia essent mortua viuo marito, & sic maritus sciuerit se liberatum, certè ex quo non cessauit legatum,videtur non tantum pro dote, sed causa legandi id fecisse,& sic ex voluntate mariti præsumpta habetur tale legatum, & istud est,quod dicit tex.in fin.quoniam mariti voluntas seruanda est, & sic pondera, quòd ille text. in ratione decidendi fundat se in voluntate testatoris,non autem, quia quantitas esset certa,vel limitata.

SVMMARIVM.

1 *In legato generis electio est legatarij.*

2 *Legatarius quando habet eligere,potest eligere pessimum in eius præiudicium,etiam hærede inuito,& nu.3.*

4 *Legatarius habens facultatem eligendi debet eligere mediocrem.*
*Et quomodo intelligatur,ibi.*

5 *Hæres habens electionem à testatore,non potest eligere mediocrem.*

6 *Seruus, qui gessit negotia domini, præsumitur vtilior domino, quàm alius seruus.*

7 *Testator legando quando sensit de certo fundo, sed non apparet de quo, in dubio electio seu declaratio est hæredis.& nu.9.*

8 *Dominium rei legatæ non transit in legatarium, quando testator sensit de certa re, sed non apparet de qua ante electionem, siue declarationem.*

10 *Aduersatiua sed & si,repetit qualitatem præcedentium.*
*Stante statuto, quòd filia ab intestato non succedat patri existentibus masculis, nisi in dote, sed facto testamento non succedat,nisi quatenus testator ei reliquerit,intelligitur,scilicet facto testamentò,& extantibus masculis.*

11 *Copulæ natura est repetere in sequenti legato qualitatem adiectam in primo.*

12 *Legato in genere facto de re animata,legatarius eligit mediocrem, sed legato in genere facto de re inanimata,debetur minimum.*

13 *Legatum si est factum in genere de vino, vel quid simili, hæres liberatur præstando minimum, dumtamen non putridum.*

14 *In generali sermone non venit illud,quod verisimiliter quis in specie non dixisset.*

15 *Generalitas non est sic restringenda, vt captio insurgat, & inutilitas sequatur.*
*Legatum animalis in genere non valet.*

16 *Factum hominis requiritur ad constituendum fundum.*

17 *Electio si est data hæredi,& differat,quando transeat in legatarium.*

18 *Ratio quare legato vno de seruis existentibus in patrimonio testatoris, electio sit legatarij,non si sunt extra patrimoninium.*

19 *Legatarius, quando electio rerum sibi legatarum competit hæredi, an poterit agere ad hominem in genere,& quòd assignetur terminus hære di intra quem eligat.*

20 *Dominium nunquam transit in legatarium, quando aliquid est in legato,& sic in obligatione,sed incertum est, quid futurum sit in solutione.*

21 *Dominium rei legatæ in genere statim facta electione transit in legatarium.*

22 *Litera tex.in §.si generaliter.Insti.de lega.quæ sit vera.*

23 *Electio,seu optio propriè cadit in rebus alienis.*

24 *Testator si legat hominem,vel quid simile in genere, videtur legaße illam speciem de illo genere,quam habet in suo patrimonio.*

*Legatum*

*Legatum in genere factum reſtringitur ad ſpeciem, vel corpora illius generis, quæ teſtator habet in patrimonio.*

25 *Legatum factũ de ſeruis in genere, extinctis illis ſeruis, qui erant in patrimonio teſtatoris, extinguitur.*

*Legatum generis reuocatur, quando teſtator omnes ſeruos in patrimonio ſuo exiſtentes voluntariè alienaret.*

26 *Limitatio ad tex. in l. Meuius. §. duorum. infra de leg. 2.*

27 *Legatum factum de fundo in genere, etiam ſi teſtator haberet plures fundos, non valet.*

28 *Legatum factum de fundo Corneliano in genere, licèt teſtator illud non habeat, valet.*

29 *Incertitudo quando cadit circa res legatas, valet legatum, & electio eſt hæredis.*

30 *Teſtator, qui nullum fundum habebat, legauit fundum Titianum, & ſic conuicini plures Titianos habebant, hæres habet electionem.*

## LEX XXXVII.

**L**Egato generaliter. In legato generis electio ẽ legatarij, vt mediocrẽ eligat, ſed ſi teſtõr ſenſerit de certo, & appareat, illud vendicabit: aliàs ſi nõ cõſtat, electio, ſeu declaratio ẽ hrđis. h. d. & hẽt q nq; partes. Scđa ibi, quæ ſnîa. Tertia ibi, ſi de certo fundo. Quarta ibi, aut ſi appareat. Quinta, & vltima eſt ibi, ſed & ſi lancem. ¶Not. primò ex
1 iſto tex. in ver. accipiatur. iuncta gl. 1. † ꝙ in legato generis in dubio electio eſt legatarij, licèt Rapha. exponat text. accipiatur. i. intelligatur, ꝙ nihil eſt dicere. Hinc ex iſto notabili inſurgit difficultas, quam ſoleo tãgere, quid operetur legatũ optionis, qñ eſt legata res in genere, iuxta l. 2. ĵ. de opt. leg. & qñ legatarius omnino habet electionẽ, vt hoc tex. & qñ legatum nullam affert vtilitatem, nihil valet. l. ſi creditori. ĵ. tit. 1. & l. planè. ſecunda. in prin. ĵ. cod. Imò olim cenſebatur damnoſum, cùm dicebatur conditionale. §. ſi generaliter. in ver. optionis. Inſtit. de
2 leg. dic, ꝙ vtilitas inſurgit ex eo, ꝙ ſtatim dicam in 3. not. ¶† Secundò no. hic videri tex. mirabilem, ꝙ vbi electio eſt legatarij, adeo tenetur mediocrem eligere, ꝙ non poſſet eligere peſſimum in ſui damnum, & præiudicium hærede ꝯdicente, & ſic niſi etiam hæres conſentiret, & ita expreſsè tenet Ang. hic, & in l. idem Iulianus. §. ſcio. ĵ. eo. Adde pro iſto intellectu Ang. multum facere iſtum text. in ver. accipiatur, per quẽ datur intelligi, ꝙ electio pertinet ad legatarium, vt etiam no. gl. 1. tñ expreſsè vult, ne optimus, vel peſſimus accipiatꝰ: ergo vult, ꝙ qñ electio eſt legatarij, non poſſet eligere peſſimum inuito hærede. Confirmatur ſecũdò, quia poſſet euenire, ꝙ potius hæres vult præſtare mediocrem q̃ peſſimum, iuxta l. fi. ff. de vſu, & habi. & iuxta l. pe. ff. de condi. ob cau. Ad idem facit tex. ſolẽnis in c. cui de non ſacerdota. §. fi. de preben. in 6. vbi eſt tex. ꝙ ſi Papa mandat prouideri alicui de beneficio certi valoris, vel pretij, ꝙ non põt etiam illo expreſsè volẽte prouidere de bñficio minoris pretij, ſic vr̃, ꝙ habens gratiam non poſſit renunciare fauori ſuo acceptando deterius, q̃ ſit ſibi conceſſum. ¶Cõtrarium tenent Nic. de Neap. Io. de Imo. Pau. de Caſt. d. Alex. & Are. hic, & Dyn. in
3 regula in obſcuris. de reg. iur. in 6. † ꝙ imò legatarius poſſit eligere peſſimum ẽt hærede inuito, per text. qui bene facit in §. præterea ſi quis. Inſtit. de act. vbi qñ electio eſt ipſius debitoris, non põt debitor peſſimum eligere, vel viliſſimum quem pſtet, ergo vult, ꝙ ſi electio eſſet ipſius creditoris, prout eſt hic ipſius legatarij, poſſet creditor eligere viliſſimum, & ſic peſſimũ inuito debitore. Secundò, quia ꝙ legatarius debeat habere mediocrem & non peſſimum, eſt introductum in fauorem legatarij, ſicut ẽꝯ, ꝙ nõ poſſit eligere optimum, eſt inductum in fauorẽ hæredis, prout de vtroq; eſt tex. in l. fi. § ſed & ſi quis. C. cõia de leg. ergo legatarius debet poſſe renunciare fauori ſuo acceptãdo peſſimum, per regulam. l. ſi quis in ꝯſcribendo. C. de pact. ſicut ẽt hæres poſſet renunciare fauori ſuo, pſtando optimũ, ꝑut tenet gl. ord. in l. idẽ Iulianus. §. ſcio. ĵ. eo aliàs illud, ꝙ eſt inductum fauore debentis eligere, retorquereť in eius odiũ, ꝯ. l. ꝙ fauore C. de legi. & ad iſtũ tex. in ver. ne optimus, vel peſſimus accipiatur, q fortiter ſtringit, rñdent præfati Doct. ꝙ iſta verba debent referri ad diuerſos caſus, & ad diuerſas perſonas: imò illud verbum accipiatur, ſm eos diuerſimodè accipiendum eſt, ſm gl. in l. 2. ff. de offi. procon. & leg. & ſic dum tex. dicit, ne optimus, intelligitur qñ electio eſt legatarij, ne legatarius tunc accipiat optiũ. & dũ tex. ſubdit, vel peſſimus, intelligitur, qñ electio eſt hæredis, iuxta l. ſi hæres generaliter. ĵ. eo. quæ reſponſio facit violentiam huic textui in verbo accipiatur, vt prędixi: nam ſm iſtum intellectum tex. debuiſſet dicere, ne optimus accipiatur, nec peſſimus detur, ſed idem verbum accipiatur, non vr̃ poſſe
4 referri, niſi ad legatariũ. ¶† Tertiò not. ex iſto text. ꝙ qñ facultas eligendi competit legatario, debet ipſe eligere mediocrẽ, concordantes ſunt in gl. ſic ẽt vr̃ intelligi promiſſio, q fit in ꝯtrib. l. ſi quid venditor. ff. de edil. edic. ¶Limita iſtum text. dupliciter. Primò intellige, vt procedat, qñ erat electio ad minus trium, quatuor, vel plurium, tunc debet eligere mediocrẽ, vt hoc tex. cum ſi. ſecus ſi duorum tñ, puta duorum ſeruorum: nam ſi alter ſit melior altero, poteſt legatarius eligere meliorem. l. qui duos. ſ. eo. aliàs non intelligeretur habere electionem, ſed peſſimus diceretur legatus, ſm Pet. Dyn. Cy. Ray. Imo. & Mod. hic, Bal. & Pau. de Caſt. in l. fin. §. ſed & ſi quis. C. commu. de leg. Tu dic, ꝙ ratio eſt manifeſta, quia qñ non ſunt niſi duo, ibi non poteſt eligi mediocris, quia medium neceſſariò præſupponit duo extrema, & ſic ſaltem debent eſſe tria ad minus, aliàs nõ habet locum iſta l. vel ſimiles. Secundò intellige iſtum tex. & ſi. qñ legatario tacitè competit electio ex diſpoſitione legis, tũc debet eligere mediocrem, ſecus qñ teſtator expreſsè reliquiſſet electionem, ſeu optionem, tunc poſſet eligere quem vellet, & ſic ẽt optimum. l. 2. in prin. ff. de opt. leg. ad hoc, vt electio expreſsè conceſſa à teſtatore de aliquo operetur, arg. l. qñ. in prin. ĵ. eo. & ita tenet gl. in l. fi. §. 1. & ibi Cy. & Bal. C. cõia de leg. & gl. in l. 3. ff. qui, & à quib. Pet. & Cy. hic, ꝙ intellige ſanè, qñ illæ res eſſent in patrimonio teſtatoris, aliàs legatarius non poſſet eligere optimum, etiam qñ teſtator expreſsè reliquiſſet electionem. In iſtis terminis ſeruatur gl. quæ ꝯrium dicit, in l. 2. in prin. & ibi Bar. ff.
5 de opt. leg. ita concordant Imo. Aret. & Mod. hic. † Adde etiam ꝙ quando hæredi eſſet expreſsè à teſtatore data electio, non poſſet tunc hæres eligere peſſimum, ſed mediocrem, vt eſt tex.
6 in l. ſi hæres generaliter. ĵ. eo. ¶† Quartò not. in ver. actorem. ꝙ in dubio ſeruus, qui geſſit negotia dñi, qui appellatur actor, vel caſtaldio, præſumitur vtilior dño, quàm alius ſeruus propter maiorem notitiam adminiſtrationis, & rerum dñi. Et ideo tex. in l. fi. ff. de off. præſi. reputat, ꝙ amiſſio, vel corruptio talis ſerui
7 tendat ad ruinam, & euerſionem totius domus dñi. ¶† Quintò not. in verb. ſi de certo. ꝙ vbi teſtator ſenſit de certo fundo, ſed non apparet de quo, electio, vel potius declaratio eſt hæredis. l. ſi quis à filio. §. ſi quis plures. ſ. eo. vbi Docto. & ego dixi Facit l. apud Iulianum. aliàs. l. idem Iulianus. §. ſcio. ĵ. eo. ſm quam poteſt exemplificari tex. noſter. ¶Sextò not. ex eo. ver. ſi de certo. iuncto verſi. ſequenti, aut ſi appareat. hic optimè probari ſm
8 Are. † ꝙ ſicut in legato alternatiuo non transfertur dñium in legatarium ante electionem. l. huiuſmodi. §. qui Stichum. ĵ. eo. l. apud Aufidium. ĵ. de opt. leg. Bar. in l. 1. in vlt. col. ſ. eo. Ita qñ teſtator legando ſenſit de certa re, ſed non apparet de qua re ſenſerit: nam ante declarationem hæredis non tranſit dominium in legatarium. Iſtud probatur dupliciter in hoc tex. ſm Are. primò dum tex. dicit, ꝙ eliget hæres, quem velit dare, & ſic apparet, ꝙ ante electionem non ſequitur datio, & ſic tranſlatio dominij. §. ſic itaq;. Inſti. de act. l. vbi autem non apparet. §. fin. ĵ. de verb. obli. Secũdò dum tex. in ver. ſequenti dicit, ꝙ ſi appareat, fundus vendicabitur, ſed vendicatio præſupponit tranſlationẽ dñij. l. in rem. in prin. & l. officium. ff. de rei ven. ergo ſecus oſtendit in caſu præcedenti, ꝙ eſt bene tenendum menti ¶Septimò
9 & vlt. no. in ver. ſed & ſi lãcem, † ꝙ in generali legato lancis electio eſt ipſius hæredis. In ꝯrium facit, quia imò in legato generis electio eſt legatarij. l. ſi ſeruus legatus. §. cùm homo. ĵ. co. & l. 2. in prin. ff. de opt. leg. & hacmet. l. in prin. quæ videtur de directo contradicere huic fini. Ad iſtam difficultatem dantur tres ſolutiones. Prima eſt ſubtilis Pet. de Bellaper. hic, qui dicit, ꝙ iſte tex. in fin. debet intelligi, quando teſtator ſenſit de certa lance, ſed non conſtat de qua, nimirum ſi electio eſt hæredis. d. l. ſi quis à filio. §. ſi quis plures. ſ. eo. & l. idem Iulianus. § ſcio ĵ cod. & in verſi. præcedenti. ſ. Secundo modo reſpondet Bart. in l. ſi domus. in prin. ĵ. eod. quòd ideo hic electio eſt hæredis, eo quia iſte tex. in fin. loquitur in his generibus, quæ habent terminos facto hominis, vt eſt in lance: ſecus in his generibus, quæ habent terminos à natura, vt homo, equus, & ſi. tunc electio eſt legatarij, ita propriè loquitur iſta l. in princ. in ver. veluti homine. & in d. l. ſi ſeruus legatus. §. cùm homo. tamen ſecundum Pau. de Caſt. in d. l. ſi domus. & d. Alex. hic, Barto. non aſſignat vrgentem rationem diuerſitatis. Tertio modo reſpondet do. Alex. quòd ideo hic in fin. electio eſt hæredis, quia in lance domo, & ſi. etiam ſi viliſſima nobis detur ab hærede, tamen ſemper expedit potius habere quàm non habere: ideo fauore hæredis præſtatur tunc, quod eſt minimum, ſecus in his generibus, in quibus poſſent dari aliquæ ſpecies, quas potius expediret non habere, quàm habere, ſecundum doctri. glo. magnæ in princ. prout plenius proſequitur Alex. quid tenendum? Tu tene ſolutionẽ Pet. de Bellaper. quam etiam tenẽt Antiqui, quæ eſt optima, ꝙ iſte tex. in fi. loquaꝰ, qñ teſtator ſenſit de certa lance, ſed nõ apparet de qua, meritò electio eſt hæredis. Et ſi dicaꝰ, ꝙ iſta ſol. bene eſt veriſſima in ſe ꝑ iura prælleg. ſed diuinat ad iſtum tex. quia dicere, ꝙ in iſto ver. fin. teſtator ſenſerit de certa

lance

lance,est diuinatio. Rñdeo, ꝙ non diuinat ponderando istum
tex.dupliciter.primò in dictione æquè,quæ ostendit æqualiter,
& simili modo esse hic electionem hæredis, prout in versi.si de
certo.ergo sicut ibi iō est, quia testator de certo senserat, ita ēt
10 est hic. ¶†Secundò pondera text.in aduersatiua, sed & si, [a] de
a cuius natura est, vt per eam videatur repetita qualitas p̄cedentium:vnde si statutum dicat,ꝙ existentib. filijs masculis fœmi-
na non succedat ab intestato, nisi in dote, sed facto testō non
succedat, nisi quatenus testator ei relinquet, debet intelligi fa-
cto testō,& existentib.masculis,ꝑꝑ aduersatiuam,quæ est con-
iunctio,& sic repetitionem inducit. l.Seio. §.Caio. ff.de fun.in-
struc.Ita egregiè determinat Bal.in l.omnes populi.in 15.col.ff.
de iust.& iur.& ad hoc alleg.gl.in §.item lapilli.Insti.de rer.diui.
Sequitur Pet.de Anch.in cōmen.c.canonum statuta.de consti.
in ver.quærit ēt Bal.vtrum vnum statutum. d.Alex. vbi reput.
istud singulare in l.filius à patre.in 12.col.ff.de libe.& posthum.
ergo idem dicemus in proposito text.nostri, ꝙ ꝑꝑ aduersatiuā
in actionibus ſtricti iuris non veniunt fructus niſi à tempore li-
tis conteſta.l.cùm fundus.in princip.ff.ſi cert. pet.l.videamus.§.
ſi actionem. ff. de vſu. ſed in vltimis volun. cùm habeantur in-
ſtar bonæ fidei, veniũt fructus à tempore morę, vt s̃.dixi,ergo
argumentatio Iuriſconſ.non eſt bona. Sed reſponde,ꝙ æquipa
ratio text. procedit quantum ad interitum, vt poſt moram ſe-
quuto interitu quilibet teneatur ad æſtimationem,ſiue in con-
tractu ſtricti iuris, ſiue in vltima volun. ita etiam quo ad hoc
æquiparat text.in l.ſi ex legati cauſa.ff.de verbor. obl. ſed quan-
tum ad fructus iſta æquiparatio non procedit,vt dixi,nec text.
13 æquiparat quo ad fructus. ¶†Quintò not.in verſi.item partus,
ꝙ partus rei legatæ poſt moram hæredis pertinent ad legata-
rium.ex quo videtur innuere text. quòd ante moram hæredis
non debentur legatario.quod intellige verum,quando non eſt
legata res propria teſtatoris. aliàs etiam ante moram pertinerẽt
ad legatarium.l.ſi tibi homo.§.cùm ſeruus.infra eod. & in hoc
differt iſte verſicu.à præcedentibus ſecundum Cyn. Bald. &
Raph.hic,& bene.Sequitur.§.aliàs eſt lex,ſi Titius.

ADDITIONES.

a ¶Sed limita. Adde,quæ ſcribit Pract. Pap. for.libel. Act.Real.verſicul.ſimul cum fructibus. poſt numer.3. verſicu. aut habuit titulum.Roma. ſingul. 528. tu habes.Doct.in Apoſtil.ad Nicol.de mi.in Reper. verſicu. poſſeſſor malæfidei.Crem.ſingul.135.Roland.conſil.18.nume.85.libr.1.conſil.41. colum.fin. libro 3. MASVER.

b ¶Contractibus.Adde glo.Inſti.de lege fuſ.ca.Glo.Dyn.& Docto.in l.pactum. in fin.C.commu.præd.Bald.in l.fin.C.de leg.

*SVMMARIVM.*

1 *Legatum factum mihi de re mea teſtatori debita,valet,licèt regulariter legatum rei meæ non valeat.*

2 *Res mea,in qua alius habet ius, poteſt mihi legari.*

*Res mea poteſt mihi legari, quando non eſt irreuocabiliter mea.*

*Res mea poteſt mihi acquiri ex noua acquiſitione,quando prima eſt dubia,& ſecunda eſt certa,vel pinguior.*

3 *Legatum non extinguitur per translationem dominij rei legatæ factam ab alio in teſtatorem,ſecus ſi fit per teſtatorem in alium.*

4 *Teſtator legans rem ſibi debitam debitori, quando videatur legare liberationem,& ſi illam ab inuito exigat, quando legatum videatur reuocatum.*

5 *Quid in legato quantitatis.*

6 *Dictio mox,licèt de propria ſignificatione ſignificet ſtatim, tamen aliquando impropriatur,& denotat magnum interuallum.*

7 *Legatarius,qui rem venditam per ipſum teſtatori tradidit poſt legatum ſibi de ea re per teſtatorem factum, non videtur legato renunciare.*

8 *Renunciare iuri de futuro quis expreſſè non poteſt.*

9 *Renunciare non intelligitur quis iuri, quod ignorat, nec quod quis ſibi competere dubitat.*

*Parcitur ita dubitanti,ſicut ignoranti.*

10 *Iudex, vel conſultor, qui dicit, videtur prima facie dicendum, quòd Titius debeat condemnari, an valeat, & quando videatur decidere.*

11 *Venditor, qui tradidit rem venditam emptori, liberatur ab actione ex vendito,etiam ſi non tranſtulit dominium.*

*Obligatio,qua tenetur venditor ad rem tradendam, ſapit de natura obligationis dandi,& faciendi.*

12 *Venditor ſi rem venditam tradat, et euincatur, nõ agit emptor ex antiqua obligatione, ſed ex noua.*

13 *Venditor qui in inſtrumento conſtituit ſe nomine emptoris poſſidere, liberatur ab actione,& obligatione ex vendito.*

14 *Legatum ad liberationem conuertitur ad agendum.*

*Conditio, quæ fit ad reſoluendum, non poteſt operari productionem actionis.*

*Pactum ordinatum ad excipiendum,non valet ad agendum.*

15 *Venditor,qui non ſoluto pretio rem ſimpliciter tradidit, videtur habere fidem de pretio,& transfert dominium.*

16 *Caſus,in quo quis agit ad rem,& pretium.*

17 *Debitor ſi ſimpliciter legat creditori,legatum quando valeat.*

18 *Legatum,quod à principio valet reſpectu vnius iuris, poteſt ex euentu conuerti,vt valeat reſpectu alterius iuris.*

19 *Actus vltimarum voluntatum licèt non poſſit ſtare in ſuſpenſo, tamen cauſa ex qua debetur relictum,ſic.*

20 *Teſtator legando ſimpliciter rem ſibi debitam à tertio ex contractu, videtur ſolùm legare ius ad rem ſibi competens, & illud ius ſolùm venit in legato.*

21 *Si teſtator legat rem ſibi debitam,hæres cedendo actionem,quæ ſibi competebat,liberatur, ſi non eſt debita alternatiuè, quia tunc hæres agere compellitur.*

22 *Legatum factum de re teſtatori debita non extinguitur, licèt teſtator poſt teſtamentum rem à debitore exegerit, ſecus in legato nominis exacto.*

23 *Teſtator ſi legat ſimpliciter rem ſibi debitam, talis res hæredi ſolui poteſt,& tamen legatum non extinguitur.*

*Nomen debitoris ſi eſt legatum,debitor hæredi ſoluere non poteſt.*

24 *Legato fundo teſtatori debito,an vtilis tranſeat in legatarium ſine ceſſione.*

25 *In terminis huius text.legata eſt res,& non liberatio.*

26 *Hæres, quando teſtator mihi fundum ab alio emptum legauit, pro quo nondum ſoluit pretium, tenetur ipſe pretium ſoluere,ſi non fuit totum ſolutum,& ſi in partem,reſiduum.*

27 *Nomen debitoris qui tenetur dare,ita debet dare, ne obſtet exceptio.*

28 *Hæres non tenetur præſtare legatario expenſas litis pro recuperanda re legata,niſi quando eſſet litigioſa,& etiam tenetur præſtare,quando litigat cum ipſo hęrede.*

29 *Hæres tenetur pręſtare legatario, quæ requirerentur in ſoluendo gabellam,vel faciendo ceſſionem.*

1 **§.Si Titius.** † Res mea teſtatori debita,poteſt mi-
hi legari. & quid ſit in legato, futurus
euẽtus declarabit. Et ſi teſtator legat alterius rem ſibi debitam
ex contractu, videtur legare actionem, quam habet ad ipſam
rem, quam hæres cedendo liberatur.vel ſic. Legatum rei lega-
tarij debitæ teſtatori, quid contineat, futurus declarat euentus.
ſed ſi ſibi ab alio eſt debita,legatum cõtinet nomen,quod ſuffi-
cit hęredem cedere.hoc dicit.¶Diuiditur in duas partes princ.
In 1.teſtator legauit rem propriam legatarij ſibi debitã ex con-
tractu.In 2.legauit rem alienam tertij ſibi debitam. Secũda ibi,
idẽ Iulianus.Prima pars ſubdiuiditur in tres partes. In 1. loqui-
tur quando poſt teſtamentum fuit res tradita teſtatori, & pre-
tium ſolutum. In 2.quando fuit traditio facta,ſed non numera-
tio pretij.In 3.ècontra,quando numeratio,ſed non traditio. Se-
2 cunda ibi,ſed ſi.Tertia ibi, idem ſubiungit. ¶†Not. ꝙ quamuis
regulariter legatum mihi factum de re mea nihil valeat,etiam
ſi poſteà deſinat eſſe mea.l.cætera.§.1.infra eod.l.proprias.C.de
leg.§.ſi rem meam.Inſti.eo. Ratio,quia quod meũ eſt,amplius
meum fieri non poteſt.l.ſequitur.§. lana. j. de vſucap. l. 3. §. ex
pluribus.infra de acquiren. poſſeſ. tamen fallit,quãdo non erat
mea liberè,& irreuocabiliter, quia erat debita ex contractu te-
ſtatoris,tunc legatum valet, vt hic, & l.non quocunque.§.ſi ex
bonis.infra eõdem. ex quo habes correlariè notare duo.Primò,
quòd res mea,in qua alius habet ius,poteſt mihi legari.facit be-
ne text.in l.Senatus.§.qui ab hoſtibus infra eodem. Secundò,ꝙ
res mea poteſt mihi legari, quando nõ eſt irreuocabiliter mea,
vt hic,& l.in bello.§. ſi quis ſeruum. & ibi Bartol.not.ff.de cap.
Accedat quod not.dicunt Ioan.And.& Ioan. Monach. in cap.
cùm perſonæ. de priui. in 6. quòd res mea poteſt mihi acquiri
ex noua acquiſitione,quando prima cauſa eſt dubia, & iſta ſe-
cunda eſt certa, vel quando per ſecundam fit pinguior acquiſi-
tio,quàm ex prima.& refert,& ſimpliciter ſequitur Are.in l.exi
ſtimo.in princip.ff.de verbor.oblig.do. Abb.in conſil.110.quod
3 inci.nitar in præſenti cauſa.in 1. col. ¶†Secundò not.ex text.ſe-
cundum Bald.& alios,ꝙ per translationem,& ſic mutationem
dominij rei legatæ factam ab alio in teſtatorem,non extingui-
tur legatum,quia potius ipſum fortificat. l. quod in rerum.§.1.
s̃.eod.ſecus èContra in translatione dominij rei legatæ,quę fie-
ret per teſtatorẽ in alium voluntariè.nam per eam extinguitur
legatum.

4 legatum. l. fideicommiſſa.§.ſi rem. infrà de leg.3. ¶Tertiò not.
ex text.ꝙ teſtator legans rem ſibi debitam debitori, licèt videa-
tur relinquere liberationem eo caſu, quo rem nondum tradi-
derat teſtatori, vt hic in verſicu.idemque ſubiungit.non tamen
eſt per omnia idem, ac ſi liberationem legaſſet, qa teſtator ex-
preſsè legans liberationem, ſi exigat ab inuito rem debitam, le-
gatum in totum extinguitur.l.nõ ſolùm.1.§.liberatio.ff.de libe.
leg.& d.l.fideicom.§.ſi rem. ſecus quando expreſsè non legat li-
berationem, ſed ſimpliciter legat rem, quæ ſibi debetur, vt hic
in verb.eandem mihi legaſſet. iſto caſu in re ipſa conſiſtit lega-
tum; & videtur iſto caſu hæres reluere & ſoluere, & poſteà tra-
dere legatario, ſed cauſa minuẽdarum litium occultatur vnus
actus, ſi res eſt apud legatarium.l.3.§.fin. ff. de dona. inter vir. &
vxo.l.2.§.fin.ff.de dona.cauſa mor.& l.ſingularia.ff. ſi cert.peta.
Ita ſing.intelligit iſtum tex.Barto.cum quo alij transeunt, quod
intellige verũ, quando ſpecies certa erat debita & legata, vt hic.
5 † ſecus ſi quantitas, vel aliud in genere conſiſtens, puta decem,
quæ mihi debes, tibi lego, iſto caſu ſola liberatio eſt in legato.
vnde ſi teſtator illa decem à legatario inuito exigat, legatũ ex-
tinguitur in totum.l.ſi ſic.§.1.in fi. iuncto verſicu.proinde.j.eo.
ſecundum Paul.de Caſtr.Raph.Cuma.& Docto.hic, quamuis
Aret.in penul.colum. iſtud vltimum videatur impugnare. Tu
autem aduerte circa ſolu. Barto.& communem ad hunc text.
ꝙ hic non fuit legata expreſsè liberatio, ſed res ſimpliciter, & ſic
in ipſa re legatum conſiſtit. In cõtrarium videtur facere, & for-
titer.nam teſtator legando rem alienam, in qua, vel ad quam
habet ius, vel actionem nominãdo rem, puta, lego talem rem;
in dubio videtur legare ius quod habet.l.ſi domus.§.fin. j. eod.
& eſt text. in verſicu. idem Iulia. hic, verò videtur legare ius
quod habet, ergo actionem ex contractu, quam habet contra
legatarium, ergo videtur legata liberatio, & nõ res. Cogita, quia
bene poſſet defendi Barto. Secundò modo reſpondet Barto. ꝙ
hic recepit à ſponte ſoluente, non autem exegit in iudicio ab
inuito, & ita ante eum reſpondet glo. in d.l.non ſolùm.§.libera-
tio.Iſtam ſecundã ſolu.reprobat Raph.Cuma. quia diuinat, &
reſtringit iſtum tex.Tu autem dic, ꝙ nec diuinat, nec reſtringit:
quod probatur ſic, nam in hoc text.legatarius, idemque vendi-
tor à princ. nondum ſoluto pretio tradiderat rem teſtatori, &
ſic emptori, ergo apparet, quòd ſponte, & voluntariè tradidit,
6 † quia non ſoluto pretio non potuiſſet inuitus cogi ad traden-
dum.l.Iul.§.offerri.ſ. de actio. emp.l.ſi rem.§.omnia.ff.de pign.
a Quartò pondera tex.ibi, mox ei tradidero.ꝙ licèt dictio mox,
de ſui propria ſignificatione ſignificet ſtatim ſine aliquo inter-
uallo.vt eſt gloſſ.in Authen.de ince.nup.in princ.collat.2.Barto.
Sal.& alij in l.1.ſupra ſi cert.pet.cum concor.ibi traditis, tamen
aliquando impropriatur, vt dicit gloſſ.in capit. quia propter.in
verſicu.mox. de elect. & ita videtur eſſe text. hic, quia etiam ſi
ex interuallo tradidiſſet domino, viuo teſtatore idẽ eſſet, imò
aliquãdo mox, importat magnum interuallum.l.ſed & ſi quis.
§.ſi operas & ibi glo.in fin.ff.de vſufru. & dixi in l. fructus.ff.ſol.
matrimo.& iſto modo dictio mox, in iſto text.non importabit
myſterium iuris, nec ſtabit propriè, niſi dicas, & fortè melius, vt
7 dicam in not.ſequen.¶†Quintò ergo not.quòd ſi teſtator legat
venditori rem, quam ab eo emit, deinde legatarius, idemque
venditor eandem rem tradiderit teſtatori pretio recepto, non
tamen per talem traditionem videtur legatarius renunciare le
gato, ſed res manet in legato. & pondera quod text. vt poneret
caſum magis dubitabilem, quęſiuit, quid ſi mox, & ſic inconti
nenti poſt factum legatum legatarius, idemque venditor tradi
derit rem legatam ipſi teſtatori, & receperit pretium, an adhuc
per talem traditionem ſic incontinenti factam per legatarium
videatur renunciare legato? Et adhuc determinat quòd non. &
iſto modo dictio mox, ſtabit propriè, & importabit myſteriũ
iuris, quod not. ad ea quæ dixi in pręce.no.& iſta potuit eſſe alia
ratio not. dubitandi ad text. Ratio autem decidendi eſt, quia
quamuis traditio ſit facta mox, & incontinenti tempore legati,
tamen fuit facta viuente teſtatore, ſed eo viuente legatum non
8 dicitur ſubſiſtere, cùm † voluntas teſtatoris ſit ambulatoria vſ-
que ad mortem.l.cùm hic ſtatus.§.oratio. ſ. de dona. inter vir.
& vxo.c.cùm Marthę.de celebr.miſ.vnde iuri de futuro etiam
expreſsè renunciare non poſſumus.l. ſi ita ſit ſcriptum.§. ſi ſub
condi.j.de leg.2.gloſſ.Barto.& Docto.in l.1.vbi dixi.C.de pact.
Hinc ex iſta ratione poteſt inferri limitatio ad hũc tex.ꝙ ſi poſt
mortem teſtatoris legatarius, idemque venditor ſciens rẽ pro-
priam, quam teſtatori vendidit, eſſe ſibi legatam, illam tradidiſ-
ſet hæredi, & ab eo pretium recepiſſet, tunc fortè videretur re-
nunciare legato ſibi facto de illa re, & communem exceptio-
nem competentem ad retinendum remittere. l. ſi quis delega-
uerit.ff.de dona.l.cuius per errorem.ff.de regu.iur.ſecus ſi igno-
9 raret legatum ſibi factum, tunc † iuri, quod iuris ignorat, non
intelligitur renunciare.l.mater decedens.ſupra de inoffic. teſta.

imò iuri, quod quis dubitat ſibi competere, non intelligitur re-
nunciare, vt not.Barto.& alij in l.fin.§.1.per illum text. in verſi.
ſin autem neſcius.C.de fur.per quem text.not.Bald. in l.leges ſa
cratiſſimæ.C.de leg.quod ita parcitur dubitanti, ſicut ignoran-
ti, & reputat not.dignum.refert & ſequitur Ioan.de Ana.in con
ſil.72.quod inci.viſis, & conſideratis his, quæ in facti. in vlt. col.
& iſta bene not.ad intellectum text. cogita tamen ſuper iſta li-
mitatione, an ſit vera ad iſtum tex.¶ Sextò pondera tex.ibi, vi-
detur quidem prima facie.ad vnum, in quo aliàs habui conſu-
10 lere de facto. † Erat commiſſa cuidam Doctori cauſa ad con-
b ſilium ſapientis, iſte Doctor b in conſilio ſuo reſpõdit hoc mo-
do, videtur prima facie, quòd Titius debeat condemnari & c.
fuit dubitatum de validitate talis cõſilij, & an videatur affirma-
re dicendo, prima facie, an potius effectualiter negare. Ego con
ſului, quòd ſi conſultor, vel etiam iudex in ſententia vtatur iſto
termino, videtur prima facie, & poſteà decidat cõtrarium, res
eſt clara.& ita loquitur text.hic, & in cap.ad audientiam.el 1.de
reſcrip.Si verò diceret, videtur prima facie, & poſteà apertè nõ
firmaret contrarium, hoc non obſt. videtur affirmare.tex. eſt in
l.vnica.§.ſi verò non omnes.C.de cad.tollen. & in capit.dilectis
filijs.§.prætereà.extra de appel. & in l.alienæ.§.fi.ff.de fideicom.
lib.Sic etiam ſi diceret, videtur prima fronte, quòd debeat con
demnari.nam ſi poſteà expreſsè non dicat cõtrarium, videtur
approbare, & ita iudicare.text.eſt in l.quinquaginta.ff.de proba.
¶Septimò not.ex tex.ibi, ſed ex empto actione liberatus.ſecun
11 dum Are. † quòd venditor tradendo rem venditam emptori
liberatur ab obligatione, & actione ex vendito, etiam ſi non
tranſtulerit dominium, quia fortè non erat dominus. facit.l.ex
empto.in princip.ff.de act. empt. Tu dic, quòd iſtud eſt verum
in ſe. Ratio, qa obligatio, qua tenetᷣ vẽditor ad rem tradẽdam,
partim ſapit de natura obligationis dandi, quia tenetur dare ef-
fectualiter ſi eſt dominus, partim ſapit de natura obligationis
faciendi; quia ſi non eſt dominus, ſufficit nuda traditio, ſecun-
dum Barto. in l. 1. in princip. & l.ex empto.in princip.ff.de act.
emp.& in l.qui concubinam.§. ſi hæres. per illum text. infra de
12 leg.3.& in l.ſi domus.§.de euictione.infra eodem. † Vnde ſi res
vendita poſteà euincatur, nõ agitur ex antiqua obligatione, ſed
ex noua, ſecus in eo, qui eſt obligatus ad rem dari; vt declarat
ſubtiliter Barto.in l.ſi quis aliam.in princip.ff.de ſolu. & in l.ele-
ganter.in princip.ſupra de pign.act.Bald.in l.libera.C.de ſenten.
& hoc vltimum etiam ſequitur Are.hic, imò fortius ſi in inſtru
mento venditionis adeſt conſtitutum, prout communiter ſo-
13 let apponi, puta, † quia vẽditor conſtituit ſe tenere, & poſſide-
re ſimpliciter nomine emptoris, cùm cõſtitutum habeat vim
traditionis, liberatur ab obligatione, & actione ex vendito.l.Iul.
§.ex vendito.in verſ.poſſeſſionem.ff.de act.emp. & eſt glo.not.
quam Bar.ibi multum commendat, in l.ab emptione. vbi dixi.
ff.de pact.& gl.in Auth.ſacramenta pube.in glo.fi.in ver. custo-
diantur.C.ſi aduer.vend.tamen iſta non conueniunt ad tex. no-
ſtrum, quia pondera, ꝙ iſte tex.in ver.vendicare rem potero. &
in verſ.rem meam mihi legaſſem, pręſupponat, ꝙ vendens erat
dñs: vnde tradendo in conſequentiam trãſtulit dñium, quia ha
bet annexã cauſam bonorũ.l.in conuentionalibus.ff.de verb. obl.
14 ¶†Octauò not.ex eod.tex.ſm Bald.& Flo.ꝙ legatum ad libera
tionem conuertitur ad agendum.facit.l.quod niſi.ff.de libe.leg.
& l.ſed & ſi poſſeſſor.in prin.ver.proinde.ff.de iureiu. Adde, qđ
alibi tamen dicitur, ꝙ conuentio, quæ fit ad reſoluendum, non
poteſt operari productionem actionis.d.l.ab emptione.ver.fin.
& ibi not.Barr.& l.venditæ.C.de act.emp. ſicut pactum ordina
tum ad excipiendum non valet ad agendum, ſm Bar. & Doct.
in l.traditionibus ad fi.C.de pact.¶Nonò no.in verſ.ſed ſi non-
dum.probari in iſto text.ſecundum Are.illud, quod tenet gl. in
l. quod vendidi.ff.de contrahen.empt.& tenent Doct. in l. inci-
15 uile. C.de rei vendi. † quòd quando venditor nõ ſoluto pretio
tradit rem ſimpliciter, tũc vr̃ habere fidem de pretio, niſi aliud
proteſtetur, & ſic transfert dominiũ. iſtud probatur in hoc tex.
hoc modo ſm eum, quia ſi per traditionem abſq; numeratio-
ne pretij non fuiſſet translatum dominium, certè legatũ non
conſi-

ADDITIONES.

a ¶Dictio mox. Adde Bal.in l.iubemus.la 2.in §.ſanè.C.de ſacroſ.Eccleſ.in l.Me
uius.in §.duobus.in vlt.col.ff.de leg.2.Fely.in c.Rodulphus.de reſcrip.

† Iaſ.in l.ſi arrogator.ff.de adopt.vbi.nu.35.dicit, ꝙ accipitur pro poſteà, plu-
ra not.idem in l.fructus.ſ.ſolu.matrimo. MASVER.

b ¶Doctor. Modum ac ordinem conſulendi vide per Roland. conſil.1.in prin-
cip.conſil.13.conſil.56.conſil.82.lib.3. modum autem ſoluendi motiua pro-
poſita per iudicem, docet idem d.conſil.13.in prin. & fac.illud, ꝙ in reſpon-
ſis id curare debemus, vt per viam diſputationis pugnã vincat ratio.c.vides.
23.diſtin.quid autem ſeruare debeat Doct. qui alterius cõſilium mordere ten
tat conſulendo, vide Dec.conſil.419.col.2.in prin. aduertat autem I.C.ad q.
iuris, non facti reſpondere, iuxta.l.eum quem temerè.§.1.ff.de iudi.quia facta
etiam prudentiſs.fallunt.l.2.ff.de iur.& fact.igno. MASVER.

conſiſteret in ipſa re,quoniam ſemper duraret venditoris, ſicut erat tempore teſtamenti. vnde eſſet dicendum idem , quod in tertio caſu , quãdo videretur ſibi relicta liberatio ab actione ex empt.hic autem dicitur,quod legatum conſiſtit in re,vt Bar. & alij firmãt.ergo præſupponitur neceſſariò, q tradita eſſet abſq; ſolutione pretij , nihilominus fuit dominium translatum. iſta fuit ſua ſubtilis inductio. Tu autem potes retorquere iſtũ text. ad oppoſitum,iuncto verſicu. præcedenti, vbi quãdo pretium fuit numeratum , bene ex traditione dicitur translatum dominium, cùm text.dicat legatarium vendicare, ergo erat translatum tunc dominium. Item dicit rẽ meam videtur legaſſe.poſteà iſte text.qui ſemper loquitur in eodem venditore, & legatario,venit aduerſatiuè in iſto verſ.ſed ſi nondum. quando pretium non fuit numeratum,& decidit quòd legatarius tũc agit, vt rem vẽditam, quam tradidit, tunc recipiat.vnde pondera,q text.tunc de vendicatione, ſeu de trãslatione dominij verbum nullum.agitur ergo tunc ad tradẽdum, & ſic ad reſtitutionem
* poſſeſſionis,tamen prædictum notabile eſt in ſe verum,*& communiter tenetur.*
16 ¶†Decimò not.ex eo verſi.ſed ſi nõdum.caſum in quo quis poteſt petere rem, & pretiũ , & ſimul vtrunq; conſequi.nec obſt.l.1.C.ſi ſer.extero.& in ſimili tex.in l. reſcriptum. §.ſi pacto quo pœnam.ff.de pact.& in l.prædia. C.de act.empt. quia hic iſtæ actiones oriuntur ex diuerſis fontibus,quia ad pretium oritur actio ex contractu,ad rem actio ex teſtamento.ſed in d.l.1. agens eſt ſibi contrarius , ſecundum Bald. Flo. Paul. de Caſt.& Raph.hic.facit in ſimili.l.in numerationibus.ff.de ſolu. & l.ſi is Stichum.ff.de act.& oblig.¶Vndecimò iſtum tex.ponderat Raph.Cum.contra id,quod vult, † quòd ſi debitor legat
17 ſimpliciter,legatum non valet per l.legaui.ff.de lib.leg.hic videtur tex.in oppoſitum ſecundum eũ,vbi ſi teſtator, qui erat debitor ad pretium legatarij venditoris,legat ipſi venditori , & ſic creditori ſimpliciter,valet legatum,& intelligitur remiſſa exceptio. Tu dic,q iſte tex.parum, imò nihil facit, quia teſtator hic nõ legabat id, quod debebat, imo legabat rem emptam,cuius ipſe eſt creditor,& quæ ſibi debebatur actione perſonali ex contractu,& ſic nihil facit ad illud propoſitum. Præterea in 1.& 2. caſu huius.§. ipſi teſtatori leganti non competebat aliqua exceptio,ex quo in 1.& ſecundo caſu legatarius ſibi impleuerat tradendo.ergò nihil facit ad propoſitum. Similiter in tertio caſu, quando pretium erat numeratum,ſed res non erat tradita,teſtator non erat debitor,ſed creditor legabat illud, quod debebat,
18 vt predixi.¶Duodecimò not.in verſic.idem ſubiungit.† quòd legatum quod à princip.valet reſpectu vnius iuris,pot ex euentu conuerti,vt valeat tanquam aliud legatum reſpectu alterius iuris.nam ex hoc ſi non ſit ſequuta traditio, videtur legata liberatio ipſi legatario ab actione perſonali ex empto. ſi autem ſe-
19 quatur traditio,videtur tunc legata ipſa res. Ex † quo habes, q licèt actus vltimarum volun.non poſſint ſtare in ſuſpenſo quo ad validitatem.l.fin. in fin. ff. communia præd. tamen cauſa ex qua debetur relictum in vlt. volun. bene poteſt eſſe in pendenti. text. eſt hic , vbi futurus euentus declarat , quid ſit in legato. ¶Decimotertiò not.in verſic.idem Iulia. ſecundum Bal. Imol.
20 & omnes Moder.q † teſtator ſimpliciter legando fundum , & ſic rem ſibi debitam à tertio ex contractu,videtur ſolùm legare ius ad rem ſibi competens,id eſt actionem perſonalem,ſicut quando legat rem,& habet ius reale in re, illud ſolùm intelligitur legare,& non vltra.l.ſi domus.§.fin.j.eod. l. ſerui elect.§.fin. & l.quod in rerum.§.1.ſ.eod.Tu autem aduerte,q hoc ius perſonale ad rem competebat ad totalem rem , ideo non videtur hic referri, an teſtator intelligatur legare rem, an ius ſibi cõpetẽs ad rem,ex quo competebat ad totalem rem. Item adde,q vbi teſtator legat rem,& res non eſt ſua,ſed ſibi debita, tũc cenſetur legare ius crediti , & illud ius perſonale venit ſolùm in legato.ita iſtum tex.reputat ad hoc ſingu.Bald. in l.cùm alienam. in 2.colum.C.de leg.ſed dic,vt prox.dixi.¶Decimoquartò not.
21 ex text.ibi,hæredem cogen.actione ex empto præſtare.† quòd quãdo teſtator legat rem ſibi debitam,hæres cedendo actionẽ, quæ competebat illi teſtatori contra tertium , illum liberat. facit.l.ſeruum filij.§.eum qui chirographum.j.eod. ¶Limita niſi teſtatori eſſet debita alternatiuè , tunc compellitur hæres agere contra debitorem , in cuius electione erat ſoluere , quam rem vellet.text.eſt in l.ſi ſic.§.1.infra eodem.¶Decimoquintò not.ex
22 tex.ibi,ſi nondum res tradita fuit defuncto, † quòd quando teſtator legat rem ſibi debitam ab extraneo , quamuis tacitè videatur legare nomen debitoris, tamen ſi teſtator poſt teſtamentum talem rem à debitore exegerit, non tamen per hoc extinguitur legatum,prout innuit hic litera,ſecundum Barto.hic facit text.ſimilis in l.ſi Titius mihi.in princip.& ibi gloſſ. & Bartol. infra titul.1. ſecus ſi teſtator expreſsè dixiſſet, lego nomen talis debitoris,tunc illud in vita exigendo extingueretur legatum. d. l.fideicom.§.ſi rem.& d.l.nõ ſolùm.§.liberatio.quod autem hic non legauerit nomen debitoris,patet clara ratione,quia hic legauit ſimpliciter fundum,cuius appellatio de propria ſignificatione importat dominium , & ſic legando fundum ſimpliciter intelligebatur dominium fundi legare. l. ſi alij.ff. de vſufru.leg. ſed quia fundus non erat proprius teſtatoris, ſed ſibi debitus ex contractu,ideo tacitè, & contra propriam ſignificationem verborum intelligitur in effectu legare nomẽ debitoris,facit quod
23 dicam in ſequen not. ¶†Decimoſexto & vltim.not.in text.ibi, vel hæredi.quod quando teſtator legat ſimpliciter rem,quę eſt ſibi debita ex contractu, nõ obſt. tali legato illa res poteſt ſolui hæredi, nec propterea legatum extinguitur. & ex hoc correlariè not.quòd teſtator legando fundum,& ſic rem debitam, nõ cenſetur legare expreſsè nomen debitoris, quia ex legato nominis tranſit ipſo iure vtilis in legatarium abſque alia ceſſione.l. ex legato nominis C.de leg.& ſic nõ poſſet ſolui hęredi,ex quo commodum actionis ſpectaret legatario.l.non quocunque.§. qui Caium. infra eodem , & l. qui duos.§.ſi is. infra titu. 1.vnde hæres exceptione repelleretur, vt eſt text.not. in l. ſi pecunia. &
24 ibi Bald. & Moder. infra eodem. † cùm ergo hic non leget expreſsè nomen & actionem,ſed fundum & ſic rem, ideo legatarius non haberet vtilem ſine ceſſione. ita per iſtum text. tenet Bald.in d.l.ex legato nominis.in 1.& 2.quæſtio.& ita tene, quãuis Paul.de Caſtr.hic teneat contra Bald.eo quia legando fundum,vel rem cenſetur legatum nomẽ debitoris,vel actio,ſi res non fuerat tradita teſtatori, ergo tranſit vtilis ſine ceſſione. ſed malè dicit,& eum in ſpecie reprobat Aret.hic,& do.Alexand. in d.l.ex legato nominis. in vltim. colum. & patet, quia in iſto text.non eſt expreſsè legatum nomen debitoris ; ſed res. patet, quia ſi eſſet legatum nomen,teſtator exigendo ab inuito, extinguitur legatum,cuius contrarium dicit text. ſecundum Bart.& alios hic.¶Glo.ſuper verſi.non conſiſtere, ibi,vnde ſaltem con-
25 ſequor liberationem. † iſta glo. videtur dicere contra hũc text. qui vult , quòd legatarius conſequatur rem legatam. & gloſſ. vltim. quòd liberationem. Præterea ſolùm in tertio caſu huius text.quando res nõ erat tradita,& pretium ſolutum,legatarius tunc conſequitur liberationem, ergo ſecus in præcedenti. Item & fortius , cùm hic vẽditor idemque legatarius tradiderit rem teſtatori viuenti,ergo ſolutione eius, quod debuit, fuit ſublata omnis actio,& obligatio.Inſti.quibus modis tol.ob.in prin. ergo impoſſibile eſt,q amplius conſequatur liberationem , quia priuatio præſupponit habitum.l.decem ff. de verb. oblig. ergo glo.malè dicit quantum ad iſtum primũ caſum, & ſolùm procederet quo ad tertium caſum in verſicu.idem ſubiungit. facit text.in l.Senatus.§.fin. infra eodem , & contrarium quod tenet glo.tenent Barto.& Docto.ſ.q in iſto text.ſit legata res, & legatum conſiſtat in re,& non in liberatione,vt dixi in text. ¶Extra glo.quærit Barto.an in caſu verſicu. idem Iulia. hæres teneatur ſoluere pretium venditori rei legatę,an legatarius,& concludit poſt Iac.de Are.quòd hæres,ne legatum reddatur inutile,cùm
26 pretium æquiualeat rei, † & legatum debet afferre vtilitatem legatario,aliàs nihil valet.l.ſi creditori. cum l. ſequen. ſupra eodem.adducit etiam quædam alia,de quibus hic per eum. & cũ
* Barto.*tranſeunt indifferenter omnes alij.* Adde text.in l.his verbis.§. fin.infra de leg.3.quem Bart.ibi ſic ſummat, quòd ſi legatur res empta,pretium rei debet ſolui ab hærede,& non à legatario,& ſic ibi eſt caſus de quæſtione Bart.Item adde text.in d. l. his verbis.§ alumnam.& ibi Bart.vbi habetur , q ſi legatarius exburſaret tale pretium venditori, poſſet illud repetere ab hærede. quẽ text.ad hoc propoſitum allegauit Bal. qui etiam idem tenet in l.prædia.in 2.colum.C.de fideicom.adde etiam tex. in l. Titius. infra de leg.3.quem alleg.Bald.in l.1.§.ne autem.in 3. colum. in 1.quæſt.C.de cad.tol.ita etiam tenet Bal.in l. cùm alienam.in 2. col.C.de leg.& ibi addidi idem eſſe,quando pars pretij erat ſoluta per teſtatorem,& alia non,adhuc hæres cogeretur ſoluere illam partem reſtantem.& ſequitur Are.hic. licèt enim tunc ceſſet ratio Bartol.& Docto. quod tunc legatum redderetur inutile,cùm expenſa pretij æquiualeat legato. l. qui concubinam.§. qui hortos.alleg.per Bartol.infra de leg.3. ex quo legatarius habet ſolùm ſoluere partem pretij , tamen militant duæ aliæ ra-
27 tiones Bartol. † quòd qui tenetur ad nomen debitoris , debet dare , ita quòd non obſtet exceptio. l. ſi nomen. cum l. ſequen.
28 ff. de hæred. vel act. vendi. Adde † etiam huic concluſ. Bartol. & Docto. quòd licèt hæres teneatur ſoluere pretium , & non legatarius , non tamen tenetur hæres præſtare expenſas litis pro re recuperanda ipſi legatario , eo quia tunc ceſſant omnes tres rationes Bartol. & Docto. præſertim non validitatis legati. & ita probat text. in l. ſi ſic. §. 1. in verſiculo fina. ibi , actiones duntaxat hæres meus præſtare cogitur. & ibi ad hoc not. Imol. infra eodem. & idem ibi tenet Bartol. in §.fina.idem tenent Angel Flo.& dom.Alexand.hic. Angel.in l.ſeruum filij.§. eum qui chirographum. per illum text. j. eod. vbi

vbi limitat,quando res legata esset litigiosa,per text.cum glo.in Authen.nunc si hæres.C.de litig. Sed tu pondera, quòd contra istam cōmunem determinationem videtur facere illud, quod vult gloss.approbata in l.3.§.si rem.ff.de leg.3. vbi quando testator legat rem,non solùm videtur legare rem, sed etiam expensas litis factas circa rem consequendam,per illum text.Sed potes respondere,quòd illa gloss.procedit, quando legatarius agit contra ipsum hæredem ad rem legatam,& cum eo litigat, tūc tales expensas bene recuperat ab hærede, quia hæres est in culpa litigando, non sic quando legatarius litigat contra tertium, vt in casu nostro,tunc hæres nō est in culpa, & liberatur ceden do actionem,& soluendo pretium rei venditæ, quæ est legata. Caue tamen,licèt ista solutio sit colorata,quia glo.ibi loquitur etiam quando hæres habuit iustam causam litigandi, quo casu non potest dici fuisse in culpa:vnde potes secundò respondere, quòd ibi legatum non afferebat aliam vtilitatem extra rem, eo quia ibi legabatur res purè debita creditori, nimirum si ibi veniunt expensæ, vt testator ex legato videatur afferre aliquā vtilitatem legatario.sed hoc legatum afferebat vtilitatem,quia res empta à tertio per testatorem legabatur Titio, vbi hæres cedit actionem legatario,& soluit pretium rei, vnde tunc nō tenetur
29 aliter ad expensas litis.Subdit vltimò Flo.hic,ꝙ † licèt hæres nō teneatur præstare expēsas litis,tamen bene tenetur prestare expensas, quæ requirerentur in faciendo cessionem, puta in soluendo gabellam pro cessione ex forma statutorum, quia hæres debet cessionem liberam facere. ad quod etiam alleg. not. per Barto.in l.si sic.§.fin.infra eodem.

*SVMMARIVM.*

1 *Factum merum quando est in legato, tunc dicitur personæ cohęrere, & non transit ad hęredem, licèt censeatur eadem persona cum defuncto.*
*Quod iuris est de aliquo, id est etiam de hęrede eius, licèt de eo non fiat mentio.*
2 *Merum factum non transit ad patrem, vel dominum,licèt censeatur eadem persona cum filio,& vox filij dicatur vox patris.*
3 *Legatum etiam non agnitum transmittitur ad hęredes legatarij.*
4 *Contractus interpositus super facto, vel super iure merè personali, non transit ad hęredes,nisi de eis fiat mentio expressa.*
5 *Stipulatio facti affirmatiui quando sit transitoria ad hęredes.*
*Legatum est magis fauorabile quàm contractus.*
6 *Facultas meri facti si conceditur per priuatum alicui,talis concessio censetur merè personalis.*
7 *Iurisdictio si est concessa alicui pro annuo censu, transmittitur ad filium.*
8 *Concessio colligendi pedagium si legatur alicui super aliquo ponte, talis concessio dicitur realis,*
9 *Papa si concedit alicui castrum, vel emphyteusim, non facta mentione hęredum,quando talis concessio transmittatur ad hęredes,& sic dicatur realis,vel personalis.*
*Beneficia Principum sunt latissimè interpretanda, etiam si concedatur arduum.*
10 *Facultas cędēdi lapidem si legatur alicui non facta mentione hæredum, sicut ad hęredes non transit, ita dicatur verificari in vna vice, vel annua.*
11 *Actus reiterabilis in vltimis voluntatibus censetur annuus, secus in contractibus.*
12 *Intellectus ad l.boues.§.hoc sermone.infra de verb.sign.*
13 *Casus contingens in persona legatarij,non nocet eius hęredibus.*
14 *Pater,qui accepit emphyteusim pro se & filijs, non potest ei renunciare in pręiudicium filiorum.*
15 *Pater in emphyteusi accepta pro se, filijs,& hęredibus quādo possit filijs pręiudicare,remissiuè.*
16 *Testator si legat ius cędendi lapides, tale ius ex quo est executiuum facti,transit ad hęredes.*
17 *Ius cędendi lapides an dicatur seruitus personalis.*

1 §.Si quis alicui. † Quando legatum continet merum factum explicādum per legatarium,censetur merè personale,ideo non trāsit ad hæ
a redes,nisi de eis sit facta mentio.h.d.¶Not.1.[a] ex isto tex. quòd quando merum factum est in legato, dicitur cohærere personæ,& sic concessio dicitur esse personalis, adeo quòd non transit ad hæredem,quamuis hæres censeatur eadem persona cum defuncto.in Authen.de iureiu.à mo.præsti.in princ.collat. 5.& quamuis habeamus etiam regulam notabilem, quod iuris est de aliquo,& idem est de hærede eius, licèt non fiat de eo men-
2 tio.l.postulante.in prin.& ibi Bar.& alij.ff.ad Treb.sicut † etiam merum factum nō transit ad patrem,vel dominum.§.sed cùm factum.Insti.de stipu. ser. quamuis filius censeatur eadem persona cum patre.l.fin.C.de impu.& alijs substi. & vox filij cēseatur vox patris.Insti.de inuti.stipu.§.ei qui. & ita limitantur prædictæ regulæ,vt non procedant in meris factis.Aliud est ergo dicere,lego tibi talem rem, & tunc legatum transit ad hæredes le
3 gatarij,† imo legatum etiam expressè non agnitum transmittitur ad hæredes legatarij.l.vnica.§.in nouissimo. C. de cad. tollen.Aliud est dicere, concedo, vel lego tibi, ꝙ possis tale quid facere in fundo meo.Ratio,quia ista facultas est permissio meri facti,ideo personam non egreditur d.§.sed cùm factum. & l.
4 fin.in princ.ff.de verb.oblig.¶†Adde idem esse in contractu interposito non solùm super facto, sed etiā super iure merè personali,puta super vsufru.quia non transit ad hæredes, nisi de eis fiat expressa mentio.l.stipulatio ista.§.si quis ita. ff. de verb. obl. vnde dicit Io.de Imol.videri hic casum contra opin.Bar.& cōmunem in l.si sic stipulatus fuerit.ff.de verb.obl. Cyn. & Doct. in l.veteris.C.de contrahen.& commit.stipu.in quibus locis cō
5 cludit,† ꝙ stipulatio facti affirmatiui regulariter est transitoria ad hæredes,quamuis de hæredibus non sit expressè facta mentio.ista conclus.videtur confundi per istum text.quia si stipulatio continens factum affirmatiuum transiret ad hæredem,multò fortius legatū cōtinens factū affirmatiuū deberet trāsire ad hæredes,cùm legatum sit magis fauorabile, quàm contractus. cap.cùm dilecti.de dona.& in l.in testamentis.ff.de re. iu. & tamen contrarium deciditur in hoc text. vbi tamen erat factum affirmatiuum.§.facultas cędendi lapides. sed salua illam cōclu. Bart.& Docto.secundum limitationem, quam statim dicam. ¶Limita ergo istum text. & prædictum not. secundum Petr. Cyn.Bald.& alios omnes hic,quādo tale factum est incertum, & indeterminatum tam qualitate, quam tēpore, vt est in hoc
b text.facultas cędendi lapidem sic indeterminatè concessa.[b] Ratio, quia tunc videtur electa industria personæ ad determinandum,& hoc respectu ad alium non transit etiam ad hæredem. l.vni.§.ne autem.C.de cad.tollen.l. inter artifices. ff. de solu. & cap.fin.de offic. delega.secus quando tale factum esset certum, & determinatum, puta, si testator concessisset facultatem cædendi decem plaustra lignorum pro igne ex suo nemore,tunc ista facultas certa, & determinata bene transiret ad hæredes legatarij,argu.l.necessarias.§.de vendendo.ff.de pign.act.& l.si pactum.ff.de proba.& l.quæsitum.ff.de vsufru.& isto vlt. casu salua conclus.Bart.& communem in d.l.si sic stipulatus, secundū Imol.& Moder.hic, & ibi. similis distinctio inter certum, & incertum fit in operis.l.si nō sortem.§.libertus.ff.de condi. indeb. ¶Adde etiam,ꝙ per istum text.& text.in d.§.sed cùm factum.
6 Institu.de stipu.ser.dicit Bar.in l.pater. ff. de ser. leg. † ꝙ quando per priuatum conceditur alicui facultas meri facti, tunc concessio præsumitur merè personalis. puta,si dico concedo tibi facultatem eundi,vel ꝙ possis ire,vel similia verba.ideo non transit ad hæredes,nisi sit de eis facta mētio. secus si referatur ad ius distinguendi,de quo ibi per Barto.cum concor. hic traditis per dom.Alexan.Et vltra eum adde latè Albe.de Ros. in l.fin.ff. de consti.princ.& ibi aliquid per Angel.& Bald. in l. sordidorum, post gl.ibi.C.de excu.mu.lib.10.¶Item adde,quod decidit not.
7 Bald.in d.cap.1.in 7.col.de iudi.† ꝙ si Princeps concedat iurisdictionem alicui nobili pro certo annuo cēsu, vtrum transeat ad hæredes eiusdem generis, an verò censeatur cōtractus personalis,& non transitiuus, & tenet finaliter, ꝙ transmittatur ad hæredem suum eiusdem generis, vt ad filium. & ista supplet Barto.in d.l.pater.Adde etiam illud,quod tenet Bald.in l.vni.§.
8 excepto.C.de cad.tol.† ꝙ si aliquis Baro legauit mihi ius colligendi pedagiū,quod habebat supra pontem,talis concessio dicitur realis,& transmittitur ad hæredes.Similiter etiam decidit
9 Petr.de Bellaper.hic,† ꝙ si Papa concedit alicui castrū,vel emphyteusim,non facta mentione hæredum,tamen trāsibit ad hęredes, qui aliàs ex natura feudi, vel emphyteusis succederent. Bal.autem,qui dicit,ꝙ habuit consulere de facto, egregiè limitat,& dicit, ꝙ ex tribus ista cōcessio præsumitur personalis.l.ex forma verborum,puta,qa dicit Papa,cōcedo, ꝙ per te iurisdictionem exerceas.Secundò ex natura rei,vt quia dixit,cōcedo tibi vsumfruct.talis castri.l.vnica.§.ne autem.C.de cad.tol.Tertiò ex causa concessionis, vt quia electa est industria personæ, per not.per Innocen.in cap.quoniam Abbas.de offi.deleg. Sed si nullum horum appareat, concessio præsumitur realis, quia in beneficijs Principum facienda est lata interpretatio.l.fi. cum simil.ff.de consti.princ.facit quod not.glo.in l.2.C.de pact.inter emp.& vend. ita notat Bald.hic,cum quo transeunt Flo. Imol. Raph.& latius Are.hic.& Petr.de Anch. referens omnia ista dicta Bald.in regula priuilegium, in vltim.char.de regu. iur. in 6.

Alibi

ADDITIONES.

a ¶No.1.Adde Alex.in l.4.§.Cato.in pen.col.de verb.obl. PVRPV.
b ¶Concessa.Adde Alexan.consil.18.nume.5.lib.5.

Alibi tamen contrarium de directo tenuit idem Bald.in l.liber-
ti.in 2.char.in versicu.denuo quæro,Imperator concessit. C. de
ope.libe.vbi tenet, quòd si Imperator concessit cuidam nobili
iurisdictionem in quodam castro, non dico feudum, ꝙ in du-
bio censetur simplex concessio,quæ est personalis.cap. vno de-
legatorum.de offi.deleg.& non concessio realis.motus,quia ta-
lia non consueuerunt concedi nisi cum maxima deliberatio-
ne,vt not.in l.humanum.C.de lega.& quia in arduis videtur ele
cta industria personæ. Subdit tamen,ꝙ si esset vera translatio,
vt quia Baro vendat suum territorium,vel donat, tunc est rea-
lis,vt l.si pactum.ff.de proba.ita etiam tenet Bald.in l. fin. in vlt.
9 colum.ff.de consti.princ.Sed tene primam opi. *quæ est magis cō-
*munis,& vera*,& quæ etiam est de mente Bart. in d.l.pater. quia
beneficia Principum sunt latissimè interpretanda, non habita
distinctione an concedatur arduum,vel non d.l.fin. & d.c.cùm
dilecti. de dona.& c. olim tibi.de verbor.sign.¶Secundo istum
10 text.ponderat Paul.de Cast.hic. † ꝙ ex quo ista facultas cęden-
di lapidem non transit ad hæredes legatarij, ergo à contrario
sensu innuit iste tex.quòd ipse legatarius poterit cędere lapides
quousque vixerit,non tantum semel,sed singulis annis.In con-
trarium tamen dicit facere, ꝙ talis concessio intelligatur de pri
ma cessione,per regulam.l.boues.§.hoc sermone.ff.de verb.sig.
Finaliter putat ex qualitate personæ esse sumendum,licèt dicat
hoc esse sibi satis dubium.¶Sed Aret.dicit,ꝙ iste tex.modicum
facit,quia per hoc,ꝙ ista facultas denegetur hæredi,per hoc in-
fertur,ꝙ est concessa ipsi legatario,sed non infertur,ꝙ sit cōces-
sa plus quàm semel. Tu dic,ꝙ inductio de hoc text. videtur be
ne facere pro Paul.de Castr.hoc modo inducēdo. nam ex quo
ista facultas cędendi lapidem denegatur hæredibus legatarij,er
go sequitur,quòd ipsi legatario conceditur, non quidem limi-
tatè,sed semper quousque vixerit,& sic vsque ad tempus hære
dum, ex quo in hæredibus excluditur, & sic singulis annis do-
11 nec vixerit, poterit legatarius cędere. † Nam ꝙ sit concessum
legatario,istud non debet inferri à contrario sensu,ex quo in te
stamento expressè concessit.Nunquid autem semel,sed pluries
vsque quo vixerit,bene probatur,& colligitur à contrario sen-
su.& veritas est, ꝙ tale legatum est annuum,per tex.not.quem
Barto.ibi reputat mirabilem in l.cùm quidam.ff.de ann leg.at-
tenta tamen qualitate personarum, prout ibi intelligit Bart. &
sequitur Aret.hic.Imò fortius ꝑ d.l. cùm quidam. tenet Raph.
Cuma.in l.eum,qui Calendis.in princip.ff.de verb.oblig. quòd
in vltimis volūtatibus legatariorum actus reiterabilis intelliga-
12 tur esse annuus,licèt secus in contractibus: † & ad regulam.d.l.
boues.§.hoc sermone. tu responde, quòd illa regula procedit,
quando primus actus consumit effectum secundum intentio-
nem disponentis, aliàs intelligitur etiam de vlterioribus. Ita li-
mitat Bald.in l.inuitus.ad fi.C.de procu.Ludo.Roma.in consil.
9.quod incip.in casu propositę consultationis sed in proposito
nostro ista indefinita concessio,ꝙ legatarius cędat lapidem,nō
sumit effectum secundum intentionem disponentis ex prima
cessione,aliàs vsque ad annum non posset nisi semel cędere. &
sic cessio censeretur determinata, & consequenter trāsieret ad
hæredes,prout limitaui in præcedenti not. quod est contra istū
tex.& de dicta regula.d.§.hoc sermone.dixi latè in l.diuortio.§.
13 quod in anno.ff.solu.matrimo.¶†Tertiò not.ex text.ibi, nisi sit
appositum nomen hæredis, ꝙ casus contingens in persona le-
gatarij non nocet eius hæredibus, & sic præstat argumentum,
14 secundum Dyn. Ray. & Bald. † quòd si alicui concedatur res
in emphyteusim pro se,& filijs suis, quòd pater nō possit ei re-
nunciare in præiudicium filiorum, cùm censeantur duæ con-
cessiones,vna in persona patris, alia in persona filiorum.l.stipu-
latio ista.§.si quis ita.ff.de verbor.oblig. ergo ius nouum quæsi-
tum à patre filijs, non potest eis non consentientibus auferri.l.
fin. ff. de pact. sequuntur Angel. Saly. Floria. Raph. & Paul.de
Cast.hic,& istud dictum exclamat Paul. de Castr.dicens facere
15 ad arduam q.quam habuit de facto,de qua hic per eū. † Istam
decis.limitat Imol.& latius Alexan. hic, nisi pater acquisiuisset
istam emphyteusim pro filijs vt hæredibus,iuxta gl. magistram
in l.si tibi.§.si pactus.ff.de pact.vbi dixi, & latius Bar. & Moder.
in l.quod dicitur.j.de verb.oblig.tunc pactum,seu renunciatio
patris bene præiudicaret eis,quia hæres non potest venire con-
tra factū defuncti.l.cùm à matre. C.de rei vendi. Ista est ardua,
& diffusa quæstio, quam latè examinaui per tres chartas in l.2.
in vlt.quęst.C.de iu.emphy.ibi videas.¶Glo.in vers.cędere.ibi,
hic ergo nō habebat prædium.dic,ꝙ etiam si legatarius in hoc
text.habuisset prædium, tamen quia hic testator non concedit
ius cędendi lapidem, sed quandam facultatem facti respicien-
tem personam, vt declaraui in text. ideo non posset dici realis,
& dato etiam ꝙ testator legasset ius cędēdi lapidem, tamen q a
tale ius est executiuum facti merè personalis, adhuc non transi
ret ad hæredes.l.stipulatio ista.§.si quis ita.j. de verb. oblig. & l.
16 penul.ff.de ser.rusti.præd. † nisi expressè reliquisset propter præ
dium vicinum,tunc enim esset seruitus prædialis, & sic trāsiret
ad hæredes,vt dicit ista gl.hic in prin.sequitur Raph. Cum. hic
17 ¶† In ead.glo.ibi,vnde est ius personale.non dico seruitus per-
sonalis.Idem tenet glo.& latius Bart. qui ponit rationem diffe-
rentiæ,in l.Mela.§.fin.ff.de alim. & cib. leg. licèt Rog. & Vltra-
mon.tenuerint contrarium,vt ibi habes per Bar.de quo etiam
per Bar.& Bal.in l.vt pomū.ff.de ser.tit.general. Cy.Bal.Saly.&
Fulg.in rub.C.de vsufr.glo.& Ang.in d.l.pecoris.ff.de ser. rustic.
præd & in l.si quis binas.ff.de vsufru.dom. Alexan. in consil.18.
5.volum.quod incipit,attentis narratis in themate, & quod po
nit Bald.in cap.1.in prin.de feud.march.

*SVMMARIVM.*

1 *Hæres tenetur soluere tributum rei legatę pro tempore prętérito.*
*Vectigal quid differat à tributo.*
2 *Hęres soluit onera publica merè realia pro re legata, pro tpe prętérito.*
*Prędium censetur obligatum pro oneribus publicis.*
3 *Lex ista intelligitur secundum distinctionem. l. si res obligata. infra eod.*
4 *Onera publica censentur magis onus fructuum, quàm proprietatis.*
5 *Hęres tenetur soluere collectas pro re legata pro tempore prętérito.*
*Prędia censentur tacitè hypothecata pro collectis.*
6 *Hæres tenetur etiam soluere collectam pro re legata impositam in vita testatoris, licèt tempus solutionis euenerit, postquam res fuit tradita legatario.*
*Tempus impositę collectæ inspicitur,non tempus solutionis.*
7 *Res legata si detur talis qualis est,sufficit hęredi,scilicet respectu qualitatis intrinsecę.*
8 *Legatarius pro re legata pro tempore futuro tenetur ad collectas, & tributa, nisi tale onus esset tam grande, quòd ęquipolleret fructibus rei legatę.*
9 *Legatum si est factum de incerto de certis apposito proprio nomine, electio seu declaratio pertinet hæredi.*
10 *Legatarius,qui debet eligere mediocrem, an possit eligere minimum inuito hęrede.*
11 *Incertitudo personarum magis vitiat legatum, quàm incertitudo rei.*

1 §.Hæres cogitur. † Hæres tenē soluere tri-
butum,seu vectigal rei le-
gatæ pro tēpore præterito.& vbi testator sensit de certo,& non
apparet de quo,electio,seu declaratio est hæredis.hoc dicit vsq;
a que ad fin.¶In text.ibi,vectigal,vel tributū, quæ differentia sit
inter hæc duo,declarat glo.mag.in l.1.§.1.ff.de publ. quæ gl. est
optima,& tenenda menti secundum Inno.in c.si cautio.in vlt.
b col.de fid. instr. & quid sit tributum, [b] & quomodo præstetur,
declarat gl.mag.in rub.C.de anno.& trib.lib.10.¶No.1.ex hoc
2 tex. † ꝙ hæres tenetur soluere onera publica merè realia pro re
legata pro tēpore præterito. Ratio huius est duplex. Prima se-
cundum Iac.de Are.Cyn.Barto.& alios,quia prædium censetur
obligatum pro talibus oneribus publicis. l. Imperatores. & ibi
not.ff.de publ.l.1.C.in quibus caus.pign.tacitè contraha.sed quā
testator legat rem suam, quæ est alij obligata, tenetur hæres eā
3 luere,& liberare.l.si res obligata.j.eod. & ibi Bart.tenet, † quòd
ista lex intelligitur secundum distinctionem illius legis.l.si testa
tor sciebat istam rem esse obligatam ad ista onera publica, tūc
hæres tenetur satisfacere,aliàs secus.idem tenent Ang.& Imol.
hic,quod an sit verum,ibi dicetur.Secunda ratio est secundum
Paul.de Castr.quia ex quo pro tempore præterito fructus per-
tinuerūt ad hæredem.§.fructus.s.ead.l.ergo similiter debet spe-
4 ctare onus, de quo hic, † quia censetur magis onus fructuum,
quàm proprietatis.l.nam stipendium.in fi.ff. de impen.l.si pen-
dentes.§.si quid cloacarij.ff.de vsufr.¶Istum tex.ampliāt Paul.
de Cast.do. Alex. & latius Aret. vt procedat etiam in collectis,
5 † ꝙ hęres teneatur soluere collectas pro re legata pro tempore
præterito,quamuis collecta imponatur personæ pro rebus, &
sic non sit onus merè reale.l.rescripto.§.fi. & ibi Bart.ff.de mun.
& hon. Et ratio est, quia etiam pro collectis prędia censentur
tacitè hypothecata secundū Bal.in tit.de pa.constan.in vers.nos
Romanorum. & in l.1.§.quòd si nemo. ff. quod cuiusque vni-
uer.& latius Are.hic,& est de mente Bar.in l.fi.per illum tex.C.
sine censu,vel reli. & sic per cōsequens militat prima ratio Bar.
& communis. s. relata. ¶Iuxta istum text. quærit vtiliter Paul.
6 de Castr. † quid si collecta, vel onus publicum fuit indictum
in vita testatoris, sed tempus solutionis faciendæ euenit post
mortem

ADDITIONES.

a ¶Quæ differentia sit.Adde glo.in l.2.in versic.tributorum.ff.de hęred.vel act.
vend.Fely.in cap.ad audientiam.in 9.col.de præscrip.
b ¶Tributum.Adde l.igitur.in §.1.ff.de verb.sign.cap.conuenior.23.q.8.& in c.
tributum.ead.causa.& quælt,

mortem testatoris, postquā res fuit tradita legatario, ad quem spectabit solutio, vel ad heredē, vel ad legatarium? Et cōcludit, quòd pertinet ad hæredem, quia inspicitur tempus, quo collecta est imposita, non autem tempus, quo venit soluenda per l. defuncta. in prin. ff. de vsufru. & gl. in l. incola. 2. & quod ibi Bart. not. ff. ad mun. & quod not. Io. And. in regula, non est in mora. in mercurialib. de onere imposito per Papam tempore, quo qs erat Episcopus Bon. & qn̄ euenit tempus solutionis effectus est Episcopus Paduanus, ꝙ solutio spectet ad ecclesiam Bon. considerato tempore, quo sit indictum, & sic ad eius successorem. & cum Paul. de Cast. tenent Alex. & Aret. hic. Idem tenet Bald. in l. 1. §. ꝙ si nemo. in 3. quæst. princip. ff. quod cuiusque vniuer. ¶ Secundò not. ex isto tex. declarationem ad id, quod dicit tex.
7 in l. si à substituto. §. fin. ī. eod. † ꝙ sufficit, ꝙ hæres det rem legatam, talis qualis est. nam intelligitur ille text. respectu qualitatis intrinsecæ inhærentis ipsi rei, vt bene vel malè. secus est quo ad ea, quæ veniunt extra rem, vt hic. ¶ Tertiò not. ex isto tex. in
8 versi. præteritum. à contrario sensu, ꝙ † pro tp̄e futuro tenetur legatarius ad collectas, & tributa pro re legata. & ita etiam est text. in l. quæro. ff. de vsufru. leg. & in l. hactenus. in princip. ff. de vsufr. & hic in gl. Istud limitat solus Cyn. hic, nisi onus tributi esset tam grande, ꝙ æquipolleret fructibus rei legatæ, tunc tale onus spectaret ad hæredem, etiam in tēpore futuro. alleg. text. in l. qui concubinam. §. qui hortos. ī. titu. 2. Sed istam limitationem vr̄ impugnare dom. Alexan. hic, quia Bart. in d. l. quæro, respondet ad d. §. qui hortos, f̄m glo. in l. his verbis. §. fi. vbi etiam Bar. ff. de leg. 3. ꝙ d. §. hortos. loquitur quo ad onera, quæ debentur pro habendo ipso iure fructuum, & ista bene spectāt ad hæredem, vt ibi. Quædam sunt onera, quæ habito illo iure imponuntur pro fructibus, vel prædio, vel mixtim, & ista onera pertinent ad legatarium. d. l. quæro. Tu autem si vis defendere limitationem Cy. potes dicere, & bene, quòd in d. l. quęro. & d. §. qui hortos. non erant tributa ita grauia, ꝙ absorberent omnes fructus rei legatæ, & sic redderent legatum omnino inutile, prout hic. vnde ne legatum reddatur penitus inutile, ista onera debēt spectare ad hæredem, per ea quæ dixi in §. si Titius. super versi.
9 fin. s̄. ead. l. post Barto. & alios ibi. ¶ † Quartò not. ex versi. scio. ꝙ qn̄ testator legat incertū de certis, apposito nomine proprio, per quod apparet eum sensisse de certò, electio seu declaratio pertinet hæredi, qui verisimiliter eliget minimum. facit. l. quis à filio. §. si quis plures. & ibi glo. & l. legato generaliter. versic. si certo. s̄. eod. & limitatur. l. qui duos. s̄. eod. licèt glo. in d. l. legato generaliter, intellexerit istum text. quòd in isto legato generis nulla species esse poterat, quam nō expediret legatario habere potius, quàm non habere, ideo debetur minimū. ¶ Glo. in versi. minorem. ibi, si vellet hęres dare maiorem vtique poterit. Not. istā glo. quia facit ad id, quod dixi post Angel. & Mod. in l. leg. gene
10 raliter. s̄. eo. † ꝙ si ibi legatarius, qui debet eligere mediocrem, vellet eligere pessimum inuito hærede, an possit? Ista gl. facit ꝙ sic, vt ibi dixi. ¶ In ead. glo. ibi, sed arg. contra ī. tit. 1. l. Caius. Responde, ꝙ ibi vnicus tantum erat fundus, licèt diuisus in plures gratia commodioris culturæ. nimirum si totus debetur legata
11 rio. hic autem erant duo fundi separati. † In ead. gl. in fin. respōde ad d. l. duo. ꝙ ibi est incertitudo personarum, quæ magis vitiat. hic incertitudo rerum, vt per gloss. & Docto. in l. si quis à filio. §. si quis plures, supra eod. Rationem posui in l. legato generaliter supra eodem.

*SVMMARIVM.*

1 *Legatum factum de re aliena, quæ cum difficultate etiam haberi potest à testatore sciente, vel coniunctæ personæ, valet.*
*Hæres quis non potest institui in hæreditate aliena.*
2 *Terminus res alienas, in isto text. non comprehendit hæreditatem alienam.*
*Hæreditas etiam rerum appellatione continetur.*
3 *Difficultas præstationis non impedit, nec vitiat legatum, nec contractum stricti iuris.*
4 *Furiosus quis iudicatur ex sermonibus.*
5 *Fatuus est, qui fatua loquitur.*
6 *Testamentum conditum à Doctore Paduano, in quo mandabat corpus suum deferri debere ad Ecclesiam cum cantibus & sonis, fuit bestiale.*
7 *Difficultas maxima, quæ cadit in quandam impossibilitatem, vitiat legatum.*
8 *Quod expediri non potest absque Principis licētia, vel nisi habito Principis consensu, reputatur impossibile.*
9 *Dependentia à sola voluntate Principis adeo sunt difficilia, quod reputantur impossibilia.*
10 *Primum testamentum non rumpitur per secundum, in quo possibile est adiri hæreditatem per restitutionem factam à solo Principe.*
11 *Matrimonium contractum inter prohibitos sub conditione, si Pontifex dispensauerit, non tenet etiam sequuta dispensatione Papæ, nisi nouus consensus interueniat.*
12 *Actus vt retrotrahatur, oportet quòd à principio potuerit intercedere.*
13 *Solita per Principem concedi, non censentur impossibilia.*
14 *Beneficium consuetum concedi à Principe, censetur impetrabile.*
15 *Relegati restitutio non solet de facili per Principem concedi.*
16 *Conditio apposita legato, quæ non potest impleri nisi per dispensationem Principis, censetur impossibilis, nisi esset de substantia, & validitate actus.*
17 *Dependens à potestate vnius tantum reputatur ita difficilè, quod iudicatur impossibile. intellige alicuius domini, non priuati.*
18 *Podere, seu fundus si relinquatur fratribus minoribus cum onere, quòd construant ibi monasterium, in quo stent certi fratres, onus tanquam impossibile reijcitur, & legatum vt purum debetur.*
19 *Legatum factum in aliquam piam causam, si non potest impleri eo modo quo testator iussit, debet conuerti in aliam piam causam.*
20 *Mendicātes sunt incapaces immobilium, quo ad tenendum, & infra nu. 41. non quo ad vendendum. nu. 37. & 41.*
21 *Legatum factum de rebus publicis, vel destinatis ad vsum publicum, vel Principis, non valet etiam quo ad æstimationem.*
22 *Distinctio text. in l. cùm alienam. C. de leg. an habeat locum in hoc tex.*
23 *Legati nullitas potius pręsumitur, quàm quod præsumatur hęredem esse grauatum de redimendo iure alterius.*
24 *Res redactæ in patrimonium Principis censentur eius priuatę, & non alienantur sine eius speciali mandato.*
25 *Legatum si est factum de re aliena, quæ est in communi commercio aliorum, valet, & debetur æstimatio.*
26 *Stipulatio facta de re, quæ est in communi commercio alterius quàm stipulatoris, non valet etiam quo ad æstimationem.*
27 *Aestimatio rei alienæ legatæ, licèt res ipsa sit in obligatione, etiam peti potest.*
28 *Iudęum esse, cadit in delictum, non tamen punibile.*
29 *Princeps non potest expellere Iudęos de ciuitatibus suis sine iusta causa.*
30 *Leges fforum fuerunt factę ante aduentum Christi.*
31 *Legatum factum de re immobili forensi prohibito per statutum acquirere, an valeat. & nu. 34. quòd sic quo ad æstimationem.*
32 *Iudex potest propter delictum imponere alicui, ne acquirat.*
33 *Naturalis obligatio non oritur ex legato facto contra prohibitionem statuti. & nume. 39.*
35 *Forensi prohibito acquirere domum in ciuitate, potest legari sub modo, vt vendat.*
36 *Dominium rei, quam quis prohibetur retinere, potest acquirere.*
37 *Legatum factum collegio de re, quam non potest retinere, valet.*
38 *Legatum factum de vestibus, quæ prohibentur portari per statutum, valet quo ad ęstimationem.*
40 *Regula Catoniana non pertinet ad leges nouas.*
43 *Legatum, quod non tenebat propter corporis vitium, si est factū à sciente, vel coniunctę personę valet, & debetur ęstimatio.*
44 *Legatum factum de re Ecclesię an valeat, vt ęstimatio debeatur.*
*Res Ecclesiarum inferiorum possunt ob necessitatem alienari sine licentia Papę.*
45 *Legatum factum de fundo dotali, vel minoris, valet vt ęstimatio debeatur. nume. 46. & 47.*

§. Constat. Res alienæ, quæ sunt in commercio, licèt cū difficultate, possunt legari. hoc primò. Res verò, quæ non sunt in communi commercio propter earum publicam qualitatem, vel esse non possunt absq; iussu solius Principis, legari non possunt etiam quo ad effect. vt æstimatio debeatur. hoc secundo. Sed si sunt in commu commercio, sed non legatarij absque tamen eius delicto valet legatum quantum ad hoc, vt earum ęstimatio debeatur. h. d. tertiò, & vlt. cū l. seq. & sic habet tres partes, quæ patent ex sum-
1 mario. ¶ † Not. 1. ꝙ legatum potest consistere in rebus alienis, etiam quæ cum difficultate haberi possunt. intellige quando legatum rei alienæ fit vel à testatore sciente, vel coniunctæ personæ secūdum distinctionem. l. cùm alienam. C. de leg. & l. ... ex fami. §. si rem. s̄. tit. 1. ¶ Item adde secus esse in hęreditate aliena, in qua quis non potest institui hęres etiam à testatore sciente. l. fin. C. de hæredi. insti. & ibi not. Bald. in 18. oppo. & assignat rationem diuersitatis, quia legatum respicit principaliter, & secundariò rem ipsam, quę legatur, & quæ potest redimi, & præstari quando est aliena, secus in hæredis institutione, quæ respicit principaliter personam, & quę redimi non potest, nec obli
2 gari, quod est not. f̄m eūm. ¶ † Ex istis ergo tu prouecte ... ra, ꝙ terminus, res alienas, positus in tex. licèt sit genera... fin. ff. si cert. pet. & l. rei appellatione. ff. de verb. sig. non ... cōprehendere hæreditatē alienam, & maximè pp naturali, f̄m quam leges debent intelligi. l. Imperatores. ff. de ...

addic.& iſte titulus tractat de legatis, & non de hæreditatibus,
licèt aliàs ſub appel.rerum contineatur etiam hæreditas.tex.eſt
in l.licèt.in verſi.rebus.& ibi Bar.in 3.not.ad hoc not. C.de pact.
quando non eſt datus alius cohæres vniuerſalis.l.fin.& ibi gloſſ.
not.ff.de vſufru.leg.vide tamen tex.in l.nam quod.in §.fi. in vlt.
verbis.in ver.vel vniuerſam rem meam.ff. ad Treb. ¶Secundò
not.ex text.ibi,etiam difficilis.ꝙ difficultas præſtationis non im
3 pedit,nec vitiat legatum. † Confirmatur,quia ſi difficultas non
vitiat contractum ſtricti iuris ſcilicet ſtipulationem.l.cõtinuus.
§.illud.ff.de verb.oblig.multò minus debet vitiare legatum,qđ
eſt fauorabilius.l.in teſtamentis.ĵ.de regu.iu.capit. cùm dilecti.
de do.¶Tertiò not.ex text.ibi,furioſi eſt talia legata ſcribere. ſe-
4 cundum Barto. & alios, † ꝙ ex ſermonibus [a] appoſitis in teſta-
a mento,quis iudicatur furioſus. facit.l.quidam in ſuo.ff.de con-
di.inſti.furor enim eſt morbus intrinſecus, q̃ declaratur ex ver-
bis, & ex qualitate diſpoſitionis ſuæ, & ſic per actus exteriores.
& quod ex ſermonibus q̃s pręſumatur furioſus,eſt glo.in l.nec
codicillos.in gloſſ.mag.ad fi.C.de codicil. & text. in l. is qui. in
princip.ver.ſermonibus,& ibi glo.not.ff.de tut.& cur.da.ab his.
& text.in l.ob quæ vitia.circa princ.& ibi Bald. multum ad hoc
not.ff.de ædil.edict.qui text.eſt melior de corpore iuris ad hoc,
ſecundum Angel.in l.ſi cùm dotem.§.ſi maritus.ff. ſol. matrim.
Alibi eſt tex.in cap.legimus.& ibi glo.not.93.diſtinct. & gl. in c.
5 Gonſaldus.17.quęſt.2.ꝙ ille,† eſt fatuus, q̃ fatua loquitur.Alibi
probat text.in cap.1.§.ſi vera.& ibi not.Gemi.de cler.ęgro.in 6.
& in cap.filij.& ibi etiam not.Gemi.de hæret.in 6.quòd ille præ
ſumitur furioſus, qui non loquitur, vel non reſpondet ad pro-
6 poſitum.¶†Prædictis etiam adde illud,quod ponit Lud. Rom.
in l.1.in princip.in 6.colum. ff. de verb. obl. de teſta. cuiuſdam
Paduani, qui inter cætera ordinauit in teſtamento, ꝙ cadauer
ſuum deberet deferri ad Eccleſiam cum cãtibus,& ſonis. dicit
Lud.fuiſſe iudicatum,ꝙ eſſet furioſus. ipſe tamen tenet contra
rium,cùm de iure cadauera debeant deferri ad ſepulturam cũ
ſonis,& cantibus pſallentium.ita eſt text.not.in cap. qui diuina.
& in cap.vbicunque.13.quæſt.2.& iſtam opi.Lud.refert, & ſim
pliciter ſequitur dom.Alex.in l.cùm dotem.§.ſi maritus. in vlt.
colum.ff.ſol.matrimo.ſed Paul.de Caſt.in l.non oportet. C. de
his q̃b. vt indi.refert,ꝙ fuit vnus Doctor Paduanus,qui fecit ta
le teſtamẽtum,& ꝙ eius diſpoſitio fuit beſtialis,& minimè ſer-
* uanda.¶Sed aduerte.licèt Barto. *& communiter cæteri* ita not. ex
iſto text.vt dixi,tamen Raph.Cuma.dicit,& fortè non malè,ꝙ
iſte text.ibi,furioſi eſt,ſic intelligitur,ideſt fecit actum, qui con-
uenit magis furioſo. aliàs enim ſi ex hoc probarẽ verus furor,
vt dicunt Barto.& alij,fruſtra quæreretur in hoc tex.an æſtima-
tio deberetur,quia teſtamentum non valeret, quia eſſet condi-
tum à furioſo.l.qui furioſum.C.qui teſt.fac.poſ.ſic etiam poni-
tur ſecundum eum in l.vni.C.de his,quæ pœ.no.Tu allega me
liorem text.in l.2.ff.de inoffic.teſtam. ¶Præterea ſi verum eſſet
not.Barto.& Docto. ſequeretur ex hoc text. ꝙ eo ipſo ꝙ teſta-
tor legat rem,quæ non eſt in communi commercio, vel eſt cũ
magna difficultate,ex hoc ipſo pręſumeretur furioſus, ergo ſe
queretur,ꝙ teſtator apponendo conditionem impoſſibilẽ præ
ſertim de facto,præſumeretur furioſus, & ſic teſtamentum nõ
7 valeret,contra l.1.& totũ titu.ff.de condi.inſti. ¶†Quartò not. [b]
b ex text.ꝙ difficultas maxima, quæ cadit in quandam impoſſi-
bilitatem,vitiat legatum,ex quo ſequitur,ꝙ illud,quod eſt val-
de difficile,iudicatur impoſſibile, vt hic, & l.continuus.§.cùm
quis.ff.de verb.obl.quod eſt no.dignum ſecundum Bald. quod
intellige verum, qñ talis magna difficul.eſt circa rem,& ſic ſo-
lam præſta.rei legatæ,ſecus ſi circa tempus præſtationis rei lega
tæ. l. ſi mihi, & tibi.§. ſi quis ſeruos quos Gadibus.aliàs incipit
Proculus ait.ſ̃.eod. & ibi dixi, vel circa conditiones.l.1.vbi glo.
8 & Docto.ff.de condi.inſti.¶†Quintò [c] not.ex tex.ꝙ illud,quod
c non põt expediri abſque licentia Principis,vel niſi habito con-
ſenſu Principis, eſt ita difficile, quod reputatur impoſſibile. &
idem not. gloſſ. in d.l.continuus.§. cùm quis. per quam not.ibi
Barto.in fi.quòd illud,quod non poteſt obtineri, niſi fiat noua
lex per ciuitatem, eſt ita difficile, quod reputatur impoſſibile.
9 ¶†Et ſic not. quòd ea quæ dependent à voluntate ſolius Prin-
cipis,ſunt adeo difficilia, quòd reputantur impoſſibilia, & ad
hoc quotidiè alleg.iſte text.idem dicit Bar.in l.fin.in 2.col.C.de
ſen.paſ.& in l.ſi quis ſub condi.in 2.colum.ff.de teſt.tut. & in tra
ctat.minoricarum.in cap.incip. pone aliquis reliquit. facit text.
in l.2.§.tractari.ff.ad Tertul.vbi non imputatur matri,quæ non
deſiderauit à Principe conditionem remitti, quaſi cenſeatur il-
10 lud impoſſibile. ¶†Hinc eſt, quòd per ſecundum teſtamen-
tum, ex quo poſſibile eſt adiri hæreditatem per reſtitutionem
factam à ſolo Principe, non rumpitur primum teſtamentum,
quia videtur non poſſe fieri.l.4.in princip.& §.1.ff. de fideicom.
liber. ſecundum Barto. in l. 1. ad fin.ff.de iniuſt. rup. teſtamen.
11 ¶†Item ad iſtam regulam adde,quod not. volunt Innocen. d.
Card.& do.Abb.in cap. ſuper eo. de condi. appo. quòd ſi duo,
inter quos erat prohibitum matrimonium, contrahant matri-
d monium [d] ſub conditione,ſi Papa diſpẽſauerit,quod tale ma-
trimonium eſt nullum, quia eſt contractum ſuper conditione
impoſſib. cũ pendeat à poteſtate ſolius Papæ,intantum, quòd
ſi Papa etiam poſteà diſpenſaret, adhuc non valeret matrimo-
12 nium, niſi poſteà nouus conſenſus interueniret, † quia ad hoc
vt actus retrotrahatur,oportet, quòd à princip. potuerit inter-
cedere,vt not.in l.ſi is qui pro emptore.ff.de vſucap.An tamen
e hoc ſit verum, pendet à proximè dicen. ¶Sed aduerte, [e] quia
contra iſtam regulam,& doctri.Barto.& Docto. videtur tex.in
l.quidam relegatus.in princip.ff.de reb.du.& in l.intercidit.ff.de
condi.& demonſtr.hoc modo inducendo.nam reſtitutio rele-
gati fit à ſolo Principe.l.1.§.fin.ff.de quæſtio. & tamen iſta con-
ditio, quæ fuit appoſita in illis legibus,non cenſetur impoſſibi-
lis,patet,quia reijceretur.l.1.in princip.ff. de condi. inſti. Sed re-
13 ſpondetur communiter, † quòd ibi ſunt talia, quæ ſolita ſunt
per Principem facilè concedi, tunc illa nõ cenſentur impoſſi-
bilia.facit bene text.hic ad fin.in verſ. cùm diſtrahi non ſoleant.
& ita per iſta iura limitant iſtam regulam Raph. Cuma.domi.
Alexand. & Are. hic. Raph. Cuma.Paul.de Caſtr.& Are.in d.l.
continuus.§.cùm quis.Ludo.Roma.in l.2.in princip. in vltim.
char.ff.de verb.oblig.vbi pro iſta limitatione addit bon. text. in
l.quæ cùm maior. poſt princip. in verſicu. cùm non facilè im-
petretur.ff.de ope.libe.pro iſta etiam opin.alleg.Are.tex. quem
reputat ſing.in l.1.§.permittitur.ff.de aqua quoti.& æſti. vbi di-
14 cit text.† ꝙ beneficium conſuetum concedi à Principe, cenſe
tur impetrabile,& poteſt impetrari,vt ibi exponit glo.non ſub-
iungit text.quòd præſumitur, ꝙ indubitatè impetrabit. Tu ad-
uerte,ꝙ iſta ſolu. Mod.ad d.l.quidam relegatus. & ad d.l.inter-
cidit.non videtur bona,quòd illa iura loquantur in his, quæ ſo
lita ſunt per Principem facilè concedi. iſtud non videtur bene
dictum, quia ſic ſequeretur, quòd reſtitutio relegati ſoleat per
15 Principem de facili concedi, quod non eſt verum, † cùm rele
gatio fiat propter delictum.l. relegatum. in princ. & per totam
legem.ff.de interdi.& releg.aliàs daretur materia ad delinquen-
dum,contra.l.conuenire.ff.de pact. do. & l. cùm lex. & ibi not.
Barto.ff.de legi.nam facilitas veniæ præſtaret incentiuum delin
quendi,nec etiam veriſimile eſt, ꝙ Princeps ſine cauſa ſit ſoli-
tus de facili inducere reſtitutionem relegationis. Et ſi diceres,
ꝙ in illis legibus relegatio erat facta ex leui cauſa, ideo præſu-
matur Principem de facili concedere, eſſet ſomniare ad illa iu-
ra,& ideo iſta ſolu. Moder.ad illa iura non eſt bona, quia bene
procederet attento poſſibili,ſed nõ attento ſolito, & facili. Tu
16 ergo potes † aliter, & notabilius reſpondere ad illa iura ex do-
ctri.Bald.in l.1.in 6.quæſtio.C.de inſti.& ſubſti.vbi dicit,quòd ſi
in teſtamento aliquid relinquatur ſub conditione, quæ non po
teſt impleri niſi per diſpenſationem Principis, talis cõditio cen
ſetur impoſſibilis,vt hic.& ſic reijcitur per regulam.l.1.vbi glo.
ff.de condi.inſti.niſi ſecundum eum eſſet conditio,quæ eſſet de
ſubſtãtia,& validitate actus,puta ſi pater relinquat filio ſpurio,
ſi legitimabitur,tunc non vitiatur.l.in tempus. ff. de hære. inſti.
ita videtur eſſe in d.l.quidam relegatus. nam ibi factum erat le-
gatum ſub cõditione, ſi aliquis impetrauerit reſtitutionem de
relegatione ab Imperatore, quamuis enim non poſſit impetra
ri niſi à ſolo Principe,& ſic iudicetur impoſſibilis,tamen ibi nõ
reijcitur,quia eſt neceſſaria ad ſubſtantiam, & validitatem lega
ti,quia ſi reijceretur, legatum ibi vitiaretur propter incertitudi-
nem perſonæ,cùm eſſet factum vni ex hæredibus,qui impetra-
uerit ab Imperatore. vnde ex implemento conditionis certifi-
cabitur perſona, cui eſt legatum, & propter hoc non reijci-
17 tur. & iſte eſt veriſſimus intellectus ad illum text. ¶†Sextò per
iſtum text. not. generalius Bald. quòd illud, quod vnius ſolius
poteſtati conceditur, vel quod pendet ex vnius poteſtate tan-
tum, eſt ita difficile, quòd reputatur quaſi impoſſibile, & re-
fert ita tenere Ray. & ſequitur ſimpliciter Flor. ſed ſecundum
Imol.iſtud vr̃ eſſe nimis generale,quia iſtud non probatur, niſi
quando

ADDITIONES.

a ¶Quod ex ſermonibus.Adde glo.in ver.deferendus.& ibi Bal.Ang.& Moder. in l.ſi cùm dotem.ff.ſolu.matr.Bal.in l.diuus.ff.de offic.præſi.Bart.& Bald.in l.mutum.ff.de acqu.hæred.Alex.de Imol.in conſil.54.incip.ad quæſitum breuiter conclude.in 1.vol.idem Alex.conſil.141.inci.maturè.in eod.vol.

b ¶Quarto not. Adde latè Aquen. in l. vt vim. 9. colum. de iuſti. & iure. PVRPV.

c ¶Quinto not.Alex.lib.1.conſil.75.2.dubio. PVRPV.

d ¶Matrimonium. Adde Petr.de Anch. in capit.ex publico. de conuerſio.coniuga.

e ¶Sed aduerte. Limitatio,quam ſequitur Dec. in capit. eccleſia.col.penul.de conſti.vbi de hoc vide Fely.in col.3. PVRPV.

quando à solius principis potestate dependet. tamen secundũ eum potest dici, quando dependeret à voluntate solius domini alicuius loci, cùm idem esse videatur. arg. l. illud. ff. ad l. aquil. sed d. Alex. & Aret. reprobant, & bene regulam Bald. quia si testator legat mihi rem Titij, pendet à sola voluntate Titij, ꝙ dominium trãsfertur. l. nec emere. C. de iur. delib. iuncta. l. id quod nostrum. ff. de reg. iu. & tamẽ legatum valet, vt hoc tex. in prin. sed si iudicaretur impossibile, non valeret, vt hic in fi. & diuersa ratio est inter istos, & principes, quia difficilior est aditus principum, quàm priuatorum. Item nimia audacia est testatoris legantis rem, quæ est in patrimonio Imperatoris, & attribuitur dementiæ. Sed tu caue, quia Bald. in d. l. continuus. §. cùm quis. circa prin. colligit etiam ipse ex glo. generaliter, ꝙ illud, quod est possibile explicari per vnum ũn, est impossibile. sed debet Bar. sanè intelligi per vnum. s. principem, aut similem, non per vnum. s. priuatum. ¶ Per istum text. & prædicta dicit Bart. se di-
18 xisse, † ꝙ si relinquatur podere, seu fundus fratrib. mendicantib. cum onere, ꝙ ibi debeant construere locum sui monasterij, vbi morentur certi fratres, ꝙ illud onus adiectum nõ valet, quia est impossibile, hoc est multum difficile, cùm talis constitutio nõ possit fieri sine auctoritate Papæ. c. 1. de reli. do. in 6. & in c. 1. de exce. pla. in 6. ¶ Sed tu aduerte, quia Bar. nõ aperit, nec declarat, an reiecto tali onere legatum tãquam purum valeat, vel non, tamen Flo. hic refert Bar. tenere, ꝙ isti fratres mendicãtes remoto tali onere vt impossibili capient relictum tanquã purum, & hoc sequitur ipse Flor. si aliàs eius sint capaces, per no. in c. in præsentia. de probat. Similiter d. Alex. hic refert Bart. velle, ꝙ legatum tanquam purum valeat, & teneat, & condi-
* tio tanquam impossibilis reijciatur, & subdit *Docto. communiter* istud sequi. sed Raph. Cu. hic refert Bar. tenere contrarium. s. talem modum, vel conditionem, vt impossibilem reijci, neque legatum valere, neq; tenere, sed ꝙ legatum valeat, tenet idem Bar. in tract. minoricarum. in 2. parte. in versi. pone aliquis reli-
19 quit fratrib. ædificia, & ibi limitat, † ꝙ tale legatum, quod non potest impleri eo modo, quo testator iussit, debet conuerti in aliam piam causam, vt memoria, & salus animæ defuncti seruetur. l. legatum ciuitati. ff. de vsufr. leg. Idem tenet Imo. Raph. Cu. Pau. de Cast. & Alex. hic, ita etiam tenet Bald. in l. cùm alienam. in 2. col. C. de leg. s. ꝙ tale legatum valeat, onus autẽ adiectum legato licèt non valeat, debet tamen conuerti in alium pium vsum arbitrio superioris, puta in constructione alicuius venerabilis capellæ in eorum ecclesia, vbi pro anima testatoris celebrentur diuina officia, vt in cle. quia cõtingit. de reli. domi. ¶ Adde etiam, ꝙ idem tenet Fed. de Sen. in consi. 176. quod incip. viso instrumento donationis. vbi concludit, ꝙ tale relictũ valet tanquam purum, & liberum, & onus habetur pro non adiecto, quia est contra iura, quæ habent, ꝙ prohibeatur, ꝙ aliquis nouus locus fiat pro habitatione fratrum minorum, & pęnam imponunt recipientib. vt d. c. vnico. de exce. præla. in 6. & cle. si. de pęn. nec est expectãda dispẽsatio Papæ propter nimiã difficultatem, propter quam habetur, quod est impossibile, per regulam istius tex. & posito, ꝙ inde ad aliquod tempus obtineretur, ꝙ fratres possent ibi habitare, & stare, tamen illud onus iã remissum non rediret, vt l. qui res. §. aream. ff. de sol. & l. cùm ex causa. C. de remis. pig. maximè cùm resuscitatio oneris esset in præiudicium iuris iam quæsiti fratrib. c. quamuis. de rescri. in 6. ¶ Contrarium tenet ipsemet Bal. in Auth. ingressi. in pen. col. C. de sacros. Eccle. vbi tenet, ꝙ istud, quod relinquitur istis fratribus minoribus, qui non sunt propter se capaces, non valet, & sic reijcitur, quia modus impossibilis cohærens tali legato vitiat legatum. c. exijt qui seminat. §. ad hoc, quia fratrib. de verb. sig. in 6. & tunc nunquam fit conuersio in alium vsum, & cum Bal. tenet Pet. de Anch. in clem. exiui. de verb. sig. voluit dicere Bal. qui obscurè loquutus est, ꝙ tunc demum fieret conuersio in alium pium vsum, qñ legatum, si esset simpliciter relictum, valeret. ita loquitur. d. l. legatum ciuitati. sed in casu nostro si res fuisset simpliciter relicta fratribus mendicantibus, legatum
20 non valeret, † quia ipsi sunt incapaces immobilium. d. clem. exiui. & d. c. 1. de reli. do. in 6. ergo non debet tunc fieri conuersio in alium vsum. ¶ Sed certè istud fundamentum Bal. nõ est tutum, quia quando immobilia relinquuntur fratrib. mendicantib. quorum sunt incapaces, vt supra, tamen legatum valet quantum ad æstimationem, prout tenent Bart. & alij, vt infra dicetur. contrarium etiam tenet Petr. de Anch. in regula nemo potest. de reg. iur. in 6. quem refert, & videtur sequi Are. hic. Tu tene, ꝙ onus non reijciatur, quia non est impossibile, cõtra Bar. & alios communiter Docto. tamen legatum valet, & tenet, eo quia summa ratio est, quę facit pro religione, & pia causa. l. sunt personæ. ff. de relig. & sump. fune. Verisimile est. ergo, ꝙ poterit obtineri, & impetrari dispensatio, & gratia à summo Pontifice, & ideo iste modus non videtur impossibilis, quia ea quæ verisimiliter possunt obtineri à solo Papa, non iudicantur impossibilia, vt dixit tex. Sed certè cùm Papa exercet istas dispensationes, & acquisitiones nouorum locorum in fratrib. mendicantibus, vt in d. c. 1. de reli. do. in 6. & d. c. vnico. de exces. præla. in 6. non videtur per illa iura, ꝙ Papa debeat esse facilis, imò
21 multum difficilis ad concedendum. ¶ † Septimò not. ex hoc tex. ꝙ quando alicui legantur res publicæ, vel quæ sunt destinatæ ad vsum publicum principis, vt magna palatia, horti publici, & similia, tale legatum non valet etiam quo ad æstimationem, quia censetur trufatoriè relictum, & ideo text. dicit, ꝙ fu-
22 riosi est talia legata scribere, vt supra declaraui. ¶ † Istum text. limitat Raph. Cu. hic non procedere, quando testator legauit rem, quę non est in communi commercio, puta rem principis non scienter, sed ignoranter, & coniunctæ personæ, nam istis duob. concurrentib. tenet, ꝙ valeret legatum quantum ad effectum, vt debeatur æstimatio. Ratio est, quia si testator sciuisset, verisimiliter aliud ei legasset, per l. si quis inquilinos. in princ. in versi. ex voluntate defuncti, coniuncta gl. s̃. eo. contrarium tenent Pau. de Cast. & d. Alex. in d. l. cùm alienam. ad fi. C. de leg. & d. Alex. hic, eo quia distinctio, quæ fit inter testatorem scientem, & ignorantem. d. l. cum alienam. non habet locum in reb. quæ non sunt in communi commercio, vt sunt res principis, vt hoc tex. sed istud fundamentum potest de facili euadi, quia potest negari assumptum, ꝙ dist. l. cùm alienam. non habeat lo
a cum in casu istius text. istud potest negari,[a] & propterea istud probat, & fortius d. Alex. hic, quia iste text. vult facere differentiam inter legatum rei alienæ, quæ est in commercio communi, & legatum rerum, quarum non est commercium, vel cum magna difficultate, vt in reb. Cæsaris. sed in re aliena, quæ est in communi commercio, bene adhibetur distinctio, an scienter, vel ignoranter legetur, & quando ignoranter, an cõiunctæ personæ. d. l. cùm alienam. ergo aliud esse debet in reb. hic expressis, quæ non sunt in communi cõmercio, vel cum magna difficultate. Sed certè nec istud fundamentum quamuis videatur coloratum, aliquid stringit, quia bene verum est, ꝙ iste tex. facit differentiam. s̃. relatam inter res alienas, quæ sunt in communi commercio, & res alienas, quæ non sunt in cõmuni commercio, vel sunt cum magna difficultate, & differentia tex. est, quia primo casu valet legatum, vt saltem debeatur æstimatio, sed secundo casu nullo modo valet legatum, etiam quo ad æstimationem, sed certè propter hanc differentiam tex. non sequitur, ꝙ distinctio. l. cũ alienam. loquitur solùm in primo casu. s. in re aliena, quæ est in communi commercio. Ista talis illatio non bene venit ex hac differentia, quinimo illa l. cum alienam. videtur generaliter loqui in re aliena, ergo quomodocunque aliena. Præterea, & fortius ratio finalis decidendi assignata in illo tex. d. l. cũ alienam. quæ est, ꝙ quando testator legat coniunctæ personæ si sciuisset, verisimiliter aliud legasset, militat etiã quando res principis legatur coniunctæ personæ à testatore ignorante. Præterea, & quartò iste tex. potest euadi aliter, vt nõ sit contra Raph, quia non loquitur, quando coniunctæ personæ fieret tale legatum. Præterea, & quintò, quando debet fieri interpretatio, vt legatum valeat, per regulã. l. quoties ff. de reb.
23 dub. † Et si diceres ad hoc vltimũ, ꝙ imò in dubio potius præsumitur nullitas legati, quàm ꝙ præsumatur hæredem esse grauatum de redimẽdo iure alterius. l. vxor patrui. vbi gl. & Doct. C. de leg. l. quod in rerum. §. 1. secundum intellectum Barto. & magis communem ibi. s̃. eo. ¶ Sed ad hoc potes replicare, ꝙ in dictis iurib. non concurrit verisimilitudo voluntatis testatoris, quæ causatur ex cõiunctione personæ legatarij, vt hic. Isto modo videtur posse defendi limitatio Rapha. Cu. hic. ¶ Et si diceretur, ꝙ Raph. secũdum hanc limitationem intelligeret istum tex. in testatore sciente, & ista videtur diuinatio, & restrictio. Tu potes hoc probare, ꝙ tex. iste propriè loquitur in testatore sciẽte, dum dicit, ꝙ furiosi est talia legata facere. ergo videtur loqui in sciente, quia in ignorante cessaret ista ratio dementiæ, & furoris, & ꝙ iste tex. loquatur in testatore sciente, firmat expressè gl. hic in versi. nec æstimatio. dum respondet ad d. l. 1. de cõtrah.
* emptio. *communiter approbatam.* ¶ Sed caue, quia si secundum limitationem Rapha. iste tex. loqueretur in sciente, magis deberetur æstimatio, quàm si ignoraret, vt est tex. in d. l. cũ alienam. Fateor, ꝙ l. si quis inquilinos. in prin. in qua se fundat Rapha. nihil facit, & ad illam respondet Bar. s̃. & bene. præterea gl. ibi intelligit, quando testator sciuit. ¶ Octauò not. ex text. ibi, sed &
24 prædia. † ꝙ res redactæ in patrimonium principis, censentur eius priuatæ, & non possunt alienari sine eius speciali mãdato. facit. l. 1. in 2. respon. ff. de offi. procu. Cæsa. declarat not. Bal. in c. contingit.

ADDITIO.

a ¶ Negari. Limita secundò nisi de mente testantis constaret. vt not. per Alex lib. 2. consi. 9. 2. dub. col. 6. PERPV.

25 contingit.ad fi.de transac. ¶†Nonò not.ex l.sed si res,ꝙ quando testator legat rem alienam, quæ est in communi commercio aliorum,sed non ipsius legatarij, ꝙ valet legatum quantũ ad hoc,vt ei debeatur æstimatio, quod intellige secundum gl. & Doct. quando impedimentum non procedit vitio legatarij,
26 vt in gl.¶Adde ad istum tex.secus esse in stipulatione, † quia si stipulatur rem,quæ est in communi commercio,sed nõ ipsius stipulatoris,stipulatio nullo modo valet,etiam quo ad æstimationem.ita limitat Bar.in l.multum interest. in duobus locis.ff. de verb.ob.per illum text.indistinctè loquentem, & potest esse ratio diuersitatis,quia in stipulationib.cũ sint stricti iuris omnia strictè aguntur,& quicquid est omissum à verbis, habetur pro omisso.l.quicquid astringendæ.in prin.j. de verb.oblig. & ideo stipulatio non valet, etiam quo ad æstimationem, quia de ea non est facta mentio.secus est in legatis, in quibus fit benigna, & lata interpretatio.l. in testamentis.cum similib. j. de reg. iur.
a ¶Decimò [a] no.ex fi.tex.ibi,puto æstimationem deberi,† quòd
27 cùm æstimatio debeatur,sequitur, ꝙ ipsa est in obligatione,& & sic in petitione,& sic ipsa æstimatio poterit in libello peti.de quo fuit dictum in l.planè.s.eo.& not.Bar.in fin. ¶Glo.in versi. non habet.ibi,aut propter delictum suum,vt quia iudæus. ha-
28 bes ex gl.† ꝙ esse iudæum [b], cadit in delictum.Ratio est, quia
b cadit in superstitionem reprobatam.l.non erit.§.diuus. vbi glo. & latius Docto.ff.de iureiur. tamen non est delictum punibile, secundum Bar.& Doct.eo quia Ecclesia eos tollerat.Adde be-
29 ne facere,ꝙ† Rex, vel princeps [c] non potest expellere iudæos
c de ciuitatib.suis, nisi ex aliqua iusta causa, prout egregiè consuluit Old.Lau.in consi.87.quod incip.quæritur,an princeps si-
d ne peccato.¶Ista exempla gl.de iudæo [d], & hæretico, quib.legatum est mancipium christianum,reprobant Bart. & Docto. hic,& in l.multum interest.ff.de verb.obl.quia tempore harum
30 legum,† quæ erant factæ ante aduentum Christi, vt est gl. in l. Titia.§.fi.de auro & arg.leg.& l.pridie.ff. de fer. non erant tales sectæ reprobatæ,nec factus ille titulus. C.ne mancip. christian. ideo Bar.exemplificat in forensi prohibito ex forma statuti acquirere immobilia.l.quorum.ff.de pig.bonus tex.cum gl.in l.1. C.non licere hab.metroco.lib.11.vel in eo,cui est interdictum
31 à iudice,vt est text.in l.moris.ff.de pœn. ¶† Pondera ergo Bart.
e duo velle.primò, ꝙ legatum de re immobili [e] factum forensi prohibito acquirere immobilia non valet etiam quo ad æstimationem,ita vult Bar. referendo eum ad casum gl. Secundò videtur velle Barto. ꝙ in forensi prohibito acquirere ex forma statuti ratio sit;quia est quasi delictum.Sed certè prohibitio statutaria in forensi non potest dici,ꝙ causetur à delicto, nisi fortè præsupponeres illos scientes perpetrasse aliquod crimen læsæ maiestatis, propter quod esset factum tale statutum contra eos,aliàs nõ videretur bene saluari posse Bart.in hoc,nisi etiam intelligas alio modo,prout.j.dicetur. Istud autem, quod dicit Bar.videtur melius posse tolerari in secundo membro Bar.s.in
32 interdicto à iudice. † Nam propter delictũ potest bene iudex alicui imponere,ne acquirat.d.l.moris.de pœn. ¶Adde etiam, ꝙ Raph.Cu.dicit posse defendi exemplũ Bar. alia meliori rõne q̃ rõne alicuius delicti,quia cùm istud legatum sit factum ꝯtra dispositionem statuti,vel legis ciuilis, nullo modo debet valere lege resistente.l.non dubium.C.de leg.iuncta.l. nemo potest.
33 j.eo.Et sic ex tali legato † facto contra prohibitionem.nõ oritur etiam naturalis obligatio.l si non sortem.in prin. ff.de condi.indebi.l.cùm lex.& quod ibi Bar.not.ff.de fideius. idem Bart. in l.si quis pro eo.in tertio membro prin.ff.de fideius.& in l.1.in vlti.col.j. de nouat. vnde nimirum si non debetur etiam æstimatio.Bene facit tex.in l.filiusfa.§.si quis alicui. in versi.licitè.j.
34 eo.& an ista ratio Raph.sit bona,statim.j.dicetur.¶† Adde etiã circa conclusionem Bart. in qua videtur tenere, ꝙ legatum de re immobili factum forensi prohibito acquirere ex forma statuti nullo modo valeat, etiam quo ad æstimationem, contra-
* rium est verius,& *communiter tenetur*,ꝙ imò valeat quo ad effectum æstimationis,ita tenent Iac.de Are.Bald.Flo. & Alex.hic, & dicit d.Alex.ꝙ ita se habet veritas,& cõis opin.Idem tenent Iaco.de Are. Bart.Bald.Ang.Imo.& Pau.de Cast.in d.l.filiusfa. §.si quis alicui.per illum tex.in versi.vel aliam quãcunque probabilem causam.Pet.de Ancha.& Imo.in c.filius.de testa. Alb. de Rosa.in 2.parte statu.q.2.in 2.col.¶Pro ista communi conclus.facit,quia in forensi nõ est incapacitas acquisitionis ratione sui delicti, ergo debetur æstimatio, per doctr. huius glo.approbatam. Item lex, vel statutum non resistit quo ad acquisitionem pretij.¶Adde etiam Bal.in l.cùm qõ.in fi. C.de leg.vbi
35 dicit, qđ † si per formã statuti forenses sunt prohibiti acquirere domos in ciuitate,ꝙ potest eis legari sub modo, vt vendãt, & sic æstimationem habeant, qđ est notabile secundum eum, & sic Bald.vult, ꝙ tale statutum non prohibeat acquisitionem
36 æstimationis.† Adde etiam tex.in c.recolentes.de sta.mon.per quem no.ibi do. Abb. quem posse acquirere dominium illius rei,quam prohibetur tenere. Ibi enim Cistersienses acquisiuerunt Castra,& Villas cum iurisdictione,quę sunt interdicta per eos acquiri,mandatur ibi, ꝙ illa commutent cum alijs eis non
37 prohibitis.vnde not.ibi do.Abb. † ꝙ si alicui collegio legatur res,quam ipsi tenere non possunt,non vitiatur legatũ, sed possunt illa capere,vt commutent illam cũ alia re,vel vendant,ex quo ratione delicti non sunt incapaces per istam l. sed si res.& est bona gl.in c.1.de exce.præla.in 6. facit quod.j.tenet Bart. qñ
f immobilia relinquuntur [f] fratrib.mendicantibus,quorum ipsi
38 sunt incapaces,ꝙ valeat quo ad æstimationem.¶†Adde etiam facere,ꝙ si in testamento legantur vestes,quæ ex forma statuti sunt prohibitæ portari, tamen valet legatum ad hoc, vt æstimatio debeatur legatario,ex quo talis ꝓhibitio causatur absq; eius delicto.l.fideicom.§.si seruo.j.tit.2. Ita tenet Bal. in rub.C. de cond.ob turp.causam & in l. cũ te.in vlt.col. C.de don.ante nup.Lud.Rom.in l.multum ad fi.j.de verb.oblig.& Alex.hic, quamuis Bal.super hoc vltimo relinquat cogitandum in l.quãuis.in fin.ff.de aur.& arg.leg. Et tenendo istam partem,quæ est vera & communis,potes respondere ad iura alleg. per Rapha.
39 Cu.† ꝙ ex quo legatum fit contra dispositionem legis,cũ non producat naturalem etiam obligationem, ex eo nõ potest deberi æstimatio,quia potes dupliciter respondere. Primò,ꝙ statutum non resistit quo ad acquisitionem pretij,vel æstimationem,vt s.dixi.Secundò responde, ꝙ iura prædicta loquuntur in his,quæ habent perpetuam causam prohibitionis, quod nõ est hic,quia forensis posset effici ciuis.l.assumptio. ff. ad muni. Et si diceres, ꝙ obstaret regula Catonia.quia si facto testamento testator decessisset,statim ille reperitur forensis,& sic inhabilis legati, ergo non debet reconualescere,si postea efficiatur ci-
40 uis. † Respondetur,ꝙ regula Caton.non pertinet ad leges nouas.Ita dicit Iurisc.in l.fi.j.de reg. Caton.ex quo de eis non potuit in specie diuinare.arg.l.iubemus.ad fi.ff.de testa.& certe dictum Bart.non videtur posse saluari, referendo illud ad casum gl.prout facit continuatio verborum Bar.Sed dictum Bar.procederet clarè,si referatur ad text.huius l.sed si res. quando legatarius non habet commercium rei legatæ absque suo delicto, ꝙ tunc valeat legatum quo ad æstimationem. Exemplũ esset tunc planum in forense prohibito ex forma statuti acquirere immobilia, valeret enim legatum tũc quo ad æstimationem, & isto modo concordaret Bar.cum communi opin.¶Succes-
41 siuè per istum tex.decidunt Iac.de Are. Bart.Bald. & alij,† ꝙ si immobilia fuerint legata fratribus mendicãtibus,quorum ipsi sunt incapaces,vt in cle.exiui.de verb.sig. tamen legatum valebit quantum ad æstimationem,vt probatur in ista.l.sed si res.& in l.fideic.§.si seruo.vbi etiam hoc no.Bar.j.titu.2. Idem etiam tenet Bar.in tract.minoricarum.in 1.parte prin.in versi.sed quęro,& in 2.parte.versic.aliquando contingit. Idem not.Flor.in l. cætera.§.si duob.per illum tex.j.eo.quamuis ille tex. nõ videatur facere,respondendo,vt supra per Bar. Pro eadem parte facit,quod vult gl.in c.1.in versi. demum.de relig. domi.in 6.quę
g vult,ꝙ valet relictum factum [g] de immobili fratribus mendicantibus,vt vendant,& in eorum necessitatibus conuertant,& ita Bal.in l.cùm qõ.C.de lega.& in Auth.ingressi.in 7.col. C.de sacrosan.Eccl.do.Anto.in c.in præsentia.in versi. quintus casus. de proba.Lud.Ro.in l.Antistius.§.fin.ff.de acquir.hæred. Adde bene facere illud,quod vult Bal.in l.si qua mulier.in 3.col.C.de
42 sacrosan.Eccle. † quòd fratres mẽdicantes sunt incapaces immobilium,est verum quo ad tenendum,& possidendum, non autem quo ad vendendum. Ideo possunt accipere, & petere

bona

ADDITIONES.

a ¶Decimo no.Bar.in l.stipulationes non diuiduntur.in 4.col.de verb.ob. & in l.si filius.1.ff.de don.causa mor. PVRPV.

b ¶Quod esse iudæum.Adde,quòd glo.sunt contrariæ in l.multum. ff. de verb. oblig.& in supra proxi.l.apud Iulia.in §.1. & per Felin.in c. multorum, in 2. col.de iudæ.

c ¶Vel princeps.Adde Inno.in c.ꝙ super his.de voto. Abb.in c.1.de sagi.Oldr. consi.264.incip. videtur probabilior sententia.

† Idem in mercatorib.scribit Gerard.sing.59. BELLAC.

d ¶De iudæo. Adde Ancha.& Ioan.de Ana.in cap.2.de iudæ.Fallit si est ascriptus glebæ secundum Feli.in c.placuit.in fin.3.col.versi.& dicit.Pet.de Anch. de præscrip.

e ¶Immobili.Adde Bar.in l.multum.ff.de verb.obli.in l. placet,C. de sacrosan. Eccl.in l.si ita.in §.ea.l.ff.de verb.ob.Bald.in l.dudum. C.de contrah. emptio. Raph.Cu.in l.si rem. ff.de verb.obl.

f ¶Immobilia reliquuntur. Adde Io.de Lign.in cle.exiui.de verb.sig.

g ¶Relictum factum. Adde Bart.in repe.ru.de reb.eccle.non alienan.Bald.in l. seruos qui ad custodiam templi.ff.de alim.& cib.leg.Bar. in l.Lucius. in §.tres hæredes.ff.ad Treb.Ang.& Mod.in l.Stichum,aut Pamphilum.in §.stipu.ff.de verb.ob.Pet.de Anch.& Io.de Imo.in c.2.de test. Abb.in c.nimis. el 2.de excel.præla.Bar.in tract.de ali.Fed.de Sen.in consi.12.incip.fratres ꝓdicatores.

bona ingredientium religionem,non vt ea possideant,sed ven-
dant,& pretium conuertant in eorum necessitates.¶Sed aduer
te,ꝙ contra princip.decisio.Bar.& Doct.tenet Raph.Cu.hic ad
fi.motus,quia fratres mendicantes sunt prohibiti à iure,ergo vi
detur legatum non valere & quo ad æstimationem , per not.
per Bar.in l.1.in vlti.col.ff.de noua. Tu potes fortius confirma-
re,quia si vera esset decisio Bar.& Doct.fraudaretur dispositio.
d.cle.exiui.quæ irritat legata de rebus immobilibus fratrib.mi-
norib.Tamen ad fundamentum Raph. potest dupliciter respō
deri,ꝙ fratres mēdicantes sunt prohibiti, verum est quo ad ip-
sas res immobiles,sed non quo ad æstimationem in eorum ne-
cessitatem conuertendam. Secundò responde , ꝙ ex quo talis
prohibitio causatur non ob eorum delictum , & testator legās
est sciens,ideo æstimatio debetur,vt hac.l.sed si res.cū gl.magi-
43 stra. ¶ † In ea.glo.ibi,aut propter corporis vitium , & testator
scit,&c.Adde,ꝙ etiam isto casu,qn̄ testator ignorauit, debetur
æstimatio,si legatarius erat coniuncta persona : argumento. l.
cùm alienam.C.de leg.secundum Pet.de Bellap. Nic.de Neap.
44 Flo.Raph.& do.Alex.¶†Extra gl.quærit Bart.quid si relinqua-
tur res Ecclesiæ,nunquid valeat legatum quo ad hoc,vt debea
tur æstimatio? & concludit , ꝙ non potest esse in commercio
nostro,nisi cum magna difficultate,& ita tenet Inno.in c.filius.
de test. vbi videtur esse casus huius decisionis secundū intelle-
ctum Inno.idem tenent Pet.& Nico.de Neapo.hic, & gl.in c.si
Episcopus.12.q.5.& 12.qō.2.in summa. Pau.de Castr.in l.cùm
alienam. C.de leg.vr̄ tenere Bal.licèt non clarè firmet,in c.1.§.
donare.in tit.quali.olim feu.po.alie. Ista conclusio procedit in
re Ecclesiæ Romanæ, cuius dominium est apud Papam , sicut
hic dr̄ in rebus,quæ erant in dominio Imperatoris, vel Cæsaris
propter eandem rationem. Item, quia æquiparantur, vt dicit
glo.in summa.12.q.2.secus est in reb.inferiorum Ecclesiarum,
quæ possunt alienari sine auctoritate Papæ , si est de necessitate,
vel vtilitate.12.q.2.c.sine exceptione.c.2.de reb. Eccle.non alie.
in sexto Auth.hoc ius porrectum.C.de sacrosanct. Eccle.& sic
cùm sint in commercio, valet legatum saltem quo ad æstima-
tionem.Ita tenent Bald.Flo.Imo.Pau.de Castr.& alij Mod.hic,
Bal.in d.l.cùm alienam.Hostien.in d.c.filius.latè.d. Alex.in cōsi.
151.quod incipit,visis dicto themate vnà cū instrumento.in 6.
45 col.ad fi.& duobus seq.& est in 2.volu.consi.8. ¶ † Confirma-
tur,quia sicut valet legatum factum de fundo dotali,vel re mi
noris,quia quandocunque possunt alienari subsistente necessi-
tate,vel vtilitate,ergo idem est dicen.in re ecclesiastica , quæ si-
militer potest alienari. Præterea res Ecclesiarum inferiorū pos-
sunt mutari facta meliori conditione Ecclesiæ , vt in Auth. itē
sibi inuicem,& in Auth.sed permutare.C.de sacrosan.Eccle.&
not.12.q.2.in summa.ergo sunt in communi commercio. Ad
tex.in d.c.filius.responde dupliciter.primò,ꝙ tex.ibi non negat
æstimationem deberi , prout etiam ibi tenet Host. nam loqui-
tur de re ipsa legata, quæ erat tradita legatario , quam mandat
restitui Ecclesiæ.Secundò tex.ibi apertè dicit,ꝙ licèt de iure ci-
uili legatum rei alienæ factum à sciente valeat , tn̄ secus sit de
iure cano.siue sit Ecclesiæ,siue alterius.Et sic in hoc aliud dispo
nunt leges seculares , aliud canonicum ius, vt ibi cantat litera,
& ita tenet gl.in d.l.cùm alienam. Imo.& do.Abb.in d.c. filius.
Ludo.Rom.in repe.Auth.similiter.C.ad l.Fal.in 10.speciali piæ
causæ inter vltimas volun.do.Alex.hic, & in d.l. cùm alienam.
46 vbi retuli sex intellectus ad text.d.c.filius. ¶ † Secundò quærit
Bar.vtrum fundus dotalis possit legari, ita vt saltem debeatur
æstimatio.gl.in l.si dotalem.ff.de test.milit.tenet, ꝙ dotalis fun-
dus non sit in commercio,& ideo si legetur,non debeatur æsti-
matio.Sed illam ibi reprobat Bar.post Iaco.de Are.licèt hic ni-
hil clarè decidat,& idem Bar.in l.cùm lex.in 2.col. ff.de fideius.
Io.And.in c.cùm contingat.de iureiuran. & ibi Imo. in 23.col.
* qui refert *communiter teneri* contra illam gl.Bal.& Sal.in d.l.cùm
alienam.Bal.in repet.l.1.in 3.char.C.de sacrosan.Eccle.& in l.si
dotis.in 3.col.C.de iure dot.Imo.& alij Mod.hic, eo quia fun-
di dotalis non est prohibitū commercium , nec alienatio,licèt
fauore mulierum sit inductum,vt non possit alienari, & sic do
minium transferri.l.ita constante.& l.fi.C. de iure do.gl. & Bar.
in d.l.cùm lex. imò cum iuramento validatur alienatio facta
etiam à muliere.d.c.cum cōtingat. & c.licèt mulieres.de iure-
iur.in 6.¶Saluant tamen gl.in d.l.dotalem.Bald.Ang. & Raph.
Cuma.ibi.Bal.& Ang.in d.l.& si dotis.Saly.in d.l.cùm alienam.
Imo.& Mod.hic , quando ipse maritus legaret fundum dota-
lem alteri,quia videretur legare ius, quod habet in re dotali,da
to ꝙ extinguatur morte.l.vxor patrui.C.de leg.l.quod in rerū.
§.1.vbi dixi.s̄.eo. Ideo tunc non deberetur æstimatio. sed dicta
conclusio Doct.procedit, qn̄ extraneus legasset fundum dota-
47 lem alteri,tunc bene deberetur æstimatio legatario. ¶†Tertiò
quærit Bart.quid si legetur res minoris? & tenet, ꝙ valet lega-
tum, vt debeatur æstimatio , quia illa bene est in commercio,
licèt nō in præiudiciū minoris.l.& si is.C.de præd. min.iuncta.l
lex quæ tutores.C.de admi.tut.not.glo.& Doct.in d.l.cùm lex.
¶Item res minoris possunt alienari cum auctori.tut. & decre-
to iudi.l.magis puto.§.non passim.& per totum titu. ff. de reb.
eorum.ergo nō est exempta à communi commercio. Pro ista
conclusione Bar.quæ est vera,& omnes sequuntur, dicit Aret.
se dare casum no.in d.l.magis puto.§. si fundus legatus.in 2.re-
sponso.vbi si testator legat fundum pupilli hæredis instituti,ille
fundus non potest solui legatario,nisi causa cognita,& interue-
niente prætore , ergo datur intelligi, quomodo legatum factū
de re pupilli valet , & tenet ; etiam si intercedente auctoritate
non posset solui,quia prætor nō potest interponere decretum
in dona.rei minoris.l.fi.in fi.C.si maior fac.alien.sine decre.rat.
hab.& est melior tex.in l.non solùm.C.de præd.min. ¶Tu ad-
uerte,quia potes dicere , ꝙ in d.§. si fundus legatus.illud ibi sit,
quia pupillus,cuius res legabatur,fuit institutus hęres à testato-
re , vnde testator pōt disponere de re hæredis sicut de sua pro-
pria.l.vnum ex familia.§.si rem.j̄.titu.1.& valet tunc legatum
quo ad ipsam rem , nec ibi tunc quæritur de æstimatione , de
qua loquuntur Docto.hic. Et isto modo posset ille tex. potius
retorqueri ad oppositum , nam si tex. ille loqueretur, quando
pupillus non fuit hæres institutus, tunc ille tex. bene faceret.

### *SVMMARIVM.*

1 *Corporalia,& incorporalia, quę sunt in commercio nostro , legari possunt.*
*Ius agnationis,& libertas propriè legari non poßunt.*
2 *Edictum de legatis debet censeri prohibitorium certarum rerum.*
*Edictum de testamentis est prohibitorium certarum personarum.*
3 *Legari poßunt omnia, nisi reperiantur expressè prohibita.*
4 *Dubium non dicitur esse id, de quo est regula iuris.*
*Iudicandum est pro regula iuris,nisi de fallentia doceatur.*
5 *Affixa ædibus legari non poßunt,nec in contractum deduci, valet tamē legatum quo ad ęstimationem.nu.15.& 17.*
6 *Affixa ædibus,quę sine deformitate amoueri possunt,legari possunt.*
7 *Affixa ædificio illicitè facto legari poßunt.*
*Affixa paruę domunculę legari possunt.*
*Affixa ędibus legari possunt ad opus Reipublicę.*
8 *Legatum nullum propter qualitatem rei legatę non confirmatur prohibente regula Catoniana.*
*Alios casus, in quibus habet locum regula Catoniana videas remissiuè.*
9 *Regula Catoniana quòd habet locum etiam in legatis,quæ non sunt omnino inutilia.*
10 *Res affixæ ædibus legari possunt sub conditione.*
*Res,quę non sunt in communi commercio de pręsenti, legari possunt sub conditione.*
11 *Expectare , quòd iniunctum ędibus separetur ab eis, non est triste , & iniustum.*
12 *Prohibitum fieri purè,non prohibetur fieri sub conditione.*
13 *Res mea potest mihi legari, vel promitti sub conditione.*
14 *Regula Catoniana non habet locum in legatis conditionalibus , & rationem vide nu.21.*
16 *Res,quę non est in communi commercio de per se , sed cum alia si legetur, debetur ęstimatio.*
18 *In casu huius tex.an res ipsa legata, vel ęstimatio sit in obligatione.*
19 *Constitutum liberat venditorem ab actione ex empto.*
20 *Regula Caton.non habet locum in substitutionibus, quia sunt conditionales institutiones.*
22 *Testator quando apponit conditionem,vult quòd inspiciatur tempus futurum,non tempus testamenti.*
*Tria tempora inspiciuntur in institutionibus conditionalibus, scilicet testamenti,mortis testatoris, & aditionis hæreditatis.*
23 *Dictio hoc amplius, repetit totam dispositionem pręcedentem.*

### LEX XLII.

1 CÆtera. ¶†Regulariter omnia possunt legari siue corporalia,siue incorporalia,nisi illa,quę sunt ædibus affixa,& res propriæ legatarij, in quib.legatum non reconualescit , licèt postea ab ædib.separentur, vel desinant esse legatarij : nisi fuerit legatum conditionale,& pendente conditione separentur, vel desinant esse propriæ legatarij h.d.totus tex.vsque ad. §. item quæri potest.Et habet quatuor partes prin. Secunda ibi,sed ea quæ ædibus.Tertia ibi,tractari tamen poterit. Quarta,& vltima est ibi, sed si sub conditione legetur. ¶Not.primò, ꝙ regulariter omnia, & corporalia,& incorporalia possūt legari , hoc intelligit si sunt in commercio nostro,secundum distinctionem.l.Idem Iulianus.§.fin.s̄.eo.Et ideo secundum Bar. ius agnationis, & libertas propriè non possunt legari, quia non sunt in cōmercio.

l.ius

l.ius autem agnationis.ff.de pac.& l.iura ſanguinis.ff.de reg.iur.
2 ¶†Secundò ex hoc tex.potes notare, ꝙ illud edictum de lega.
debet cenſeri prohibitorium certarum rerum, quæ legari non
poſſunt, ſicut eſt prohibitorium certarum perſonarum, quib.
legari non poteſt, quas enumerat gl.magiſtra.in §.legari. Inſtit.
de leg. Regulariter ergo omnes res, quæ non ſunt prohibitæ,
cenſentur permiſſæ legari. Sic eſt in edicto de teſtib. quod eſt
prohibitorium certarum perſonarum. omnes ergo perſonæ,
quæ non reperiuntur prohibitæ, cenſentur permiſſæ ad teſtifi-
can. l.quoniam multi.in fi.& ibi gl.ad hoc not. C.de hære.& in
l.1.in prin.ff.de teſti. Sic etiam edictum de teſtamentis eſt pro-
hibitorium certarum perſonarum, vnde omnis perſona, quæ
non ſit ſpecialiter prohibita, poteſt teſtari. glo.& ibi Bart.in l.ſi
quæramus.ff.de teſta.do.Abb.in rub.extra de teſta.in 1.col. Sic
etiam eſt in edicto de matrimonio contrahen.tex.eſt in c.cum
apud.& ibi gl.de ſpon.& matri. Idem in edicto de procurato-
rib.text.eſt in l.mutus.§.1.ff.de procur.& idem in caſib.ſimilib.
3 ¶† Tertiò not.ꝙ omnia videntur eſſe de genere permiſſorum
quo ad legandum, niſi ſpecialiter reperiãtur prohibita. Ex quo
correlariè no.ꝙ qui vult dicere rem eſſe prohibitam legari, de-
bet hoc probare, quia regula eſt in contrarium. ſufficit.n.habe-
a re regulam pro ſe, [a] & qui vult dicere eſſe exceptionem in ꝯ̃-
rium, debet probare.l.ab ea parte.ff.de proba.l.ſuus quoque.in
ver.puto.ff.de hær.inſti.in c.ad decimas. de reſti.ſpol. in 6.c. ve-
nerabilis.§.poteſt quoque.de ſenten.excom.in 6. Bart.in l.2.ff.ſi
quis in ius voc.non ie.in 1.col.circa fin. Alibi dicit not.Bart.in l.
4 quoties.ff.ſi quis cau.† ꝙ non dicitur eſſe dubium, de quo eſt re
gula iuris, licèt ſint aliqui caſus excepti, niſi de illis ſpecialib.ca-
ſibus probetur. Item ſemper eſt pro regula pronunciandum,
niſi de fallentia, vel caſu ſpeciali probetur, ſecundum Bal.in l.ſi
tutor.in fi.C.de ſer.pig.da.ma.& in c.1.in 3.col.de alie.iudi.mu.
cau.fac. Alb.de Roſ.in 2.parte ſtatutorum.q. 159. quæ incipit,
5 ſi ex forma ſtatuti eligantur cuſtodes, &c.¶†Quartò no.in ver.
ſed ea quæ, ꝙ affixa ædib. non poſſunt purè legari, ſicut nec in
alium contractum deduci propter prohibitionem Senatuſcõ.
vt hic, & l.Senatus.ff.de contrahen.empt. Ratio huius prohibi-
tionis eſt, ne inducatur deformitas ædium, & in conſequentiã
deformitas vrbis.l.2.C.de ædific.priua. Facit.l.prætor.§. hoc in-
6 terdictum.ff.de oper.nou.nun. † Hinc infertur, ꝙ vbi tales res
affixæ poſſent amoueri abſq; deformatione ædium, bene poſ-
ſunt tunc legari.text.eſt valde notabilis, & ſignandus in l.nutu.
§.fi.ĵ.de leg.3.quem tex.ad hoc reputat ſing. Imo.in §.ſed ſi pa-
rauerit.ĵ.ea.l.facit.l.Marcellus.ſm intellectum gl.ibi. ff.de don.
7 inter vir.& vxo. Secundò limita, † qñ ædificium eſſet illicitè fa-
ctum, tunc affixa talibus ædibus poſſunt legari, quia non repu-
tatur ædificium, quod non eſt duraturum. Ita eſt tex.qui hanc
rationem aſſignat, in l.fideicommiſſa.§.ſi quis illicitè.ĵ.de leg.3.
Tertiò limita in affixis paruæ domunculæ, quia bene poſſunt
legari.text.eſt ſingularis in l.Senatus.§.Marcellus. vbi dicetur.ĵ.
eo.quaſi de minimis non curet prætor, l.ſcio.ff.de in integ.reſti.
Bar.in l.ſi proprietarius.in prin.ff.de dam. infec. Quartò limita,
quando affixa ædib.legarẽtur ad opus Reipublicæ facien. quia
tunc propter vtilitatem publi.valet legatum.tex.eſt in §. ſed &
8 ſi quis ad opus.ĵ.ea.l. ¶†Quintò no.in ver. tractari.duos caſus,
in quibus habet locum regula Catonia.& ſic illud, quod à prin.
non valet, etiam ceſſante impedimento non confirmatur. Pri-
mus, quando erat legatum à principio nullum propter quali-
tatem rei legatæ tantum, quia erat affixa ædibus. Secundus, qñ
mixta conſideratione rei legatæ, & perſonæ legatarij, vt quia
erat res propria legatarij.poterat.n.cuicunque alteri legari, ſed
non dño. Item iſte erat capax alterius legati, ſed non iſtius de re
ſua propria. Quatuor alios caſus, in quibus habet locum regu-
la Catonia.proſequitur Bar.poſt Dyn.in l.1.ff.de reg.Caton.de
9 quib.hic aliquid per Pau.de Caſtr.& Are.¶† Sextò not.ex iſto
tex.ꝙ reg.Cato.habet locum etiã in legatis, quæ non ſunt om-
nino inutilia.patet in hoc tex. Nam iſtud legatũ de affixis ædib.
ſaltem valet, vt debeatur æſtimatio.tex.in §. ſi duob.ĵ.ead.l.te-
net gl.3.hic. Sed tu dic ſatis eſſe, ꝙ legatum nullum ſit ratione
rei legatæ, vt reg.Cato.locum habeat: patet, quia quo ad ipſam
rem legatam, quod à prin.eſt inutile, poſtea non reconualeſcit.
10 de quo.ĵ.dicetur.¶†Septimò not.in ver. ſed ſi ſub conditione,
ꝙ res affixæ ædib.poſſunt legari ſub conditione, quod videtur
durum ſecundum Rapha.hic, quia natura rei repugnare vide-
tur. Et ex hoc tu prouecte habes correlariè tria notare. Primũ,
ꝙ ea, quæ non ſunt in communi commercio de præſenti, licèt
non poſſint legari purè, poſſunt tamen legari ſub conditione,
quia poterit eſſe, ꝙ tempore, quo purificabitur conditio, ceſ-
11 ſabit impedimentum. Secundò, † & not.habes elicere, ꝙ non
eſt triſtis, vel iniuſta expectatio, ꝙ illud, quod eſt iniunctum
ædibus, ſeparetur ab eis. iſtud patet, nam ſi eſſet turpis expe-
ctatio, ſicut ꝙ liber homo poſſit fieri ſeruus, vel res ſacra poſſit
fieri prophana, non eſſet habenda in conſideratione, quia triſtis
euentus non eſt conſiderabilis. l. inter ſtipulantem. §.ſacram.ĵ.
de verb.obli. Ratio eſt, quia iſta ſeparatio poterit fieri legitimè
ex multis cauſis, puta, vt transferatur in alias ædes eiuſdem do
mini, vel propter opus publicum, vt §.ſed & ſi quis.ĵ.ea.l. & ſic
eſt hic diuerſa ratio à d.§.ſacram.prout etiam tenet Raph.hic.
12 Tertiò habes colligere, † ꝙ illud, quod prohibetur fieri purè,
non prohibetur fieri ſub conditione, quamuis illud, quod non
poteſt fieri per viã puræ, & ſimplicis diſpoſitionis, nõ poſſit ẽt
fieri per viã pęnalis diſpoſitionis.l.Seius & Augerius.ĵ.ad l.Falc.
l.nõ dubium.C.de legi.niſi ſit diuerſa ratio.l.ſtipu.iſta.§.alteri.ff.
de verb.ob.declarat not.Bar.in d.l.non dubium. in 13.oppo &
13 Bar.in l.ita ſtip.in 12.opp.2.partis.ff.de verb.obl. ¶†Octauò not.
ex tex.ꝙ quamuis res mea non poſſit mihi legari, vel promitti
purè.l.proprias.C.de leg.l.apud Iuli. aliàs incipit, Aphricanus.
§.ſi Titius.s̃.eo. tamen bene poteſt legari, & promitti ſub con-
ditione, vt hic, & l.exiſtimo.& l. ſi rem meam. ff.de verb.oblig.
14 ¶†Nonò no.ex.fine text. ꝙ regula Caton.non habet locum in
legatis conditionalibus, vt hic, & l.pen.ĵ.de reg.Caton. quæ au-
tem ſit ratio. ĵ. dicetur. quædam alia not. habes ex dictis.ĵ.per
15 Bar.quæ ſuo loco reſeruo.¶†Glo.in ver.non poſſunt.habes ſi-
militer ex iſta glo.ꝙ licèt legatum rei affixæ ædibus non valeat
quo ad ipſam rem, valet tamen quo ad ęſtimationem. Et cum
* iſta limitatione, & declaratione gl. *tranſeunt omnes*. Ex qua con-
16 cluſione habes, † ꝙ quando legatur res, quæ nõ eſt in commu-
ni commercio de per ſe, ſed cum alia re, debetur æſtimatio, vt
declarat Bar.in l.apud Iul.§.2.s̃.eo.aliàs incip. Aphricanus. Iſtã
cõem concluſionem gl. & Docto. impugnat ſubtiliter Raph.
hic, & latius in §.ſi duobus.ĵ.ea.l. Primò, per tex.in l.nutu.§.fi.in
ver.nulla æſtimationis facta mentione.ĵ.de lega.3. vbi quando
ſunt res legatæ, quæ non poſſunt ſeparari ſine iniuria domus,
videtur ex generalitate illius tex.ꝙ nec æſtimatio etiam debea-
tur, & iſte caſus includitur in dictione eo tantummodo, ibi po
ſita. Et ſi ille text.intelligeretur, ꝙ non haberetur ratio æſtima-
tionis ſolùm, qñ poſſunt ſeparari, fruſtra illud de æſtimatione
ibi adijceretur.non enim dubium eſt, ꝙ ſi ipſæ res debentur, ꝙ
æſtimatio pręſtari non debet. Secundò allegat tex.in l.Senatus.
in prin.ĵ.eo.vbi ſi res non erat affixa tempore mortis teſtatoris,
hæres tenetur ad æſtimationem, ergo vult, ꝙ ſi eſſent affixæ tẽ-
pore mortis teſtatoris, ꝙ tunc non deberetur æſtimatio. Tertiò
mouetur, quia qñ teſtator legat ſcienter res affixas, facit contra
legis prohibitionẽ, vt hoc tex. ergo nulla obligatio poteſt cau-
ſari etiam quo ad æſtimationem, per l.non dubium. C.de leg.
& l.cùm lex.ff.de fideiuſ. Ad text.d.§.ſi duob. in quo ſe fundat
Bar.& Doct.reſpondet, ꝙ ille tex.potius facit ꝯ̃ Doctores, quia
loquitur in duob.caſib.ſpecialib.in quib.erat dubium, an perti-
nerent ad diſpoſitionem Senatuſcon. quia videbatur fieri trãſ-
miſſio de domo vnius ad aliam domum eiuſdem, & tunc di-
cit tex.tutius eſſe deberi æſtimationem. ergo ſi eſſemus in caſu
claro, ꝙ legatur contra diſpoſitionem Senatuſcon. certè non
deberetur etiam æſtimatio.¶Tu pondera, ꝙ cùm tex.ibi dicat,
ſed melius eſt in vtroque caſu deberi æſtimationem. dicendo
ergo in vtroq; caſu, oſtendit, ꝙ regulariter non debeatur æſti-
matio, qñ legantur affixa ædib. ¶Vltra eum poteſt quartò ad-
duci iſte tex.qui æquiparat legatum rei affixæ ædibus, & legatũ
factum de re propria legatarij, ſed ſic eſt, ꝙ legatum factum de
re propria non valet, & quo ad hoc, vt debeatur æſtimatio.tex.
eſt in §.ſed ſi rem. Inſti.de lega.ergo etiam non debebitur æſti-
matio, quando legantur res affixæ ædib. ¶Quintò ſtringit tex.
in §.fi.ĵ.ea.l.cum l.ſeq. & prin. ſeq. vbi ſi teſtator legat marmo-
ra, & columnas, quæ non ſunt affixæ ædibus (& ſic legatum à
prin.valebat) ſi poſtea teſtator viuens illas ædibus affigat, lega-
tum in totum corruit. ſed ſi hæres eius affigat, valet legatum
quo ad æſtimationem, ergo apparet clarè in illo tex.ꝙ quando
teſtator vſque ab initio legat res affixas ædibus, ꝙ legatum non
valet etiam quo ad æſtimationem.¶Sed ad idem facit tex.in l.
filiusfa.§.ſi quid alicui.ĵ.eod. vbi ſi relinquitur aliquid alicui, ꝙ
non poſſit nec ipſe, nec alius habere, tunc non debetur æſtima-
tio.ſecus ſi ipſe impediatur habere, tamen ſi eſſet in communi
commercio aliorum, tunc bene debetur æſtimatio. Et iſta opi-
nio Rapha. Commen. contra communem ſententiam poſſet
diſpu-

A D D I T I O.

a ¶Regulam pro ſe, Adde Bal.in l.1.in 3.col.de ali.iu. mu.cau.fac.
† Dec.in c.ſicut.col.2.num.3.de proba.& dic, ꝙ potior eſt cauſa eius, pro quo eſt regula, q̃a aduerſarius neceſſe habet ꝓbare fallentiã. ita no.Iaſ.in l.in illa ſtipulatione.col.5.de verb.oblig.& fac.quæ ſcribit Alex.conſi.138.num.11.lib.6.vbi quòd qui ſe fundat in fallentia, & exceptione, illam probare debet, & habens reg.transfert onus probandi in aduerſarium, vt not. Gozad.conſi.50.col.2.nu.10.Alex.conſ.79.nu.5.lib.7.qua in materia plura no.Aym.conſi.165.nu.8.Nat.cõſ.199.col.5.Dec.cõſ.401.col.2.517.col.2. MASVER.

dispútando optimè defendi, & ea retenta ceſſaret difficultas,
quam infra mouet Bart. de l.apud Iulia. aliàs incipit Aphrica-
nus.§.ſi Titius.ſ.eo. & non bene reſpondet. Sed non recedas à
communi opinio.gl.& Doct.quam etiam tenet d. Alex.in §.1.
ĵ.ea.l. ¶Pro communi ſententia facit optimè argumentatio à
ceſſante ratione prohibitionis. l. adigere.§. quamuis. ff. de iure
patron.l.quod dictum.ff.de pact. Ideo enim Senatuſcōſultum
prohibet res affixas ædibus poſſe legari propter deformitatem
ædium,& ſic vrbis,prout dixi in tex.ſed iſta ratio ceſſat in æſti-
matione,quia ex prꝗſtatione æſtimationis non ſequitur aliqua
deformitas ædium. Secundò facit text.in l.ſi quis inquilinos in
prin.ſecundum verum intellectum glo. & Doct.ibi.ĵ.eo.vbi ſi
legantur ſerui aſcripti prædio,quamuis lex expreſsè prohibeat
tales ſeruos de per ſe alienari ſine prædio.l.quemadmodum.C.
de agri. & cenſi. lib.11. debetur tamen æſtimatio, quia alienari
poſſunt cum ipſo prædio, ergo ita etiam debet deberi æſtima-
tio,quando legantur affixa ædibus, ex quo alienari poſſunt cū
ipſis ædibus,vt eſt tex.in §.ſequenti.& declarat Bart.in d.l.apud
Iulianum.aliàs incip.Aphricanus.§.fi.ſ.eod.¶Tertiò pro com-
muni poteſt retorqueri contra Rapha.tex. quem ipſe ad oppo
ſitum adducit in d.l.nutu.§.fin.vbi ſi legantur res affixæ ædibus,
quæ ſine iniuria domus auferri poſſunt, dicitur ibi, ꝙ ipſę res
ſunt præſtandæ nulla facta mentione æſtimationis, ergo vult à
contrario ſenſu,ꝙ ſi tales res non poſſunt legari ſine iniuria do-
mus,ꝙ iſto caſu non debeantur ipſæ res,ſed debeat tunc habe-
ri mentio æſtimationis. ¶Nec obſt.aliud fundamētum Raph.
ꝙ quando teſtator ſcienter legat affixa ædibus, facit contra di-
ſpoſitionem legis. Reſpondetur negando, quia lex benę pro-
hibet res,ſed non æſtimationem. patet, quia ceſſat ratio defor-
mitatis ædium,vt dixi.¶Nō obſt.æquiparatio, quam facit iſte
tex.quando legantur res affixæ,& qn̄ res mea propria. Reſpon-
detur,ꝙ iſta æquiparatio fit reſpectu ipſius rei,& reſpectu regu
læ Catonianæ,vt quemadmodum legatum factum de re pro-
pria legatarij non reconualeſcit, quamuis poſtea deſinat eſſe
mea,idem in legato rerum,quæ ſunt affixæ ædibus,ſed quo ad
alia differūt,præſertim reſpectu æſtimationis,patet in §.ſi duo-
bus. ĵ ea.l.iūcto.d.§.ſed ſi rem.Inſti.de leg.Et ſi diceres fortè vr-
gendo,quæ erit ratio diuerſitatis, ꝙ ſi legatur res propria lega-
tario non debetur etiam æſtimatio.d.§.ſed ſi rem. & tn̄ ſi lega-
tur res iuncta ædibus,debetur æſtimatio, ſm̄ communem opi.
cur diuerſum? Poſſet reſponderi,quia vr̄ magis impoſſibile,ꝙ
res, quæ eſt mea propria,per legatum efficiatur amplius mea,
& propter hoc in totum legatum nihil valet. ita dicit text.in d.
§.ſed ſi rem.ꝙ ſit dare rem iniunctam ædibus, præſertim cùm
in multis caſibus valeat,vt dixi in notabilib. ¶Non obſt.aliud,
quod vr̄ fortius ſtringere,videlicet tex. in §.fin.ĵ.ea.l. & l. ſeq.in
princi. Rn̄de, ꝙ ibi teſtator affigendo marmora,vel columnas
ædib.quas prius legauerat,dum eſſent ſeparatæ; vr̄ ex tali actu
reuocare legatum, vnde nimirum ſi non debetur etiam æſti-
matio, quaſi teſtator videatur reuocaſſe voluntatem ſuam, q̃
prius habuerat in legando.arg.l.fideicom.§.ſi rem.ĵ.tit.2. ¶Sed
qn̄ hæres ipſe affigit,ideo debetur æſtimatio, quia factum hæ-
redis non potuit præiudicare legatario. l. is qui fundum. ff. de
vſufr.leg.ſaltem quin debeatur æſtimatio,& iſta eſt optima ra-
tio diuerſitatis ad illum text.¶In gl.in verbo alienata. Reſpon-
de melius,vt per gl.& Bar.in d.l.1.ff.de reg.Cato. ¶Gl.in ver.pu
17 rum.Bar.fortiter opponit contra tex.† ꝙ ex quo iſtud legatum
factum de rebus affixis domui, non eſt ab initio inutile, cùm
* valeat quo ad æſtimationem, prout tenet gl. *communiter appro-*
*bata* in ver.non poſſe.vbi dixi, ergo ex poſtfacto ceſſante impe-
dimento debet cōfirmari legatum quo ad ipſam rem.d.l.apud
Iulia.aliàs incipit Aphricanus.§. ſi Titius.ſ.eo. Et reſpondet,ꝙ
ibi res erat in legato,quia fingitur breui manu tradita teſtatori,
18 & ſic ſaltem attenta fictione res fingitur eſſe in legato.hic † ve-
rò nō ipſa res,ſed æſtimatio eſt in obligatione,patet, quia ſi res
eſſet in obligatione,certè ſeparatis rebus ab ipſa domo,ipſæ res
deberentur,quod eſt cōtra iſtum tex.Ideo neceſſariò ſequitur,
ꝙ res non eſt in obligatione,ſed æſtimatio.Sed iſta ſol. Bar.,ꝑut
etiam ibi latius dixi, non poteſt ſtare, quia ſi ibi fingeretur res
tradita per legatarium teſtatori,ergo per talem traditionē fuiſ-
19 ſet liberatus ab actione † ex empto, quia etiam per actum fi-
ctum,puta per cōſtitutum liberatur venditor ab obligatione,
vt eſt glo.no.in l.ab emptione.quam Bar. ibi multum not.ff.de
pac.& tamen tex.in d.§.ſi Titius.vult,quòd legatario competat
actio, vt liberetur ab actione ex contractu. Aliter reſpondet
Aret.hic,ſed nec ſua ſol.ſatisfacit.Vnde potes dicere,ꝙ hæc res
affixa ædibus erat legata, & incontinenti legatum vitiatur pro-
pter prohibitionem Senatuſcō. Et ideo licèt poſtea res deſinat
eſſe affixa ædibus,tamen non reconualeſcit legatum in ipſa re,
impediente regula Catoniana, ſed in d.§. ſi Titius.res ipſa non
erat à prin.legata,ſed quid eſſet in legato,futurus declarat euē-
tus,vt ibi etiam declarat Bart. & Doct. ideo nimirum ſi poteſt
validari legatum in ipſa re.De quo tamen dic,vt ibi dixi. ¶Gl.
fi.in fi.iſtam glo.reprobant Bar.& Doct.& bene per tex.in l.1.§.
fin.ff.de regula Catonia.& per l.hęredem.ĵ.tit.1.allegatam in
20 gl.¶†Extra gl.quærit Bar.quare regula Catonia.non habeat lo-
cum in legatis conditionalibus.Et reſpondet,quia ex quo teſta
tor appoſuit conditionem,noluit,ꝙ inſpiceretur tempus teſta
menti,ſed aliud tempus futurum. Et iſtam rationem ponit gl.
in l.poteſt quis.& in l.in tempus.ff.de here.inſti. & Bart.in l.1.in
* vlt.col.ff.de reg.Catonia.& *omnes hic* ſequuntur,qui nihil addūt.
Facit,quod vult Bald.in l.in teſtamento.in 9.q. C. de teſta.milit.
21 †ꝙ regula Catonia.non habet locum in ſubſtitutionibus,quia
ſunt conditionales inſtitutiones.l. in ratione.§. qđ vulgò. ff.ad
22 l.Falc.No.iſtam regulam Bar.& Doct.† ꝙ teſtator apponendo
conditionem nō vult inſpici tempus teſtamenti, ſed futurum.
Et circa iſtam regulam nihil ſcribunt Docto.Tu adde pro hac
regula tex.in §.qa vero hactenus.in Auth. de nupt.colla.4.& in
l.eum qui poſt.cum gl.in ver.condi.ff.de condi.& demon.Bar.
in l.ex facto.in prin.2.col.ff.de vulga.& pupil. & in l.ſi alienum.
§.extranei.ff.de hęre.inſtit.circa fin.per d.l.in tempus. Bal. in l.3.
ad fi.C.de actio.empti. Sed contrarium videtur tenere Barto.ſi
bene inſpexeris,in l.ſi is qui hęres.ff.de vulga. & pupil. & ibi ex-
preſsè ponderat Arc.vbi etiam in inſtitutionibus conditionali-
bus vult debere attendi tria tempora,de quib.in l. ſi alienum.§.
in extraneis.ff.de hęre.inſti.ſ.tempus teſtamenti, mortis teſtato
ris,& aditionis hęreditatis. ergo vult ibi Bart. ꝙ in diſpoſitione
conditionali attendatur tempus teſtamenti,& non tempus fu-
turum tantum,vt hic dicit. Sed tu dic, ꝙ Bart.ibi loquitur de
conditione intrinſeca, quæ tacitè ineſt in ſubſtitutione, etiam
ſi non exprimatur à teſtatore.l.qui liberis.in prin. ff.de vulga.&
pup.ſed Bar.hic,& in locis pręalleg. loquitur in conditione ex-
preſſa appoſita à teſtatore. Secundò adde, ꝙ contra regulam
Bar.& Docto.hic, & in locis præalleg.ſtringit tex.ineuitabilis in
d.l.ſi alienum.§.in extraneis.vbi tex.apertè vult, ꝙ etiam in in-
ſtitutione conditionali appoſita à teſtatore inſpiciantur tria tē-
pora,& ſic tempus teſtamenti,per quem tex. contra Bart.tenet
Io.de Imo.in l.2.in prin.in 2.col.ff.de vulga.& pup. & ibi latius
Aret.in 3.& 5.col.Et ille tex.videtur in duob.locis ſtringere.pri-
mò,quia poſtquam poſuit in inſtitutione pura, poſtea ſubiun-
git,& hoc amplius,& cùm adit hæreditatem ſiue purè,ſiue ſub
conditione ſit inſtitutus,& ſic vult, ꝙ ita in inſtitutione condi-
tionali ſicut pura debeant attendi tria tempora,& ſic etiā tem-
23 pus teſtamenti:& corroborat, † quia dictio hoc amplius,repe
tit totam diſpoſitionem præcedentem, vt probatur in l. ſi cui
purè.ĵ.de leg.3.Secundò ſtringit ille tex.in fi.dum dicit, ꝙ tem-
pus medium inter teſtamentum, & implementum conditio-
nis inſtitutionis nō nocet. Et ſtatim ſubiungit,quia vt diximus,
tria tempora debent inſpici, ergo manifeſtè vult, ꝙ etiam in
inſtitutione conditionali attendatur tempus teſtamenti, & nō
ſolùm tempus futurum,contra Bar. & Doct.hic.

*S V M M A R I V M.*

1 *Iniuncta domui meæ extrahere poßum, & transferre in aliam domum meam.*
2 *Diſcoperire vnum altare, & aliud cooperire, non licèt.*
3 *Permittitur aliquid ratione coniuncti dominij, quod non permitteretur ratione ſeparati.*
*Iniuncta domui meæ in ciuitate non poſſum extrahere, & transferre in domum,quam habeo in villa.*
4 *Exportare iniuncta domui communi, & transferre in domum meam, non poſſum.*
*Hęc lex,quæ loquitur in re mea, non habet locum in re communi.*
5 *Dominus pro parte dicitur verè, & propriè dominus.*
*Res communis propriè dicitur mea, intellige fictè.nu.8.*
6 *Verbum eſt,importat veritatem, & quando.*
7 *Arguere non licèt ex his,quæ ponuntur ex forma quęſtionis,vel dubij, quando tex. poſtea decidit contrarium.*
9 *Statutum,quod tranſiens per territorium talis loci teneatur ſoluere gabellam,non habet locum in tranſeunte per locum communem.*
*Fictio non habet locum in ſtatutis.*
10 *Quod fieri non poteſt per viam legati, non poteſt fieri per indirectum via reſeruationis.*
11 *Reſeruatio vitiatur, & non vitiat.*
*Reſeruatio de bonis facta per ingredientem monaſterium non valet, licèt ingreßus teneat.*
12 *Legatum factum de rebus iniunctis domui,licèt non valeat, vt debeant remoueri,tamen valet, vt debeatur æſtimatio.*

## §.Item quæri poteſt.

Iniuncta ædib.poſ
ſunt transferri in
aliam

aliam domum, remanente eodem domino inſolidum vtriuſq; domus.ſecus ſi dominium mutetur etiam in parte, tunc enim ſola æſtimatio debetur.h.d. cum ſeq. vſque ad.§. ſed & ſi quis.
1 ¶†Not.primò ex hoc text.ꝙ poſſum de vna domo mea extrahere iniuncta,& transferre in aliam domum meam, quia licèt deformem aſpectum publicum in vna, tamen reformo in altera,& propter hoc toleratur ſecundum Pau.de Caſt.hic.¶Sed aduerte, quia text.in l.2.C.de ædific priu.dicit,ꝙ de vna domo mea licèt extrahere iniuncta ædibus, & in aliam domum meam transferre,dum tamen per hoc publicus non deformetur aſpe
2 ctus,ſicut etiam alibi dicitur vulgo,†ꝙ non licèt vnum altare diſcooprire, & cooprire aliud. l.aſſiduis.§.exceptis.& ibi Bar.in
3 3.no.C.qui po.in pign.ha.Bal.& alij in §.ſed & ſi qs ſ.ea.l.¶†Secundò not.ex hoc text. ſecundum Bald. Flo.& Imo. ꝙ aliquid permittitur ratione coniuncti dominij, qđ aliàs non permitteretur ratione ſeparati. Et pcedit iſte tex. ſiue ambæ domus ſint in eadem ciuitate,vt hic,ſiue in diuerſis, vt in §. ſed & ſi quis.ſ. ea.l.non tñ licèt de domo, quam habeo in ciuitate, extrahere marmora,vel affixa ornamenta,vt illa transferam in domum, quam habeo in villa.l.ſi quis poſt hanc.C.de ædifi.priua. Sed ſ.
4 in l.Senatus.§.Marcellus.vbi dicetur.ſ.eo.¶†Tertio not.in verſi duobus,ꝙ nõ eſt mihi licitum exportare de domo cõmuni, & traſferre in domum meam propriam,quod liceret,ſi ambæ eſſent meæ inſolidum, vt hic, & d.l.ſi quis poſt hanc. & ſic diſpoſitio l.noſtræ: quæ fit de re noſtra, non procedit in re communi,& ſic in qua habeo partem dominij,de quo in l.ſerui electione.§.1.ſ.eo.¶Quartò diligenter not.text.ibi, quia dominus
5 eſt vtriuſque legatarius. hic clarè probari ſecundum Arc.† ꝙ pro parte dominus,dicatur verè,& propriè dominus totius, & ſic ꝙ res communis dicatur propriè mea. Iſtud ſignificat ver-
6 bum dominus eſt.nam illud † verbum eſt,importat veritatem ſecundum doctrin.Bar.in l.ſi maritus.§.legis.ff.de adulte.¶Alij nihil tangunt.Tu potes dupliciter dicere.Primò,prout egregiè dicit Bal.in l.quæ fortuitis.in 4.col.C.de pign.act. ꝙ illud, quod dicitur,ꝙ verbum ſum, es,eſt,importat veritatem,quia demõſtrat ſubſtantiam, eſt verum, quando poteſt veritas denotari. ſecus ſi non poteſt,& ponit exemplum: dictat ſtatutum,quod Florentini ſint originarij ciues Perusini.nam exponitur ſint,id eſt fingantur, & non poteſt auctoritas ſtatuentium remouere veritatem naturalem à ſubiecto.l.1.& 2.ff.de vſufruc.ea.re.quæ vſu conſu.Et iſto modo verbum eſt, non ſtaret propriè in hoc text.ſed impropriaretur, & quia propter hoc fortè iſta ſolutio non placeret. Ideo reſponde ſecundo modo,& notabilius retorquendo iſtum text.contra Arc. Nam pondera,ꝙ text.vtitur iſtis verbis,dum ponit rationem dubitandi,& quæſtionem ibi, non malè agitabitur,an valeat, quia dominus eſt vtriuſque legatarius.non autem iſtud dicit tex.in deciſione,imò contrarium
7 decidit.Vnde ſuccedit regula,† ꝙ ex his,quæ ponuntur ex forma quæſtionis vel dubij, non eſt licitum arguere, quando poſtea tex.decidit contrarium,per doct. glo. in c.auditis.in ver.ex poſt facto.de electio.& glo.in l.vnica.in 3.lect. C.quan non peten.par. & ibi multas concord.alleg. & probatur in l.illam, in ver.nepotibus.& ibi ponderat Bart.C.de colla.Et ex hoc potes etiam vltra dicere,ꝙ gl.hic ſimiliter malè no.ex tex.dum dicit, dominum eum, qui eſt dñs pro parte. ex quo text. iſtud dicit proponendo quæſtionem,& referendo rationem dubitandi,& poſtea contrarium decidit text. Et patet,quia ſi eſſet dominus totius, non procederet text. quia tunc de vna domo in aliam,
8 quæ eſſet tota ſua,eſſet licitum transferre,vt dicit text. ¶†Item adde prædictis clarum eſſe,ꝙ illud,quod eſt commune,dicitur meum fictè,non verè,nec propriè.gl.eſt ordin.in l.id quod noſtrum.ff.de reg.iur.& probatur in l.illud.ff.de ritu nup.& in l.extraneo.§.1.ff.de qõ.& ita nõ. Bar. & Doct.in l.ſerui electione.§.
9 1.in fi.cum concor.ibi traditis.ſ.eo. ¶† Hinc eſt,ꝙ ſi ſtatutum diſponat,quòd tranſiens per territorium talis loci teneatur ſoluere certam gabellam.ſub pœna,nõ habet locum in tranſeunte per locum communem.Ita per plura no.decidit do. Abb.in conſil.84.in 2.vol. quod incipit diſponente ſtatuto errore talis. præſertim per illud,quia non eſt propriè meum,ſed per fictionem,quæ fictio non habet locum in ſtatutis,vt not. Bart.in l.3.
10 §.hæc verba.cum ſim.ff.de neg.geſt. ¶†Quintò no.in verſic.& quid ſi quis ꝙ illud,qđ non poteſt fieri directò per viam legati, non poteſt fieri per indirectum via reſeruationis.ſicut enim teſtator nõ potuiſſet directò iniungere legatario domus,vt eius marmoribus de domo legata illa præſtaret hæredi, ita non poteſt legare domum deductis, & reſeruatis marmoribus ipſi
11 hæredi.¶†Et ex hoc habes correlariè notare ex hoc text.ꝙ reſeruatio vitiatur,& non vitiat.vnde facit iſte tex. ſecundum Iac. de Are. Flo.Io.de Imo.do.Alex. & Arc.hic ad quæſtionem de
a ingrediente monaſterium,ª & reſeruante ſibi bona, ꝙ talis reſeruatio nihil valeat,nec propter hoc tñ vitietur ingreſſus. de quo arti.plenè per gl.Bar.Doct.in Auth.ingreſſi.vbi aliquando dixi.C.de ſacroſan.Eccl.& ibi diſputaui.per Doct.in c.fin.de condi.app.& in c.in preſentia de proba.¶Tu autem dic,ꝙ iſte tex.non facit ad iſtam.q.imò potius ad oppoſitum. patet,quia in iſto tex.iſta reſeruatio non omnino tollitur,imò valet in æſtimatione, vt dicit text.in fin.ergo ſimiliter deberemus dicere in illa.q.de ingreſſo monaſterium, ꝙ reſeruatio bonorum nõ debeat valere quo ad ipſa bona,ſed bene quo ad æſtimationem,
12 quod eſſet ridiculum.¶†Sexto no.ex tex.ibi, tamen valebit,vt æſtimatio eorum præſtetur, ꝙ licèt nõ teneat legatum de reb. iniunctis domui, vt ipſa iniuncta debeant remoueri, & poſſint peti ex teſtamento,tñ valet legatum,vt debeatur æſtimatio, de quo per gl.& Doct.in prin.huius.l.vbi diſputaui, & poſui intellectum iſtius tex.qui ex quo dicit in vtroque caſu præſtari æſtimationem,oſtendit, ꝙ non generaliter debeatur æſtimatio,ſi legantur affixa ædibus. Tenẽdo tamen prædictum no.generaliter prout tenent gl.& Doct.ibi,ratio eſt,quoniam illarum rerũ licèt non ſit commercium de per ſe,tamen ſimul cum ædibus eſt commercium penes omnes,vt declarat Bar. in l.apud Iulianum.aliàs incipit Aphricanus.§.fi.ſ.eo.& pondera,ꝙ quantum ad ipſam rem legatam non valet, nec res ipſæ ſunt in obligatione,vel legato: aliàs regula Catonia non haberet locum,ſi in ipſis reb.conſiſteret legatum. Cuius contrarium dicitur in hoc tex.in prin.vbi dixi,& per hoc ſequitur, ꝙ æſtimatio ſit in obligatione,& illa in libello debeat peti,vt probat tex.in l.ſed ſi res. in prin.in ver.æſtimationem deberi, vt dixi.ſ.eo.

ADDITIO.

a ¶Monaſterium.Adde Inno.in c.ex tranſmiſſa.de renun.Pet. de Anch.in regula actus legitimi.de regu.iur. lib.6.Lap.alleg.62.Io.de Imo.in clem.ne in agro. de ſtat.monac.Ant.de But.in c.ſtatuimus. de regularib. dominos de Rota deciſ.1.in antiquioribus. Calci.in titu.de reg.conſi.23.idem Cald.conſi.27.eo. tit. Ang.conſi.14.incip. cauſa talis eſt, Iac. de Vber.

SVMMARIVM.

1 *Affixa ædibus poſſunt legari ad opus publicum.*
2 *Lex generaliter prohibens non prohibet caſum, in quo vertitur fauor publicæ vtilitatis.*
3 *A fauore publico receditur propter alium fauorem publicum maiorem.*
*Fauor publicus conſiſtens in publica vtilitate, eſt maior quàm conſiſtens in ornatu, & aſpectu publico.*
*Bonum publicum principaliter præfertur bono publico in conſequentiam.*
4 *Priuilegiatus vtitur ſuo priuilegio contra priuilegiatum, quando ſuum eſt potentius.*
5 *Affixa ædibus in vna ciuitate non poſſunt legari ad vſum publicum alterius ciuitatis.*
*A fauore publico vnius ciuitatis non receditur propter fauorem publicum alterius ciuitatis etiam maiorem.*
*Honori vnius ciuitatis non detrahitur propter honorem alterius.*
*Diſcooprire vnum altare,vt aliud cooperiatur, non licet.*
6 *Iniuncta domui, quam quis habet in vna ciuitate, quis poteſt amouere, vt transferantur in domum, quam habet in alia ciuitate.*
7 *Statutum prohibens frumentum extrahi de comitatu, non prohibet extrahentem cauſa ſui vſus.*
8 *Omnis actio legiſlatoris debet eſſe noſtræ inſtructio.*
*Statutum ſimpliciter loquens recipit reſtrictionem à iure communi paſſiuam.*
9 *Gabellam quis ſoluere non tenetur de rebus, quas ad vſum ſuum proprium portat.*
*Scholaris pro libris, quos ſecum portat, non tenetur ſoluere gabellam.*
10 *Portare rem pro ſuo vſu proprio,probatur per iuramentum.*
11 *Legatum an ſit commercium quoddam, & negotiatio.*
*Negotiatio ſeu commercium eſt,quod ſimul cum alio hincinde geritur, & nu. 14.*
*Gabella ſi ſolui debet de negotiatione,an debebit ſolui de legato, & nu. 16.quòd non.*
12 *Dictio quodammodo, denotat improprietatem. & nu. 14. quæ dicatur negotiatio.*
13 *Legatum vt plurimum fit propter benemerita legatarij, & alterius contemplatione.*
15 *Negotiator dicitur,qui emit vnam rem,& forma non mutata eam vendit,vt lucretur.*
16 *Artifex dicitur,qui rem emit, & forma mutata eam vendit.*
17 *Partis appellatione licèt veniat dimidia,tamen ſi apponitur dictio aliqua,intelligitur etiam de qualibet minima.*
18 *Extenſio in pœnalibus, & odioſis,quod fiat ad caſum fictum, propter identitatem rationis, & fauorem publicum.*

Extenſio

19 *Extenſio in pœnalibus habentibus rationem expreſſam fit ad alium caſum eandem rationem habentem.*
20 *Lex puniens delicta, dicitur fauorabilis, & propter identitatem rationis extenditur.*
21 *Statutum puniens extrahentem frumentum de territorio, non comprehendit portantem per tranſitum illius territorij.*
22 *Statutum puniens portantem, & extrahentem frumentum de territorio, comprehendit etiam portantem per tranſitum de alio territorio.*
23 *Statutum puniens intromittentem pannos forenſes in ciuitate, non comprehendit intromittentes per tranſitum.*

# §. Sed & ſi quis ad opus.

¶ Affixa ædib. poſ
ſunt legari ad opus publicum eiuſdem ciuitatis, non autem al-
terius, ſed bene ad opus alterius domus eiuſdem domini, ſitæ
in alia ciuitate. h.d. & habet tria dicta. Secundum ibi, ſed videa-
1 mus. Tertium ibi, quanquam conſtitutum ſit. ¶† No. primò ex
hoc tex. ꝙ quamuis affixa ædib. prohibeãtur legari ad opus pri-
uatum, ne vrbs ruinis deformetur, vt dixi in prin. huius l. non ta
men prohibentur legari ad opus publicum faciendum, quo ca
ſu licitè poterit fieri eorum ſeparatio. Rationem aſſignat text.
2 quia non pro commercij cauſa haberetur.† Tu vltra text. adde
aliam not. rationem, quia lex generaliter aliquid prohibens, nõ
comprehendit caſum, in quo vertitur fauor publicæ vtilitatis.
tex. eſt no. in l. ſi quis in graui. §. vtrum. in ver. id quoq;. ff. ad Syl-
la. cum ſuis concor. Facit. l. hoc modo. in fi. ff. de condi. & dem.
Hinc eſt, ꝙ lex quantumcunq; pœnalis, & odioſa, quæ aliàs de-
beret ſtringi. l. cùm quidam. ff. de liber. & poſthum. & in regula
odia. de reg. iur. in 6. tamen qñ tendit ad fauorem Reipu. ita ex-
tenditur, ſicut ſi eſſet merè fauorabilis. ita no. Bar. in l. quemad.
3 per gl. ibi. C. de arg. & cenſi. lib. 11. cum ſuis concor. ¶† Secundò
no. ex hoc tex. ſecundum Pau. de Caſt. & Aret. ꝙ à fauore publi
co receditur propter alium fauorem publ. maiorem. Nam fa-
uore publico emanauit prohibitio Senatuſcon. de quo hic, ne
vrbs deformaretur ruinis, vt dixi in prin. huius. l. & tamẽ ab iſto
fauore publico receditur, qñ propter vtilitatem publicam, &
propter opus publicum faciendum remouẽtur iniuncta ædib.
Ex quo correlariè ſequitur in hoc tex. ꝙ maior eſt fauor publi-
cus conſiſtens in publica vtilitate, quàm conſiſtens in ornatu,
& aſpectu publ. ſecundum eum. Tu autem dic, ꝙ iſtud not. nõ
bene ex hoc tex. colligitur ita generaliter loquendo. Nam ratio
propria iſtius text. eſt, quia bonum publicum principaliter, &
immediatè præfertur bono publico in conſequentiam. Nam
prohibitio ne auferantur iniuncta ædib. eſt, ne illa domus de-
formetur, iſtud eſt principaliter, & in conſequentiam vrbis, ſeu
ciuitatis. Sed quando legatur ad opus publicum facien. ibi eſt
honor principalis, & immediatus, & præfertur mediato, & in
conſequentiam; & iſta eſt propria ratio huius tex. Adde tamen
ꝙ pro iſto no. Pau. de Caſt. & Are. facit illud, quod volunt Bar.
4 & Doct. in Auth. quas actiones. in 2. col. C. de ſacroſan. eccl.† ꝙ
a priuilegiatus [a] vtitur ſuo priuilegio contra priuilegiatum, qñ
ſuum priuilegium eſt potẽtius, per l. verum. §. fi. vbi etiam Bar.
5 idem no. ff. de min. ¶† Tertiò no. in verſi. ſed videamus, ꝙ affixa
ædib. in vna ciuitate non poſſunt legari ad vſum publicum al-
terius ciuitatis. Ex quo correlariè habeo tria notare. Primò ſm
Pau. de Caſtr. ꝙ à fauore publico vnius ciuitatis non receditur
propter fauorem publicum alterius ciuitatis etiam maiorem.
¶ Secundò habes notare ſecundum Bald. & Flo. ꝙ propter ho-
norem vnius ciuitatis non eſt detrahendum honori alterius ci-
b uitatis. ¶ Tertiò habes illud vulgatũ, ꝙ nõ licèt diſcooperire [b]
vnum altare, vt cooperiatur aliud, ſecundum Bal. & Mod. hic,
facit. l. aſſiduis. §. exceptis. & ibi Bar. in 3. no. C. qui po. in pig. hab.
& tex. in §. ſed & hoc præſenti. ad fi. in Auth. de ſan. Epiſ. colla. 9.
6 ¶† Quartò principaliter not. in verſ. quamquam. ꝙ poteſt quis
remouere iniuncta in vna domo, quam habet in vna ciuitate,
vt transferantur in domum, quam habet in alia ciuitate, & ſic
diuerſitas ciuitatum non prohibet, quin liceat transferre iniun-
cta ædibus in aliam domum propriam alterius ciuitatis, & ita
7 ampliatur. §. 1. ſ. ea. l. ¶† Quintò no. ex iſto tex. in fi. arg. ſm Bart.
& alios, ꝙ ſi ſtatutum prohibet extrahi frumentum de comi-
tatu, vel certo territorio, nõ intelligitur de eo, qđ quis extrahit
ſui vſus cauſa, vt hic, & § item quæri poteſt. ſ. ea. l. & ſequuntur
* *communiter alij*, quod dicit Imo. eſſe ſingulariter notandum. ſed
Rapha. Cu. dicit, ꝙ iſte text. non facit, quia hic manifeſtè, & ex-
preſsè exceptuatur iſte caſus, vt de vna domo ſua liceat ad aliã
propriã exportare. Vnde ita non poteſt argui à ſtatuto, ad alios
caſus omiſſos. ¶ Tu dic, ꝙ iſte text. bene facit, cùm in hoc text.
oſtendatur iſtam exceptionem eſſe iuſtam, qñ tranſportatio fit
8 gratia proprij vſus etiam in aliam ciuitatem. ¶† Vnde oĩs actio
legiſlatoris debet eſſe noſtra inſtructio. l. & hoc Tiberius. ff. de
hære. inſti. ¶ Præterea quamuis ſtatutum ſimpliciter loquatur,
tamen recipit interpretationem paſſiuam à iure cõi. l. ſi ſerui
veſtri. C. de noxa. gl. in l. fi. §. in cõputatione. cum ſim. C. de iure
delib. Tene dictum Bar. qđ eſt æquum, & verum, & pro eo be-
9 ne facit,† ꝙ quis de iure nõ tenetur ſoluere gabellam, [c] nec pe-
c dagium de rebus, quas portat ad vſum propriũ. tex. eſt in l. vni-
uerſi. C. de vecti. & cõmiſ. in l. ſi publicanus. §. 1. ff. publica. & in
l. in lege cenſoria. ff. de verb. ſig. & clem. fi. de cenſi. no. in c. ſuper
quibuſdam. de verb. ſig. & propterea per iſta dixit glo. in Auth.
habita. C. ne fil. pro patre. ꝙ ſcholares pro libris, quos ſecũ por-
10 tant, non tenentur ſoluere gabellas, nec pedagia. ¶† Adde etiã,
d ꝙ probatur per iurm̃ [d] ſolùm portantis, ꝙ portat res pro ſuo
vſu. gl. eſt ſolennis in cle. fi. in verb. negotiandi. de cenſib. quam
ſequitur Bal. in l. cùm proponas. in pen. col. C. de nau. fœ. & in d.
l. vniuerſi. & in l. ſi quis non dicam rapere. in 4. opp. C. de Epiſc.
cler. vbi ad hoc allegat tex. no. in l. 1. C. de litorum & itine. cuſt.
lib. 12. ¶ Glo. in verbo commercij. habes ex iſta gl. notare duas
11 prin. concluſiones. Primò no. Bar. ex iſta gl.† ꝙ legatum eſt cõ-
mercium quoddam, & negotiatio. Idem not. gl. in l. Marcellus.
ff. de don. inter vir. & vxo. vnde facit iſta gl. ꝙ ſi ſtatutum diſpo
nat, ꝙ de qualibet negotiatione, vel mercãtia ſoluatur gabella,
ꝙ etiam debebit ſolui de legatis. ¶ Contrarium tenet Barto. in
* vtroque, cum quo *tranſeunt omnes*, quia negotiatio, ſeu cõmer-
cium eſt, qđ ſimul cùm alio hincinde geritur, vt l. legatis. circa
prin. ĩ. de lega. 3. Sed cùm legatum poſſit fieri extraneo penitus
ignoto, vt l. extraneum. C. de hæredi. inſti. & §. poſthumo. Inſtit.
de lega. Item cùm legatum acquiratur etiam ignoranti. l. cùm
pater. §. ſurdo. ĩ. tit. 1. ideo cùm legatario nihil hincinde geritur,
ergo non dr̄ propriè negotiatio. Sed certè gl. non dixit illud, qđ
ex ea colligit Bar. ꝙ legatum ſit propriè negotiatio, vel cõmer-
cium, imò gl. dicit contrarium, ꝙ impropriè eſt negotiatio. pa-
12 tet, quia glo. dicit quodammodo ex negotiatione, † & dictio
e quodammodo, [e] denotat impropriẽtatem. l. ſi me in vacuã. in
prin. ff. de acqu. poſ. & in l. in ſuis. ff. de lib. & poſth. & illud verbũ
quodammodo, quo vtitur gl. non conſiderauit Bar. Et pro gl.
bene facit tex. in l. verba geſſerunt. ff. de verb. ſig. ¶ Secundò ad-
uerte, ꝙ fundm̃ Bar. contra gl. intellectam prout ipſe facit, põt
de facili tolli, quia licèt verum ſit, ꝙ legatum poſſit fieri etiam
nullo præcedente merito legatarij, qñ fit extraneo, vel ignoto,
13 vel poſthumo alieno, vt in iurib. allegatis per Bar.† Tamẽ lega
tum frequentius, & vt plurimum fit propter benemerita lega-
tarij, vel alterius cuius contemplatione fuit legatum, vt iurib.
allegatis in gl. & firmat ipſemet Bart. in l. qui filiab. in prin. ſ. eo.
ergo attendi debet illud, qđ frequentius accidit. l. nam ad ea. ff.
de leg. & l. certi condictio. §. qm̃. ff. ſi cer. pet. ¶ Et ſic regulariter
in legato aliquid hincinde interuenit, cuius reſpectu legatum
14 dicetur negotiatio, & commercium.† Vnde pro concluſione
Bar. & communi melius facit, quia illa dr̄ propriè negotiatio,
quando interuenit actus vltrò citroq; obligatorius, vt not. Bar.
in d. l. legatis. in prin. & ibi eſt tex. de hoc, & probatur in l. ſi quis
ex argentarijs. §. rationem. ff. de eden. ¶ Sed qñ legata fiunt etiã
propter benemerita legatarij, ibi non eſt obligatio, niſi quædã
antidoralis, quæ nõ eſt efficax, vt bene facienti bene faciamus.
l. ſed & ſi lege. §. conſuluit. ff. de pet. hære. gl. & Doct. in l. ex hoc
iure. ff. de iuſt. & iur. ergo non dr̄ propriè negotiatio. ¶ Confir-
matur per illud, qđ dicit text. not. in c. forus. §. 1. ff. de verb. ſig. ꝙ
negotiatio in commercijs dr̄, vbi aliquid datur, vt maiora lu-
15 crentur. imò fortius alibi eſt tex. † ꝙ ille propriè dicitur nego-
f tiator, [f] qui emit vnam rem, & nõ mutata forma eam vendit,
vt lucretur. Artifex verò eſt, qui rem emit, & mutata forma illã
vendit. tex. eſt. 88. diſt. in c. eijciens. & per totum. Io. An. in c. quã
quam. de cenſi. in 6. d. Abb. in cõſi. 6. qđ incipit, caſus ſuper quo
petitæ fuerunt allegationes, in vlti. col. Et not. Fede. de Senis in
16 conſi. 207. quod incipit, nos Griſoldus. ¶† Item circa deciſionẽ
Bar. ꝙ ſi ſtatutum diſponat, ꝙ de qualibet negotiatione ſolua-
tur gabella, non cõprehendatur legatum, quia non eſt propriè
negotiatio.

ADDITIONES.

a ¶ Priuilegiatus. Adde Bald. in Auth. habita. C. ne fi. pro pa. Fely. in c. cum pro cauſis. in 2. no. de ſen. excom.

† Dec. in c. in præſentia. de proba. Declara, vt per Rip. in l. priuilegia. nu. 2. ff. de priuileg. credi. Ro. conſi. 166. col. fi. melius per Hippol. ſing. 99. vbi ponit exempla notab. Iaſ. in Auth. quas actiones. nu. 13. C. de ſac. ſan. Eccle. Dec. in c. cauſamque. col. fi. circa fi. de iud. & dic, quòd quandocunque ſunt duo priuilegiati, & vnus tractat de damno, alter de lucro, tractatus de damno gaudet priuilegio, alter non. l. verum. §. fin. ff. de mino. MASVER.

b ¶ Diſcooperire. Adde Auth. quomodo opor. Epiſc. in §. nec fecerit. cle. quia contingit. de relig. dom. c. cùm cauſam. de præben.

c ¶ Soluere gabellam. Adde Bertach. in tract. de gabel.

d ¶ Iuramentum. Adde Bal. in Auth. habita. C. ne fil. pro patre.

e ¶ Quodammodo. Adde c. dudum. el 2. de elec. & in c. quanto. de priuil.

f ¶ Negotiator. Adde Ludo. Rom. in l. ſi publicanis. in §. de reb. ff. de publ. Io. de Imo. in cle. fi. de teſta. Ioan. de Ana. in c. 1. in 1. col. de ſagit. Do. in c. ſicut. 47. diſt. Alb. de Roſ. in 2. parte ſtatut. q. 207. & 4. 219.

* negotiatio.cum Bar. *omnes indifferenter* tenent. ego idem teneo. Sed conſidero, ꝙ iſta deciſio Bar.& Doct. clarè procederet,qñ ſtatutum ſimpliciter diceret, ꝙ de negotiatione, vel mercantia ſoluatur gabella,tunc nõ comprehenderetur legatum. Sed ex quo ſtatutum ſecundum Bart.dicit, ꝙ de qualibet negotiatione ſoluatur gabella, fortè poſſet attentari per illam dictionē qualibet,ꝙ ſtatutum voluit intelligi etiam de negotiatione larga & impropria,per illud,quod in ſimili vult gl.ſing.in cle.1.in
17 verbo aut earum parte.iuncto tex.de foro comp.† ꝙ licèt ap-
a pellatione partis, [a] quandoꝙ ſimpliciter profertur, intelligatur propriè de dimidia.l.nomen filiarum.§. portionis.ſ. de ver.ſig. tamen ſi adijceretur dictio aliqua, & diceretur aliqua parte, propter adiunctam dictionem aliqua, intelligeretur largè etiã de qualibet minima. Et idem no.d. Abb.in c. ſuper eo.in 2.not. de eo qui cogno.conſan.vxor.ſuæ. Bald.in l.1. in pen.col. C.de inoffi.dona.& in c.1.§.cùm autem.in vlt.col.de contro.inueſti.
18 cum alijs ſuis concor. ¶†Secundo diligenter not. ex iſta gl.aliã ſecundam concluſionem,ꝙ cùm Senatuſcõ.de quo hic, prohibeat de rebus iniunctis ædibus negotiationem ſub pœna, vt eſt tex.in l.fi.ff.de dam.infec.& in l. Senatus.ff.de contrah. emp. hic eſt glo.no.ꝙ in materia pœnali, & ſic odioſa fit extenſio ad caſum, qui largè ſumpto vocabulo, & fictè comprehenditur ſub expreſſo.ita eſt glo.no.hic. Sed iſtud ideo procedit propter identitatem rationis, & propter fauorem publicum, ne vrbs ruinis deformetur.l.2.C.de ædific.priua. ſecundum Imo.dom. Alex.& Are.hic. Et hoc etiam ſatis voluit Bart.facit tex.in §.ſequenti.& in l.2.§.exercitum.cum gl.& ibi Bart.ff.de infa.aliàs in
b pœnalibus, [b] & ſic in odioſis non fit extenſio etiam ex identitate rationis.l.cùm quidam.ff.de libe.& poſthu.c.odia.& in c.
19 in pœnis.de regu.iur.in 6.¶†Tu autem ſuſtinendo melius glo. dic, ꝙ lex etiam pœnalis habens rationem expreſſam, extenditur ad alium caſum eandem rationem habentem.tex.eſt no. in l.cùm mulier.ff.ſol.mat.& ibi do.Alex.in 1.col.multum not. illum tex.pro limitatione iurium,quæ dicunt, ꝙ in pœnalibus non fit extenſio ex identitate rationis,iuribus præalleg.Nam limitatur,niſi ratio eſſet expreſſa in lege pœnali. Ratio, quia tūc non eſt propriè extenſio, ſed lex loquitur ita.l. his ſolis.in verſi. ſatis tacitè cautū putamus. C. de reuo.dona. Sed in propoſito noſtro in iſta materia eſt ratio expreſſa, ſcilicet ne vrbs ruinis deformetur.tex.eſt in d.l.2.C.de edifi.priua. Nimirū ſi ex identitate rationis expreſſæ in iſta materia pœnali fit extenſio, imò fortius pro iſta glo.videtur bene facere,ꝙ lex pœnalis extendit etiã ad caſum improprium.tex.eſt valde no. quem reputo ad hoc mirabilē,in l.ſi vxor.§.1.ff.de adul. in verbo ſiue iuſta, ſiue iniuſta fuerit vxor.iuncta tertia declaratione gl.ibi, q̃ eſt veriſ-
20 ſima.¶† Nec dicas,ꝙ imò illa lex debeat reputari fauorabilis,
* quia attenditur * ad puniendum delictum adulterij.Et Reipublicæ intereſt delicta puniri.l.ita vulneratus.ff.ad l.aquil.Ita not. Bart.in l.quemadmodum.per glo.ibi. C.de agri. & cenſi.lib.11. quia reſpondetur, ꝙ tex.ibi loquitur, quando crimen adulterij princ. reſpicit priuatam accuſationem iure mariti, vt ibi clarè dicit tex.Et reperio, ꝙ illum text.non ad hoc,ſed ad aliud propoſitum ponderauit Arc. in c.per tuas. in 4.col. de proba.Item ꝙ conſtitutio pœnalis extendatur,quæ videtur eſſe contra cõmunem regulam, eſt glo.in c.1. in glo.fin. in verbo priuare. de poſtu.prælat.quam do.Abb. ibi in pen.col. multum not. & reputat ſingularem.poſtea plenius diſtinguit,vt ibi per eum. Tu adde aliam glo.ſimilem in l.1.in gl.1.C.quæ res expor.non poſſunt. Et habes de hoc text.meliorem de iure in c.1.§.porro. & ibi Bald.in 3.col. ad hoc not.quæ fuit prima cauſa benefi.amit. aliàs plenè dicetur de hoc,quia multa ſunt ad oppoſitū. ¶Tamen quantum ad gl.noſtram & dictã doctr. tu potes aliter, & melius dicere,ꝙ hic nulla fiat extenſio Senatuſconſulti,de quo hic, ad legata prout dicit iſta glo. & omnes ſuper ea, quia imò iſtud Senatuſcõſultum expreſſam prohibitionem faciebat de legato.Ita cantat tex.in prin.huius.l.ibi,ſed ea quę ædibus iniuncta ſunt,legari non poſſunt, quia hoc legari non poſſe Senatus
21 cenſuit.¶†Extra gl.inducitur iſte tex. in ſecundo reſponſo per Doct.ꝙ ſtatutum prohibens extrahi frumentum de comitatu ſub pœna,intelligitur de extrahente originaliter de illo territorio,ſecus ſi aliunde portaretur per tranſitum illius territorij. Facit bene tex.in l.ſi quis poſt hanc.& ibi gl.hoc not. & Doct.poſt eam.C.de ædifi.priua.Facit etiam ratio, quia tunc non intereſt illius ciuitatis,per quam fit tranſitus,niſi inde extrahatur, vt dicit glo.in d.l.ſi quis poſt hanc facit text.in l.Cæſar.ff. de publi.&
* vectigal. Et ita *communiter tenent* Docto.hic,& in d.l. ſi quis poſt hanc.Idem tenet Ioan.And.in addi. Spec.in tit.de conſti.§.1.in addi.quæ incipit,Guid.de Suza.Pet.de Ancha.& Imo.in c.1.de cleri.nõ reſid. Albe.de Roſ.in 2.parte ſtatutorum.q.4.quæ incipit,quid ſi Reginus volebat portare merces.Pau.de Caſt.in d.l. Cæſar.per illum tex.ff.de pub.& vectig.& commiſ. do.Alex.in conſi.569.quod incipit,viſa inquiſitione contra dictos inquiſitos formata.in 1.col.& eſt in 4.vol.conſi.83.¶Et aduerte, quod do. Alex. in præallegato conſilio ſequitur opin. Ioan. de Imo. hic contra Ange. ꝙ iſta deciſio procedat,ſiue ſtatutum loquatur de extrahente frumentum, ſiue loquatur de portante, & extrahente,quia vtroque modo ſtatutum debet intelligi de frumento, quod originaliter habetur ex illo loco,aliàs non intereſſet illius ciuitatis,vt prædixi. Sed Ang.hic conſtituit differen-
22 tiam,an ſtatutum † loquatur de extrahente, & procedat deciſio Bar.Secus ſi loquatur de portante frumentum,& extrahente, tunc ſtatutum procederet,etiam ſi portaretur originaliter ex alio territorio, & iſtam limitationem ſequitur hic do.Alex. ſibimet contrarius, & refert ita tenere præfatos Docto.in locis ſuperius no.& iſtud vltimum eſt verius.¶Vltimò per iſtū text.
23 & prædicta decidit no.Pau.de Caſt.† ꝙ ſi in ciuitate ſit factum ordinamentum, ꝙ panni forenſes non intromittantur in ciuitatem iſtam ſub pęna,debet intelligi de his,qui intromittunt pannos, vt ibi remaneant, & operentur. ſecus ſi per tranſitum ad alia loca.Ita refert,& ſequitur d.Alex.in dicto conſi.in 1.col.

ADDITIONES.

a ¶Partis.Adde Bal.in c.1.in §.quinetiam. in tit.Epiſcopum vel Abba.Lud.Ro. in l.ſi cùm vel in vtero.C.de teſt.mil.Io.de Imo in c.fi.in 8.col. de don.
b ¶Pœnalib.Adde glo.& Bar.in l.furti.in §.fi.ff.de his qui no.infa.Cardi. Zaba. in c.per inquiſitionem.in 9.oppo.de elect.idem Card.in c.bonæ.el 2.co.tit. Ioan.de Imo.in clem.1.in 10.colum.eo. tit.
* Tendit.

*SVMMARIVM.*

1 *Statutum in vrbe Romana, habet etiam locum in alijs ciuitatibus ex identitate rationis.*
*Sola vrbs Romana dicitur habere Rempublicam.*
2 *Affixa ædibus non poſſunt etiam pro debito publico euelli. & numero 4.*
*Domus non ſoluentium condemnationes publicas, vel gabellas non debent deſtrui.*
*Officiales publici non poſſunt accipere tegulas, vel trabes, aut oſtia affixa domibus pro debito publico.contrarium ſeruatur Romæ, & Florentiæ.*
3 *Debitor Reipublicæ non poteſt iniuncta ſuis domibus ſeparare,vt vendat,& ſoluat.*
4 *Fauor publicus eſt maior in ædificio publico, quàm in ſolutione debiti publici, & nu.5.*
6 *Porticus non comprehenditur propriè appellatione domus.*
*Capi ſub porticu quòd poſſit quis,licèt in domo non. & nu.9.*
7 *Argumentum ab etymologia vocabuli affirmatiuè non procedit, ſed negatiuè ſic. & nu.8.*
9 *Factum in porticu non dicitur factum in domo.*
10 *Lex noua prohibitiua, & pœnalis extenditur propter publicam vtilitatem.*
11 *Oſtium comprehenditur appellatione domus.*
*Factum in oſtio quando dicatur factum in domo.*
12 *Teſtes, quorum vnus deponit factum eſſe aliquid in domo, & aliter in oſtio,dicuntur ſingulares.*
13 *Poſita in domo vt ibi perpetuo ſint, licèt non affixa, cedunt venditioni ædium.*

## §. Hoc Senatuſconſultum.

Prohibitio iſtius Senatuſconſ. habet locum vbique, & propter debitū publicum non debent affixa ædib euelli, & iſtud Senatuſconſ. extenditur ad omne genus ædificij, vt ei iuncta non detrahantur.ſecus in his,quæ non ſunt affixa.hoc dicit cum ſeq.§.vſque
1 ad §.fi. ¶†Not.1.ꝙ ſtatutum in vrbe Romana habet locum te in alijs ciuitatibus,ſtante identitate rationis,licèt ſola vrbs Romana dicatur habere Rempub.& aliæ non.l.cum qui vectigal. ff de verb.ſig.de quo per gl.& Bal.in l.ſi Reſpublica. C.ex quib. cau.maio.& in l.fi.in 1.col.C.de ſacroſan. Eccleſ.& in l.ſi finita.
2 §.ſi de vectigalib.circa princip.ff.de damn. infect. ¶† Secundo not.in verſic.ſed & diuorum, quòd non ſolùm pro debito priuato,ſed etiam pro debito publico non permittitur, vt poſſint euelli affixa ædibus.Ex quo correlariè habes plura notare. Primò,ſecundum Bart.quòd non debent deſtrui domus non ſoluentium condemnationes publicas, vel gabellas. ¶Secundò, quòd officiales publici non poſſunt accipere tegulas de tectis, vel trabes,aut oſtia,aut alia domibus affixa, vt vendantur pro ſatisfaciendo debito publico, quamuis in multis ciuitatibus, præſertim Romæ, & Florentiæ contrarium de facto ſeruetur, & ita tenet Ioan.de Are.Bar.& alij hic, & Bar.in l.nutu.§.fi.per illum tex.ff.de leg.3. Nec obſt.text.in l.ſi is cum quo. ff.cõmuni diuid.

diuid. hic allegatus per Bal. vbi propter inobedientiam, vel cõtumaciam domus fuit dirupta, quia, videtur, quod ibi iudex
3 iniustè hoc fecit, vt ibi sentit gloss. & Modern. hic. ¶† Tertiò signanter pondera istum text. prout etiam cum not. Paul. de Castro, quòd ipsemet debitor Reipubl. licèt non habeat vnde soluat, tamen non potest iniuncta ædib. separare, vt vendat, & soluat Reipubl. text. est hic not. qui propriè videtur
4 loqui in his terminis. ¶† Tertiò principaliter not. text. quòd licèt affixa ædib. possint remoueri ob vtilitatē puplicam. s. vt fiat ædificiū pub. vt in §. præcedenti, non tñ possunt auferri pro
5 sol. debiti publici, vt hic ¶† Ex quo habes vnum correlariè, ꝙ maior est fauor publicus in ædificio pub. q̃ in sol. debiti publici. Rō est, quia ædificium publ. respicit ornatū, qui versatur
6 in omnium oculis, secus in solu. debiti public. ¶† Quartò
a no. [a] ex text. ibi, vel porticus, ꝙ appellatione domus [b] propriè
b non comprehenditur. porticus, sed ex quadā extensione, vt patet hic in verb. extendit, bene facit, ꝙ vult Ange. in l. plerique. ff. de in ius voca. ꝙ licèt quis non possit capi in domo, vt ibi est text. poterit tamen capi in porticu, quia est diuersa, & separata à domo, ad hoc allegat hunc text. Sed ad hoc dic, vt per Bart.
* hic, cum quo alij *omnes indifferenter* transeunt, & Pau. de Castr. in l. quod conclaue. ff. de dam. infec. Sed vt detur materia melius cogitandi, licèt omnes transeant cum dictis Barto. tu aduerte inquantum Bartol. vt concordet istum textum. in verbo. extenditur. cum l. qui ædes. in fi. in verbo continetur. ff. de
7 incend. rui. nau. † facit differentiam inter domum, & ædes, & vult, appellat. domus non contineri propriè porticum, vt hic, sed bene appel. ędium, vt ibi, & mouetur ab etymologia vocabuli, quia ædes dicuntur ab edendo, seu ædificando, vel fabricando, ergo hoc respectu porticus propriè ædes appellan-
8 tur. nam istud fundamentum Barto. non videtur tutum. † Ex quo Bartol. arguit ab etymologia vocabuli affirmatiuè, & sic à genere maiori ad speciem affirmatiuè, quod argum. non valet, sed bene si arguatur negatiuè, & sic remotiuè, tunc procedit argum. prout arguit text. in l. secunda. §. appellata. vbi de
c hoc dixi. ff. si cert. pet. & de isto argmento ab etymologia [c] plenè scripsi in l. prima. in princip. ff. de aquir. poss. aliàs si bona esset argumentatio Bartol. etiam appellat. ædium propriè con-
9 tinerentur naues, cum ibi etiam ædificetur. † Cogita, quia bene posset saluari Bartol. Item inquantum Bartol. tenet, quòd fa-
d ctum in porticu, [d] non dicatur factū in domo per l. primam. §. in flumine. ff. de flum. adde latius Bart. & alios in l. Gallus. §. ille casus. ff. de lib. & posthum. & text. in l. si mihi. §. secundo. ff. de seruitu. rustic. prædior. vbi aliud est opus fieri iuxta riuum, aliud in riuo, quamuis aliter videatur tenere ipsemet Bald. in l. meminisse. per illum textum. ff. de offic. procon. & leg. ¶ Quintò diligenter not. ex eodem text. in verbo extenditur. hic esse text. valde notabilem, quòd lex noua prohibitiua, & pœnalis, & sic odiosa, & sic quæ est contra regulas iuris communis, tamen extenditur, nam istud Senatuscon. de quo hic, est prohibitiuum, & penale, vt l. Senatusc. ff. de contrahen. emp. & l. fin. ff. de dam. infec. Item est contra regulam, quòd in re propria quilibet est moderator, & arbiter. l. in re mandata. C. mandati, etiam in abutendo. l. sed & si lege. §. consuluit, in versic. dum se abuti putant. ff. de peti. hæred. & tamen extenditur, vt hic dicit tex. quod est ex eo, quia pertinet ad vtilitatem publicā, ne vrbs ruinis deformetur. l. secunda. C. de ædific. priua. quod bene not. ad regulam, quam tradit Bartol. in l. secunda. §. exercitum. per illum text. cum glo. ff. de infam. & l. quemadmod. per gloss. ibi
10 C. de agric. & censi. lib. 11. & dixi in §. præceden. ¶† Et per eādem rationem publicæ vtilitatis istud idem Senatusconsultū quamuis prohibitiuum, & pœnale loquens de his, quæ sunt iniuncta ædibus, extenditur etiā ad ea, quæ non sunt iniuncta ædibus, vt sunt statuæ, & similia, quando sunt apposita, vt ibi perpetuò sint, vt infra in ver. quid ergo, & in versic. si verò, & ibi dicit tex. in verb. tamen sententia, & mens Senatusconsulti. talem extensionem fieri non ex proprietate vocabulorum, quia statuæ non sunt iniunctæ, sed ex mente, & ratione, scilicet
11 pubicæ vtilitatis, vt dixi. ¶† Sextò not. [e] quòd appel. domus
e videtur comprehendi ostium. Facit l. 1. §. hoc interdictum. ver. cloacæ. ff. de cloacis, vbi appella. cloacæ continetur tubus, & sic ostium cloacæ. An autem factum ab aliquo existente in ostio dicatur factum in domo, concludit Bartol. in dicta l. prima. §. hoc interdictum, quòd aut fit in ostio intra clausuram, domus, & dicitur factum in domo, secus si extra clausuram, allegat text. in l. prima. §. de inspiciendo. ff. de vent. inspic. & in capitul. licèt mulieres. in fin. de iureiurand. in sexto. ¶ Tu adde illud, quod alibi dicit glo. de domibus Veronensib. quorum ostia sunt extra clausuram, ita dicit glo. in l. fin. §. fin. in verbo apparuerit. ff. de serui. vrba. præd. & pro ista doctr. Bartol. dicit Angel. in l. plerique. ff. de in ius voca. & domin. Alexan. hic esse meliorem text. de iure in §. si ab hostibus, cum sequent. Instit. quibus modis ius patr. pot. sol. vt tamen text. mihi parum, vel nihil facit. Adde etiam, quòd secundum ista debet intelligi illud, quod vult Bald. in l. si ita. §. idem ait. ff. de naut. caupo. stabul. vbi not. quòd illud, quod fit in ostio, dicatur fieri in domo. Alibi etiam idem Bald. in rub. ff. solut. matrimon. tenet, quòd si statutum dicat, si quis insultauerit aliquem in domo, & c. sufficit si insultauerit in ostio domus, quia qui est in ostio, partim est in domo, partim extra, vt dicit gl. not. de pen. distin. secunda. in capitu. cum Ecclesiam sanctam. not. in capitul. primo. de consecr. Ecclesi. vel alta. in 6. & sufficit tangere partem,
12 vt dicit text. in l. vulgaris. ff. de fur. ¶† Alibi tamen idem Bald. in l. de quibus. ff. de leg. dicit, quòd testes sunt singulares, quorum vnus dicit, quod factum fuit in domo, alius, quod fuit factum in ostio. de quo etiam per Bald. in l. data opera. in 13. colum. C. qui accusa. non pussunt. ¶ Septimò not. ex hoc text. bonum argumen. secundum Iacob. de Aret. Bald. & domin.
13 Alexan. † ꝙ ea, quæ sunt in domo posita, vt ibi perpetuò sint, licèt non sint affixa ædib. cedunt tamen venditioni ædium. Facit melior text. in l. fundi. §. Labeo. ff. de act. emp. quod est menti tenendum, secundum Bald.

ADDITIONES.

a ¶ Quartò not. Adde Fel. in c. cum M. col. 3. in fin. de consti. PVRPV.
b ¶ Domus. Adde l. prima. & ibi Doctor. ff. de Carb. edict. Doctor. in capitul. inter alia. de immun. Eccles. Speculat. in titul. de iniur. in §. primo. versic. sed pone in statuto.
c ¶ Etymologia. Adde gloss. in l. secunda. in §. appellata. ff. si cert. pet. text. & gloss. in l. tugurij. ff. de verbor. signific. Doctor. in capitul. cleros. 21. distinct. Doct. in cap. cum secundum. de preben.
d ¶ Porticu. Adde. l. pen. ff. de damn. infect. l. si quando. C. de oper. liber. & ibi Doct. Specul. & ibi Ioan. And. in addi. in titul. de iniur. in §. 1. ver. sed pone Io. de Fan. in c. si quis contumax. 18. q. 3. Io. And. in c. inter alia. de immu. eccl.
e Sextò no. Limita inspecto communi vsu loquendi, per ea, quæ dicit Felin. de domo, & apotheca. in princip. Decre. colum. 3. PVRPV.

*SVMMARIVM.*

1 *Destinata ad ædificium non censentur pro ædificio, & pro affixis ædificio, & de hoc infra num. 15.*
*Destinatum non habetur pro facto, nec pro adimpleto.*
*Destinatum non operatur idem, quod factum.*
*Propositum suum quis mutare potest post destinationem.*
2 *Facere contra prohibitionem Senatus, de quo hic, non dicitur, qui separauit aliquid in ædibus suis, translaturus in alias suas ædes.*
3 *Propositum quis mutare potest, vbi separatio ab initio fuit licita.*
4 *Legatum extinguitur, quando res legata facto testatoris desiit extare, ita quòd non est amplius in sua substantia libera.*
5 *Legatum videtur reuocatum, quando testator rem legatam affixit ædibus.*
*Ea, quæ impediunt fienda, tollunt etiam iam facta.*
*Multa impediunt fienda, quæ iam facta non tollerent.*
6 *Quando aliquid deuenit ad casum, à quo incipere non potest, vitiatur.*
7 *Per factum hæredis non debet præiudicari legatario, licèt factum illud contrarietur legato.*
8 *Res legata si per hæredem ignoranter iungatur domui legatæ, non extinguitur legatum, & æstimatio præstatur.*
*Hæres non liberatur à præstatione æstimationis, quando res legata perijt, licèt sine eius culpa.*
9 *Hæres non liberatur à pœna, de qua hic, si res iniunctas ædibus separauit, vt satisfaciat legato.*
*Res immobilis si ex forma statuti alienari non possit in forensem sub pęna, si hæres alienauit ex dispositione testatoris in forensem, non excusatur à pœna.*
10 *Lex pęnalis, & prohibitiua loquens in venditione, habet locum in datione in solutum.*
*Datio in solutum est similis emptioni. intellige de ea, quæ fit à parte.*
11 *Res emphyteutica licèt non possit alienari, potest tamen in solutum dari per iudicem pro debitis emphyteutæ.*
12 *Statutum puniens alienantem immobilia in forensem, comprehendit debitorem dantem in solutum foreusi rem immobilem.*
13 *Res iniuncta ædibus si desijt extare, quia de per se non censetur, legatum reuocatur.*
14 *Frumentum, quod legatum fuit per testatorem vxori, si illud superuiuens consumpsit, & aliud reposuit, legatum factum non extinguitur, & aliud, quod reperitur tempore mortis testatoris, debetur.*
16 *Statutum puniens ementem frumentum in platea, nisi pro suo vsu, & scholaris emat pro toto anno, & mutato proposito vult recedere, non comprehenditur in statuto.*
17 *Statutum puniens extrahentem molendinum de Ticino in Padum, non comprehendit extrahentem molendinum, quòd construi fecerat, vt vteretur in Pado.*

18 *Deſtinatio nihil operatur, quando deſtinatum ad nouum opus nondum erat cęptum, & ſi erat cæptum, erat valde remotum ab illo, ad quod erat deſtinatum.*
19 *Deſtinatio tunc operatur, quando deſtinatum ad nouum opus erat cæptum, & propinquum ad id, quod deſtinauerat, & opus cæptum habetur pro perfecto.*
*Potentia propinqua actui habetur pro actu.*
*Fructus de proximo recolligendi habentur pro collectis.*
20 *Perfectum non dicitur, quod eſt in proxima diſpoſitione ad perficiendum, vbi facti eſſentia requiritur.*
*Deſtinatio non inſpicitur, vbi requiritur factum hominis.*
21 *Pecunia deſtinata ad emptionem prædiorum, non cenſetur immobilis.*
*Mobilia ſi mortua vxore debentur viro, & immobilia hæredibus vxoris, & extat pecunia deſtinata in emptionē prædiorum, vir illam non habebit,*
22 *Pecunia pupilli depoſita ad emptionem prædiorum, non alienabitur ſine decreto prætoris.*
*Statuto ſtante, quòd viro præmoriente vxor habebat dimidiam bonorum immobilium, habebit etiam dimidiam pecuniarum depoſitarum pro comparatione prædiorum.*
23 *Aliud eſt eſſe tale, vel haberi pro tali.*
24 *Teſtator ſi legat vxori veſtes, quas habet in domo, in tali legato veniunt veſtes, quæ erant extra domum, & de nouo fiebant.*

## §. Sed ſi parauerit.

¶ Deſtinata, vt ędib. iniungantur, poſſunt legari, ſed legatum extinguitur, ſi poſteà per teſtatorem ædibus iniungantur, ſecus ſi per hæredem, qui etiam ignorans tenetur ad æſtimationem, & ſi ea poſteà detraxerit, incidit in pœnas iſtius Senatuſc. h.d. cum l. ſeq. & ſequenti vſque ad §.
1 Marcellus. ¶† Not. primò ex text. quòd deſtinata ad ædificiū nō cenſent̄ pro ędificio, & ꝓ affixis ædificio, & iō non ꝓhibentur legari, ſicut ſunt ꝓhibita affixa ædificio. Et ex hoc hēs correlariè plura notare. Primo, ꝙ deſtinatū nō habetur pro facto, nec ꝓ adimpleto, & ſic deſtinata ad aliqd faciendū, antequā fiant, non habentur pro factis, & ſic, quòd deſtinatur, non operatur idem, quod factum. l. ſi nondum. C. de fur. l. proponebatur. C. de capti. Hinc ēt ſequitur ex hoc tex. quòd poſt deſtinationem poteſt quis mutare propoſitum ſuum, vt hic. de qua materia infra latius per Bartol. ibi reſeruo ¶ Tamen ad hunc text. potes dicere, quod hic deſtinata non habentur pro factis, vt ſuccedat ꝓhibitio iſtius Senatuſc. eo quia ceſſat eius ratio, quæ eſt, ne vrbs ruinis deformetur. l. 2. C. de ædifi. priua quæ ratio ceſſat, quando eſt ſola deſtinatio ad ædificium, quia tranſlatio illarum rerum non inducit deformationem vrbis. deſtinatio ergo ſola non habet rationem prohibitiuam Senatuſcon.
2 ¶† Secundò not. ex hoc text. quod non dicitur facere contra prohibitionem Senatuſc. de quo hic, qui ſeparauit aliquid ab ædib. ſuis tranſlaturus in alias ædes ſuas, quod eſt licitum, vt §. 1. & § ſed, & ſi quis ad opus in n. ſ̃. ea. l. licèt poſteà mutato ꝓpoſito illas res alteri tertio leget, & ſic poſteà habet transferri in ædes alterius. Satis. n. fuit, quòd à prin. animus, & actus
3 fuerit licitus, & ita inferius tenet Bart. & alij. ¶† Ex quo correlariè ſequitur, quod vbi ab initio ſeparatio fuit licita, poteſt quis mutare propoſitum, & ſibi licebit illud, quod à prin. non licuiſſet, quod multum not. & facit ad notabilem. q. de qua. ĩ. per Bart. & hoc modo multum limitatur text. in §. 1. ſ̃. ead. l.
4 ¶† Tertiò not. ex iſto text ſecundum intellectum Bar. de quo. ĩ. quòd qñ res legata facto teſtatoris deſijt extare, ita ꝙ non eſt amplius in ſua ſubſtantia libera, ſemper extinguit̄ legatum nō diſtinguendo, an teſtōr illud fecerit ex voluntate, vel neceſſi. ꝓut diſtinguit̄ in l. fideicom. §. ſi rē. ĩ. tit. 1. de quo dicā. ĩ. in glo.
5 ¶† Quartò no. ꝙ eo ipſo, ꝙ teſtōr res legatas affixit, vel iniunxit ædibus, hoc ipſo, vr̄ reuocare legatū, vt hic, & l. Seia. in fi. ff. de aur. & arg. leg. ¶ Ex quo hēs duo correlariè inferre. Primò, ꝙ ea quę impediūt fiēda, tolliūt ēt iam facta, de quo per Bar. in l. inter ſtipulantē. §. ſacrā. ff. de verb. oblig. qa multa impediunt faciēda, quę iā facta non tollerēt. l pr̃e furioſo. cū ſi. ſ̃. de his q
6 ſunt ſui vel alie. iur. ¶† Scđò habes, ꝙ qñ aliquid deuenit ad caſum, à quo incipere non poteſt, vitiatur. l. placet. § & ſi plurib. ĩ. de verb. obl. & rō eſt hic, quia res nondum habuit effectū. Itē qa dies legati inutiliter cedit, cū tpe mortis teſtōris reperiat̄ af-
7 fixa ędib. vt dicit tex. hic, & in l. Senatus, in prin. ¶† Quintò no. in verſ. ſed ſi hr̃s, ꝙ per factū hr̃dis nō debet pręiudicari legatario, licèt factū illud ꝯrietur naturę legati. Ratio eſt, qa non debet eſſe in ptāte hr̃dis, ſe ꝑ factū ſuū liberare à legato. l. ſi id ꝙ. ĩ de lib. leg. & l. ſeruū filij. §. ſi Procula. ſm̃ vnū intellectū gl. ĩ. e.
8 ¶† Sextò no. ibi, ſiue ignorauerit, ꝙ ſi per hr̃dem ignorāter iūgantur domui ea, quę alteri erāt legata, non per hoc extinguit̄ legatū, ſed debet ęſtimatio ꝑſtari. Ex quo habes, ꝙ qñ res legata perit facto hęredis, q̃uis ſine eius culpa, non liberatur hęres à pręſtatione ęſtimationis, de quo plenè per Bar. in l. ſeruū. §. fi. ĩ.
9 de verb. obl. ¶† Septimò no. ex l. Senatus. ibi, ſed ſi detraxerit, & præſtiterit, pęnis erit locus, ꝙ hæres non excuſatur à pœna legis, ſi res affixas ædib. ſeparauit, vt ſatisfaciat legato, & ſic voluntati teſtatoris, vnde præſtat iſte text. optimum argum. ſm̃ Bald. Ang. Flor. Imol. & domin. Alex. quòd ſi ex forma ſtatuti non poſſunt alienari res immobiles in forenſem ſub certa pęna, ꝙ non excuſatur hæres à tali pœna, licèt hæres ex diſpoſitione teſtatoris vendiderit forenſi, & ita diſputando fuit determinatum per Iacob. Butr. vt hic per Bald. cum concor. traditis hic per dom. Alex. ¶ Sed aduerte, quia etiam vt dicit Are. iſte text. nihil facit, quia teſtator iſtas res tempore mortis licitè ſeparauerat à domo, & ſic hæres poterat licitè eas tradere ſecundum voluntatem teſtatoris. Sed poſteà ipſe hæres iterū affigendo ædibus, fecit, vt ex hoc præceptum redderetur illicitum. & in iſtum caſum prohibitum non habebat volunta-
10 tem, nec præceptum teſtatoris. ¶† Octauò not. [a] ex fin. text.
a ibi, quamuis non vt vendat detraxit, ſed vt exoluat. hic videri text. not. quòd lex prohibitiua, & pœnalis loquens in venditione, habet locum etiam datione in ſolutum: facit, quia datio in ſolutum ſimlis eſt emptioni. l. ſi prædium. C. de euict. l. 1. infra pro emp. & l. fin. ff. ex quib. cauſ. in poſſ. ea. Sed potes dicere, vt pluries dictum eſt, quòd hoc ſit propter identitatem rationis expreſſę in l. 2. C. de ædific. priua. ¶ Item prædicta procedunt in datione in ſolutum, quæ fit à parte, ſecus in illa, quæ fit à iu-
11 dice. † Hinc eſt, quòd licèt res emphyteutica non poſſit alienari ſine conſenſu domini. l. fin. C. de iu. emphi. capitul. potuit. de loca. tamen poteſt dari in ſolutum per iudicem pro debitis emphiteutæ ſine conſenſu domini, ſecundum Bald. in capitul. 1. in princip. in 4. colum. de prohibi. feu. alie. per Fed. de quo per Bart. & alios in l. ſi finita. §. ſi de vectigali. in 4. & 5. colum. ff. de
12 damn. infect. ¶† Item per iſtum text. decidit Alber. hic, & in tract. ſtatutorum. in quæſt. ſecunda & tertia, quòd ſtatutum diſponens, quòd res immobiles non poſſint alienari in forenſem ſub pęna, habet locum etiam in datione in ſolutum facta per debitorem creditori, vt hic, ſecus ſi ꝑ iudicem, vt ibi per eum. ¶ Glo. in verb. extinctum. in fin. Reſponde, vt per Dyn. Bart. &
13 alios hic, † quòd hæc res iniuncta ædibus deſijt extare, quia de per ſe non cenſetur. l. qui vniuerſas. ff. de acquir. poſſ. Nimirum ſi indiſtinctè reuocatur legatum non facta diſtinctione, an teſtator ex voluntate alienauerit, an ex neceſſitate, prout diſtinguit text. in dict. l. fideicommiſ. §. ſi rem, vbi loquitur quādo res legata non deſijt extare, quamuis fuerit alienata. Et ſi dicatur, quòd etiam ibi quando nomen debitoris legatum, fuit exactum à teſtatore, extinctum eſt debitum. Reſponde, quòd ſupereſt pretium eius loco ſubrogatum, vt ibi declarat text. in
14 verſic. niſi fortè, & in verſic. cum tamen. † Sicut quando teſtator legauit vxori frumentum, quod habet in domo, & ſuperuiuens illud conſumpſit, & aliud repoſuit, non extinguitur legatum, ſed debebitur aliud frumentum, quod reperietur tempore mortis teſtatoris. Ita Bartol. in l. ſi ſeruus legatus. §. qui quinque. per illum text. infra eod. & in l. quidam hæredem. per illum text. ff. de vino, tritic. oleoque leg. & ad hoc adde tex.
15 valde not. in l. filiæ. §. Titia. ff. de condi. & demon. ¶† Extra glo. tangit latè Bartol. an & quando res deſtinata ad ædificium, vt in eo ponatur, dicatur eſſe ædificij, & an quando deſtinatum habeat̄ pro facto. & dictis Bartol. alij Scribentes nihil, aut parum admodum addunt. ¶ Tu adde primò, inquantum Bartol. dupliciter dicit ad iſtum text. quòd ideo hic deſtinatum non habetur pro affixo ædificio, & ſic non habetur pro facto, eo quia res erat deſtinata reponi, & iniungi in aliud ædificium, vel domum, vnde erat ſumpta. Vel ſecundò, ideo hic deſtinatio non attenditur propter mutationem propoſiti, quaſi deſtinatio ſit reuocata propter contrariam diſpoſitionem teſtatoris licitam. hic. n. principium fuit licitum euellendi de vna domo iniuncta, vt transferantur in aliam domum propriam. vnde quia à princip. primum propoſitum fuit licitum, potuit variare, & mutare ꝓpoſitū, & relinquere in alias ædes. text. eſt hic not. ¶ Tu dic tertiò, ꝙ ideo in hoc tex. deſtinatū ad ædificiū non hr̃ ac ſi eſſet affixum ædificio, & ſic non hr̃ pro facto, eo quia in deſtinato ceſſat ratio finalis iſtius Senatuſc. ſ. deforma-
16 tio publici aſpectus vrbis. l. 3. C. de ædific. priua. ¶† Secundò inquātum Bar. poſt Gul. de Cu. not. determinat, ꝙ ſtāte ſtat. ꝙ nullus emat frumentum in platea, niſi pro ſuo victu ſub pęna, ſi ſcholaris emit frumentum pro ſuo victu pro toto anno, & ſic licitè, poſtà mutato propoſito vult recedere, non incidit in pœnam

A D D I T I O.

a ¶ Octauo nota. Adde text. in contrarium. §. quia verò Leonis. el 2. in Authen. de non alien. PVRPV.

in pœnam statuti,quasi emerit vltra vsum suum.Adde, quòd
idem tenet Bal.& Abb. in d.l.1.§. vnde quęrit Offilius.per illū
text.ff.de exer. Alb.de Rosa.in tracta.statutorum.q. 81.& in se-
cund a parte statutorum. q. 203. inci. prædicta etiam faciunt.
Pau.de Cast.in l.2.in princ.ff.si cert.pet.per gloss.ibi, quæ dicit
primum propositum attendi.Item adde illud , quod dicit per
istum text. Bal.in c.1.§.si quis de manso.in vlt.col. de contro-
uer.inuesti. in q.quā dicit fuisse de facto in ista ciuitate Papiæ.
27 vbi dicit, † quòd est statutum , quòd nemo potest extrahere
molendinum de Ticino in Padum sub pœna amissionis mo-
a lendini,& centum librarum: [a] modo quidam facerat construi
molendinum eo vsurus,non in Ticino,sed in Pado, & nondū
appositis machinis per Ticinum duxit in Padum, inquirebat̄
contra eum ad pœnam statuti,dicit Bald. se dixisse , quòd pp
destinationem ædificationis, quia erat destinatum ad flumen
Padi, & quia molæ nondum erant impositæ , pœna non erat
commissa , per hunc text. & l. debitor,in argumentum. ff. de
28 pigno.¶† Tertiò inquantum Bart.tenet , quòd destinatum ad
nouum opus,si nondum erat cœptum,destinatio nihil opera-
tur.l.ligni.§.si lignum.& l.lana.ff. de leg.3. Idem si erat cęptū ,
sed adhuc valde remotum ab illo, ad quod erat destinatum.l.
librorū.§.sed nec cœpti.ff.de leg.3 .Adde Alb.de Ro. in q. 207.
quę incip.item quæro duas pulchras.quęst. Alex.in ꝯsi.462.ꝙ
incipit aliàs de facto consultus respondi Leonardum , &c. &
29 est in 4.vol.consi.97 ¶† Quartò inquantum Bart.tenet, quòd
destinatum ad nouum opus si erat cœptum, & propinquum
ad id,quod destinabatur,tunc opus cœptum habetur pro per
fecto,& destinatio operatur.l.& si non sunt. § quid ergo. ff.de
aur.& arg.leg.& d.l. librorum.§. sed nec cœpti. versi. sed præ-
scripti. Adde facere, quia potentia propinqua actui habetur
pro actu. l.pe. cum gl. & ibi Bal. no. ff.de testa. mil. & ad hoc
multa cumulaui in l.diuortio.§.interdum.ff.sol. ma. vbi Bart.
no.quòd fructus de proximo recolligendi habentur pro recol
lectis.Alibi tamen dicit Bald. in l.sed diui fratres.ff. de rer.diui.
20 † quod illud , quod est in proxima dispositione ad perficien.
non tamen dicitur esse perfectum.l.fundi.§.item,quòd insulæ.
ff. de actio. emp. & hoc vbi facti essentia requiritur, secus vbi
solius animi consilium cogitatur , ad hoc allegat istum text.
¶ Alibi etiam not.Bald.in l.si nondum. in fi. per illum text. C.
de fur. quòd non respicitur destinatio , vbi requiritur verum
factum hominis,vt ibi , sed vbi sola intentio perficit factum ,
tunc sola destinationis causa inspicitur,ad hoc allegat istū tex.
21 ¶† Circa istam materiam quęritur de not.q. An pecunia desti
nata ad emptionem prędiorum , censeatur immobilis. Cyn.
Ray.Bald.& Ang.hic deterimnant,quòd non, & per hoc infe
runt , quòd stante consuetudine , vel statuto , quòd mortua
vxore,mobilia spectent ad virum , & immobilia ad hæredes
vxoris,ꝙ si pecunia vxoris erat parata, & destinata ad emptio
nem prędiorum,non tñ per hoc minus debebitur viro,qa de-
stinatio non habetur pro facto. Ad hoc ēt allegant optimum
tex.in l.cùm in fundo.§.si fundus communis.in verbo sed ita,
vt non vice corporis.ff.de iure dot.Item,quia ista consuetudo
est contra ius commune,ideo non adaptatur ad fictionem. Et
ita ēt tenēt Flo.Imo.Are.& d.Alex.latius hic. & idem.d. Alex.
in l.1.§.fuit quæsitum.ff.ad Treb.Et idē d.Alex. in l.à diuo pio.
§.fi.ff.de re iudic. ¶ Pro ista decisione facit tex.in d.l. si nondū.
C.de fur.vbi res destinata vt efficiatur sacra , non habetur per
hoc pro sacra.Item , quia vbi opus erat valde remotū ab eo,
ad quod erat res destinata, tunc destinatio non operatur.dict.
l.librorum.§.sed nec cępti.secundum Bart.hic.¶ Adde, quòd
istam decisionem impugnat Rap.Cu.hic per tex.in d.l. à diuo
Pio.§. fin. vbi est text. quòd pecunia pupilli in arca posita ad
comparationem prędiorum citra permissum pręttoris ab eo,
qui exigit iudicatum , solet capi, & in causam iudicati con-
uerti.Ecce,quòd in tali pecunia destinata ad comparationem
prædiorum,seruatur forma , quæ est in executione rerum im-
mobilium. ¶ Similiter Raphael. Cuman.in dict.l.à diuo Pio.
§.final. dicit ibi singulariter probari , quòd pecunia deposita
ad emptionem prædiorum, computatur inter immobilia, &
per illum text. reprobat istam decisionem Bald. ¶ Sed po-
tes respondere ad ilium text. quòd ibi non dicitur , quòd
talis pecunia deputata ad emptionem prædiorum repute-
tur immobilis: patet , quia text. ibi dicit , etiam citra permis-
sum prætoris, ergo vult , quòd non requiratur illa solennitas ,
quæ requireretur si esset res immobilis . Præterea ibi loqui-
tur in alienatione necessaria , in qua etiam si esset res immo-
bilis minoris , non interdicitur iure Digestorum minori
necessaria alienatio. l. tertia §. item quæri potest. ff. de rebus
eorum . Sed caue , quia text. ille videtur fortiter stringere
contra istam decisio. Bald. & communem , quia si in pecu-
nia pupilli destinata ad comparationem prædiorum potest
ibi fieri executio iudicati absque decreto prætoris , vt ibi di-
cit text. eo quia illa est alienatio necessaria , in qua non requi-
ritur decretum.d.l.3.§.item quæri potest,ergo probat ille text.
quòd si alinatio esset voluntaria , quòd non posset alienari
sine decreto , & sic sine solennitate , quæ requiritur in rebus
immobilibus pupilli, nisi dicas , vt dicetur ad alium text.
infra allegandum. ¶ Secundò contra istam communem de-
cisionem videtur esse text. not. in l. 3. §. quid ergo.ff. de con-
22 tra. iud. tute. † vbi pecunia pupilli deposita ad emptionem
prædiorum, non potest alienari sine decreto prætoris , sicut
nec aliæ res immbiles,& ad hoc reputat illum text. sing. Lud.
in l.si ex legati causa.ff. de verbor. obligat. Istam partem vide-
tur tenere Alberic. de Ros. in tertia parte statutorum. quæst.
207.quæ incipit. Item habeo duas pulchras quæst. &c. vbi de-
cidit,quòd stante statuto Bergami, quod marito præmoriēte,
vxor succedat in dimidia immobilium , certè mulier habebit
dimidiam mille florenorum depositorum pro emptione præ
diorum.allegat ad hoc dictā l. & si non sint. §. quid ergo. & l.
granaria.ff.de action.emp.¶ Sed tenendo primam opin.*quæ est
communis*,responde ad text.dict.l. tertię. §. quid ergo, prout re-
spondent. d. Alex. & Aret. hic, quòd licèt ibi dicatur,quòd in
illa pecunia pupilli deposita ad comparationē p̄diorum tutor
creditor pupilli fuit in culpa,si nō postulauit à p̄tore , vt coge-
ret depositariū ad satisfaciendū sibi de illis pecunijs , nō tñ ibi
requiruntur aliæ solennitates , quæ requirerentur in alienatio-
ne rei immobilis minoris , de quibus in l. magis puto. §. non
passim.ff.de rebus eorum, & facit text. in dicta l.à diuo Pio.§.
final. ¶ Tu tene decisionem Bald. & communem optima ra-
tione.nam statutum, & talis consuetudo cùm sint stricti iuris,
debent intelligi de re immobili propriè. l. tertia. §. hæc verba.
& ibi Bartol. ff. de negot. gest. cum similib.Sed pecunia desti-
nata ad emptionem rerum immobilium , licèt censeatur pro
b re immobili, tamen verè , & propriè non est res immobilis. [b]
23 † Cùm aliud sit esse tale, vel haberi pro tali. l. mercis appella-
tione.ff. de verbor. significat. Bartol. in l.si maritus.§.legis.ff.de
adulter. cum multis , quæ ad hoc cumulaui in l. prætor.§. pri-
mo.j. de oper. nou. nunc. ¶ Vltimò ad præsentem materiam
tactam per Bartol.adde text.not.in l. ex facto. §. rerum autem.
ff.de hæredib.instit.per quem tex.Bald. ibi in vltima columna
24 post Cyn. decidit , † quod si testator legat vxori vestes,quas
c habet in domo,veniūt [c] ēt vestes,quæ erāt extra domū,& fie-
bant de nouo , eo quia tales vestes videntur fuisse in domo
propter destinationē testatoris, & propter finalē eius proposi-
tum.Adde etiam ad materiam text. in l. si chorus. §. primo.ff.
de leg.2.& text.in l.fideicommissum.§. tractatum. versic. quid
tamen.ff. de iud.

ADDITIONES.

a ¶Librarum.Adde Soc.iun.in l.1.in prin.nu.75.ff.de acq. posses. PANCIR.

b ¶Immobilis.Adde Ias. in l.nemo.col. 13.j. eo. † Et pro articuli resolutione vide Ro.sing.104.consi. 188.vlt.dub.vbi distinguit,aut pecunia est pro prędiorū comparatione,& illa sine iudicis decreto alienari non potest.Crem. sing.60.post Rom.d.sing.Gomes.in §.item Seruiana. nu.11.insti.de act. vbi tenent , quòd talis pecunia inter immobilia computetur . Sed contrariam magis communem dicit Boer.q.209.Tiraq.de vtroque retrac.tit.1.§.1.glos. 7.nu.106.& sequen.Aut est inquit Rom. d. consi.ad honestam partem lucri , & sic in annuo redditu,& tūc annuus redditus inter immobilia computatur, no.idem Rom.consi.159.post nu.3.consi.302.in fi.Tiraq. de vtroque retrac. tit.1.§.1.gl.6.nu.4.& seq. MASVER.

c ¶ Veniunt.Adde Crem.sing.63.Fel.in c.cum adeo.col.2.versi.ad idem. extra de rescrip. vbi,quòd regulariter actus destinatus habetur pro perfecto.Sed cōtra videntur facere quæ scribit idem Fel.in c.eam te.col.9. versi. limit. 2. eod.titul. BELLOT.

*SVMMARIVM.*

1 *Dieta dicitur parua domuncula existens siue in rure , siue in ciuitate , & quid sit.nu.3.*

2 *Statutum puniens comburentem domum , habet locum in comburente paruam domunculam.*

3 *Dispositio Senatusconsulti,de quo hic, non habet locum in ædificio constructo per virum in fundo dotali.*

*Intellectus ad l. Marcellus.ff.de dona.inter virum & vxorem.*

1 §. Marcellus. † Maritus dietam , quam in hortis vxoris fecit , sicut potest detrahere , ita & legare. hoc dicit. In text. ibi dietam. Iacob. de Aret. Bald. & Raphael. Cuman. exponunt , idest paruam domunculam gratia fructuum factam , & sic dicitur prædium rusticum , & isto modo videntur intellexisse hunc text.

& Pau.de Cast.hic.Sed Bart.reprobat,& dicit se de hoc admirari, quòd pater debuerit cogitare de tali spe, quæ est contra votum parētum, & naturalem charitatem, vt hic per eum.

15 Præterea vltra eum ſm Mod. †ista esset spes hæreditatis viuentis,quæ non solùm in patre, sed ēt in alijs reprobatur tanquā turpis.l.1.§.si impubere.ff.de Carbo.edi.l.2.§.fi.ff.de vul.& pup. l.2.§.1.ff. de hæær.vel act.ven.l. post emancipationem. §. 1. & ibi Bart.not.ff.de lib.leg.Bart.in l.fi. ad fi.C. de pact. & latius in l.is potest.ff.de acq. hære.& in l. qui Romæ.§. duo fratres. in 1. oppo.& in 6.q.ff.de verb.oblig. vnde Bart. cum quo transeunt Ang.Flo.Imo.Raph.Cu.d.Alex.& Aret.hic, intelligit istū text. altero de trib.modis.& præsupponit,quòd iste pater non legauit scienter rem alienam. tunc.n. indistinctè valeret legatum & procederet oppositio .s. facta, vnde intelligit,vel quòd hic testator errauit in iure,vel quòd errauit in facto circa personā filij,vel errauit in facto circa ipsam rem,vt hic per Bart. & sic ſm istos tres intellectus Bart. testator habuit animum legandi rem propriam,& non alienam,& sic cessabit contrarium.Adde,quòd primus intellectus Bart.secundum Pau.& Alex. non solùm est verus, imò est necessarius, quòd testator crederet seruum castrēsis pecu.filij ad se spectare, etiam viuo filio, aliàs enim si testator sciuisset, indistinctè valeret legatum ,vt predixi.quod est contra istum text.¶ Istum intellectum Bart.reprobat Bald. tanquam diuinatiuum in omnibus trib. modis. Tu impugna fortius,quia iste text. in versi. cùm.n.filius in ratione decidendi non fundat se ex eo, quia pater crederet seruum esse suum,& sic erraret vel in iure,vel in facto,sed text. se fundat, quia vsque retrò fingitur pater dominium habuisse, ex quo filius non est vsus iure suo,quæ ratio est indifferens,& generalis,siue pater sciuerit esse filij,siue ignorauerit.¶ Præterea, quòd hic pater errauerit in iure, credens peculia castrensia ita statim acquiri patri,sicut profectitia, non est præsumendum, quia quilibet præsumitur scire iura. l. leges sacratissimæ. C. de legib. Sal.etiam ex alio reprobat intellectum Bar.& dicit nihil esse,& mouetur.nam si pater credebat se habere ius plenum, cùm non haberet,ideo nō valet legatum tanquam res aliena, eo quia credebat esse suam,nec tanquam habens ius in re, cū in veritate non haberet.Sed ad hoc fundamentum Sal.tu posses facile respondere,quòd valet legatum, quando vt ex retrò sibi acquireretur, & sic veritas ex post facto cōcurrit cum opinione. §. si quis rem suam. Insti. de leg. Breuiter potes tenere intellectum gl.quem vt dixi sequuntur Dy.Bal.Alb.& Pau. de Cast. & procedit ad hunc tex. sine vlla diuinatione. Nec obst. fundamentum Bar.& Doct. quòd cogitare de morte filij ante patrem est contra votum parentum, & naturalem charitatē, quia responde, quòd desiderare mortem filij eius odio, esset bene in patre spes omnino improba, sed cogitare vt in casum mortis filij prouideatur,vel disponatur, istud nō vr̄ improbatum à iure.istud patet in l.Gallus.in prin.& ibi per totam legē. ff.de lib. & posth. & etiam isto modo tollitur aliud, secundū φ spes hæreditatis viuentis tanquam turpis reprobatur, quia

16 fateor in spe, nō aūt in cogitatione ad prouisionem. ¶† Extrà gl.quærit Bar.si testator legat rem,quam habet in emphyteusim; & posteà acquirat directūm dominium, an illud cedat commodo legatarij,& distinguit vt per eum, cum quo tenēt Bald.Flo.& Imo.hic Bald.Imol.& Paul.de Castr.in l.serui electione.§.final.s.eod.Angel.Flo. & domin. Alexand. in l. apud Iulianum.§.si Titius,ad fi.s.eod.Angel.ī in.§.seq.Per.de Anch. in c. filius. de test. ¶ Contrariam opin.& melius, φ imò indistinctè debeatur legatario solum ius emphiteuticum, quòd habebat testator tempore testamenti,& non directum dominium posteà acquisitum, tenent Bald. Angel. Sal. & Paul. de Castr.in l.vxori.C.de lega.Nico.de Neap.Pau.de Castr.domi. Alexand.& Aret.hic.& idem Paul. de Castr. in dict.l.serui electione.§.final.in alia lectur.Bon. per regul. tritam, quòd testator in dubio videtur legare illud ius tantum, quod habet.l. si domus.§.final.cum similib.infra eodem. nec obst.l. si ex toto. in princip.supra eodem.alleg.per Bartol.quia illa. l. procedit, quando vna res accedit alteri legatę, vtraque manente in sua substantia, & suo esse, tunc augmētum accedit priori legato, vt ibi, quia illud ius superueniens non absorbet prius legatum,sed ei superuenit tanquam accessio: hic autem ius superueniens absorbet dominium vtile, quod erat legatum, & sic non superuenit vt accessorium, sed vt principale, vnde hęres tenebitur constituere nouam vtilem, & sic emphiteusim ipsi legatario.¶ Non obst.l. quod in rerum. §. 1. supra eodem. etiam alleg.per Bartol.quia loquitur, quando habens aliquod

17 ius, puta vsusfr. illud legat. † Nam superuenientia alterius iuris non facit in effectu extingui legatum, vt ibi, & l. apud Iulianum.§.si Titius.supra eod.& ita etiam est hic,quia superuenientia dominij directi non faciet extingui legatum emphi

18 teusis.¶† Item in quantū Bar.facit differentiā,an testator vtatur pronomine meū, [a] & tunc ius superueniens non augeat legatum,per gl.in l.serui electione.§.fi.s.eo. φa apponendo pronomen meum,vr̄ tunc se restringere ad tps præsens testamēti. l.si ita.ff.de aur.& arg.leg.aliàs secus. Adde, φ ista dr̄ia non est vera,φa semper testator vr̄ legare id,qđ est suū.l.si domus.§.si. ī.e.& semper vr̄ se referre ad tps testamenti,siue adijciat pronomen meū,siue non.l.fi.§.1. & ibi no.Bart.ī.tit.1.no.Bar.in d.l.si ita.in vers. 2.videndū est.& istā differentiam Bar. *communiter reprobant* Mod.in d.l.serui electione.§.fi.vbi plenius videas.

ADDITIO.

a ¶ Pronomine meū. Adde gl.in l.2.ff.de reli.& sump.fu.gl.in l.2.ff.de orig.iur. gl.in c.1.de post.prela.Bart.in l.Quintus.la 2.in §.argento.ff. de aur. & arg. leg.in l.1.ff.de ope.no.nun.Doct.in c.pro illorum.de prēb.

*SVMMARIVM.*

1 *Legans rem sibi legatam ignoranter, si repudiet legatum, an valeat legatum ab eo factum.*

*Repudiatio est alienatio.& nu.3.*

2 *Mutatio voluntatis in dubio non præsumitur.*

4 *Aduersatiua si verò, debet ponere diuersitatem iuris & facti.*

5 *Res legata censetur legatarij à die mortis testatoris fictè, sed verè à die aditæ hæreditatis.*

6 *Verbum videtur, importat fictionem.*

*Verbum retrò, importat fictionem translatiuā de tempore ad tēpus.*

## §. Si quis rem.

Qui rem sibi legatā ignorans legat, siue acceptet siue repudiet,valet legatum.h.d.ſm Bar. Sed an istud summariū in vlt.

1 parte,qn̄ repudiat,valeat,statim dicetur.¶† In tex. ibi, si verò repudiauerit.tex.non aperit, an isto scđo casu ēt legatū valeat vt in primo,an verò extinguatur. Bar.tenet, φ etiam isto casu legatum valeat. Idē tenent Sal. Pau. de Cast. d. Alex. & Aret. hic.Imo.in l.si fundum.sub conditio.§. si Titius.ī.eod. & dicit Sal.hic istud *communiter teneri*.dicit ēt Are.se valde admirari, φ Bal.Ang.& Im.sequātur aliam opin.φ Bar.φ licèt repudiatio sit alienatio, vt statim dicam, tn̄ per istā fingitur vsque retrò rem nunquā fuisse legatam,vt dicit tex.hic, & in l.legatarius. §. 1.s.eo.& in l.si tibi homo.§.cùm seruus.ī.eo.ideo legatum nō debet extingui,sicut non extingueretur,si dicta res nunquam fuisset testatori legata, & eandem rem tanquam alienā sciēter legasset.l.cùm alienam.C.de leg.licèt ergo posteà sciuerit eam rem sibi legatam esse,repudian.vr̄ remanere in prima voluntate, quę fuit legare rē alienam, & sic grauare hr̄dem onere re-

2 emendi rem alienā, præsertim † cùm in dubio non præsumatur mutatio voluntatis.l.eum qui.ff. de prob. & c. maiores.de baptis.Contrariam opin. & melius, φ imò per talem repudiationem extinguatur legatū factum ab ipso repudiante, tenent Dy.Iac. de Are.Cy. & Bal.Ang.Flo. Imo.& Raph.Cu. hic, &

3 Pau.de Cast.in d.l. cùm alienam. eo quia † talis repudiatio dr̄ esse spontanea alienatio.tex.est in l.magis puto. §. fundum.ff. de reb.eo.ergo legatum extinguitur. l. rem legatam. ff. de adi. leg.& l.fideicom.§.si rem.ī.de leg.3.& pōdera, quòd tex.in d. §.fundum.dicit repudiationem esse alienationem,& sic vtitur verb.esse,quod verbum denotat veritatem,vt dixi in l.cetera. §.si duob.s.eo.ergo ibi est tex. quòd repudiatio est vera alienatio,sed per veram alienationem extinguitur legatum. ¶ Item quia secundum Bald. talis actus repudiationis est contrarius acquisitioni dominij, cū tendat ad resolutionem legati, ideo vr̄ dicere mutationem voluntatis. Mihi magis placet ista 2. opin. & iste intellectus ad text. & moueor propter aduersatiuam si verò, positam in vltim. par. text. Nam si ita valeret legatum in 2. casu, quando legatarius repudiauit, sicut valet in 1. quando acceptauit, vt volunt Bartol. & sequaces, malè

4 staret aduersatiua, si verò, † quæ ponere debet diuersitatem facti, & iuris, vt per Bartol.in l. hoc amplius. §. de his autem. cum si.ī. de dam.inf. Et si diceretur subtiliter, quòd in d. ver. si verò,bene ponatur diuersitas in iure, & in facto, quia in primo casu, quando acceptauit, videtur vsque retrò fuisse legatarij, sed vbi repudiauit, videtur vsque retrò fuisse hæredis, vt dicit text. Respondetur, quòd istæ sunt rationes, quæ inferunt ad principalem quæsitum text. s. an legatum valeat. Sicut ergo in primo casu,quando legatum acceptauit, valet legatū, quia per acceptationem videtur retrò fuisse legatarij, ergo similiter in scđo casu,in quo est aduersatiua, qn̄ repudiauit, quia fingitur non fuisse dominus, debet per repudiationē legatū extingui, aliàs tex.omitteret rationē principalis dubij in 2.casu, & credo, quòd ista sit propria mens istius text. ¶ Nisi fortè diceres,quòd in 1.casu,quando acceptauit, valet legatū

tanquam

tanquam de re propria testatoris, quia censetur vsque retrò fuit. Si verò repudiauit, tūc venit text. aduersando, ꝙ non valet legatum tanquam de re propria ipsius testatoris, tñ bene valet tanquam legatū de re aliena. Sed istud nō apparet in isto text. ideo plus placet illud, quod proximè dixi. Secundò pro isto secundo intellectu quem tenui, pōt etiam ponderari iste tex. in prin. dum dicit, si posteà cognouerit, & voluerit ad se pertinere, ꝙ valet legatum, ergo à contrario, si repudiauerit, non valebit legatum, aliàs n. ista superfluè diceretur in tex. si etiam valeret legatum, qñ repudiat.
5 ¶† Vltimò ex isto tex. ibi, retrò ipsius fuisse videtur. no. Bar. ꝙ res legata censetur esse legatarij à morte testatoris fictè, sed à tempore aditæ hæreditatis verè. l. si tibi
a homo. §. cùm seruus. ꝟ. eo. idē no. [a] gl. hic, quæ dicit, ꝙ iste text. qui loquitur de die aditæ hæreditatis, respicit veritatē. Illi verò
6 qui dicunt de morte testatoris, respiciunt fictionē. † Sed certè iste text. vt etiam probat Aret. manifestè probat contra gl. & Bar. ꝙ legatarius non est verè dominus à die aditæ hæreditatis rei legatæ, sed fictè. patet quia tex. dicit, retrò vr̄, & verbum vr̄, in sua natura importat fictionem. l. 1. §. deiecisse. ff. de vi & vi arm. cū sim. Bar. in l. si is qui pro emp. in 6. col. ff. de vsuca. &
b & verbum retrò, [b] importat fictionē translatiuā de tempore ad tempus. l. retrò. ꝟ. de capt. l. deniqꝫ. & l. nec vtilem. ff. ex qui. cau. ma. Bar. in d. l. si is qui pro emp. in materia fictionis translatiuæ. Et de ista materia, qñ dominium rei legatæ acquiratur legatario, ponit latè Cy. in l. 1. in prin. C. communia de leg. per Scribentes in l. si tibi homo. §. cùm seruus. ꝟ. eo. per gl. no. in l. si quis ita hęreditatem. ff. de consti. pecu.

ADDITIONES.

a ¶Idem no. Illam sequitur Ias. in §. præiudiciales. 5. col. Inst. de act. & in l. sciendum. 3. not. de verb. obl. addens text. in l. qui liberis. §. hæc verba. de vulgar. & pupil. PVRPV.

b ¶ Verbum retrò. Adde gl. in l. si de meo. §. pen. ff. de acq. pos. & in l. in facto. ff de condi. & dem. & in regula rati. de reg. iu. lib. 6.

*SVMMARIVM.*

1 *Mutatio formæ artificialis in rudem materiam, vel ècontra, non extinguit legatum,*
*Mutatio sæpius facta circa formam eiusdem rei, non diminuit præsumptionem continuatæ voluntatis.*
2 *Aedificatum in area legata, debetur legatario vltra arcam.*
*Legato solo, ædificium seu superficiens superimposita cedit, & ponit limitationes remissiuè.*
3 *Augmentum factum in re legata circa substantiam rei legatæ, cedit commodo legatarij. & intellige, vt infra nu. 7.*
4 *Factum hæredis non potest præiudicare legatario.*
5 *Legata lana si fiat vestimentum, quando debeatur vestimentum.*
*Scypho legato si reducitur ad massam, quando debeatur.*
6 *Domus legata si cecidit, & reducta est ad àream, & alia noua edificata sit, legatum extinguitur.*
*Glo. debet intelligi secundum legem, quam allegat.*

## §.Si pocula.

Si sit mutatio rei legatę de màteria in formam, vel èconträ non extinguitur legatum, nisi testator voluntatem suam mutauerit. Aedificatum in area legata cedit legatario. h. d. vsque ad
1 §. eum qui. † No. 1. quòd mutatio formæ artificialis in rudem materiam, vel èconträ nū extinguit legatum, quòd ampliatur in versi. sed & si lacem. etiam si multiplex mutatio interuenirer subsistēte eadem materia. Ex quo correlariè habes notare, quòd mutatio sępius facta circa formam eiusdem rei, non diminuit præsumptionem cōntinuatæ voluntatis, quod be-
2 ne not. ad ea. quæ. ꝟ. dicuntur per Bartol. & alios. ¶† Secundò not. in versicul. si areæ. quòd ædificatum in area legata, debetur legatario vltra aream. facit. l. si areæ. ꝟ. titul. 1. Ex quo habes duo correlariè notare. Primò, quòd legato solo cedit ædificium, seu superficies posteà superimposita. facit l. Paulus. in fin. s. de pignor. l. adeò. §. cùm in suo. ff. de acquirend. rer. domin. & l. 2. C. de rei vend. vide tamen sex limitationes ad istam reg. quòd ędificium cedat solo, quas ponunt Lud. & do. Alex. in l. 1. §. nunc videamus. ff. de oper. nou. nun. Septimam
3 limi. ponit Bartol. in tract. de aleuo. in 7. columñ. ¶† Secundò habes, quòd augmentum factum in re legata circa substantiam rei legatæ cedit commodo legatarij. facit. l. si ex toto. in prin. & l. quod in rerum. §. 1. s. eod. & per Bart. in prin. huius. l. vbi dixi. ¶ Glo. in ver. consistere. dum opponit de l. lana. ꝟ. titul. 2. Aduerte, quòd illa lex fortiter obst. contra istam in duobus. Primò, inquantum hic dicitur, quòd si lana legetur, & ex ea fiat vestimentum, debetur legatum vestimenti, ibi dicitur de directo oppositum. Secundò obst. quia iste text. æquiparat legatum lanæ, & legatum massę, & vtrobique idem decidit. ibi aūt text. in prin. & in fi. facit totum oppositum, aliud decidit in lana, aliud in massa legata. Gl. hic respondet, quòd iste text. intelligitur, quando hæres fecit istam mutationem, contrariū loquitur, quando testator. Ita dicit gl. in l. si conuenerit. 2. §. fi. ff. de pig act. Ista est vera solu. in se, quia quando hæres mutauit,
4 † factum hæredis non potest præiudicare legatario. l. cætera. §. fi. in fi. s. eo. l. si is qui. ꝟ. de vsufr. legat. Sed testator per factum
5 suum pōt præiudicare. d. l. cæterā. §. fi. ¶† Istā sol. reprobant Bart. & omnes, quia est contra istum text. qui necessariò loquitur quando ipse testator mutauit, àliàs si mortuo testatore hæres fecisset istam mutationem, vt dicit gl. ineptum esset illud, quod dicit tex. de mutatione volūtatis testatoris. ¶ Præterea ista sol. gl. non tolleret contrariūm, prout secundo formauit. vnde Dyn. Bart. & communiter alij Scriben. aliter soluunt distinguendo, vt hic per Bart. ¶ Sed tu aduerte, inquantum Bart. & Doct. volunt, quòd quatenus iste text. loquitur de lana legata, debet intelligi in casu claro, quando constat, quòd testator non mutauit voluntatem, tunc vestimentum debetur ex legato, aliàs secus esset, per d. l. lana. sed quatenus iste text. loquitur de scyphis, & massa, potest intelligi, vt procedat etiam
* in casu dubio. ¶ Ista sol. Bart. *& communis est* valde dubitabilis. nam si iste text. quatenus loquitur de lana, intelligeretur in casu claro, quando constabat, quòd testator non mutauerat voluntatem, text. esset de indubitabili, vltra, quòd sit diuinare ad tex. Ptæterea, & secūdò intelligere istum text. diuersimodè, vt quatenus loquitur de lana, intelligat in casu claro, qñ constat. Sed quatenus loquit de scyphis, & massa, procedat ēt in casu dubio. ¶ Istud non videtur congruè dictum ad istum text. cùm vterque casus pariter decidatur sub vna, & eadem oratione, & decisione, ibi in omnibus supradictis legatum consistere. Tamen quia text. in d. l. lana. si consideretur in prin. & in fi. iuncta. l. quæsitum. §. illud fortasse. ꝟ. de leg. 3. formaliter videntur facere istam distin Bart. & Docto. ideo cum ea necessariò est transeūdum, quicquid aliter soluat Raph. Cu. & nihil est. ¶ Capio gl. in versi. legatario. ibi, secus èconträ si legauerit domum. Istam gl. reprobant & bene Bart. & Docto. per text. clarū. in l. si grege. in fi. s. eo. Sed tu salua gl. intelligendo eam s̄m legem, quam alleg. & sic s̄m l. si ita legatum. §. fin. ꝟ. eod.
6 † qñ domus legata cecidit, & redacta est ad areā, & alia noua ædificata, tunc extinguitur legatum. dictum enim glos. debet intelligi s̄m l. quā alleg. vt inquit Bar. in l. non solùm. §. si liberationis verba. ff. de lib. leg. & in l. cùm quidam. ꝟ. de his quib. vt indig. Sal. in l. si ex cautione. in 10. col. C. de non num. pec. Io. And. in c. cùm nuncius. de test. ¶ In ead. glo. ibi, solutio. ibi mutauit voluntatem. Istam solut. reprobant Bartol. & Doct. quia diuinat, & respondent alio modo, vt hic per Bart. Sed tu ad-
* uerte, quia solutio Bartol. *& communis* videtur eodem modo diuinare, & sic illo vitio laborare, quo Barto. reprobat glo. Primò inquantum Bar. dicit, ꝙ in isto tex. area erat ꝓpria testatoris, & ꝙ ipse testator superædificauit in area ꝓpria, istud diuinat ad istū text. qñ impersonaliter dicit, si areæ legatæ domus imposita sit. saluo si non defendas Bar. ex eo, quod subdit litera, nisi testator mutauerit volūtatem, quæ verba tñ necessariò non inferunt, aream fuisse propriam testatoris. ¶ Item inquātum Bar. & Doct. dicunt, ꝙ in d. l. si chorus. §. area. ibi area erat aliena, & non testōris, & ibi ille tertius superædificauit. Istud ēt diuinat ad illum tex. vbi ēt non dicitur haberi æstimationē, imò potius verba ꝯrium innuunt, licèt Bartol. istud præsupponat per text. in l. cætera. §. si duob. in fin. s. eod. Retenta tñ ista sol. Bar. & cōi pro vera, ex ea habes not. limitationem ad reg.
7 ꝙ † augmentum superueniens rei legatæ, auget legatū, & cedit commodo legatarij. l. si ex toto. in princ. & l. quod in rerū. §. 1. s. eod. ꝓcedit, si augmentū superueniat ex persona testōris, vel eius facto, secus si superueniat facto tertij in re aliena legata, q̄ fuerat aucta à vero dn̄o, nam per hoc non augeē legatū. d. l. chorus. §. area, & ita ēt no. & sequuntur Raph. Cuman. & d. Alex. hic.

*SVMMARIVM.*

1 *Legans, vel vendens chirogaphum seu instrumentum, intelligitur legare debitum, quod in eo continetur, & instrumento vendito quando censeatur venditum nomen. infra nu. 4.*
2 *Legatum quando esset inutile in continenti, tunc intelligitur id, quod continetur, esse legatum.*
*Legatum est donatio.*
*Donans instrumentum, intelligitur donare contenta in instrumento.*
3 *Debitum videtur remissum, quando creditor reddit debitori instrumentum debiti.*
4 *Testator, qui legat librum rationum, intelligitur legare debita, & credita in libro descripta.*

5 *Statutum annullans inſtrumentum propter gabellam non ſolutam, an intelligatur etiam annullare ſubſtantiam.ſ.obligationem,ſeu debitum in inſtrumento deſcriptum, ita vt debitum non poſſit poſtea probari per teſtes.*
6 *Renuncians inſtrumento non videtur renunciare debito in eo contento, ſed tantum probationi fiendæ per inſtrumentum.*
7 *Inſtrumentum differt à contractu,ſeu obligatione in ea contenta.*
8 *Statutum debet reſtringi, vt minus lædat ius commune, quàm fieri poſſit.*
9 *Argumentum valet de contractibus ad vltimas voluntates.*
10 *Nomen debitoris quando legatur alicui,ſufficit,ꝙ hæres cedat actionē.*
11 *Hæres non tenetur exigere nomen debitoris legatum ſuis ſumptibus.*

## §.Eum, qui chirographum.

1 † In legato chirographi, vel nominis continetur ſubſtantia
debiti, tam in contractu, quam in vlti. voluntate, & debent
cedi iura legatario.h.d.¶ Not. 1. ꝙ legans, vel vendens chiro-
graphum,ſeu inſtrumētum intelligitur legare debitum, quod
in eo continetur. Ratio eſt, quia aliàs legatum chirographi
de per ſe eſſet inutile, ſed legatum debet ſic ſemper intelligi,
vt afferat commoditatem legatario. l. ſi creditori. in fi. cum l.
2 ſeq.ſ̃.eod.Et † ex hoc correlariè no. ex text. quòd qn̄ legatum
eſſet inutile in continenti intelligitur id,quod continetur eſſe
legatū.Facit bene,qa legatū eſt donatio. l.legatū.j̃. tit. 1.& tex.
eſt not.in l. 1.C.de do.ꝙ qui donat,& tradit inſtrumenta,intel-
3 ligitur donare, & tradere res in illo inſtr̄o deſcriptas.† Simile
etiam videmus, quòd ſi creditor reddat debitori inſtrumen-
tum crediti, hoc ipſo intelligitur debitum remiſiſſe. Ratio,
quia aliàs redditio inſtrumenti nullam vtilitatem contineret.
l.Labeo.cum ſeq.& ibi gl.& Doct.ſ̃.de pact.& c.cū Eccleſia. 2.
4 in fi.& ibi gl.& Doct.vt lit.pen. † Similiter ſi teſtōr legat calēda
rium.i.librum rationum, ſeu codicem rationum, intelligitur
legare debita,& credita in eo.lib.deſcripta.text.eſt in l.qui filiū.
& in l.vxorem.§.ſi legauero.j̃.de leg.3. Cy.in l.certi iuris. in 6.
q.C.loca.¶ Limita iſtum text.& ſimiles,dum loquitur de ven
ditione inſtrumenti,niſi quantitas pretij aliud præſumi faciat,
vt ſi vendatur Bidello charta inſtrumenti pro vno ſolido, in
qua erat deſcriptus debitor in centū,tunc ſola charta intelligi-
tur vendita,& nō nomen in eo contentū,ſ̃m Ang.& Flo.Imo.
& Mod hic. per gl.no.in l. 1.§.1.ff. de ſuperfi.q̃ gl.Bar.ibi repu-
tat valde no.& illā gloſſ.reputat ſing.Bal.in c.literæ.in 3.col de
5 dila.¶ Secundò per iſtum text.no.Bald.argumentum, † quòd
ſi ſtatutum annullat inſtrumentum propter gabellam non
ſolutam, non intelligitur ſolùm annulare ſcripturam inſtru-
menti, ſed etiam ſubſtantiam. ſ. obligationem, debitum, ſeu
contractum deſcriptum in inſtrumento, adeo, quòd ſi pars
vellet probare contractum per teſtes,non valeret, ex quo ſta-
tutum intelligitur annullare ipſum contractum. & idem ſe-
ſequitur Flo.hic.idem Bal. in l.huiuſmodi.§.ita. per illum text.
j̃.eo.Lud.Ro.in conſ.57.quod inci.in cauſa verten. inter com-
munitatem.¶ Contrarium tenēt Imo.Raph.Cu.Pau.de Caſt.
& d.Alex.& Are.hic.& Raph.Cu.in d.l.huiuſmodi.§.ſi ita cui.
Pau.de Caſt.in conſ.99. quòd inci.notandum eſt, quòd dictū
ſtatutum. eo quia mens ſtatuti fuit inualidare probationem,
quę fieret per inſtrumentum,quæ facilior eſt probatio, quàm
per teſtes.l. contrahitur. ff. de pig. ergo firma debet remanere
obligatio, & ſubſtantia, ſi debitū probetur per teſtes, ſicut qn̄
deperditum eſſet inſtrumentum.l.ſicut.C. de fid. inſtr. l.teſtiū.
6 C.de teſt.& c.cùm olim.de priuil.Bene facit,† ꝙ no.Bal.in l.La
beo.§.1.ff.de pac.ꝙ qui renunciat inſtr̄o,non videtur renuncia
re debito in eo cōtento, ſed tantum probationi per inſtr̄m.ita
dicit eſſe caſum in l.3.C.de fid.inſtr.Sed iſtud argumentum de
facili tollitur negan. aſſumptum,quia imò ſtatutum intendat
annullare effectum, & ſubſtantiam inſtrumenti odio non ſol-
uentiū gabellas. Melius ergo facit pro iſta parte, quę videtur
7 verior,quia ex quo ſtatutum ſimpliciter annullat † inſtrumen
tum,de proprietate ſermonis aliud eſt inſtrumētum, & aliud
contractus, ſeu obligatio in eo contenta. l. ſi quis legatum. in
prin.& ibi Bart.in 4.col.ff de falſis.Bar.in l.1.§ & parui.ff.quod
vi aut clā.Bal.in l.fi.per illū text. C.de falſa cau.adiec. leg.ergo
in iſto ſtatuto pœnali verba debent propriè intelilgi.l. 1.§. ſi is
8 qui nauem cum ſim.ff.de exercito.† Pro eadem parte bene fa
cit, quia ex quo iſtud ſtatutum multū operatur vltrà ius cōe,
ergo debet reſtringi, vt minus lædat ius cōmune, q̃ ſit poſſi-
bile.l.ſi qn̄ in prin.cùm glo.C.de inof.teſt.c.cū dilectus.de con-
ſuetudine.no.Bar.in l.4.§.prætor ait.in 3.col.ff.de dam.inf.& in
l.2.ff.de vſuc.d.Abb.in c.ex parte.3.per illum text.de verb.ſig.
¶ Nec obſt.iſte tex.cum ſim.quia loquitur,qn̄ legatū aliàs nul
lam vtilitatē afferret, vt ſ̃.dixi. ſtatutū aūt bene operat̄ inuali-
dando probationē validiorē per inſtr̄m.Pręterea ſ̃m Raph.di
ctum ſtatutum eſt pœnale, ergo reſtringendum. l. cùm qui-
dam.ſ̃.de lib.& poſth.& regula in pœnis.de reg. iur. lib.6. Sed
in hoc text. agitur de legato, & ſic de vlt. voluntate, quæ
eſt fauorabilis. l. in teſtamentis. j̃. de regul. iur. c. cùm dilecti.
a de dona.¶ Tertiò not. [a] illud, ad quod quotidie allegatur
9 iſte text. † quòd bonum eſt argumentum de contractibus
b ad vltimas voluntates. [b] Sed aduerte, quia iſta eſt bona, &
optima argumentatio, quia cùm contractus ſint minus fa-
uorabiles, arguere de minori ad maius affirmatiuè eſt bona
15 tationem ad iura,quæ volunt, quod † quando titulus lucratiuus, puta donatio incepit à promissione, & non à traditione, tunc donator tenetur de euictione. l. Iul. §. primo. secundum verum intellectum, & ibi Bartol. & alij. ff. de verborum obligationibus. gloss. & Doctor.in l. secunda.C. de euict.gloss.in l. prima. in verbo, intercessit, & ibi Doctor. C. de iure dotium. Bartol.in l.Aristo.ff.de donatio.Nam illa iura procedunt,quãdo promisisset dare, vel rem donare, quod idem importat, quia donatio est doni datio. l.Senatus.§. secundo. ff.de donat.
16 causa mortis. † Secus si promisisset titulo lucratiuo tradere, tunc liberaretur tradendo rem qualis est, nec aliter teneretur de euictione, vt hoc text. quod est perpetuò notandum secũdum Paul.de Castr.domin.Alexan.& Aretin. hic. ¶Tertia cõ-
17 clus. est, quòd † qui promittit tradere rem in genere, tenetur facere accipientis, & sic tenetur de euictione non obstante verbo tradere. Et probatur in ista l.quæ de legato,iuncta glo. in verbo dare,quam ad hoc not. Imol. Paul. de Castr. & Alexand.hic,& secundum Imol.est singulariter ad hoc not. Et secundum hoc limitatur regula.l.si rem tradi. ff.de verbor. obligationib. vt procedat, quando quis promisit tradere speciem. Facit,quod volunt glo. & Bartol.in l.si domus.§. de euictione. ĩ.eod.& in l.ex empto.in princip.ff.de act.emp.& dixi.s.in tex. in secundo not. Sed aduerte, inquantum Bart. sequendo glo. intelligit istam l. quæ de legato, quando quis promisit tradere rem in specie ex titul. lucratiuo, tunc sufficit quõcunque tradatur,vt hac.l.nec tunc tenetur de euictione.pondera, quia secundum istum intellectum Bartol. post gloss. fit duplex violentia ad text.Primò impropriatur text.in verbo dare, vt ponatur pro tradere. Secundò restringitur iste text. ad casum, quando quis promisit tradere rem in specie ex titul.lucratiuo, & certè cùm text. simpliciter loquatur, non debet in dubio præsumi titulus lucratiuus, per regulam.l.cùm de indebito. §.
18 fi.ff.de probat.† & in dubio potius præsumitur stultitia, q̃ donatio,vel similis titulus lucratiuus, secundum Bald. in l. generaliter.in 3.colum.C. de non nume.pecun.nisi diceres,ꝙ ita sit necessarium intelligere propter l.2.& 3.ff. de act.emp.& sic, vt iura iurib.concordentur.Est verum,ꝙ Raphael. Cuma. conatur sustinere tex.in verb.dare,vt stet propriè,sed nihil congruũ videtur afferre, ideo omitto.

ADDITIO.

a ¶Differentiam.Adde Bartol.in l.cùm quis. ff.de verb.obl.

*SVMMARIVM.*

1 *Arguere licet de vltimis voluntatibus ad contractus,& ècontra.*
2 *Testamentum connumeratur inter contractus, & num. 30.*
3 *Interpretatio benignior, & latior fit in vltimis voluntatibus quàm in contractibus.*
4 *Argumentum de maiori ad minus affirmatiuè non valet.*
*Argumentum de minori fauorabili ad maius procedit affirmatiuè.*

*Vltimæ*

5 Vltimæ voluntates de iure communi habent executionem paratam abſque libello,& ordine iudiciario.

6 Inſtrumenta contractuum regulariter de iure communi non habent executionem paratam.

Partes non poßunt conuenire, quòd inſtrumentum habeat executionem paratam.

7 Prohibita alienari in vltima voluntate tacitè, vel expreſsè,alienantur ex cauſa dotis,vel donationis propter nuptias.

8 Prohibita alienari ex contractu inter viuos, non poſſunt alienari ex cauſa dotis,vel donationis propter nuptias.

Actus inter viuos interpretationem non recipiunt.

9 Prohibitio alienandi, quæ fit in vltima voluntate, eſt fortior quàm prohibitio,quæ fit ex contractu.

10 Res ſubiectæ reſtitutioni per viam vltimæ voluntatis, non poſſunt effectualiter alienari.

11 Secunda vltima voluntas etiam inutilis reuocat primam.

Per ſecundum contractum inutilem non receditur à primo, & ibi quomodo hoc intelligatur.

12 Electio in alterinatiuis, in vltimis voluntatibus, in dubio eſt legatarij, & in contractibus debitoris.

13 Maſculinum in vltimis voluntatibus concipit fœmininum.

14 Fœminæ in contractibus non veniunt appellatione maſculorum.

15 Nepotes in vltimis voluntatibus veniunt appellatione filiorum, non in contractibus.

16 Monaſterium in vltimis voluntatibus habetur loco filij, ſecus in contractibus.

17 In vltimis voluntatibus vno conceßo videtur concedi aliud, ſine quo conceßum non haberet effectum, ſecus in contractibus.

Diſpoſitio loquens de vna perſona, extenditur ad aliam, ſi aliter non poſſit habere effectum.

18 In vltimis voluntatibus in debito in diem, vel ſub condtione, etiam ſi non ſubſit cauſa caueri debet, ſecus in contractibus, quia nō caueretur niſi ſubſit cauſa.

19 In vltimis voluntatibus conditione pendente legati, vel fideicommiſſi poteſt interim proteſtari hæredi per quem damnum, vel pęnam incurrat,ſecus in contractibus.

20 Teſtator de iure ffforum,vel Codicis non poteſt prohibere falcidiam.

Hæres inter viuos poteſt remittere falcidiam.

21 Cautionem de vtendo,fruendo arbitrio boni viri,teſtator remittere non poteſt.

Hæres inter viuos remittit vſufructuario cautionem de vtendo,&c.

22 Cautio Mutiana habet locum in vltimis voluntatibus, non tamen in contractibus.

23 Spes conditionalis in vltimis voluntatibus non tranſmittitur ad hæredes, ſecus in contractibus.

Fideicom.conditionale relictum ab abſcendēte, nōn trāſmittitur per deſcendentem ad poſteros ſuos,ſi decedat ante purificatam conditionem.

24 Alimenta de futuro ſi debeantur ex vltima voluntate, ſuper eis non tranſigitur ſine decreto, ſecus ſi per viam contractus.

25 Diuiſio non inducitur per receptionem partis factam de debito ex teſtamento,ſecus in contractibus.

26 Conſequentia vt tollatur,non ſufficit dare etiam multas inſtantias.

27 Cotrahære quis prohibetur cum exiſtente in magiſtratu, non ſic per vltimam voluntatem.

28 Probitus contrahere cum certo genere perſonarum, non videtur prohibitus in vltima voluntate relinquere.

29 Statutum loquens de contractu, non habet locum in teſtamento.

30 Arguere non licet de contractu ad vltimas voluntates in ſtatuto.

31 Prohibitio de non alienando in certas perſonas, an comprehendat tranſmiſſionem iure hæreditario.

32 Statutum, quod non poſſint forenſi vendi, vel donari res ciuium exiſtentes in libro communis, an poterint in vltima voluntate relinqui, vel donari cauſa mortis,non firmat.

Caſus omißus in ſtatuto exorbitanti habetur pro omiſſo,& remanet in diſpoſitione iuris communis.

33 Conditio impoſſibilis vitiat ſtipulationem, & omnes contractus, non tamen vitiat vltimam voluntatem.

34 Libertus donando minuit legitimam patroni, non tamen teſtando.

35 Argumentum à contrario ſenſu ſumitur in contractib. conditionalib. non in teſtamentis, ex verbis teſtatoris conditionaliter prolatis.

36 Actus viuentium ſtare poſſunt in ſuſpenſo, non tamen actus morientium.

37 Fraus facilius præſumitur in contractibus, quàm in vltima voluntate.

38 Minor 25. annis habens curatorem non contrahit ſine curatore, & tamen teſtatur etiam eo inuito.

39 Minor habens curatorem non alienat immobilia inter viuos ſine curatore,& decreto,tamen in vltima voluntate ſic.

40 Exceptio non numeratæ pecuniæ opponi poteſt contra confeſſionem factam inter viuos, ſecus in vltima voluntate.

41 Seruo manumiſſo inter viuos,intelligitur donatum peculium, quod habebat, ſecus in manumißo ex vltima voluntate.

42 Stipulatio annua pro primo anno,cenſetur pura, pro reliquis conditionalis,ſecus in vltimis voluntatibus.

## LEX XLVIII.

a
1 QVæ de legato. [a] Not. † quòd bonum eſt argumentum de legato, & ſic de vltimis voluntatibus ad contractus.Ita arguit Iuriſconſul. hic, & in l.ita ſtipulatus. magna. in verſi. idque defendebat exemplo, & in l.ſi diuortio.ff.de verbor.oblig.& in l.obligationum ferè.§.placet. ff.de act.& oblig.& in l.non eſt mirum. ff. de pig. actio. & in l. pactum inter hæredem.vbi glo.& Doct. ff. de pact. & in l. prima.§.veteres,& ibi Aret.ad hoc not.ff.de acquir.poſſ.& in l.cũ quidam.in fin.C.de verbo.ſignific.& in l.ſi ſeruus legatus.§.ſi ei cui.ĩ.eod.¶Similiter ècontra de contractib.ad vltimas volun. procedit argumentum. Ita arguit Iuriſconſultus in l. ſeruum filij.§. cum qui chirographum.ſ̃. eod. & in l.ſi chirographum. infra de leg.3.& in l.ſi ſucceſſori.ſupra de negot.geſt. & in l.fin. C.de leg.& in l.prima.& ibi Bartol. not. C. de leg.fuſi.Ca. Et qđ ab vtroque bona ſit argumentatio.ſ. à contractibus ad vltimas voluntates & ècontra,no. glo.Inſti.de l.fuſi.Cani.in gloſſ. final.& in l.prima.C.eod.facit, quia contractus, & vltimæ voluntates æquiparantur.l.ſi ex legati cauſa. ff.de verbor. obligationibus.& dicta l.prima.§. veteres. & in l. teſtamentum non ideo.C.de teſtament.& in l.eandem.in princip. ff. de duob.reis.
2 Facit, quia † teſtamentum connumeratur inter contractus,ita dixit glo. not. in capitul.primo. §. item ſacramenta. in verbo, ſuper contractibus.poſt medium.de pace iuram.fir.per text.in d.l.eandem.de qua glo.inferius dicetur. Iſtæ duæ regulæ quia minus bene explicatæ reperiuntur,ideo pro intelligentia contra vtranque opponam multis medijs. ¶Contra primam re-
b gulam, [b] quod non ſit bonum argumentum de vltimis voluntatibus ad contractus, & ſic contra iſtum textum, & iura
3 concordantia præallegata, multa videntur obſtare. ¶† Primò, quia in vltimis voluntatibus fit latior, & benignior interpretatio,quàm in contractibus.capitul.cùm dilecti. de donat. Item vltimæ voluntates ſunt fauorabiliores, nam in dubio præſumitur maior ratio fauorabilis in vltimis voluntatibus, quàm in contractibus. l. in teſtamentis.ff. de regulis iuris, ideo videtur concludendum, quod regulariter, & in dubio non procedat argumentum de vltimis voluntatibus ad con-
4 tractus, † ſicut non procedit argumentum de maiori ad minus affirmatiuè.capitul.cùm in cunctis. de elect. Item non videtur bona argumentatio, cùm non ſit à pari, nec à ſimili,& ita colligitur ex not. per Dyn. & Rayn.& Imol.in dict.§.eum, qui chirographum. per Angel. in §. final.l. præcedentis, & ita expreſsè firmat domin. Alexand. in l. prima.in vltima colum. C. de inſti. & ſubſtitu. Sed bene ècontra, tanquam de minus fauorabili ad magis fauorabile procedet argumentum affirmatiuè.ita firmat domin.Chriſtoph. de Caſtil. in l. pecuniam. in prima charta. ff. ſi cert. petatur.de quo vltimo plenius dicetur infra in ſecunda regula. ¶Secundò contra iſtam regu-
5 lam facit, † quia vltimæ voluntates de iure communi habent executionem paratam abſque libello, & alio ordine iudiciario. Hinc eſt, quòd inſtrumentum teſtamenti de iure communi habet executionem paratam.l.final.vbi Doctor. ad hoc. not.C.de edict.diui Adria.tollen.quod procedit non ſolùm ex parte hæredis, ſed etiam ſi legatarius, vel fideicommiſſarius agat contra hæredem pro legato, vel fideicommiſſo ſibi relicto. nam de iure communi habet executionem teſtamenti abſque alio libello. ita probat text.not. nec alibi legi,in §. illud. cum gloſſ. in verbo decreto, & ibi Angel. ad hoc not. in Authentic.de hæred, & falcid. collat. prima. referunt,& ſequuntur

### ADDITIONES.

a ¶Quæ de legato.Adde l.iure ciuili.ff.de condi.& demonſtr. Alex.libr.2.conſil.12.in 1.arg.2. partis. PVRPV.

b ¶Contra primam regulam.Adde Scar.in l.prima.charta.2.C.de inſt.& ſubſt. vbi an procedat arg.de iudicijs ad vlt.volun.poſt Iaſ. in l. ſenium. colum. 4. C.qui teſtam. face. poſ. & vide Iaſ. dicentem æquiparari teſtam.contractui bonæ fidei,in Auth.ex cauſa,colum.13.de libr.præterit. & Bar. volentem, ꝙ conditio.facilius impleat in contractu,quàm in vltim.volunta.in l.hæc conditio.colum.1.de condit.& demonſtr.Tres differentias ponit glo. in l. final. in verb.minimè, de condi.inſer.Bartol.in l,ſi filius. in fin. de verbor. oblig. deciſio Nich. in §. æquè.colum. 2. Inſti. de act. Iaſ. vbi de mercib, in §. item ſeruiana.6.col.eod. titul. & incrementũ patens in vlti.volunta. cedit honorato,non in contractu. Dec. in capit. cum M.in 4.not.de conſtitu. & l. cùm acutiſſimi.cum ſimil. C. de fideicom.non procedit in contractu, ſecundum Bald.ibi in fin. & l. generaliter. C. de inſtitu. & ſubſtitu.non habet locum in conractu.Alex.lib.3.conſil.28.colum.pen. PVRPV.

6 tur Modern. in d. l. fin. Secus tamen est in contractibus,† quia
regulariter instrumenta contractuum de iure communi non
habent executionem paratam, vt est text. melior de iure in l.
minor 25. annis cui fideicommissum. in verbo ab initium no-
uæ petitionis redegerat. ff. de minor. Intantum, quòd etiam
contrahentes non possent per pactum expressum facere, ꝙ in-
strumentum habeat executionem paratam, secundum Bald.
in repe. l. tale pactum. §. qui prouocauit. in 20. q. ff. de pact. Ra-
7 tio,† quia ordo iudiciarius est de substantia, ideo pactis priua-
torum tolli, nec peruerti potest. glo. in c. de causis. cum sim. de
offic. deleg. & in l. in sacris. C. de prox. sacro. scri. lib. 12. Nec ob-
stat text. in l. 3. C. de pig. & l. Titia cū testamento. 1. j. de leg. 2.
quia illa iura loquuntur in priuata executione, in qua non re-
quiritur ordo iudiciarius, secus in publica iudiciali, ita ibidem
8 Bald. ¶ Tertiò contra istam regulam facit,† quia in vltimis vo-
luntatibus res prohibitæ alienari per testatorem, possunt ta-
men alienari ex causa dotis, vel donationis propter nuptias.
Auth. res, quæ. & in corpore vnde sumitur. C. commun. de leg.
Et ista regula procedit non solùm in tacita prohibitione resul-
tante ex causa fideicommissi, prout propriè loquuntur iura
præallegata, sed etiam quando esset expressa prohibitio testa-
toris de non alienando, adhuc posset alienari ex causa dotis,
vel donationis propter nuptias, ita Bartol. in l. filiusfam. §. diui.
in 2. q. j. eod. cum concor. quæ ibidem traduntur, vbi dicetur
de hoc. firmant Cyn. Bal. & Sal. in l. voluntatis. C. de fideicom.
Salic. in l. fin. in pen. q. C. de reb. alien. Et tamen secus est, quan-
do res esset prohibita alienari ex cõtractu inter viuos tali ꝓhi-
bitione, quæ impediat translationem dominij, tunc non pos-
set alienari ex causa dotis, vel donationis propter nuptias. glo.
est not. & approbata in l. nulla. & ibi Cyn. & Bald. not. C. de iu-
re do. & dicit ibidem Bald. quòd illa glo. est valde signanda, ꝙ
actus inter viuos non recipiunt interpretationem. d. Auth. res
quæ. & illa glo. non est alibi in iure secundum dom. Alex. qui
etiam eam sequitur in d. §. diui. in 6. col. & in consil. 245. quod
incipit, visis scriptis mihi transmissis. in 4. colum. lib. 2. ¶ Quar-
a tò [a] contra prædictam regulam facit,† nam fortior est prohi-
9 bitio alienandi, quę fit per viam vltimæ voluntatis, quia illa
impedit translationem dominij, quàm illa, quæ fit per viam
contractus, secundum glo. & Doct. in l. ea lege. C. de condi. ob
caus. & in l. si ita quis. §. ea l. & ibi Bart. & Mod. s. de verb. oblig.
10 † Hinc est, ꝙ res subiectæ restitutioni, per viam vltimæ volun-
tatis non possunt effectualiter alienari. l. 2. §. pen. & Authen. res
quæ. C. cõia de leg. & in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Treb. & ta-
men res subiectæ restitutioni, per viam contractus bene pos-
sunt alienari effectualiter. tex. est in l. & si dotis. vbi Bar. & Bald.
11 not. C. de iur. dot. ¶† Quintò in contrarium facit, quia in vlti-
mis voluntatib. per secundam inutilem reuocatur prima. l. &
si transferam, & ibi glo. & Bartol. ff. de adim. leg. l. planè. in prin.
s. eod. Imol. & Mod. in l. si cùm dotem. in prin. ff. sol. mat. & ibi-
dem. d. Alex. in 3. col. & habes text. not. in l. legatum sub condi-
tione. §. fin. ff. de adim. Bald. in l. f. a. in 3. q. C. de leg. tamen secus
in contractibus, vbi per sequentem contractum inutilem nõ
receditur à primo. l. 1. ff. de noua. & l. certi condictio. § quoniã.
ff. si cert. pet. Intellige tamen sanè secundum, quod declarat
Bartol. in d. l. & si transferam. per l. legata. in fin. ff. de adimen. le-
ga. Item intellige respectu legatorum, vel fideicommissorum,
non respectu testamenti. l. si iure. ff. de legat. tertio. & l. sanci-
12 mus C. de testam. ¶ Sextò in cõtrarium facit, † quia in vltimis
b voluntatibus alternatiuis in dubio electio est legatarij, [b] & sic
creditoris l. Lucio. vbi gloss. & Bartol. infra de leg. 2. Bartol. in l.
legato generaliter. s. eodem. Imol. & Moder. in l. planè. §. pen.
supra eodem, secus est in contractibus, in quibus in dubio ele-
ctio est debitoris. l. plerunque. in fin. supra de iure dotium. & l.
13 tertia. in princip. de eo quod certo loco. ¶† Septimò in con-
trarium facit, quia in vltimis voluntatibus masculinum con-
cipit fœmininum. l. si ita sit scriptum. infra de legat. secundo. &
l. qui duos. infra de legat. tertio. & est text. not. in l. seruum. & in
l. quisquis. ff. de verbor. significa. Hinc est, quòd si testator fece-
rit substitutionem hoc modo, si hæres moriatur absque filijs
legitimis, & tunc intelligitur non solùm de filijs masculis, sed
etiam de fœminis, secundum Ioan. And. domin. Ant. & alios
in capitul. Raynal. de testam. domin. Alexand. in consil. 55. in
tertio volum. quòd incipit, ponderatis his, quæ in themate
14 narrantur. in penult. colu. & tamen,† secus est in contractibus,
vbi appellatione masculorum non veniunt fœminæ. Vnde
si aliquis acquisiuit emphiteusim pro se, & filijs suis, non ve-
niunt filiæ fœminæ, ex quo non sunt expressè. Ita originaliter
not. Guid. de Suza. in l. veteribus. per illum textum. ff. de pact.
& in l. quicunque. C. de ser. fug. quem refert, & sequitur Arch.
in capitul. si quis suadente. 17. quæst. quarta. refert, & sequitur
Io. de Imol. dicens se ita pluries consuluisse, in dicta l. si ita sit
scriptum, & in l. cùm vir. ff. de condi. & demonstra. & in com-
mento. c. potuit. ad fin. de loca. cum alijs concord. quas dedi
15 in l. si quis id, quod. ff. de iuris. omn. iudi. ¶† Octauò in contra-
rium facit, quia in vltimis voluntatib. appellatione filiorum
veniunt etiam nepotes. l. liberorum. ff. de verbor. signifi. & ta-
men secus est in contractibus, ita singulariter tenet Bar. in dict.
l. liberorũ. in quinta colum. per d. l. si veterib. sequitur d. An. de
Butr. in capit. in quibusdam. in penul. colum. de pœnis. Petr. de
Anch. in cle. 1. eod. titul. Hinc est, ꝙ si aliquis acquisiuit em-
c phiteusim pro se, & filijs, non veniunt nepotes, [c] ita per plura
determinat Sal. in l. 2. in 21. q. C. de iure emphi. Imo. & Mod. in
l. ꝙ dr. in antepen. col. ff. de verb. oblig. & in l. cùm vir. ff. de con-
di. & dem. & in commento. d. c. potuit. ad fi. Item specificè cõ-
suluit Io. Cal. in consil. 11. posito sub titul. de loca. do. Alex. in
consil. 91. ꝙ incipit ponderatis his, de quibus in themate. in 16.
col. in 1. vol. & in consil. 128. quod incipit consideratis verbis
instrumenti. in 11. col. in fi. & in prin. seq. in eod. vol. & in consil.
17. 5. vol. quod incipit, ponderatis his, quæ in themate narran-
16 tur. in 2. col. ¶† Nonò in contrarium facit, quia in vltimis vo-
luntatib. monasterium habetur loco filij. c. in præsentia. de pro-
bat. §. sed hoc præsenti. in Auth. de sanctis. Epis. collat. 9 & Au-
d then. nisi rogati. vbi glo. [d] & Doct. C. ad Treb. & tñ secus est in
ꝯctib. sm Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. in ver. 120. quem
refert, & sequitur Bald. in l. filium diffinimus. ff. de his, qui sunt
sui, vel alie. iur. do. Ant. de Butr. in d. c. in præsentia. in 7. col. fa-
ciunt, quę habẽtur per gl. & Doct. in Auth. ingressi. C. de sacro-
17 san. Eccles. ¶ Decimò in ꝯrium facit,† quia in vltimis volun-
tatib. concessio vno, videtur concedi illud, sine quo concessum
non haberet effectum. l. illud. ff. de acquir. hær. l. pro hærede. §. fi.
cum gl. ff. de acquir. hæred. secus est in ꝯctibus, vt patet ex di-
stinctione Bart. in l. 1. ff. de serui. leg. sm quam istud intelligas, &
hoc qñ debet fieri extensio de vna re ad aliam, secus si debeat
fieri extensio de vna persona ad aliam, quia ad illam bene fit
extensio, si aliter dispositio non possit habere effectum. l. si sti-
pulatus fuerim abs te, & ibi Bart. not. ff. de verb. oblig. ¶ Vnde-
e cimò [e] in ꝯrium facit, † quia in vltimis voluntatibus in debi-
18 to in diem, vel sub conditione indistinctè debet caueri, etiam
si non subsit alia iusta causa. l. inter omnes, & l. seq. vbi Bart. &
alij not. ff. qui satisd. cogan. l. Paulus. 2. respon. ff. de præt. stip. se-
cus in debito in diem, vel sub conditione per viam ꝯctus, siue
stricti iuris, siue etiam bonę fidei, quia ibi non debet caueri, ni-
si superuenerit iusta causa suspicionis. l. in omnibus. in verbo
ex iusta causa. ff. de iudic. & l. si creditores. ff. de his, quæ in frau.
creditor. Bartol. in dict. l. inter omnes, & in l. 2. in princ. ff. solut.
matrim. cum concordan. ibi traditis. ¶ Duodecimò in contra-
19 rium facit, † quia in vltimis voluntatib. pendente conditione
legati, vel fideicom. potest interim fieri interpellatio, & prote-
statio hæredi, per quam incurrit in damnum vel pœnam, si
ꝯditioni nõ paruerit. l. si penum. ff. qñ dies leg. ced. l. j. ff. de penu.
leg. l. hęc adiectio, si in capitolium. j. de condi. & demonst &
tamen secus est in contractibus, in quib. pendente conditione
talis protestatio nihil releuat. l. si ita stipul. ver. Sabinus, & ibi la-
tè Bart. in multis locis. ff. de verbor. obligationib. Bar. in l. non
solùm. §. morte. in vltim. colum. infra de oper. nou. nunc ¶ De-
20 cimotertiò in contrarium facit, † quia testator de iure fiorũ,
& C. non potest prohibere detractionem falcidiæ. l. quod de
bonis. §. final. ad leg. Falcid. & l. fin. C. eodem, & tamen hæres in-
ter viuos potest remittere per pactum. l. potest. ff. ad leg. Falcid.
Rationem diuersitatis assignat Bartol. in l. pactum inter hære-
dem. vbi gl. de hoc dubitauit. supra de pact. Bartol. in l. nemo
potest. in 1. colum. vbi dicetur. infra eod. ¶ Decimoquartò in
21 contrarium facit, † quia in vltima voluntate testator non po-
test remittere satisdationem de vtendo fruendo arbitrio boni
viri. l. 1. & 4. C. de vsufruct. intantum, quòd si testator in testa-
mento prohiberet ab hærede peti satisdationem, & casu quo
peteret, eum priuaret hęreditate, tamen hoc non obstante hæ-
res potest eam petere, secundum Paul. de Castr. in consil. 111.
quod incipit antequam veniam ad dubia, per text. in l. vnica.
ad fin. C. de his, quæ pœn. nom. facit vltra eum regula. l. Seius
& Augerius. cum his, quæ ibi decidunt Bartol. & alij. ff. ad leg.
Falcid. & tamen hæres inter viuos potest remittere. l. scire. C. vt
in pos.

ADDITIONES.

a ¶ Quartò. Adde Ias. in l. fi. 2. col. C. commun. de leg. glo. in l. peto. §. fratre. de leg. 2. PVRPV.

b ¶ Legatarij. Adde Io. Fab. in §. si generaliter. col. fi. Insti. de leg. PVRPV.

c ¶ Non veniunt nepotes. Adde, quid si non sunt filij, an veniant nepotes? vide Alex. de Imol. in l. Gallus. in §. instituens. ff. de lib. & posth.

d ¶ Vbi glo. Adde, ꝙ illa glo. in causis singul. facit contra hanc distin. PVRPV.

e ¶ Vndecimò. Istam comproba, & erit 12. oppsitiò. quia conditio est fauorabilior in vltimis voluntatibus. Ias. in l. prima. columna tertia. C. de insti. & substitu. PVRPV.

in poſ.lega.nec eſt bona ratio gl.ibi,& Bar.in d.l.pactum,quòd
inter hæredem,& in l.nemo poteſt.in 1.col.ſ.eo. eo quia daretur materia delinquendi, nam inuitaret vſufructuarium ad
delinquendum,contra l.conuenire.ff.de pact.dot.Nam ſecundum iſtam rationem ēt hæres non poſſet remitere, quia ſimiliter inuitaret ad delinquen.l.ſi vnus.§.illud.ff.de pac.& tamen
hoc eſt falſum per d.l.ſcire. in fi.in verbo teſtamēto,à cōtrario
ſenſu.de quo plenius dixi in d.l.pactum inter hæredem.¶ Dè-
22 cimoquintò in contrarium facit. † Nam cautio Mutiana habet locum in vltimis voluntatibus.l.Mutianæ. & l. Titio fundus.ſ.de cond.& demon.& l.cùm filius.§.qui Mutianam.ſ.de
legat. 2. & tamen non habet locum in contractibus. §. ſi quis
ita ſtipuletur. Inſtitu. de verbo. oblig. gloſſ. & Bartol. in dict.
l.Mutianæ.cum concor. quas dedi in l.ſiue apud acta. C. de
23 tranſa. ¶ Decimoſextò in contarium facit, quia † in vltimis
voluntatibus ſpes conditionalis non tranſmittitur ad hæredes.l.vnica. §. ſinautem ſub conditione. C. de cadu. tolen. in
tantum, quod etiam filius non tranſmittit fideicommiſſum
conditionale,ſi decedat ante conditionem purificatam. gloſſ.
eſt no.in l.heredes mei §.cū ita. in verbo ſucepiſſe.ſ.ad Treb.
Item fideicommiſſum conditionale relictum ab aſcendente
non tranſmittitur per deſcendentem ad poſteros ſuos, ſi decedat ante purificatam conditionem. gloſſ. eſt not. in l. vnica.
& ibi Bartol.& alij.C.de his, qui ante aper.tabu.bonus text. in
d.l.vnica.§.ſinautem ſub conditione, & ibi Bald. & Raphael.
ad hoc not.text. in l. ſi in perſona, & ibi Bald. not. C. de fideicommiſ.& tamen ſecus eſt in ꝯtibus.§.ex ꝯdōnali.& ibi glo.
Inſt.de verb.oblig.Bar.in l.huiuſmodi.ff.quando dies lega.ced.
24 & in l.extraneum.ad fi.C. de hæred.inſti. ¶† Decimoſeptimo
ſuper alimentis de futuro relictis in vltima voluntate non
poteſt tranſigi ſine decreto prætoris, & tamen ſecus eſt, ſi
debeantur per viam contractus.l.cùm hi. §.planè. ff. de tranſa.
25 l.de alimentis.vbi dixi.C. eod. ¶† Decimooctauò in vltimis
voluntatibus per receptionem partis non præiudicatur,nec
inducitur diuiſio.l. ſi ex toto. §. 1.ſ.eod.& tamen ſecus eſt in
contractibus. l. ſi creditores. vbi Bartol. & alij, ſupra de pact.
¶ Multas alias oppoſitiones quilibet ſtudioſus poterit adinuenire. Ex iſtis omnibus habes notare, quòd Iuriſconſul.hic,
& in locis, ſupra allega. arguit de vltimis voluntatibus ad
contractus, & tamen reperiuntur multæ inſtantiæ. Et ſic
26 videtur, quòd ad tollendam † conſequentiam non ſufficiat
dare etiam multas inſtantias, quod vltimum qualiter pro-
a cedat,dixi in l.creditori, vbi gl. ff. de ope. no. nun. [a] ¶ Contra
27 ſecundam regulam, † quod etiam ècontra non procedat
argumentum à contractibus ad vltimas voluntates, multa
videntur facere. ¶ Primò, prohibitum eſt contrahere cum
habente magiſtratum, vel officium publicum in loco,præcipuè donando. l. vnica.C.de contracti.iudi.l. non licèt. C. de
contrahen. emp. l. final. C. de reſcindend. vend. l. principalibus.vbi dixi. ff.ſi cert. pet. l. aufertur. §. quod à præſide, & ibi
not. Bartol. ff. de iure fiſci. & tamen non eſt prohibitum per
viam teſtamenti, vel vltimæ voluntatis. l. non dubium, &
ibi Bartol. & Docto. C. de teſtamen. Ex iſtis iuribus collige
28 pulchram regulam, ꝙ † prohibitus contrahere cum certo
perſonarum genere, non videtur eſſe prohibitus in teſtamento, vel vltima volūtate relinquere. Facit, quia teſtamentum
non eſt contractus, nec ècontra.l. verba geſſerunt.ff.de verbo.
ſign.l.teſtamentū nō ideo.C.de teſta.per quē tex. cū gl.no. Bal.
29 & alij ibi, † ꝙ ſtatutum loquens de ꝯtu non habet locū in
teſtō,& ſi ſtatutū annullat ꝯtum rōne gabellę nō ſolutę, non
propterea annullat teſtm̄, quia ſtatuta noui iuris inductiua nō
extendūt de ꝯtibus ad teſtamēta, nec ècōtra, nec iſta argumentatio procedit in ſtatutis,quę tm̄ diſponūt,quatū loquuntur,& non plus,& ita ibi Bal.& alij, & idem Bal. in l. vnica. C.
de leg. Fuſi. Cani. & ſecundum iſta declara gloſſ. quam.ſ.re-
30 tuli,in c. 1. §. item ſacramenta. de pace iur. fir. † quæ dicit,te-
31 ſtamentum numerari inter contractus: prohibitio † autem
de non alienando in certas perſonas, videtur generalior, quia
comprehendit etiam tranſmiſſionem iūre hæreditario.l.codicillis. §.matre.infra de legat. ſecundo. declarat not. Bartol.in l.
peto.§.fratre.eo.tit.& in l.ſi ita quis.§.ea lege. ff.de verb. oblig.
& in l.ea lege.C.de condi.ob cauſ. & adde, quòd ſtatim ſequitur. ¶Secundò contra iſtam regulam facit illud,quod ſingulariter decidit Bal.in capit.quia.V. in vlt.colum. circa fi.de iu-
32 dic. vbi dicit ſæpè de facto contingere: † Dictat ſtatutum, qđ
forenſi non poſſunt vendi,vel donari res ciuium exiſtentes in
libro communis,nunquid poterunt in vltima voluntate legari, vel donari cauſa mortis? Primò dicit videri, quòd non,
cùm ſit eadem ratio ſtatuti,& vbi eſt identitas rationis,ibi non
dicitur extenſio, ſed eſt verius tacita diſpoſitio eiuſdem ſtatuti.l. his ſolis. in verbo ſatis tacitè cautum putamus. C. de reuocan.donat.Contrarium determinat, & not.iſtam deciſionem
per doctrin. Dyn.in l. ſeruum filij.§. qui chirographum. ſupra
eod.Item, quia in ſtatuto exorbitanti caſus omiſſus habetur
pro omiſſo, & relinquitur diſpoſitioni iuris communis. l. ſi cū
dotem.in princip.& l.ſi vero. §.de viro.ff.ſolut. matrimo. not.
in c.ſuſceptum. de reſcrip. in ſexto. in nouella, & hoc reputat
valde tenendum menti. Ego non confirmo hanc deciſionem,
quia ex theorica Bartol.& aliorum in l. ſi ita quis.§. ea lege. ff.
33 de verbor. oblig. apparet non eſſe verum. ¶† Tertiò in contrarium facit, quia conditio impoſſibilis vitiat ſtipulationem,
& omnes contractus tam ſtricti iuris, quàm bonæ fidei. l. non
ſolùm.ff.de act.& oblig.& ibi text. aſſignat rationem.l. impoſſibilis.ff.de verbor.obligat.§.impoſſibilis. Inſtitu. de inut.ſtipul.
& tamen non vitiat vltimas voluntates. l. obtinuit. ff. de condit.& demon.l. 1.vbi glo.& Bartol.ff.de condi.inſtitu. glo. in §.
final. Inſtitu. de legat. not.in l.ſi mihi, & tibi. §. ſi quis ſeruos,
quos Gadibus. ſupra eodem. etiam ſi teſtator fuerit incertus,
vtrum conditio eſſet impoſſibilis,vel non, adhuc non vitiatur
legatum, caſus eſt ſingularis ſecundum Bartol. ibi ad fin. in l.
ab omnibus. §. in teſtamento.infra eodem. ¶Quartò in contrarium eſt text. in l. viuus libertus. ff. ſi quid in fraud. patron.
34 † vbi libertus inter viuos poteſt donare benemerentibus in
diminutionem legitimæ patroni, ſed tamen non poteſt in vltima voluntate eis legare, & vide quod per illum textum decidit not.Bartol.in l. ambitioſa. in ſecunda columna. ff. de decret.ab ordin. fac. rationem diuerſitatis ad illum textum aſſignat glo.not.in l. patronus.ff.de probat.& vide text.in l.prima.
§.prima. ff. ſi quid in fraud. patron. ¶† Quintò in contrarium
35 facit, quia † in contractibus conditionalibus ſumitur argum.
à contrario ſenſu l.pecuniam.ff.ſi cert.petatur.l.inter ſocerum.
§.cùm inter.ff.de pact.dot. ſiue ſint contractus ſtricti iuris, ſiue
bonæ fidei,ſecundum Bald.in l.apud antiquos. C. de fur.& tamen non habet locum in vltimis voluntatibus in verbis teſtatoris conditionaliter prolatis, ſi deceſſerit ſine liberis talem ſubſtituo, non ſumitur argument.à contrario, ergo ſi
deceſſerit cum filijs, ꝙ filij intelligantur ſubſtituti. gloſſ. eſt
approbata in l.Lucius,& ibi clarius Bart.ſ.de hære.inſtit. cum
concor. quas dixi in l. 1. C. de pact. ¶Sextò in contrarium eſt
36 text.in l.fin.in fin.ff.communia præd.qui dicit, ꝙ † actus viuētium poſſunt ſtare ſuſpenſo,ſed non actus morientium, & ibi
vide Bartol. in vltim colum. declarantem ad propoſitum no-
37 ſtrum. ¶† Septimò in contrarium facit, quia in contractibus
facilius præſumitur fraus,quàm in vltima voluntate.l. ex hoc
edicto.§.alienationes.ff.de alie.iudic.mu.cauſa fac.Bar. in l.ſi is,
qui ex bonis.ad fi.vbi dixi.ff.de vulg.& pup.& ibi Imo.& Mod.
reprobant glo.quæ dicit ꝯrium,in l.qui teſtm̄.in prin.ff.de pro-
38 bat.¶† Octauò in ꝯrium facit,quia minor 25. annis habens curatorem, cùm æquiparetur pupillo, non poteſt ꝯhere ſine auctoritate curatoris.l.ſi curatorem habens.C. de in integr.reſtit.
min.& tamen poteſt teſtari ſine auctoritate curatoris.ſ.l. Aurelio.§.Caius.ff.de lib.legat.l.ſi frater.ff. qui teſt.facer. poſſ. etiam
ſi curator expreſsè contradicat. l. cùm pater. §. curatoris. ſ. de
leg. 2. ſecundum Bal. & alios in dict.l. ſi frater.Ratio diuerſitatis traditur per glo. in d. §. Caius.per Bart. in l.verba geſſerunt,
per illum tex.ff.de verb.ſig.& in l.1.§.fuit quæſitum.ff.ad Treb.
39 ¶† Nonò in contrarium facit, quia adultus habens curatorem, non poteſt alenare inter viuos res immobiles ſine auctoritate curatoris, & decreto iudicis.l.lex, quæ tutores. C.de
adminiſtrat. tutor.l. magis puto. §. non paſſim. ff. de rebus eorum, & tamen poteſt in vltima voluntate.nam in teſtō poteſt
cōmittere creditorib. quod alienent res ſine decreto iudicis.
ita not. Bald. in l.prædium.C. qn̄ decre.opus non eſt, vbi dicit
hūc paſſum non eſſe ab alijs tactum, & idem Bald. in l. 1. in
40 prin.ff.de reb.eorum.¶† Decimò in contrarium facit,quia ꝯ
confeſſionem,quæ fit inter viuos, habet locum exceptio non
numeratæ pecuniæ. Inſti. de lit. obli. & toto titul. C. de non
nun. pec. ſecus eſt in illa, quæ fit in vltim. voluntate, quia
non expectat futurā numerationem. gloſſ. eſt not. in l. prima
C. de fal. cau.adiec.leg.quæ gloſſ.eſt ad hoc vnica, & ſingularis in iure, ſecundum Bald. in dict. capitul. literas, in ſecunda
column.de præſum. & in tit. de pace conſtan. in verb. vaſalli.
41 el 1. in fi. ¶† Vndecimò in contrarium facit, quia dominus
manu-

ADDITIO.

a ¶ Operis no.nū. Adde duas differētias,quas ipſe ponit ī l.planè la j.ver.3.&
4.limita.infra eo.& Ioan.de Pla.in §.ſeruus aūt plurium.Inſt.de hæred.inſti.
Iaſ.ponit vnam in l.cùm res.8.not.infra eodem.Aliam, quæ eſt in conſil. ſeptimo.viſo inſtrumento.Parpal. in l. ſtipulationes non diuiduntur. in octaua oppoſi.de verbor.obligationibus. Aliam Bartol. in l. ſi inſulam. in fin.4.
oppo.1.partis,illo eodem titul.Aliam in l.ſtipula.iſta.16.colum. verſi.tertio.
eſt videndum.de verb.oblig. PVRPV.

manumittendo ſeruũ inter viuos, intelligitur ei donare peculium,quod habebat ſeruus, ſecus ſi manumittat in vlt.volunta-
42 te.l.vnica.& ibi gl.C.de pecu.eius,qui lib.meruit. ¶† Duodecimò facit, quia ſtipulatio annua cenſetur pro primo anno pura,pro ſequentib. conditionalis, ſecus in vltimis voluntatibus. l.ſi ſtichum. §.ſtipulatio.ff.de verb.oblig.l.Senatus. §. fi. cum ſimi. ff.de dona. cauſa mortis. ¶Decimotertiò facit,quod decidit Bar.in l.1.§.ſi plures.in 2.q. ff.de exercito. ¶Decimoquartò facit,quod decidit idem Bar.in l.via conſtitui.§.fi.ff.de ſeruit.ruſti.prædio.¶Decimoquintò facit,quod decidit not.Barto.in l.ſi plures.ff.de dam.infect.

### SVMMARIVM.

1 *Hæres poſt moram tenetur legatario ad vſuras, & omnes acceſſiones.*

2 *Vſuræ licèt non veniant,quando legata eſt ſpecies,ex mora,tamen debentur,quando legata eſt pecunia.*

3 *Pecunia, quæ debetur licèt quo ad aliqua iudicetur vt ſpecies, tamen quantum ad vſuras non habet naturam ſpeciei.nu.5.*

4 *Pecunia etiam in ſacculo depoſita non recipit vſuras.*

6 *Actio ex teſtamento eſt ſtricti iuris,& habet naturam bonæ fidei, quo ad vſuras,& acceſſiones,& quomodo.nu.8.remiſſiuè.*

7 *Vſuræ in contractibus ſtricti iuris non veniunt niſi à tompore litis conteſtatæ.*

8 *Fructus natureles ex re teſtatoris legata,non debentur ante moram, ſicut nec vſuræ,& ibi de veritate.*

9 *Hæres de fructibus perceptis ex re teſtatoris legata, tenetur ante moram ab adita hæreditate de eo,quod percepit, & de percipiendis poſt moram.*

10 *Res legata præſtatur per hæredem in loco vbi relicta eſt.*

11 *Res legata ſi eſſet in loco multum longinquo,hæres eam perquirit ſumptibus eius.*

12 *Quaſi contractus,qui celebratur inter hæredem, & legatarios per aditionem hæreditis,differt ab alijs.*

*Res,quæ petitur ex contractu, debet ſolui vbi petitur, ſed in legato vbi eſt.*

13 *Hæres,qui adit, videtur contrahere non in loco vbi adit, ſed in loco vbi ſunt res.*

14 *Seruari debet non ſolùm id,quod teſtator voluit, ſed etiam illud quod veriſimile eſt eum voluiſſe,& nu.15.16.17.& 18.*

19 *Diſpoſitio quamuis generalis non eſt referenda ad ea, de quibus non eſt veriſimile diſponentem cogitaſſe.*

20 *Inſtitutio facta de filijs,an trahatur ad filium, quem teſtator ignorabat ſe habere,& nu.21.*

22 *Hæres ſi tranſtulit rem legatam de loco vbi erat tempore facti legati, tenetur eam præſtare in loco vbi petitur.*

23 *Translatio rei legatæ ab hærede facta ſine dolo,vel culpa,nocet legatario,vt in loco, vbi res nunc eſt, debeat peti, niſi eſſet facta ad locum multum longinquum.*

24 *Quantitas legata debet præſtari per hæredem vbi petitur.*

25 *Res legata ſi culpa hæredis non apparet, hęres tenetur ad æſtimationem.*

26 *Res legata ſi perijt culpa hæredis, legatarius eligit vel agere ad rem, vel ad pretium.*

27 *Electio in legato alternatiuo,quando verba executiua referuntur ad hęredem,eſt hæredis,aliàs legatarij.*

28 *Hæres,& alius quilibet,qui haberet eligere in alternatiuis, ita demum habet electionem,quando non eſt moram facturus legatario.*

*Debitori in alternatiuis tunc datur electio,quando vtriuſque rei habet expeditam ſolutionem.*

29 *In obligationibus alternatiuis inter viuos licèt admittatur variatio etiam poſt ſententiam,tamen non admittitur,quando variatio impediret executionem.*

30 *Res ꝙ non extet,& non appareat,vel non reperiatur,paria ſunt.*

*Ad æſtimationem rei ita deuenitur, quando non apparet, ſicut quando non extat.*

*Paria ſunt non eſſe,vel eſſe,& non apparere.*

31 *Hæres erga legatarium tenetur etiam de leuiſſima culpa.*

*Diligentia capitur pro leuiſſima culpa.*

32 *Per interitum rei legatæ ante moram hæres liberatur, ita vt etiam non teneatur ad æſtimationem.*

33 *Hæres poſt moram tenetur de interitu,& odio moroſo.*

*Contra moroſum fit in omnibus ſiniſtra interpretatio.*

34 *Hæres pro ſpecie legata,quæ non appareat abſque eius culpa, tenetur cauere legatario de reſtituendo ſi apparuerit,& de proſequendo expẽſis tamen legatarij.*

35 *Debitor ſpeciei quando teneatur cauere de reſtituendo rem ipſam,quando non appareat.*

36 *Procurator tenetur de leuiſſima culpa, & quando teneatur cauere de reſtitutione rei,ſi ad eum peruenerit.*

37 *Depoſitarius tenetur de dolo,& lata culpa, ideo non cauet de reſtituendo rem.*

38 *Hæres adeũdo hæreditatem dicitur quaſi contrahere cum legatarijs,& fideicommiſſarijs.*

39 *Quaſi contrahere cum legatarijs, & creditoribus dicitur etiam agnoſcens bonorum poſſeſſionem.*

40 *Debitor ſpeciei moroſus tenetur de interitu, etiam ſi ſpecies eodem modo fuiſſet peritura penes creditorem.*

## LEX XLIX.

CVm res. ¶Hæres poſt moram tenetur ad vſuras, & aliàs acceſſiones.hoc primò. Et ſpecies legata debet præſtari in loco, vbi eſt relicta, niſi teſtator aliud ſenſerit,vel ſi dolo hęredis in alium locum fit translatio.hoc ſecundò. Item legatum generis,quando iudicatur vt corpus, debet præſtari vbi relictum eſt, aliàs vbi petitur.hoc tertio. Et ſi ſpecies legata non apparet culpa hæredis,æſtimatio debetur, aliàs cauet de reſtituendo, cùm ad eum peruenerit.hoc quartò.Et in legato alternatiuo debet res præſens præſtari, vel alterius æſtimatio, & ſi ambæ res non apparent, debet caueri de præſtanda illa,quæ in poteſtatẽ hæredis peruenerit,aut abſentis vel mortuæ æſtimationem.hoc quintò. Item quando res legata perijt, vel non apparet ſine culpa hæredis,tenetur ſolùm cauere,ſi verò cum culpa,debet ſtatim condemnari pro re legata.hoc ſextò. Item hæres tenetur de leuiſſima etiam culpa, & etiam de interitu poſt moram.hoc ſeptimò, & vlt.& tota iſta.
1 l.vſque ad fi.¶† Not. primò, quòd hæres moroſus in præſtanda re legata tenetur legatario ad vſuras,& ad fructus,& ad omne aliud damnum quod paſſus eſt legatarius. facit.l. apud Iulianum.aliàs incipit Aphricanus.§.fructus.ſ̃.eod.Et quatenus tex. loquitur de vſura,clarè procedit in pecunia in quantitate relicta poteſt etiam ſecundum gloſſ. primam, & clarius Barto.& Docto.procedere in pecunia in ſpecie relicta,per l.2. & 3. & 4. C.depoſi.¶Not.iſtam ſecundam ſolutionem Barto. & Docto.
2 quia ex ea habes correlariè tria,vel quatuor notare.Primò,† ꝙ licèt in ſpeciebus non veniant vſuræ ex mora. l. in fideicommiſſi.§.ſi auro.ff.de vſur.tamen veniunt in pecunia,quæ debetur vt ſpecies,vt hoc text.iuncta glo. 1. Et ex hoc habes ſecun-
3 dò notare,ſecundum Petr.Imol.Raph.& Aret. hic, † quòd licèt pecunia,quæ debetur vt certum corpus, quo ad aliqua iudicetur vt ſpecies, & habeat naturam ſpeciei.l. talis ſcriptura. ver.penu.& l.plane.§.1.ſ̃.eo.& l.ſed ſi certos. j̃. eod. & l. ſi creditor. ſ̃. de pecu. tamen quantum ad vſuras non habet naturam ſpeciei,vt hic.quod bene no.¶Tertiò per iſta apparet, nõ bene dicere Bald.in c.1.§. ſimiliter. de contro. inueſt. in vſibus
4 feud.vbi not.† quòd ſicut ſpecies non recipit vſuras d.l.in fideicommiſſi. §.ſi auro.ita nec pecunia in ſacculo depoſita, cùm
5 iudicetur vt ſpecies,& malè dicit per prędicta.¶† Quartò ſubtilius habes correlariè notare ex iſto text. iuncta dicta ſolutio. glo.& Barto.& iuncto ver.ſed ſi id.j̃.ea.l. quòd in eadem pecunia,quæ legatur vt certum corpus,reputatur, quòd non ſit ſpecies,item reputatur,quòd ſit ſpecies, & cùm iſta ſint contraria in eadem lege,non videntur poſſe ſtare. In iſto enim principio pecunia, quæ legatur vt certum corpus,non iudicatur vt ſpecies,quia veniunt vſuræ, quæ non veniunt in ſpeciebus vt dixi. ſed poſtea.j̃.in verſicu.ſed ſi id, pecunia quæ eſt legata vt certum corpus,iudicatur vt ſpecies. Sed potes dicere, quòd quãuis ambo ſint in eadem lege,tamen procedunt reſpectu diuerſorum. Nam in hoc principio non iudicatur vt ſpecies reſpectu vſurarum. Ibi verò iudicatur vt ſpecies reſpectu loci, in quo debet præſtari. ¶ Secundò principaliter not. ex eo. princ.
6 huius text.† quòd licèt actio ex teſtamento ſit ſtricti iuris, patet quia non enumeratur in §. actionum. Inſtitu. de act. & quòd ſit ſtricti iuris,probat text.in l.aliàs, & ibi Barto. ad hoc not. ff. de in litem iureiuran.Item Barto.in l.arbitrio. §.1.poſt gloſſ.ibi. ff. de dolo. Tamen habet naturam actionum bonæ fidei quo ad vſuras,fructus,& ſimilia, vt hic, & l. in minorũ. C. in quib. cau.in integrum reſtit.non eſt neceſ.vt veniant à tempore mo-
7 ræ,ſicut in contractibus bonæ fidei. † Nam in contractibus ſtricti iuris non venirent niſi à tempore lit. conteſt. l. cùm fundus. in princip.ff.ſi certum petatur.l.mora. in princ. & l. videamus.
8 §.ſi actionum.ff.de vſu.Iſtud † tamen,quòd actio ex teſtamento habeat naturam ſtricti iuris, quomodo procedat, declarat melius quàm alibi Barto. in l. ſi hæres. ff. de eo quod cer. loco.
9 ¶Tertiò diligenter † not.tex.iſtum ibi,vſuras,& omnem vtilitatem præſtandam,ꝙ ſicut vſuræ,quæ ſunt fructus induſtriales, & ciuiles non debentur legatario,niſi poſt moram hæredis,hic eſt tex.clarus,ita ẽt fructus naturales ex re legata,quæ eſt ꝓpria

teſtatoris non debeantur ante moram,ſed ſolùm poſt moram.
quod pro certo videtur mirabile , & contra communes regu-
las.Iſte enim text.loquitur, quando legata eſt res propria teſta-
toris,vt dicit tex. ibi, ſi quidem propria fuerit teſtatoris. Et ta-
men in verbo omnem vtilitatem,vult,ꝙ fructus non debean-
tur niſi poſt moram. In contrarium eſt regula , ꝙ fructus ex re
legata,quæ eſt propria teſtatoris, debentur etiam ante moram
à die aditæ hæreditatis. l. Herennius.ff.de vſu. l. ſi tibi homo.§.
cùm ſeruus.j̃.eo.l.2.& 3.C.de vſur.& fruct.leg. Ratio,quia do-
minium,quando eſt res propria teſtatoris,ipſo iure tranſit in le
gatarium à die aditæ hæreditatis.l.ſeruum filij.§.1.cum gl.s̃.eo.
cum ſi.& ita fuit dictum in l.ſi quis bonorum,vbi Bar.& alij.s̃.
eo.Cogita,& dic,vt no.in d.l.ſi tibi homo.§.cùm ſeruus.j̃.eo.Et
fortè poſſet dici altero de tribus modis ad hunc text. primò,ꝙ
iſte tex.reſpectu fructuum non excludat tempus ante moram,
nec talis argumentatio debet fieri à contrario ſenſu , per iura
proxi.alleg.Secundò poſſet attentari,ꝙ ex quo iſte tex.cum my
ſterio præſupponit,ꝙ hæres habeat copiam , & facultatem,ꝙ
fuit à prin.in mora conſtitutus.Tamen iſtud ſecundum non te
neo propter regulam.l.quod te. ff.ſi cer. peta. Vel tertiò dic, ꝙ
hæres de fructibus,quos percepit,bene tenetur ab adita hæredi
tate,etiam ante moram,iurib.præallegatis,ſed de percipiendis
ſolùm tenetur à tempore moræ.gl.eſt in l.fi.& ibi Bar.in fi.C.de
10 vſur. & fruct. leg. & iſtud tertium videtur tutius. ¶† Quartò
no.in ver.ſed ſi res,ꝙ res legata debet præſtari per hæredem in
loco,vbi relicta eſt,quod verbum exponitur hic in gl. duplici-
citer,ideſt vbi relicta eſt,ideſt , vbi erat tempore conditi teſta-
menti,& ita etiam exponit gl.in l.cùm ſeruus. s̃. eo. & glo.in l.
ſeruus.j̃.eo.circa quem tex.bene inſiſtit Are.hic. Vel ſecundò,
vbi relicta eſt,ideſt,vbi teſtator moriens eam reliquit,& ſic vbi
erat tempore mortis teſtatoris. Facit text. in l. quod legatur.in
verbo,vbi eſt.ff.de iud.& iſtud tenet Cy.in l.1.C. vbi fideicom.
11 peti debeat.¶† Intellige iſtum tex.procedere , quando res non
erat in loco multum longinquo,aliàs præſumeretur,ꝙ teſtator
voluerit ſumptibus hæredis perquiri,& præſtari. l.cùm ſeruus,
vbi dixi.s̃.eo.ſecundum Bar.hic,& ibi, & alios omnes,& eſt ra-
tio,quia ſi legatarius cogeretur rem legatam, quæ eſt multum
de longinquo,ſuo ſumptu perſequi,legatum redderetur inuti
le.l.qui concubinam.§.qui hortos,& l. his verbis.§.fi.& ibi Bar.
not.j̃.de leg.3.¶Quintò ſubtiliter no.ex eo.tex. ſecundum Ra-
12 pha.ꝙ † quaſi contractus, qui celebratur inter hæredem,& le-
gatarios aditione hæreditatis.l.apud Iulia.§.fin. ff.ex quib. cauſ.
in poſ.ea.& §.hæres. Inſti. de obl. quæ ex quaſi contract.differt
ab alijs:nam in contractibus res debet ſolui vbi petitur ex con-
tractu.l.hæres abſens.s̃.de iud.c.fi.de foro compe. ſed in legato
ſpecies debet ſolui , vbi eſt. caſus eſt hic . Et ſic obligatio quæ
cauſatur ex iſto quaſi contractu aditionis,videtur fieri reſpectu
loci,vbi res eſt.quod eſt no.ſecundum eum & aliter non decla
rat.Sed tu dic,iſtud procedere propter veriſimilitudinem men
13 tis teſtatoris,vt dicitur in tex.& propterea dicit † Ange. hic, ꝙ
hæres adeundo, non videtur quaſi contrahere in loco,vbi adi-
tur hæreditas,ſed in loco vbi ſunt res legatæ,per iſtũ tex. ¶Sex-
tò no.egregium tex.ibi,vbi teſtator voluit,vel vbi veriſimile eſt
14 eum voluiſſe,ꝙ † non ſolùm ſeruandum eſt illud, quod teſta-
tor expreſsè voluit & dixit,ſed etiam illud, quod veriſimile eſt
eum voluiſſe , & iſta à pari procedunt . Et ſic pondera hic eſſe
tex.pro eo,quod voluit gl.quæ quotidie allegatur pro ſingula-
15 ri,in l.tale pactum.§.fi. per illum tex.ff. de pac. † ꝙ illud habe-
tur pro diſpoſito,quod teſtator veriſimiliter diſpoſuiſſet, ſi de
hoc fuiſſet interrogatus.Idem no.Bal.in l.1.C.quæ res pig.obli.
poſ.Facit tex.in l.Barbarius.ver.ſed & ſi fuiſſet, & ibi Bal.ad iſtã
16 regulam.ff.de offi.præto.Bene facit,† quia diſpoſitio teſtatoris
collata in vnum caſum,habet locum in alio,in quo veriſimili-
ter diſpoſuiſſet idem,ſi cogitaſſet.text.eſt not.in l. Titius. §.Lu-
cius.& ibi Bar.& Mod.ff.de lib.& poſth.& in l.fi. & ibi Barto.&
alij.C.de poſthu.hær.inſt.Facit etiam,quod not.dicit Ange.in l.
17 Gallus.§.& quid ſi tantum.s̃.de lib.& poſthu.† ꝙ diſpoſitio te-
ſtatoris facta in vno caſu,vel vna perſona extenditur ad alium
caſum,vel aliam perſonam,quando ex coniecturis colligi po-
teſt,ꝙ teſtator veriſimiliter idem diſpoſuiſſet,ſi cogitaſſet , aut
fuiſſet interrogatus Et per iſta datur notabilis limitatio ad regu
18 lã,quæ habet,† ꝙ caſus omiſſus à teſtatore habetur pro omiſ-
ſo.l.commodiſſimè.s̃.de lib.& poſthu.l.ſi cùm dotem. in prin.
ff.ſolu.matrim.& l.ſi extraneus.ff.de condi.ob cau.niſi veriſimi-
le ſit,ꝙ teſtator idem voluerit in caſu omiſſo.text.eſt hic nota-
19 bilis cum alijs præalleg. Adde ſimiliter ècontra,† ꝙ nulla diſpo
ſitio eſt tam generalis,quæ vnquam referenda ſit ad ea, de qui-
bus non eſt veriſimile diſponentem cogitaſſe,ſecundum Ang.
in conſi.248.quod incip.Philip.ciuis de Floren.in 2.col. ¶Con-
tra prędicta,& tex.noſtrum fortiter facit tex.in l.ſi quis ita.§.pe.
ff.de teſt.tute.& gl.ordinaria & approbata in l. Lucius. in prin.
20 ff.de libe.& poſthu.quæ vult , † quòd ſi teſtator inſtituat filios
ſuos,iſta inſtitutio licèt generalis non trahitur ad filium, quem
teſtator ignorabat ſe habere,& tamẽ veriſimilitudo eſt, & præ-
ſumpta mens teſtatoris,quòd ſi ſciuiſſet eum habere,ex natura
li charitate fuiſſet eum inſtituturus.arg.l.3.C.de inoff.teſt.& il-
lam glo.tenent Dyn.& Barto.in d.l.ſi quis ita.§.penul.vbi eſt bo
21 nus text.de hoc.Vnde per illum † text.in d.§.penu.& per illam
glo.eſt neceſſe limitare prædicta,vt non procedãt , quando ex-
tenſio haberet fieri de vna perſona ad aliam perſonam , & ita
in ſpecie limitat Aret. in d. §. & quid ſi tantum. in 5. colum.ex
quo apparet , quòd illud , quod ibi dicit Ange. de extenſione,
quæ fit ad aliam perſonam,vt s̃. retuli, non eſt verum. ¶Septi-
22 mò not.in verſi.ſed ſi alibi.hic etiam eſſe egregium tex.† quòd
ſi res legata tempore mortis teſtatoris erat in certo loco , puta
Floren.& hęres de illo loco non amouiſſet, liberaret eam præ-
ſtando Floren.vt in verſi.p̃cedenti,vbi dixi.& in l.quod legatur.
ff.de iud.tamen ſi hæres inde amouit ſine cauſa , non liberare-
tur,ſi eam velit præſtare Floren. ſed tenet̃ rem reducere ad lo-
cum, vbi iudicialiter petitur , quod eſt notandum ſecundum
Paul.dom.Alexan.& Aret.hic,& procedit propter dolum hæ-
redis doloſè transferentis. Ex quo habes correlariè notare ſecũ-
dum Rapha. Cuma. quòd translatio doloſè facta ab hærede,
obligat eum ad ſoluendum ſpeciem legatam vbi petitur, quã-
uis ceſſante dolo fuiſſet ſoluenda vbi erat,nõ vbi petitur, quod
23 bene not. ¶† Octauò not.in ver. cæterum,quòd tranſlatio fa-
cta ab hærede ſine eius dolo,vel culpa,nocet legatario,vt in lo
co,in quo nunc eſt,debeat peti,nõ autem in loco, in quo prius
erat tempore mortis teſtatoris , quod intellige ſecundum Ra-
pha. Cuma. & bene , niſi translatio eſſet facta ad locum adeo
longinquum , quòd ex eius recuperatione ibi faciẽda legatum
redderetur quodammodo inutile , nam tunc factum hæredis
etiam ſine dolo,& culpa hæredis non debet valere , nec tenere
ad annullandum effectualiter legatum.l.ſi ſeruum. §.de illo.ff.
de verborum obligatio.facit quod dixi. s̃. in 4. not. ſecundum
24 Bart.& alios hic.¶Nonò not.in verſi.ſed ſi id petatur.in fi. † ꝙ
quantitas debet præſtari per hæredem vbi petitur,& non con-
ſideratur locus vbi eſt.Ratio huius not. eſt, quia quantitas non
reſpicit certum locum,nec dicitur circunſcribi loco.l. Caius.in
princip.j̃.de leg.2.l.ſi fideicommiſſum.§. tractatum. ff. de iudi.
Imò fortius tenuit gloſſ.in d.l. quod legatur , quòd idem ſit in
quolibet legato generis.quod an ſit verum,dic vt hic per Rap.
25 ¶Decimò not. in ver. itaque ſi Stichus, † quòd quando res le-
gata culpa hæredis non apparet,tenetur ad æſtimationem,ſiue
res legata ſit propria teſtatoris , ſiue aliena. Et ſi hæres in dolo
fuit,ſtatim poteſt condemnari ad æſtimationem, vt hic. Si ve-
rò fuit in culpa , debet dari modicum tempus ad inueniẽdum
rem,& reſtituendum.l.ſi conſtante.§.ſi vxor.ff.ſol.matrimo.ſe-
cundum Barto.hic,& in l.cùm ſeruus,vbi dixi. s̃. eod. ¶Vnde-
a cimò [a] not.ex eod. verſi. † quòd quando res legata perijt culpa
26 hæredis , videtur quòd æſtimatio peti poſſit , & non ipſa res,
quod videtur contra. l. ſi ſeruus. s̃. eod. vbi ipſa res petitur. ta-
men ſecundum Barto. & Docto. iſte text.non loquitur de pe-
titione,ſed de præſtatione , & ſic executione, tamen eſt in ele-
ctione legatarij, vel petere rem,vel æſtimationem. l. illud. §. 1.
& l.ſi filio.ff.de dona.cauſa mortis,dixi in l. cùm ſeruus. s̃. eod.
27 ¶Duodecimò not.in verſi.toties. hic videri text. † quòd in le-
gato alternatiuo in dubio electio ſit hæredis , quod eſt contra
text.& doctri. gloſſ.magiſtræ in l.Lucio.j̃.titu.1. & contra.l.pla
nè.§.penul.s̃.eod.Sed reſponde ſecundum Dyn. Bald. Pau. de
Caſt. dom. Alexan. & Aret. quòd iſte tex. de neceſſitate debet
intelligi, quando verba executiua fuerunt relata ad hęredem,
quo caſu electio ſemper eſt hæredis.l.ſi ita relictum.§.fin.j̃.titu.
1.not.glo.in d.l. Lucio.Tamen iſta ſolutio diuinat ad text. præ-
ſertim cùm text. loquatur imperſonaliter, ſed ſi Stichus aut
Pamphil.legetur.¶Decimotertiò not.ex eod.verſi.toties.egre-
28 gium text.† quòd hæres, & quicunque alius debitor , cui aliàs
de iure competeret electio , ita demum debet habere electio-
nem , quoties non eſſet eligendo moram facturus legatario,
& ſic creditori,vt quia ambo ſerui eſſent præſentes, & ſic poſ-
ſet ſtatim dare illum , quem eligit . Non ſic quando alter ab-
eſſet in longinquo , quia ſi illum eligat , & petat, moram face-
ret legatario . Vnde correlariè habes notare ex text.quòd tunc
demum debitori eſt danda electio , quando vtriuſque rei ha-
bet expeditam ſolutionem, ſi ergo non ſit expedita ſolutio,
non

## ADDITIO.

a ¶Vndecimò no.Bar.in l.ſtipulationes non diuiduntur.in 14.oppo. de verbo-
rum obligat.declarat Alex.in l.ſi inſulam.colum.12.verſ.103.de verb.obl.
PVRPV.

non debet concedi electio, ne impediatur executio.tex.est hic no.Vnde confert iste §.ad materiam. l.cum qui certarum. §.1.
29 ff.de verbo.obl. † vbi in obligationibus alternatiuis inter viuos admittitur variatio etiam post sententiam. Nam debet limitari per hunc tex. dummodo talis variatio non impediat execu-
a tionem. ¶Decimoquartò [a] not.in ver.item si res. ibi, perierit,
30 vel non compareat.secundum Barto.& Docto.ꝙ † paria sunt rem non extare,& non apparere, seu non reperiri. Adde Barto. in l.quod te.circa fin.ff.si certum petatur,& tex. in l. si constante.§.si vxor.ff.solu.matrimo.per quem tex.not.ibi Bart. ꝙ sicut deuenitur ad æstimationem re non extante.l.in re furtiua.cum
b sim.ff.de condi.furt.ita re extante,sed non apparēte. [b] Alibi,ꝙ paria sunt non esse, vel esse,& non apparere. l. duo sunt Titij.ff. de testa.tut.l.in lege. ff. de contrahen. empt. c.solennitates.primo.& ibi glo.not.de conse.distin.1. Sed tu aduerte, ꝙ imò iste ver.videtur ad hoc malè alleg.per Barto.& Docto.Nam loquitur, quando res legata sine culpa hæredis perierit,vel non compareat, quo casu in nullo sunt paria . Nam quando res legata perierit sine culpa hæredis,hæres est liberatus,vt ĵ.in ver.fin.vbi dicetur.sed quando non apparet sine eius culpa,præstat cautionem de ea restituenda,vt hic,& in ver.sed si culpa.s̄. ea.l. Et licèt iste tex.videatur innuere,ꝙ etiam in primo casu hæres debeat cauere,tamen istud non videtur bene dictum.ex quo em̄ hæres est liberatus per interitum rei legatæ,frustratorijs cautionibus non est vtendum.l.non cogendum.§. Sabinus.ff.de procur.Est bene verum,ꝙ quando hæres fuisset in culpa,tunc talis æquiparatio bene procederet. ita enim debetur æstimatio re extante,& non apparente,sicut re perempta, vt in ver.itaq;.& ibi dom.Alex.not.s̄.ea.l.Sed responde saluando no.Bar. & Docto.ꝙ iste tex.loquitur,quando res perijt,sed non constabat perijsse,& sic erat dubium,an esset in rerum natura, vel non. Vnde etiam tunc præstatur cautio,sicut,quando non reperitur.ita propriè procedit iste text. Tamen si bene consideras,tunc esset idem casus,quia non appareret,& non esset æquiparatio.¶De-
31 cimoquintò not. in ver. culpa.† ꝙ hæres tenetur erga legatarium non solùm de lata,& leui culpa, sed etiam de leuissima, quamuis contrarium in hoc vlt.teneat gl.hic.Sed iste tex.stringit contra glo.ꝙ hæres teneatur etiam de leuissima culpa , dupliciter inducendo istum tex.iste enim text. expressè dixit,hæredem teneri etiam de leui culpa,postea dubitat,an etiam teneatur de diligentia.Et decidit,ꝙ sic.Modo,si diligentia solùm cõprehenderet leuem culpam , text. esset superfluus, vt ergo aliquid addat,intelligitur sub termino diligentia, comprehendere leuissimam, & expositio glo. dum exponit,idest,ꝙ faciat,ꝙ debitum est,est inepta ad propositum.Secundò,& proprius facit,quia diligentia capitur pro leuissima culpa.glo.est ordina.in l.si vt certo.§.nunc videndum.in verbo diligentia.ff.commod.
32 ¶Decimo sextò no.in ver.fin.† ꝙ per interitum rei legatæ ante moram hæres liberatur, ita vt etiam non teneatur ad æstimationem.Facit.l.non amplius. §.1.s̄. eod.& l.si ex legati causa.ff.de verbor. oblig. Limita in casu singulari. l. cùm quidam. C.de condi.in ser.vbi specie perempta ante moram casu fortui to,tamen debetur æstimatio, & rationem dic vt ibi per Docto.
33 † Vltimò not.ꝙ post moram hęres tenetur de interitu,& odio moroso,si inspicitur,quod possibile fuerit,ꝙ seruus non fuisset moriturus in manib. legatarij.nam contra morosum fit in omnibus sinistra interpretatio.l.locum.§.condemnatio.ff.de tabu. exhi.l.de etate.§.qui tacuit.ff.de interrog.act.Et ita ad terminos
34 nostros dixit gl.in l.diuortio.in gl.3.ff.de nego.gest.¶† Gl.in verbo de restitutione.Bar.Ang Flo.& Imo.respondent,ꝙ iura,quę allegat gl.pro contrarijs,concordant cum isto text. quia hic,& ibi dicitur,ꝙ debet caueri de restituendo, non autem de prosequendo,& ita gl.in l.si quis seruum.in prin.ĵ.tit.1.Sed tu aduerte, quia imò hic hæres tenetur non solùm cauere de restituendo,sed etiam prosequendo , sumptibus tamen ipsius legatarij, & eius periculo.l.seruo legato.§.fi.& l. si seruus legatus.in prin. cum glo.ĵ.eo.glo.Barto.Ange.& alij in l. cùm seruus. s̄. eod.in princip.& in l.si quis seruum.ĵ.titu.1. Pau. de Cast. dom.Alex, & Aret.hic.¶Vnde ad contraria glo.respondetur,ꝙ iste tex.loquitur in vltimis voluntatibus,in quibus versatur maior fauor. l.in testamentis.ĵ. de regul. iur. & ibi hæres obligatur ex quasi contractu aditionis , vt dicetur in gloss. in verbo, diligentia.Et
35 ista cessant in actionibus realibus,& sic in ll.alleg.in gl.¶† Iuxta istam glo.Barto. plenè distinguit , an & quando debitor teneatur cauere de restituendo:Et eius distin. referunt, & simpliciter sequuntur Flo.& Sal.hic.Sed tu aduerte, inquantum Barto.dicit,quòd fallit in procuratore, quia licèt talis contractus man-
36 dati fiat solum gratia mandantis,sicut & depositum , † tamen quia adeo grauatur procurator,quòd etiam teneatur de culpa leuissima.l.à procuratore. C.mand. ideo etiam grauatur ad cauendum. Ista ratio Barto.videt̄ concludere totum ècontra ,& oppositum,quia si procurator adeo grauatur in hoc,vt teneatur etiam de leuissima culpa , quamuis mandatum fiat solùm gratia mandantis,ergo ex hoc potius debet inferri releuatio ab onere cauendi , & non aliud grauamen , per regulam tritam, quòd qui in vno grauatur , in alio est alleuiandus.l. cum qui.in princip. ff. de iureiuran. quia afflictio non debet addi afflicto. l. diuus.ff.de offic.præsid.& sic grauato non debet addi aliud grauamen.¶Sed defende Barto. quòd licèt illa sua argumentatio non videatur bona, tamen eius conclusio est bona sic intelligendo,quòd procurator teneatur de omni culpa etiam leuissima.¶Ex hoc sequitur, quòd videatur suscepisse omnem diligentiam rei , nimirum si ex hoc tenetur cauere de ipsa re resti-
37 tuenda,si ad eum peruenerit.† Non sic est in depositario , qui solùm tenetur de dolo , & lata culpa , ideo non cauet de restituendo.l.si fine.ff.deposi.¶Glo.in verbo,diligentia.distingue,vt
c hic [c] per Bart.post Antiquos, cuius distinctionem *communiter*
* *sequuntur alij.* Et idem tenet Barto. in repetit. l. quod Nerua.in vltim.quæst.ff.deposi.cum concord.hic traditis per dom.Alex.
38 ¶† Sed aduerte tu,inquantum Barto. & Docto.fundant istam doctri.super quasi contractu, qui celebratur ex aditione hæreditatis inter hæredem,& legatarios, seu fideicom. prout etiam dicit Barto.in ver.itaque.s̄.ead.l.& est tex.planus in l.ex maleficijs.§. hæres.ff.de act. & obl. & in §.hæres. Insti. de obl. quæ ex quasi contract. Nam ipsemet Bar.in l.apud Iulia.§.fin.ff.ex quibus caus.in pos.ea.not.ex illo text.in verbo, creditorum, quòd hæres adeundo hæreditatem quasi contrahit , sed ꝙ ille quasi contractus celebratur inter hæredem , & creditores. Et idem etiam ibi not. Ange.Facit text. in l.si minor,in verbo, creditoribus.ff.de acquirend.hæred. ¶Alibi,& tertiò idem Barto. in l.de eo.ff.de iudi.sibimet de directo contrarius,tenet quòd per aditionem hæreditatis non quasi contrahitur cum creditoribus, sed bene cum legatarijs.dicit enim Barto.quòd creditores non agunt ex quasi contractu,qui celebratur mediāte aditione, sed bene agunt ex contractu antea celebrato cum defuncto, legatarij autem solùm agunt vigore quasi contractus celebrati ex aditione.Et propterea infert vt ibi per eum , & ita tenet Raph. Cuma.in consi.151.quod incip.statuto Papien. in 2. colum.secundum ordinem meum. Et tenendo hoc ad d. l. apud Iulianum.§.fi.per quem ibi Barto.not.contrarium,potes respondere,vt ibi dicit glo. per quas contrahitur scilicet cum legatarijs, & probat ibi tex.in verbo,legata.¶Alibi, & quarto loco Bald.
39 in rubr.C.qui admit.in 8.quæst.vbi quærit,† an agnoscendo bonorum possess.de iure prætorio dicatur quasi contrahere, sicut adeundo hæreditatem de iure ciuili . Concludit, ꝙ vtroque casu siue agnoscendo,siue adeundo quasi contrahatur cum legatarijs,& cum creditoribus.Sed ego credo,quòd etiam Barto.in d.l.apud Iulia.§.fin. non voluerit hoc negare. licèt enim notet ex illo text. quòd quasi contractus aditionis celebretur inter hęredem,& creditores,non per hoc debuit intellexisse Bart quòd etiam non celebretur cum legatarijs , quia diceret contra text. in d.l.ex maleficijs.§.hæres,& §.hæres.Insti.de obl. quæ ex quasi contractu . ¶Tamen si bene consideres,verior videtur opin. Barto. in d. l. de eo. per rationem per eum allegatam,quam.s̄.
40 retuli.¶† Gloss. in verbo vendere. In prima parte concludit, quòd debitor morosus indistinctè teneatur de interitu,etiam si esset peritura eodem modo penes creditorem. in contrarium
* allegat quatuor text.*Et ista est magis communis conclusio*,quam tenent glo.& Docto.in l.quod te.ff.si certum petatur. Et quia ibi latè examinaui,non insisto.hoc ponit latè Bar in l.nemo. §.1.ĵ. de verb.obl.In secunda per viam notabilis ponit, an debeat inspici,ꝙ euenire possit.dic,vt per Bar.in l.inter stipulantem. §.sacram.ĵ.de verb.obl.& in l.si idem.§.fi.s̄.de iurisd.omn.iud.cum conclusione,quam ibi dixi. Et quantum ad istum tex.dic vt dixi in vlt.notab.s̄.

ADDITIONES.

a ¶Decimoquartò not.Alex.in l.stipulationes .non diuiduntur.col. 8. post Bart. in 6.de verb.obl. PVRPV.
b ¶Apparente.Fel.in c.ad audientiam colu.2.de rescrip. PVRPV.
c ¶Distingue vt hic. Adde Bal.in l.si pignus.in pen.colum. C. de pigno. acti.Io. de Imol.in l.mulier.in §.si hæres.ff.ad Trebel.Petr.de Anch. & Ioan. de Imo. in c.bona fides.de deposi.

*SVMMARIVM.*

1 *Hæres morosus tenetur ex delicto sui serui commisso circa rem legatam, etiam si hæres sit ignorans.*

2 *Exceptio præciſa, vel noxalis ita datur ex delicto ſerui, ſicut datur actio.*
3 *Caſus, in quibus actio in factum datur legatario occaſione legati contra hæredem.*
4 *Actio in factum prætoria, de qua hic, non habet naturam actionum bonæ fidei quo ad fructus, & acceſſoria.*
5 *Hæres conuentus ex delicto ſerui commiſſo circa rem legatam liberatur dando ipſum ſeruum pro noxa.*
6 *Dominus quando non vult dare ſeruum pro noxa, quando teneatur de peculio, vel teneatur ad veram æſtimationem, & nu.7.*
*Et quando ſeruus non præſtetur pro noxa. nu.16.*
8 *Factum culpoſum vnius ex pluribus quando noceat alijs.*
9 *Dominium rei in vniuerſo poteſt eſſe penes vnum, & in rebus particularibus penes alium.*
*Regnum Apuliæ licèt ſit Eccleſiæ, tamen feuda ſingularia, quæ ſunt in Regno ſunt de directo dominio Regis.*
10 *Legatarius dicitur hæres in re legata.*
11 *Dominium rei legatæ quando recta via transeat in legatarium, & quando non.*
12 *Res legata fingitur legatarij hæreditate adita vſque retrò à morte teſtatoris.*
13 *Legatarius agens actione perſonali in terminis huius legis, an videatur renunciare dominio, & ſic rei vendicationi.*
14 *Actio in factum eſt remedium extraordinarium, & actio ſubſidiaria.*
15 *Actio negotiorum geſtorum vtilis, quæ datur ex ratihabitione ſequuta, dicitur ſubſidiaria, & concurrere poteſt cum alia ſubſidiaria.*

## LEX L.

1 SI hæredis ſeruus. † Legatarius agit contra hæredem ex facto ſerui ſui. Item hæres delinquens tenetur, non alij cohæredes, vel ſic. Hæres tenetur de furto ſerui ſui circa rem legatam commiſſo, & delictum vnius circa rem legatam non nocet cohæredibus. hoc dicit vſq; ad fi.l.¶No.1. ꝙ hæres morans tenetur ex delicto ſerui ſui commiſſo circa rem legatam. Et text. ideo dixit de ignorante, quia ſi domino ſciente ſeruus commiſiſſet furtum, dominus teneretur inſolidum, nec liberaretur dando ſeruum pro noxa. l.2.in prin.& l.in delictis.ff.de noxa. Et aduerte, ꝙ † ſicut pro de-
2 licto per ſeruum commiſſo interdum datur contra dominum ſolùm actio noxalis, quādo dominus ignorauit, interdum præcisè ad totum, quando ſciuit, & prohibere potuit.d.l.2.in princ. de noxa. Ita etiam ex delicto ſerui interdum eſt dare exceptionē præciſam, interdum noxalis. contra dominum. tex. eſt in l.2. ff.de eo, per quem fac.erit, & ibi Ang.& clarius Bal. ad hoc no. & dicit Bald. ꝙ iſtud raro inuenitur alibi in iure. Sed tu dic, ꝙ iſtud videtur indubitatum, quia ſi ex delicto ſerui contra dominum interdum datur actio præciſa, interdum noxalis, vt dictū eſt, fortius debet dari exceptio, quia cui damus actionem, fortius damus exceptionem, vt in regula, cui damus. ff. de reg.iur. & l.1.§.quod autem ait.ff.de ſuperfi.¶Secundò not.ex iſto tex. caſum, in quo hæres conuenitur per legatarium actione in factum occaſione legati. Adde tu alium caſum no. quando filius eſt inſtitutus hæres, & in fraudem repudiat teſtamentum, & venit ab inteſtato, quo caſu legata ſuſtinentur per titu. ff. ſi quis omiſ.cau. teſt.& ſic ex edicto prætoris, tunc pro illis legatis ſolùm competit actio in factum prætoria, non autem competunt aliqua ex trib.actionib. quæ cōpetunt pro alijs legatis. l.1. C.commu.de leg.§.ſed noſtra. Inſti.de leg. ita tenet Barto. in l.ſi quis pecuniam.in prin. per illum tex.& l.præcedentem.ff.ſi quis omiſ.cau.teſt. Bal.& Sal.in l.fi.C.eo.& licèt Bar.in d.l.ſi quis pecuniam. ſubiungat, ꝙ modici effectus ſit iſta inueſtigatio, tu
3 potes dicere, † ꝙ imò eſt magnæ vtilitatis. primò circa vitam, & tempus actionum. Inſti.de perpe.& tempo.act.in prin & l.in honorarijs.in prin.& ver.ſed cum reſciſſa. ff.de act.& obl. quāuis poſſes replicare, ꝙ tale intereſſe temporis, & ſic vitæ actionis non ſit habendum in conſideratione, vt vidimus in l.ſi cre-
4 ditor.ſ.eo. Alia ergo poſſet attentari vtilitas, & poſſet teneri, † ꝙ iſta actio in factum prætoria non habeat naturam actionum bonæ fidei quo ad fructus, & alia acceſſoria, ſicut habent aliæ actiones, quæ competunt pro lega.l.in minorum. C.in qb.cau. in integ.reſti.non eſt neceſ.& l.cùm res.in prin. vbi dixi. ſ. eod. Nec dicatur, ꝙ iſta actio in factum prætoria ſit ſubrogata loco aliarum, quæ competebant pro legatis, ergo debeat ſapere earū naturam. l.ſi eum.§.qui iniuriarum.cum ſi. ff.ſi quis cau.quia reſpondetur, dato etiam ꝙ eſſet ſubrogata, ſolùm ſaperet naturam prin. non accidentalem, quæ cauſatur ex mora, prout dicit gl.no.& ordi.in l.certi condictio.in prin. quam Bar.& alij ibi
5 multum not.ff.ſi cert.pet.¶† Tertiò no.ex tex. ꝙ quando hæres conuenitur ex delicto ſerui commiſſo circa rem legatam, liberatur dando ipſum ſeruum pro noxa. Adde, ꝙ in contrarium fortiter facit, quia ex quo ex tali delicto aliquid peruenit ad dominum, vt dicit iſte tex.in fi.ergo non debet liberari dando ſeruum pro noxa, niſi prius reſtituat totum illud, quod ad eum peruenit, & poſtea det ſeruum pro noxa, text. eſt in l.ſi ſeruus vel filius.ff.de condi.fur. Reſpondet Aret. ꝙ iſte text. procedit, quando agitur pro furto ſerui contra dominum hoc medio concludendi, quia obligatur ex delicto ſerui, & tunc poterit dare ſeruum pro noxa, quia pro delicto aliter non obligatur. ſecus ſi ageretur hoc medio, quia res furata, vel eius æſtimatio ꝑuenit ad dominum, tunc procedit tex.in d.l.ſi ſeruus. Et eſt ſingularis limitatio ad illum tex.ſecūdum eum. Tu aduerte, quia iſta ſolutio facit violentiam, & cōtinet diuinationem ad vtrūque tex. Ideo poſſes aliter reſpondere, ꝙ hic, quando dominus dat ſeruum pro noxa.tex.non præſupponit, ꝙ aliquid peruenerit ad dominum, ſed iſtud bene præſupponit in 2.caſu, quando
6 conuenitur de peculio.¶† Quartò not. ex hoc text. ꝙ quando dominus non vult dare ſeruum pro noxa, tenetur de peculio, intellige ſanè, quando ex peculio ſerui reſtat tantùm, quantum ex venditione habuit, & ſic, quando peculium correſpondet pretio rei venditæ, aliàs teneretur ad veram æſtimationem, & vltra peculium l.miles.§.decem.ff.de re iud.l.1.§.ſi ſeruus, & ibi gloſſ.ff.de his, qui deie. vel effuder. & ita tenet etiam Aret.hic.
7 ¶† Quintò not. ꝙ ex maleficio ſerui agitur de peculio contra dominum, quod intellige ideo eſſe, quia tunc aliquid peruenit ad dominum, vt dicit text. & ſic dominus effectus eſt locupletior, aliàs ex maleficio non agitur cōtra dominum de peculio, vt declarat tex.in l.3.§.ex furtiua cauſa.ff.de pecul. Facit.l.quoties.cum ſeq.& quod ibi Bar.not.ff.de noxa.¶Sexto no.ex verſi
8 vnus, † ꝙ factum culpoſum vnius ex hæredibus non aggrauat alios cohæredes, nec eis nocet. facit.l.1. ff.ad Sylla. l. in depoſiticum l.ſeq.ff.depoſi.l.de pupillo.§.ſi pluriū.ff.de oper.nou.nunc. Imò hoc prodeſt, quia ſi vnus ex hæredibus ſeruum legatum occidat, alij liberantur per interitum rei legatæ ſine eorum dolo, vel mora.l.cùm res.in fi.vbi dixi, & l.non amplius.§.1.ſ.eo. & l.ſi ex legati cauſa.ff.de verb.oblig.¶Item iſte tex.procedit ſecundum Bar.& alios, quando obligatio habet originem ex ꝑſona hæredum, ſecus ſi ex perſona defuncti, puta ſi eſſet pœna promiſſa per defunctum, ſi tale quid fit. nam factum vnius ex hæredibus facit pœnam committi contra omnes in indiuiduis. l.2.§.1.& §.etiam ſi in facto, & l.4.§.Cato.& l.5.§.fi. ff. de verbo. oblig.¶Gloſſ. 1. ibi, ſolu. inſpecta vniuerſitate. Iſta ſolutio eſt
9 in ſe vera, † quia ſtat ſimul, ꝙ dominium rei in vniuerſo ſit penes vnum, & poſteà in rebus particularib. dominium ſit apud alium.l.2.& 3.in prin.ff.de rei vend.¶Tu adde pro glo.facere illud, quod ſingulariter no. Bal.in l.1.ꝑ illum tex. C. vnde cogna. ꝙ ſingularia feuda, quæ ſunt in Regno Apuliæ, ſunt de directo dominio Regis, licèt ipſa vniuerſitas totius Regni ſit Eccleſiæ feudum. cle. paſtoralis.de re iud. & ita dicit tenuiſſe Doctores antiquos Regni, & bene ſecundum eum, & idem tenet Bal.in
* prin.ff.forum.in 4.colu. *Sed communiter damnatur* iſta ſolutio, quia
10 hic conſideratur res ſingulariter. Item quia † legatarius dicitur ipſe hæres rei legatæ.l.id tempus.§.1.ff. de vſucap. ergo legata res detrahitur de vniuerſitate. Præterea, & fortius ſi vno reſpectu res erat legatarij conſiderata ſingulariter, vt dicit gl.per cōſequens ſibi poterat dari actio furti, ergo debet ceſſare actio in factum, quæ eſt ſubſidiaria.l.1.& l.quoties. ff.de præſcri.verb.& l.in cauſæ.2.in prin.ff.de mino.¶In ea.gl.ibi, vel dic, ſecundum Azo. ꝙ hæredis, & non teſtatoris, &c. Iſta ſolutio diuinat ad tex.
11 nota tamen ex ea regulam, † ꝙ quando legatur res hæredis, dominium non tranſit, recta via in legatarium, & ita tenent tres aliæ glo.allegatæ per Bar. Tu adde aliam glo.in l.per diuerſas.in verbo, ſeu res, & ibi Bart. in vlt.colum.eam not.C.manda. licèt contrarium tenuerit glo.in l.2.C.com.de leg.quæ eſt ſola, & ſingularis ſecundum Ang.in d.l.Papinianus, vbi etiam Bal.& Ange.eam reprobant, & Bald. in l. hæredem. C. de fideicommiſ. ¶Amplia iſtam regulam gl.& Docto. vt procedat, etiam ſi teſtator legaret rem hæredis de expreſſo conſenſu ipſius hæredis, adhuc non tranſit dominium recta via in legatarium, ſecundum Barto.in l.cùm quis decedens.in prin. per illum text. ff. de leg.3.Bald.in l.1.in 5.colum.C.commu. de lega. vbi limitat, niſi res legata de expreſſo cōſenſu hæredis eſſet penes legatarium, tūc recta via tranſiret dominium in legatarium. l.quędam mulier.ff.de rei vend.¶In ea.gl. ibi, vel hic nō erat adita hæreditas.
12 iſtam ſolutionem reprobat Bar.& bene, † quia poſteà adita hæreditate fingitur vſq; retrò legatarij à morte teſtatoris l.à Titio. in fi.ff.de fur.l.huic ſcripturæ.ff.ad leg. Aquil. licèt Imo. conetur defendere iſtā ſolutionē, & minus bene, vt hic ꝑ d. Alc.& Aret.

¶Alium

¶Alium sextum intellectum extra glo. tradit Barto. post Iaco. de Aret. quòd si legatarius intentat personalem, habet tunc actionem in factum, vt hic. si verò intentat realem, tunc haberet actionem furti, & militaret contrarium glo. Ratio diuersi-
13 tatis,† quia intentando personalem, quæ præsupponit obligationem, videtur tacitè renunciare rei vendicationi, & sic dominio. l. cùm filius. §. varijs. ff. de lega. 2. sed sine dominio non potest competere actio furti. l. si quis rem. §. fi. ff. de præscrip. verb. allegata in glo. Istam opin. etiam refert, & sequitur Barto. in l. 1. in d. quæst. s. eo. Ibi tamen attribuit eam Ricar. Malumb. Istam solu. sequuntur *communiter Doctores* hic, & ibi præsertim Ange. Sal. & Aretin. ¶Sed Bald. & Flor. hic in fi. reprehendunt, quia per hoc, quòd agat personaliter, non est verum, quòd videatur renunciare dominio, quod habet, vt tenet glo. in §. nostra autem. Instit. de lega. quam ad hoc reputat singularem idem Bal. in l. 1. in 1. colum. C. commu. de leg. vbi latius idem sequitur. Mihi quoque iste intellectus Barto. & communis videtur valde dubius, sed alijs medijs: primò, quia secundum istum intellectũ decisio istius. l. videretur esse imposita verbis, & non rebus, contra l. 2. in fi. C. commu. de lega. nam cùm sit in facultate legatarij, vel intentare realem, vel personalem actionem, prout voluerit. d. l. cùm filius. §. varijs. & l. 1. C. commu. de leg. certè intentando realem, faceret cessare decisionem huius l. ¶Prętereà dicere, quòd in isto tex. ideo detur actio in factum, eo quia legatarius hic intentauerat personalem, non caret diuinatione.
14 ¶Prætereà & fortius,† cùm actio in factum sit remedium extraordinarium, & sic actio subsidiaria, vt s. dixi, ergo cessaret semper, vbi alia ordinaria etiam aptitudine solùm competeret. d. l. 1. §. quoties. ff. de præscrip. verb. & l. 1. in fi. cum sequen. ff. de dolo. nisi diceres defendendo Barto. quòd postquam intentauit actionem personalem, dicitur renunciasse reali, & sic dominio. d. l. cùm filius. §. varijs ergo realis amplius etiam aptitudine non competit. de quo solet plenius scribi in l. 1. s. eod. Non esset ergo tutum recedere ab intellectu Barto. & communi. ¶Pau. de Cast. dicit se mirari de tanta cæcitate glo. & Docto. ita laborantium, & variantium circa intellectum istius text. qui secundum eum est valde planus. Nam in isto text. si legatarius vellet agere ad pœnam dupli, vel quadrupli actione furti, vel vt detur seruus pro noxa, certè posset, cùm sit dominus rei legatę. d. l. à Titio. in fin. ff. de fur. & l. legatum. infra titu. 1. & sic oppositio glo. est verissima. sed in isto text. legatarius volebat agere ad pretium rei legatæ subtractæ, habitum per suum hæreditariũ, & ad illud non datur actio fur. sed solùm actio in factum subsidiaria ex ęquitate. l. si me & Titium. ff. si certum petatur. ne hęres indebitè locupletetur ex re legatarij, vel datur vtilis nego. gest. habendo ratam venditionem serui in subsidium re perem
15 pta, vel præscripta. l. fi. ff. de nego. gest. † Et ista vtilis nego. gest. est similiter subsidiaria: ergo potest concurrere cum alia similiter subsidiaria. l. de pecoribus. C. ad leg. Aquil. Barto. & alij in l. in prouinciali. §. 1. de oper. noui nunci. Istum intellectum reprobant dom. Alexan. & Aret. hic, & primò do. Alexan. refert Petr. & Cy. dicere nonnullos Antiquos habuisse istum intellectum, & illum reprobare, & bene secundum eum, quia agendo ad pretium habitum ex venditione rei subtractæ, videtur legatarius approbare contractum, & agere ex contractu. l. 1. C. de fur. & l. fin. ff. de nego. gest. Ideo non videtur, quòd liberetur hæres
16 præstan. seruum pro noxa, quia vbi † agitur ex contractu, non est locus præstationi serui pro noxa, etiam si delictum præcesserit ante contractum. l. 1. §. cùm seruus, & ibi glo. ff. de his, qui deie. vel effu. & l. 3. §. item si seruus. in fin. & ibi glo. ff. nau. caupo. stab. Sed tu dic, quòd istud fundamentum facit ipsemet Paul. de Cast. & dicit, quòd propter hoc ista lex est mirabilis, & difficilis ad sustinendum, & quòd intelligetur quòd res alienata nõ erat perempta, nec præscripta, quo casu per hanc legem datur temperamentum, vt possit euitare iudicium actionis in factũ, dando seruum pro noxa. Sed prædicta iura procederent, quando res erat perempta, vel præscripta. Istum intellectum etiam vt dixi impugnat Aretin. alio modo, quia legatarius erat dominus, & per cõsequens poterat agere condictione furtiua ad cõsequendam rem, vel æstimationem eius. l. in re furtiua. ff. de condi. furtiua. Item poterat rem auocare per rei vendi. ex quo erat in rerum natura, & non erat præscripta, vt dicit Paul. de Cast. ergo debet cessare actio in factum ex æquitate. d. l. si me, & Titium. cùm sit remedium subsidiarium, vt ibi tenet Barto. & gloss. in l. si cùm seruum. ff. si certum petatur. Sed istud fundamentum facilè tollitur, cùm ista remedia dentur penitus ad diuersa, nec circa idem reperiuntur concurrere.

*SVMMARIVM.*

1 *Tempus certæ ætatis quando datur legatario, debet esse totum completum, & non sufficit, q sit inchoatum.*
*Dictio cum, denotat extremitatem temporis.*
*Genitiuus, quando importat tempus, significat perfectionem.*
2 *Solutio legati facti annua, bima, trima die, q fit in fine cuiuslibet anni, quando distributio dictorum temporum apponitur præstationi, & executioni.*
3 *Argumentatio de toto ad partem temporis, & ècontra, est bona.*
4 *Tempus appositum à testatore præstationi legati, quando incipiat currere, & nu. 5. & 6.*
*Opinio eo modo ordinat voluntatem testatoris, quo illam ordinat veritas.*
7 *Legatum factum à testatore ignorante alicui cùm peruenerit ad 14. annum, si iam tempore testamenti erat maior, valet.*
*Verbum futuri temporis subiunctiui verificatur in ætate perfecta.*
8 *Annus cęptus quando habeatur pro completo.*
9 *Tempus certæ ætatis appositum in accusatiuo, an differat si apponatur in ablatiuo, & nu. 10. 11. 12. 13. & 14.*
15 *Ordinandus in anno. 30. sufficit si ordinetur initiato. 30. anno.*
*Quòd quis possederit triennio, intelligitur de triennio completo.*
16 *Vendita re cum termino vnius anni ad soluendum pretium, cursus incipiet à tempore traditionis rei, intellige, vt nu. 20.*
17 *Terminus assignatus in aliqua dispositione, quandò est respectiuus certę causæ, requiritur, q illa causa prius existat, aliàs terminus prius non incipit currere.*
18 *Testator si legauit quibusdam fratribus centum pro constructione capellæ, quam tenerentur construi facere intra annum, aliàs sint priuati, quòd ille terminus anni non incipit currere, antequam perceperint legatum.*
19 *Intel. ad tex. in l. 3. §. biduum. ff. quando appel. sit.*
20 *Tempus in dispositione appositum, quando eius principium est certum, tunc non expectatur aliquod implementum.*

LEX LI.

SI cui legetur. ¶Diuiditur ista l. vsq; ad §. si Titio. in quatuor partes principales. In prima ponitur vna deci. In secunda per viam illationis ponitur alia decisio cum limitatione. In tertia ponitur dictum cum illatione. In quarta, & vltima ponitur alia decisio. Secunda ibi, ergo & cum. Tertia ibi, hoc autem legatum. Quarta, & vlt. est ibi, Quòd si testamenti. Et quia summarium Bart. & Docto. videtur defectiuum, & non complectitur totum tex. Tu summa sic.† Tempus certæ ætatis legatarij adiectum legato, debet to-
1 tum esse completum. hoc primò. Et terminus præfixus à testatore solutioni legati, incipit currere à tempore per testatorem designato, etiam si illud tempus in parte, vel in totum præcesserit tempus mortis, & etiam testamenti, si tamen testator hoc ignorabat. Si autem sciebat, incipit à tempore testamenti, hoc secundò. Item tale legatum collatum in certum tempus legatarij, importat conditionem, quæ impedit transmissionem. Sed terminus posteà præfixus solutioni, facit simplicem dilationẽ absque conditione, & ideo transmissionem non impedit. hoc tertiò. Et si tempus præfixum legatario non reperiatur completum tempore testamenti, sed posteà tempore solutionis, seu annuæ præstationis, statim incipiet currere à tempore completo post testamentum. hoc dicit quartò, & vlt. clarè, & liquidè vsq; ad §. si Titio. ¶Not. 1. ex prima parte, q quando tempus certæ ætatis datur legatario, debet totum esse completum,[a] &
a non sufficit, q sit inchoatum. Et ratio potest esse duplex in hoc
b principio. Prima, qa dictio cum,[b] denotat extremitatem temporis, & est ac si diceret, relinquo Titio tunc cum erit. 14. anno. l. 4. in fi. cum si. ff. de condi. & demon. & l. pen. ff. de test. tute. Secunda ratio est propter genitiuum, nam quando importat tẽpus, significat perfectionem, sm Bart & alios, & clarius Bald. & Flo. Facit quod no. per Bar. & alios in rub. ff. de oper. nou. nunc.
2 ¶† Secũdò no. q qñ distributio tẽporum annua, bima, trima die non apponit à prin. solutioni legati, sed solùm apponit præstationi, & executioni, tunc solutio legati dẽt fieri in fine cuiuslibet anni, vt hic, & in l. lecta. ff. si cer. pe. de quo. j. plenius dicet.

¶† Tertiò

ADDITIONES.

a ¶Totum esse completum. Adde glo. in ver. in 18. in clem. fin. de ætate, & qual. Bar. in l. spurij. in §. minor. ff. de tuto. cura. in l. Lucius. in §. pen. ad mun. in l. de pupillo. in prin. ff. de oper. nou. nun. Bal. in l. fi. C. de testa. milit. in l. exigendi. C. de procu. Docto. in c. cum ex eo. de elect. lib. 6. in c. cum vigesimum. de offi. deleg. Card. Alex. in c. cùm veniens. in 2. col. de sponsalibus.

b ¶Dictio cum. Adde l. si quis arbitratu. ff. de verborum obligationib. Docto. in l. 1. & 2. C. de verborum significatio. Card. Zaba. in clemen. 2. in 52. not. de testam. idem Cardi. in cap. fin. in 1. not. de consuetud. Rapha. Cuma. consi. 56. incip. Petr. hæres.

3 ¶† Tertiò no.in ver.proinde.secundum Bal. & Flor. ꝙ in tem-
a pore bona est argumentatio de toto [a] ad partem tẽporis, &
ècontra. Adde, quòd istud procederet in materia fauorabili, vt
hic. sed in materia stricta non procedit argumentum de toto
ad partem. tex. est not. in l. si dictum. §. in stipulatione. ff. de euic.
quem ad hoc no. Sal. in l. nam & posteà. in prin. ff. de iureiuran.
Item etiam intellige, quando est ead. ratio, aliàs secus. gl. est not.
in clem. fi. in verbo defensor. de rebus eccles. non alie. & in l. qui
4 hominem. in prin. ff. de solu. ¶† Quartò no. ꝙ tempus præfixũ à
testatore præstationi, & sic solutioni legati, incipit currere à tẽ-
pore designato per testatorem, etiam si præcesserit tempus te-
stamenti, & prius completum fuerit. Et ex hoc habes correla-
riè notare tria. Primò enim sequitur vnum valde mirandum se
cundum Pau. de Cast. ꝙ primò incipiat currere tempus soluen
di legatum, antequam ipsum legatum sit factum. Secundò, ꝙ
tempus designatum à testatore per modum futuri temporis
si sit præteritum, tunc non expectamus amplius futurum. Ra-
tio vtriusque est, quia istud tempus, quod commensuratur ex
ætate legatarij, non dependet amplius à potestate testatoris, sed
à cursu naturæ, ideo necessariò cœpit initium à præterito, licèt
verba testatoris respicerent futurum. Et ex hoc tertiò habes, ꝙ
eo modo quo veritas ordinat voluntatem testatoris, eo modo
illam ordinat opin. ¶Quintò no. in ver. hoc ita. ꝙ licèt tempus
5 † sit appositum solutioni legati respiciens futurum, connume
ratur tamen à tempore iam præterito, si testator ignorauit il-
lud tempus præcessisse, & sic legatarius iam esset 14. ann. Secus
tamen est in testatore sciente. Ratio est, quia testator sciens il-
lud tempus. 14. anno. iam legatarium excessisse, referendo se ad
futurum, cùm non possit amplius referri ad tempus, quod te-
stator expressit, quia repugnat lapsus tẽporis, necessariò facit,
vt tempus incipiat à tempore testamenti. Et ex hoc habes cor-
6 relariè notare, ꝙ † quando terminus adiectus dispositiôni ex
certa scientia testatoris est talis, ꝙ non potest referri ad tempus,
ꝙ testator expressit, ne appositio illius temporis censeatur nuga
toria, intelligitur, ꝙ talis terminus currat à tempore testamen-
7 ti. tex. est hic not. ¶† Sextò not. ex eo. versic. ꝙ valet legatum fa-
ctum à testatore ignorante alicui, cùm peruenerit ad 14. an-
num, & iam tempore testamenti erat maior. 14. annorum. Ra
tio est, quia verbum peruenerit, licèt sit futuri temporis subiun-
ctiui, tamen quia deriuatur à præterito indicatiui, est verificabi
le in ætate iam completa. l. verbum erit. ff. de verb. signifi. l. Plo-
tiana. ff. de iure codi. & est glo. in l. 3. §. ex pluribus. in glo. parua.
in verb. susceperit. quam Barto. ibi in 1. colum. not. ff. de acquir.
posses. Barto. in l. omnes populi. in 3. q. 6. quæst. prin. ff. de iust. &
iur. & in l. hoc arti. §. 1. ff. de hær. insti. Et per hoc patet non obst.
tex. in l. seruo manumisso. ff. de condi. indeb. vt hic plenius per
Pau. de Cast. in §. 1. in vltim. colum. ¶Gloss. r. ibi, vt ĩ. de manu-
* mis. testa. l. si ita fuerit libertas. *Ista solutio communiter tenetur* per
Barto. & alios, licèt Pet. de Bellaper. & subtiles Vltramon. dicãt,
ꝙ illud sit fauore libertatis, & ante eos dicit glo. in d. l. si ita fue-
rit. in verbo liberum. Sed certè text. ibi non se fundat super ali-
quo fauore libertatis, sed super propria significatione verborũ,
& communi vsu loquendi. Et ꝙ non sit speciale fauore liberta
tis, probat tex. in l. si in annos. ff. de condi. & demon. ¶In ea. glo.
* ibi, vel ibi speciale, quod est verius. Ista solutio etiam *communiter*
*tenetur*, & specialitas consistit in tribus, quia ibi ille erat filius, &
agebatur de hæreditate paterna, & erat minor. Et si dicatur, ẽt
in hoc tex. ista tria concurrunt. nam etiam hic erat filius, vt pa-
tet. ĩ. in versi. ꝙ si testamento. Item erat minor, vt ibi dicit text.
dic, ꝙ deficiebat tertium, quia non agebatur de hæreditate pa-
terna, sed de legato. ¶In ea. gl. ibi. l. ad Rempub. dic, ꝙ ibi est spe
8 ciale ratione Reipublicę, & fauor consistit in duob. primò, † ꝙ
annus cœptus non habeatur pro completo, ad hoc vt quis pos
sit administrare pertinentia ad Rempublicam. Item annus cœ
ptus non habetur pro completo, vt possit quis se excusare à
muneribus publicis, vt ibi. In ea. gloss. in fi. distingue, vt hic per
Bar. quem simpliciter refert, & sequitur Sal. & concludit Bart.
ꝙ quando tempus certæ ætatis ponitur in accusatiuo, tunc tẽ-
pus vltimi anni debet esse totum completum, non ꝙ istud im-
portet significatio accusatiui, sed ꝓpter naturam verbi impor-
tantis perfectionem, vnde secus esset, quando tempus appone-
retur in accusatiuo simpliciter, tunc esset idem sicut in ablati-
uo. Sed vt istam doctri. Barto. clarius habeas, ex ea collige tres
9 princ. conclusiones. Prima est, ꝙ † differentia est, an tempus cer
tæ ætatis apponatur in accusatiuo, an in ablatiuo, cum limita-
tione tamen, de qua hic per Bar. Secunda est conclusio, ꝙ quan
do tempus ponitur in accusatiuo simpliciter absque verbo im
portante perfectionem, tunc sufficit vltimum annum esse in-
choatum, sicut quando ponitur in ablatiuo. Tertia est conclu-
sio, ꝙ quando tempus certæ ætatis ponitur in ablatiuo, abla-
tiuus de propria significatione importat tempus imperfectũ,
10 & sic solùm inchoatum, quamuis non completum. ¶† Circa
primam conclusionem adde, quòd istam differentiam Barto.
inter accusatiuum, & ablatiuum reprobat. d. Bened. de Plum.
in d. l. si ita fuerit. per tex. in l. nec semel. §. nouissi. ff. quando dies
leg. ced. vbi tex. dicit, nihil interest, an testator dicat, in annos sin
gulos, vel quotannis, an in singulos menses, vel quot mensib. &
sic an testator vtatur accusatiuo, an ablatiuo. Ad illum text. re-
spondet. d. Alex. ꝙ ibi loquitur in tempore adiecto causa multi
plicandę obligationis, quod tempus semper videtur adiectum
fauore creditoris, & sic legatarij, & sic semper in initio anni de-
bet fieri præstatio. l. 2. C. quando dies leg. ced. sed hic loquimur,
quando vnica præstatio facienda est, & sic in tempore adiecto
causa differendę solutionis, vt declarat Bar. hic. ĩ. & in l. qui hoc
anno. ff. de verb. obl. Tu responde melius, ꝙ imò Barto. non fa-
cit differentiam inter accusatiuum, & ablatiuum, quando per
accusatiuum probatur simpliciter sine verbo importante per-
fectionem. Tu àutem in ista. 1. conclusione pondera esse duos
tex. formales, qui simul iuncti expressè faciunt differentiam, an
tempus apponatur per ablatiuum. Et quod fortius est, ꝙ accu-
satiuus etiam sine verbo importante perfectionem importet
totum tempus debere esse perfectum, quamuis præponatur
præpositio ad, etiam sic in duobus contra Bar. & communiter
omnes, & ꝙ secus est in ablatiuo. text. est in d. l. si ita fuerit, in
prin. iungendo l. qui duos. ad fi. eod. tit. ff. de manumis. test. nam
in l. qui duos. ad fi. dicitur, paria sunt relinquere ad annum, vel
post annum. Ibi non est verbum perfectionem importans, &
adest præpositio ad. Sed quando relinquitur post annum, clarũ
est, ꝙ requiritur esse perfectum totum tempus, ergo idem si re-
linquatur ad annum, & ibi est text. sed in d. l. si ita fuerit. in prin.
tex. dicit totũ ècõtra. nam dicit, ꝙ multũ interest inter hos ser-
mones. 12. ann. & post 12. ann. quia cum dico in ablatiuo. 12. an
nis, sufficit aliquid de 12. anno inchoasse. Ecce qualiter ista duo
iura simul iuncta expressè probant, ꝙ sit differentia inter abla-
tiuum, & accusatiuum, quia in accusatiuo paria sunt relinque
re ad annum, vel post annum, sed in ablatiuo est multa differen
tia relinquere 12. anno, & post 12. annos. Item iste text. probat,
11 † ꝙ semper accusatiuus importet tempus debere esse perfe-
b ctum, non obst. præpositione ad, [b] & quamuis non adsit ver-
12 bum importans perfectionem, contra Bar. Item † ꝙ ablatiuus
semper significet tempus inchoatum, sed non perfectum.
13 ¶† Circa secundam conclusionem, quando ponitur in accu-
satiuo simpliciter, quòd sufficiat primum annum esse inchoa-
tum, sicut quando ponitur in ablatiuo, adde, ꝙ in contrarium
videtur esse text. in l. si in annos. ff. de condi. & demonstra. vbi si
hæres sit simpliciter grauatus in annos. 10. aut esse liber in an-
nos. 10. vltimus annus debet esse completus, etiam vt compe-
tat libertas, & tamen ibi ponitur in accusatiuo, & per illum tex.
contrarium tenent Dyn. Rayn. & Bald. ibi. Pet. Cyn. Bald. & do.
Alexan. hic, & concludunt, quòd quando tempus apponitur
per accusatiuum, semper requirat perfectionem vt ibi, & hic,
secus si in ablatiuo. d. l. si ita fuerit libertas. In ↄ̃rium etiã facit.
l. qui duos in fi. iuncta. d. l. si ita fuerit, prout dixi in præcedenti
14 conclusione. † Circa tertiam conclusionem, quando tempus
ponitur in ablatiuo, ꝙ ablatiuus significet tempus imperfectũ,
& non completum, cum Bart. in hoc tenent omnes. Et secun-
dum Are. facit tex. in l. 1. §. hoc interdictum. ĩ. de iti. actuque pri.
vbi ille videtur vsus itinere hoc anno, qui est vsus aliquo tem-
pore anni, licèt non toto anno. Facit, quod vult gl. in clem. ge-
15 neralem. de ætate, & quali. quæ vult, ꝙ ille, † qui debet ordinari
in anno. 30. sufficit, ꝙ ordinetur initiato. 30. ann. quamuis non
completo. Et per ista videtur non bene dicere glo. in c. 1. super
verbo triennium. de causa pos. & proprie. quæ vult, ꝙ ista ver-
ba, si quis possederit triennio, intelliguntur de triennio comple
to, nisi dixeris hoc ibi suaderi ex subiecta materia. Extra gl. quę-
16 rit Barto. † si vendo tibi rem cum termino vnius anni ad sol-
uen. pretium, à quo tempore incipiet cursus illius anni? Et con-
cludit, ꝙ à tempore traditionis rei, quo tempore contractus ha
bet vltimam perfectionem, per tex. no. in l. tali. in prin. ff. de iure
dot. Cum ista decis. Barto tenent Bald. Ange. Flor. Pau. de Cast.
Rapha. Alexan. & Aretin. hic, Bald. in rubr. C. de contrahen.
empt. in 23. quæst. Saly. in l. 2. ad fi. C. de contrahen. emp. Adde,
quòd text. in d. l. tali. in prin. ad hoc reputat singu. Ludo. Rom.
in l. 1. in princip. ff. si quis caut. Sed tu adde alium concordan-
tem text. in l. si ita quis promiserit. in princip. ff. de verborum
* oblig. ¶Secundò adde, ꝙ pro ista decisi. Barto. & *communi facit*
duplex

ADDITIONES.

a ¶Argumentatio de toto. Adde Bald. in l. per fundum ff. de serui. rust. præd. & in l. quæ de tota. ff. de rei vend.

b ¶Præpositione ad. Adde gl. in c. cùm ex literis. de resti. in integrum.

duplex ratio. Prima, quia etiam sine ista conuentione ante traditionem non potest cogi emptor ad soluendum pretium. l. Iulia. §. offerri. ff. de act. empt. ergo conuentio ista vt non sit frustratoria, sed sit cum effectu, debet intelligi post factam traditionē, per regulam. l. si quando, cum si. ị. eo. presertim. quia non est rationabile, quòd currat terminus soluendi antequam de-
17 beatur. Secunda ratio est, quia † quādo terminus assignatus est respectiuus certę cāę, requiritur, ꝙ illa causa prius existat, aliàs ille terminus prius non incipit currere. tex. est, qui in istis terminis loquit̄, in d. l. tali. in prin. ſm Bal. & Flo. hic, & Imo. ị. proxi. §. sed ī casu nostro iste terminus est respectiuus certę cāę, scilicet traditionis rei venditæ, ergo reqritur, ꝙ illa causa prius existat. Tertiò adde illud, quod vult Barto. in l. de diuisione. in 2. oppo. post gl. ibi. ff. solu. matr. vbi concludit, ꝙ annus, de quo ibi, incipiat currere à tempore traditionis, si nuptiæ precesserunt, vt ibi per eum. ¶Quartò accedat illud, quod decidit Bal. in l. fideicō-
18 missum, per illum tex. ị. eod. † ꝙ si testator legauit quibusdam fratribus. 100. floren. pro constructione cuiusdam capellæ, & eis fideicommisit, vt intrà annum illam construerent, aliàs essent priuati legato, determinat, ꝙ iste annus nunquam incipiat currere antequam perceperint relictum, vel per eos steterit quominus ꝑceperint, & ad hoc alleg. d. l. tali. in prin. Tu dic melius facere tex. in l. quib. dieb. in prin. ff. de condi. & demonst.
19 † Tenendo istam decis. ab omnib. approbatam, non obst. text. in l. 3. §. biduum. ff. quando appel. sit. super quo relinquit Bar. cogitandum, quia respondet ipsemet Bar. in d. §. biduum. circa fi. ꝙ est speciale in sententia, propter auctoritatem rei iud. aliàs secus esset, per tex. in l. penu. §. 1. ff. de excu. tuto. vbi si est dătus tutor sub conditione, tempus excusationis incipit currere à tp̄e existentis cōditionis, & non à tempore creationis. Et ita etiam r̄ndet Nic. de Neapo. ị. proximo. §. & d. Alex. hic. ¶Tu potes aliter r̄ndere, ꝙ quando iudex tulit sn̄iam sub conditione, statim incipit grauare partem, ideo statim incipit currere tempus ad interponendam appellationem, eo maximè, quia quando conditio extabit, retrò fingitur purè iudicatum à tempore sententiæ, vt aliàs in l. sub conditione. ff. de solu. Ideo statim appellari debet. ita not. 2. q. 6. c. anteriorum. in §. biduum. super quo ta-
20 men cogita. ¶† Istam decisionem Bart. & Doct. limita [a] vt per
a Sal. in l. 2. ad fi. C. de contrahen. emp. & sequitur etiam Are. hic, vt procedat, quando principium termini est incertum, vt in q. Bar. secus si esset certum, vt quia diceret, ab hodierna die vsque ad annum, vel hinc ad annum, vel in specie vsq; ad festum sancti Petri proxi. futurum, alleg. l. fi. §. 1. in verbo, vt ex die. ff. de rescin. vendi. & idem tenet Bar. in l. si in diem. in prin. ff. de condi. & demonst. d. Anto. de But. in cons. 57. quod incipit in quęstio. surgente, vbi ita limitat d. l. tali, in prin. Bene facit iste text. ſm ꝙ dicunt Bar. & Doct. ꝙ ideo hoc fit, quia erat expressum à testatore, quando terminus inciperet. Facit etiam, quia quando tempus expresse exprimitur, tunc vnum tempus non potest poni pro alio. l. si vsusfruct. in biennium, & ibi ponit Barto. ff. de vsufru. leg. sicut non potest vna species pro alia præstari. l. 2. §. 1. ff. si certum petatur.

ADDITIO.

a ¶Limi. Sublimitat Bald. in rub. C. dę contrahen. emp. in 23. q. PVRPV.

*SVMMARIVM.*

1 *Tempus appositum legato, quando faciat ipsum conditionale, vel in diem, & nu. 6. & 8.*
2 *Differentia inter tempus certæ ætatis legatarij, & tempus simplex appositum in legato, quia primum facit conditionem, secundum non.*
3 *Testator in terminis huius tex. videtur habuisse sensum ad tempus simplex, & non ad tempus certum legatarij.*
4 *Dispositio aliqua, ꝙ possit esse conditionalis, & non in diem, & conditionalis in diem propter temporum diuersitatem.*
5 *Pendentia conditionis etiam in filio impedit transmissionem, secus in pendentia diei.*
6 *Tempus incertum appositum executioni, seu præstationi legati, reddit legatum conditionale.*
7 *Testator si legauit Titio centum purè, & ꝙ volebat ꝙ præstarentur, post mortem vxoris, tale legatum est conditionale.*
8 *Tempus appositum legato quando faciat ipsum conditionale, vel in diem.*
9 *Tempus certæ ætatis grauati an faciat legatum conditionale.*
10 *Dictio post, inducit conditionem principaliter.*
11 *Libertati magis fauetur quàm filiationi.*
12 *Piæ causæ fauetur magis, quàm filiationi, legitima excepta.*
13 *Testamentum factum ad pias causas valet, non tamen inter filios.*
*Legatum libertatis fauorabilius est, quàm piæ causæ.*
*Legatum libertatis minuit legitimam, & in totum priuat filium legitima, non sic in legato piæ causæ.*

1 §. Hoc autem. ¶† No. primò ex hoc tex. quòd tempus certæ ætatis legatarij facit conditionem Ratio est, quia istud tempus cum erit. 14. annorum, habet se ad esse, & non esse, & sic fundatur in euentu incerto, quia posset legatarius mori ante euentū ætatis, ergo facit conditionem. Adde ita etiam esse, si legatum sit relictum in certum tempus ætatis tertij, nam interim legatum dicitur esse conditionale. l. si ita scriptum. ff. de manumis. testa. & l. si seruus lib. ff. de statulibe. ¶Limita, nisi tale tempus apponeretur ad extinguendum legatum, puta si testator dicat, lego tibi centum annua, quousque Titius erit 14. annorum. nam tale tempus facit diem, & non conditionem, adeò quòd non extinguitur legatum, etiam Titio ante tempus decedente. tex. est solennis in l. ambiguitatem. in princip. C. de vsufru. secundum Bartol. Flor. & alios hic. Et ille text. non reperitur alibi in iure, secundum Bald. ibi, & Pau. de Cast. Quid autem sit, quando legato adijcitur tempus certæ ætatis hæredis, & sic grauati, dicetur. ị. latius post Barto. ¶Secundò not. ex hoc text. secundum
2 Barto. & alios † differentiam inter tempus certæ ætatis legatarij, & tempus simplex. primum enim facit conditionem, quia pendet ab aliquo euentu. secundum autem tempus simplex, quia est certum euenturum, ideo conditionem non facit. Tu aduerte, quòd licèt istud sit in se bene dictum, tamen iste text. non facit differentiam per hunc modum, vt dicit Barto. sed facit differentiam, an tempus apponatur substantiæ legati, puta lego tibi centum, cùm eris annorum 14. tunc facit legatum conditionale, & si legatarius moriatur antequam peruenerit ad 14. annos, non transmittit ad hęredes: aut verò tempus apponitur solutioni, seu præstationi legati, & tunc illud tempus, quod solùm apponitur in solutione, non facit conditionem, sed inducit solam dilationem temporis ad soluendum, vnde si interim moriatur legatarius, transmittit. ad hæredes. ita cantat iste text. & Barto. ị. in 1. oppo. ¶Aduerte etiam diligenter pro intellectu
3 huius text. & declaratione prædictorum, † quòd testator in dubio præsumitur habuisse sensum ad tempus simplex, & non se retulisse ad tempus certæ ætatis legatarij. vnde si testator legat Titio centum annua vsque ad 25. annos, non intelligitur de 25. anno ætatis legatarij, quia ita accipiendo si legatarius haberet. 20. annos, non duraret legatum nisi quinque annis, sed intelligitur de 25. annis simpliciter post mortem testatoris, & sic illud legatum durabit. 25. annis. casus est in l. codicillis. in princip. & ibi clarè Barto. in summario. ị. de annu. leg. & est casus ad hoc valde sing. in iure secundum Pau. de Cast. & dom. Alexan. hic.
4 ¶† Tertiò not. ex hoc text, secundum Bald. & Flor. quòd eadem dispositio interdum est conditionalis, non in diem, vt hic, interdum est conditionalis, sed in diem. Tu dic istud resultare propter diuersitatem temporum. nam hic est duplex tempus, quoddam apponitur substantiæ legati, & istud reddit dispositionem conditionalem: quoddam solutioni, & istud importat
5 solùm dilationem, vt dixi in præcedenti not. ¶† Vlt. not. secundum Bald. & Flor. quòd pendentia conditionis etiam in filio impedit transmissionem, secus in pendentia diei. Tu adde fortius, quòd fideicommis. conditionale relictum ab ascendente non transmittitur etiam ad descendētes, fideicommissario defuncto, pendente conditione. glo. est not. in l. vnica, & ibi Barto. & Docto. not. & sequuntur. C. de his, qui ante aper. tabu. & glo. in l. hæredes mei. §. cùm ita. in verbo susceplissent. ff. ad Trebel. & est text. in l. vnica. §. sinautem sub conditione, & ibi Bald. & Ange. ad hoc not. C. de cad. tollen. dicit ibi Bald. quòd ille text. decidit præsentem quæst. licèt ad hoc non allegetur, & Bal. in l. si in personam. per illum tex. C. de fideicom. & in c. 1. qui succe. tenean. in 2. colum. & in l. si pater. in 4. q. C. de insti. & substit. dom. Anto. de Butr. in c. Ray. in 1. colum. ad fi. de test. quamuis contrarium teneat glo. in l. si is, cui sub conditione. §. fi. ff. de act.
* & obl. quæ glo. *communiter reprobatur* in locis præalleg. ¶Glo. in verbo, completus. in fi. Vera solutio est, quòd ibi dies fuit adiectus præstationi legati, hic verò substantiæ. ¶Nec obst. l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de condi. & demonstra. quia respon-
6 det Bart. post glo. † per eum allegatas, quòd vbi est tempus incertum, quòd semper reddit legatum conditionale, etiam si ap
* ponatur executioni, seu præstationi legati. Et ita tenent *communiter Doctores* hic, & Ioannes de Imo. in l. quodcunque, & in l.
21 Istud non est verum, quia † actio ex testamento est stricti iuris. l. aliàs. & ibi not. Bart. ff. de in lit. iur. & non habet naturā bonæ fidei, nisi solùm quo ad duo, vt veniant fructus à tempore moræ, sicut in actionib. bonæ fidei, & vt possit agi prima actione, quando res non est plenè tradita, ita declarat melius quàm alibi Bart. in l. si hæres. ff. de eo, quod certo loco: ergo non potest habere naturam bonæ fidei quo ad alia, quæ veniunt in consequentiam, de quib. loquitur d. l. si hæres. Secundò confunditur per text in d. l. in numerationib. ad fin. quæ similiter loquitur in obligato actione ex testamento ad vendendum, & tamen sola venditione liberatur ab actione ex testamento, de quo tamen vltimo dic, vt superius dixi.

SVMMARIVM.

1 *Si castrum est plurium inæqualiter, & fiat eidem castro legatum, acquiritur tale legatum pro portionibus inæqualibus.*
2 *Res nostræ ita bonis acquirunt, sicut per seruos nostros nobis acquiritur.*
3 *Per rem inanimatam quando nobis acquiritur.*

LEX LIII.

Si seruus plurium. Legatū seruo communi, acquiritur dominis pro dominica portione. h. d. Intellige secundum distin. l. si communis seruus. ff. de stip. ser. Et per istum text. dicunt Bald. Flo. Imo. & Raph.
1 † q̄ si sint plures dn̄i vnius castri pro inęqualib. portionib. & aliquid relinquatur tali castro, acquiritur dominis illius castri non æqualiter, sed pro portionib. dominicis. Tu pondera istud
2 dictum, ex quo habes, † q̄ sicut serui nostri nobis acquirunt, ita etiā res nostræ. Adde de hoc text. in l. Caius. ff. de annu. leg. per quem text. Bart. ibi in fin. no. q̄ sicut quando legatur seruo meo, acquiritur mihi, ita qn̄ legatur rei meæ, videtur mihi relinqui, & mihi acquiritur, q̄ est bene tenendum mēti, s̄m Bar. Et ita limitatur gl. sing. in §. pen. in vers. per hanc. Inst. per quas
3 perso. nob. acq. † q̄ per rem inanimatam nihil nobis acquiritur. & illam glo. dicit esse sing. Bal. in l. si de proprietate. in pen. col. C. si à non compe. iudi. fue. iud. & ideo dicit Bald. in c. 1. §. si quis de manso. in pen. col. de contro. inuesti. q̄ aqua per seipsam defluens non potest inducere præscriptionem, quia per rem inanimatam nihil nobis acquiritur, de quo vltimo dixi in commento. l. quo minus. ff. de flum.

SVMMARIVM.

1 *Sententia lata contra hæredem se non defendentem, vel colludentem, vel culpabiliter non appellantem, non nocet legatarijs, aliter regulariter sic, & vide nu. 7.*
2 *Legata simpliciter relicta ab instituto, quòd in dubio intelliguntur repetita à substituto.*
*Substitutus censetur subrogatus loco instituti.*
*Ius coniunctionis, quod erat in instituto, censetur translatum ad eius substitutum vulgarem.*
3 *Qui obtinet pro se sententiam etiam iniustam in petitione hæreditatis, tenetur creditorib. & legatarijs.*
4 *Allegare non potest quis sententiam pro se latam iniustam.*
*Allegare turpitudinem suam, quando liceat, remissiuè, & num. 6.*
5 *Sententiam pro se latam habentem plura capitula, potest quis in capitulis contra se facientib. dicere iniustam.*
6 *Sententiam pro se latam quis potest dicere iniustam ad sui damnum, & præiudicium.*
7 *Legatarius an possit agere contra hæredem ex collusione vincentem, quando legatum esset tale, quòd dominium non esset ipso iure in legatarium translatum.*
8 *Verbum agere, non refertur ad rei vendicationem, sed verbum petere sic.*

§. Si hæreditatis. Sententia lata contra hæredem non defendentem, vel colludentem, aut culpabiliter non appellantem, non præiudicat legatarijs. h. d. primò. Et substitutus non potest contra legatarios dicere se iniustam sententiam obtinuisse contra hæredem institutum, quia sic turpitudinem suam allegaret. h. d. secundò, & vlt. Et habet duas partes, quæ patent ex summario.
1 Secunda est ibi, si tamen. ¶ † Not. primò ex hoc text. tres casus, in quib. sententia lata contra hæredem non nocet legatarijs. Primò, quando non defendit causam, vt hic, & l. si prolusorio. aliàs perlusorio. §. fin. ff. de appel. & l. qui repudiantis. §. fin. ff. de inof. test. & l. diui fratres. ff. de lib. causa. & l. si ideo. in princ. ff. de euic. Ratio, quia tunc sententia præsumitur lata propter non defensionem, non autem propter malam causam. Idem quādo minus plenè defendit, vt in §. seq. & ibi Bart. not. Secundò quando hæres collusit, vt hic, & in toto tit. de collu. deteg. Tertiò quando sententia est lata per iniuriam, & non appellauit. l. exceptione. ff. de fideiuss. ¶ Regulariter ergo extra istos casus sententia lata contra hæredem nocet legatarijs. l. Papi. §. si ex causa. s̄. de inof. test. l. si superatus. §. 1. ff. de pign. & l. 1. ff. de excep. rei iudi.
2 ¶ † Secundò not. in vers. si tamen, q̄ in dubio legata simpliciter relicta ab instituto, intelliguntur etiam repetita à substituto, aliàs ineptè dubitaretur in hoc text. nunquid substitutus, qui obtinuit sententiam, teneretur legatarijs, & est text. in l. licèt Imperator. s̄. eod. Et ratio est, quia eo ipso, q̄ quis substituitur, censetur substitutus in omnib. & per omnia. l. cohæredi. in princ. ff. de vulg. & pupil. l. Iul. de hær. inst. Ratio communis, quia substitutus censetur subrogatus in locum instituti, ergo debet sapere naturam eius, cuius loco subrogatur. l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. Hinc est, q̄ ius coniunctionis, q̄ erat in instituto, transit ad eius substitutum vulgarem, text. est not. in l. cùm ex filio. §. fin. & ibi glo. & Doct. ff. de vulg. & pupil. & ibi Bald. reputat valde dignum, & Raph. valde singulare.
3 ¶ Tertiò not. q̄ ille, † qui obtinuit sententiam pro se in petitione hæreditatis tenetur creditorib. & legatarijs, licèt sententia sit iniusta. Et ad hoc iste text. non est alibi in iure, secundum Dyn. Bald. Imo. & Pau. de Cast. & ad hoc istum text. not. glos. in l. stipulatio ista. §. 1. in verbo successores. ff. de verbor. oblig. Bart. in §. si quis fortè. in ea. l. Bald. in l. post mortem. s̄. de adop. sed Bald. & Flo. hic addunt text. concor. in l. fin. C. de pet. hær.
4 ¶ † Quartò not.[a] in vers. nec. n. q̄ non est licitum allegare sen-
a tentiam pro se latam esse iniustam, quia vt not. gl. non est lici-
b tum allegare turpitudinem[b] suam, etiam excipiendo. de quo vltimo per Bart. in l. iusiurandum, & ad pecunias. §. procurator. vbi dixi. ff. de iureiur. gl. & Doct. in c. inter dilectos de don. Imò fortius ille, qui obtinuit sententiam pro se, si succedat condemnato, non potest etiam tunc eam dicere iniquam, secundum Bald. in l. si creditorib. C. de seruo pign. dat. manumiss.
c per glo. not. in l. Modestinus.[c] ff. de excep. Facit, q̄ vult gl. not. in l. vni. in princ. ff. de excep. rei iud. ¶ Limita secundum Barto. hic in fin. quando sententia esset in totum pro eo lata, secus si
5 in aliquib. capitulis, † quia cùm tot dicantur sententiæ, quot sunt capitula. l. etiam. §. 1. vbi glo. ff. de min. l. quædam mulier. ff. fac. ercis. potest dicere iniustam in capitulis contra se facientib. l. Raynutius. & c. Raynaldus de testa. facit. l. fi. C. qn̄ prouoc.
6 non est necesse. ¶ † Secundò limita, nisi allegaret iniustam ad sui damnum, & præiudicium, tunc posset, quamuis etiā transiuisset in rem iudicatam, secundum Imo. in c. quia plerique. de immu. eccles. Bald. in Auth. ad hæc. in 5. colu. C. de vsu. cum concor. quas dedi in commento. l. admonendi. ff. de iureiur. facit viua ratio, quia licitum est allegare turpitudinem suā contra se, & ad turpitudinem suam. l. inde. Neratius. §. fin. cū seq. ff. ad l. aquil. l. si is cum quo. ff. de cond. indeb. l. qui seruū. in prin. ff. de interro. act. latè Bart. in d. l. iusiurandum, & ad pecunias.
7 §. procurator. ¶ † Gl. in verbo non nocebit. ibi, aget contra in-
* stitutum. Distingue, vt hic per Bartol. cum quo *communiter alij* transeunt, sed Io. de Imo. d. Alex. & Aret. reprehendunt Barto. in vno, dum facit differentiam inter primum, & tertium casum. s. an sententia feratur per collusionem, vel hærede non defendente, an verò feratur iniustè per iniuriam hæredis, istud videtur de directo contra text. hic, & in §. seq. nam hos tres casus æquiparat text. hic, & Petr. Dyn. & Rayn. hic. Tu verò defende Bart. dupliciter. primò aduerte, q̄ licet videatur ponere istos casus sub diuersis membris, tamen eos æquiparat, cùm vtrobique dicat sententiam non præiudicare legatarijs, & legatarios posse hæredem conuenire. Bene verum est, q̄ Bart. in vno facit differentiam quantum ad vincentem, quia primo casu quando sententia fertur contra hæredem se non defendentem, vel colludentem, tunc legatarij possunt etiam contra hæredem vincentem vti possessorem agere rei vend. l. si prolusorio, aliàs perlusorio. § fi. ff. de appel. sed quando fertur sententia iniustè per iniuriam hæredis, tunc non potest agi contra vincen-

ADDITIONES.

a ¶ Quartò not. Gl. in l. vendicantem. ff. de euictio. PVRPV.
b ¶ Turpitudinem. Adde gl. & Doct. in c. ex tenore, de conces. præb. l. iusiurand. §. fin. ff. de iureiur. Doct. in c. tertio loco. de præsump. Doct. in c. lator. de re iud. & vide Bal. & Cępol. in l. quòd si nolit. §. in factum. 3. not. ff. de ædil. edic. PANCIR.
c ¶ Modestinus. Voluit allegare glo. in l. 1. in princ. in glo. 1. ff. de excep. rei iud. PVRPV.

vincentem, quia tutus eſt.l.ſi ſuperatus.§.1.ff.de pign. Et quantum ad iſtos terminos.ſ.quantum ad vincentem, non fit æquiparatio in iſto tex. nec in §.ſeq. ¶Ratio diuerſitatis eſt in promptu, ſecundum Bart. ſi bene conſideras, quia in primis duob. caſibus hæres eſt in dolo, ſed in tertio eſt in culpa, vnde magis ſubuenitur legatarijs, quando hæres eſt in dolo, quàm quando ſolùm fuit in culpa, eſt verum, ꝙ d.l.ſi ſuperatus.§.1.non clarè loquitur in terminis Barto. quando fuit hæres in aliqua culpa. ¶Secundò aduerte, ꝙ text. bene æquiparat iſtos tres caſus, quando hæres non defendit, vel colludit, vel quādo à ſententia per iniuriam iudicis lata non appellauit. ita loquitur iſte tex. quando autem hæres prouocauit iudicem contra ſe, & ſic culpa ſua, non loquitur tunc iſte text. ſed l.exceptione.ff.de fideiuſ. quā alleg. Bart. licèt glo. in verbo iniuria. etiam intelligat text. hoc tertio modo, & malè. Tu vltra eos conſidera, inquantum Bart. tenet in primo membro, quando hæres non defendit, vel colluſit, ꝙ tunc legatarij poſſunt agere contra vincentem vti poſſeſſorē. 8 Ex iſtis verbis vult Bar. ꝙ † quando legatum eſſet tale, cuius dominium non eſſet ipſo iure tranſlatum in legatarium, puta legatum quantitatis, vel generis, vel rei alienæ, vel alternatiuum, vel ſimile, vt habetur per Bart. & alios in l. 1.§.eod. ꝙ tunc legatarij non poſſent agere contra hæredem ex colluſione vincētem, ꝙ videtur cōtra generalitatem d.l.ſi proluſorio, aliàs perluſorio.§.fin.in verbo, agere, ꝙ verbum Barto. non ſolùm reſtringit, ſed intelligit impropriè, quia verbum agere, non refertur ad rei vend. ſed bene verbum petere. l. actio in perſonam.ff. de act. & oblig. cum ſim. vnde poſſet teneri contra Bar. & communiter Scribentes, ꝙ text. in d. l. ſi proluſorio.§ & ſi generaliter procedat in actione perſonali, & reali. Et ſi dicatur quomodo poſſibile eſt, ꝙ actio perſonalis ex teſtamento cōpetat cōtra vincentem, ex quo non eſt obligatus aliquo modo? Poſſes dicere ſecundum Raph. Cum. hic, ꝙ poteſt agi vtili ex teſtamento propter dolum hæredis in non defendendo, vel colludendo, argum. l.ſi alienus. §.tit.1.iſtud credo verum, quando vincens colluſit cum hærede, ne aliàs ex dolo ſuo commodū reportaret. contra.l.relegatorum.in fin.ff.de interdi. & rele. & l. ſiue hæreditaria.in fin.ff.de neg.geſt.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas quando tranſit ad fiſcum, tranſit cum onere legatorum, & intellige, vt ibi.*
2 *Hæreditas remanet penes indignum, ſi fiſcus nolit eam auferre.*
3 *Deportatus habet hæredem, ſi fiſcus nolit auferre hæreditatem.*
*Fiſcus ſolus opponit hæredem indignum.*
4 *Hæres dans cauſam, vt hæreditas ab eo tanquam ab indigno auferatur, non excuſatur ab oneribus hæreditarijs.*
*Factum procuranti non prodeſt, quod aliàs prodeſſet.*
5 *Delinquens procurans accuſari coram minore iudice, vt minus puniatur, non excuſatur à iudicio, ſiue foro iudicis maioris.*
*Delinquens procurans accuſari, ne inquireretur, non euitat inquiſitionem.*
6 *Accuſans aliquem, ne contra ipſum poſtea teſtificetur, non poteſt illum repellere à teſtificando.*
*Dignitas procurata non præſtat immunitatem.*
7 *Ignorantia affectata, vel procurata non prodeſt.*
*Diſpoſitio puniens ſcientiam, includit ignorantiam affectatam, vel procuratam.*
8 *Citari non debet ad diffinitiuam, qui malitioſè procurauit, ne citatio ad eum perueniret,*
9 *Epiſcopus non poteſt expedire actum capitulo ſpectantem, quando voluntariè, & malitioſè procurauit negligentiam capituli.*

1 §. Si quis ante. † Hæreditas tranſit ad fiſcū cum onere legatorum, niſi fiſcus repudiet, vel hæres iſtud procurauerit. h.d. ¶Not.1. ꝙ fiſcus tenetur ad legata. cōcordantes ſunt in gl. Intellige quando propter delictum hæredis bona fuerūt confiſcata, ita loquitur iſte text. ſecus ſi teſtatoris, tunc fiſcus non teneretur ad aliqua legata. l. cùm filius.§.fin.§.titu.1. Ratio, quia legata erant effecta irrita. l. eius, qui.ff.de teſta. Secundò intellige iſtum tex. quando hæreditas erat iam adita per hæredem, aliàs ſi fiſcus occuparet bona tanquam vacantia, non teneretur legatarijs, vt dixi in l.eam quam.C.de fideicom. & habes hic per do. Alex. ¶Secundò no. 2 in verſ. quid tamen, † quod penes hæredem indignum remanet hæreditas, ſi fiſcus nolit auferre. Et ita etiam not. Bal. ad hoc iſtum text. in l.etiam. in vlt. oppo. C.ad l.falc. & ſic probatur in hoc text. illud, quod vult gloſ. reputata ſing. in l. ea ſola. ff. de 3 reg. iur. † quòd deportatus habeat hæredem, ſi fiſcus nolit auferre hæreditatem, & ita limitatur. l. 1. C. de hæred. inſt. & illam gloſ. pro mirabili ad hoc not. Bart. in l.eam quam. in 5.colu.C. de fideicom. Lud. Rom. in rubr.ff.de acquir. hæred. Et eſt ratio in promptu, quia alius non poteſt opponere indignitatem hæredi, niſi ſolus fiſcus. gloſ. eſt in l. his conſequenter.§. fin.ff.fa.er-
4 ciſ. & in l.hæreditas.C.de his, qui. vt indi. ¶† Tertiò not.[a] in verſ.
a ſed ſi ſubiecit, quòd hæres, qui præbuit cauſam, vt bona ab eo tanquam indigno auferantur, non per hoc excuſatur ab oneribus hæreditarijs. Ex quo correlariè no. ſecundum Bald. & alios, quòd factum ſibi procurante non prodeſt, quod aliàs pro-
b deſſet.[b] Et ex hoc inferunt Bald. Ang. Flo. & alij, quòd † ſi
5 delinquens procurauit ſe accuſari coram iudice minoris curiæ, coram quo minor pœna imponitur, talis præuentio nihil operatur, nec ſibi opitulatur, nec eum liberat ab alio foro, vbi maior pena imponitur. Et ita limitatur regula. l.ſi quis poſtea-
c quam.ff.de iud. & c.propoſuiſti.de foro comp.[c] Similiter, ſecundum Ang. & alios, ſi delinquens procurauit ſe accuſari, ne iudex poſſet procedere per inquiſitionem, iſtud non prodeſt, nec tollit inquiſitionem iudicis. Adde ad iſtam regulam plures text. in l.3.§.ſubuenitur.ff.ad Sylla. & in l.& qui data opera.ff.ex quib.cau. maio. & in l. 2.§.fin. & ibi Barto. not.ff. ſi quis cau. & in l.ſpadonem.§.fin.ff.de excu.tut. & in §.item tria onera. Inſtit. eod. & quod not. Barto. in l.ſi verò. in princip.ff.qui ſatiſd.cog.
d ¶Secundò adde[d] illud, quod not. Ioann. And. in cap.fi.de te-
6 ſtib. Bald. in Auth.ſi dicatur. in pen.colu.C.eod. † de eo, qui accuſauit aliquem, vt poſteà cum repelleret à teſtificando contra ſe, ſed talis malitia nihil prodeſt. & in ſimili eſt argu. in l.1.§. cùm quis, & in §.ſi ſeruus, ſecundo.ff.de quæſt. eo quia eſt inimicitia procurata. ¶Tertiò adde tex. in l. vniuerſi. C.de leg lib. 10. vbi eſt text. not. ſecundum vnam lect. & ibi Bart. not. quòd officia publica, & dignitates, quę aliàs preſtant immunitatem,
7 tamen ſi ſint procuratæ, non præſtant immunitatē. ¶† Quar-
e tò adde, quòd ignorantia affectata,[e] vel procurata non prodeſt, quia eſt pars ſcientiæ, gloſ. eſt in cle.1. in verbo ſcienter. de conſan. & affi. & glo. in cap. eos, in verbo affectata. de tempo. ordi. in 6. & gloſ. in cap. fin.§.vt autem. de offic. deleg. in 6. per quam glo. ibi not. Gem. quòd diſpoſitio puniens actum ſcienter factum, includit ignorantiam affectatam, vel procuratam, quod bene not. cū illa ſit materia pœnalis, & ſic odioſa, & per conſequens multū reſtringenda, vt in regula in pœnis. de reg. iur. in 6. & in l.cùm quidam.ff.de lib. & poſth. ¶Quintò adde,
8 ꝙ vult Inn. in c.ad petitionem. ad fin. de accu. † ꝙ qui malitioſè procurator, ne ad eum citatio perueniat, non eſt amplius citandus etiam ad diffinitiuā ſententiā, per text. in c. quoniam.
9 §.porrò. vt lite nō conteſt. † ¶Sextò, & vltimo adde, ꝙ licèt ꝑ negligentiam capituli actus deuoluatur ad Epiſcopum. c.irrefragabili.§.exceſſus. de offic. ord. tñ ſi Epiſcopus hoc procurauit, non deuoluitur ad eum, ſecundū Inn. in d.§.exceſſus. Prædicta omnia intellige procedere, qn̄ quis ex malitia, & ſic dolo ſè procuraſſet, ſecus ſi ex aliqua iuſta cauſa; text. eſt not. in l.at, qui natura. §. cùm me abſente. ff. de neg. geſt. Alb. de Roſ. & Raph. Cum. hic. ¶Et quando quis præſumatur affectaſſe, vel procuraſſe, eſt text. not. in l. ſpadonem.§. fin.ff.de excuſa. tut. quem text. pro ſingulari not. ad hoc Lud. Ro. in ſingulari. 60.

ADDITIONES.

a ¶Tertiò not. Vide ad hoc tres not. deciſ. in §. 1. in glo curijs. & ibi per Chriſto. Port. Inſt. de hæred. q̄ ab inteſt. Iaſ. in l. ſi verò.ff.q. ſatiſ. cogan. d. Par. in l. nemo. char. 22. de leg. 1. text. in l. in executione.§.fin.ff.de verb. obl. PVRPV.
b ¶Prodeſſet. Adde Fel. in c. cum M. col. 13. vbi Dec. not. de conſtit. PVRPV.
c ¶De for. cōpet. Limita tamen, vt alia coniectura poſſit tollere iſtas. Alo. lib. 2. conſ. 28. col. pen. verſ. præterea. Tertiò limitat Iaſ. in l. reſcriptū.§.ſi pacto. colu. 1. ff. de pact. per gl. in c. 1. in verſ. decernimus. ne cle. vel mona. libr. 6. PVRPV.
d ¶Adde. Amplia etiam ad præſumendum delictum. Soc. conſ. 102. colum. 3. PVRPV.
e ¶Affectata. Adde Fel. in c. à nobis. in 1. colu. verſ. & dicas, quòd ignorantia affectata. de excep.

SVMMARIVM.

1 *Conſuetudo teſtatoris, & regionis, mens patrisfam. legatarij dignitas, charitas, neceſſitudo, & vicinitas ſcripturarum, declarant voluntatem ambiguam teſtatoris. & nu. 2.*
*Ordo ſcripturæ legislatoris in dubio attenditur.*
3 *Præcedentia declarant ſequentia, & ècontra, & nu. 4. & 5.*
4 *Animus præcedens declaratur ex poſterioribus geſtis.*
6 *Quantitas quando legatur, vt certum corpus exiſtens in aliquo loco, tunc non iudicatur vt quantitas, ſed vt certa ſpecies, quod limita duobus modis.*
7 *Obſcuritas circa ſubſtantiam rei legatæ quando declaretur ex conſuetudine teſtatoris, vel aliter.*

1 §. Si numerus. † Legatum obſcurum declaratur ex ſeptē coniecturis hic expreſſis, & quādo quantitas legatur vt ſpecies, de ea iudicatur

vt

vt specie.h.d.cum l.seq. ¶Not. primò secuudum glos. septem
coniecturas, ex quib. voluntas testatoris ambigua declaratur.
consuctudo testatoris,consuetudo regionis, mens patrisfami-
lias,legatarij dignitas,charitas,necessitudo,& vicinitas scriptu-
rarum. Caue tamen, quia tertia.s.mens testamentoris non est
propriè coniectura,imo aliæ coniecturæ tendunt ad declaran
dum mentē testatoris.Et ideo secundū Bald.Flor.Imo. *& communiter Moder.*in hoc text. non ponuntur nisi sex coniecturæ.
2 ¶† Sed pulchrum dubium est pro intellectu literæ, an inter
coniecturas hic enumeratas attendatur ordo literæ, vt quæ est
est prior in ordine literæ, censeatur esse prior, & melior. Pau.
de Cast.tenet,ꝙ non,imò secundum eum primò debet recur-
ri ad præcedentia, & sequentia, & sic ad vicinitatem scriptura
rum,quia illa est propinquior scriptura, cùm colligatur ex ver
bis testatoris.l. cùm pater.§.cùm perfecto. ȷ̃. de leg.2.& ad istū
text. in verbo ante omnia,respondet, ꝙ ponitur solùm respe-
ctu casus sequentis. s. consuetudinis regionis. Et sic vult text.
consuetudinem patrisfamilias, cùm illa sit specialis, præferri
consuetudini regionis.¶Contrarium tenent Petr. Imo.d. Alc.
a & Aret.ꝙ imò attendi debeat ordo literæ, [a] argum.l.cùm pa-
ter.§.pen.ȷ̃.tit.1.quia in dubio ordo scripturæ legislatoris atten
di debet.§.inordinatum in.Auth.de hæred.& falc.collat.1.not.
in l.nec.ff.de sol.& in l.2.§.prius.ff.de vulg.& pupil.Pro ista opi.
facit bene text.in l.pen.in prin.ff.de ali.& cib.leg.facit.l. si cui an
nuum.ff.de annu.leg.¶Tu autē pro ista opin.Pau. de Cast.ad-
de bonum text.in l. hæredes palàm. §. si quid post. in fin. ff.de
test.ibi,vel ex vicinis scripturis, vel ex consuetudine patisfami
lias,vel regionis. Et sic primò attenditur vicinitas scripturarū
in coniecturando mentem testatoris, quàm consuetudo testa
toris. Et iungendo simul illum text.cum isto, erit necessarium
dicere,ꝙ ordo hic positus non sit attendendus. Est verum, ꝙ
Aret.ibi in 5.not.dicit, ꝙ in illo text. ille ordo literæ non est at-
tendendus, eo quia expressior, & plenior ordo ponitur in illo
* text. Et si velis tenere secundam opin. quæ est *magis communis*
apud Doct.contra Pau.de Cast.adde pro ea text. in l.nummis.
ȷ̃.de leg.3.vbi prius attenditur consuetudo patrisfamiliàs,& re
gionis quàm contextus testamenti, & sic vicinitas scripturarū.
3 ¶Secundò not.illud, ad ꝙ tota die allegatur iste text. † ꝙ præ-
cedentia declarant sequentia, & ècontra. ad hoc adde multa,
quæ dixi in l.qui filiab.in princ.s̃.eod.¶Item adde, ꝙ vbi præ-
cedentia sunt expressa,& determinata,& sequentia sunt obscu
ra,vel generalia, tunc præcedentia determinant, & declarant
sequentia.Ita eleganter Bald. post Cyn. in l.legatorum petitio.
§.fin.in fin.ȷ̃.de leg.2.per illum text.& text.not.in l.si cum fun-
dum.ff.de verb.sign.Idem not.Bald. Imo. & Mod.in l.cohære-
di.§.si quis discretas.per illum text.ff.de vulg. & pupil.¶Tertiò
adde, ꝙ ista regula procedit,etiam si præcedentia consistant in
solis præfationibus, adhuc voluntatem ambiguam declarant.
l.fi.s̃.de hęr.inst l.Titia.§.idē respondet.ff.de verb.obl.Ang.hic.
4 ¶† Quartò adde,ꝙ similiter animus præcedens declaratur ex
posterioribus gestis. l.si cōcubinam. §.si res amotas.ff.re.amo.
l.cùm quis.circa fin.C.de natu.lib.l.sed & Iul.§. interdum.ff.ad
Macedo. Flo.hic.¶Limita nunc regulam istius text.valde no-
5 tabiliter,vt † procedat,quando aliquid est relatum ad plura di
uersa, vel separata, & in vno eorum fuit declaratum, vel in
præcedentib. vel in sequentibus, tunc procedit iste text. secus
quando plura verba referuntur ad idem in vna dispositione,
vt quia testator dicat, si filius meus decesserit sine liberis, Ti-
tium instituo,& substituo, vel Titium substituo, & hæredem
facio:nam licèt verbum substituo, sit commune.l.iam hoc iu-
re.ff. de vulg. & pupil. & sic deberet declarari per verbum ad-
iunctum, vt sic censeatur tota directa substitutio, tamen ibi
non fit ista declaratio, sed substituto videtur data electio ve-
niendi,vel iure directo, vel iure fideicommissi, si filius moria-
tur in pupillari ætate, argum.l.recusare.§. Titius.ff.ad Trebell.
ita Barto.in l.centurio.ff. de vulg. & pupil. quod ibi Ioann. de
Imol. in pen.col.ad fin. in specie ponderat pro limitatione re-
gulæ huius text. ibidem Aren. in 44. colu. vbi dicit semper es-
se notandum pro limitatione huius text. ¶Tertiò not. in l. sed
6 si certos, † quòd quando quantitas legatur vt certum cor-
pus existens in aliquo loco, tunc non iudicatur vt quantitas,
sed vt species.Ad idem est text.in l.talis scriptura. in ver.pen.s̃.
eod.& multa ibi posui super hoc, quæ potes hic addere. ¶Li-
mita, quando testator diceret simpliciter non facta mentione
certi loci, tunc intelligeretur relinquere vt quantitatem, quæ
perire non potest, & non vt speciem, glo.est in l.1.§. pen.& ibi
Bart.post Old.Laud.ff.de dote præleg. Pau.de Cast.& do.Alex.
hic. Secundò limita, nisi legetur pecunia vt quantitas, & po-
steà in solutione assignetur pecunia existens in certo loco, tūc
etiam erit relictum quantitatis, quod non peribit, licet pecu-
nia illius loci petiret.text.est not. in l.quidam.ȷ̃.eod.in princip.

¶Glos.in verbo consuetudo, ibi, ne sit contra.ȷ̃. de vin. trit. &
7 oleo leg.l.cùm certum. Dic melius secundum Barto.ibi, † an
obscuritas sit circa substantiam rei legatæ, tunc declaratur ex
vsu defuncti tam loquendi, quàm vtendi.l.1.eod.titu. an verò
circa qualitatem,& tunc aut circa intrinsecam,vt bonitas,dul-
cedo,asperitas,& similia, in ista qualitate non inspicimus con-
suetudinem defuncti, quia talis qualitas inest à natura, & non
consuetudine loquendi,vel vsu testatoris.Ita loquitur.d.l.cùm
certum. Aut loquimur in qualitate extrinseca, quæ non est à
natura,vt in pretio,& valore,& tunc inspicitur consuetudo te-
statoris, vt hic, & l.cùm alimenta.ff.de alimen.& ciba. leg.nisi
testator qualitatem expressisset, quia etiam tunc in qualitate
etiam intrinseca, puta si legauit vinum vetus, inspicitur con-
suetudo testatoris. l. si quis vinum. cum l.sequen. ff.de vino tri
oleoque leg.

### ADDITIO.

a ¶Literę. Adde Bal.in proemio.C.Arch.in c.statuimus de offi.deleg.lib.6.Car. Zab.in c.cùm dilecti. de rescrip. Doct.in c. mandato. de præben. Plura not. Ias.in l.Gallus.§.quidam rectè. nu.12. sup. de lib.& posth. & dic, qud in his, quæ fiunt eodem contextu,& eadem scriptura non inspicimus ordinem literæ,sed ordinem intellectus.l.2.§.prius.s̃.de vulg.not.Rip. respons.147.col.1. vbi quando eodem die,vel eadem hora reperiuntur plures actus celebrati,ille præsumitur præcessisse,qui debuit præcedere, & fac.Alex.cons.112.col.2. in prin.lib.5. & sic præsumitur præcessisse, quod est posterius in ordine, vt actus valeat,teste Aym. cons. 25. nu.3. tametsi regula sit in contrarium.ex l. generaliter.§. quis ergo. vers. & fortassis. ff.de fideicom.lib. Dec. cons.542. num.12. MASVER.

### *SVMMARIVM.*

1 *Dictio cum, venit augmentatiuè, non taxatiuè, nec restrictiuè.*
2 *Apposita ad augmentum, non operantur diminutionem.*
3 *Principale non restringitur per accessorium.*
*Relatiuum positum sine copula, stat restrictiuè.*

### LEX LV.

1 SI cui serui. † Dictio cum, [a] venit au-
a gmentatiuè, non autem ta-
2 xatiuè, vel restrictiuè. h. d. ¶ † Not.1.quòd verba
apposita ad augmentum, non debent operari di-
minutionem. Facit text. in l. si mancipia.ff.de fun. instru. & l.si
quis legauerit aurum.ff.de au.& argen.leg. Ad istam regulam
adde multa, quæ posui in l. legata inutiliter.s̃. eod. in princip.
3 ¶ † Secundò not. quòd principale non restringitur per acces-
sorium, secus autem est ècontra. l.prædijs, in princ.cum glos.
& ibi multum not. Barto.infra de leg.3. ¶Glos.1.in fin.respon-
de, quod ibi illud est propter relatiuum, quod,positum sine
copula,quod stat restrictiuè.l.ea tamen adiectio, cum vulg. ȷ̃.
de leg.3.

### ADDITIO.

a ¶Dictio cum.Adde Doct.in l.1. & 2.C.de verb. sign.Card. Zab.in c. fin.in 2. not. de consue.Raph.Cum.cons.56.inc.Pet.hæres.

### *SVMMARIVM.*

1 *Repetitio simplex legatorum conditionalium facta à substituto pupillari, non inducit repetitionem conditionis primo appositæ, etiam si talis repetitio non vitiaret legatum. & nu.5.*
*Expressa repetitio legatorum facta à substituto, repetit solùm substantiam legati, non eius qualitates.*
2 *Legatum si est factum de certa quantitate ab instituto, & idem sit etiam factum legatum à substituto de maiori quantitate, quod quantitati relictæ à substituto inest quantitas legata ab instituto.*
3 *Quando in eodem testamento sunt duo capitula continentia diuersas quantitates, legatarius potest petere legatum vtrumque integrum ex vtroque capitulo.*
4 *Legata repetita à substituto pupillari, intelliguntur repetita etiam si succedat ex tacita vulgari comprehensa in expressa pupillari.*
6 *Repetitio specialis tantum debet operari in sua specie, quantum generalis in suo genere.*
7 *Accusatus de adulterio commisso in personam Bertæ vxoris Titij, si confiteatur cognouisse carnaliter Bertam, an videatur confiteri ipsam vxorem Titij.*
8 *Respondens positionibus in delictis, si fateatur, non intelligitur fateri qualitates.*
9 *Responsio simplex, cùm debeat intelligi secundum interrogationem*
*præ-*

*præcedentem, refertur ad omnes qualitates interrogationi inſertas, & quomodo hoc intelligatur. nu. 15.*

10 *Confeſſio indefinitè prolata in omnibus præiudicat.*

*Relatio intelligitur fieri cum omnibus qualitatibus.*

*Confeſſio intelligitur facta nedum de negotio principali, ſed de qualitatibus.*

11 *Reſponſio indefinita in criminalibus limitatur ſecundum ſpecificatam interrogationem.*

12 *Statutum, quòd contumax habeatur pro confeſſo, intelligitur quo ad crimen principale, non quo ad qualitatem perſonæ aggrauantis.*

13 *Diſpoſitio, quæ fit ex neceſſitate, nunquam inducit repetitionem qualitatum præcedentium.*

14 *In criminalibus, quando ſunt opiniones Doctorum hincinde, iudicandum eſt pro reo.*

15 *Confeſſio ſimplex non intelligitur ſecundum interrogationem præcedentem, vbi tractatur de graui præiudicio.*

16 *Producens inſtrumentum in iudicio, an videatur fateri omnia contenta in inſtrumento etiam incidenter, & enunciatiuè dicta.*

1 § Si à filio. † Repetitio legatorum conditionalium facta ſimpliciter à ſubſtituto pupillari, intelligitur purè facta, & impubere hæreditatem adeunte legatum debetur ex primis tabulis, niſi in eo, quòd vltra ex ſecundis tabulis ſit relictum, vel coniunctis ſit datum in legato. h. d. cum prin. legis ſequentis. ¶In text. ibi, purè intellige. i. ſimpliciter, & ſic eſt verbum Iuriſcon. ſi enim teſtator appoſuiſſet iſtud verbum purè, text. non haberet dubitationem, quòd legata deberentur ſtatim à ſubſtituto cōtra l. quòd Labeo. ff. de Carb. edic. ¶Not. 1. quòd ſimplex repetitio legatorum conditionalium facta à ſubſtituto pupillari non inducit repetitionem conditionis primò appoſitæ, etiam ſi talis repetitio nōn vitiaret legatum. caſus eſt hic. Nam aliàs repetitio eorum, quæ vitiant, regulariter non intelligitur. l. ſi quis à filio. in prin. & ibi glo. not. vbi dixi. ſ. eod. l. ſeruo alieno. §. ſi ab impubere. ĩ. eod. Et ex hoc correlariè not. quòd expreſſa repetitio legatorum facta à ſubſtituto, repetit ſolùm ſubſtantiam legati, ſed non eius qualitates. de

2 quo plenius dicetur. ĩ. in gloſ. ¶ † Secundo not. ex l. quid ergo. ſecundum Bart. in fin. quòd ſi teſtator reliquit certam quantitatem ab inſtituto, & poſteà reliquit eidem maiorem quantitatem à ſubſtituto, quantitati relictæ à ſubſtituto ineſt illud, quod erat relictum ab inſtituto, & ſic quatenus vnum legatū concurrit cum ſumma alterius, non debetur bis, ſed ſemel tātum, quamuis quantitas ſit multiplicabilis. l. planè. §. 1. ſ. eod. quòd dic, vt in l. ſeruo alieno. §. ſi quis à primo. ĩ. eo. & ſic pondera ſecundum Raph. hic videri text. fortiſſimum contra theoricam Bart. in l. cùm centum. ff. de adimen. leg. vbi per illum text. te-

3 net, † quòd quando in eodem teſtamento ſunt duo capitula continentia diuerſas quantitates, quòd legatarius poteſt petere vtrunque legatum integrum ex vtroque capitulo. Iſtud videtur contra illum tex. & l. ſi is, qui ducenta. in prin. ĩ. de reb. dub. Confirmatur, & fortius iſta inductio. nam ſi in capitulis factis à diuerſis perſonis, vt hoc text. quantitas minor poſita in vno capitulo intelligitur repetita in alio cap. maioris quantitatis, ergo fortius iſtud debet procedere in vna, & eadem perſona, vt loquitur Bart. ibi, & circa hoc multum inſiſtit Raph. ¶Sed reſpondeas omiſſis alijs eius ſolutionibus, quòd iſte text. nihil facit, quia in iſto text. legatum maius à ſubſtituto fuit factum per viam expreſſæ repetitionis, & ſic teſtator hic voluit tantum relinquere repetito eo, quòd à primo legauit, illud plus à ſecundo, & ſic via repetitionis in eo, in quo ſumma concurrit, non debetur niſi ſemel, & iſte eſt propriè caſus huius text. loquentis vbi facta eſt expreſſa repetitio. De hac tamen materia dic, vt habetur plenius in l. planè. §. 1. & ibi dixi. ſ. eod. ¶Gloſ. in verbo extiterit. in princ. Nota ſignanter ex iſta gloſ.

4 † quòd legata repetita à ſubſtituto pupillari, intelliguntur ab eo repetita, etiam ſi ſuccedat ex tacita vulgari comprehenſa in expreſſa pupillari, & ſic ſi pupillus hæres non eſſet. ſimilem gloſ. habes in l. apud Iulianum. §. 1. ff. ad Trebell. & in l. legata inutiliter, vbi dixi, ſupra eod. Et ſic habes, quòd legata relicta à ſubſtituto pupillari, debentur, ſiue ſuccedat ex expreſſa pupillari, quia pupillus ſit hæres, & moriatur in ætate pupillari, ſiue ſuccedat ex tacita vulgari in ea contenta, quia pupillus nō ſit hæres. gloſ. eſt hic not. Et ſi diceretur, quòd iſta gloſ. violet text. ſubaudiendo dictionem, maximè, dic, quòd non eſt violentia omiſſis ſolutionib. Aret. Vnde aduerte, quòd text. cum myſterio poſuit caſum, quando pupillus hæres extitit patri, vt ſic decideret caſum magis dubitabilem. Nam quando pupillus fuit hæres, & ſic ſe immiſcuit hæreditati paternæ, iam legata cœperunt habere eſſentiam, aut ſaltem dependentiam à perſona pupilli, vnde videbatur, quòd poſtea pupillo moriente in pupillari ætate ſubſtituto deberet illa legata præſtare ex perſona pupilli, & conſequenter, quòd conditio, quæ erat appoſita in ipſis legatis à pupillo, deberet etiam expectari in perſona ſubſtituti. Sed Iuriſcon. not. determinat contrarium, quia cùm iſto caſu repetitio ſit purè facta à ſubſtituto, legata ex perſona ſubſtituti debentur non expectata purificatione illius conditionis primi gradus, ergo cùm iſte ſit caſus magis dubitabilis, fortius diceretur, quando pupillus non eſſet hæres, quo caſu ceſſaret ratio præallegata, & ideo bene ſubaudi-

5 tur dictio, maximè. ¶ † Extra gloſ. fortiter opponit Barto. de l. fina. ff. de fideicom. liber. quam gloſ. allegat pro concordanti, vbi in expreſſa repetione legatorum intelligitur repetita conditio, niſi ſit talis, quæ vitiet diſpoſitionem, & reſpondet, quòd hic teſtator repetijt legata ſimpliciter, ibi autē dixit, quicquid legaui, vel caui, & ſic magis generaliter. ¶Iſtam ſol. reprobant, & bene Imol. & Raph. & Aret. hic, quia falſum eſt, quòd in d. l. fina. fuerit appoſitum ſignum vniuerſale quicquid, vt dicit Barto. & Imol. & in teſtamento, & in codicl. fuit appoſita à dictio relatiua indefinitè: nam in teſtamento dixi, legata, quæ à primis hæredib. reliqui, à ſequentib. præſtari volo. deinde in codicil. dixi. peto, vt ea, quæ in teſtamento caui, legaui, & quę codicil. legauero, cauero. preſtetis. Alio modo reſpondent Petr. Cyn. Bald. Nicol. de Neapol. Imol. Raph. & dom. Alexan. hic, quòd in l. contraria repetitio facta fuit vniuerſaliter dicendo, quæ legaui ab inſtitutis, volo præſtari à ſubſtitutis, ideo in tali vniuerſitate intelligitur repetita conditio, hic autem repetitio fuit ſpecialis de re legata, dicendo, fundum, quem legaui ab inſtituto, volo deberi à ſubſtituto, & tunc conditio non intelligitur repetita. argum. not. per glo. in l. ſi prior. ff. ſol. matr. & in l. Meuio. §. 1. infra titu. 1. & ita in effectu voluit etiam dicere

6 Barto. licèt corruptè dixerit quicquid. † Sed huic ſol. obſtat, quia tantum debet operari ſpecialis repetitio in ſua ſpecie, quantum generalis in ſuo genere. l. ſi duo. cum ſim. ff. de admi. tut. Item confunditur per text. in l. ſi quis à filio. verſ. ſed ſi ita. ſupra eod. Tu aduerte, quòd text. in dicta. l. fina. in ratione decidendi poſita in verſ. nam vt ſupraſcriptum eſt. fundat ſe in verbo cauit, legauit. prout etiam dicit Sal. hic, quia teſtator petijt, vt quę teſtamento caui, legaui, præſtentur, & teſtator cauit de libertate ſub conditione danda, & ſic eo modo quo cauit, & legauit videtur repetijſſe à ſubſtitutis, ita cantat ibi text. aliàs etiam verbum caui, ibi poſitum eſſet ſuperfluum, & nihil importaret contra regulam. l. ſi quando. in prin. cum ſim.

7 infra eod. † prædicta inducit Barto. ad not. quæſt. de accuſato de adulterio commiſſo in Bertam vxorem Titij, quia reſpondendo accuſationi dixit, Confiteor me cognouiſſe carnaliter dictam Bertam, an per hoc videatur confiteri eam vxorem Titij? Et decidit, quòd non, eo quia talis confeſſio refertur ad ſubſtantiam perſonæ, non ad alias qualitates perſonæ, per iſtū text. cum ſim. & per hoc ſequitur in practica effectus, quòd niſi probetur matrimonium, non eſt probatum maleficium intentatum, ideo accuſatus debet abſolui: nam in cauſa adulterij neceſſe eſt probari, eam eſſe veram vxorem. l. ſi vxor. §. ſed ſi ea, & §. ſi quis vxori. ff. de adult. & cum Barto. tenet ſolus Bald. hic, & idem in ſimili videtur tenere Specu. in titu. de po-

8 ſitionib. §. ſequitur. verſ. 11. † qđ in delictis reſpondens poſitionib. fatendo, non intelligitur fateri qualitates, & ſimpliciter ſequitur dom. Anto. de Butr. in cap. 1. de plus petitio. Pro iſta deciſione bene facit text. in l. fina. §. Titia. ff. de lib. leg. per quem not. ibi Barto. quòd clauſula refertur ad ea, quæ principaliter poſita ſunt in oratione, non ad ea, quæ cauſa demonſtrationis. ¶Contrarium tenent Flo. Imo. Raph. Cum. Pau. de Caſtr. Alexan. & Aret. hic. Bald. in l. 1. in pen. colum. ad finem C. de ædil. actio. Imol. in l. ſi dubitetur. §. 1. ff. de fideiuſ. Bened. de Plum. in dicta. l. fina. ff. de fideicom. liber. dom. Abb. in capit. 1. de plus peti. Raph. Fulg. in l. ſi defenſor. §. qui interrogatus. ff. de interro. actio. Lud. Rom. in conſil. 167. quòd inc. Antonius accuſatus de adulterio. & iſtam etiam partem conſulendo tenuit ipſemet Bartol. in conſil. incip. ſtatuto Florentiæ cauetur, quod forenſis, &c. cum vna limitatione, de qua ibi per eum.

9 Mouentur omnes contra Barto. tali fundamento, † quia ſimplex reſponſio cùm debeat intelligi ſecundum interrogationem præcedentem, igitur refertur ad omnes qualitates interrogationi inſertas. §. præterea. Inſtit. de inutilib. ſtipula. l. ſi defenſor. §. qui interrogatus. ff. de interro. actio. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verbor. oblig. Facit bene, quod vult Barto. in l. ſi quis intentione ambigua. in vlt. quæſtio. & ibidem Bald. ff. de iudi. quòd quando intentio actoris eſt certa, tunc reſponſio rei ambigua, ſeu obſcura intelligitur ſecundum intentionem actoris, per d. §. qui interrogatus. & per hoc reſpondetur ad iſtum text. & alia ſupra allegata, quod hic non præceſſit aliqua interrogatio, & agitur fauore legati. pro iſta parte bene facit. l. at ſi quis. §. vtique. in fin. cum glo. not. in verb. oportet. ff. de relig. & ſump.

10 ſump.fune.quæ not. dicit, † quòd confeſſio indefinitè prolata
in omnibus præiudicat. Ad idem bene facit, quia relatio intel-
ligitur fieri cum omnibus qualitatibus l.à filio.§.teſtator.ff.de
alimen.& cib.leg.& l.3.in princip.ff.de fundo inſtructo.Bartol.
in l.ſi quis ſeruum. §.fina.in ſecunda colum. infra de legat. ſe-
cundo.& in l.1.in princip.infra de recepta.& in l.1.§.fina. ff.ſi fa-
mi.fur.feciſſ.dica. Ad idem facit bene tex.in l.2.§.quòd ſi actor.
in verbo quemadmodum rei qualitas. C. de iuramen. calum.
per quem text.Bald.in fin.not.quòd facta confeſſio intelligitur
non ſolùm de negotio princip. ſed de qualitatibus. Ad idem
facit text.in l.quæro.§.fina.ff.de ædi.edi.vbi ſi ſeruus interroga-
tus, fugiſti de domo debitoris? & ſimpliciter reſpondit, quòd
fugit, videtur confiteri non ſolùm de fuga, ſed etiam de loco,
& per illum text.not.Bald.in l.prima.in penul.colum.C.de ędi.
11 actio.quòd † in criminalibus reſponſio indefinita limitatur ſe-
cundum ſpecificam interrogationem, vt videatur confiteri fa
ctum, & cohærentia, tamen ſecundum interrogationem præ-
* cedentem. *Et iſta videtur eſſe communis opinio* contra Barto. ¶ Tu
aduerte, quòd licèt Scribentes communiter teneant contra
Barto.tamen poteſt optimè defendi iſta deciſio Barto.præſer-
tim cùm Pau.de Caſtr.dicat, quòd aduocati, & procuratores
communiter ſequuntur iſtud dictum Bartol. Similiter dicit
Raph. Cuman. in fin. quòd in practica difficile eſſet obtinere
contra Barto.& Bald.hic. Et in primis vltra iſtas authoritates
Barto.& Bal.adde Bal.idem tenentem cum Bart. in c. pruden-
tia.de mutuis peti.Ang.in conſi.146.quod incipit ſuper primo
dico ſententiam fore nullam.vbi tenet, quòd confitens delictū
non videtur confiteri qualitates delicti.Item cum Barto. tenet
Io.de Imo.in l.ſi quis à filio.in princ.per illum tex.ſ.eo.Facit be
ne, quod tenet Pet.de Anch.in conſi.408. quod incip. probata
12 tanti viri ſæuitia.ad fin. † vbi tenet, quòd lex, vel ſtatutum di-
ſponens, quòd contumax habeatur pro confeſſo, intelligitur
quo ad crimen principale, non autem quo ad qualitatem per-
ſonæ aggrauantis delictum, & ſic tenet de directo Bald. in d. l.
2.§.quod ſi actor.in fine.Pro iſta opin. adde tex. in l.ſcire debe-
mus.in princ.in verſ.ſtipulationem.ff.de verb.obli. & ibi Are.
in 4.colum.in fi.ſubtiliter pōderat, & dicit per illum tex. appro
13 bari opin.Barto.hic, quam Moder.impugnant. † Ibi enim pro-
batur, quòd diſpoſitio, quæ fit ex neceſſitate, nunquam indu-
cit repetitionem qualitatum præcedētium, ſicut eſt ibi in cau-
tione legatorum, quæ interponitur per hæredem ex neceſſita-
te.Ita hic, qui reſpondet accuſationi, reſpondet ex neceſſitate,
ideo non videtur confiteri qualitates.quod reputat ſemper te-
nendum menti, & ſic etiam ibi Are.ſequitur Bart. & per iſtud
fundamentum Are.poteſt reſponderi ad allegata in oppoſitū.
14 ¶ † Pro eadem parte in practica faceret multum, quia in iſtis
criminalibus, quando ſunt opin. Doct. pro & contra, iudican-
dum eſt pro reo abſoluendo.l.interpretatione. & l. ſanctio. ff.
de pœnis. Tenendo iſtam partem Barto.non obſt.præcipuum
15 fundamentum tenentium oppoſitum, † quòd confeſſio, ſeu
reſponſio ſimplex intelligatur, & qualificetur ſecundum in-
terrogationem præcedentem, iuribus præalleg. Reſpondetur,
ꝙ iſtud non procedit, vbi tractatur de graui præiudicio, prout
hic, ſecundum Bar.& Bal.in l.1.C.de diuer.reſcr.per illum tex.
arguendo à contrario, vt hic per eos.Ita poſſet in practica op-
16 timè defendi opin.Barto. † Si tamen velles tenere aliam opin.
contra Barto. tanquam videatur magis communis, pro ea
potes addere illud, quod habetur in optimo ſimili, ꝙ produ-
a dens inſtrumentum in iudicio, videtur fateri [a] contenta in in-
ſtrumento eſſe vera, non ſolùm quo ad ea, quæ ibi principali-
ter diſponuntur, ſed etiam quo ad dicta incidenter, & enuncia
tiuè, & ſuper illis verbis incidenter enunciatis poteſt pars ad-
uerſa ſe fundare.tex.videtur eſſe apertus in cap. cùm olim. de
cenſi.ſecundum Dom.Abb.in conſi.53.in 2.vol.incip.in prædi
cta cauſa dicti Rayn.in vlti.colum.licèt contrarium in hoc vl-
timo teneat egregiè Bald.in c.venerabilis.in pen.colum.de ex-
cep.per tex.in l.Aurelius.§.fina.ff.de lib.lega.refert, & ſimplici-
ter ſequitur D.Alex.in conſi.15.volu.5.quod incip.in cauſa, &
lite vertente inter magnificam Communitatem. in 5. volu. &
ſic iſta regula poſſet induci pro & contra. ¶ Sequitur. §. ſi quis
duos.poſitus in l.quid ergo.

ADDITIO.

a ¶ Fateri. Pro hac opi.contra Bar.videtur ſtare Io.And.in addi.Spe.tit.de inſtr. edi.§.poſtremo.in addi.inci.huic dicto.& ſequitur Alex.in l.ſi vnus.in fin. C. de teſt.vbi ꝙ ſi producitur inſtrumentum, quod non erat falſum in clauſula, in qua vigebat.q.ſed in alio, ꝙ vtens tali inſtrumento tenetur de falſo, ergo videtur producens fateri contenta omnia in inſtrumento, etiam enunciatiuè prolata.& quid releuet practica cauſidicorum, produco in parte, & paſſibus, vide Alex.in l.1.§.editiones.ſupra de eden.Feli.in c.cùm venerabilē. de excep.Iaſ.in §.item ſi quis.col.4.verſ.& quid releuet.Inſti.de act. & adde, ꝙ primam opin. quòd imò videatur confiteri omnia contenta in inſtrumento, tenet Soc.in conſi.97.col.pe.in 3.vol.tex.in l.ſi aduerſarius. C.de fide inſtrum.quibus adde, quæ no.Prac.Pap.for.produc.inſtru.ver. in illis paſſibus. vbi dixi, & vide Doc. in l.1.§.editiones.ff.de eden.Alex.conſi.15.libro 5. & dic, quòd producens inſtrumentum omnia etiam aduerſantia approbare videtur, teſte Gram.deciſ.103.nu.30.quæ concluſio locum habet in diſpoſitiuis, ſecus in enunciatiuis, aut aſſertiuis, teſte Iaſ.in l.cōtra iuris.§.ſi filius. nu. 13.ff.de pac.quam concl.declara, vt per eundem in l.decem ſtipulatus.num. 52.de verb.obl.limita, vt per Cur.Iun.conſi.166. nu. 1. Bellon.conſi.56.numero 12. MASVER.

*SVMMARIVM.*

1 *Relictum à diuerſis hęredibus, perinde eſt ac ſi relinqueretur in teſtamentis diuerſorum, quod procedit, quando vnuſquiſque hæredum eſt damnatus præſtare rem inſolidum.*

2 *Duæ cauſæ lucratiuæ non poſſunt concurrere in re, quando habent originem in perſona vnius.*

*Duæ cauſæ lucratiuæ poſſunt concurrere in re, quando habent originem in perſona diuerſorum, licèt reducantur ad perſonam vnius.*

LEX LVI.

## Quid ergo. §. ſi quis duos.

† Relictū à diuerſis hrdib. perinde eſt ac ſi relinqueret in teſtīs diuerſorū.idē ſi relinquit alicui vt filio, vel ſeruo h.d.Et hēt duo dicta, q̄ patēt ex ſummario. Scd̄m eſt ibi, nam & ſi mihi, & procedit iſte tex. quādo teſtator expreſsè damnauit vnumquenque inſolidum rem præſtari. aliàs ſecus eſſet.l.ſi tibi homo.§.primo.infra eodem.& l.Meuius. §. eum qui.infra titu.1.de quo gloſſ.opponit. ¶ Item aduerte, quòd in primo caſu ſi conſequeretur primò rem legatam, non poſſet
2 poſtea conſequi æſtimationem, vt dicit glo. quia † duæ cauſæ
lucratiuæ haberent directò originem in perſonam vnius, qd̄ eſſe non poteſt.§.ſi res.Inſti.de leg.l.Meuius.§. ſi duobus. infra titulo primo.ſecus eſt in ſecūdo caſu, quia directò habent originem in perſonam diuerſorum, licèt per obliquum reducantur ad perſonam vnius, vt dicit Barto.in l.ſi ſeruus legatus.§.1. infra eodem.gloſſ.in l.planè.§.primo.in verb.bis petere. ſupra eodem. & ita iſtam differentiam inter primum & ſecundum text.faciunt Dyn.Nico.de Neap.Salicet. Flo. Pau. de Caſtr. & Domin.Alexan.hic.

*SVMMARIVM.*

1 *Hæres qui occidit ſeruum legatum, quia merebatur, non tenetur legatario, & non dicitur eſſe in dolo, nec in culpa.*

2 *Occidens bannitum, cum quo primo fecerat pacem, antequam eßet bannitus, & promiſerat de non offendendo ſub pæna, ſi poſteà fuit exbannitus, & ex forma ſtatuti occidi poterat, non tenetur aliqua pæna.*

3 *Pactum rumpere non dicitur, qui occidit ex noua cauſa.*

4 *Aliqua fieri non poße, vel non commodè, parificantur.*

5 *Aliquem occidere, vel eum compellere ad ita delinquendum, quòd ſequatur mors, paria ſunt.*

*Clericus impellens aliquem ad furandum, ob quod ſuſpenditur, eſt irregularis.*

1 **§. Si hæres hominem.** † Si res legata perijt naturaliter,
vel ciuiliter ſine dolo, & culpa hæredis, hæres liberatur. h.d. vſque ad fi.l.& habet ſeptem dicta prin.quæ patent in tex. ¶ Not. quòd hęres occidens ſeruum legatum merentem, non dicitur eſſe in dolo, nec in culpa, & ideo non tenetur ciuiliter, vel criminaliter etiam tertio, qui per hoc prætendit ſe damnificatū. Concordantes ſunt in gloſſ. Vnde præſtat iſte tex.argum. ſecū
2 dum Barto.& alios, † quòd occidens eum, [a] cum quo pacem
a fecerat, & promiſit de non offendendo ſub pœna, ſi poſtea
fuit exbannitus, & ex forma ſtatuti poteſt impunè occidi, non teneatur, ex quo occidit merentem, & ſic non incidit in pœnam.idem tenent Barto.& alij in l.qui ſeruum, in princip. per illum tex.ff.de verbo.oblig.cum multis concord.hic, & ibi alleg.per Alexan.vltra quas adde no.Bal.in rub.extra de ſumma Trin.in 2.col.ad fi.& ſeq.Ang.de Are.in §.ſi res legata.Inſti. eo. Facit tex.in l.quidam cùm filium.in verſic.quid ergo.ff.de ver.
3 oblig. facit etiam, quia † offendens ex noua cauſa, non dicitur
rum-

ADDITIO.

a ¶ Eum. Adde l.quomodo.in §.in locatorem.ff.loc.Doc.in c.2.de reſcr. Iaſ.ſuper ij.Infor.

rumpere pacem,vt no.Bar.in l.aut facta.§.cauſa.per illum tex.
ff.de pœn.Facit tex.in c.cum inter.P.& ibi D. Ant. & Imol. ad
hoc no.de renunc.Bal.in c.1.in prin.de pace tenend.Facit etiã,
quia promiſſio intelligitur rebus ſic ſe habentibus, prout nunc
4 ſe habent.l.ſeruus.vbi dixi.ff.de condi.ob cau. ¶†Secundò no.
ibi,vel quam opportunè.ſecundum Bald.Imol.& Raph.quòd
paria ſunt,aliquid non poſſe fieri, vel non commodè. Facit l.
nepos Proculo.& ibi Barto.ad hoc not.ff.de verbo.ſignific. &
l.ſi fideiuſſor.§.primo.ff.qui ſatiſda.cog. ¶Tertiò no. in verſic.
5 item ſi ſeruum.†quòd paria ſunt aliquem occidere, vel eum
compellere ad delinquendum,ex quo delicto ſequatur mors.
vnde facit ſecundum Bald.Angel.Flo. & alios, quòd clericus
compellens, vel inducens aliquem ad furtum faciendum, ex
quo ille ſuſpendatur,efficitur irregularis. Facit c. primum,&
ſecundum.de homici.in 6.l.non ſolùm.§.ſi mandato. ff.de in-
iur.Facit etiam optimè,quia ad irregularitatem ſufficit culpa.
c.tua nos.cum glo.de homicid.

*S V M M A R I V M.*

1 *Legata facta per verba diffamatoria legatarij, quæ deſcendunt ad aliquam ſpeciem turpitudinis,non valent.*
2 *Annullatio actus eſt pœna.*
3 *Conditio de nubendo arbitratu tertij ſi deficiat, legatum non perimit.*
4 *Legatum factum mulieri ſi nupſerit de conſilio Seij, mortuo Seio antequam conſilium requiratur,non tenetur.*
5 *Pater in teſtamento an poſſit committere tertio arbitrium maritandi,& dotandi filiam.*
6 *Defectus conditionis poteſtatiuæ non nocet legato.*
7 *Diffamare aliquem quando quis dicatur.*
8 *Iniuria,vel infamia dicitur,ſi alicui dicatur,quòd ſit ſpurius,vel natus ex monacha.*
*Iniuria dicitur,ſi dicatur,plus valet pilus mei equi,quàm capilli tui.*
*Agi iniuriarum poteſt ex parua cauſa.*
9 *Iniuria dicitur ſi dicatur alicui,quòd ſi rauaglioſus,vel quod vxor eius commiſit adulterium.*
10 *Socius poteſt agere actione iniuriarum contra eum,qui protulit contra eius ſocium verba iniurioſa,quæ in ſocio non erant,ſed bene in conſocio agere volente.*
*Non inſpicitur in materia iniuriarum cum quo quis loquatur, ſed in quem voluntatis intentio dirigatur.*
11 *Ille tenetur iniuriarum,qui aduerſus aliquem dicat,tædet me,quòd condemnatus fueris de falſo.*
*Verbum iniurioſum dicitur,quando dicitur,tu mentiris etiam ſaluo honore tuo.*
12 *Iniuria non dicitur, ſi dico alicui,tu dicis falſum.*

## LEX LVII.

1 TVrpia. ¶†Legata facta per verba diffama-
toria legatarij, non valent. hoc pri-
mò.Et defectus conditionis inualidæ non vitiat le
gatum.hoc ſecundò.Et ſi conditio poteſtatiua defi
cit per caſum, non perimitur legatum. hoc tertiò & vltimò,
* vſque ad §.fi.¶No.1.ſecundum intellectum glo. *& communem*
*doctrinam*,quòd relicta per verba diffamatoria legatarij, quæ
deſcendunt ad aliquam ſpeciem turpitudinis, non valent.
¶Iſtum communem intellectum reprobat Raph.Cuma.per
tex.qui dicit turpia legata, ſed turpia legata dicuntur,quæ in
ſui ſubſtantia turpitudinem continent,non quæ ſunt facta cũ
turpi demonſtratione.l.generaliter,& l.ſi plagij.ff.de verb. obl.
Sed tu reſpon.ꝙ arg.poſſet procedere,quando tex. ſimpliciter
dixiſſet turpia legata,ſed ſubiungit,quæ magis denotandi, &
talis.Tu autem contra iſtud fundamentum Are.adde tex. for-
malem in l.2.§ 1.ff.quemadm.teſta.aper.vbi tex.dicit,quòd te-
ſtamenta imperfecta quo ad numerum ſeptem teſtium,tamẽ
dicuntur teſtamenta , & in eis habet locum illud edictum. Et
ibi glo.reſpondet ad d.l.ſi quis legatum.diſtinguẽdo, vt ibi no.
per eum. ¶ Quid tenendum in iſto ſubtili paſſu,licèt ſit valde
17 dubius?Breuiter teneo opi.Bar.hic,ꝙ† numerus ſeptem teſtiũ
e ſit de forma eſſentiali, [e] & ſubſtantiali,non autem ſolũ de pro-
batoria,& pro ea allego tex.qui ſtringit in l.ſi vnus. C. de teſta.
dupliciter inducendo illum tex.Nam dicit ibi tex.ꝙ ſi deficiat
vnus teſtis de ſeptem , & ſic ſint adhibiti ſex teſtes , teſtamen-
tum eſt ipſo iure nullum , & tamen vides, quòd poſſet pro-
bari per ſex teſtes,maximè iuncta confeſſione venientium ab
inteſtato , ergo apparet , quòd eſt de forma ſubſtantiali teſta-
menti . Secundò,& fortius ſtringit ille text. quia ibi annulla-
tur ipſo iure teſtamentum, ergo apparet, ꝙ eſt de forma ſub-
ſtantia-

ADDITIONES.

a ¶Dicetur.Quæſtio eſt Ang. in l.ſi quis hæres ita ſcriptus.ff.de acqui. hær.hic
alleg.contra quem teneo per regulam huius text. & reſpondeo ad l.cretio-
num.ꝙ eſt ibi caſus in oppoſitum, iuncto 2.intellectu gl.Ad d.l.ſi quis.reſpõ
deo,ꝙ non probat niſi à contrario,quod nõ debet ſumi,ne contradicat huic
legi.l.2.de condi.inſer.& vide Alex.hic in fi. PVRPV.
b ¶De contractibus. Adde Barto.in l.fina.C.commun. prædio. Bald.in l.fina.
C.de legi.
c ¶Retrouendendo.Et vide infra Parp.char.15. PVRPV.
d ¶Numerus ſeptem teſtium.Adde text.& ibi Docto. in cap. cùm eſſes. de te-
ſtamen.
e ¶Eſſentiali.Adde glo.quam ſequuntur ibi Ioan. Fab. Pet. Chriſtoph. Nico.&
Ang.in §.teſtes.in verb.impubes.in fin.Inſti.de teſt.& gl.in l.3.§.Iulia.in ver.
impubes.ff.de teſt.& glo.& vtrobique Barto.ſequitur in l. ad teſtium. §. 1.in
vero.contigerit.ff.de teſti.glo.quam ponderaui in rubr.Inſti.de exhęredatio
ne lib.Parp.probat Iaſ.eſſe contrarium hic.& in col.13. huius legis.
PVRPV.

ſtantiali,vt probabo nunc,quia aliàs ſi non eſſet de forma ſubſtantiali,non annullaret ipſo iure, quia ius non deficeret, ſed probatio.l.duo ſunt Titij.ff.de teſta.tute. Et quod quando deficit numerus ſeptem teſtiũ lex, vltra procedat annullando, patet etiam in l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto. C.de teſtam. vnde dixit oportunè Barto.in l.vniuerſa.C.de precib. Impera. 18 offer. † quòd quando lex iubet, quòd aliqua ſolennitas adhibeatur tempore actus,tunc ſi aliter fiat,ipſo iure non valet, & ponit exemplum in numero ſeptem teſtium, qui requiritur à princip.in teſtamento.d.l.hac conſultiſſima. in princip. ſed ſic eſt,quòd quando lex procedit vltra annullando, illud dicitur c eſſe de forma ſubſtantiali.vnde dicit opportunè Bald.in cap.1. in vlti.colum. quid ſit inueſti. quòd ſolennitas teſtium in dubio cenſetur probatoria,& non ſubſtantialis,niſi lex vltra procedat ad annullationem actus,ſicut facit in teſtamento,vt præ dixi.Et iſtam eandem partem tenet Bald. licèt ſibi contrarius in d.l.cùm quis.in 2.char.ſed vtitur alijs fundamentis,quibus reſpondet Are.hic.¶Extra glo.Bar.opponit de l.fin.C.de fideicō. vbi ſufficit,quòd teſtator ponat in fide hæredis abſque alia ſolennitate teſtamentaria. nam quando teſtator noluit ſolenniter teſtari,ſed ponere in fide hæredis, iſtis duobus concurrentibus cogitur iurare,an teſtator reliquerit, nec tunc poteſt opponere,quòd voluntas teſtatoris non ſit ſolennis, ergo poteſt teſtator facere,quòd ſolennitates teſtamentorum in eius teſtamento non ſeruentur, & reſpondet dupliciter. primò, quòd ibi eſt caſus ſpecialis.Tu dic melius,quòd imò ibi eſt lex, quæ tunc remittit ſolennitates propter talem voluntatem teſtatoris,non autem eſt teſtator ſolus. Secundò modo reſpũdet ſingul.Barto.quòd ibi teſtator non ſimpliciter poſuit in fide hæredis,ſed fecit, quòd hæres ſibi promitteret de præſtando legatum,vel fideicommiſſum, iuxta l. quidam cùm filium. ff. de hæred.inſti.& l. ſpadonem.§.primo.ff.de excuſa.tut. Et ſic iſta diſpoſitio tranſit in contractum,& conuenitur hæres per legatarium ex contractu. Iſtum intellectum multum commendant,& ſequuntur Imo.& Alexan.hic.eum etiam ponit Bald. in q.per eum diſputata,quæ incipit,ſtatuto cauetur, quòd fœnerator. in 3. char.Tu iſtum intellectum particulariter proba. 19 †Nam relictum poteſt tranſire in contractum, quando non ſubeſt fraus.l.in tacitis.& ibi Bal.in 2.no.ad hoc no. infra eodē. Item ſicut teſtator poteſt ſtipulari hęredi ſuo.l.ſi tibi.§.pactus. ff.de pac.prout latè habetur in d.l.quod dicitur.ff.de verb. obl. ita & legatario,qui in re legata cenſetur hæres.l.id tempus.§.1. ff.de vſucap.& iſto caſu ſecundum Imo.& Do.Alex.ſufficeret apparere de tali promiſſione per duos teſtes. Tu adde ad hoc D.Bartho.Veron.in cautela 129.incip.legata communiter. vbi ex hoc colligit pulchram cautelam in practica. Nam cùm ſit dubium,quot teſtes requirantur ad probandum voluntatem defuncti,vt per gl.& Doc.in l.2.C.de bon.poſ. ſecundum tab. in d.l.fi.C.de fideicom.& in l.hæredes palàm.§.fina. ff. de teſta. 20 †cautela eſt,ꝙ teſtator faciat hæredem ſibi promittere,aut(qđ eſt ſecurius)notario ſtipulanti nomine legatariorum, aut ipſi legatario,ſi eſt præſens,de præſtando legata, vel fideicō.& tunc cùm tranſeat in contractum,qui poteſt fieri in teſtamento, vt per gl.& Doc.in d.l.hæredes palàm.§.fi.cum ſim. & duo teſtes in contractib.regulariter ſufficiant. l. vbi numerus. ff. de teſtib. certè iſto caſu ad probandum talia legata, vel fideicom. duo a teſtes ſufficiunt. [a] Sed tu aduerte, ꝙ *licèt neminem reperiam*, q in * hoc contradicat,tamen valde dubito,quia† ſtipulatio interpo 21 ſita in vltima volun.nō ſeruat naturam ſtipulationis, & ſic ꝯtractus.Imò etiam in totum aſſumit naturam vltimæ volun.tex. eſt no.in l.1.§.ſi quis ſub conditione.ff.vt leg.no.etiam ſi interponatur poſt teſtamentum iam conditum,vt ibi eſt text.Iſtud 22 idem†confirmatur, quia ꝯtractus celebrati in vltima voluntate poſſunt reuocari per teſtatorem,licèt aliàs contractus ſint irreuocabiles,ſecundum quod no.declarat & determinat Bart.in l.cùm quis decedens.§.codicillis.ꝭ.de leg.3.ergo apparet, ꝙ ꝯtractus celebrati in teſtamento non ſeruant naturam ꝯtractuum, ſed aſſumant naturam vltimæ volun. Iſtud & tertiò patet, qa b irrito teſtamento irritantur [b] ꝯtractus in eo facti,vt no.Bal.in l.ſi. per illum tex.ff.de reb.eorum. Præterea, & quartò non eundo per alia ſuffragia,tex.formalis in §.fi.Inſti.de fideicom.hær.appellat iſtam promiſſionem factam per hæredem teſtatori vltimam voluntatem,ibi,ne depereat voluntas teſtatoris fidei hæredis commiſſa.Et ſi diceretur,ꝙ bene eſt vltima voluntas, ſed habens inſtar ꝯtus,vt dicit Are. hic propter promiſſionem,ꝙ̄ fecit hæres defuncto.Certè iſtud non facit, quin ita debeat ꝓbari,ſicut &.vltima volun.¶In ea.gl.ad fi.gl. in effectu bene reſpondet ad l.codicillis.§.fi.ꝭ.de leg.2.Sed reſpon. formalius ſm Ang.& Mod.ꝙ ibi teſtator per illa verba,quæ appoſuit,ꝙ non vult ſeruari. ll. in ſuo teſtō, ꝙ non potuit facere,ꝙ valeret eo modo,quo voluit.ſ.iure teſtamenti, ex quo deficiunt ſubſtantialia,tamen per illa verba lex interpretatur, ꝙ teſtator voluerit valere teſtm̄ omni modo quo poteſt, & ſic ſit perinde ac ſi adiecıſſet clauſulam codicillarem, ideo valet in vim codicillorum,ſi adeſt ſolennitas codicillaris.Et ſi dicta verba nō fuiſſent,non valuiſſet etiam in vim codicillorum.l.1. ff.de iure codicillorum.& l.non codicillum. C.de teſt. Extra gloſſ.opponit 23 Bart. † ꝙ teſtator hodie poteſt prohibere detractionem falcidiæ, quod videtur contra ius publicum, & reſpondet duobus modis ſm tex.in §.ſi verò expreſſim.in Auth. de hære. & falc. colla. 1.vt hic per eum,& in Auth.ſed cùm teſtator. C.ad l. fal. & in l.pactum inter hæredem.ff.de pac.Circa primam ſolu.inquantum Bar.ponderat in hoc eſſe caſum ſing.in quo valet teſtamentum,& legata debentur,licèt hæreditas nō ſit adita.Tu aduerte,ꝙ imò ēt iſto caſu eſt neceſſe,ꝙ tales perſonæ,quib. à lege defertur hæreditas,qñ hæres ſcriptus non vult adire ꝓpter prohibitionem falcidiæ,iuxta Auth.hoc amplius. C. de fideic. ꝙ adeant hæreditatem,vt ibi hr̄.Sicut requiritur, ꝙ per venienter ab inteſtato adeatur hæreditas,vt legata debeant,vt adeundo quaſi contrahatur cum legatarijs. l. 2. & 3.ff.de fideicō. lib. Et iſtud tenet gl.approbata in l.qui filio.§.ſeruus.ff.de hered.inſti.quam reputat ſing.Bal.in Auth.ex cauſa.in 2. opp. C.de lib. * præt.¶Iſtam deciſ.Bar.*& communem*†ampliat valde ſing. idem 24 Bar.in l.eam quam.in 3.col.C.de fideicom. & ibi ſolus Raph. Fulg.in 8.col.ponderat, & reputat valde ſing. ꝙ ſicut quando teſtator prohibuit detrahi falcidiam de omnib.lega. & propterea hæres noluit adire hæreditatem, tunc hæreditas vadit ad ꝑſonas enumeratas in d. Auth.hoc amplius,& legata,& fideicō. ſuſtinentur.d.§.ſi verò expreſſim.ita ex hoc ſolo, ꝙ falcidia nō poſſit de aliquo legato particulari detrahi, vt eſt in legato ad piam cauſam.Auth.ſimiliter.C.ad l.fal.iſta particularis prohibitio facit,vt illa iura ſimiliter locum habeant, quæ extenſio,ſi 25 eſt vera,eſſet magna extenſio.†Tu potes confirmare, quia qñ agitur de ſuſtinenda vltima volū.dicitur tractari de fauore publico,gl.eſt no.in l.Gallus.§.quid ſi is.ff.de lib.& poſth.ſed vbi tractatur de fauore publico,debet fieri extenſio.l.illud. cū glo. C.de ſacroſan.eccl.Bar.in l.ſi conſtante.in 9.q.primę partis principalis.ff.ſol.mat.ſed non puto eſſe verum, quia licèt hęres nō poſſit detrahere falcidiam de illo legato ad piam cauſam, tamen cùm poſſit detrahere de omnibus alijs legatis, nō ſumus in caſu illorum iurium,quando teſtator prohibuit detrahi fal 26 cidiam de omnibus legatis,†vnde non eſt bonum arg. de toto ad partem,quando ſubeſt diuerſa ratio.gl.in clem. ſi vna.in verb.defenſor.de rebus eccle.non alien.& glo.in l.qui hominē. in princ.ff.de ſolu.¶Circa ſecundam ſolu. Bar.quam dicit eſſe perſuaſiuam,dic ꝙ non eſt nec vera,nec perſuaſiua.patet,quia dicit, ꝙ tēpore Iuſtiniani Chriſtiani conſiderabant præmium animæ,& præmium,qđ expectatur à Deo in exequendo volūtatem defuncti,quæ conſideratio non habebatur tempore Iuriſconſultorum,cùm eſſent Pagani. Nam quòd iſta ratio ſit falſa oſtenditur.Nam tempore.C.ſubiecti imperio erant Chriſtiani.l.1.C.de ſumma Trin. & tamen illo tempore non poterat prohiberi detractio falcidiæ.¶Circa iſtam primam partem 27 tex.Bar.format ſex principales†queſtiones.Prima eſt,nunquid teſtator poteſt derogare ſtatuto diſponenti, quòd teſtamenta non valeant,niſi inſinuentur,& concludit, quòd non. & cum * eo *omnes alij indifferenter*.& idem Bar.in l.Modeſtinus. ꝭ.de don. & in l.ſancimus.§.fin.C.eo.cum concor. traditis hic per Alex. potiſſimum fundamentum eſt,quia iuribus aliquid inducentibus pro ſolennitate actus,non poſſunt nec teſtator, nec partes renunciare,prout etiam dicit Bar.in l. ſi quis in conſcribendo.C.de pac.& in l.ius publicum.ff.eod.Cano. in c. ſi diligēter. 28 de foro compet.†tu adde bene facere, ꝙ iuri ſtatutario renunciari non poteſt,ſecundum Io.And.in addi.Spe.in tit.de appel. §.nunc breuiter.in additione magna Alb.de Roſ. in prima parte ſtatutorum.in q.18.Bal.in l.ſi.in 13.oppo.C.de edi. diui Adr. tollen.quod intellige ſanè,prout declarat idem Bal.in ca.tranſmiſſam.de electio.eſſe verum in ſtatutis negatiuis,vel quando procedunt ad annullationem actus ipſo iure. l. antiquæ. C. ad 29 Velleia.¶†Contra iſtud fundamentum Bar. & Doct. videtur fortiter facere tex.in cap.tuis.de teſtibus.vbi partes poſſunt remittere teſtibus ſolennitatem iuramenti, & ſic renunciare ſolennitati inductæ à l.ſuper quo.Aret.reliquit cogitandum. Barto.in l.ſi quis legatum.in princ.in pen.q.ff.de fal. dicit hoc ideo eſſe,quia iuramentum in teſte non eſt de forma,vel ſubſtantia teſti-

ADDITIONES.

a ¶Sufficiunt.Adde Iaſ.in l.2.nu.11.C.de bon.poſſ.ſecun.tab.Alcia.paradox.libro 1.c.4. PANCIR.

b ¶Irritantur.Adde Alex.in l.hæredes palàm.§.fina.in apoſtil.ad Bald. ff.de teſtamen.

teſtimonij. nihil allegat,ſed iſtud ſtare non poteſt,prout etiam
inferius tenet Are.in 8.col.quia cùm dictum teſtis ſine iuramē
to ſit ipſo iure nullum.l.iuriſiurandi.C.de teſt.c.2.extra eo.cap.
hortamur.3.qō.9.ergo patet,quòd eſt ſolennitas ſubſtantialis,
a cùm eius omiſſio reddat actum ipſo iure nullum. [a] Vnde dic
ideo eſſe,quia iuramentum in teſte eſt principaliter inductum
ſolo fauore ipſarum partium, ideo de conſenſu earum poteſt
b remitti, [b] ſecundum glo.in l.1.§.1.ff.de fer.& in l. 2. §. ſed quia
veremur.C.de iuram.calum.& in d.l.iuriſiurandi. Fundamen-
tum ergo Bar.& Doct.hic procedit, quando ſolennitas eſt in-
troducta in fauorē publicum,vel ne detur materia delinquē-
di,aut committendi falſitates,ſecus ſi fauore priuatorum. Ita
declarat notabiliter Bar.in l.1.§.ſed & ſi filius.ĵ.de leg.3.¶Con
firmatur per illud,quod in propoſito tenet Bal.in l. 1. ff.de fer.
30 vbi quærit,†quare iuramentum calumniæ [c] non poteſt remit
c ti de conſenſu partium.d.l.2.§.ſed quia veremur. Et tamen iu-
ramentum teſtis ſic,d.c.tuis. Et reſpondet, quia iuramentum
in teſte eſt inductum mero fauore partium, vt propter iura-
mentum teſtis inducatur ad dicendum veritatem, ſed quili-
bet poteſt renunciare fauori ſuo.l.pen.C.de pact.ſed iuramen-
tum calumniæ eſt inductum fauore publico, ad hoc vt partes
à calumnijs reprimantur,d.§.ſed quia veremur.ergo partes re
31 nunciare nō poſſunt.l.ius publicum.ff.de pac. †Hinc eſt,quòd
in cauſa matrimonij partes non poſſunt remittere iuramentū
teſtibus,quando agitur de matrimonio diſſoluendo.cap.ſuper
eo,de eo qui cogn.conſan.vxo.ſuæ.Ita tenet glo.in d.c. tuis. &
in c.fraternitatis.de teſtib. Ratio eſt, quia diſſoluere matrimo-
nium non conſiſtit in mera voluntate partium,ideo tunc non
32 poſſunt remittere iuramentum.¶†Secundò quærit Barto. an
teſtator poſſit remittere hypothecam, & ſic poſſit facere,ne
bona teſtatoris ſint pro legatis tacitè hypothecata,iuxta l.1. &
2.C.commu.de leg.& tenet,quòd ſic,ſequutus glo.in l.2.C. vt
in poſ.leg. quam Bald. ibi reputat ſing. & ſequuntur *communi-
ter Doct.*hic,& ibi,& Bal.in l.1.in 6.col.C.de his,quæ pœnæ no-
mi.& per illam gl.in d.l.2.quæ vult,ꝙ teſtator poteſt diſpone-
re,ne habeat locum hypothecaria pro legatis, determinat ibi
Bal.ꝙ ſimiliter teſtator poteſt diſponere, quòd dominium rei
legatæ non tranſeat ad legatarium,niſi apprehenſa poſ. & re-
ſpondet ad iſtam.l.nemo poteſt.ꝙ loquitur de legibus inducē
tibus ſolennitates,quas teſtator non poteſt prohibere.Item ad
33 materiam adde,ꝙ † teſtator poteſt facere,ne datio cohæredis
extranei,vel vulgaris ſubſtituti tollat exiſtentiam ſui hæredis.
Item,quòd legatum conditionale tranſmittatur, & ꝙ tacita
conditio impediat tranſmiſſionem,ſecundum Bal.in c.Cuma
na.in 6.col.de elec.per tex.in l.in conditionibus primum locū
obtinet.ff.de condi.& demon.Item adde, ꝙ teſtator poteſt fa-
cere,ꝙ legatum quamuis ſit conditionale tranſmittatur.l.vni
ca.C.vt actio ab hæred.Etècontra poteſt facere, quòd illud,ꝙ
eſt tranſmiſſibile non tranſmittatur.d.l.in cōditionalib.in prin-
cip.ſecundum Bal.in l.ſi pater.in 3.q.C.de inſti. & ſubſti. & in
d.l.vnica.in 2.no.per illum text. C.vt actio ab hæred. quinimò
ex tacita,ſeu coniecturata voluntate teſtatoris illud,quod non
eſt tranſmiſſibile de iure, efficitur tranſmiſſibile. Ita not. vult
Bald.in l.vnica.in vltim.colum.C.de his,qui ante aper.tabulas.
34 ¶†Tertiò quærit Bar.an teſtator poſſet dare licentiam legata-
rio capiendi poſſeſſionem rei legatæ propria autho. vbi de iu-
re debet capere de manu hæredis.l.1.§.redigūtur. ff.quor.lega.
l.non dubium.C.de leg.& determinat quòd ſic, ſequutus glo.
in l.Titia cum teſtamento.§.Lucius.ĵ.de leg.2. Et cæteri cū eo
tenent.idem tenet Bar.in repe.l.3.in 2.q.prin.C.de pig. Bal.in l.
1.in 3.col.C.communia de leg.Facit,quod vult Bar.in l. legiti-
mos.in prin.in 1.col.ff.de legi.tuto.Similiter iudex poteſt par-
ti dare licentiam ingrediendi poſſeſſionem propria author.gl.
& Bar.in l.iuſtè poſſidet.ff.de acquir.poſſeſ.cum concor. quas
ibi dedi. ¶ Adde pro ampliatione, quòd etiam in teſtamento
non ſolenni poteſt per teſtatorem dari licentia apprehenden-
di poſſeſſionem bonorum,& rerum defuncti,tex.eſt no.in l.fi.
ff.de reb.eor.ſecundum Bald.in c.cæterum.in 6.colum.de iud.
35 ¶†Secundò [d] adde,quòd ſi teſtator conſtituat ſe poſſidere ꝓ
d hærede,vel legatario,quamuis non valeat vt precarium, vel
vt cōſtitutum, quia nemo rem ſuam precario rogare poteſt.
l.neque pignus.ff.de regu.iu.tamen hæres,vel legatarius poteſt
ingredi poſſeſſionem mortuo teſtatore propria autho. quia te
ſtator poteſt præuenire mortem tradendo.l.Lucius.ĵ.de leg.2.
ita egregiè tenet Bal.in cap.1.in pen.colum. de confir. vtili vel
inuti.vbi dicit,quòd iſtud eſt dictum ſuum nouum ab alio nō
36 tactum.¶†Tertiò adde,ꝙ per illa verba teſtatoris, quòd hæ-
res non impediat legatarium in poſſeſſione, intelligitur data li
centia legatario capiendi rem legatam propria authorita. ita
no.Ang.in l.& ſi res.ff.de rei ven.per illum tex.quem ad hoc re
putat clariorem,qui ſit in iure.Adde plus,quòd ſi diceret teſta
tor,vim fieri veto legatarijs meis,videtur per iſta verba eis da-
re licentiam propria autho.ingrediendi,ſecundum Lud. Ro-
ma.in repet. Auth.ſimiliter.in 20. ſpeciali inter vltimas volun-
tates.C.ad l.Falc.& ita dicit velle ſolum Bal.in l.1.C. commu-
nia.de leg.in lec.antiq.per tex.ſing.in l.permiſceri.§.ſpecies. ſm
vnam lect.Iac.de Aret.ff.de acquir.poſ.Et ſequitur ſimpliciter
D.Alex.hic.Tu adde,ꝙ contrarium tenet Lud.Rom. in ſingu.
88.quod incip.aduerte ad me, vt refocillem intellectum tuū.
vbi refert,ꝙ ſi teſtator dicat,legatario vim fieri veto,vel lega-
tario non fiat moleſtia,per talia verba videtur dare licentiam,
ꝙ poſſit propria autho.capere,ſecundum Bal.in d.l.1.in fin.C.
communia de leg.in 1.lec.quam fecit Peruſij per d.l.permiſce
ri.§. ſpecies.Sed ille tex.ſecundum Lud.Rom.non probat pro
pter dictionem ingredienti,ibi poſitam, tamen dicit Ludo. ꝙ
propter illam autho.Bal.obtinuit Florentiæ quæſtionem de fa
cto,ſed proceſſit propter groſſitiem iudicis, qui comederat ni
mias fabas.Tamen non inuenio Bal.in aliqua ex trib. lect. meis
37 iſtud dicere.¶†Quartò adde,ꝙ ſi teſtator dicat,relinquo vxo-
rem meam dominam,& vſufructuariam bonorum meorū,
quo caſu exiſten.liberis intelliguntur ſolùm relicta alimēta, vt
per glo.& Docto.in Auth.hoc locum.C.ſi mul.ſecū.nup. Bar.
in l.Titia cum teſtamento.§.fina.ĵ. titu. 1. Certè illa verba im-
portant,quòd talia alimenta poterit vxor propria autho.cape
e re,& ſua manu, [e] licèt aliàs deberet capere de manu hæredis.
ita tenet Ang.in l.rerum amotarum. 1. ff. rerum amot.allega.
Ioan.And.in addi.Specu. in titu.qui filij ſint legi.§.2.Et dicit, ꝙ
non reperit alium Docto.de hoc facere mentio.Tu adde in ter
minis Alber.de Roſa. idem tenentem in d. Authen. hoc locū
in 2.colum.in fin.& ibi Bar.in 16.col.idem tenet Bal. in c. fin. in
38 10.colum.in prin.de conſue.& Domin.Alexan.hic.¶†Quintò
pro limitatione prædictorum adde,ꝙ per illa verba, liberè re-
uertatur,non videtur teſtator dediſſe licentiam propria autho
rit.apprehendendi poſſeſſionem,ſecundum Raph.Cum.in cō
ſilio 105.ſecundum ordinem meum,quod incip.Ant.Benedi-
cto filio.Motus quia verbum reuertatur,eſt verbum commu
ne,& ſic æquiuocum,vt per Bar.in d.l.centurio.in vlti.char. ff.
f de vulg.& pup.Et verbum liberè, [f] non intelligitur de tali li-
bertate, quæ poſſit eſſe cauſa ſcandali, iuxta ea, quæ habentur
in l.Meuius.§.fundo.ff.de leg.2.Nō memini alibi legiſſe in ſpe-
cie tactum,ſed puto contrarium,quia ſi per alia verba, quæ ſu
pra dixi,quæ ſunt magis à remotis, intelligitur teſtator dediſſe
licentiam propria author. apprehendendi poſſ. quanto magis
per verbum liberè.Iſtud probatur per tex.in cap. de multa.in
verbo.liberè conferat.de præben.per quem not. Do.Abb.in 5.
39 col.†ꝙ qui poteſt liberè facere actum,poterit ſine cuiuſquam
licentia,& requiſitione.quod eſt no.ſecundum eum.Facit etiā
tex.in c.quæ in eccleſiarum.in verbo,liberum.de conſti. ꝑ quē
no.Bal.& D.Ant.ibi,ꝙ verbum liberè,importat,ꝙ non teneat
licentiam,ſeu conſenſum requirere,quem aliàs teneretur. Fa-
cit tex.in c.2.in verbo liberè,cum gl.de arbit.in 6. & in c. cùm
Epiſcopus.in verbo liberè.de offi.ordi.in 6. iuncta expoſitione
Io.And.& Archi.ibi,qui exponunt liberè, i.ſine cuiuſquam cō
tradictione,& de iſto verbo,liberè,dixi aliàs plenè in l.j.C.de ſa
40 croſan.Eccl.¶Sextò prædictis adde,†ꝙ non ſolùm ſi teſtator,
ſed etiam ſi hęres dat licentiam legatario apprehendendi rem
legatam propria author. non per hoc videtur operari,vt ei re-
mittat detractionem falcidiæ,ſecundum Sali.in l.1. C.de pact.
per tex.quem ad hoc reputat ſing.in l.cùm certum. C.ad l.Fal.
qui tamen non multum probat,niſi inducatur à ſpāli.¶Quar-
41 tò quærit Bar.† an renunciatio exceptionis ſimulationis, vel
fictionis valeat. Et concludit, ꝙ non, niſi fiat ex interuallo, &
cum eo tenent alij.& Dom.Ant. & Imo. in c. cum contingat.
de iureiur.vt infra in ſpecie referam.Petr.de Anch. Dom. Car-
di.& Imo.in c.ad noſtram.de emptio.& vendit.Lud. Roman.
in

ADDITIONES.

a ¶Nullum.Econtrario Bar.infra in pen.q. PVRPV.

b ¶Remitti.Adde gl.in c.tuis quæſtionibus.de teſt.

c ¶Calumniæ.Adde Bar.in l.de pupillo.in §.qui opus.ff.de oper.no.nunc.Doc. in c.1. de iuram. calum.lib.6.

d ¶Secundò.Comprobat Dec.in c.at ſi clerici.col.10.in prin.ver.vltra. de iudic.vbi de actu nullo litigantis. Are.in §.ex non ſcripto.col.3. Inſt.de iure naturali,vbi de actu nullo iudicis. PVRPV.

e ¶Sua manu.Adde,quòd de hoc pulchrè diſſerit Rom.conſil.74.nume.20. 25. libro 2.

f Verbum liberè.Adde gl.in ver.liberè.in clem.ſi.de æta.& quali.gl.in ver.liberè.in cle.dudum. de ſepul.Doc.in c.olim Epiſcopus.de præb.lib.6. Raph.Cuman.in conſi.114.incip.Ant.Benedi.

† Et dic, ꝙ hoc verbum excludit impedimentum & requiſitionem alterius, Dec.conſi.131. & 360.nu.5.Alex.conſi.214.lib.6.plura no.Rolan.conſi.42. nu.18.& ſeq.lib.1.Dec.d.conſi.131. MASVER.

in l. si quis cùm aliter. ff. de verb. obli. ¶ Tu adde primò inquan-
42 tum Barto. dicit, † quòd contractus simulatus cùm deficiat in
substantia lib. non est contractus, adde quod no. Bal. in l. ab Ana
stasio. in 4. no. C. mand. quòd contractus simulatus dicitur colo
ratus, seu depictus, qui extrinsecus apparet aliquid, sed intrin-
secus non habet substantiam. ¶ Alibi dicit Bal. in l. ei qui. C. de
distra. pig. quòd simulatio appellatur imago, quae habet super-
ficiem veri, sed non medullã, & ideo simulatio appellatur col-
lusio, secundum eum. Alibi dicit Bal. in l. 1. C. plus vale. quod
agi. quòd contractus simulatus, seu instrumentum simulatũ
est tanquam corpus sine spiritu, quia consensus est remotus
43 ab actu. ¶ † Secundò princ. adde ex verbis Bar. inferri, quòd in-
strumentum simulatum non dicatur instrumentum, prout ẽt
supra proximè retuli. Contrarium tamen in specie tenet ipse-
met Barto. in l. 1. §. parui. in 2. colum. ff. quod vi aut clàm. sed
primum est verius, quia licèt superficialiter appareat esse in-
strumentum, tamen substantialiter, & intellectualiter non est
instrumentum, & cũ careat effectu, etiam nomine carere de-
bet. ita no. dicit Bald. in l. fin. §. in computatione. in vlti. colum.
C. de iure delibe. idem tenet Bald. in l. cùm precibus. per illum
tex. C. de proba. & in l. si non sortem. in princ. ff. de condi. inde-
bi. & in c. pastoralis. in 2. col. de appel. & in l. 2. §. testamentum.
per illum tex. & ibidem Ang. & Imo. ff. quemadmo. testa. aper.
Imo. in l. fin. ff. à quib. appel. non licèt. & in c. cùm contingat. in
6. membro. de iureiur. Dom. Alex. in consi. 100. in 4. vol. quod
a incip. super quaesito. ¶ Tertiò [a] princip. adde secundum Imol.
hic, quòd decisio Bar. procedit, etiam si in renunciatione simu
44 lationis esset appositum simpliciter iuramentum, † quia iura-
mentum regulatur secundum mentem contrahentium. l. fin.
C. de non num. pecu. Bar. in l. si quis pro eo. in 8. membro. ff. de
b fideiuss. secus est [b] secundum Imol. si partes in instrumento iu-
rassent, omnia praedicta, & singula esse vera, & in nullo contra-
facere, dicere, vel venire, tunc propter iuramentum sic inter-
positum non potest allegari simulatio, vt videtur voluisse Bar.
in d. l. fi. in fi. C. de non nu. pec. nisi fortè super hoc obtineretur
prius absolutio à iuram. arg. c. debitores. de iureiu. & per Imo.
hic. Ad primum adde gl. reputatam sing. in l. emptione. C. plus
vale. quod agi. quae vult, quòd iuramen. interpositum super
contractu simulato nihil operatur, nec firmat contractum. &
Ang. ibi eam reputat sing. & Do. Abb. in c. ad nostram. in 1. col.
g de empt. & vend. & illa glo. *est communiter approbata*, secundum
Do. Alex. hic, cum concor. per eum allegatis, vltra quas adde
Ang. in l. 1. C. de dote cau. non nume. Pau. de Cast. in consilio
280. quod incip. viso processu. in 1. col. Ang. de Are. Institu. de
excep. in prin. in 39. col. D. Bartho. Veron. in tract. de simulatio.
contractus. in septima praesumptio. Pau. de Cast. in l. si quis pro
eo. in princip. in 5. col. ff. de fideiuss. & ibi dicit, quòd ratio illius
glo. est, quia cùm tale iuramentum non habeat consensum, di
citur carere anima. Imò fortius per illam glo. tenet Bald. in l. ro
45 gasti. §. si tibi. in vlti. colum. ff. si cert. pet. † quòd quando iura-
mentum apponitur super contractu simulato, non indiget re-
scissione. de quo vltimo vide plenius per Dom. Abb. in d. c. cũ
46 contingat. in 13. col. & seq. † Adde aliud, quod vult Imo. quòd
quando partes in contractu iurassent omnia & singula praedi-
cta esse vera, & in nullo contrauenire, sicut quotidie notarij
apponunt in instrumentis, quòd tunc non posset opponi simu
latio, nec veniri contra iuramentum, allegando simulationẽ.
Not. quia est valde vtile, & quotidianum in practica, & habui
saepè de facto consulere. Adde, quòd idem tenet Dom. Anto.
in d. c. cùm contingat. in octauo casu. & ibi Imo. in 7. membr.
col. 163. Imo. in c. ad nostram. ad fi. de emp. & vendi. Imo. & D.
Alex. in l. Seius, & Augerius. in vlt. col. ff. ad l. Falc. Pau. de Castr.
in d. l. emptione D. Alex. hic, & in consi. 36. in 2. vol. quod inci.
viso themate. in 2. colum. & in consi. 122. in 2. volum. quod in-
cip. viso instrumento diuisionis fun. Ratio huius decisionis est,
quia tunc detegeret se periurum, postquam iurauit omnia, &
singula esse vera, & non contrauenire, & sic repelleretur tan-
quam allegans turpitudinem suam, vt latè per Bar. in l. iusiu-
randum. quod ex conuentione. §. procurator. de iureiuran. &
c habetur in capitu. inter dilectos. de fide instrument. Pondera [c]
tu prouecte, quòd per istam rationem cõfunditur illud, quod
tenet Imo. vbi limitat, nisi prius obtineretur absolutio à iura-
mento, & si hoc esset verum, dictum praecedens esset parui ꝑ-
tij, cùm facilè sit obtinere absolutionem à talibus iuramentis.
sed ista limitatio confunditur per illam rationem, prout etiam
tenet Are. hic, nam eo ipso, quòd peteret se absolui à iuramen
to, eo quia diceret illud, quod iurauit esse falsum, allegaret se
periurum, & sic non admitteretur ad allegandum turpitudi-
nem suam, & per hoc non obstat authoritas Barto. in d. l. fina.
in fin. quia ibi non loquitur in iuramento assertorio, vt est ca-
d sus noster, sed in iuramento promissorio. Bene verum est, [d]

47 † quòd limitatio Imo. procederet, quando pars aduersa esset
passa probari de simulatione, & sic partes allegassent simula-
tionem, & probationes fuissent receptę, quia tunc propter de-
tectam turpitudinem est licitum allegare eam, vt per Barto. &
alios in d. §. procurator. ita no. Bald. & Sali. in d. l. fina. C. de non
nume. pecu. Dom. Anton. de But. in d. c. cùm contingat. in pe.
48 char. Dom. Alex. & Are. hic. & ita limita no. praedicta. ¶ † Secũ
do à cessante ratione praedicta, limita decis. Imo. non procede
re respectu tertij, qui non impeditur propter iuramentum in-
terpositum, vt supra, dicere contractum simulatum, secundũ
Salic. in d. l. emptione. Are. in consi. 96. quod incip. in praesenti
consultatione. in 3. dub. Bene facit, quod vult Bald. in Auth. ad
49 haec. in 2. colum. C. de vsur. † quia licèt iuramentum appositũ
contractui vsurario sit seruandum, donec relaxetur à superio-
re. cap. debitores. de iureiuran. cap. 1. de vsu. Tamen fallit, si ter-
tius pro suo interesse alleget contractum vsurarium, tunc ni-
hil obst. sibi iuramentum. arg. l. si cui. C. de non nume. pecun.
Adde etiam in simili bonum tex. in c. super eo. de offic. delega.
Et in clem. 1. in verbo, contra se. cum gloss. de re iudic. Sed tu
aduerte, licèt omnes ita teneant, quòd quãdo partes iurarent
in instrumento omnia, & singula esse vera & c. quòd impedit
opponi simulatio: adde ꝙ contrarium in terminis tenet ipse
Imo. de quo alij non faciunt mentionem, in d. c. cùm contin-
gat. col. 168. in vers. item attende, quia inquantum dixi & c. Ni-
hil tamen allegat, quod vrgere multum videatur, imò non est
e à communi recedendum. [e] Quartò princip. inquantum Bart.
50 tenet, † ꝙ renunciatio simulationis non valeat, secus si fieret
ex interuallo. Tu adde pro hoc solẽnem tex. in l. 4. §. si ab igno
to. ff. de manum. qui ad literã dicit, ab initio enim agi debet, vt
imaginaria sit emptio & c. ¶ Et sic ibi est tex. formalis, quòd si-
mulatio inducitur ex his, quae fiunt tempore contractus, non
autem ab his, quae posteà fiunt. & ita no. Bal. in l. 1. in fi. C. si ser-
f uus extero. Sic etiam in simili [f] tenet Bar. in l. pacta nouissima.
vbi dixi. C. de pact. Et Barto. in l. cùm seruus. ff. de condi. & de-
51 mon. ¶ † Quintò quaerit Bar. post Dy. an testator possit remit-
tere tutori confectionem inuentarij, & concludit, ꝙ sic, ꝑ tex.
in l. fi. C. arbitr. tutе. cũ limitatione, de qua hic per eum. Tu ad-
de tex. in l. cùm tale. §. Titius. & ibi Bald. ad hoc no. ff. de condi.
& demon. idem tenet Bar. in l. tutor qui repertorium. in princ.
post medium. ff. de admin. tutor. Secundo amplia, ꝙ testator
potest remittere confectionem inuẽtarij non solum tutori te-
stamentario, cuius fides est approbata per testatorem, sed etiã
tutori legitimo & datiuo. glo. est ordi. & no. in l. tutores. in ver-
sicu. publicatum. ad fi. C. de admi. tut. Sentit gl. in l. 3. §. tutores.
52 ff. de suspec. tuto. ¶ † Sed istud videtur esse iniquum, secũdum
Bal. ideo limitat, nisi testator errauerit remittendo ex certa cã,
quae non subsistit. vnde iudex non obstante remissione testato
ris, potest cogere tutorem ad confectionem inuentarij, si est
de eo suspicio, quòd supprimat res pupilli, argu. l. pen. §. 1. ff. vbi
pupil. educ. debeat. & l. defensionis facultas. C. de iure fis. libro
10. Et sequitur simpliciter Flo. hic. Sed tu dic, quòd dictam li-
mitationem etiam in tutore testatoris ponit Bar. hic, qui dicit,
ꝙ si appareat hanc remissionem esse contra vtilitatem pupil-
li, iudex non debet eam sequi, argum. l. vtilitatem. & l. in con-
firmando. ff. de confir. tut. idem tenet Bal. in l. si C. arbi. tut. Ang.
in consi. 114. quod incip. reuocatur in dubium & c. ¶ Tertiò ad
53 praedictorum limitationem diligenter adde, † quòd non suffi-
cit, ꝙ testator remittat tutori confectionem inuentarij, sed
oportet expressè dici, ꝙ testator vetuit confectionem inuenta
rij, prout dicit text. in d. l. fina. C. arbi. tute. in versi. nisi testatores
inuentarium specialiter cõscribi vetuerint. & ibi Salic. ad hoc
g no. & notabilius Ang. de Are. in §. praeterea. el secondo. in 43. [g]
col. Insti. de excep. vbi dicit, ꝙ istud nunquam exeat mentem
suam, ꝙ nisi tutor specialiter, & expressè vetitus fuerit per te-
stato-

ADDITIONES.

a ¶ Tertio princi. Adde notabiliter Ias. supra in l. 2. colum. fina. ff. de iureiuran. PVRPV.

b ¶ Secus est. Limitat hoc Alexan. libro 3. cons. 17. colum. 1. ver. concurrit hoc. PVRPV.

c ¶ Pondera. Sublimitatio secũda. Tenet Alex. lib. 2. consi. 132. col. fi. & lib. 3. cõsilio 17. col. 1. vbi restringit. PVRPV.

d ¶ Bene verum est. Sublimitatio. 3. Alex. lib. 2. consi. 89. col. 6. viso puncto. ver. ad vnum. PVRPV.

e ¶ Recedendum. Quartò sublimita, quando de simulatione appareret ex instrumento, quia tunc periurium est detectum, ergo succedit quod dictum est supra in 2. sublimita. & aliter, vt per Soc. in l. 1. ff. sol. mat. col. pen. dixi in l. 2. § creditum. sup. a si cer. pet. PVRPV.

f ¶ In simili. Adde Ias. in §. si quis in fraudẽ. in tertio euidentiali. instit. de act.

g ¶ 43. Mihi 25. sed contra facit. l. 1. C. de vsufruc. vbi verba prohibitiua plus non operantur. PVRPV.

statorem, licèt testator releuet tutorem à confectione inuen-
54 tarij, non tamen per hoc esset releuatus,† imò etiam tali casu
non conficiendo inuentarium potest contra eum iurari in li-
tem, iuxta d.l. tutor qui repertorium, in princip. & dicit, ꝙ vi-
dit multos peritissimos in hoc errasse. ¶ Pondera ergo, quòd
secundum ista est differentia inter simplicem remissionem in-
uentarij, (& illa non releuat tutorem) & præceptum de nõ fa-
ciendo inuentario. de quo loquitur tex. in d.l. fi. C. arbi. tut. Sed
credo, ꝙ ista limitatio, & differentia non sit vera, nam contra-
rium primò tenet Cy. in d.l. fin. Io. And. in addi. Spec. in titu. de
de tutore. §. generaliter. in versi. hoc autem notandum. & Bart.
& Doct. in locis præalleg. dum formant. q an testator possit re-
mittere, & sic loquuntur de simplici remissione, non autem de
prohibitione. Item in contrarium facit text. in d.l. cùm tale. §.
Titius in fi. ff. de condi. & demon. in verbo, cuiq; rationis red-
dendæ necessitas fuerat remissa. Pondera verbum remissa, non
enim loquitur de prohibitione. Item in contrarium est glo. in
d.l. tutores. in verb. publicarum. in fin. quæ dicit, nisi testator eis
remiserit confectionem inuentarij, per d.l. fi. C. arbi. tutel. & sic
pondera, quod gl. ibi non dicit, ꝙ vetuerit, sed simpliciter remi
55 serit. ¶ † Quartò adde, ꝙ prædicta procedunt in inuentario cõ-
ficiendo per tutorem: de inuentario autem conficiendo p hæ-
redem, an possit remitti per testatorem, Pau. de Cast. cum quo
tenet Alex. & Are. tenet; quòd non, in præiudicium creditorũ,
quibus testator non potest præiudicare. Et ita etiam tenet Bal.
a in l. fi. §. cùm igitur. C. de iure delib. sed bene [a] in præiudicium
legatariorum, quia potuit eis non legare, ergo & limitare, seu
qualificare legatum. l. videamus. §. iurare. ff. de in lit. iuran. Idem
tenet Bal. in l. cùm tale. §. 1. per illum tex. ff. de condi. & demon.
b D. Alex. in consi. 234.[b] quod incip. perspectis his, quæ in thema
te præscripto. in vlti. col. & est consi. 82. in 2. par. licèt contra-
rium in hoc vltim. videatur tenere Bald. in d.l. fin. C. arbi. tutel.
56 ¶ † Sextò quærit Bar. post Dy. an hodie à sententia arbitri pos-
c sit appellari. Secundò, an per pactum possit fieri, ꝙ à sentẽtia [c]
arbitri possit appellari in casibus, in quibus non oritur actio.
Circa primum artic. Bar. concludit, ꝙ sic in casibus, in quibus
oritur hodie actio, iuxta l. cùm antea. & l. ne in arbitris. ad fi. C.
de arbi. idem tenent Bar. & Pau. de Cast. in l. arbitro. ff. qui satis-
d dar. cogan. Bar. in l. 1. C. de arbi. & in l. 2. ff. eo. [d] Contrarium in
* hoc, & melius *tenetur communiter* per gl. & alios in l. 1. C. de arbi.
gl. in d.l. arbitro. & ibi Alb. Ang. & omnes Mod. D. Ant. de But.
& Imo. in c. Quintauallis. in 16. differentia de iureiur. D. Ant. in
c. cùm dilectus. de arbi. Imo. in l. fi. in 1. char. ff. à quib. appel. non
licèt. Imo. D. Alex. & Are. hic, & dicit Domi. Alex. quòd com-
munis opinio est in hoc contra Bar. eo quia appellans videtur
dicere sententiam sibi displicere. tex. est in l. 1. C. si sæpius in in-
teg. resti. sed isto casu non habet locum. d.l. cùm antea. nec tũc
oritur actio, vt ibi est tex. in verbo, displicebat. ¶ Præterea in ca
sibus positis in d.l. cùm antea. frustratorium & ineptum fuisset
introducere remedium appellandi, attento, ꝙ per solam con-
tradictionem factã intra decem dies impediatur nasci actio,
vel except. cùm ergo simplex contradictio impediat, vt ibi est
tex. ergo frustratorium fuisset remedium appellandi, sed lex
non inducit frustratoria remedia. l. hæc stipulatio. §. diuus. ff.
vt lega. nom. cauea. præsertim in appellatione, quæ est reme-
dium necessarium. l. 1. in princ. ff. de appel. Et si dicatur, prout
dicit Bar. quod per appellationem inducitur noua species ap-
probationis, per l. 3. §. falsus. ff. rem rata hab. Respondetur hic
dupliciter. primò, ꝙ in illo tex. non dicitur, ꝙ dominus appellã
do videatur approbare sententiam, quia sic actus agentiũ ope
rarentur contra eorum intentionem, ꝯtra l. non omnis. in prin.
ff. si cer. pet. & l. obligationum substantia. in fi. ff. de act. & obli.
Sed bene ibi approbat personam illius procuratoris, pro quo
lata est illa sententia. Præterea ibi sententia erat aliqua quo ad
procuratorem, licèt falsum. l. licèt. C. de procu. l. Plautius. ff. eo.
sed erat nulla quo ad dominum, vnde cùm talis nullitas indu
catur in merum fauorem domini, nimirũ si dominus potest
eam approbare, quia quilibet potest renunciare fauori suo. l.
pen. C. de pac. quæ ratio cessat hic. ¶ Præterea & tertiò attendi
non debet approbatio, quæ fit, vt eodem instanti improbetur.
l. qui sic. ff. de sol. & l. à Titio cum morietur. ff. de vsufru. ¶ Præ-
terea & quartò, & notabilius in d.l. 3. §. falsus. approbatio, & re
probatio tendebant circa diuersa, quia dominus approbat sen
tentiam falsi procuratoris, vt habeatur perinde, ac si fuisset ve
rus à princ. sed improbat sententiam iudicis dicens eam esse
iniustam, vnde nihil repugnat, quia in duobus subiectis pos-
sunt esse duæ qualitates contrariæ. l. ancillam. C. pro suo. Sed
in isto casu approbatio, & reprobatio tẽdunt circa idem sub-
* iectum. s. circa sententiam. ¶ Similiter etiam *communiter reproba
tur* alius intellectus, quem per d.l. 3. §. falsus. ponit Bar. in l. post-
humo. C. de contratab. & in l. filio præterito. C. de iniust. rupt.

57 Circa verò illud, quod pluries præsupponit Barto. † ꝙ vbi non
oritur actio, non potest appellari, vt videtur tex. & glo. in l. 1. C.
de arbi. Istud non est ita generaliter verum, vt dixi in d.l. arbi-
tro. vbi posui quinque instantias in oppositum. Et patet per il-
58 lud, quod Bar. met. ĩ. dicit de executore. ¶ † Secundò princ. in-
quantum Bar. sequẽdo gl. in l. 2. ff. de arbi. tenet, ꝙ emologatio
laudi, & sic dispositio. l. cùm antea. C. de arbi. habeat locum ẽt,
quando factum est compromissum cum pœna, cum clausu-
la rato manente pacto. i. compromisso, nam & tunc orit. actio
ad id, in quo est condemnatus in sententia arbitri emologata,
& sic etiam tunc potest appellari. Adde, ꝙ idem tenet Bar. in d.
l. 2. & in l. si duo. in prin. ff. de arbi & in l. ait prætor. in princ. ff. de
re iudi. & in d.l. cùm antea. vbi etiam Bal. Sali. & Raph. idem te
nent. & Spe. in tit. de arbitro. §. 1. in ver. cõsueuit. & in ver. quid
ergo. Io. And. in addi. Spec. in tit. de arbitro. §. 1. D. Ant. de Butr.
in c. per tuas. de arbi. Bal. in l. post sentiam. in 1. col. C. de sent. &
* in l. fi. in 3. col. C. de excep. rei iudi. *& ista est magis communis opin.*
prout etiam dicit D. Alex. in d.l. ait prætor. in prin. fundamen-
59 tum Bart. † est, quia propter illam clausulam rato manente [e]
e pacto, videntur esse duo compromissa separata, vnũm cũ pę-
na, & aliud sine pœna nudo pacto celebratum, ideo etiã subla
to vno per solutionem pœnæ, remanet aliud factũ pacto nu-
do, cuius respectu potest cadere emologatio in sententia arbi-
tri, & sic haberet locum dispositio. d.l. cùm antea. Istam opin.
reprobant Imol. D. Alex. & Are. hic. Raph. Cuman. & latius D.
Alex. in d.l. ait prætor. in princip. idẽ tenet Cy. post Antiquos.
in d.l. cùm antea. Ioan. Andr. & Imo. in c. dilecti. de arbi. Imol.
in capitu. per tuas. eodem titulo. Fundamentum eorum est,
60 † quia de iure ciuili solùm potest emologari sententia arbitri,
quando factum est compromissum nudo pacto, & sine pęna,
& tunc in subsidium inuenta est prouisio. d.l. cùm antea. quod
emologando sententiam oriatur actio ex sententia arbitri, quę
aliàs de iure ciuili ex pacto nudo oriri non poterat. l. iurisgen-
tium. §. sed cùm nulla. supra de pact. & hoc ne aliàs sententia
arbitri esset inanis, & elusoria, sed ista prouisio subsidiaria ces-
sat, quando promissa est pœna per stipulationem, ad quam
f potest agi, quia [f] tunc prouisio hominis facit cessare prouisio-
nem. l. quando est extraordinaria. l. fin. cum simi. C. de pac. con-
61 uen. ¶ † Sed aduerte, quia istud potest euadi ex fundamento
Bar. habendo respectum ad vltimum pactum nudum, quod
resultat ex dicta clausula, vbi cessat prædicta ratio, & sic cadit
emologatio. Nisi tu neges assumptum Bart. quod dicãtur duo
compromissa, imò est vnum tantum, prout dicit Raph. Fulg.
in d.l. cùm antea. ex quo tendunt ad idem, argu. l. qui bis idem.
ff. de verb. obl. ¶ Item, quia illa clausula censetur esse pars com
promissi. l. fundi partem. ff. de contrahen. empt. ergo non facit
62 aliud compromissum de per se. ¶ † Tertiò principaliter, inquã
tum Bar. vult, ꝙ per appellationem non detur iurisdictio, qa
potest appellari ab eo, qui non habet iurisdictionem, si actus
eius tenet, & habet effectum iuris. ¶ Tu adde bene facere, ꝙ à
transactione, & sic ab actu partium litis finitiuo extraiudicia-
li potest appellari, tex. est apertus in l. à sententia. §. idem rescri-
pserunt. ff. de appel. Lud. Rom. in d.l. arbitro. & in consi. 261. qđ
inci. super eo, quod quæritur, an à sententia iudicis. & licèt Bar.
in d. §. idem rescripserunt. se non firmet, sed remittat se ad d.l.
fina. C. de appel. reci. certè in illa. l. fina. in penul. colum. istud fir-
63 firmat. † Et quòd ab actu extraiudiciali possit appellari, est tex.
in cap. cùm sit Romana. §. si verò. in verbo, extra iudicium. &
ibi glo. not. de appel. & in cap. concertationi. eod. titu. in 6 Nisi
diceres, quòd illa iura procedunt de iure Cano. quo ab omni
grauamine generaliter potest appellari. cap. vt debitus. de ap-
64 pel. & dicit Barto. in d.l. fin. in pe. col. † ꝙ cùm arbitramentum
dicatur esse quædam transactio, vt no. in Auth. si verò contige
65 rit. C. de iudi. & est gl. in corpore Auth. † vnde sumitur, ꝙ à lau
do

ADDITIONES.

a ¶ Sed bene. Secunda ampliatio Alexan. contra quam tenet Ias. in fin. huius l.
PVRPV.
b ¶ Alex. in consi. 224. Adde, quòd est. 234. aliàs 82. in 2. volu. & adde eundem
Alex. in consi. 43. col. pe. in fi. in 3. vol. PVRPV.
c ¶ Sententia. Adde Bal. in l. cùm quidam. ff. de leg. 2. Ioan. de Fan. in c. à iudicib.
2. q. 6. Doc. in c. ab arbitro. de offic. deleg. lib. 6. Doc. in c. 2. & in cap. per tuas.
de arbi.
d ¶ ff. eo. Quam tenet Bar. in l. 2. in fi. ff. de arbi. PVRPV.
e ¶ Clausulam rato manente pacto. Adde tex. & Docto. in l. cùm proponas. C.
de transac. gl. & Doc. in c. fi. de loc. Bal. in l. pater. in §. libertus. ff. de leg. 2. Do
cto. in l. ita stipulatus. ff. de verb. obl. Doc. in l. 2. C. de iure emphy. Doc. in c.
cùm inter R. seniorem. de elec.
f ¶ Quia. Adde decisio. Nico. in §. item seruiana, prima colum. Institu. de act.
PVRPV.

a do arbitratoris poterit de iure ciuili appellari,[a] vt ibi per eum.
& sequitur Lud. Rom. in d.l. arbitro.& in d. consi. 261.& in ru-
bri. ff. de arbi. quamuis contrarium in hoc vlti. teneat Bal. in l. hi
qui ad ciuilia. ad fi. C. de appel.& in l. 1. C. de arbi.& in rubr. de
appel. D. Abb. in consi. 77. in 2. vol. quod inci. in quæstione, quæ
ad præsens vertitur inter Iac. in vlti. dub. ¶ Circa secundum ar
66 tic. † an per pactum fieri possit, ꝙ à sententia arbitri possit ap-
pellari in casibus, in quibus non oritur actio. Bar. concludit, ꝙ
sic, sumendo appellationem largè, & impropriè pro quadam
reuisione. l. non distinguemus. §. cùm quidam. ff. de arbitr. Sed
quantum ad appellationem propriè sumptam non, cùm sen-
tentia arbitri non possit per appellationem rescindi, quia nulla
est, ex defectu iurisdictionis. l. priuatorum. C. de iurisd. om. iudi.
Facit c. a iudicib. 2. q. 6. Idem tenent Bal. Sali. Flo.& communi-
ter alij hic,& in l. 1. C. de arbi. Bal. in rub. C. de appel. Io. And.&
alij in c. cùm dilectus. de arbi. D. Ant.& Imo. in c. Quintauallis.
in 23. differentia. de iureiurā. *Et ista est communis opin.* secundum
D. Alex. ¶ Sed tu aduerte, licèt Bar. s. referat Spe. in tit. de appel.
§. in quib. vers. 16. tenere cum Dy. ꝙ valeat tale pactum, certè
Bar. corruptè alleg. Spe. qui contrarium tenet. nam dicit, ꝙ si
conuenitur inter partes, ꝙ à sententia arbitri liceat appellare,
ꝙ non valeat tale pactum, allegat in arg. tex. in Auth. in medio
lit. non fieri sacras ius. cir. fi. princ. collat. 8. vbi dicit tex. quod. n.
in legum potestate positum est, non egebit aliqua extrinsecus
dispositione. Allegat etiam d.l. priuatorum. nisi dixeris respon-
dendo, ꝙ Spe. loquatur de appellatione propria. ¶ Item aduer
te inquantum Bar. pro hoc alleg. l. arbitro. secundum secundā
67 lec. gl. ff. qui satisd. cog † ꝙ ab illa sententia arbitri non habebat
locum appellatio, sed potest implorari officium iudicis, vt vi-
deat an arbiter benè fecerit. Iste intellectus stare non pōt, quia
tex. ibi dicit appellare licèt,& subiungit, vt à iudicibus, ergo lo
quitur de appellatione propria. Verus ergo sensus illius literæ
est, ꝙ loquatur in arbitris datis à iudice, vel à partib. cùm au-
thoritate iudicis, vnde cùm illi habeant iurisdictionem,& sint
delegati, ab eis potest appellari. ita loquitur d. l. arbitro.& l. cū
ex consensu. in princ. de appel. sed l. 1. C. de arbi. loquitur in ar-
bitris compromissarijs electis extra iudicium de solo consen-
su partium, vnde ex quo solus consensus priuatorum non po
test tribuere iurisdictionem. d.l. priuatorum. & sic tales arbitri
nullam habebant iurisdictionem, sed tantum simplicem no-
tionem. l. ait prætor. in princ. ff. de re iudic. ideo sententia ab eis
lata dicitur lata à personis priuatis, & sic non habet effectū sen
tentiæ, nec ex ea oritur actio iudicati, ideo appellari non pōt.
ita propriè loquitur tex. in d.l. 1. C. de arbi. facit bene ad prædi-
cta tex. in l. cum antica. in prin. in ver. neque iudex dederat. C. de
arbit. ¶ Capio gl. secundam magnam in verbo, quia nec quam
diuide in septem partes. In prima declarat secundam partem
tex. in genere. In secunda declarat in specie quo ad tempus. In
tertia quo ad locum. In quarta quo ad conditionem. In quin-
ta contra primum de tempore format duas opp. In sexta alle-
gat quinque concordantes, quæ vadunt ad principium tex. In
septima, & vltima opponit & soluit. Secūda ibi,& dic tempo
re. Tertia ibi, item non finit obligatio loco. Quarta ibi, item ꝙ
dicit conditione. ¶ Quinta ibi, item ad id, quod dicit de tēpo-
re. Sexta ibi, item facit ad hoc. Septima & vlt. est ibi, item argu
mentum contra. ¶ In ead. gl. ibi, ergo nec in alijs similib. habes
ex gl. ꝙ Iurisconsultus in ista secunda parte comprobat regu-
lam generalem per similia. Tu dic, vt dixi in diuisione text. ꝙ
68 Iurisconsultus comprobat † per argumentum à minori nega-
tiuè, quia si testator non pōt super naturalibus, vel accidenta-
libus disponere, quod est minus, ergo multò fortius non pote-
rit super substantialib. Bart. confirmat arguendo à charactere
corporali ad characterem intellectualem, vt hic per eum, &
in l. 4. ff. de seru. Adde, quod habetur per Can. maximè Io. And.
in titu. de sacramē. non iteran. super rubr. vbi tenet, ꝙ per colla
b tionem ordinis[b] imprimitur character spiritualis animæ cle-
rici, per quem etiam in futuro seculo ab alijs apparebit separa
ta. Et idem tenet Inn. in c. 1. de baptis. Imo. in l. eum qui ita. §. q
ita in 3. col. ff. de verb. obl.& dicit Inn. in c. fi. de sacramē. nō ite-
ran. ꝙ character ordinis est figura intellectualis, & indelebilis,
per quem ordinatus à non ordinato in die iudicij discernetur.
¶ In ea. gl. ibi, volo, ꝙ si hæres nō petat vsque ad 10. annos.&c.
ista glos. est corrupta, & debet dicere, volo, ꝙ si legatarius. pa-
tet, quia actio ex testamento non competit hæredi, sed ei com
petit petitio hæreditatis, nisi glo. dixerit, ꝙ testator disposuit, ꝙ
hæres non possit conueniri, & sic passiuè. ¶ In ead. gloss. ibi, sed
69 tamen except. potest repelli. habes ex gl. † ꝙ actio ex testamē-
to in sui natura est perpetua, & sic ex dispositione testatoris
non finitur ipso iure, vt hic, sed bene ope excep. l. obligationū
ferè. §. placet. ff. de actio.& oblig. subdit Barto. vt bona sit simi-
litudo tex. quòd etiam in princip. licèt prohibitio testatoris nō
valeat ipso iure circa substantialia, valet tamē ex naturali æq
70 tate,& sic in effectu ope exceptionis & replicationis. † Vnde
legatarius potest retinere rem sibi relictam in testamento non
solenni,& agentem exceptione repellere, cùm sibi naturaliter
debeatur, prout istud vltimum plenius firmant gl. *& communi-
ter Doc.* in l. cū quis. C. de iur.& fac. ign.& in l. 1. ff. de cōdi. indeb.
licèt Bald. in repe. l. 1. in 19. col. in versi. super primo quæsito. C.
de sacros. Eccles. teneat in hoc contra Bar. ꝙ ius retinendi non
competat ex testamento non solenni, per tex. in l. si post diui-
sionem. C. de iur.& fac. igno. quæ loquitur in hæreditate, non
autem in legato. Mouetur etiam per l. fi. C. famil. ercis.& l. hac
consultissima. §. ex imperfecto. C. de testa. quæ dicunt volunta-
tem non solennem pro nulla haberi, si ergo pro nulla habetur,
ergo nec exceptio, nec retentio ex ea competit. Sed responde,
aliud est esse nullum,& tunc procederet arg. aliud haberi pro
nullo. l. mercis. secunda. cum glo. ff. de verb. sig. Bar. in l. si mari-
tus. §. legis. ff. de adulte. ¶ Circa hæc dicta Bar. quæritur de pul-
71 chra,& disputabili. q. † Nunquid sicut legatarius potest retine-
re sibi rem relictam in testamento minus solenni, & sic se tue-
ri via exceptionis & retentionis, quia sibi naturaliter debetur,
idem etiam sit in hærede scripto in testamento non solenni, vt
si res hæreditarias habeat sine vitio, possit se tueri aduersus ve-
nientes ab intestato via exceptionis,& retentionis, & sic pun-
ctus est, an etiam hæreditas relicta in testamento minus solen-
ni debeatur hæredi scripto naturaliter, & præsertim secūdum
terminos huius. l. quando testator expressè disposuit, ꝙ vole-
bat testamentum valere, quamuis non sint adhibitæ solennita-
tes iuris ciuilis. Istud argumentum nō recolo vidisse ab aliquo
bene discussum. in hoc enim arg. Ioan. de Imo.& D. Alex. bre
uius se expediunt, ꝙ aliud sit in legatis, prout loquitur Bart. &
aliud sit in hæreditate, quæ ex testamento minus solenni non
debetur etiam naturaliter, per tex. in l. si post diuisionem. C. de
iuris,& fact. igno. Subdit tamen Imo. quod in foro consciētiæ
etiam hæreditas potest retineri per hæredem scriptum in te-
28 pactus.§.de pact. † ita etiam teſtator potuit expreſsè ſtipulari legatario, qui in re legata cenſetur hæres.l. id tempus.§.1.ʒ.de vſucap.ideo Bar.bene dicit,ꝙ hæres conuenietur per legatariū ex tali promiſſione,quæ promiſſio, vt dixi,non interuenit in q. Bar.in d.l.cùm quis decedens.in prin. ¶Item inquantum Imo. & d.Alex.dicunt, ꝙ de tali promiſſione facta per hæredē teſtatori ſufficit probari per duos teſtes,qui ſufficiunt in ꝯtib. licèt aliud eſſet in vltimis volunta. Puto,ꝙ iſta deciſio nullatenus ſit
29 vera,† eo quia ſtipulatio interpoſita in vlt. voluntate. non ſeruat naturam ſtipulationis,& ſic ꝯtus,ſed in totum aſſumit na
a turam vltimæ volunta.tex.[a] eſt not.in l.1.§. ſi quis ſub condi-
30 tione.ʒ.vt leg.no.cauea.patet clarè, † quia ꝯtus celebratus in vlti.voluntate pōt reuocari per teſtatorem,vt no.tenet Bart.in l.cùm quis decedens.§.codicillis.ʒ.de leg.3.& tn̄ contractus regulariter ſunt irreuocabiles.l.in cōmodato.§.ſicut.§.cōmo.l.ſicut.C.de act.& oblig. Confirmo per tex. valde ſolennem, quia pœna falſi,quæ imponitur notario aliquid ſibi aſcribenti in teſtamento,habet locum in aſcribente ſibi contractum,qui fit in teſtamento,text.eſt not.& ſolē.in l.impuberem.§ qui liberti.&
31 ibi per Bar.in fi.ff.de fal.Et ſic eſt ibi tex.valde no.† ꝙ cōſtitutio pœnalis loquens in cōmittente falſum in teſtamento, habet locum in committente in ꝯtu, qui fit in teſtamento,ergo ibi eſt
b tex.contra Imo.& d.Alex.ꝙ qn̄ contractus [b] fit in teſtamento, non iudicatur de eo prout de ꝯtu, vt ſic duo teſtes ſufficiant, imò iudicatur prout de vlt.voluntate.Vltimò non eundo per mendicata ſuffragia contra illam deciſ.Imo.& d.Alex. ſtringit tex.in §.fi.Inſti.de fideicom.hæred.qui tex.eſt ſumptus ex d.l.fi. C.de fideic.vbi tex.appellat iſtam ꝓmiſſionem factam per hæredem teſtatori vltimam volunta.ita expreſsè dicit tex. ibi, ne pereat vlt.voluntas teſtatoris.Et ſi dicatur,prout dicit Are.hic,
32 qui perpendit de illo tex. † ꝙ iſta vlt. voluntas habeat inſtar ꝯtus pp promiſſionem, quam fecit hæres defuncto,certè iſtud non facit,quin debeat probari ſicut vlt.voluntas,ex fundamentis proximè relatis. Per iſta quatuor fundamenta puto nō eſſe veram cautelam,quã tradit d.Bar. Vero.in caut.177.vbi colligit talem cautelam.ꝙ ex quo eſt dubium,quot teſtes requirantur ad probãdum vlt.voluntatem,vt dixi.§.cautela eſt.ꝙ teſtator faciat hæredem ſibi promittere, aut (quod eſt ſecurius) faciat promittere notario ſtipulanti noīe legatarij, aut ipſi legatario ſi eſt præſens de præſtando legatum,vel fideicom.& tunc ſecun

ADDITIONES.

a ¶Tex.Adde Bar.in l.non ſolùm.§.morte.col.2.q.1.ff.de ope. nou.nunc.& dic, ꝙ ſtipulatio ibi non fit ad augmentum obligationis, ſed vt magis cautum ſit legatario, aliter & 2.rn̄det Cro.hic,qui tenet cōmu.opi.contra Iaſ.rn̄dendo ſuis arg. BELLOT.

b † Contractus. Adde, quæ ſcribunt Euer.lib. Arg.loco à contract.ad vlti.vol. Natt.conſi.73.col.2.Cepol.cautel.129. Doct.in l. hæredes palàm.ff. de teſta. Bar.in l.cùm quis decedens.§.codicil.ʒ.de leg.3. Roma.conſi. 171.nu.6. conſ. 293.1.dub.Clar.§.teſtamentum.q.75.de cautela autem,de qua per Iaſ.hic,vide Catel.ver.teſtatorem inducere.Clar.§.teſtamentum.q.95. MASVER.

ſecundum Bart. cùm tranſeat in contractum, duo teſtes ſuffi-
ciunt. Credo, ꝙ cautela non ſit vera, ex his, quæ ſuperius dixi,
& ita habes expeditam primam opp.Bar.¶ Circa tertiam opp.
33 Bar.de l.1.C.de vſufr.& de l.pen.C.vt in poſ.leg.† in quibus iu-
rib.dicitur, ꝙ cautio de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri,
non poteſt remitti vſufructuario per teſtatorem.Iſta oppo.vi-
detur inepta,& impertinens,& non facit contra text.noſtrum.
imò concordat,& propterea gl.mag.ĩ. in pen. parte allegat.d.l.
pen.pro concordanti ad iſtam l.Dic,ꝙ Bar.vult opponere non
contra tex.ſed vult opponere contra ea,quæ dixi.s.reſponden-
do primæ opp.vbi dixi,ꝙ teſtator non poteſt remittere ea,quę
tendunt ad ſolennitatem teſtamẽti, vt hoc tex. ſed bene poteſt
remittere ea,quæ reſpiciunt tenorem,& ſic quæ veniunt ex di-
ſpoſitione teſtatoris, quia in illis voluntas teſtatoris eſt ſeruan-
da.l.in conditionib.primum locum.in prin.ĩ.de condi.& dem.
Cõtra iſtud vltimum vult opponere Bart.de dictis ll.ſ.de l.1.C.
de vſufru.& de d.l.pen.in quib.dr̃ ꝙ teſtator non poteſt remit-
tere cautionem,de qua ibi, & tñ iſtud non concernit ſolenni-
tatem teſtamenti.Et dum Bar.ſubdit,ꝙ gl.mag. hic in fi.ſoluit,
ꝙ cautio de vtendo,& fruendo arbitrio boni viri,quamuis nõ
reſpiciat ſolennitatem teſtamenti, tñ quia eſt inducta fauore
hæredis, ideo teſtator non poteſt eam remittere, & reprehen-
dit iſtam ſolutionem per regulam.l.vnum ex familia.§.ſi rem.
ĩ.de leg.2.q̃a teſtator ita poteſt diſponere de re hęredis,ſicut de
propria.Errat Bar.quia imò.d.gl.mag. hic circa fi. allegat illam
l.pen.pro concordanti,& ſic non opponit de ea,aut malè dicit
Bar.ſed bene opponit de l.2.eo.tit.C.vt in poſ.leg.vbi eſt tex.ꝙ
teſtator poteſt remittere hæredi ſatiſdationem de præſtandis
legatis,vel fideicom.iuxta titulum,vt leg.no.caue. & reſpon-
det illa gl.ibi in fi.& bene, ꝙ ibi teſtator ſuo fauori tantum de-
34 rogat.† Et iſtud eſt,qđ formaliter dicit text.in d.l.2.ꝙ dictæ ſa-
tiſdationes voluntatis defunctorum tuendæ gratia in legatis,
& fideic.ſunt inductæ, ideo eorum voluntate remitti poſſunt,
& ſic Bar.non bene guſtauit gl.mag.hic in fi. Eſt verum, ꝙ iſtã
ſolutionem,quam Bar.reprobat,non poſuit gl. mag.hic in fin.
vt ipſe dicit,ſed bene poſuit gl.in d.l.pen.quam Bar.errore de-
ceptus debuit allegare.¶ Aliam ſolutionem ponit gl.in d.l.pen.
ꝙ ideo teſtator non poteſt remittere talem cautionem de vtẽ-
do,& fruẽdo arbitrio boni viri, eo quia talis remiſſio inuitaret
ad delinquendum,contra.l.conuenire.s. de pact. dota. & iſtam
ſolutionem ſequitur Bar.hic.An iſta ſolutio ſit vera, examina-
bo latè.ĩ.ſuper illa gl.magna ad fi.¶ Circa quartam oppo. Bar.
de Auth.ſed cùm teſtator.C.ad l.Falc.vbi teſtator poteſt hodie
prohibere detractionem falcidiæ,& tamen videtur contra ius
publicum.l.quod de bonis.§.1.ĩ.ad l.Falc.& reſpondet duplici-
ter Bart.hic,& per eundem Bart.in l.pactum inter hæredem.s.
de pac.& Bar.in d.Auth.ſed cùm teſtator.Adde circa primam
ſolutionem Bar.inquantum dicit in hoc eſſe caſum ſingularẽ,
35 † in quo valet teſtamentum,& legata debentur,licèt hæreditas
non ſit adita,intellige ſanè Bar.licèt hæreditas non ſit adita per
hæredem inſtitutum,& prohibitum detrahere fal. tamen cùm
hęreditas iſto caſu deferatur ad perſonas enumeratas in Auth.
hoc amplius. C.de fideicõ.neceſſe eſt, ꝙ tales perſonæ, quib.à
lege defertur hæreditas,adeant hæreditatem.d.Auth. hoc am-
plius.ſicut requiritur, ꝙ per venientes ab inteſtato adeatur hæ-
reditas ab inteſtato, vt legata debeantur, quia adeundo quaſi
contrahitur cum legatarijs.l.2. & 3.ĩ. de fideicom.liber. & dixi
in tex.in vlt.not.& ita tenet gl.not.& approbata in l. qui filiæ.§.
ſeruus s.de hęre.inſti.quam gl.reputat ſing.Bal.in Auth.ex cau-
ſa.in 2.opp.C.de libe.præte.¶ Circa ſecundam rationem,quam
Bar.dicit eſſe perſuaſiuam,quia tempore Iuſtinia.Imperatoris
Chriſtianiſſimi conſiderabatur meritum animæ erga Deum in
exequendo voluntatem defuncti,quæ conſideratio nõn habe-
batur tempore Digeſtorum,cùm eſſent Pagani,& ad hoc Bar.
ſpecialiter ponderat tex.in §.ſi verò expreſſim.in Auth. de hęr.
& Fal.colla.1.Dic,ꝙ ille §.potius probat oppoſitum, quia dicit
ibi tex.quædam fortaſſe iuſtè, & piè relinquenti meritorium
eſſe hæredi exequi.ergo vult, ꝙ illud meritum acquiratur, qñ
ſunt legata pia.ergo ſecus in alijs legatis.Non quoque eſt bona
ratio Bart. quia tempore.C.ſubiecti imperio erant Chriſtiani.l.
cunctos populos.C.de ſum.Trinit.& tamen illo tempore ante
tempora Authenticorum non poterat prohiberi detractio fal
36 cidiæ,& propterea Bar.dicit,ꝙ iſta ratio eſt perſuaſiua. † Et cir
ca iſtud quærit Barto.an teſtator poſſit prohibere Treb.& iſtud
ponit ſolùm Bart.in lect.impreſſis,aliæ lect.non habent,& me-
ritò,quia Bar.vbique tenet contrarium eius, quod hic tenet in
iſtis lect.impreſſis,quæ ſunt mendoſæ, & do.Alex.in l.Marcel-
lus.in princip.ĩ.ad Treb.vbi latè examinat iſtum arti. non facit
mentionem,ꝙ Barto.hic contrarium teneat illius, quod tenet
Bar.in alijs locis,& tamen ſi eſſet lect.Bar.do.Alex.indubitanter
faceret mentionem.¶ Circa iſtam 4.opp. Bart.aduerte ad duo.

37 † Planum eſt,ꝙ hæres poteſt remittere detractionem falcidiæ
legatarijs,quia eius cauſa inuenta eſt.Ita dicit tex. in l. poteſt.ĩ.
ad l.Falc.& in l.pen. & fin.C.eo. nunquid teſtator poterit in te-
ſtamento prohibere,ne d.l.poteſt.locum habeat, & ſic, ꝙ hæ-
res non poſſit remittere fal? do. Alex.in d.l.poteſt.refert Dyn.
Ray.Nico.de Neapo.& Imo.tenentes, ꝙ non, ꝙ teſtator non
poſſit prohibere,per tex.in l. Lucius.§.teſtator.de leg.2.qui non
videtur multum facere.do.Alex.allegat text.melius facientem
in l.Titio centum.in prin.ĩ.de condi.& demon.Tu adde alium
tex.magis no.in l.fin.§.fin.ĩ.de manu.teſt. vbi eſt tex. ꝙ ſi teſta-
tor grauat hæredem dare libertatem ſeruo,adueniente tali con
ditione, nunquid ſtatim poterit dare libertatem ſeruo, ante-
quam eueniat conditio? dicit tex.ꝙ ſic, quia talis conditio erat
38 adiecta fauore hæredis,ideo poteſt ei renunciare.† Item in re
ſua quilibet eſt moderator,& arbiter.l.in re mandata.C.mand.
etiam in abutendo,vt eſt tex.ſing.licèt vulgatus in l. ſed & ſi le-
ge.§. conſuluit.in verb. dum re ſua ſe abuti putant. s. de peti.
hære.Item quilibet poteſt renũtiare fauori, & iuri pro ſe intro-
39 ducto.l.pen.C.de pac.c.ſi diligenti.de foro compet. ¶ † Se-
cundò quæritur,an teſtator in teſtamento poſſit diſponere,ꝙ
hæres,quem grauauit per fideicom.reſtituere hæreditatem ali
cui,non poſſit per fideicom. cogi ad adeundum hæreditatem,
& reſtituendum,iuxta diſpoſitionem Senatuſcon. Treb? Imo.
in l.ita tamen.§.ſi pater.ĩ.ad Treb.tenet, ꝙ non, per regu.huius
l.d.Alex.ibi tenet contrarium. Et ꝙ teſtator poſſit prohibere,
facit tex.quẽ ibi d.Alex.in 2.col.dilatat,in l.ſi patroni.§.fi. & in l.
debitor.ĩ.ad Treb. & ad iſtum text.reſpondet do.Alex. ꝙ licèt
aliàs hæres inſtitutus cogatur adire,& reſtituere,& ſic teſtamẽ-
tum valeat,& iſtud reſpiciat publicam vtilitatem.l.vel negare.
40 s.quemad.teſta.aper.† Tamen ſecundum eum iſtud eſt hodie
correctum per d.Auth. ſed cùm teſtator. quæ Auth. licèt ſit
correctoria iuris antiqui, & loquatur in fal. extẽditur ad Treb.
& ſic ad caſum noſtrum, & ſic ſicut teſtator poteſt prohibere
fal.ita poteſt prohibere,ne hæres cogatur adire. Confirmatur
optimè,quia illa Auth.ſed cùm teſtator,eſt fauorabilis,ex quo
per eam reducimur ad ius antiquum legis. 12.tab. quo tẽpore
libera erat legandi facultas,& ideo ſuccedit reg.no.ꝙ lex quam
uis correctoria cenſetur fauorabilis,& extendenda,qñ per eam
reuertitur ad ius antiquum, quia res de facili reuertitur ad pri-
mam naturam ſuam.Ita tenet gl.valde no.& melior de corpo
re iuris in c.ſtatutum.in ver.numerandum.de præb.in 6.d. Ant.
in c olim tibi.de verb.ſignif.d.Alex.in l.ſi conſtante.in prin.in 6.
col.s.ſolut.matri.& iſta ratione vtuntur in ſimili Mod.in l.Mar
cellus.in prin.ĩ. ad Treb.in illa q. an ſicut teſtator poteſt hodie
prohibere Fal.ita poſſit prohibere Treb. ¶ Circa iſtam partem
Bar.formiat ſex.q.quarum quarta & ſexta non propriè ſpectãt
41 ad iſtam l.Aliæ quatuor ſic.¶ † Prima.q Bar.eſt,an teſtator poſ-
ſit derogare ſtatuto diſponenti,ꝙ teſtamentum debeat inſinua
ri apud acta iudicis, alias non valeat, & determinat,ꝙ non,per
tria fundamenta, de quibus hic per eum, cum quo alij omnes
* tranſeunt, *& eſt communis opin.* Idem tenet Bart.in l.Modeſti-
a nus.ĩ.de dona & in l.ſancimus.§.fin. C.eo. cum alijs concord.
hic traditis per d.Alex. Potiſſimum fundamentum Bar.eſt,quia
iuribus aliquid inducentibus pro ſolennitate, actus non poteſt
renunciari, prout etiam dicit Bart.in l.ſi quis in conſcribendo.
C.de pact & in l.ius publicum.s.eo. ſcilicet de pact. Cano.in c.
42 ſi diligenti.de foro comp.† Tu confirma optimè,quia iuri ſta-
tutario negatiuo non poteſt renunciari,ſecundum Ioan. And.
in addi.Spec.in tit.de appel.§.nũc breuiter.in addi.magna. Bal.
in l.fin.in 18.opp.C.de edi.diui Adri.tollen. Albe.in 1.parte ſta-
tuto.in qõ 18. quod intellige ſanè, quando ſtatutum eſt nega-
tiuum, vel quãdo vltra procedit ad annullationem actus ipſo
iure,ſecundum Bal.in c.tranſmiſſam.de elect. Tertium funda-
mentum Bar.eſt,quia ſolennitas,quæ requiritur propter falſita
tem euitandam,non poteſt per teſtatorem remitti, eo quia ta-
lis remiſſio inuitaret ad delinquendum,contra l.cõuenire.s. de
43 pac.dot.Iſtud tertium fundamentum Bar.poſſet † euandi., qñ
teſtator indirectè inuitat ad delinquendum, & hoc toleratur,
ſicut quando teſtator remittit tutori confectionem inuentarij,
per indirectum inuitat ad delinquendum,& iſtud toleratur,vt
dicetur.ĩ.in 5.q.Bar.ita eſt hic remittendo inſinuationem teſta-
menti, per indirectum intelligitur remittere illud, per ꝙ faci-
lius inuitatur ad delinquendum,& iſtud toleratur. Secus ſi te-
ſtator principaliter diſponit ſuper falſitate committenda,puta
diſpoſuit,ꝙ mulier non poſſit conueniri de furto, nec actione
rerum amotarũ. Iſtud quia directò inuitat ad delinquendum,
eſt

A D D I T I O.

a † Communis opi.Adde,quòd hanc ſequitur,& communem dicit Clar.§. te-
ſtamentum.q.65. vbi quod teſtator non poteſt prohibere inſinuationẽ à ſta-
tuto requiſitam.

est bene prohibitum.Ita propriè loquitur tex.in d.l.conuenire.
quam l.sic declarat Angel.in quæstio.per eum disputata,incip.
quidam ex notabili genere.quem refert,& sequitur do.Alex.in
consi.2.incip.visis codicillis.col.8.dum respondet.7.fundamen.
44 in 1.vol.& repetitum in 2.vol.consi.87.¶†Secūdò quærit Bar.
an testator possit remittere hypothecam,& sic an testator pos-
sit disponere,ne bona testatoris sint pro legatis tacitè hypothe-
cata,iuxta l.primam,& secundam.C.de lega.per Bar.& alios in
l.1.s̃.eo.& tenet,ꝙ sic, sequutus gl.in l.2.C.vt in poss.leg.quam
Barto.ibi reputat sing.& per eam determinat, ꝙ etiam testator
possit disponere,ne dñium rei legatæ transeat ipso iure in lega-
tarium,nisi apprehensa possessione. Adde, ꝙ similiter testator
potest in testamento facere, ꝙ licèt aliàs cōditio habeatur pro
impleta,quando non stat per implere debentem.l.iure ciuili.j̃.
de condi.& demon.potest testator disponere, ꝙ conditio non
habeatur pro impleta,dato, ꝙ non stet per implere debentem.
Ita signanter determinat Bar.in l.vter ex fratrib.s̃.de condi.insti.
45 ¶†Similiter testator potest facere,ne datio cohæredis extranei,
vel vulgaris substitutio tollat existentiam suitatis.Item ꝙ lega-
tum conditionale transmittatur, & ꝙ tacita cōditio impediat
transmissionem.ita tenet Bal.in c.cumana.in 6.col.de elect. Et
ꝙ testator possit facere, ꝙ legatum conditionale trāsmittatur,
& ècontra,ꝙ illud quod aliàs est transmissibile, non transmitta
tur,tenet Bal.in l.si pater.in 4.q.C.de insti. & substi.& in l.vnica.
in 2.not.per illum text.C.vt act.ab hæred. quinimo non solùm
testator potest istud expressè disponere,imò etiam ex tacita vo
luntate testatoris,& sic ex coniecturis illud, quod non est trās-
missibile,efficitur transmissibile.Ita not.tenet Bald. in l.vnica.in
vlt.col.C.de his,qui ante aper.tab. & secundum istam decis.re-
46 colo me sæpè consuluisse.¶†Tertiò quærit Bar.an testator pos
sit dare licentiam legatario capiendi possessionem rei legatæ
propria auctoritate,vbi de iure debet capere de manu hęredis.
l.1.§.rediguntur.j̃.quor.leg.& l non dubium.C.de leg. Et deter
minat,ꝙ sic,sequutus gl.ord.in l.Titia cùm testamento.§. Lu-
cuius.in glo.magna circa med.j̃.de leg.2.& idem cæteri tenent.
idem tenent Bar.in repe.l.creditores.in 2.q.prin.C.de pig. Bal.in
* l.1.in 3.col.C.cōmu.de leg.Ego ꝯfirmo istā concl.Bar *& commu-*
a *nem*,[a] per duo fundamento.Primò per simile,nam testator po
test dare licētiam tutori,quod propria auctoritate incipiat ad-
ministrare bona pupilli absq; alio decreto iudicis.ita tenet Bar.
in l.legitimos.in prin.in 1.col.s̃.de leg.tut.idem Bar.in l. & si plu
47 rib.s̃.de aucto.tut.† Secundò confirmo,quia bonum est argu-
mentum de iudice ad testatorem,& ècontra.l. non est mirum.
48 in prin.s̃.de pig.act † sed iudex potest dare licētiam parti ingre
diendi possessionem propria auct.gl. est ord.in l. iustè possidet.
& ibi Bart.& alij.j̃.de acq.pos.cum concor. quas aliquando ibi
49 dedi.¶Amplia istam concl.gl.& Bar.quinq; no.modis.¶†Pri-
mò amplia, qđ etiam in testamēto non solenni potest testator
dare licentiam apprehendendi possessionem rerum defuncti
propria auctoritate, vt est text. in l. fin.ff.de reb.eo. secundum
Bald.in c.cæterum.in 5.col.in fi.de iud. ¶Secundo amplia, ꝙ si
testator constituat se possidere,vel habere pro legatarijs,vel fi-
50 deicommissarijs,quamuis non valeat vt precarium,† quia ne-
mo rem suam precario rogare potest.l.neque pignus.j̃.de reg.
iur.tamen legatarius mortuo testatore potest ingredi propria
aucto.quia testator potest præuenire mortem tradendo.l. Lu-
cius.j̃.de leg.2.secundum Bal.in c.1.in pen.col.de confir.vti.vel
51 inuti.vbi dicit, ꝙ istud est suum dictum nouū. ¶†Tertiò not.
amplia,ꝙ etiam fideicommissario vniuersali potest testator da
re licentiam apprehendendi bona propria aucto. absque eo, ꝙ
hæres directus restituat re,aut verbo.Ita signanter determinant
Ang.& dom.Alex.in l.Paulus.prima.j̃.ad Treb. & not.quia est
magna ampliatio ad illam glo.quæ loquitur in legatis particu-
laribus, vt habeat locum etiam in fideicommisso vniuersali.
52 ¶†Quartò amplia,quod per illa verba testatoris, qđ hæres nō
impediat legatarium in possessione, intelligitur data licentia le
gatario capiendi rem legatam propria auctoritate.ita no.Ang.
in l.item si res.s̃.de rei ven. per illum tex.quem ad hoc reputat
clariorem,qui sit in iure,imò si testator diceret, vim fieri veto
legatarijs meis,videretur dare licētiam propria auctoritate in-
gredi,secundum Ludo.Rom.in repeti.Auth. similiter. C. ad l.
Falc.in 20.speciali piæ causæ inter vltimas volūtates,vbi refert
ita velle solū Bal.in l.1.C.cōmu.de leg.in lect.antiq.per text. fin.
secundum vnam lect.Iac.de Arc.in l.permisceri.§.species.j̃.de
acquir.pos.& sequitur simpliciter dom. Alex. hic. Idem refert
Ludo.Rom.in singu.38.vbi dicit, quod propter auctoritatem
Bal.obtinuit Floren.de facto propter grossitiem iudicis.Sed ta-
men text.in illo §.species.nihil facit secundum eum. Ego non
inuenio Bald.in lecturis meis, nec in lectu.impressa, nec in alia
53 istud dicere.¶†Quintò,& vltimò amplia, quod si testator di-
cat, relinquo vxorem meam dominam,& vsufructuariam bo
norum meorum,quo casu existentibus liberis intelliguntur so
lùm alimenta relicta,vt est gl.in Auth.hoc locum. C. si mulier
secundo nup.Bar.in l.Titia cum testamento.§.fi.j̃.de leg.2.cer-
tà illa verba important, qđ talia alimēta poterit vxor propria
auctoritate capere.ita tenet Ange.in l. rerum amotarū.prima.
s̃.rerum amot.alleg.Io.And.in addi.Specu.in tit.qui fil.sint legi.
§.1.& dicit, quod non reperit alium Doctorem de hoc facere
mentionem. Tu adde Albe.idem tenentem in loco ordinario
in d.Auth.hoc locum.in 2.colum.in fin.& ibi Barto. in 6.col.in
repet.idem tenet Bald.in c.fin.10.colum. de consue. & d.Alex.
hic.Et per ista tria vltima credo non bene consuluisse Rapha.
Cuma.in consi.114.incip.Anto. Benedicto filio.in 2.dubio,vbi
consuluit,quòd per ista verba liberè reuertatur,non videtur te
stator dedisse licentiam propria auctoritate ingrediendi posses-
54 sionem,eo quia verbum reuertatur,† est æquiuocum,& com
mune, vt per Bar.in l.centurio.in vlt.char s̃. de vulga.& pup.&
verbum liberè,non intelligitur de tali libertate, quę possit esse
sinistra causa scandali,iuxta ea quæ habentur in l.Meuius.§.fun
do.ff.de leg.2.Teneo cōtrarium, quia si per alia verba superius
relata,quæ sunt magis à remotis,videtur testator dedisse licen-
tiam propria auctoritate apprehendendi possessionem,quanto
magis per verbum liberè?de quo est tex.in c.de multa. in versi.
liberè conferat.de præben.per quem text.not.ibi Abb. in 1.col.
55 † quòd qui potest liberè actum facere,poterit sine cuiusquam
auctoritate,vel licentia, quod semper est notan.secundum eū.
Facit ad idem tex.in c.quæ in Ecclesiarum.in versi. liberum,de
consti.per quem not.Bald.& dicit ibi,ꝙ verbum liberè,signifi-
cat,ꝙ non teneatur requirere consensum illius, quem aliàs te-
b neretur requirere.Et de hoc verbo liberè, [b] alia plura scripsi in
56 l.1.C.de sacrosanct.Eccle. Ad ibi dicta me remitto. ¶†Quartò
quærit not.Bar. an renunciatio exceptionis,fictionis,& simula-
tionis valeat,& tenet,ꝙ non duplici fundamento.Nisi talis re-
nunciatio fieret postea ex magno interuallo post. & cum Bart.
tenent alij simpliciter hic nihil addentes ad decis. Bar.cum cō-
cor.hic adductis per d.Alex. Tu aduerte circa primum funda-
57 mentum Bar.ꝙ habet duo capita.† Primum est, ꝙ contractus
simulatus,cùm non habeat substantiam,non est contractus,&
in hoc Bar.bene dicit,& frequenter alleg.Adde ad hoc bene fa
cere tria.primò illud,quod egregiè not.Bal.in l.ab Anastasio.in
4.nota.C.man.vbi dicit, ꝙ simulata donatio dicitur colorata,
seu depicta,quæ extrinsecus habet aliquid, sed intrinsecus non
habet substātiam,prout etiam dicit Bar.hic. Secundò dicit idē
Bald.in l.ei qui.C.de distra.pig. ꝙ simulatio appellatur imago,
quæ habet superficiem veri, sed non medullam. Ideo simula-
tio collusio appellatur,secundum eum. Tertiò dicit opportu-
nè Bald.in l.1.C. plus val.quod agi. ꝙ contractus simulatus est
tanquam corpus carens spiritu, quia consensus est remotus ab
58 actu.¶Secundum caput argumenti Bar.est, † ꝙ talis renuncia
tio simulationis,quæ fit in eodē contractu,continet repugnan
tiam,quòd sit simulatus, & non sit simulatus,ergo nihil valet,
per reg.l.vbi repugnantia.j̃.de regul. iur. ¶ Tu autem aduerte
subtiliter, quòd hic non videtur aliqua repugnantia, quia stat
simul, ꝙ velimus contractum esse simulatum,& sic nullum.l.
emptor.j̃.de aqua.plu.arcen.alleg.per Bar.& tamen non possit
59 opponi exceptio simulationis, & sic nullitatis, † quia multa
sunt,quæ sunt nulla,& tamen non possunt allegari nulla.l post
mortem.in prin.s̃.de adop.glo.in l.si creditoribus. C. de ser.pig.
da.ma.& ita expressè dicit Ang.in consi.187.incip. A.& B.con-
60 traxerunt. ad fi.illius consilij. ¶ † Confirmatur optimè per il-
lud,quod consuluit do.Alex.in consi.32.2.vol.incip. oportunè
considerato themate. vbi si prælatus Ecclesiæ fecerit compro
missum super rebus Ecclesię incōsulto superiore,nihil valet,&
compro-

ADDITIONES.

a † Communem.Adde,quòd hanc communem dicit Clar.§.testamētum.q.68. vbi etiam quærit,quid si hæres rem legatam possideat, & legatario volenti propria authoritate eam apprehendere virtute licentiæ resistat,nunquid po terit etiam per vim illam apprehendere, & concludit, quòd non, secundum communem ibi relatam.de quo prin.arti. vide,quæ scribit idem Ias.in l.talis scriptura.nu.43.ff.de lega.1.Rom.consi.312. Dec.consil.243. Dilect. de Arte test.tit. 6.cautel.12. MASVER.

b ¶Verbo liberè.Adde Arc.in cōsi.76.Abb.in c.quia nos.extra de test. Gem.in c.1.de regularib.li.6.& p Doct.in c.1.de rescr.Et dic,ꝙ excludit impedimen tum,& requisitionem alterius,But.in c.1.de offic.ordi.Abb.in c.statuimus.de regular.Dec.consi.360.nu.5.vbi idem dicit de verbo quietè, de verbo autem liberè,vide,quæ scribunt Dec.in c.reprehensibilis.nu.5.de appel.Alex.consi. 96.lib.5.vbi Doct.in apost.Cur.tract.feud.4.par.nu. 155. col.3. Rom. consi. 211.nu.3. & importat illud verbum libere,sine contradictione, item ꝙ non teneatur requirere consensum illius,quem aliàs requirere tenebatur.item ap positum in legato vsusfructus omnium bonorum operatur, quòd dicatur da ta potestas legatario apprehendendi possessionem rei legatæ sine licentia alicuius,teste Rolan.qui doctè,& copiosè explicat, consi.42. num.18.& 20. lib.1. MASVER.

compromiſſum eſt nullum.c.veniens.c.de cætero. & cap.cùm
contingat.de tranſa.modo pone, ꝙ in tali compromiſſo fuerit
appoſitum pactum, ꝙ non liceat alleg.nullitatem cõpromiſſi,
certè licèt compromiſſum ſit nullum ex defectu formæ , ſeu
ſolennitatis,tamen non poterit allegari nullum. alleg. Angel.in
præalleg conſi.187.ad fin.tenentem,ꝙ ſi ſententia erat nulla ob
defectum ſolennitatis , & per pactum fuerit conuentum non
opponere de nullitate ob defectum ſolennitatis,certè non po-
terit dici nulla obſtante pacto.Nec obſt.ſm Ang.& do.Alex.in
61 conſi præallega ſi ſubtiliter diceretur contra,† Partes non poſ-
ſunt renunciare ſolẽnitatib.introductis de iure publico,vt hac.
l.& l.ius pub icum.ſ̃.de pac.no.in c.de cauſis.de offi.deleg.& in
clem.ſæpè.de verb.ſign.Quia reſpondent no.verum eſſe quan
tum ad hoc , vt actus valeat non ſeruata ſolennitate, quia par-
tes nõ poſſunt facere, ꝙ actus ex defectu formæ nullus valeat,
& ꝙ compromiſſum ipſo iure nullum ſit validum . Sed bene
poſſunt per pactum facere,ꝙ licèt actus ſit nullus, tñ non poſ-
ſet opponi,nec allegari nullitas,vt iurib.præalleg. & iſta eſt bo-
na,& ſing.limitatio ad hanc.l. Facit bene text.in l.2.cum gl.not.
62 licèt ipſi non allegent.C.cõ.vtriuſque iudi.¶†Cogita, ſi poſſet
ſaluari Bart.hoc modo,qui cum myſterio loquitur,qñ fuit ex-
preſsè actum inter partes,ꝙ cõtractus eſſet ſimulatus,& ſic de-
ficeret ſubſtantia , (iſta ſunt verba Bar.) & conſequenter,quan-
do partes egerunt,ꝙ talis contractus nõ valeret,nec in ſubſtan-
tia,nec etiam quo ad effectum . vnde ſi in eodem ꝯctu renun-
tietur exceptioni ſimulationis,ſi renunciatio valeret,eſſet quæ-
dam repugnantia , quia ſi non poſſet opponi exceptio ſimula-
tionis,valeret in effectu contractus contra voluntatem cõtra-
hentiũm,quod nõ eſt in ſupra dictis, in quibus non fuit actum
inter partes,ꝙ actus etiam non valeret in effectu , & tanto ma-
gis,vt ſalues Bar.quia ſicut contractus fuit ſimulatus,ita renun
ciatio fuit ſimulata. facit in arg.l.doli mali.verſi. diuerſum.ſ̃.de
* nou.Ego pro concluſione Bar. *& communi vltra Scribentes* facio
63 tale bonum fundamentum,† illud , quod non poteſt fieri per
ſtatutum, quod eſt plus,multo minus poteſt fieri per pactum.
l.non eſt ſingulis.ſ̃.de reg.iur.Bar.in l.alia.§.eleganter.ſ̃.ſol.mat.
latè Bal.in l.vacuatis.C.de decu.lib.10. Sed per ſtatutum nõ po
teſt remoueri, ſed tolli exceptio ſimulationis, ergo multo mi-
nus per pactum, probo aſſumptum. Nam ſtatutũ prohibens
exceptionem ſimulationis,eſt contra ius naturale,quia vbi de-
ficit conſenſus,ibi deficit ius naturale.ita tenet Bal.in conſi.117.
4.volu.incip.præmittendum eſt, ꝙ promiſſiones.in 2.col.Item
tale ſtatutum remouens exceptionem ſimulationis,eſt iniquũ,
& inualidum,& tunc propter iniquitatem talis ſtatuti recurre-
retur ad ſubſidium Eccleſiæ, vel Papæ. ita dicit Bal.in l.fin.§.in
64 computatione.in vlt.col.C.de iur.deliberan.¶ † Succeſſiuè in-
quantum Bar.limitat, ꝙ renunciatio ſimulationis non valet, ſi
fiat in eodem contractu,ſecus ſi poſtea fieret ex interuallo.Ad-
de tu pro iſta limita ſolẽnem tex.in l.4.§.ſi ab ignoto.ff.de man.
vbi eſt ſol.tex.ꝙ ſimulatio inducitur ex his,quæ fiunt tempore
ꝯctus,non autem ex his,quæ poſtea fiunt. Ita dicit text.ibi,ab
initio enim agi debet,vt imaginaria ſit emptio. & ita illum tex.
ad hoc no Bal.in l.1.in 10.q C. ſi ſeruus extero. & in ſimili tenet
Bart.in l.pacta nouiſſima. vbi aliquando dixi. C.de pac.& in ſi-
mili Bar.in cùm ſerus.ſ̃.de condi.& demon. Et ita habes expe-
ditam hanc.4.q.Bar.¶Quid autem ſi renunciaretur exceptioni
ſimulationis cum iuramento ? Tetigi aliàs plenè,nõ refero,ali-
65 ter.¶†Quintò quærit Bar.poſt Dy.an teſtator poſſit remittere
a tutori confectionem inuentarij, [a] concludit,ꝙ ſic,per text.cla-
rum in l.fi.ad fi.C.arb.tu.Adde tex.in l.cùm tale.§. Titius.& ibi
Bal.ad hoc no.ſ̃.de condi.& demon.Idem tenet Bart.in l.tutor
qui repertorium.in prin.circa med.ſ̃.de admi.tuto.Bald.in c.ex
parte.M.de app.¶Adde bonum ſimile, ꝙ ſimiliter teſtator po
teſt hæredi remittere neceſſitatem reddendæ rationis fideicõ.
vniuerſali,& ſic neceſſitatem conficiendi inuentarium. text.eſt
valde no.in l.cùm tale.§.1.& ibi gl.Bal.& Imol. ad hoc not.ſ̃.de
66 condi.& demon.¶†Contra concluſionem Bar. & communẽ
vr̃ facere,quia ſi tutor non facit inuẽtarium,ſtatim dicitur eſſe
in dolo præſumpto,quia lex contra eum ſtatim præſumit.tex.
eſt in d.l.tutor qui repertorium.in princ.& tex. in §.ſi verò non
fecerit.in Auth.de hær.& fal.colla.1.Sed dolus præſumptus de
futuro remitti non poteſt.l.ſi vnus.§.illud.ſ̃. de pac. eo quia in-
67 uitaret ad delinquendum,ꝯ l.conuenire.ſ̃.de pact.do. ¶†Hinc
eſt , ꝙ etiam minor aduerſus dolum præſumptum de futuro
non reſtituitur in integ.l.auxilium.in 2.reſpon.ſ̃.de min.Bart.in
l.1.§.nunciatio.vbi aliquando dixi.ſ̃.de ope.nou.nun.¶Defen-
* dendo concluſionem Bar. *& communem*, ex quo pro ea eſt tex.
68 clarus in d.l.fi.ad fi.C.arb.tu.† dic,ꝙ ideo per teſtatorem poteſt
remitti confectio inuentarij,duplici ratione.Prima eſt,quia pa
ter eſt ille,qui hanc remiſſionem fecit , & de patre lex nimium
confidit,ꝙ bonum conſilium pro filio accipiet.l.iſti quidem.in
fi.cum ſimi.ſ̃.quod met.cau. eo quia pater ſcit expedire pupil-
lo ſuo,ne pandantur facultates pupilli,quando ſunt aut nimiũ
magnæ,aut nimiũm tenues,vt iurib.hic alleg.per Bar. ¶Secun
69 da ratio eſt,quia iſta nõ eſt ſimplex, & effectualis remiſſio,† ex
quo poſtea iudex habet videre,& inueſtigare, an talis remiſſio
expediat pupillo,vel non,& ſi videt eam non expedire, poteſt
iudex eam non ſequi.l.vtilitatem.& l.in confirmando.ſ̃. de cõ-
fir.tut.hic alleg. per Bart.ergo non ſimpliciter inuitat ad delin-
quendum,ergo non eſt ſimplex remiſſiõ doli præſumpti futu-
ri.Ita bene defendo concluſionem Bar.& communem.¶Am-
plia iſtam communem cõcluſionem vno modo, deinde eam
70 limita alio ſingulari,& vtili modo. † Primò ergo amplia,ꝙ te-
ſtator poteſt remittere confectionem inuentarij non ſolùm tu
tori teſtamẽtario, cuius fides eſt approbata per teſtatorem,ſed
etiam poteſt remittere tutori legitimo,& etiam datiuo. gl.ha-
bes de hoc ordinariam in l.tutores.2.in verſic. publicarum. ad
fi.C.de adm.tut.Idem ſentit gl.in l.3.§.tutores.ſ̃.de ſuſp.tu. Iſta
tamen ampliatio viſa eſt iniqua Bald.hic, qui tenuit,ꝙ imò te-
71 ſtator non poſſit remittere,& ꝙ † remittendo videtur errare,
& propterea iudex non obſtante remiſſione teſtatoris poteſt
cogere tutorem ad confectionem inuentarij, ſi eſt de eo ſuſpi-
cio, ne ſupprimat res pupillares.argu.l.pen.§.1.ſ̃.vbi pupil.edu.
debe.& l.defenſionis facultas. C. de iur.fiſc. libr. 10. & ſequitur
ſimpliciter Flor.hic. Sed ante eos eandem limitationem etiam
in tutore teſtamentario ponit Bart. hic, ꝙ ſi appareat hanc re-
miſſionem eſſe contra vtilitatem pupilli,iudex non debet eam
ſequi.arg.d.l.vtilitatem. & l.in confirmando.ſ̃. de confir.tut.ita
etiam tenet Bald.in l.fi.C.arb.tut. Ang.in conſi.144.incip.reuo-
catur in dubium.ad fin. Limita iſtam communem concluſio-
72 nem.Pro limitatione ergo diligenter aduerte,† ꝙ non ſufficit,
ꝙ teſtator in teſtamento remittat tutori confectionem inuen-
tarij,ſed eſt neceſſe,ꝙ teſtator dicat,vel notarius,ꝙ teſtator ve-
tuit,vel prohibuit confectionem inuentarij fieri, prout forma-
liter dicit tex.in d.l.fi.C.arb.tut.in ver. niſi ſpecialiter teſtatores
inuentarium conſcribi vetuerint, & ibi Salyc. in ſpecie ad hoc
multum no.illum tex.Idem notab.tenet Ang.de Are.in §.præ-
terea.ſecũdo, in 14.col.Inſti.de excep.vbi formaliter dicit Ang.
de Are bonus practicus , quòd iſtud nunquam exeat mentem
tuam,qđ niſi tutor ſpecialiter, & expreſsè vetitus fuerit per te-
ſtatorem,licèt teſtator releuaret tutorem à confectione inuen-
73 tarij,non tamen per hoc tutor eſſet liberatus,† imò ſi nõ con-
ficeret inuentarium,poſſet contra eum iurari in litem, iuxta d.
l.tutor qui repertorium.in prin.& dicit,qđ vidit multos peritiſ-
ſimos in hoc errare.Alij nihil tangunt.Ego autem valde admi
ror, qđ Sal. & Ang.de Are. non allegauerint in terminis Ioan.
And.qui eſt ſupremæ auctoritatis idem tenentẽ in addi. Spec.
in tit.de tuto.§.generaliter.in ver.hoc autem notandum.vbi re
fert dominum ſuum in legib.d.Mart.Sili.in quadam quæſt.per
eum diſputata aliter tenuiſſe,quàm eum hic referat Barto. Ibi
determinat Mar.Syl.magiſter Ioan.And.in legibus, quod ſim-
plex remiſſio teſtatoris facta tutori ne inuentarium facere te-
neatur, nihil valet , quia ſic remitteret tutori redditionẽ ratio-
num,& ſic ne reddat rationem villicationis ſuæ, & conſequen
ter remitteret ius publicum,qđ eſt prohibitum.l. cùm quis de-
cedens.in prin.ſ̃.de admi.tut.& l.ſi vnus.§.illud.ſ̃.de pact.Si ve-
rò teſtator expreſsè vetuit,ſeu prohibuit,ne tutor faceret inuen
tarium, quia putabat eſſe vtile pupil.ne fieret , quod valet talis
remiſſio,nec debet tunc tutor inuentarium facere. Ita propriè
loquitur tex.in d.l.fi.quia veriſimile eſt,ꝙ teſtator,qui eſt pater
pupilli,velit vtilitatem filij ſui, niſi appareat teſtatorem erraſſe
circa remiſſionem inuentarij cõficiendi, quia putabat eſſe vti-
le pupillo,quòd non fieret,& tamen contrarium eſt vtilius, ſci-
licet fieri , vel quia ſuperuenit cauſa, propter ꝙ̃ expedit inuen-
tarium fieri, tunc iudex non debet ſequi prohibitionem teſta-
toris , imò debet cogere tutorem ad faciendum inuentarium,
d.l.vtilitatem.& l.in confirmando.ſ̃.de confir.tut. Iſtam deciſ.
refert,& ſequitur Ioan.And.ſupremæ auctoritatis in loco præ-
alleg.Ego habeo illam quæſtio.Mart.Syli.& cæteras omnes in-
ter quæſtiones antiquorum Doctorum nu.157.& incip.qõ eſt,
teſtator in teſtamento dedit tutores filijs.Pondera,quia tenen-
do iſto modo Bart.& Scrib.hic, & in locis præalleg.ineptè for-
marent qõnem eo modo,quo formant, nunquid teſtator poſ-
ſit remittere confectionẽ inuẽtarij,& dicunt, ꝙ ſic & loquunt
de ſimplici remiſſione , non autem de prohibitione , iſto mo-
do non bene guſtaſſent tex.in d.l. fin.in fin. ¶Quid tenendum?
Ego

ADDITIO.

a ¶Confectionem inuentarij. Adde,ꝙ eſt cõſuetudo loci,qua introductum eſt,
quòd tutor non teneatur facere inuentarium de bonis pupilli.ita Bar.in l.tu-
tor qui repertorium.ſ̃. de admi.tut.

Ego ſi mihi caſus contingeret in facto tenerem contrariũ,&
74 contrarium conſulerem, † ꝙ ſufficiat teſtatorem ſimpliciter
remittere confectionem inuentarij ad hoc,vt tutor excuſetur,
dato, ꝙ teſtator non vtatur verbo prohibuerit, aut verbo ve-
tuerit,prout eſt de mente Bar.& omnium Scribentium hic, &
in locis.s̃.proximè alleg.Ita etiam tenet Cy.in d.l.fi.idem tenet
Bal.in l.fi.§.cùm igitur.in pen.col.C.de iur.delibe.Ad ita tenen-
dum multum me mouet, quia paria videntur, prohibere con-
fectionem inuentarij,vel liberare tutorem à cõfectione inuen-
tarij,ſeu diſponere,vel remittere,ꝙ non teneatur conficere in-
uentarium.Ita probant duo tex.ſimul iuncti,tex.in l.ſi hæres ve
titus.j̃.eo.iuncta.l.cùm tale.§.Titius.in fi.in verb.reddendæ ra-
tionis remiſſa fuerit neceſſitas.j̃.de condi. & demonſt.pondera
in text.ibi,verbum remiſſa, & non dicit aliquid, ꝙ teſtator ve-
tuit,aut prohibuit.¶Secundò,quia in teſtatore non debet con
ſtitui differentia in tali formula verborum, prout dicit tex.in l.
quoniam indignum. C.de teſt.& text.in l.2.in prin. C.cõmunia
de leg.¶Tertio cõtra iſtam limitationem vr̃ eſſe gl. ſatis in ter-
minis in l.tutores.in verbo publicatum.ad fi.C.de admin.tuto.
quę gl.dicit,niſi teſtator eis remiſerit confectionem inuentarij,
per d.l.fi.& ſic pondera,ꝙ glo. non dicit vetuerit,ſed ſolùm re-
miſerit,& iſta vr̃ mihi æquior ſententia in conſulendo,& iudi-
cando amplectenda. Tamen magnæ ſunt auctoritates tenen-
tium contrarium.¶Sextò quærit Bar. an per pactum poſſit fie-
ri,ꝙ à ſententia arbitri poſſit appellari.Ex mẽte Bar. diuide hãc
quęſtionem in duos artic.¶Primus eſt,an hodie à ſententia ar-
bitri poſſit appellari in caſib. in quib. hodie ex ſententia arbitri
non oritur actio.¶Secundus arti.erit,an per pactum poſſit fie-
ri,ꝙ à ſententia arbitri poſſit appellari in caſib.in quib.non ori-
75 tur actio,ſed ſolùm metu pœnę paretur laudo arbitri. ¶†Cir-
ca primũ arti.aduerte,ꝙ præſens materia conſiſtit in illo funda
mento, ex ſententia arbitri non oritur actio iudicati, ergo ap-
pellari non poteſt,prout dicit tex.in l.1.C.de arbit.Ratio ratio-
nis eſt,quia arbitri eliguntur à partibus,& conſenſus priuatorũ
non poteſt tribuere iuriſdictionem non habenti l.priuatorum.
C.de iuriſd.om.iud.ideo arbitri nõ habent iuriſdictionem, ſed
ſimplicem notionem, quia poſſunt cognoſcere.l. ait prætor.in
prin.j̃.de re iud.imò generalius dicit glo.in d.l.1.C.de arb.ꝙ ab
illa demum ſententia poteſt appellari,ex qua oritur actio,& il-
lam gl.ad hoc reputat valde ſin.Bal.in c.præſentata.in vlti.col.
de teſta. ¶Contra iſtud fundamentum multa facere videntur.
76 † Nam ex ſententia lata ſuper legitimatione perſonarum non
oritur actio iudicati,& tamen poteſt appellari.l.ait p̃tor.§. per-
mittitur.s̃.de min.ſecundum Bal.in c.paſtoralis.in 5.col.de ap-
77 pel.qui per hæc reprehendit glo.in d.l.1. ¶ † Secundò ſi iudex
pronunciat tales teſtes eſſe,vel non eſſe admittendos,quamuis
ex ea non oriatur actio,tñ poteſt appellari, ſecundum Spec.in
tit.de teſte.§.1.in verſi.recepta autem probatione. Bal.in l.arbi-
tro.in lect.antiq.& ibi Ange.& Lud. Rom.s̃.qui ſatiſda.cogan.
78 ¶†Tertiò ſi iudex,de cuius iuriſdictione dubitatur, pronuntiat
ſe eſſe iudicem competentem,poteſt à tali ſnĩa appellari,vt eſt
gl.no.in Auth.habita.in gl.fi. C.ne fili.pro pat.& ibi Bal.in 3.col.
& cæteri ſequuntur.Sequitur etiam Bar.in l.2.in pen.col.s̃.ſi qs
79 in ius voc.non [illegible].& tñ ex ea non oritur actio iudicati.¶†Quar
tò ex ſententia [illegible] non oritur actio. l.4.§. condemnatum.j̃.
de re iudi.& tamẽ ab ea poteſt appellari.l.ſi expreſſim.j̃.de app.
Nec poſſes dicere,prout inferius dicit Bar.ꝙ appellando à ſen-
tentia,dr̃ eam tacitè approbare, per l.3.§.falſus.j̃.rem rat.habe.
quia iſtud dictum Bart. reprehenditur per omnes, vt j̃.dicetur.
80 ¶†Quintò à ſententia interlocutoria, quæ trahit ſecum execu
tionem,poteſt appellari etiam de iure ciuili.l.2.j̃.de appel.reci.
& tamen ex ea non oritur actio.l.1.§.ſi debitor.j̃. vt in poſſeſ.le
81 gat.¶†Sextò ex ſententia abſolutoria lata pro reo nulla oritur
actio iudicati,nec alia,vt habetur in l.Iuli.§.verum debitorem.
82 s̃.de condi.inde.& tamen ab ea poteſt appellari.¶†Septimò &
vlt.à tranſactione,& ſic ab actu extraiudiciali,qui nos lędit,po-
teſt appellari.l.à ſentẽtia.§.idem reſcripſit.j̃.de app.firmat Lud.
Rom.in d.l.ſi ab arbitro.§.ꝙ ſi medio.ff.qui ſatiſd. cogan. & in
conſi.261.incip.ſuper eo,quod quæritur,an à ſententia iudi. &
licèt Bart.in d.l.idem reſcripſit, non bene iſtud firmet, tñ idem
Bar.firmat in l.fi.in pen.col.ff.de app.recip. Et quod ab actu ex-
traiudiciali appelletur, eſt text.in c.cùm ſit Romana.§.ſi verò.
in ver.extra iudicium.& ibi gl.de appel.& tex.in c.concertatio-
ne.eo. tit. Niſi diceres ad iſta duo iura, ꝙ procedant de iure ca-
nonic.quo iure ab omni grauamine paſſim appellatur. c. quiſ-
quis oppreſſus.& c.ad Romanam.2.q.6.¶Potes reſpõdere de-
83 fendẽdo tex.& gl.in d.l.1.C.de arb. † qđ regulariter ex qualibet
ſententia ſolet oriri actio iudicati, vel actio in factum.l.actori.
C.de reb.cred.& l.miles.§.qui iudicati.j̃.de re iud.Ad iſtam cõ-
munem contingentiam habuit reſpectum tex.in d.l.1.& ibi gl.
C.de arbit. tñ quando materia,ſuper qua iudicatur,non tendit
ad productionem actionis, & actus fit ab habente iuriſdictio-
nem,qui grauat partem,nihil repugnat poſſe appellari: quini-
mo fortius tenet Bart.hic, qđ nihil repugnat poſſe appellari ab
eo,qui non habet iuriſdictionem,ſi tñ actus tenet,& habet effe
ctum iuris.Sicut ſ'm eum poteſt appellari ab executore,quem
cõſtat nullam habere iuriſdictionem.l.executorẽ. C. de execu.
rei iud. Sed qñ cõpromiſſum eſt ſimplex, ex laudo arbitri nul-
la actio,& nullum ius oritur, quia nullam habet iuriſdictionẽ,
& ſolùm metu pœnæ paretur tali laudo.l.diem proferre.§.ſta-
84 ri.ff.de arb.¶†Secundò aduerte,inquantum Bar.format argu-
mentum Dyn.hoc modo. Sicut per pactum poteſt renunciari
appellationi.l.1.§.2.j̃.à quib. app. nõ lic.l.fi.§.fi.C.de temp.app.
Ita per pactum debet poſſe fieri,ꝙ poſſit appellari, vbi aliàs nõ
poſſet.Iſta argumentatio non vr̃ bona, quia in primo caſu per
tale pactum de non appellando non agitur de tribuenda iuriſ-
dictione,prout fieret in ſecundo caſu,qñ per pactum ageretur,
ꝙ à ſententia arbitri,& ſic priuati hominis carentis iuriſdictio-
ne poſſet appellari. Niſi rñdeas ex mente, & ex verbis Bart.j̃.ꝙ
imò appellando per hoc,ꝙ poſſit appellari,non tribuitur iuriſ-
dictio,ſed bene impedit̃ actus,qui de iure valet,& tenet.¶Ter-
tiò inquantum Bar.refert Spec.in tit.de app.in §.in quib.in ver.
16.tenere ꝯ opi. Dy.ſ.ꝙ valet tale pactum,ꝙ à ſententia arbitri
poſſit appellari,credo ꝙ Bar.non bene viderit Spe. qui tenet de
directò ꝯrium,& dicit,ꝙ ſi conuenerit inter partes,ꝙ à ſnĩa ar-
bitri liceat appellare,ꝙ non valet inter partes conuentio. alleg.
in argũ bon.tex.in Auth. in med.lit.non fie.ſacr.iuſſio.circa fi.
prin.colla.8. vbi ad literã dicit tex.qđ.n.in legum poteſtate po-
ſitum eſt,non egebit aliqua extrinſecus diſpoſitione,vt ibi, & l.
85 priuatorum.C.de iuriſd.omn.iudi. ¶†Quartò prin.aduerte in-
quantum concludit Bar.ꝙ in caſib. in quib. hodie ex ſnĩa arbi-
a tri [a] oritur actio,iuxta.l.cùm antea.& l.ne in arbitris. C.de arbi.
poterit abſq; alio facto à tali ſnĩa appellari,eo quia tunc ceſſat
ratio, quam aſſignat tex.in l.1. C.de arbi.Bar.in hoc malè dicit,
* *& communiter reprobatur*,licèt etiam idem tenuerit Bar. in d.l.1.
C.de arb.vbi dicit iſtam eſſe ſuam nouam opi.cõtra oẽs,quam
putat eſſe veram,& in l.2.s̃.eo.Bar.& Pau.de Caſt.in d.l.arbitro.
ad fin. ¶Vt dixi iſta opin.eſt damnata à Legiſtis, & Canoniſtis.
Contrarium tenet gl.ord.in d.l.arbitro.& ibi Alb. de Roſ.Ang.
& omnes Mod.glo.& Doct.in d.l.1.C.de arbi.Io.de Imo.in l.fi.
in 1.char.j̃.à quib.app.non li.Imo.& do.Alex.& Are.hic, apud
Can.idem tenent d.Ant.de But.& do.Abb.in pen.col.in c.cum
dilectus.de arb.d.Ant.& Imo.in c.quintauallis.in 16.differentia
de iureiur.& atteſtatur Alex.hic,ꝙ communis opi.eſt in hoc ꝯ
Bar.Adde,ꝙ ſimiliter d.Abb.in c.ſuſpicionis.de offi.deleg.dicit,
86 ꝙ iſta opi.Bar.communiter non tenetur.¶†Fundamẽtum hu-
ius communis opi.cõtra Bar.eſt, [illegible]ia appellans videtur dicere
ſententiam ſibi diſplicere,vt dicit [illegible] C. ſi ſæpius in integ.
reſti.fue.poſtu.quo caſu non habet locum.d.l.cùm antea. vt ibi
eſt tex.in ver.diſplicebat,nec tunc oritur actio.Prĕterea in caſi-
bus poſitis.in d.l.cùm antea. non eſt expediens introducere re-
medium appellandi, attento, ꝙ per ſolam contradictionem
ſimpliciter factam intra decẽ dies impeditur poſſe naſci actio,
ergo fruſtratorium eſſet remedium appellandi.Nec eſt verum
aſſumptum Bart. quòd per appellationem appellans videatur
approbare ſententiam,per l.3.§.falſus. j̃. rem rat.habe. quia ibi
non dicitur,quòd appellando videatur ſententiam approbare,
ſed bene videtur approbare p̃ſonam illius, cũ quo lata eſt ſen-
tentia. Præterea ibi ſententia erat aliqua quo ad procuratorem
licèt falſum.l.licèt. C.de procu.& l. Plautius.s̃.eo.ſed erat nulla
quo ad dominum, vnde cùm talis nullitas inducatur ad me-
rum fauorem domini,nimirum ſi poteſt eam approbare,quia
quilibet poteſt renunciare fauori ſuo. l. ſi quis in conſcriben-
do.C.de pact. cap. ſi diligenti. de foro competenti, quæ ratio
87 ceſſat in p̃ſenti propoſito. ¶ † Præterea, & tertiò non de-
bet attendi approbatio, quæ fit,vt eodem inſtanti reprobetur.
l. qui ſic. ff. de ſolutio. l. Titio cùm morietur. ff. de vſufruct.
Præterea, & quartò in dicta l.tertia.§.falſus. approbatio, & re-
probatio tendebant circa diuerſa, quia dominus approbat fa-
ctum falſi procuratoris, vt habeatur perinde,ac ſi à princ. fuiſ-
ſet verus,ſed reprobat ſententiam iudicis,dicens eam eſſe iniu-
ſtam, vnde nihil repugnat in duob. diuerſis ſubiectis poſſe eſſe
duas

ADDITIO.

a ¶Hodie ex ſententia arbitri. Adde, quod ex ſententia arbitri oriatur actio,
& vide Alex.de Imo.in conſi.13.ver.& licèt.in 1.vol.

† Et dic, quòd arbitrit ſententia tribui actionem, & mandatur executioni in
duobus caſibus no.per Boer.q.284.nu.26. Lanfran.de arbit.in prin.num.10.
maxime ſi iuratum ſit compromiſſum.l.ne in arbitris.C.de arbi. quæ conclu
ſio fallit in arbitramento. Alex.conſi.1.nu.7.lib.5. vbi tamen datur actio ex
contractu compromiſſi,quæ omnia declara,vt per Rob.de ord.iud.cap.54.6.
part.in 2.actu prin.à nu.261.vſq; ad 274.& not.Pract.Pap.for.li.ex compro-
miſſo.verſi. in pœna,vbi dixi. MASVER.

duas qualitates contrarias.l.ſi ancillam.ꝟ.pro ſuo.ſed in caſu no
ſtro approbatio, & reprobatio tendunt circa vnum, & idem
ſubiectum, ſcilicet circa ſententiam, & ſic falſum eſt aſſumptū
* Bar.per d.l.3.§.falſus. Sicut *etiam communiter reprobatur* alius in-
tellectus Bar.quem per d.l.3.§.falſus.ponit Bart.in l. poſthumo.
C.de bon.poſſeſ.contratab.in l.filio præterito.ff. de iniuſto rup.
88 ¶†Quinto inquantum Bar.ſequendo gl.in l.2.ff.de arb.tenet, ꝙ
a emologatio [a] laudi, & diſpoſitio.d.l.cùm antea.habet locum
etiam, quando eſt factum compromiſſum cum pœna adiecta
clauſula, rato manente pacto, & ſic rato manēte compromiſ-
ſo, nam tunc etiam oritur actio ad id, in quo eſt condemnatus
ex ſententia arbitri emologata.Idem tenet Bar.in d.l.2. & in l.ſi
duo.in prin.ff.de arb.& in l.cùm antea.vbi etiam Bald.& Sal.&
Ful.C.de arb.idem Bar.in l.ait prætor.in prin.ꝟ.de re iudi. Spec.
in tit.de arb.in §.1.in ver.conſueuit, & in verſi. quid ergo.& ibi
Io.An.in addi.Bal.in l.poſt ſententiā in 1.col. C.de ſent.& in l.fi.
in 3.col.C.de execut.rei iud.& d.Ant. de But.in c.p tuas. de arb.
* *Et iſta eſt magis communis opin.* ſecūdum d.Alex.in d.l.ait prætor.
89 in prin.Fundamentum Bar.eſt,† quia propter talem clauſulam
videntur eſſe duo compromiſſa ſeparata, vnum cum pœna, &
aliud ſine pœna nudo pacto celebratum. Ideo etiam ſublato
vno per ſolutionem pœnæ, remanet aliud celebratum pacto
nudo, cuius reſpectu cadit emologatio laudi arbitri, & ſic po-
teſt habere locum diſpoſitio d.l. cùm antea. ¶Iſtam opin.licèt
magis communem reprehendunt Imo.dom.Alex.& Are.hic.
Raph.Cu.& latius d.Ale.in d.l.ait prętor.in prin. Cy.poſt Antiq.
in d.l.cùm antea. Io.And.& Imo.in c.dilecti.de arbit.& Imo.in
90 d.c.per tuas.† eo quia de iure ciuili ſolùm poteſt emologari
ſententia arbitri, quando factum eſt compromiſſum nudo pa
cto ſine pœna, & tunc in ſubſidium eſt inuenta prouiſio.d.l.cū
antea.ꝙ emologando ſententiam oriatur actio ex ſententia ar-
bitri, quæ aliàs pacto nudo non produceret actionem.l. iuriſg.
§.ſed cùm nulla.ff.de pac.Sed prouiſio ſubſidiaria ceſſat, quādo
promiſſa eſt pœna, ad quam poteſt agi, tunc prouiſio hominis
de pœna, facit ceſſare prouiſionem extraordinariam.d.l.cùm
antea.per reg.l.fi.C.de pact.conuen.¶Sed ſi vis tenere opi.Bart.
magis communem iſtud argumentum poteſt euadi ex funda-
mento Bart. reſpectu vltimi pacti nudi reſultantis ex clauſula
rato manente pacto, cuius reſpectu ceſſat ratio prædicta, & ſic
cadit ibi emologatio. Niſi negares aſſumptū Bar.ꝙ non dican-
tur duo compromiſſa, imò vnum tantum, prout etiam tenet
Raph.Fulg.in d.l.cùm antea.ex quo tendunt in idem, arg.l.qui
bis idem.ꝟ.de verb.obl.& illa clauſula rato manente pacto cen
ſetur pars illius compromiſſi.l.fundi partem.ff. de cōtrah.emp.
91 ¶†Sextò aduerte, inquantum Bar.no.vult, ꝙ per appellationē
non detur iuriſdictio, eo quia poteſt appellari ab eo, qui nō ha-
bet iuriſdictionem, ſi eius actus tenet, & habet effectum iuris.
patet, quia poteſt appellari ab executore, qui nullam habet iu-
riſdictionem.l.executorem.C.de execu.rei iudi. Adde bene fa-
cere, ꝙ à tranſactione, & ab alio actu extraiudiciali poteſt ap-
pellari, prout dixi ſupra in primo aſſumpto Bart.¶Septimò, &
vltimò aduerte, dum Bar.dicit, ꝙ in ciuitatib.Italiæ communi-
ter ſunt ſtatuta, ꝙ ex ſententia arbitri oriatur actio, tunc ſecun-
dum eum non eſt dubium, ꝙ poterit appellari.idem tenet Bar.
92 in d.l.1.C.de arbi.¶Tu adde fortius,† ꝙ à ſententia arbitri ele-
b cti ex neceſſitate ſtatuti poteſt appellari, [b] quamuis ſtatutum
non dicat, ꝙ oriatur actio.ita tenet Bar.in l.fi.& ibi Bal.& Sal.C.
de iud.vbi aliàs plenius dixi de hoc.Bar.in l.1.§.fi.ꝟ.à qui.appel.
non licèt, & eſt gl.expreſſa de hoc.2.q.6.c. à iudicib. & in gl.in c.
ab arbitris.in gl.fi.in ver.appellandum.& ibi Petr.de Ancha.de
offic.deleg.in 6. Ang.& Pau. de Caſtr.in l.apertiſſimi, per illum
tex.C.de iudi.latè Are.hic in 11.col.quamuis cōtrarium in hoc
vltimo videatur tenere idem Bar.in 1.conſti. C.in 1.col.ad fi.&
ſeq.ſed concorda hanc contrarietatem Bart.vt per Imo.in l.1.
in pen.col.ff.ſolut.mat.& ibi latius do.Alex.in 25.col. & ita ha-
93 bes perfectè expeditum primum artic.Bart. ¶†Circa ſecundū
artic.Barto.breuiter me expedio, an per pactum poſſit fieri, ꝙ à
ſententia arbitri poſſit appellari in caſib. in quibus non oritur
actio, Barto.concludit, ꝙ ſic, capiendo appellationem largè, &
impropriè pro quadam reuiſione, ſeu ſpecie reclamandi.l.non
diſtinguemus. §. cùm quid. ff. de arbitr. ſed non quantum ad
appellationem propriè ſumptam, cùm ſententia arbitri, quæ
nulla eſt ex defectu iuriſdictionis, nō poſſit per appellationem
* confirmari.Idem tenent communiter alij. *Et iſta eſt magis com-
munis opin.* ſecundum do.Alex.cum alijs concord. hic per eum
alleg.Inquantum tamen Bart.pro hoc alleg.tex.in l.arbitrio.ſe-
cundnm intellectum gl.ff.qui ſatiſd.cog. ꝙ habeat locum offi-
cium iud.licèt non appellatio, vt ibi, & l.fin.ꝟ. à quib.appel.non
lib.Iſte intellectus nullatenus ſtare poteſt, prout latius dixi in d.
l.arbitro.¶Capio gl.2.magnam, quam diuide magiſtraliter in
ſex par.prin. In prima declarat ſecundam partem tex.in gene-
re.In ſecunda declarat in ſpecie quo ad tempus. In tertia, quo
ad locum.In quarta quo ad conditionem.In quinta contra pri
mum de tēpore format duas opp. In ſexta & vlt.alleg. quinq;
concordantes non ad iſtam ſecundam partem, ſed ad primam
partem tex.& contra eam opponit, & bene ſoluit.Secunda ibi,
& dic tempore.Tertia ibi, item nō finitur obligatio loco. Quar
ta ibi, Item ꝙ dicit de conditione. Quinta ibi, item ad id, quod
dicit de tempore.Sexta & vlti.eſt ibi, Item facit ad hoc. ¶In ea.
gl.ibi, volo, ꝙ ſi hæres nō petat.gl.videtur corruptè loqui, quia
hæredi non competit actio ex teſtamento, ſed petitio hæredi-
tatis.Vnde debuit gl.dicere, ꝙ ſi legatarius non petat vſque ad
tantum tempus, quia legatario propriè competit actio ex teſta
mento cōtra hęredem, & propriè tex. loquitur de obligatione,
quæ debetur legatarijs contra hæredem. Niſi ſalues gl.ex mēte
Imo.hic, qñ aliquid eſſet legatum hęredi ab alio legatario iux-
ta.l.planè.§.ſi duob.cum ibi no.ff.eo.Sed plus placet id, qđ dixi.
¶In ea.glo.ibi, ſed tñ exceptione poteſt repelli.Habes ex glo.ꝙ
actio ex teſtamento, quæ ſui natura eſt perpetua, non finit ipſo
iure ex diſpoſitione teſtatoris, ſed tantum ope exceptionis, &
94 confirmat Bar.quæ dicuntur in text.† & gl.arguendo à chara-
ctere corporali ad characterem intellectualem, vt hic, per eū,
& latius in d.l.4.ff.de ſer.¶Subdit poſteà Bar.ad hoc, vt bona ſit
ſimilitudo tex.ꝙ etiam in prima parte, licèt prohibitio teſtato.
ipſo iure non valeat circa ſubſtantialia, valet tamē ex naturali
æquitate, & ſic in effectu ope except.& replicationis, vnde lega
tarius poteſt retinere rem ſibi relictam in teſtamento non ſo-
lenni, & agentem repellere ope excepti. cū ſibi naturaliter de-
beatur, per l.miles codicillis.§.veteranus, vbi ſolennis text.ff.de
teſta.milit. Et ꝙ relictum in teſtamento non ſolenni debeatur
naturaliter, ponunt glo.& Scrib.in l.cùm quis.C.de iur.& fact.
igno.& in l.1.ff.de condi.inde.& in l.cuius per errorem.ꝟ.de reg.
* iur.*Et ita tenetur communiter*, ꝙ legatarius poteſt retinere rem ſi-
bi relictam in teſtamento non ſolenni, quamuis contrarium te
neat Bal.in rep.l.1.in 19.col.in verſi. ſuper primo quæſito vide-
tur.C.de ſacroſ.Eccl.de quo plenè tetigi in l.ſi poſt diuiſionem.
95 C.de iur.& fac.igno.¶†Subijciunt Imo.& latius do. Alex.ꝙ in
foro conſcientiæ etiam hæreditas poteſt retineri per hæredem
ſcriptum in teſtamento minus ſolenni, per illud, qđ no.Inno.in
c.quia plerique.de immun. Eccl.& in c. quod ſicut. de elect.in
quib.locis tenet, ꝙ victus ſeu condemnatus iniuſtè per ſenten-
tiam, poteſt in foro conſcientiæ retinere id, in quo fuit indebitè
96 condemnatus. ¶†Ego in præſenti materia anno præterito con
ſului in cauſa valde ardua vltra montes, an nepos teſtatoris in
foro conſcientiæ, & ſic animæ, & ſine peccato poſſit auocare
hęreditatem ab hærede ſcripto in teſtamēto in ſcriptis ſubſcri-
pto, & ſigillato à 7.teſt.in cuius apertura non fuit in ſpecie cita
tus ipſe nepos, prout debebat, & non fuerunt ſeruata requiſita
à iure, quæ habes in titu.ꝟ.quemad.teſta.aper.per totum. ¶Pro
parte negatiua, ꝙ non poſſit ſine peccato auocare talem hære
97 ditatem, multa videntur ſtringere.† Primò, quia tale teſtamen
tum ſaltem eſt ſolenne, & validum de iure gentium, cū habeat
voluntatem teſtatoris, quæ voluntas probatur ex teſtamento
inualido, & non ſolenni.l.fi.ff.de reb.eo. & l.in teſtamento.ꝟ. de
fideicom.lib. ergo debet valere in foro conſcientiæ, & animæ
per regu.no. quam tradit Innoc.in c.quia propter.de elect.& in
98 c.ſi celebrat.de cle.excō.mino. † ꝙ qñ actus valet de iure gen-
tium, & habet voluntatem, & conſenſum partium, licèt non
ſit ſeruata forma tradita à iure poſitiuo, tamen eſt tutus in foro
conſcientiæ, & tale teſtamentum in foro conſcientiæ valet, &
ideo ſi aliquis eſt electus non ſeruata forma tradita per ius po-
ſitiuum, ex quo tamen interuenit conſenſus eligentium, & ſic
actus valet de iure gentium, talis electus eſt tutus in foro con-
ſcientiæ.Refert, & ſequitur d.Abb.Panor.in c.1. ad fi. de integr.
reſtit.Vbi ex hoc generaliter no.ꝙ in omni actu, in quo eſt prę-
termiſſa forma requiſita à iure poſitiuo, tamen in foro cōſcien
tiæ non debet quis ſibi facere conſcientiam, ex quo non inter-
uenit deceptio, & concurrit conſenſus, & voluntas, quæ requi-
ritur à iure gentium, & ita in caſu prædicto vidi conſultum in
ciuitate Mediolanen.per quendam magnum aduocatum, qui
ita conſuluit ſolùm ex auctoritate do.Abb.in d.c.1.ad fi. Idem
quod do.Abb.tenet formaliter Gem.in c.1.in princ.de ſpon.in
ſextò.per illum tex.probantē, ꝙ actus poteſt eſſe nullus de iure
poſitiuo,

ADDITIONES.

a ¶Emologatio. Adde, quod ſententia arbitri emologata pariat actionem, te-
net etiam Marian.Socin.in conſi, 27.col.5.ver.2.confirmo. & Pract.Pap.for.
libe.ex compromiſſo.verſi.in pœna.Alex.in l.ait prætor.1.reſponſ.num.3.ff.
de re iud.vbi etiam Iaſ.nu.8. MASVER.

b ¶Poteſt appellari. Adde, quòd hoc latè ponit Fely.in cap.fin.colum. penult.
de re iud.

† Lanfr.Balb.concluſ.467.

positiuo,sed valere in foro animæ,& in foro conscientię.idem
tenet Pet.de Anch.in reg beneficium.de reg.iur.in 6.¶ Secũdo
ꝙ ista parte facit,quod in terminis tenuit Pet. de Ancha.in reg.
99 possessor.in 1.q.de reg.iu.in 6.vbi in specie tenet, † ꝙ institutus
in testamento carente solennitatib.iur.ciuil.& habente consen
sum purum testatoris,potest licitè retinere talem hæreditatem
in foro conscientiæ,& sine peccato. ¶ Tertio facit, quod egre-
100 giè tenet do. Abb.in repe.c relatũ.primo,in 5.col.de test. † vbi
tenet,ꝙ stante statuto, ꝙ in ꝯctib.mulierum debeat interueni-
certa solennitas,puta consensus propinquorum,tñ contractus
mulieris factus sine fraude valet in foro conscientiæ , licèt non
sit seruata forma requisita à statuto , quod bene teneas cordi.
Quartò ad idem facit,quod tenet d.Abb.in c. porrectum.in 2.
101 no.de regular.per gl.2.ibi †, vbi tenet, ꝙ ꝓfessio facta omissa
forma tradita in reg. ligat tamen professum quo ad Deum , &
in foro conscientiæ. Ista sunt, quæ videntur stringere in fauorẽ
102 heredis scripti.¶ † Ego istis non obstantibus per plura cõsului
contrarium, præsertim per illud, qđ in terminis nostris multũ
in specie decidit Io.Cal.in 1.q. per eum disputata , quæ incipit,
Bononiensi statuto cauetur,vbi no.tenet, ꝙ hæres ab intestato
licitè potest petere,& consequi etiam in foro conscientiæ,& si-
ne peccato hæreditatem illius,qui testm̃ fecit, & alium hæredẽ
scripsit,tñ tale testamentum est effectum irritum, eo quia non
fuit insinuatum,nec positum in memorialib. ſm formam sta-
tuti,eo quia tale statutum fuit editum propter commune bo-
num ad occurrendum falsitatib.quę aliàs in testamẽto possent
committi.l.fi.C.de fideicom. ergo est seruandum in foro con-
scientiæ,si non inducit peccatum.8.dist.in c.quo iure.Istam de-
cisionem formaliter refert,& sequitur do. Alex.hic in 11.col.&
credo, ꝙ nihil melius adduci posset.nam in istis terminis testa-
mentum valebat non solùm de iure gentium,sed etiam de iu-
re ciuili , & probabat voluntatem testatoris , tamen quia post
mortem testatoris tale testamentum non fuit positum in me-
morialib.publicis,ex forma statuti fit irritum,vnde potest pro-
ximior ab intest.sine peccato in foro animæ auocare talem hę
reditatem.¶ Secundò moueor per illud, qđ egreg è, & not.te-
net Bal.in consi.285.tertij vol.incip. Si quis iuris ciuilis originẽ
103 consideret.vbi not.tenet,ꝙ † vbi lex ciuilis aliquid statuit,tale
statutum etiam in foro pœnitentiali,& animæ seruandum est,
nisi aliàs insit peccatum,vel dolus.c.quoniam omne.de pręscr.
alioqui si secus diceremus,esset dicere,ꝙ leges ciuiles essent vi-
tiosæ,& multorum animæ essent illaqueatæ,& damnatæ,quod
nullatenus est dicendum, quia esset maximum absurdum, cũ
leges ciuiles excusent conscientiam à peccato , vt ibi plenè per
104 eum.¶ † Tertiò moueor,quia hæres legitimus , qui est proxi-
mior ab intesta. non tenetur in foro conscientiæ dare hæredi-
tatem , vel aliquam partem hæreditatis hæredi scripto in testa-
mento, quod postea apparuerit nõ esse solenne secundum ius
ciuile,quamuis esset solenne secundum ius gentium,quia cùm
retineat ab intest.hæreditatem lege permittente,ergo non pec-
cat.23.q.4 in c.qui peccat. Ita tenent Legistæ,& Canonistæ ita
tenet not.Bald.in l.si post diuisionem. & in l.cùm quis.in 4.col.
ver.decimò probatur.C.de iur.& fac. igno.& in Auth.ingressi.
in 8 col.C.de sacrosan. Eccl.& in q per eum disputata, quæ in-
cipit statuto cauetur,ꝙ fœnerator.in 3.char. Idem tenet Ang.
in q.per eum disputata,quæ inci.Astensis miles in 16.col. Apud
Can.d.Ant.de But.in c nouit.in 12.col.de iud.& idem d.Anto.
105 in c.quia plerique.de immu.Eccle.& do.Alex.hic.¶ † Quartò
a moueor,quia etiam in foro cõscientiæ,& animæ leges ciuiles [a]
attendi debent , cùm fundentur in ratione naturali , licèt non
apices iuris,secundum Bald.in l.vnic.in 3.col.C.de confes.Et ꝙ
leges ciuiles ligent etiam in foro conscientiæ, tenet no.And.de
Iser.quem videas,in c.1.§.1.ante fi.de pace iur.fir.in vsib.feu. Itẽ
leges ciuiles,quæ non continent in se peccatum,sunt obseruan
* dæ etiam in foro pœnitentiali,& animæ.*Et ista est communis con-*
*clusio omnium*. Ita attestatur d. Abb.in proœ. Decre. quod inci-
pit.Rex pacificus.in 2.col.& in 2.q.Idem & latius tenet idem d.
Abb.in c.1.in 2.col. de constitu. vbi etiam idem dicit, ꝙ ista est
communis conclusio omnium, ꝙ si lex ciuilis nõ est nutritiua
peccati,ꝙ seruanda est etiam in foro animæ. Nam ex quo lex
ciuilis est edita auctoritate omnipotentis Dei , qui leges fecit
condi per suos ministros.8.dist.c.quo iure. & prouerbiorum.8.
vbi dicitur, per me Reges regnant , & legum conditores iusta
decernunt.si ergo sunt conditę auctoritate Dei.ergo seruandæ
sunt etiam in foro animæ, quia omnia nostra facimus , quibus
auctoritatem impartimur.l.2.§.1.C.de vet.iur.enuclean. Idem
etiam tenet dom.Abb.in c.2.de testam. & in c. quia plerique.in
106 colu.3.de immunit. Eccles. † Similiter statuta laicorum sunt
seruanda etiam in foro conscientiæ.glo.est ord. in c. quæ in Ec-
clesiarum.in glo.1.de consti.& ibi Bal. in 1.colum. eam ad hoc
no.& dicit,quòd non reperitur alibi in iure.Ista pars,secundum
quam consului,adhuc apparebit verior , si dedero responsum
107 allegatis supra in contrarium.¶ † Non obst.ergo in oppo.de-
ducta,quia respondeo vno verbo , quod procedunt quantum
ad retinendum,quia hæres scriptus in testam.quod non est so-
lenne de iure ciuili,si habet voluntatem,& consensum testato-
ris,potest in foro conscientię licitè retinere talem hęreditatem,
si eam possideat , & non molestetur per alium prætendentem
ius. Ita propriè loquuntur superius in contrarium adducta, &
ita etiam tenet Bal.in l.1.in 2.colum.C.de testa. Pau.de Cast.in
l.ad testium.§.conditionem.ŝ.eod.de testa. Ioan.de Imol.hic.d.
Abb.in c.1.in 2.colum.quod metus cau. Et propterea tenet in
specie Pet.de Ancha.in dict.regula possessor.in 1.q. quod insti-
tutus in testamento carente solennitatibus iuris ciuilis,& habẽ-
te consensum purum testatoris,licitè potest retinere talem hæ-
reditatem in foro conscientiæ. Et ita secundum, ꝙ respondi in
specie , declarat & limitat Doctor veritatis do. Alex.hic in 10.
col.& seq.licèt prædicta non alleget,quæ ego per me cumula-
ui.Et ꝙ debeat distingui quis possideat,& quis petat,habes bo-
num , & solen.text.in l.militis codicillis.§.veteranus.ŝ.de milit.
testa. No.prædicta,quia credo, ꝙ non habeas alicubi sic recol-
108 lecta.¶ † Iuxta istam partem quærit Bart. an per pactum pos-
sit tolli præscriptio,seu eius cursus impediri. ad.de dictis Barto.
Primò dum alleg.gloss.not.in l.cum quis §. si quis pro reo.ĵ.de
solu. vbi per dationem fideiussoris interrumpitur præscriptio,
quando fideiussor datur ante pręscrip.finitam,secus si ea finita,
quia facilius res conseruatur,quam de nouo inducatur,& dicit
ibi Bart.ꝙ quotidie allegatur illa lex cum glo. Tu dic,quòd de
hoc est tex.expressus,licèt glo.nunquam allegauerit , in l.1.§.fi.
cum l.seq.ĵ.de itin.actuque priuat.vbi est melior text.qui repe-
riatur in mundo ad hoc,secundum Bald.in c.vigilanti.in 2.col.
de præscrip.facit regula.l.patre furioso.ŝ de his,qui sunt sui vel
109 alie.iur.& c.quemadmodum.de iureiur.¶ † Secundò adde in-
quantum Bar.tenet,ꝙ si res transiret in alium,qui habeat bonã
fidem,ꝙ præscriberet seruituti non obstante pacto. In contra-
rium videtur facere regula,ꝙ mala fides auctoris nocet singu-
lari successori ad præscribendum, quamuis habenti bonam si-
dem quo ad impediendum præscriptionem. Auth.malæ fidei.
C.de præscrip.long.temp.& §.rursus. vnde sumitur illa Auth.
in Auth.vt spon.largi.coll.9 Defendendo Bar.dic no.quod illa
Auth.malæ fidei,& in corp.vnde sumitur,loquitur de præscri-
ptione rõne dominij, quãdo agitur de pręscribendo dominiũ
rei,vt patet ibi in tex.in versi dominii. non autem procedit in iu
rib.incorporalibus præscribendis,prout est hic in seruitute rea-
110 li,de qua propriè loquitur Bart.¶ † Hinc est, ꝙ si debitor alie-
nat rem per se alteri hypothecatam, emptor præscribit aduer-
sus talem hypothecam longo tempore , quamuis debitor , &
sic auctor sciret illam rem esse alteri hypothecatam.l.sequitur.
§.si rem.ĵ.de vsuc.secundum Cy.& Ang.in d.Auth.malæ fidei.
Spec.& Ioan And.in tit.de præscrip.§.1. in ver. quid si debitor.
& in ver.sed nunquid hodie.d.Alex.in l.Pompo.§. cùm quis.in
6.fal.ĵ.de acquir.pos.vbi do. Alex.non fuit recordatus de Bart.
hic.Idem tenet Ange.de Are.in §. sed istæ.in 8.col. Insti de act.
111 & in §.furtiuæ.Institu.de vsucap. ¶ † Tertiò in principali arti-
culo concludit Bart. per pactum non posse tolli , nec impediri
præscriptionem,quia præscriptio est introducta propter bonũ
publicum.l.1. ĵ. de vsucap. ergo ei renunciari non potest.l.ius
publicum.ŝ.de pact.Cũ Bar.tenent Raph. Cum.d.Alc. & Are.
hic,cum multis alijs concor.additis per do. Alex. quib.adde,ꝙ
idem tenet Bal.in l.si quis postquam. ĵ. de fideius.dom.Abb.in
rub.de præscrip.in vlti.col. Ludo.Rom.in repe.rub. ff.de arb.in
20.col.& in consi.201.incip. pro decisione præsentis dubitatio-
nis.in 2.colum.& istam tene.¶ Contrariam opin.tenet Dyn.per
aliqua fundamenta, quibus respondet Bart. & cum opin.Dyn.
tenent plerique præsertim Bal.hic sibi contrarius,& dicit,quòd
Docto.communiter adhærent opin. Dy.& ꝙ ipse pro ista par-
te consuluit.Idem tenent Flor.& Imo.hic, Bald. & Ange.in l.1.
C.ne rei domi.vel templo. Bald.in l.1.in 4.colum. C.de senten.
quæ pro eo,quod interest.Ioan.Andr.in additio.Spec.in titu.de
præscrip.super rub.in 2.colum.do.Anto.de Butr.in c.cùm non
112 liceat.de præscr.¶ † Potissimum fundamẽtum tenentium istã
partem Dyn.est,quia præscriptio principaliter respicit priuatã
vtilita-

ADDITIO.

a † Leges ciuiles.Adde,& declara,vt per eundem Ias.in l.si pœnæ causa,primo respon.ff.de condi.inde.vbi ponit exempla no.Cagnol.in Regu.quod a quoquam.post num.9.ff.de reg.iur.Ias.in rub.ff.de acquir.hær.num.21.24.& 30. & dic,quòd omnes tenentur credere iura esse bene condita,& continere veritatem,& teneri ad eorum obseruantiam.c.1.de constit.l.leges sacratissimæ. C.de legibus.not. Aymo consilio 134.numer.16.quod duabus potissimum sanctis, & christianis legibus docetur , vna Iurisconsulti in l. prima. ff.de solutio.altera Imperatoris in l. cùm quærebatur. C. vnde vi. MASVER.

vtilitatem præſcribentis,& ſecundariò publicam,prout declarat Bart.in l.1.ſ.ſolut. matrim.ergo ei poteſt renunciari,vt not. Bar.in l.pen.C.de pact. quia tunc non ſumus in caſu.l.ius publicum.ſ.de pac.Huic fundamento potes dupliciter reſpondere.
113 † Primò,ſecundum Imo.hic,ꝙ etiam iuri concernenti ſecũdariò bonum publicum renunciari non poteſt.l.de die.& l.Atilicinus.ſ.de pact.dotalib.iuncta.l.1.ſ.ſol.matr.Hoc ēt patet in l.quod de bonis.§.1.ſ.ad l.fal.Secundò reſpõde prout dicit no. Bar.in d.l.ius publicum.circa fin.ſ. de pact. ꝙ quando per l.aliquid ſtatuitur ex cauſa publicæ vtilitatis, licèt reſpiciat principaliter vtilitatem priuatam,tamen ei renuntiari non poteſt.allegat ad hoc.d.l.de die.l.2. & l.quemadmodum. C. de agri. & cenſi.lib.11.Sed præſcriptio videtur inducta expreſsè ob bonũ publicum, vt dicit text.in d.l.1.ſ. de vſucap.ergo ei non poteſt renuntiari,dato etiam,ꝙ priuatam vtilitatem principaliter re-
114 ſpiceret.Et ſic tene opin.Bar.hic,& in d.l.1.ſ.de vſuc.† limitat d.Alex.hic,quando prǽſcriptioni renuntiaretur cum iuramento,tunc bene valeret,per tex.in c.cùm contingat. cum ſimil.de iureiur.vbi in dote, & ſic in iure inducto principaliter in fauorem priuatam,ſecundariò publicum, renuntiatur cũ iuramento,vt hic,& in c.licèt mulieres.de iureiur.in 6.Imò fortius iſtud etiam procedit ſecundum eum in præſcriptione inducta odio alterius,quia iuri introducto in odium alterius poteſt renuntiari cum iuramento.c.ſignificante.de pig.declarat Bar. in l.ſi quis pro eo.in tertio & quarto membro principali.ſ. de fideiuſſ. Et dicit do.Alex.iſtud vltimum eſſe bene ponderandum, quia nõ
115 reperit ab alio ſcriptum.† Ego autem reperio [a] ab alio ſcri-
a ptum contrarium,& in terminis tenere Rapha.Cuma.in conſ. 169.incip.viſa copia præcepti.ad fi.vbi in terminis ſtatuti diſponentis,ꝙ debito præſcribatur decem annis,& ſic in præſcriptione inducta in odium negligentis petere, non poteſt renuntiari etiam cum iuramento,& iuramentum non validat huiuſmodi renuntiationem,per c.ſi diligenti. de foro compet.vbi habetur,ꝙ iuri publico non poteſt renuntiari etiam cũ iuramento, iuncta.l.2.& l.quemadmo.C.de agri.& cenſi.lib.11. & d.l.1.ſ.de vſucap.& iuncta glo.no.in Auth.vt ſine prohib.ma.cred. & ita etiam videtur tenere Ang.in conſi.55.incip Gul.& Fran.ad fin.
116 ¶ † Quartò inquantum Bar.tenet, non poſſe per pactum renuntiari ſtatuto diſponenti, ꝙ debito præſcribatur decẽ annis, eo quia talis præſcriptio eſt odioſa,quia currit ex ſola negligentia non petentis.l.fi.in fi.C.de edi.diui.Adri.tol. aduerte, quia illa.l.fin.in fin.loquitur in præſcriptione.30.annor. & illa bene eſt odioſa,quia procedit abſque titulo, & bona fide ex ſola negligentia non petentis, ergo non videtur facere ad propoſitum Bar.¶Defendendo Bar.dic no.ꝙ iſta præſcriptio ſtatutaria decem anno.eſt ſubrogata in locum illius præſcriptionis.30.ann. ideo aſſumit eius naturam, & cenſetur etiam ipſa odioſa, vt expreſsè no.Bal.in l.in contractib.in prin.in 1.no.per illum text.
117 C.de non num.pecu.vbi no.Bal.ꝙ † prǽſcriptio ſtatutaria minuens præſcriptionem longioris temporis, aſſumit eius naturam,& ita etiam dicit idem Bal.in c.ſi quis per 30. in vlti. col.ſi de feu.fue.contro. inter do. & agn.patet, quia iſta præſcriptio ſtatutaria decem anno.currit ex ſola negligentia non petentis,
118 ſicut & illa.30.anno.l.ſequitur.§.ſi viam.ſ.de vſuc.¶† Quintò, & vltimò diligenter aduerte in practica ad cautelam, quã tradit Bar.ad impediendum præſcriptionem ſtatutariam, ꝙ per pactum expreſſum agatur, ꝙ finita præſcriptione per lapſum decem anno. præfixorum à ſtatuto iterum deberi incipiat, & toties incipiat deberi,quoties completa fuerit, per text.qui prima inſpectione vr̃ bene facere, in l.ſicut in annos in prin.ſ. qb. mod.vſusfr.amit. Adde Bal.in repe.l.cunctos populos.q̃ pauci habent.in 40.col.C.de ſum.Tri.vbi per iſtam cautelam Bar.no. ꝙ illud,quod non poteſt fieri per viam renunciationis, fiat per viam repetitæ obligationis, & ideo poteſt teſtator, ꝙ poſſunt contrahentes,ita dicere,quoties præſcriptum fuerit, toties iterum deberi volo,quia deſinentia vnius eſt origo alterius,ſecundum Bald.in l.2.C.vt in poſ.lega.Idem tenet Flo.in l.ſi vſusfructus alterius anni.ſupra quib.mod.vſufr.ami.d.Bartho. Veron. in cau.65.& per eundem in cau.41.& 75.¶Licèt omnes teneãt iſtam cautelam Bart.mihi nullatenus placet. Moueor,quia per eam fieret expreſſa fraus ſtatuto,conueniendo,ꝙ elapſo decennio, & ſic decurſa præſcriptione ſtatutaria iterum deberi incipiat. Iſta conuentio ad nihil aliud fit, niſi vt fraudetur ſtatutũ, ergo nihil valet,per l.fraus.ſ.de legi,& l.non dubium.C.de legi. Et cùm partes non poſſint directò, & expreſsè renuntiare tali ſtatuto,eo quia cenſetur odioſum, & quia eſt introductũ propter bonum publicum,prout vtrunque habes hic per Bar.certè per indirectum derogaretur, contra regulam. c. cùm quid vna via. de regu.iur.in 6 & ſic per talem conuentionem ſtatutum redderetur eluſorium, & impoſitum verbis, & non reb. contra.l.2.ad fi.C.communia de leg.¶Secundò in contrarium bene facit tex.in bono ſimili valde not.in §. emphyteuſim.iuncto.§.neque illud.in Auth.de non alie. collatio.2. Dicitur in §. emphyteuſim, ꝙ res Eccleſiæ nõ poteſt dari in emphyteuſim, vt tranſeat vltra dos hæredes, & ſic vltra duas generationes accipientis,ſcilicet pro ſe,filijs,& nepotibus,& non vltra. Poſtea in §.neque illud.dicitur egregiè, ꝙ ſi facit pactum expreſſum, ꝙ poſt illos duos hæredes etiam tertius præferatur alijs, & de nouo debeat inueſtiri, tale pactum nihil valet, eo quia eſſet in fraudem legis, quia per illud pactum emphyteuſis eccleſiaſtica redderetur perpetua. Ita formaliter dicit ibi text.Sic in propoſito ſi vera eſſet cautela Bar.per eam actio perpetuaretur,& efficeretur perpetua contra diſpoſitionem ſtatuti expreſsè volentis,ꝙ præſcribatur decem annis. Ad idem bene facit,quod tenet d.Card.in cle.1.§.fi.in pen.q.de reb. Eccl.non alienan.vbi
119 tenet,† ꝙ prælatus,qui prohibetur locare ad lõgum tempus, & ſic ad decem annos,vt ibi eſt tex.cum glo.ſi locauerit ad nouem annos cum pacto de renouando locationem ad alios nõuem annos inchoandos à die finitæ primæ locationis,iſta conuentio nihil valet, eo quia videtur fieri in fraudem legis prohibentis prælatum poſſe locare ad longum tempus.allegat in argumentum cap.quanto.de priui.refert & not. ſequitur d.Alex. in conſi.68.1.vol.incip.viſis duobus elegantiſſimis conſilijs.vbi no.loquitur.Et tenendo iſtam partem contra omnes, & ſic, ꝙ iſta cautela non ſit vera,non ob.tex.in quo ſolo ſe fundat Bart. in l.ſicut in annos.in prin.ſ.qb.mod.vſusfr.amit.quia ille tex.nihil facit,& ad illum tex. reſponde prout formaliter reſpondet Bal.in l.vnica.in prin.C.de cad.tol.in 2.col. in verſi.2.not. argumentum ad quæſtionem, ꝙ ibi teſtator diſponit ſuper re ſua propria,conſtituendo in ea vſumfru. & eo finito iterum renouando,& iſtud poteſt optimè facere, vt ibi, ſed iſtud non poteſt fieri in caſu noſtro, quia eſſet contra ius publicum in frau-
120 dem ſtatuti.¶In ea.glo.ibi,nolo conueniri hæredem.† No.ex iſta gl.ſecundum Bar.ꝙ ſi teſtator ordinauit hæredem certo loco poſſe cõueniri,puta in loco domicilij,& expreſsè prohibuit ne alio loco poſſit conueniri,licèt de rigore iuris in omni loco ſit obligatus propter characterem,quia ſicut character, ita obligatio ſequitur eum quocunque loco.l.fin. C. de præſcrip.lon. tempo.tamen de æquitate obſtat exceptio propter voluntatẽ teſtatoris,niſi ſecundum Barto.& alios hæres dolo faciat,ne ibi conueniatur,vt ſic legatarium fraudet legato. Sic etiam limitatur illud,quod ſubiungit glo. de eo, qui poſt contractum eſt
121 effectus clericus, † quia ſic in fraudem ſtatuti fecit ſe claricari,vt habes per Bart.in l.1.ff.de fer.Io.And.in c.1.de oblig.ad ratiocin. cum concor.hic additis per d. Alex.& iſtam gl.not.etiã Bal.in c.1.de eo qui arm.bel.dep.& in l.affinitatis.in fi. C.cõmunia de ſucceſ.¶Adde etiam,ꝙ de iſta gl. Bal.in infinitis locis facit feſtum.Bal.in l.2.circa med.C.vt in poſ.leg.notat hic eſſe gl.
122 ſing. † ꝙ ſi teſtator diſponeret, ꝙ hæres non poſſet conueniri ſub iudice competenti,non valet talis diſpoſitio teſtatoris,quia eſt ꝯ ius publicum.Alibi idem Bal.in c. Eccleſia S.Mariæ.in 3.
123 col.de conſti.reputat iſtã gl.eſſe ſing.ad aliud,† ꝙ ſi laicus per ſtatutum municipale tutus cõtra creditorem præſcriptione triennij factus eſſet clericus, an virtute huius ſtatuti poterit ſe tueri in curia Ep̃ali.Io.And.in c.2.de excep.in 6.dicit, ꝙ hęc qõ fuit diſputata Bononiæ, & fuit determinatũ, ꝙ non, quia non debet ditari de alieno.ſed Bald.dicit, ꝙ effectus clericus mutat forum,non tñ perdit ius, quod eſt ſibi quæſitum. ita dicit eſſe gl.ſing.hic,q̃a hic exceptio in perpetuũ ęſtimatur,& ſtatutum, quod æquiparatur ſententiæ diffinitiuæ,non extinguit vires loci mutatione.l.cùm quædam puella.ſ.de iuriſd.om.iud.Iſtam gl.etiam reputat ſing.Bal.in c.nonnulli.in 8.col.de reſcrip.idem Bal.in c.fi.in pen.col.in fi.de fer.¶In ead.gl.ibi,item ꝙ dicit conditio,ſcilicet tacita.Reprehendit Bar. & cum eo alij omnes te-
124 nent, quia † conditio tacita ita impedit ortum obligationis ſicut expreſſa,vt eſt gl.in l.item quia.ſ.de pact. Tu ſalua no.iſtã gl.quia verum eſt, qñ tacita conditio ineſt obligationi, ſecus ſi ineſt executioni.glo.eſt in l.ita demum. per illum tex.ſ.de arb. gl.in l.3.C.eo.vbi etiam Bal. Idem tenent Bart.& alij in d.l.item quia.& ſubtiliter Bal.in illa.l.3.C.de arbi.& in l.ſi ex cautione.in 8.q.C.de non nu.pecu.& melius quam alibi Bal. in c fi.in 2.col. de præſumptio.vbi per eum ſubtiliter declaratur, qũo cognoſcatur,an conditio inſit obligationi,an executioni.dixi in d.l.itẽ quia.¶In ea.glo. ibi,item adid,quod dicit de tp̃e, eſt contra.C. eo.l.fi.Bart.& alij melius rñdent, ꝙ hic loquitur in obligatione perſonali,quæ oſſib.& perſonæ cohæret, vt character quidam, iuxta gl.in l.4.ſ.pro ſoc.ibi autem loquitur in dñio,& ſic in iure reali,

A D D I T I O.

a ¶Ego autem reperio.Adde tu,quòd etiam ante Comment. Hanc opin. tenet Hoſt.in ſum.de præſcrip.in §.quæ res.ver.opi.tamen eſt, & ponit etiam Fel. in rub.de præſcrip.col.7.verſi. ſi fallit quarto.

teali,qđ solùm adhæret corpori, sicut annulus digito, & vestis
corpori, ideo ista adhærentia potest esse localis, & temporalis.
¶In eadem glo ibi, item argumentum contra. C.vt in poss.leg.
125 l.2. & sic ad fin.gloss. Aduerte,quòd in illa l.2.est text. † quod
testator potest remittere hæredi satisdationem de præstandis
legatis, vel fideicommis. Amplia mirabiliter, vt istud procedat,
etiam si hæres sit vnus dilapidator bonorum, adhuç testator
potest ei remittere talem satisdationem, text.habes de hoc val-
de not.in l.fin.in princip.infra vt lega.nomi.cauea. Adde, quòd
similiter testator potest remittere cautionem Mutianam, ita
not.Ange.in §.præfatæ.per illum tex.in Authen. de nupt.colla.
4. Tu vltra Ange.adde de hoc text. not. in l.fin. infra de manu-
miss. testamen.¶Nunc videndum est, quę sit ratio,quare testa-
tor possit remittere satisdationem hæredi de prędstandis legatis,
vel fideicommissis.d.l.2.& tamen non potest remittere satisda-
tionem de vtendo,& fruendo arbitrio boni viri.l.penu. C.vt in
possessio.lega.& l.1. C.de vsufruct. Gloss.in d. l.penult. assignat
duas rationes diuersitatis. Bartol. supra in prima colum. repre-
hendit primam,& sequitur secundam, quia inuitaret ad delin-
quendum. Istam rationem tenet etiam Bartol. in l.pactum in-
ter hæredem. supra de pact.& in d.l.1.C.de vsufruct.Confirma
tur hoc,quia talis remissio de vtendo, & fruendo arbitrio boni
viri sonat in turpitudinem, quòd vsufructuarius possit dilapi-
dare,& abuti, ideo nihil valet. Ista ratio quam tenet Barto.non
videtur esse bona duplici ratione. Prima, quia secundum eam
etiam ipse hæres non posset remittere vsufruct. talem cautio-
nem de vtendo,& fruendo arbitrio boni viri, eo quia similiter
inuitaret ad delinquendum, contra. l. si vnus. §. illud. supra de
pact. & tamen ipse hæres potest eam remittere,vt probat text.
in d.l.penu.in verbo testamento. à contrario sensu.glo.& Bart.
in d.l.1.C.de vsufruct. & super hac difficultate Rapha. Cuma.
relinquit cogitandum. Imol. respondet, quòd ideo hæres po-
test remittere vsufructuario illam cautionem de vtendo, &
fruendo arbitrio boni viri, eo quia hæres posset totum donare,
& sic in re propria quilibet est moderator, & arbiter etiam in
abutendo, vt superius dixi. Ista responsio Imol. non est bona,
quia etiam ipse testator potuisset totum donare vsufructua-
rio,imò potuisset ei relinquere proprietatem,& tamen per hoc
non potest remittere cautionem de vtendo, & fruendo arbi-
trio boni viri, vnde tutius est tenere contra glo.prædictas,ꝙ si-
cut testator non potest remittere cautionem de vtendo, &
fruendo arbitrio boni viri, quia remissio sonaret in vitium, &
dolum, ita etiam nec hæres eius possit remittere, quia inuita-
126 ret ad delinquendum,& in d.l.penul. † non debet sumi argu-
mentum à cõtrario sensu, quia resultaret absurdus intellectus.
l.2.cum gloss.C.de condit.inser.vel potes dicere, quòd talis cau
tio potest ab hærede remitti tacitè non petendo eam,ita proce
dit glo.& Barto.in d.l.1.C.de vsufruct.non autem posset per pa
ctum expresè remittere. Sicut etiam iuramentum calumniæ
potest tacitè remitti non petendo,aut non præstando, non au-
tem expresè.l.2.§.sed quia veremur. C.de iuramen.calum.glo.
not.in l.sed si inter.in princip. supra de seruit.vrba. prædiorum.
¶Secundò principaliter contra istam communem rationem
facit, quia non videtur verum, quòd per talem remissionem
inuitaretur vsufruct. ad delinquendum, quia si dolosè aliquid
faceret in re, in qua habet vsumfructum, quod bonus vir non
fecisset, puta quia deterioraret rem, posset expelli ab vsufruct.
l.amplius.§.fin.infra de damno infect. Ita in terminis nostris in
l.amplius.§.fin.infra de damno infect. Ita in terminis nostris in
vsufruct.tenet Pau.de Cast. in Authen.qui rem.C.de sacrosan.
eccles.ergo non videtur verum,quòd per hoc daretur materia
ad delinquendum. Et per ista cum laude Dei remanet vtiliter,
vt puto,expedita ista l.

*SVMMARIVM.*

1 *Cautio,quæ non debuit interponi, si fuerit interposita, an committatur remissiuè.*
*Stipulatio interposita super aliquo actu, an semper intelligatur secundum naturam actus, super quo interponitur, remissiuè. & quando,num. 3.*
2 *Legatarius si stipuletur ab hęrede seruum in specie sibi legatum non esse fugitiuum, nihil plus sibi debetur, quàm eßet in legato. & nume.6.*
*Non procederet,quando legatarius eßet grauatus dare aliquid hęredi, vel quando hęres vellet teneri.*
3 *Stipulatio dicitur pendere tanquam acceßoria ab actu,super quo interponitur.*
4 *Verba debent aliquid operari.*
5 *Dispositio huius tex.procedit in titulo lucratiuo, secus in titulo oneroso, quia tunc tenetur.*
7 *Donans licèt non teneatur de euictione,tamen si promittit,tenetur.*

LEX LIX.

1 SI legati serui. † Stipulatio erronea,q̃ interponi non debebat,
si sit interposita,non obligat in effectu. hoc dicit,&
sic loquitur in hærede errante, secũdum intellectũ
gloss.2. Et de hoc,an cautio,q̃ non debuit interponi,si fuerit in-
terposita,committatur, vide subtiliter, & plenè Bart.post Dyn.
in l.si patronus. ff. de donatio. vel secundũ alium intellectum
gloss.3. Stipulatio simpliciter interposita etiam à sciente in-
telligitur secundum naturam actus, super quo interponitur.
hoc dicit. Concordantes sunt in gloss. Istum passum,an stipula
tio semper intelligatur secundum naturam actus, super quo
interponitur, latè disputaui, arguendo ad partes in rubr. ff. de
verborum obligatio. Ad ibi plenè dicta me remitto. ¶Diuidi-
tur ista l.in tres partes. In prima ponitur thema, & decisio. In
secunda ratio decidendi. In tertia ratio rationis. Secunda ibi,
quia qualis est. Tertia ibi, nec vllum in legato damnum.
2 ¶†Not.primò ex hoc text. quòd si legatarius stipuletur ab hę-
rede seruum in specie sibi legatum, non esse fugitiuum per
talem stipulationem nihil plus debetur, quàm esset in lega-
to, quia hæres debet præstare talem, qualis est, vt hic in
text. & l. si à substituto. §. fina. in fin.supra eodem.& stipulatio
dicitur pendere tanquam accessoria ab actu, super quo inter-
ponitur, dicit text. in l. 5. §. conuentionales. ff. de verborum
obligation. Alibi dicit text. in l. 1. §. si quis sub conditione.
ff.vt lega. nomine cauea. allegatus in glo. stipulationi easdem
conditiones, & causas inesse, quæ & in legato, & sic pondera
fortiter, quòd isto modo stipulatio interposita nihil operatur,
prout dicit iste text.ibi,nihil veniet in stipulatione. Et sic habes
per hunc text. notare magnam ampliationem ad regulam,
quæ habet, † quòd stipulatio interposita super aliquo actu, in-
3 telligitur, & regulatur secundum naturam illius actus, super
quo interponitur, vt iuribus allegatis in glo. vt procedat etiam,
si isto modo intelligendo stipulatio reddatur inutilis, & sine ef-
fectu. text.est hic not.& peregrinus: licèt nemo ad hoc aduer-
tat. Sed hoc videtur contra regulam.l.si quando.in princi.cum
simil.infra eodem.& cap.si Papa. de priuileg.in 6. † quia verba
4 semper debent sic intelligi, vt aliquid operentur: imò non so-
lùm clausulæ, sed etiam quodlibet minimum verbum debet
esse cum effectu aliquid operandi, secundum Bald. qui millies
allegatur ad hoc,in rub. C. de contrahen.emptio.in 9.quæstio.
& ante eum gloss.in cap.solitæ. in verbo tanquam. de maior.&
obedien. & glo.in l.1. in gloss.1. ff.quod met.cau. & in l.1. §. ait
prætor. ff.de vi, & vi arma. respondet Bald. in dicta rubr. C.de
contrahen.emptio.in 9.quæstio.quòd verba debent intelligi,vt
aliquid operentur:ita tamen,quòd intelligantur secundum na-
turam rei deductæ in contractu. Ita dicit notare Innocen.in c.
ex literis. de iure patrona. & dicit patere in l. si stipulatus. ff.de
vsuris.& ita etiam dicit idem Bald.in l.si à procuratore.C.man.
Vel aliter, & secundo tu responde, quòd illa regula procedit in
stipulatione principaliter interposita, secus quando accessoriè
interponitur, vt hoc text. cum concordantijs allegatis in gloss.
Tamen ad idem, quòd stipulatio interposita nihil operatur,fa-
cit text.in l.fluminum.§.an vitium.& in l.si ædibus.ff.de damn.
infect.quos Bartol.allegat post Iac.de Aren. & illi tex.assignant
rationem. Item aduerte,quòd iste tex.procedit in titulo legati,
qui est lucratiuus,vt l.si hæreditatem. ff.manda.secus est in con
tractu oneroso, vt empt.& venditio, † quia venditor promit-
5 tens seruum venditum non esse fugitiuum, indistinctè tenetur,
si reperiatur contrarium, cùm pretium recipiat, & maius pre-
tium,vt ita se obliget.l.si ita quis.ff.de euictio. & l.si apud. C.de
6 ædil act.quas alleg gloss.fina. pro contrarijs† Hinc infertur, ꝙ
si in isto tex.seruus fuisset legatus non purè, sed sub cõditione,
si legatarius daret certum quid hæredi, & propter promissio-
nem hæredis asserentis seruum legatum non esse fugitiuum,le-
gatarius adimpleuit conditionem, & sic soluit quantitatem,
quia isto modo versatur in damno, tunc hæres tenetur ad in-
teresse, si seruus reperiatur fugitiuus, secundum Paul.de Cast.
hic in lectura Bonon. qui dicit per alios non tangi, & esse sub-
stantiale. refert etiam, & simpliciter sequitur do. Alexan. hic.
¶Secundò limita, quando hæres expresè vellet teneri contra
naturam legati de vitio serui fugitiui, tunc obligaretur non
propter interesse damni, quod non patitur legatarius, sed pro-
pter interesse lucri cessantis, ad quod hæres simul potuit se
7 obligare, † sicut donans, qui tenetur de euictione, tamen si
promittat obligatur. l. Aristo. in fin. cum gloss. ff. de donatio.
* secundum Bartol. *& communiter* alios hic, quamuis Iacob. de
Are. tenuerit conrrarium per aliqua iura, quibus respondet
Bartol. & bene, & cum Iacob. de Are. tenuerunt Raynu. &
Bald. hic, sed teneas præcedentem, quæ est magis commu-
nis, &

nis, & ideo dicit Rapha. hic, quòd opinio Iacob.de Arc. eſt falſiſſima.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator ſi legat rem pignori obligatam, quando & quib. caſib. tenetur hæres eam luere.nu.7.9.17.& 20.*

2 *Argumentum de re aliena legata ad legatum rei pignoratæ valet. & num.7.*

3 *Voluntas teſtatoris in vltimis voluntatibus tanquam Regina attenditur.*

4 *Teſtator legans rem ſuam alteri obligatam, an videatur legare talem, qualem habet.*

5 *Teſtator intelligitur minus grauare hæredem quàm ſit poſſibile, & num.13.*

6 *Ius pignoris propriè non reſpicit rem, ſed perſonam.*

8 *Legatum factum valde amico, æquiparatur legato facto coniunctæ perſonę.*

*Diſpoſitum inter coniunctos ſanguine habet locum inter coniunctos non leui amicitia.*

9 *Hęres, & non legatarius tenetur luere rem legatam, quando aliàs legatum eſſet inutile.*

10 *Hęres tenetur ſoluere collectas, & onera pro fructuario, quando aliter legatum eſſet inutile.*

11 *Hęres tenetur perquirere rem legatam abſentem in longinquo ſumptib. proprijs, & non legatarij.*

12 *Res obligata pro tanto quantum valet, & vltra, videtur exiuiſſe patrimonium obligantis, & pro aliena habetur.*

14 *Teſtator ſi rem in teſtamento legatam pignorauit, quando intelligatur legatum reuocaſſe, & nu.20.*

15 *Creditor habens rem debitoris obligatam pro tanta ſumma, quòd non ſit veriſimile, quòd debitor illam luat, habetur loco domini.*

16 *Experientia eſt rerum magiſtra.*

17 *Res legata ſi per teſtatorem ex eius debito, vel hęredis fuiſſet obligata, an hęredes tenentur luere, & nu.18.*

19 *Tex.in hac l.generaliter procedit in re obligata pro debito hęreditario, & etiam pro debito alieno.*

20 *Intellectus ad iſtum tex.communiter reprehenditur.*

21 *Hęres non tenetur rem legatam per ſe pignoratam luere, ſi teſtator in teſtamento ſibi permiſiſſet, quòd poſſet talem rem pro ſuis neceſſitatibus pignorare.*

22 *Si teſtator legauit mihi rem meam per me obligatam, hęres tenetur eam luere.*

23 *Si in legato vniuerſali reperitur res obligata, legatarius, & non hęres tenetur luere.*

*Legatum vniuerſale ſemper tranſit ad legatarium cum onere ſuo.*

24 *Mercator, qui legat apothecam pannorum, intelligitur illam legare cum debitis, & creditis.*

25 *Conſuetudo ſi extet, quòd mortuo Parochiano Sacerdos habeat illius veſtes, hęres non tenetur luere veſtes pignoratas.*

26 *Legatarius, & non hęres luit rem ſibi legatam, quę ante teſtamentum facto legatarij erat obligata.*

27 *Actio ex teſtamento non producitur ex tacita voluntate teſtatoris.*

28 *Teſtator in eius teſtamento non poteſt inferre pręiudicium creditoribus ſuis.*

29 *Voluntas tacita, quamuis colligatur ex coniecturis, non tantum operatur, quantum expreſſa.*

30 *Ex ea voluntate teſtatoris agi poteſt, quę ad diſpoſitionem tranſit.*

31 *Tacitum habetur pro expreſſo, quando tranſit ad diſpoſitionem.*

32 *Omiſſum à teſtatore in ſcriptura, & in prolatione verborum diſpoſitiua habetur pro omiſſo.*

*Non creditur teſtatorem voluiſſe, niſi illud, quod expreſſit.*

33 *Tex.in l.nutu.infra de leg.3. loquitur de tali nutu, per quem voluntas perpendatur.*

*Fideicommiſſa vniuerſalia non poſſunt relinqui nutu.*

34 *Intellectus ad l.3.C.de legatis.*

35 *Ignorantia non toleratur, nec pręſumitur in facto proprio, & quando toleratur.nu.36.& 37.*

38 *In facto alieno ignorantia pręſumitur, & nu.40.*

39 *Dominus ex contumacia procuratoris citati non dicitur verus contumax.*

40 *Ignorantia in facto alieno ſępius tractato non pręſumitur.*

*Item non pręſumitur in facto alieno, quod quis tenebatur indagare.*

41 *Scire factum alienum ille pręſumitur, qui illud indagare tenetur ratione officij.*

*Paſtor non excuſatur, ſi lupus oues comedit, & neſcit.*

42 *Facta nobilium pręſumuntur nota, & ideo non toleratur ignorantia.*

43 *Scientia pręſumitur in factis illicitis, & non ignorantia.*

44 *Solutione eius, quod debetur etiam facta à penitus extraneo, tollitur omnis obligatio.*

45 *Legatarius quatuor temporibus poteſt petere ſibi actiones cedi per creditores contra hęredem.*

*Exceptio ceſſionis, & omnis exceptio, quę non impugnat ſententiam, poteſt opponi contra ſententiam.*

46 *Non poſſidens poteſt petere ceſſionem ſibi fieri.*

47 *Exceptio, quę obſtat cedenti, non obſtat ceſſionario.*

## LEX LX.

SI res obligata. Rem legatam, quæ eſt pignori obligata, cogitur hæres liberare in tribus caſibus hic poſitis, in quibus ſi legatarius eam luat, cedendæ ſunt actiones contra hæredem, vel via exceptionis, vel officio iudicis, hoc dicit iſta magiſtralis, & ſolennis lex. Et dicit Raph.Cuma. hic circa princip. quòd non eſt lex in hoc titulo, quæ habeat materiam magis inuolutam, & peius declaratam. ¶Diuiditur ſecundum Barto.& communiter Scribētes in duas partes principales. In prima ponit, in quibus caſibus teneatur hæres liberare rem legatam, quæ ſit obligata. In ſecunda ponit, per quem modum hæres cogatur liberare, ſi creditores conueniant legatarium hypothecaria. Secunda ibi, quòd teſtator. Rurſus prima prima principalis ſubdiuiditur in duas particulas. In prima ponit vnam regulam, quando teſtator ſcienter legauit rem obligatam cum vna exceptione. In ſecūda ponit aliam regulam, quando teſtator legans ignorabat rem obligatam, cum duab. exceptionibus. Secunda ibi, neſciat. ¶Not.primò ex hoc text.
1 duas regulas cum tribus exceptionibus, † & ſic in effectu habes tres caſus, in quibus ſi teſtator legauerit rem pignori obligatā, hæres teneatur eam luere, & liberare, ſcilicet, quando teſtator ſciebat eam eſſe obligatam. Item quando ignorabat, ſed veriſimiliter eandem, vel aliam fuiſſet legaturus, quia fortè erat coniuncta perſona teſtatori, vel quando aliquid ſupereſſet legatario exoluto ære alieno. ¶Examinemus per ordinem pro intellectu text.iſtos tres caſus. ¶Primus caſus eſt, quando teſtator legans ſciebat illam rem eſſe pignori obligatam, vt hic, & §.ſed ſi rem ſuam. Inſtitu.de lega.& l.prædia. C.de fideicom.&
2 l.licet.ff.de dote prælega. † Adde bene facere, quia bonum eſt argumentum de legato rei alienæ ad legatum rei obligatæ, ita æquiparat text.in d.§. ſed ſi rem ſuam. Inſtitu.de lega.ſed quando teſtator legat rem alienam ſcienter, intelligitur grauare hæredem, vt eam redimat.l.cùm alienam. C.de lega. & l.non dubium.in fin.ff.de lega.3. ergo ſimiliter, quando teſtator ſcienter legat rem obligatam, intelligitur grauare hæredem, quòd eam luat, & liberet, & hoc verum, niſi aliter appareat de animo teſtatoris, vt ſubiungit tex. quia in hoc fallit omnis Regula in vltimis voluntatibus, præter l.nemo poteſt. cum ſimil.ſup.eodem.
3 † quia voluntas teſtatoris tanquam regina attendi debet, quæ regulat vltimas voluntates, ita dicit Iuriſconſul.in l.in conditionibus primum locum obtinet. in princip. ff.de conditio. & demonſtratio.& in l.non aliter.ff.de lega.3.Stat ergo, quòd quando teſtator ſcienter legat rem obligatam, quòd hæres tenetur
4 eā liberare. Ex quo habes correlariè notare, † ꝙ teſtator legans
a rē ſuam alteri obligatam, non videtur legare talem qualem habet, & ſic videtur ſolùm legare illud ius luendi, quod habet. ¶Contra iſtud fortiter opponit, ꝙ imò teſtator nunq̄ debeat videri grauare hæredem onere luendi, quia quando teſtator habet aliquod ius in re, vel ad rem, vel pro re, illud tantum legare videtur, & non plus. l.idem Iulianus. ſupra eodem.& l.ſi domus. §.fina.infra eodem. Item liberatur hæres, quando rem legatam tradit talem, qualis eſt, vt dicit text. in l.ſeruo legato. §.ſi fundus.& in l.legatum. §.fin. infra eodem. & in l.ſi à ſubſtituto. §.fina.in fin.ſupra eodem. & in l.ſupra proximè præcedenti, & quantuncunq; illud ius, quod habet teſtator, ſit finiturum eius morte, & ſic nullam ſit allaturū vtilitatem legatario, illud tantum intelligitur legare, & non plus, ideo ſi habeat ſolùm ius vſusfructus, illud tantum intelligitur legare, quamuis finiatur eius morte, text. eſt in l.vxor patrui. C.de lega. & in l. quod in
5 rerum.§.1.ſupra eodem. † vt ſic teſtator intelligatur minus grauare hæredem, quàm ſit poſſibile. l. vnum ex familia. §.ſi rem. ff.de leg.2. cùm ergo in caſu noſtro teſtator in re legata habeat dominium, item habeat ius luendi, illud tantùm intelligitur legaſſe, quod habet, & non plus: ergo videtur, quòd indiſtinctè onus luendi rem pignoratam nunquam debeat ad hæredem ſpectare, ſed ſemper ad legatarium. Angel.reputat iſtud contrarium eſſe multum difficile, licèt non ita plenè illud formet, nec ipſe

ADDITIO.

a ¶Teſtator legans rem ſuam. Sed quid ſi teſtator rem, quam Titio legauit in teſtamento, legat vxori in codicillis, an videatur in totum, vel in partem ademiſſe legatum Titij, & an in dubio præſumatur ademptio? Vide per Alex. de Imol.in conſi.149.in 3. vol. per tot.

ipse,nec aliquis Scribentium,& respondet,quòd non intelligitur testator legare plus iuris quàm habeat quãtitatiuè,sed qualificatiuè sic,vt hic,intelligendo de illa qualitate,quæ in iure hypothecæ consistit,vt hic plenius per eum:& sequitur do. Ange. de Perillis. Sed ista solutio secundum Ioan. de Imol. diuersificat casus,sed non instruit. Alio modo respondet Bartol. in l. si domus.§.de euict.in 2.colum.infra eodem. quòd iste tex.loquitur,quando ius,quod deficit testatori,est tale,per quod res possit à legatario auocari, & in totum euinci: ideo tunc seruatur distinctio tex.quòd quando testator est sciens,videatur velle,ꝙ legatarius habeat cum effectu,:& non possit ab eo auocari per hypothecariam,secus quando per tale ius non sequeretur euictio in totum, vt in contrarijs. Istam solutionem sequuntur Imol.Flor.& dom.Alexan.circa finem, & latius Pau. de Castr. hic. Eam etiam sequitur Bald. in l.prædia. C. de fideicommiss.
* *Et ista solutio communiter tenetur.* Sed pro certo ista solutio Bart. & communis non eneruat difficultatem, quoniam,vt dixi supra, testator videtur solùm legare illud ius, quòd habet in re, etiam si sit periturum eius morte, & ex hoc legatum reddatur in totum inutile.d.l.vxor patrui. & d.l.quod in rerum.§.1.ergo licèt in casu nostro respectu iuris hypothecæ sequatur in totũ euictio rei legatæ, & sic legatum reddatur inutile: tamen non censetur testator legasse nisi illud ius, quod habet, quamuis futurum inutile, nisi saluando communem solutionem dicas, ꝙ ibi nihil potest imputari hæredi,qui non potuit facere,quin ipsum ꝙ habebat testator in re legata, per eius mortem extingueretur:sed hic bene fuit in facultate hæredis facere, ne res legata obligata posset per hypothecariã auocari,eam liberando:vnde potest imputari hæredi si eam non luit, ex quo testator sciebat eam obligatam. Alio modo respondet Raph.Cum. in d.l.si domus.§.de euictione.quod verum est, quòd testator videtur le-
6 gare ius, quod habet in re,sed † ius pignoris non propriè respicit rem, sed personam, quia ista qualitas pignoris inerat ex facto testatoris,qui eam pignorauit. Vnde ex natura qualitatis testator, vel eius hæres tenebuntur luere, secundum do.Petr.de Bexu.hic. Sed ista solutio vltima parũ valet, & reputo ꝯrium esse valde difficile, prout etiam dicebat Angel.quamuis Paul. dicat non esse, qui fortè non bene gustauit difficultatem con-
7 trarij. ¶†Secundus casus tex.est,quando testator ignorans rem esse pignoratam legauit, sed verisimiliter si sciuisset, eandem, vel aliam æquè bonam, & non obligatam fuisset legaturus, vt hic.& d.l.prædia.in 2.respon. puta, quia legatarius erat coniuncta persona testatoris,vt hic in gloss.sicut,quando testator legat ignoranter rem alienam coniunctæ personæ: nam tunc hæres tenetur eam redimere,vt l.cùm alienam. C.de leg.alleg. in glo. & d.l.prædia. ita quando res pignorata legatur coniunctæ personæ testatoris, cum, vt dixi supra,æquiparentur legatum rei alienæ, & legatum rei obligatæ. d.§. sed & si rem suam.Institu. de lega. Idem quando præcessisset magnum meritum legatarij,secundum Bal. in d.l.prædia.Addo aliud notab.exemplum, quando legatarius erat valde amicus testatori, iuxta l.latæ culpæ.§.amicos.in ver.non leui amicitia.ff.de verborum significa.
8 & ibi gloss.not.† nam talis valde amicus æquiparatur coniuncto sanguine.l.cùm allegas.C.de castren.pecu.mil.lib.12.Barto. in l.non solùm.§.qui aliena.in 1.colum.ff.de procura.Io.Andr. & dom.Abb. in cap.fina.de postul.nam illud, quod disponitur inter coniunctos sanguine, habet locum inter amicos non leui amicitia coniunctos,secundum gloss.in c.requisisti.& ibi dom. Abb.expressius ita not.de testamen.de quo plenè dixi post alios in l.exigendi.C.de procurato.latè do.Alexan. qui videtur aliud sentire,in repetitio.l.sæpè.in 55.colum. ff.de re iudic. & in l.1.§.
9 lex falcidia.in 1. & 2. colum.ff.ad l.Falcid. ¶†Tertius casus est, quando nihil esset superfluum in re legata soluta quantitate debita,& sic legatum non cõtineret vtilitatem,si onus luendi spectaret ad legatarium, tunc indistinctè spectat ad hæredem, etiam si testator ignorauit rem fuisse obligatam, ita intelligit
* gloss.hic in ver. non potest. *& communiter Docto.* antiqui, glo. & Ange.in d.l.prædia.& gloss. in §.sed & si rem suam. Institut. de lega.eo quia lex isto casu facit coniecturam,quòd testator voluerit onus luendi, & liberandi rem legatam, potius pertinere ad hæredem, quàm facere legatum inutile. l.planè. §.ꝙ si rem. supra eodem.¶Ego vltra alios pro isto intellectu addo bene facere text.in l.qui concubinam. §.qui hortos.cum gloss.fin. ff.de
10 lega.3.† vbi hæres tenetur soluere pro vsufructuario tributa, & onera Reipublicæ,quando aliàs legatũ tale esset inane,& nihil emolumenti afferret, quem text.ad hoc commendat Bart. in l.his verbis.§.1.ff.de lega.3.& ad hoc reputat singul. Aret.in l. huiusmodi.ff.de verborum obligatio. Ad idem adde bene facere illud,quod voluit Barto.& Doct.in l.cùm seruus. & in l.cùm
11 res.in princip. supra eodem. † quòd quando res legata est absens multum in longinquo, tunc sumptus perquirendi spectat ad hæredem: & ita videtur testator sensisse,quia si spectaret ad legatarium, legatum nullam haberet vtilitatem, & sequitur etiam dom.Abb.in cap.indicante. de testib. Sed iste intellectus non videtur bonus, cùm text. loquatur affirmatiuè, & dicat, vel nisi potest aliquid esse superfluum exoluto ære alieno, & subaudire negatiuam,non, prout facit gloss.in ver. vel nisi potest,sumendo ex dictione, nisi, diuisim posita, vt importet si non,est destruere tex.& exponere album pro nigro.Item legatum valet,licèt legatarius tantum soluat,quantum valet res legata,vt l.& si æquo.infra eodem. Vnde Angel.hic intelligit singulariter istum tex. prout iacet affirmatiuè, nulla facta suppletione, quòd si res erat obligata pignori pro minori quantitate, quam valeret, & sic aliquid potest esse superfluum, deducto ære alieno,vt dicit litera, & tunc hæres tenetur indistinctè luere, etiam si testator ignorauit eam esse obligatam. Ita propriè loquitur iste tex. Si autem erat obligata pro tanto, quantum valet,aut plus: & tunc non teneatur eam luere, sed legatarius. Ratio diuersitatis potest esse duplex. Prima secundum Angel. quia quando est obligata pro minori quantitate quàm valet, tunc hæres dicitur esse in culpa, vel in negligentia si non luat: sed quando erat obligata pro tanto, quantum valet,ita ꝙ nihil superest deducto ære alieno, tunc non potest imputari culpa hæredi,si eam non redemit,sed habuit pro derelicto,quia facit id,quod etiam diligens paterfamiliàs fecisset. Secunda, & fun-
12 damentalior est ratio diuersitatis, † quia quando res est pignori obligata pro tanto,quantum valet, censetur exiuisse patrimonium testatoris, quia non est verisimile, quod vnquam velit eam redimere, & sic habetur pro alienata. l. qui habebat. cum gloss.fin. & ibi Barto. ff. de lega.3. & l.legata. §.fin. & ibi Barto. ff. de supellect. lega. dixi multa similia ad hoc addenda in l. manumissiones. ff. de iustitia,& iure. si ergo testator hoc ignorabat, videtur ignoranter legasse rem alienam vt suam, ergo non valet, vt hæres teneatur eam redimere, nisi legatarius esset coniuncta persona.vt d.l.cùm alienam, vbi quando testator legat rem alienam ignoranter,non valet legatum, quia haberet necesse soluere tantùm quantum valeret res, vt satisfaciat legato.eadem ratio militat, quando testator ignoranter legat rem obligatam pro tanto quantum valet, quia tunc hæres pro ea liberanda haberet necesse tantum soluere,quantum valet,&,vt dixi, æquiparantur legatum rei alienæ, & legatum rei
13 obligatæ,prout æquiparat tex.in d.§.sed & si rem suam,† & nõ præsumitur,quòd testator ignorans voluerit in tantum grauare hæredem,vt redimat pro tanto, quantum valet, vt l. vnum ex familia.§.si rem.ff.de leg.2.secus,quando res est obligata pro minori quantitate, quàm valeat, tunc non videtur exiuisse patrimonium testatoris,ideo valet legatum,& hęres tenetur eam luere. istum intellectum Angel.sequitur Pau.de Cast. dicens,ꝙ est mirabilis,& quòd sibi placet, quia est conformis literæ,quæ loquitur affirmatiuè,& est sustentabilis, & pulchrior secũdum eum. Eum etiam sequuntur Raph.Cum.& do.Alex.hic,& dicit dom.Alex.hic,quòd iste intellectus semper sibi placuit.eum etiam sequitur Raph.Fulgo.in d.l.prædia. ¶Ego pro isto singu
14 lari intellectu confirmãdo addo vltra alios bene facere,†quod quando testator rem in testamẽto legatam postea pignorauit, non intelligitur legatum reuocasse, imò hæres tenetur eam luere,seu liberare,tex.est in l.3.vbi dixi. C.de leg. & in §.si quis rem suam. Institu.eodem. tamen quando testator pignorasset pro tanto quantum valet ipsa res, ita quòd non est verisimile debere luere,tunc habetur loco alienationis,iuribus supra allegatis, & tunc reuocatur legatum,ita tenet Barto.in l.rem legatam.in fin.ff.de alimen.lega.Cyn.Raph.Fulgo. & Pau.de Castr.in d.l.3. C.de leg.Ad idem addo illud,quod tenet Bald.in l.qui de credi
15 tore. ff.de damno infect. † quòd quando pignus est apud creditorem pro tanta summa,quòd debitor verisimiliter non vult eum luere, tunc creditor habetur loco domini,per d.l.qui habebat.cum glo.fin.Imò fortius tenet signanter Bald. in l.1. C.de thesaur.lib.10. quòd si testator legat alicui res suas, quòd in tali legato venit etiam res obligata pro tanto, quòd non est verisimile debitorem luere eam rem, quod bene nota. ¶Sed caue, quia licèt iste secundus intellectus Ange.videatur coloratus,& multum applaudere literæ affirmatiuę,& alij post eum sequãtur,nec aliquis Scribentium vnquam eum impugnauerit, ego tamen dubito,& puto non posse procedere forti,& inuincibili ratione; nam secundum istum intellectum Angel.quando res legata erat pignorata minori quantitate quàm valeat,semper,
16 & indistinctè hæres tenetur luere. † Sed à communiter accidentibus res pignorant̃ pro minori quantitate, quàm valeant, vt docet experientia rerum magistra. c. quam sit.in princip. de electio. in 6. & leges debent intelligi secundum communiter accidentia.l.3. & l.sequen.& l.nam ad ea.& l.seq. ff.de legib. ergo superflui sunt duo casus præcedentes positi in text. quia

siue

ſiue teſtator ſciat,ſiue ignoret, item ſiue teſtator eſſet aliàs legaturus,ſiue non, à communiter accidentibus onus luendi ſemper,& indiſtinctè ſpectaret ad hæredem,ex quo communiter, vt dixi,res pignoratur pro minori quantitate,quàm valeat,vnde ne dicamus duos caſus præcedentes in tex.ſuperfluos,quòd eſſet abſurdiſſimum, contra §. quibus. in prima conſtitutione. C. videtur de neceſſitate, & quòd inuitis dentibus ſit tenendus intellectus gloſſ. qui de directo contrariatur intellectui Ang.& ſequacium, & qui intellectus gloſſ. eſt magis communis,ſaltem apud Antiquos, vt dixi.

17 ¶†Vltra tres caſus poſitos in tex.addit Barto. quartum caſum, in quo hæres tenetur indiſtinctè luere rem obligatam, quando res fuit obligata pro debito teſtatoris, & ſic pro debito hæreditario, vel quando fuit obligata pro debito ipſius hæredis,tunc hæres indiſtinctè tenetur luere,licèt teſtator ignoraret,& legatarius non eſſet coniuncta perſona,vnde iſta lex ſecundum eum debet intelligi, & reſtringi, quando res fuit obligata pro debito alieno alicuius tertij. Motus eſt Bartol. nam quando debitum eſt hæreditarium,

18 onus† luendi ſpectat ad hæredẽ. l.idem Iulianus. §.hæres.ſ.eo. ergo tunc non poſſet procedere diſtinctio huius text. Item mouetur per rationem,quia contra legatarium non poteſt deueniri per hypothecariam actionem, niſi prius debitore principali exiſtente in mora,etiam iure iſto florum.l.debitores. C.de pigno.cùm ergo hæres,qui eſt principalis debitor, fuit in mora non ſoluendi,ergo culpa hæredis res legata auferetur legatario, ergo debet hæres indiſtinctè ex ſua culpa teneri.l.cùm res.§.culpa.& l.quid ergo.§.ſi hæres.& §.ſequ. ſupra eodem.idem tenet Barto. in l.prædia. C.de fideicommiſſ. vbi dicit, quòd illud eſt ſuum nouum dictum,& ꝙ non reperit alium dicere,& in fine dicit,quod habet iſtam limitationẽ pro valde notabili ad hoc. idem tenet Barto.in l.qui ſolidum. §.fin. ff.de leg.2.per gloſſ.ibi non violando,nec cauillando eam.etiam ſequitur Pet. de Anchar.in c.filius.de teſtib. ¶Contra iſtum intellectum Barto.fortiter obſtat iſte text. in fin. qui dicit legatario cedendas actiones contra hæredem,ad quid enim cederentur, ſi debitum non eſſet hæreditarium, & ſic hæres non teneretur? ergo cùm fiat ceſſio contra hæredem,tex.de neceſſitate intelligitur de debito hæreditario,pro quo talis res fuit obligata. Bartol.de hoc obiecto perpendens reſpondet tenendo intellectum ſuum, & ſeipſum confundit,& ſibijpſi cõtrariatur: nam dicit,quòd iſte tex. intelligitur in re obligata pro debito alieno,ſcilicet ipſius hæredis,non autem teſtatoris. Vnde actiones cedũtur contra ipſum hæredem. Vel ſi teneas,quod res erat obligata pro debito hæreditario,& tunc text.clarè procedit ſecundum eum. Iſta ſolutio vltra diuinationes,& nimiam reſtrictionem ad ver.fin. ineuitabiliter confunditur,quia ſi intelligatur de debito alieno,ſcilicet hæredis,ergo non loquitur de debito alieno,ſcilicet tertij,quia tunc fruſtratoria eſſet ceſſio contra hæredem. Item ſi fuit obligata pro debito hęredis,debet hęres magis teneri ad luendum, & magis dicitur eſſe in culpa,ſi non luat,quàm ſi eſſet obligata pro debito teſtatoris. Tu poſſes melius reſpondere inhærendo intellectui Barto ſecundum Ang.quod iſte tex.in fin.non dicit, quòd actiones cedantur contra hæredes, vnde intellige text.ꝙ cedantur actiones legatario contra illum tertium,pro cuius debito res teſtatoris erat obligata, & qui eam luere tenebatur ad petitionem hæredis. Sed tu caue,quia huic ſolutio. Ang.obſtat iſte text.dum dicit onus liberandorum prædiorum ad hæredes ſuos pertinere voluit teſtator,& ſic innuit ceſſionem fieri contra hæredes.Vnde ſecundo modo reſpondet Ang.quòd ipſe teſtator ſe obligauerat pro alio tertio, & etiam obligauerat rem ſuam, vnde legatario luenti cedendæ ſunt actiones contra tertium debitorem principalem, & etiam contra hæredem, qui ſucceſſit in obligatione teſtatoris. Et intereſt legatarij, qui ſoluit,quòd actiones ſibi cedantur cõtra plures, & ſic intereſt ſua habere plures obligatos.l.4.§.1. ff.de libe.lega. Sed etiam iſta eſt diuinatio ad text.quod teſtator ſe obligauerit pro alio tertio,&

19 etiam rem ſuam pignorauerit pro eo.† Vnde per iſtum text. teneas contra intellectum Barto,quem reprobant *omnes alij hic indifferenter*, & Bald.Ange.Salic.Fulgo. & Pau.de Caſtr.in l.prædia.C.de fideicommiſſ.Ioan.de Imol.in d.l.qui ſolidum. §.fi. & in d.c.filius.& Bald.hic, & in d.l.prædia. truffatur de iſto intellectu Barto.& nihil poteſt peius dici, & contra Bartol.etiam facit iſte text. in princi. qui indiſtinctè loquitur, & generaliter dicit, ſi res obligata, & plus non dicit pro alio quàm pro ſe, & cùm loquatur in dubio,magis veriſimile eſt, quòd res fuerit obligata pro debito ipſius teſtatoris,vel eius hæredis quàm pro debito alieno alterius tertij,& eodem modo loquitur.d.l.prædia.&

20 l.licèt.ff.de dote præleg. ¶†Vnde iſte text.& concordantes generaliter procedunt in re obligata pro debito hæreditario, & etiam pro debito alieno. Si verò pro debito ipſius hæredis, tũc indiſtinctè hæres tenetur eã luere; aliàs diceretur eſſe in culpa, & dolo, ſecundum Angel.Raph.Cuma. Paul.de Caſt.& dom. Alex.hic,& ante eos Bart. in d.l. prædia. Itẽ ex quo teſtãr ignorauit rem eſſe pignoratam,videtur voluiſſe onus luendi ſpectare ad legatarium, vt hoc text. in ſecundo caſu,ergo hæres non poteſt dici eſſe in aliqua culpa,vel mora. Item ſi interpellretur, non luet,& ſic ceſſat ratio Barto. non obſtat text. in l.apud Iulianum.aliàs eſt.l.idem Iulianus.§.heres.ſupra eodem.allegatus per Bart.quia reſpondent Rayn.Bald.& d.Chriſtoph.de Caſtil. hic,quòd loquitur,quando res erat obligata pro debito legali, & publico tributorum, & tributarum functionum, in quibus non cadit ignorantia niſi ſupina: vnde cùm teſtator ibi præſumatur ſcire,nimirum ſi hæres tenetur ſoluere, ſed hic loquitur in debito contracto facto hominis, in quo probabilis eſt ignorantia.cap.1.de conſtitutio.in 6. vel ſecundum Cyn.ibi,Angel. & Imol.hic,ille text. debet intelligi ſecundum diſtinctionem.l. noſtræ. Vel tertiò ſecundum Pau.de Caſtr.ille text. loquitur in debito reſpiciente onus fructuum. l. neque ſtipendium. ff. de impen.ideo legatarius ibi non poteſt teneri pro tempore, quo non habuit fructus,quod ſecus eſt hic, vbi eſt debitum extrinſe

21 cum non reſpiciens onus fructuum, neque rei. † Vltra Barto. adde quintum caſum, in quo hæres indiſtinctè tenetur luere rem obligatam, quam teſtator legauit, quando teſtamentum fuiſſet prius conditum, & poſtea teſtator pignori obligaſſet rem legatam, quia per hoc non dicitur teſtator legatum reuocaſſe tanquam ſit alienatio voluntaria, ſed ab hærede indiſtinctè eſt luenda, tex.eſt in l.3.vbi dixi. C.de leg.vnde diſtinctio huius.l.& ſimilium procedit,quando res fuit pignori obligata ante conditum teſtamentum, & ita etiam dicit gloſſ. 1.in d. l.3.

22 † Aduerte tamen,quòd ſi teſtator in teſtamento permiſiſſet hęredi,quòd poſſet ꝓ ſuis neceſſitatibus talẽ rem legatam pignori obligare,ſi poſtea hæres eam obligaret,non teneretur eam luere,text.eſt notabilis in l.deducta. §.fin. ff.ad Trebellia. & probatur in d.l.prædia.in fin.facit tex.ſingu.in l. Tribunus.ff.de vſufructu. earum rerum,quæ vſu conſumuntur. vbi eſt tex. valde ſingul. ꝙ ſi teſtator grauauit hæredem, ꝙ fideiuberet pro Titio,ſi hæres fideiubens pro eo ſolueret, nihil põt repetere ab illo Titio principali debitore, quia paruum eſſet ſeruitium fideiubere, ſi etiam pro eo non ſolueret, nec poſſet ſolutũm repetere, & Bald.ibi multum not.illum text. & dicit, quòd in publico examine interrogauit ſcholarem,qui examinabatur, & de directo

23 reſpondit contra illum tex. ¶†Adde etiam alium caſum, per quem limita iſtam legem,& ſimiles,vt procedant, quando legatur res teſtatoris per eum pignori obligata, ſecus ſi teſtator legat mihi rem meam, quam ego pignori obligaueram, quia tunc hæres tenetur eam indiſtinctè luere,quia teſtator cenſetur ſolam luitionem legaſſe, cùm rem propriam mihi legare non poſſit.tex.eſt de hoc in l.ſi tibi homo.in princi.vbi gloſſ.& Scribentes infra eodem. ¶Item limita diſtinct.huius l.vt procedat, quando legatur res aliqua particularis obligata, ſecus quando legatur aliquid vniuerſale, vt dos, vel peculium, quia ſi in illa vniuerſitate reperiantur aliquæ res obligatæ,hæres non tenetur eas luere,ſed ſemper legatarius.l.licèt.2. reſpon. ff.de dote præ-

a lega. quia legatum vniuerſale [a] ſemper tranſit ad legatarium cum onere ſuo. l.cùm pater. §. menſe. ff. de lega. 2. ſecundum Bald.qui ita limitat in d.l.prædia.in 2.oppoſi. & ſequitur ſimpli

24 citer do.Alex.hic. ¶†Adde,quòd per hoc infert no.Bald.in d.l. prædia.quòd ſi mercator habens apothecam puta pannorum, legat alicui ſimpliciter talem apothecam, intelligitur legare cũ omnibus creditis, & etiam cum debitis talis apothecæ, & ita etiam tenet Bald.in l.legatis.C.de leg.Ange.& Pau.de Caſt.in l. certo generi.ſupra de ſeruitu. ruſtic.prædio. Petr.de Anchar.& & Ioan.de Imo. in c.indicante.de teſtib. dom.Alexan. in conſi. 47. 1. volum. quod incip. circa primum, de quo quæritur.in 2. colum.& idem,quòd iſta lex,& ſimiles non procedant,quando

25 legatur quid vniuerſale,tenent etiam Petr.& Cyn.hic. † Et per hoc not.inferunt,quòd ſi ſit patriæ conſuetudo, quòd mortuo parochiano Sacerdos Parochię debeat habere illius veſtes,ſi aliquæ ex illis veſtibus eſſent pignoratæ,hæres defuncti non teneatur eas luere, quod bene not.† Item quando res legata fuiſſet

26 ante teſtamentum obligata facto legatarij: tunc onus luendi non ſpectat ad hæredem, ſed ad ſolum legatarium, ſecundum Bald.in d.l.prædia in 2.oppoſi.per tex.in d.l.licèt in fin.ff.de dot. prælega. Idem tenet Ioan. Fab. (ſub dubio tamen fortè fortè) in §.ſed ſi rem. Inſtitu. de leg. ſequuntur Flor.& dom.Alex.hic.

Et

ADDITIO.

a ¶Quia legatum vniuerſale. Sed quid in fideicommiſſo vniuerſali,an tranſmittatur ad deſcendentes per filium fideicommiſſarium deſcendentem pendente conditione fideicomiſſi? vide per do. Alex. de Imo. in conſi. ſuo 165. in 5. volumi.

Et per ista remanet planè, & vtiliter expedita prima pars huius
legis. ¶ Circa secundam partem princi. text. & sic circa ver. ꝙ si
testator. ibi non tamen apertè de his liberandis sensit. vult dice-
27 re tex. † ꝙ quando testator legans rem obligatam non expres-
sit, ꝙ ab hærede lueretur, sed ex coniecturis lex præsumit, vt est
qn̄ testator sciuit rem esse obligatam, & in alijs duabus fallen-
tijs positis in tex. ꝙ tunc non competit actio ex testamento cō
tra hæredem vt luat, & sic voluntas tacita, & præsumpta testa-
toris non producit actionem ex testa.mēto, sed alia via succur-
ritur legatario, vt actiones sibi cedantur à creditorib. contra hę
redem, vel via exceptionis, vel officio iudi. vt in litera. & ita etiā
Bar. apostillat istum tex. & sic innuit iste tex. à contrario sensu,
qn̄ testator expressè disposuisset, ꝙ hæres deberet luere rem le-
gatam, & tunc legatario competeret actio ex testamento con
tra hæredem, & tunc non esset opus remedijs subsidiarijs pro
obtinenda cessione contra hæredem, & sic mens testatoris, ꝙ
hæres luat rem legatā, quę est obligata, si non est aperta, & ma-
nifesta, non obligat hæredem, vt cōueniri possit actione ex te-
stamento, vt luat, sed legatarius tunc recurrit ad remedia sub-
sidiaria exceptionis, vel officij iudicis, quæ remedia nō credas,
ꝙ procedant ex testamento. patet, quia dantur legatario cōtra
28 creditores. † sed testator, qui est debitor, non posset in testamen
to inferre præiudicium creditorib. suis. l. filiusfam. §. diui. 2. in fi.
s̄. eo. & l. si creditori. s̄. eo. Et sic pondera diligenter hic videri ca
29 sum notabilem, † ꝙ voluntas testatoris tacita, quamuis ex con
iecturis colligatur, non tñ operatur sicut expressa, & ita etiam
no. Rapha. Cu. hic, sed Pau. de Cast. dicit totum contrarium, ꝙ
tantum operatur voluntas testatoris tacita quātum expressa, ꝑ
tex. in l. cùm proponebatur. ff. de leg. 2. Sed ille tex. nihil facit, q̄a
non loquitur in voluntate testatoris tacita, sed per errorē omis-
sa, prout etiam dicit Flo. hic, licèt de prædictis non faciat men-
tionem. ¶ Ego teneo prædictum not. & addo illud, quod notāt
Bald. & Imo. in l. quidam cùm filium. in 3. not. per illum text. ff.
30 de hæred. instit. vbi not. † ꝙ non ex omni voluntate testatoris
agitur, sed solùm ex ea, quæ transit ad dispositionem. vnde nō
sufficit probare testatorem aliquid voluisse nisi appareat, ꝙ il-
lud expressè, & apertè disposuerit, vt ibi est text. no. vnde infert
31 Bal. ibi diligenter notandum, † ꝙ illud, quod tacitè agitur, ha-
betur pro expresso, est verum qn̄ illud tacitum transit ad dispo
sitionem, alias secus. refert, & simpliciter sequitur d. Alex. in l. 3.
ad fi. C. de libe. præt. tamen qn̄ transit ad dispositionem, non di-
citur tacitum. Alibi dicit Bald. in d. l. cùm proponebatur. in 2.
32 opp. ff. de leg. 2. † ꝙ illud, quod omittitur à testatore in scriptu-
ra, & in prolatione verborum dispositiua, habetur pro omisso.
Alibi dicit idem Bal. in l. voluntatis ad fi. C. de fideicom. ꝙ non
credimus testatorem velle nisi illud, quod expressit. ¶ Nec prę-
dictis obstat tex. in l. nutu. in prin. ff. de leg. 3. quia intelligitur de te-
statore, qui naturaliter potest loqui, sed propter infirmitatem
33 est impeditus loqui, vt ibi expressè dicit tex. item loquitur † de
tali nutu, per quem colligitur voluntas, & consensus, puta per
talia signa, per quæ voluntas perpendatur, vt quia ad interro-
gationem notarij nutu respondeat, & hoc notarius debet scri-
bere, aliàs non procederet ille tex. secundum Bar. ibi, & Bal. in l.
discretis. C. qui testa. face. pos. & multa scribunt Bal. & Sal. in l. &
in epistola. C. de fideic. & ibidem no. limitat Ange. ꝙ fideicom.
34 vniuersalia non possunt relinqui nutu. ¶ † Non obst. etiam tex.
in l. 3. C. de leg. vbi si post testamentum factum testator pigno-
rauit rem legatam, per hoc non intelligitur legatum reuocare,
quia hæres tenet indistinctè luere. & vr̄ velle tex. ꝙ actio perso-
nalis ex testamento competat, & tñ ibi testator non expressit,
ꝙ hæres lueret, sed præsumitur testatorem voluisse, ergo ex vo
luntate tacita testatoris ad luendum competit actio ex testa-
mento contra Bart. & ea quæ superius tenui. Rn̄deo ad illum
tex. qui dicit, ꝙ licèt actio personalis electa fuerit, tñ rectè pla-
cuit hæredem teneri luere. nam verus sensus illius literæ est, ꝙ
licèt legatarius elegerit agere actione personali contra hæredē,
vt hæres sibi traderet rem legatam, per hoc sibi non præiudicat
in iure luendi, quin hęres teneatur ad luendum, non ergo dicit,
ꝙ actio personalis ex testamento competat ad cogendum hæ-
redem luere, sed bene competit ad cogendum hr̄dem tradere
rem legatam, quæ expressè legata est, & iste est verus sensus il-
lius literæ. Gl. in ver. si nesciat. diuiditur in 3. par. In 1. ındet taci-
tæ quęst. In 2. remouet δrium. In tertia aliud. Secundæ ibi, sed
quomodo. Tertia ibi, nec obst. s̄. de condi. indeb. ¶ In ea. gl. ad fi.
35 habes duas concl. seu duas regulas. † Prima, ꝙ in facto proprio
a non præsumitur, neque est tolerabilis ignorantia.[a] l. quamquā.
ff. ad Velleia. & c. ab excommunicato. quod est c. antepe. in ver.
de facto suo certus esse dr̄, & ibi gl. & Doct. de rescrip. & l. ma-
gnam. ad fi. C. de contrahen. & commi. stip. vbi tex. dicit, ꝙ quis
dicitur esse memor eorum, quæ fecit, vel promisit. Ista regula
fallit secundum glo. qn̄ quis tractat de damno, & recipiens de
lucro, puta quia quis soluit, quod nullo iure debetur, tunc to-
leratur etiam in facto proprio, vt posset solutum repetere, per
l. sed & si me putem. in prin. vbi gl. & Doct. & gl. in l. cùm is. in
prin. ff. de condi. indeb. & glo. in l. si quis delegauerit. ff. de noua.
36 Bar. in l. cùm de indebito. in prin. ff. de proba. ¶ † Secundo fallit
secundum Bar. & alios hic, & in d. l. si quis delegauerit, qn̄ esset
factum proprium, sed de antiquo, aut multum de longinquo,
tunc etiam in facto proprio tolerabilis est ignorantia, quia me-
moria hominum est labilis. l. peregrè. in prin. ff. de acq. pos. & te-
net Dyn. in regula non præsumitur. de reg. iur. in 6. & Bart. in l.
non fatetur. ff. de confes. in 3. & in penult. col. Intellige verum
singulariter, quando tractatur de damno euitando, tunc in fa-
cto proprio antiquo bene tolerabilis est ignorantia, secus quā-
do tractaretur de lucro, tunc talis ignorantia non excusat, vt qs
consequatur lucrum, & hoc est vltra fal. gl. ita limitant Bart. &
alij in l. qui fundum. §. seruus meus. per illum text. cum gl. ff. de
vsucap. pro empto. & sequitur simpliciter Alexan. hic, & in d. l.
peregrè. in princ. Secundò intellige, nisi esset factum proprium
de antiquo, sed esset arduum, & notabile, tunc non est tolera-
bilis ignorantia. c. cùm illorum. & ibi Abb. in vlt. not. de sent. ex-
commu. d. Ant. & Imo. in d. c. ab excommunicato. & sequitur
simpliciter d. Alex. hic, & in d. l. peregrè. in prin. adde Gemi. idē
notare. in c. fundamenta. in prin. per illum tex. de elect. in sexto.
Tertiò intellige, nisi interueniſſet iuramentum, quia tunc in fa-
cto proprio longinquo non est tolerabilis ignorantia, secundū
Bal. in c. 1. de noua forma fideli. quasi dicatur arduum propter
iuramentum. Quartò intellige, nisi factum proprium esset ob-
ligatorium alteri, tunc non toleraretur ignorantia propter lon
ginquitatem temporis. ita Bald. limitat in l. vnica. in 4. col. ad fi.
C. de confes. & sequitur Alexan. hic, & melius in d. l. peregrè. in
37 prin. ¶ † Tertiò principaliter fallit conclu. gl. sm̄ Bar. hic, & in d.
l. si quis delegauerit. qn̄ esset factum multum implicitum, vel
valde intricatum, sicut est calculus rationum reddendarum,
tunc etiam in facto proprio tolerabilis est ignorantia, vt l. em-
ptor. §. Lucius. in versic. rationem implicitam. ff. de pact. & in l.
cùm fideicom. in versi. computatio difficilior esset. ff. de confes.
& idem tenet Bar. in l. non fatetur. in 3. col. ff. eo. de confes. ¶ Se-
38 cunda prin. cōclusio huius gl. est, † ꝙ in facto alieno præsumi-
tur ignorantia, & ideo sm̄ gl. dominus præsumitur ignorare fa
ctum à seruo suo, vel suo procuratore. facit text. loquens de
vtroque in l. quod vulgo. ff. pro empto. Hinc ex hac gloss. dixit
39 Bal. & sequuntur Floria. & Ang. de Peril. hic, † ꝙ si procurator
citatus fuit contumax, ꝙ per hoc dominus non potest dici ve-
rus contumax. allegant etiam Inno. in c. 1. vt lit. non contest. de
quo vltimo dic, vt per Barto. & alios in l. vnica. §. si procurator.
vbi dixi. ff. si quis ius dicen. non obtempe. Adde ad istam con-
clusionem glo. ꝙ in facto alieno tolerabilis est ignorantia, text.
vulgatum in l. fi. & ibi Bar. ad hoc no. ff. pro suo. Bart. in d. l. non
40 fatetur. in 4. col. ¶ Limita primò, † nisi factum alienum fuisset
sæpius tractatum, tūc præsumitur scientia l. Procula. ff. de pro-
ba & l. si patronus. ff. de confir. tu. secundum Bal. in l. cùm alie-
nam. C. de leg. ¶ Secundò notabiliter limita, nisi sit tale factum
alienum, quod quis tenebatur indagare, vt est in capitulo Ec-
clesiæ eligente aliquem in Episcopum, nam debet prius inqui-
rere, an sit natus ex legitimo matrimonio. c. cum in cunctis. de
elect. vnde tunc non toleratur in hoc ignorantia, quamuis sit
41 in facto alieno. † vnde qn̄ quis tenetur indagare factum alienū
ratione officij sui, tūc pręsumitur illud scire, nec toleratur igno
rantia. tex. est notabilis. in c. innotuit. circa fi. in versi. nec probare
cogimus ignorantiam. de elect. iuncta gl. & ibi no. do. Abb in 3.
col. Ad idem tex. in c. quamuis. & ibi ad hoc not. d. Abb. de reg.
iur. vbi dicit text. ꝙ non potest esse pastoris excusatio, si lupus
oues comedit, & pastor nescit, cùm teneatur inquirere, & ha-
bere curam de ouibus suis. Idem no. Gem. in c. vt circa. in versi.
super huiusmodi. de elect. in 6. Et est gl. in c. 2. in ver. scienter. &
ibi Gemin. ad hoc notat. de tempo. ord. in 6. d. Abb. in c. fi. vlti.
col.

A D D I T I O.

a ¶ Ignorantia. Adde, quòd in facto proprio implicito est tolerabilis, iuxta doctrin. Bar. in l. non fatetur. col. pen. ff. de confes. Cur. in l. 2. col. 4. num. 22. C. de eden. & quòd in facto proprio toleretur ignorantia, & audiatur illam allegans, not. Nat. consi. 103. nu. 7. Ias. in §. si quis agens. num. 9. Instit. de act. idem Nat. consi. 230. Quid in facto alieno? & dic, ꝙ ignorantia, quæ in facto alieno præsumitur. l. verius. ff. de proba. intelligitur si allegetur, teste Dec. consi. 297. col. pen. circa fin. quæ quidem in facto alieno non excusat, quando quis inuestigare tenetur. c. pen. vbi Abb. de reg. iur. not. Dec. consi. 160. col. 4. in fin. seu vbi quis de facili certior fieri potuit, teste Rolan. consi. 72. nu. 20. lib. 3 aut in facto notabili. vt per Aym. consi. 148. nu. 5. quomodo autem probetur, & an per iuramentum, vide Nat. d. consi. 230. nu. 6. Alex. consi. 71. lib. 1. consi. 118. nu. 11. lib. 2. Rom. consi. 54. circa med. 481. nu. 10. 398. in fin. Dec. in c. cognoscentes. colum. fin. de constitu. Ias. in Repet. l. admonendi. nume. 303. de iureiurand. MASVER.

col.de confeſſis & in conſ.180.ꝙ incipit, in quæſtione, quæ ad
42 præſens vertitur inter do.Floridam.in 5.col. ¶† Tertiò limita in factis nobilium perſonarum, quæ præſumuntur nota alijs. vnde de facili non admittitur allegatio ignorantiæ. c.tuam.& ibi do.Abb.in 1.no.ad hoc not.de ord.cog.Facit, ꝙ vult gl.not.
43 in l.ſi tutor petitus. C.de peri.tut.¶† Quartò limita, vbi factũ eſt de ſe illicitum,tunc præſumitur ſcientia etiam in facto alieno, vt quando quis inijcit manus violentas in clericum : nam præſumitur eum ſciuiſſe clericum.c. ſi verò. ſecundo. & ibi d. Abb.in 4.not.ad hoc not. de ſent.exc. ¶Capio glo. fin.in verſ. ſuo tempore. quam diuide in duas partes. In prima timore contrarij , quod ſtatim formabo, gloſ. intelligit iſtum text.in verſ. ſuo tempore, altero de trib. mod. & ſic ponit tres ſolu. ¶In ſecunda format quæſt. ad text.& bene reſpon. Secunda ibi,ſed quo iure. ¶Pro expeditione primæ partis glo. opp.contra text.quod poſt ſolutionem factam non poteſt poſteà ex interuallo fieri ceſſio actionum , vt eſt text. in l.Modeſtinus.ff. de ſol.& ibi text. aſſignat rationem , cùm nulla actio ſuperſit,
44 quæ poſſit cedi, † cùm per ſolutionem eius,quod debetur,ipſo iure tollatur obligatio.Inſt.quib.mod.tollitur oblig.in prin. & l. prout.ff. de ſol. & in ſpecie declarat glo. in l.1.§.cùm prædium.in glo.fin.ff.de pign. etiam ſi talis ſolutio fieret ab aliquo penitus extraneo.l.ſoluendo.ff.de neg.geſt.nam actio,quæ non eſt,cedi nõ poteſt . per reg.l.decem.ff.de verb.oblig.&c.ad diſſoluendum.de deſpon.impub.Hinc eſt,quòd quando quis ſoluendo pro alio ſimpliciter non liberat ipſo iure debitorem , tunc etiam poſt ſolutionem poteſt ex interuallo ei fieri ceſſio actionum , ita loquitur text. in l. Stichum.§. ſi mandato.ff. de ſol.allegata primo loco per glo.hic , quæ iſto modo voluit inducere illum text. vt eſt , quando mandator , vel fideiuſſor ſoluit, tunc ipſo iure non liberat principalem debitorem , ſed tantum ope exceptionis,cùm magis ſoluat pro ſuo mandato, & ſuo nomine.Ideo tunc etiam poſt ſolutionem ceduntur ſibi actiones , cùm non ſint ipſo iure ſublatæ.ita eſt text.in l. Papin.ff.manda.& in l.cùm is.ff.de fideiuſ.alleg.in gl.Ratio rationis eſt,quia tunc diuerſæ,& diſpares ſunt actiones , ſecundum glo.& Bart. in d.l.Stichum.§. ſi mandato. ¶Modo ex tota pri-
45 ma parte huius gloſ. habes , † ꝙ quatuor temporib.poteſt legatarius petere actiones ſibi cedi per creditores contra hæredem.Primò ante ſententiam latam in hypothecaria , & hoc eſt indubitatum. Secundò poſt ſententiam latam in hypothecaria,ante tamen reſtitutionem rei hypothecatæ, vel ante ſolutionem debiti , & hoc etiam eſt planum , cùm exceptio ceſſionis poſſit opponi poſt ſententiam. l. fideiuſſores.§. idem reſpondet.ff.de fideiuſ.Ratio, quia exceptio,quæ non impugnat ſententiam,poteſt opponi poſt ſententiam.l. Neſennius.§. fin. ff.de re iud. l. ex diuerſo.§. fin. ff.ſol. matr.Bart.in l.1.vbi plenè dixi.C.de iur.& fac.ign.Sed iſta excep.cedendarum actionum non impugnat ſententiam de aliqua iniquitate, ergo poteſt opponi poſt ſententiam in eius executione. d. l. ſi fideiuſſores. §.idem reſpondet.Tertiò, poſt ſententiam latam in hypothecaria , & poſt executionem factam in re hypothecata,non tamen ſolutionem factam de quantitate debita creditori, & iſte
46 caſus eſt bene notandus,ſecundum Bart.† ꝙ ille,qui non poſſidet, tamen petit ceſſionem ſibi fieri , eo quia eſt dominus, aliàs nullus poſſet petere ceſſionem niſi poſſeſſor. l.Paulus.& l. mulier.ff.qui potior.in pign.hab.& l.ſi fideiuſſorib.cum gl.ff.de fideiuſſ. & l.nulla. C.de ſolu. latè Paul. de Caſtr. hic. Quartò , poſt ſententiam latam in hypothecaria , & poſt reſtitutionem rei hypothecariæ , & etiam poſt ſolutionem debitæ quantitatis factam creditori,eo quia legatarius non fecit talem ſolutionem cum animo liberandi hæredem à debito principali , ſed ſolùm animo luendi rem ſibi legatam , ergo cùm hæres, qui eſt principalis debitor,non fuerit ipſo iure liberatus,ergo cùm adhuc ſuperſit actio contra hæredem , illa poteſt cedi legatario,vt hac glo.not.ſupra declaraui.& iſtam gloſ. ad hoc reputat ſing. Pau.de Caſtr.hic in 2.colum. Idem tenet Specu.in tit. de oblig.& ſol. §.1.in verſ.quid ſi te mihi . Et ſi diceres, qđ iſto vltimo caſu ſi creditores, qui receperunt debitum à legatario, vellent agere contra hæredem, repellerentur ſaltem exceptione ex æquitate. l. bona fideis.ff. de reg. iur. & ſic iſtæ actiones, quæ remanſerunt penes creditores,ſunt inanes , ergo ſi cedantur per creditores legatario , non poterit legatarius cum effe-
47 ctu agere contra hæredem . Reſponde notabiliter , † ꝙ per ceſſionem purgatur obſtaculum dictæ exceptionis,quia exceptio, quæ obſtat cedenti,non obſtat ceſſionario,quando eſt diuerſa ratio,vt eſt text.not.in l.apud Celſum.§.ſi cum legitima. & ibi not.Bart.ff.de excep.dol.& l.fin.vbi gl. & Doct.C de iur. dot.de quo vltimo dic,vt plenius habetur per Bal. in l.doli mali.ff.de noua. Et per iſta cum laude Dei remanet iſta lex lecta, & quidem bene intellecta.

*SVMMARIVM.*

1 *Legatum domus non extinguitur,licèt domus legata ſit combuſta.*
2 *Hæres expendens in re ſubiecta reſtitutioni , licèt interim ſua , videtur expendere animo repetendi,nec fructus percepti compenſantur.*
3 *Conditionis euentus in legatis non trahitur retrò,nec quo ad dominium, nec quo ad fructus.*
4 *Melioramenta facta in re ſubiecta fideicommiſſo, quæ & qualia repetantur.*
5 *Incendium facile non fit ſine culpa alicuius.*
6 *Culpa,quæ præſumitur contra inhabitantes domum in incendio, eſt leuiſſima.*
7 *Culpa leuiſſima non venit in contractibus , qui celebrantur gratia vtriuſque,ſed in illis,qui gratia vnius tantum.*
8 *Qui habitauit domum combuſtam ſi probatur, quòd conſueuit eſſe vigil , & diligens , & alia indicia contra eum non appareant , in dubio non tenetur de incendio.nu.9.*
10 *Culpa certi , & determinati hominis probari debet , ad hoc, vt quis de incendio teneatur.*
11 *Incendium quando non apparet à qua perſona determinata proceſſit, tunc culpa videtur aſcribenda patrifamiliàs.*
12 *Poſſidens ſcienter tanquam prædo rem alienam tanquam ſuam , ſi in ea re aliquid impendit,id non repetit.*
13 *Legatum domus videtur reuocatum,ſi poſt factum legatum domus legata ſit combuſta, & per teſtatorem reædificata.*

## LEX LXI.

DOmos. Expenſæ factę per hæredem in reparanda re ſub conditione legata, repetuntur à legatario, inſpecto valore rei tempore quo debet reſtitui,ſi nulla culpa hæredis interceſſit, & ſi dictam rem hæres reſtituit ſine expenſarum retentione, eas condicere poterit:expenſa verò facta per legatarium pendente conditione legati non videtur donata hæredi , ideo non poteſt hęres eam deducere aduerſus legatarium.h.d.cum trib.
1 ll.ſeq. vſque ad l. ſi ancilla. Not.1.ex hoc text. † quòd licet domus legata ſit igne conſumpta , non per hoc extinguitur legatum,quia durat area , quæ eſt pars rei legatæ. l.ſi grege.in fin.§.
2 eod.& l.ſi ita legatum.§.ſi domus.j. eod. ¶ † Secundo not. ꝙ hæres expendens in re ſubiecta reſtitutioni , licet interim ſua , non tamen videtur expendere animo donandi , ſed repetendi in caſum reſtitutionis faciendæ,& ideo tales expenſas tunc deducit,vel repetit, & ſic fructus interim percepti non compenſantur cum iſtis impenſis, eo quia tales fructus percepit hæres
a ex re,quæ interim eſt ſua,ergo facit tales fructus ſuos. [a] glo.eſt ſing.& perpetuò tenenda menti in l.emptor.in prin.in gl.mag. in verſ.ſuperfluum ad fin.ff. de rei vend. quam ad hoc reputat ſing.Bald. Imo. Raph. Cum. Pau.de Caſtr. do.Alex. & cæteri Mod.hic, Bald.Ang.Imo. & alij in l.inſulam.§. 1.ff.ſol.matrim. Bald.& Ang.ibi vbi,etiam Bart. dicit eam eſſe notandam.eam etiam reputant ſing.Bald.in c.grauis.in 4.col.de reſt.ſpol.dom.
3 Alex.in conſ.123.1.vol.inc.diſcuſſis hęſitationib.ad fin.† euentus. n.conditionis in legatis non trahitur retrò,nec quo ad dominium,nec quo ad fructus l.1.§.1.ff. ad Syl.ſecundum Bar.& alios in l.ſi §.ſed quia.C.commu.de lega. ſecus quando expenſa fieret à bonæ fidei poſſeſſore in re aliena , tunc bene cõpenſatur cum fructibus perceptis.l. ſumptus. ff.de rei vendi. & d.l. emptor.in princ.¶Tertiò not.ex text.ibi,& ædificiorum quan
4 titatibus æſtimatis, & tene menti , † ꝙ æſtimatio refectionis ædificiorum debet fieri habito reſpectu ad valorem, qui eſt de præſenti tempore, quo debet reſtitui , non autem prout valebat in præteritum tempore,quo factum eſt ædificium,& ideo ſi hæres in reficiendo domum expendit centum, & poſteà ſuperuixit tantum , ꝙ ædificium vetuſtate attritum non poteſt durare niſi paruo tempore,fiet ęſtimatio quantum modo valet ædificium , non quantum expendit hæres , ſecundum Iac. de Are.Bart.Bald.& alios hic, & iſtud eſt multum vtile ſecundum Ang.& Pau.de Caſt.nam quotidiè contingit, quòd in teſtamentis relinquuntur fideicom.vniuerſalia poſt mortem hęredis, & hæres dum viuit,conſtruit ædificia , vel iam conſtructa reficit, deinde eo mortuo petitur haberi rationem ſumptuum prædictorum : nam ex prædictis patet , quæ & quales expenſæ ſint reficiendæ per hunc tex. quem Pau. de Caſtr. hic ad hoc reputat ſing. & de hoc vide text. & glo. in l. vbi purè.§. fin.ff.ad Trebell.qui ſic debet intelligi. ¶Quartò, in l.ſi modo.
5 not.gloſ. quæ dicit , † ꝙ incendium non poteſt facile fieri ſine culpa

ADDITIO.

a ¶Suos.Adde Caſt.conſ.247.in fin.lib.2.

culpa alicuius,vt dicit tex.in l.si vendita.ff.de peri.& cōmo.rei
vend.alleg.in gl.& dicit tex.in l.3.§.1.ff.de offi.præfect.vig.ꝙ in-
cendia plerunque fiunt culpa inhabitantium. Hinc sequitur in
practica,ꝙ probato incendio fundata est intentio contra inha-
bitantes, nisi ipsi exaduerso probent, ꝙ absque culpa sua, vel
suorum incendium sit sequutum,& ita vr̃ tenere Bar. Ange.&
Mod.in l.si quis ex argentarijs.§.fi.ff.de eden.Sal.in l.si creditor.
C.de pig.act.Imo.& Flo.hic.d. Abb.& alij in c.2.de depo. Ang.
nota.in consi.167.quod incip.incendium est ortum.Aduerte tn̄
6 diligenter,† ꝙ culpa, quæ præsumitur in incendio contra inha-
bitantes, est culpa leuissima,vt est gl.sing.& multum signanda
in §.præterea.in gl.fi.Insti.quib.mod.re ꝯhi.oblig.quā gl. sequi-
tur,& reputat sing.& tenendam cordi.Saly.in l.quæ fortuitis.in
vlt.col.C.de pig.act.& in l.in iudicio. C.loc.& in d.l.si vendita.
circa fi.d.Alex.hic,& in d.l.si qs ex argētarijs.§.fi.& in consi.50.
1.vol.qđ incip. visis & opportunè ponderatis his, de quibus in
præscripto them.fit mentio.in 2.& in 6.col.Illam gl. etiam pro
sing.sequitur Io.de Ana.in consi.17.qđ incip.visis, & diligenter
ponderatis his, quæ in facto proponuntur. vbi in casu incendij
commissi per quandam nurum, quæ noctis tempore lucernā
accensam in camera minus diligenter seruauit, sequutus est il-
lam gl.eam reputans singularem,& sic illa glo.in d.§.præterea.
* *videtur esse magis communiter approbata*, quamuis Ang.de Aret.in
d.§.præterea.reprobet illam glo.ibi, & dicit, ꝙ habuit de facto
Ferrar.in causa cuiusdā dominæ Appolloniæ viduæ. Illa gl.est
7 benesignanda ad practicam, † quia non semper quis tenetur
de leuissima culpa, prout etiam dicit Saly. in d.l. quæ fortuitis.
in vlt.col.& in d.l.si vendita.nam de leuissima culpa tenetur cō
modatarius, eo quia eius gratia tm̄ fit commodatum.l. in reb.
in prin.ff.cōmo.Similiter, qui accipit mercedem pro custodia
rei.l.qui mercedem.ff.loca.sed in ꝯctib. qui celebrantur gratia
vtriusque,vt in emptione & venditione, locatione, & condu-
ctione,non venit nisi lata,& leuis culpa,non autem leuissima.l.
si vt certo.§.nunc videndum.ff.cōmo.& l. ꝯtus.ff.de regu.iur.
Isti ergo non tenerentur de incendio domus,quā inhabitarent,
nisi probaretur eorum culpa saltem leuis,vt hic per d. Alex.&
latius in d.l.si quis ex argentarijs.§.fin.quāuis in conductore Io.
de Imo.& Flo.teneant ꝯrium, ꝙ locator contra cōductorem
habeat fundatam intentionem, eo quia incendium præsumi-
tur fuisse propter culpam inhabitantium, nisi conductor pro-
bet ꝯrium.s.ꝙ incendium processerit absq; culpa sua, & suorū
pro quib.tenetur,iuxta l.videamus.in prin.& l.qui insulam.§.fi.
ff.loc.puta,quia probet incendium fuisse ab alio immissum, &
dicit Imo.tenendum menti,quia sæpè de facto contingit.¶Tu
8 aduerte,ꝙ tex.in d.l.si vendita.dicit,ꝙ † incendium [a] potest fie-
a ri sine culpa patrisfam.neq; si seruorum culpa factum esset, cō
tinuò dn̄s erit in culpa,si diligentiam non adhibuerit,quam di-
ligentes,& frugi solent præstare.ita tex. ibi dicit. & tex.in d.l.3.§.
fi.ff.de offi.præfe.vig.vtitur dictione plerunque, ꝙ incendia ple
runque fiunt culpa inhabitantium,ergo nō semper. ¶Vnde ali
bi tenet signanter Bal.in consi.44.3.partis incip. quidam nomi-
ne Nestorius de Cortono.ꝙ si probatur,ꝙ ille,qui habitabat in
domo combusta,consueuerit esse vigil,& diligens,& alia indi-
cia contra eum non appareant, in dubio non tenebitur de in-
cendio.arg.l.nō omnes.§.à barbaris.ff.de re mil.& l.argētum.ff.
cōmo.istam decisio. refert, & simpliciter sequitur hic Alex.in
d.l.si quis ex argentarijs.§.fin.in vlti.col.sed vtrobique corruptè
allegat consi.Bal.¶Alibi consuluit egregiè Pet.de Anch. in cōs.
249.incip.conductor domus, in domo cōducta noctis tempo-
re dimisit solùm duas puellas ann.12. & puerum ann.20. ꝙ nō
dr̄ in aliqua culpa saltem lata,vel leui, ita ꝙ teneatur de incen-
dio, quamuis dicti pueri minus diligenter ignem custodierint,
9 eo † quia consueuerat paterfa. etiam diligentem habere fami-
liam tam maiorum, q̃ minorum in domo,velut in tuto refu-
gio.l.plerique. iuncta.l.neq; impuberes. ff.de in ius vocan.ergo
cōis consuetudo culpam excludit.l. pignus.ff.de pign.act.quia
non intelligitur culpa,quam consuetudo admittit.Et illam de-
cisio.Pet.de Anch.etiam refert,& sequitur Io. de Ana.in d.cōsi.
71.Sed caue,quia Bal.in præalleg.consi.44.3.partis,in vlt. verbis
vr̃ contrarium tenere,dum dicit, ꝙ quis dr̄ esse in culpa, & te-
neatur de incendio, quia fortè tenebat ibi pueros, qui incende-
runt domum.¶Item aduerte,ꝙ ad hoc,vt quis de incendio te
neatur,debet probari culpa certi,& determinati hominis, quia
licèt culpa inhabitantium præsumatur, vt prædixi, tn̄ sine cul-
10 pa determinatæ personæ fieri non potest,quia † nō potest pręs-
sumi culpa indeterminati hominis.d.l. si vendita. vnde qn̄ non
probatur culpa certæ,& determinatæ personæ,remanet incer-
titudo,& sic non potest sequi condemnatio.l.licèt.§.fin.ff.nau.
cau.stab.& l.duo sunt Titij.ff.de testa.tut.ita tenet Bald.in d.l.si
creditor.C.de pig.act.& in l.quæ fortuitis.in 2.col.in versi. item
quæro de igne.C.de pig.act. & expressè firmat Io. de Ana.in d.
consi.71.quod bene no.vt scias defendere amicum.Et adde,qđ
tenet Bal.in præalleg.consi.44.3.partis.& ita in contingentia fa
cti consului,& obtinui in ciuitate Cremonæ.Sed aduerte,quia
imò, qn̄ non apparet à qua persona determinata inhabitantiū
b tale incendium processerit,tunc vr̃ ascribendum [b] patrifa. qui
est caput domus, & qui tunc præsumitur minorem diligentiā
adhibuisse,quàm debuerit.d.l.si vendita.& ꝙ culpæ patrisfa.in-
cendium in domum ortum ascribatur,facit tex.in d.l.si res pu-
pillares.& ibi Bal.ad hoc no. C.de peric.tu.& in l.capitalium.§.
11 qui ob inimicitias.ff.de pœn. † quia ad ipsum principaliter dili
gētia,& custodia domus, & eorum qui in domo sunt,spectat.
l.si seruus seruū.§.si fornicarius. & d.§. Proculus. ff.ad l. Aquil.
& l.Imperatores.ff.de offi.præfe.vigi.not. Ang.in præalleg.cōsi.
197.incip.incendium est ortum. per Angel. de Are. aliquid in
tract.maleficiorum, in glo.sua in ver. incendiario.& hoc vr̃ in
puncto iuris esse verius.¶Capio gl. in ver.æstimatis.quam diui
de in tres partes.In prima declarat tex.In secunda opp.& dupli
citer solu.In tertia etiam opp.& sol.Secunda ibi,sed cùm sciēs.
Tertia ibi,item ꝯ.j.e.In ea.gl.ibi,sol.ibi in sua propria re impen
12 dit. † Nam ibi possidebat scienter tanquam prædo,rem alienā
tanquam suā,& tanquam in re sua impendit,& sic non habuit
animum aliquē obligandi,ita nec vnquam habuit animum rē
restituendi,ideo tales expensas non repetit,hic autem hæres fe-
cit impensam in re subiecta restitutioni in euentum conditio-
nis,& sic habuit animū obligandi legatarium,& sic cessat præ-
sumptio donationis, cùm nemo præsumatur iactare suum.l.
cùm de indebito.ff.de proba.Itē posset legatarius mori ante hę
redem,& sic deficeret conditio legati,& cōsequenter legatum
non deberetur.l.hæres meus. 2.rn̄.ff. de condi. & dem. & l.si cū
dies.ff.qn̄ di.leg.ced.Item cùm legatum esset cōditionale, hęres
interim impendit in re sua, & non in re aliena,& sic cessat con
trarium: sequens sol.glo.procederet, si legatum domus fuisset
purum,tunc esset personaliter obligatus hæres ad rem traden-
dam,sed in l.contraria non esset obligatus,licèt posset rei vend.
13 conueniri tanquam detentor.¶† In vlt.parte glo.ibi,item con-
tra.j.eo.l.si ita legatum.§.fi.vbi legatum domus extinguitur, si
domus combusta postea reficiatur gl.bene respondet,ꝙ ibi vi-
uo testatore, qui potuit mutatione voluntatis perimere lega-
tum, & sic per refectionem videtur legatum reuocasse, vt ibi,
hic autem hæres refecit post mortem testatoris, in cuius pote-
state non est legatum reuocare,nec tollere.l.cætera. §.fi.s.eod.

ADDITIONES.

a ¶Incendium.An incendium dicatur casus fortuitus, & quando non, & cuius culpa præsumatur, & quid si sunt plures habitatores tam superius, quàm inferius,vide Alex.consi.50.1.vol.

† Et dic,quod incendium ortum in aliqua domo, in dubio præsumitur ortū,& processisse culpa inhabitantium,vt per plura not.Euer.lib.Arg. loco à communiter acciden.pag.543.& not.Ias.in l.sed & si quis.§.quæsitum. col.pen.in fin.& col.seq.ff.si quis caut.Quid in conductore domus? vide Anchar. consi.348.& quid de incendio domus vicina? Afflic.decis.57. & quod igne exorto in vicinia,si domus alicuius destruatur à vicinis,ne ignis vlterius progrediatur, damnum ei à vicinis communiter resarciri debeat,not.Rol.consi.69.nu.32.lib.2.post Bar.in l.si alius.§.est & alia.ff.quod vi aut clam. Bal. in l.2.versi. æquissimum.ff.ad l.Rhod.de iac. Quid de incendio casu fortuito? & vide Sal. in l.quæ fortuitis.C.de pig.act.Rol.consi.95.lib.2.vbi nu.21. docet cautel.ad defendendū accusatū de incendio,& plura alia notab.in materia.MASVER.

b ¶Ascribendum.Sed quod præsumendum sit incendium culpa inhabitantium ortum esse,& quando sunt plures habitantes, à quo dicatur habuisse principium,& causam,vide Rol.consi.401.quod inci. eo præsupposito.

*SVMMARIVM.*

1 *Condictio incerti an sit nomen actionis, & cuius naturæ sit, remissiuè.*
2 *Hæres adeundo dicitur quasi contrahere cum legatarijs.*
3 *Dominium quod transfertur in legatarium rei legatæ à morte testatoris, dicitur ciuile, & improprium.*

LEX LXIII.

1 QVòd si nulla. † In gl.in vers.si incerti. in prima parte, an
condictio incerti sit nomen actionis, & cuius natu-
ræ sit,& ad quid competat, latè disputaui in d.l.sed
& si me putem.§.cùm inter.vbi tenui ꝯ gl.ibi,& vbique,& con
tra Doct.ꝙ condictio incerti sit actio competens ad omnia in-
certa, sicut certi condictio generalis est actio cōpetens ad om-
nia certa.l.certi cōdictio.in prin.ff.si cer.pet. ad ibi dicta me re-
mitto.¶In 2.parte gl.ſm istam sol. Rog. iste tex.non procede-
ret, qn̄ legatum domus fuisset purum, sed hoc non est verum,
per ea,quæ statim subijciam,ergo ista sol. Rog.non est vera,vn̄
vera sol.ad l.si in area. est, ꝙ hic hęres verus fecit impensam in
reficiendo rem non alienam, vt ibi, imò quæ pendente condi-
tione interim erat hæredis,& poterat legatarius mori ante hæ-
redem, & sic deficere posset conditio legati,vt dixi in gl.præce.
Item

2 † Item ſecundò hęres adeundo hæreditatem dr̃ quaſi contra-
here cum legatarijs.l.apud Iulia.§.hęres.ff.ex quib. cauſ.in poſ.
ca.§.hæres.Inſti.de obli.quæ ex quaſi contractu. per quam adi-
tionem legata debentur, quæ aliàs non deberentur.l.ſi nemo.
cum vulgarib.ff.de teſta.tut.& ſic aliquod negotium, vel quaſi
eſt inter eos geſtum, quod non eſt in contrario. Item, & tertio
3 † etiam dato, ꝙ hic legatum eſſet purum, & dominium fuiſſet
ipſo iure trãſlatum in legatarium à morte teſtatoris.l. à Titio.
in fi.ff.de fur. tñ illud dominium eſt ciuile, & ſic improprium,
& non de iure cõi: patet, nam legatarius poteſt rem legatam
habere hypothecatam, qđ non poſſet, ſi eſſet verè dñs de iure
communi.l.neque pignus. ff.de reg.iur.ideo hæres tradendo rẽ
legatam, trãsfert verum, & proprium dominium de iure gen.
mediante actuali traditione.vt per Bart.& alios in l.1. circa fi.s̃.
eo.per Cy.& alios in l.1.C.communia de leg. & ſic intelligitur
aliquod neg.geſtum inter hæredem, & legatarium, vnde oritur
cõdictio indebiti.ſecus in d.l.ſi in area.& ideo non videtur poſ-
procedere ſol. Rog. poſita in glo.vt prædixi, quando legatum
fuiſſet purum, vt patet per prædicta.

*SVMMARIVM.*

1 *Expenſa facta pro manutenendo rem legatam per hæredem, repetitur à legatario.*
*Donatio non debet præſumi, vbi alia coniectura præſumi poteſt.*
2 *Expenſas factas per hæredem in re legata, tam cauſa cuſtodiæ quàm aliter, quando hæres repetat, vel cum fructibus compenſentur.*
3 *Sumptus facti ad cuſtodiam rei, dicuntur neceſſariò fieri.*
4 *Legatarius, cui legatum fuit factum ſub conditione de aliquo fortilitio, non tenetur ad expenſas factas conditione pendente per hæredem cauſa cuſtodiæ.*
5 *Maritus, nec eius hæres repetere poteſt ſumptus factos in cuſtodia caſtri ſibi in dotem dati per vxorem matrimonio ſoluto, intellige ſi expenſa eſt temporalis, ſecus ſi perpetua.nu.6.*
7 *Maritus tenetur defendere res dotales ſolo ſumptu.*
8 *Expenſa facta pro munitione caſtri dotalis per maritum, repetitur.*
9 *Dominus tenetur ad caſtri cuſtodiam exiſtentis in ciuitate, vel comitatu ſuis expenſis, & etiam reparare tenetur, non ſubditi.*
10 *Dux Mediolani tempore guerræ poteſt imponere cuſtodes in caſtro feudatarij eo inuito.*

## LEX LXIIII.

1 SVmptus. Gl.opponit contra text. † ꝙ ſi
pendente conditione legata-
rius fecit ſumptus neceſſarios in re legata, debeant
eſſe hæredis, & poſſit hęres deducere, qñ reſtituet rẽ
legatam, eo quia legatarius impendens ante euentum condi-
tionis in re conditionaliter legata, videtur impendere in re alie-
na, & ab alio poſſeſſa, ergo impendere animo donandi hęredi,
per regulam, quæ habet, ꝙ quicquid plantatur, ſeritur, vel ædi-
ficatur, omne ſolo cedit.§. cùm in ſuo ſolo. & §. & ex diuerſo.
Inſti.de rer.diui.& l.fi.ff.de acqui.rer.dom. Huius timore iſta lex
legitur in gl.altero de duob.mod. Primò legitur in gl.1.& in gl.
2.ad fi.ꝙ iſte tex.loquitur in ſumptib.factis à legatario pendẽte
conditione ꝑꝑ ſpem, quam habebat ad illam rem, ꝙ ad eum
debeat peruenire in euentum conditionis, & tales expenſas fe-
cit pro manutenendo rem ad eum perueturã, vnde cũ in hoc
poſſit habere locum alia coniectura, q̃ donationis, ceſſat præ-
ſumptio donationis.l.ſi cùm aurum.ff.de ſolu. & l.cũ de indeb.
in prin.ff.de prob.imò etiã vbi cadit alia legis occaſio, vel con-
iectura, ibi non præſumitur donatio, ſm Bal.in l.1. C.ad Treb.
& iſta lect.eſt plana, vt etiam dicit glo.ſequens in fin. ſm quam
ſummaui.s̃.tex.& intellige, ꝙ tales ſumptus erãt neceſſarij pro
manutenendo rem, non aũt, ꝙ incumberent legatario neceſſa
riò faciendi, & ſic iſti ſumptus erant neceſſarij ex parte rei, quæ
egebat refectione, ſed non quo ad perſonam legatarij, qui non
tenebatur facere, & iſtum primum intellectum tenet gl. ¶ Se-
2 cundo modo legitur in glo.2.† ꝙ iſte tex.loquitur de ſumptib.
factis ab hærede, ſed tunc ob.tex.in l.domos.s̃.eo. vbi hæres re-
petit expenſas, quas fecit in re legata Glo.dupliciter rñdet. pri-
mò, ꝙ hic loquitur de expenſis factis ratione cuſtodiæ, & con-
ſequenter ob cauſam temporalẽ, ideo non repetuntur, ſed ſi
ob cauſam perpetuam bene repetuntur, d.l.domos.vel ſecun-
dò dicit gl.ꝙ hic erat impẽſa pariculatim facta, puta circa ſar-
tatecta, & ſic erat impenſa modica, quæ cum fructib.cõpenſa-
tur, vel ſi in totum refecit, fuit culpa hæredis, quia ꝑꝑ eius cul-
pam incendium proceſſerat, ideo impenſas non repetit à lega
tario.l.cùm res.§.culpa.s̃.eo.ſed in d.l.domos. incendium pro-
ceſſerat ſine culpa hæredis, vt expreſſè ibi dicit text.& in l.ſeq.
ideo repetit à legatario. Iſta ſecunda lect.glo.nullatenus eſt te-
nenda, quia non conuenit literæ, quæ dicit ſumptus in reficien
da domo factos, ergo non eſt in ea cuſtodienda, vt dicit gl. Itẽ
text.dicit factos à legatario, nam ſm iſtum ſecundum, intelle-
ctum poſt dictionem factos, deberet eſſe punctus, vel virgula.
& induceretur præpoſitio, à, quia debet dicere legatario in da-
tiuo, & non à legatario.ſed iſta violant tex. ideo iſtam ſecundã
3 ſol.omittas, & tene primam. ¶ Ex iſta tñ glo.not.diligenter, † ꝙ
ſumptus, qui fiunt ad cuſtodiam rei, dicuntur neceſſariò fieri
ꝑꝑ diligentiam, ad quam quis aſtringitur, ideo nõ repetuntur,
4 & per hoc infert not.Ang.† ꝙ legatarius alicuius caſtri, vel for-
tilitij non refundet hæredi ſumptus factos in eius cuſtodia pen
dente conditione legati, cùm hæres teneatur talem diligentiã
præſtare, & talis impenſa ſit temporalis, vt hac gl.no. Et per ean
5 dem rõnem idem dicit Ang.† in marito, qui ꝯſtan.matri.expẽ-
ſas fecit in cuſtodia caſtri, vel fortilitij ſibi in dotem dati, vt eas
ſolut.matri.repetere non poſſit, nec ipſe, nec eius hæredes. Et
ſubdit Ang. ꝙ iſtas duas qõnes vidit de facto in vrbe veteri in
quibuſdam nobilib.dictæ ciuitatis. Adde, ꝙ cum Ang.ſimplici-
ter trãſeunt Imo.Raph.Cu.Pau.de Caſt.Flo.& d.Ant.de Peril.
hic, & iſtud idem in fortilitio dotali tenet Bar.in l.pen.ff.de im-
pen.quam Barto.legit pro.l.fi.per illum opti.text.vbi tex. dicit,
6 † nam tueri res dotales maritus ſuo ſumptu debet, & ibi glo.in
ver.tueri.intelligit.ſ.ad tempus. Sed aduerte, ꝙ ipſemet Ang.ſi-
bi ꝯ̃rius de directò ꝯ̃rium tenuit in l. diuortio. §. impendio.ff.
ſolut.mat.vbi dicit Ang.ꝙ habuit iſtam qõnem de facto apud
vrbem veterem, & ꝯ̃rium fuit deciſum, & iudicatum, ꝙ tales
ſumptus non dicantur fieri gratia fructuum quærendorũ, ſed
potius ad conſeruandum ipſam ſubſtantiã rei, ideo per mari-
tum, vel eius hæredes repetuntur.per tex.in l. cũ quæreretur.§.
prædijs.ff.de leg.3. vbi Bar.ſuccinctè tangit, & vr̃ etiam contra-
rium velle. Item in ꝯ̃rium vr̃ eſſe gl. in l.1.§. inter neceſſarias.in
ver.proiectas.ff.de impen.dum gl.ibi dicit, vel cauſa munitio-
nis, & ibidem notat ipſemet Ang.& dicit, ꝙ de ea non fuit re-
* cordatus Bar.in d.l.pen.ff.de impen. ¶ Tene primam opin. *quæ*
7 *eſt magis cõis*, ꝙ † maritus, vel eius hr̃des non poſſint tales ſum-
ptus repetere, qñ talis impenſa ad cuſtodiam caſtri, vel fortili-
tij fuit temporalis, vt dixi, ſecus ſi eſſet impenſa pro cuſtodia
perpetua, puta ſi maritus emiſſet ſeruos, vt perpetuò eſſent ad
cuſtodiã neceſſariã caſtri.l.ſi ita.§.pen.ff.de fun.inſtr.& d.l pen.
8 in ver.extra tutelã neceſſariã, & ibi gl. ff.de impen. † Vel ſi eſſet
impenſa in munitionib.caſtri, puta in machinis, vel tormentis.
ita loquitur gl.in d.l.1.§.inter neceſſarias, dũ dicit, vel cauſa mu-
nitionis, quia tunc affert commodum dño etiam poſt reſtitu-
tionem caſtri ſibi factam.ita in effectu cõcludunt Imo. Raph.
Cu.& do.Alex.in d.§.impendia.& in effectu do. Alex.hic in vlt.
col.& vide ẽt Pau.de Caſt.& Arc.in l.fructus.ff.ſol.mat.Bal.in l.
1.in 2.col.& ẽt in vlt.col.poſt med. C.de fruct.& li.expen. Item
9 diligenter aduerte, † ꝙ ad cuſtodiam fortilitij, vel ferrarij * exi-
* ſtentis in ciuitate, vel comitatu tenetur dñs facere cuſtodiri, &
reparari ſuis expenſis tp̃e pacis, & guerræ, non autem eius ſub-
diti.ita ſing.no.Ang.nec alibi legi, in l. turres.per illum tex.C.de
10 ope.pub.& ita de facto conſului in partib.Pedemontanis.† Itẽ
aduerte, ꝙ ſi Dux Mediolani cõcedat caſtrum, vel fortilitium
in feudum, poteſt tempore guerræ imponere ibi cuſtodes in-
uito vaſallo.ita not. Bald.in Auth. nunc ſi hæres. C. de litig. &
ideo magnus magiſter Franciæ anno ſuperiore propter belli-
cos Germanorum motus, potuit non ſolùm iure belli, ſed etiã
a de iure communi ponere cuſtodes, [a] & munitiones in fortili-
tijs huius patriæ, & liguſticis, quod not.quia fortè interrogatus
neſciuiſſes de hoc allegare deciſionem iuris. Et per iſta rema-
nent hæ quatuor.ll.cum magna vtilitate bene expeditæ.

ADDITIO.

a ¶ Cuſtodes. Adde, quòd poteſt princeps ponere cuſtodes in caſtris etiam inuitis vaſallis, tex.in l.ſi ita.§.dominus.ff.de vſu & hab.
* Caſtri.

*SVMMARIVM.*

1 *Dictio cum, poſita inter perſonas, coniungit ſicut dictio, &, æquè principaliter.*
2 *Perſona propter eius dignitatem alteri perſonæ non accedit.*
*Dictio cum, poſita inter res diuerſas, quando coniungat æquè principaliter, ſicut dictio &.*
3 *In interpretandis teſtamentis non accipitur illa interpretatio, quæ nec menti nec verbis teſtatoris congruit.*
4 *Teſtamenti verba ſubtiliter conſideranda ſunt.*
*Item cautè reſpicienda.*

## LEX XLV.

1 SI ancilla. † Dictio cum, poſita inter per-
ſonas, coniungit æquè principa
liter. Item legata ancilla, & partu, debetur partus
ancilla mortua.hoc dicit cum l.ſeq. ¶ Not.primò,
ꝙ dictio cum, quando ponitur inter perſonas ſeruorum lega-
torum

tòrum coniungit æquè principaliter, ſicut dictio,&,vt hic, &
2 l.Titiæ textores. §. nihil ſupereſt.ſ.eod. eo † quia perſona pro-
pter eius dignitatem alteri perſonæ non accedit.l. iuſtiſſimè.ff.
de ædil.edi.ſed quando dictio cum,ponitur inter res, diſtingui
tur,aut res diuerſas, quarum vna non accedit alteri, & tunc
etiam coniungit æquè principaliter, & ſic vna extincta nõ ex-
tinguitur alia, cùm ſint duo principalia legata, & duæ princi-
pales diſpoſitiones:puta,lego Digeſtũ nouũ cum Infor. Si au-
tem ponitur inter res, quarum vna accedit alteri, &,iſto caſu
differunt dictio cum, & dictio, &, quia dictio, & coniungit
æquè principaliter,ſed dictio cum,cõiungit acceſſoriè,& ideo
ſublato principali,tollitur acceſſorium, vt quando teſtator le-
gat ſeruum cum pecunia.§. ſi quis ancillas, & ibi glo.Inſtit.de
leg. & l.ſi cui.ff. de fun. inſtr. & l.1. & 2.& 3.ff.de pec. leg. & l.ſi
cui ſerui,in princ.ſ.eod.& iſta fuit ratio dubitandi in l.ſeq.quia
mortua ancilla videbatur tolli legatum partus, tanquam par-
tus veniret acceſſoriè ad matrem, ſed contrarium ibi,decidi-
tur, & ratio decidẽdi colligitur ex pdictis,qa legatũ partus ve-
nit æquè principaliter.¶Not.2.ex.l.ſeq ad fin.ibi,nec verbis nec
3 voluntati defuncti accommodata eſt hæc ſententia, † quòd in
interpretandis teſtamentis non eſt recipienda illa opinio, quæ
nec verbis,nec menti teſtatoris congruit, & ita conſulendo ſo-
leo ſæpè allegare iſtum text. ad idem text. in l. ab omnibus. in
prin. j.eod. ibi, cùm & ſignificatio verborum non repugnet
huic ſententiæ,& voluntas teſtatoris congruat. ad idem tex.in
l.Meuia. ff. de manu. teſt. ibi,neque contextum verborum to-
tius ſcripturæ teſtamenti,neque mentẽ teſtatoris eam eſſe. Itẽ
4 verba† teſtamenti ſunt ſubtiliter conſideranda, vt dicit tex. in
§.nos igitur.in Auth.de reſti.fideicom.collat.9. quem text.not.
Bald. in c.1.de feu. guar. vnde verba teſtamenti cautè ſunt re-
ſpicienda, ſecundum Bald.in l.ſi cùm dotem.§. ſi pater.in fi.ff.
ſol.matr.nam verba teſtatorum in ſe magnum pondus habẽt
ad cognoſcendum quid eſt,ideo bene ponderanda ſunt,ſecun
dum Bald. in conſ.122.1.partis, quòd inc. verba teſtamenti ſi
dicunt,in fin.

### SVMMARIVM.

1 *Captatoria diſpoſitio non valet in legatis, ſicut nec in inſtitutionibus.*
*Captatoria diſpoſitio dicitur deceptoria.*
2 *Vltima voluntas non poteſt dependere ex alieno arbitrio.*
3 *Legatum poteſt conferri in voluntatem legatarij, non tamen hæredis.*
4 *Ademptio legati captatoria non valet.*
5 *Argumentum de inſtitutione ad legatum, & ſic de maiori ad minus quando valeat.*
*Potentioribus noſtris pares eſſe non poſſumus.*
6 *Inſtitutiones ſunt fauorabiliores, quam ſint legata.*
7 *Conditio appoſita in legatis, ſtatim debet impleri quamprimum poteſt, aliàs habetur pro defecta, ſecus in inſtitutionibus.*
8 *Arguere licèt de libertate ad piam cauſam.*
*Diſpoſitio captatoria ad pias cauſas tenet, remiſſiuè tamen.*
9 *Legatum quando poſſit conferri in arbitrium tertij.*
10 *Matrimonium poteſt conferri in voluntatem alterius tertij etiam extranei.*

### LEX LXVII.

1 CAptatoriæ. † Diſpoſitio captatoria nõ
valet in legatis, ſicut nec in
inſtitutionibus. h. d. Materiam explicaui aliàs in l.
captatorias.C.de teſta.mil.ad ibi dicta me remitto,
a & dicitur captatoria,ideſt deceptoria,[a] quia poteſt ex ea ſequi
deceptio,& teſtatoris, & honorati, ſecundum gloſ.in l.capta-
2 torias.ff. de hæred. inſtit.do.Abb. in c.cùm tibi.de teſta. † Item
vlt.voluntas non poteſt dependere ex alieno arbitrio, vt l. il-
la inſtitutio. ff. de hæred. inſtit. vt eſt quando ſubſtantia diſpo-
ſitionis confertur in voluntatem tertij: puta,lego illi fundum,
ſi Titius voluerit, & tale legatum non valet, vt hic, & l.non-
nunquam. ff. de condi. & demon. ſed in contrarium videtur
eſſe text.ad literam in l.Senatus.§.legatum.ſ.eod. vbi dicit tex.
legatum in aliena voluntate poni poteſt, in hæredis autem nõ
* poteſt.*communiter tamen reſpondetur* per gloſ. & Doct. ibi, quòd
legatum poteſt conferri in alienam voluntatem. ſ. ipſius lega-
tarij,qui cenſetur alienus ab hærede, ſed certè iſta communis
3 ſol.non eſt ſine violentia illius tex.Adde,† quòd ſicut legatum
captatorium non valet,vt hic, eodem modo ademptio lega-
ti captatoria non valet.l.legata inutiliter.§.ex quib.cauſis.ff.de
adi.leg.Bald. in d. l.captatorias. in 6.q. & ibi Sal.C. de teſt. mil.
4 ¶Secundò pondera † vltra Scribentes text. ibi, ſimili modo,
nec in hæreditatib. nec in legatis valent, quòd hic fit æquipa-
5 ratio ab eo, quod eſt maioris præiudicij, † vt eſt inſtitutio,ad
illud,quod eſt minoris præiudicij, vt eſt legatum: nam maior
ratio prohibendi diſpoſitionem captatoriam videtur eſſe in
inſtitutione,cùm ſit maioris periculi,& damni, quàm in lega-
to,& ſic eſt ac ſi diceretur, Capitaneo armorum eſt prohibitũ
tranſire ad hoſtes,ergo etiam vni militi.Iſta non videtur bona
ęquiparatio:nam vulgò dicitur, potentiorib. noſtris pares eſſe
non poſſumus,vt inquit Iuriſc.in l.3.in prin. ff.de ali.iud. mun.
cau.fac.ſed dic,ideo æquiparationem procedere, eo quia hic
prohibetur diſpoſitio captatoria tanquam ſit illicita,& contra
bonos mores,ergo ita adaptatur minori, ſicut maiori, & ècõ-
tra, aliàs verò ab inſtitutione ad legatum non liceret arguere
6 tanquam à maiori ad minus. † Nam inſtitutiones ſunt fauo-
rabiliores,quàm ſint legata, & in eis fit fauorabilior interpreta
tio,vt eſt glo.in l.ſi plures.in glo.fin.ff. de cond.inſt.Bar. in l.ſub
condi.poſt glo.ibi.ff.de hæred.inſtit.probatur in l. pen. §.1.iun-
cto.§.illo.C. de neceſ. ſer. hæred. inſtit. vbi ſi ſeruus inſtituatur
ſimpliciter hæres,intelligitur ſibi relicta libertas, & tamẽ ſi fiat
legatum ſeruo ſimpliciter, non intelligitur ſibi relicta libertas,
quamuis ſit neceſſarium antecedens ad validitatem legati, eo
quia fauorabilior eſt inſtitutio,quàm ſit legatum. Hinc eſt,ꝙ
7 † in legatis conditio appoſita debet ſtatim impleri quampri-
mum poteſt,aliàs babetur pro defecta,& legatum annullatur.
l.hæc conditio ſi in capitolium.ff.de cond.& demon. & tamẽ
ſecus eſt in inſtitutiutione, vbi tractatur de maiori præiudicio,
vt eſt glo. valde not. in l. ſi quis inſtituatur hæres in diem. ff.de
hær.inſti.in princ.in glo.in verſ.diffinit tempus. Bart.in d.l.hæc
conditio ſi in capitolium. ¶Capio gloſ. 1. quam diuide in tres
partes. In prima declarat text. In ſecunda per viam ſal.remo-
uet vnum contrar. In tertia opp.& de ſol.ſe remittit.Secunda
ibi,ſed in libertate tenet.Tertia ibi,item contra.j.tit.1. ¶In ead.
glo.ibi,ſed in libertate tenet.aduerte, quòd d.l.fideicom.liber-
tas.ſecunda habet quatuor principalia reſponſa.Primum ꝙ,fi
deicom.libertas poteſt relinqni in voluntatem hæredis,quam-
uis aliud relinqui non poſſit, & iſtud videtur poſtea corrigi. j.
8 in quarto reſponſo. † Secundum,quòd legatum libertatis po-
teſt relinqui in voluntatem ipſius ſerui, ſi ſeruus voluerit, &
iſte caſus eſt ſine dubio, quia etiam quodlibet aliud legatum
poteſt conferri in voluntatem ipſius legatarij, vt in l. ſeq.§.illi
ſi volet. Tertium ponitur in verſ.ſed & ſi ita,quod legatum li-
bertatis poteſt conferri in voluntatem tertij, & hoc bene eſt
ſpeciale in legato libertatis,in alio ſecus eſſet, vt hoc tex.Quar
tum reſponſum ponitur in verſ. quod ſi ita. quòd non valet
legatum libertatis collatum in voluntatem hæredis, puta ſi
hæres voluerit, vel ſi ei libuerit, ſecus ſi tanquam in arb. boni
viri, & ſic iſtud quartũ reſponſum de directo videtur contra-
riari primo. ¶Pro ſol.dantur quinque principales intellectus,
quos retuli in dicta. l. captatorias. Et ibi ego addidi ſextum
nouum meum intellectum, ad ibi dicta me remitto, & ar-
guendo de libertate ad piam cauſam, vt facit Bart. in l.proxi-
mè.ad fin.ff.de his, quæ in teſt.delen. & in l.ſi vnus.ad fin. C.de
teſt. poſſet inferri ex illo text. ꝙ diſpoſitio captatoria ad pias
cauſas valeat, quod pender ab intellectu cap. cùm tibi.de teſt.
* dixi plenè in d.l captatorias.¶In ead.gl ad fin *communiter reſpon*
9 *detur*,quòd legatum † non poteſt conferri in liberam volunta-
tem tertij,vt hic,ſed bene in arbitrium,ſi Titius fuerit arbitra-
tus,quia intelligitur de arbitrio boni viri,vt ibi,quamuis aduer
ſetur verſ.quid.n.ſequens,qui communiter intelligitur, ꝙ ſtet
interrogatiuè,dic,vt ibi plenius habetur,maximè per Repeten
tes.¶Extra glo. tangit Bart. ꝙ licèt ſubſtantia legati non poſſit
conferri in voluntatem tertij, tamen bene poteſt conferri ele-
ctio perſonarum, puta ſi teſtator relinquat illis de familia eli-
gendis per fideicom.d.l. fideicommiſſaria libertas.§.fin.ff.de fi-
deic.lib.& l.vtrum.§.cùm quidam.ff.de reb.dub. & l.vnum ex
fami.§.1. & l.cùm pater.§.hrditatem. & §. à filia.ff. de leg.2. &
hoc etiam tenet Bart.in d.l.captatorias.vbi hoc plenius exami
naui, & limitationem ibi videas. & ponit Pau. de Caſtr. hic.
¶Vltra Bart. & Scribentes adde, † quod licet legatum, & in-
10 ſtitutio captatoriè non valeant, vt hic, ſecus eſt in matrimo-
nio, ꝙ poteſt conferri in voluntatem alterius tertij, puta con-
traho tecũ matrimonium ſi pater,vel patruus conſenſerit,aut
alius tertius: nam eis poſtea conſentientib. valet mrimonium,
licet ab alieno arbitio dependeret. text. eſt in c. ſuper eo. & in
c.ſeq. de condi.appo. Ratio diuerſitatis eſt, ſecundum d.Abb.
ibi

### ADDITIO.

a ¶Et dicitur captatoria ideſt deceptoria. Captatorium legatum dicitur, ꝙ
confertur in voluntatem alterius,& non valet, etiam ſi exprimatur ad pias
cauſas,ſecus ſi confertur in arbitrium alterius,etiam ſimpliciter,quia intel-
ligitur.ſ.ad pias cauſas,& debet bonus vir arbitrari.c. cùm tibi. & ibi Doct.
de teſtam. ita Bartol. in l.1.C. de ſacroſan.eccleſ. & Bald.in l.executores.C.
de execu.rei iudi.

ibi in 2.not.ex eo, quia matrimonium est de iure diuino, ideo ibi sufficit consensus qualitercunque habeatur, secus est in vlt. volun. quę dependet ex gratia, quia confertur in aliud tempus, quo testator non est futurus dominus. s. post mortem, vt dicit glo.not.in l.illa institutio.ff.de hæred.inst, ideo non potest in alterius voluntatem conferri. Item matrimonium potest conferri non solùm in voluntatem patris, vel patrui, vt volunt iura prææalleg. sed etiam in voluntatem cuiuscunque extranei, secundum Spec.in tit.de condi.appo.in vers. quòd si aliquis.& Doct.maximè do.Card.Flor.in c.per tuas.de cond.appo. & ibi do.Card.Alex.in 6.not.

SVMMARIVM.

1 *Dictio præter, excludit id, ad quod refertur, & quando stet exclusiuè, & quando inclusiuè. vide nu.3.*
*Deus non potest actum repugnantem in esse deducere.*
2 *Verbum do, in prima persona prolatum, facit legatum esse directum, secus si est in tertia.*
4 *Legatum an vitietur, si res legata non reperitur in patrimonio testatoris.*
5 *Albericus de Rosato fidelis conseruator antiquitatis.*
6 *Exceptio declarat regulam, in quibus terminis debeat regula intelligi.*
7 *In legato generis electio est legatarij.*
*In legato generis primò nominatus eligit.*
8 *Relatiuum quantitatis ponitur pro relatiuo numeri.*
*Quælibet coniunctio, vel dictio potest poni pro alia.*
9 *Verba enunciatiua legatorum de præterito non inducunt dispositionem de præsenti, licèt aliàs solo nutu legata relinqui possint.*
10 *Verba inducta ad priuationem, non debent operari augmentum.*

LEX LXVIII.

1 SI ita legatum. † Dictio præter, excludit id, ad quod refertur.h.d.secundum Bar.Saly. & Raph.Cum.vel sic, & notabilibus secundum Bald.Ang. & alios. Non valet dispositio, si quicquid ipsa includit, excludit exceptio. h.d. Ratio, quia includere, & excludere sunt contradictoria, & ideo dispositio tanquam continens repugnantiam annullatur.l. vbi repugnantia.ff. de reg.iur. nam actum repugnantem etiam summus. Deus non potest in esse inducere, secundum Ang.in cons. 187.inc. sic punctus prima fronte videtur clarus, circa. fin. ¶Diuiditur in duas partes. In prima ponitur thema, ex quo resultat tacita quæstio. In secunda ponitur trimẽbris decis. Secunda ibi, siquidem.¶No.1.ex text.ibi, seruos decem do.secundum Bart.& alios, † q̃ verbum do, in prima per
2 sona prolatum facit legatum esse directum, quasi per ipsum testatorem directò detur legatario, secus si apponeretur in tertia persona, vt si testator grauet hæredem, vt det Titio.l.fundi Trebatiani.ff.de vsufr. leg. Adde, q̃ illud procedit non solùm quando verbum do, in prima persona refertur ad legatum, vt hic, sed etiam si referatur ad hæreditatem, vnde si testator dicat, dò hæreditatem meam Titio, intelligitur Titium directò hæredem facere, vt l.cum filio.in princ.& ibi ad hoc ponderaui.s.eod. quamuis Io. de Imo.ibi exponat datur.i.relinquatur,
3 vt ibi dixi.¶Not.2.ex hoc text. q̃ † dictio præter, stat exclusiuè, eo quia ponitur inter diuersas personas. Item & circa res, quæ comprehendi possunt in præced.oratione, sicut si diceret, omnes scholares sunt in scholis præter Titium, dictio præter, stat exceptiuè: si autem esset eadem persona, & res diuersæ ac separatæ, tunc stat inclusiuè, vnde si lego Titio centum præter fundum, intelligor etiam fundum legare, ac si dicerem vltra fundum. text. est in l. Seio.§. vxori.ff. de ann. leg.& l.1. in fin & ibi gl.& Doct.ff.de pign.actio.de quo plenè dixi post.Bart. & alios in l.si eum.§.qui iniuriarum.ff. si quis cau. & in l.actione. C.de transf.Item dictio præter, in isto text.facit, quòd Titius, & Seius in illis seruis, qui in patrimonio reperiuntur, non concurrunt, vt vult text. eo quia illa dictio præter, ostendit testatorem eos concurrere noluisse, aliàs autem concurrent.l.planè. §.si coniunctim.s.eod. ¶Not. 3.ex text.ibi, inutile est legatum, quòd
4 † si res legatæ non reperiantur esse in patrimonio testatoris, vitiatur legatum, & sic testator legando Seio 10.seruos, præter illos 10. quos legauit Titio, si non reperiantur in patrimonio testatoris, legatum non valet, quia testator videtur sensisse de suis seruis, & non de alienis redimendis. contra istud notabile, & contra istum text fortiter opponitur, quòd licet in patrimonio testatoris non sint nisi 10. serui legati Titio, tamen debet valere aliud legatum factum Seio de alijs 10. seruis, eo quia istud videtur legatum in genere, ergo in legato generis si in patrimonio testatoris non reperiantur tot serui, debent redimi extra patrimonium ex seruis alienis. l. huiusmodi. §. si cui homo.j.eod.& l.legato gñaliter. & ibi glo.s.eod. & l.Titia.§.1. ff.de aur.& arg leg.& ista interpretatio debet fieri, vt legatum secundo factum valeat, & nõ annulletur.per reg.l.si q̃n.in prin j.eod. Propter istud difficile ɔ̃rium Bart. restringit istum text. vt procedat, q̃n testator expresè dixit, relinquo Seio 10.seruos de his, qui sunt in meo patrimonio, & sic q̃n testator expressè se retulit ad suos seruos, aliàs procederet ɔ̃rium, q̃ intelligeretur etiam de alienis, & ita refert intelligere Iac. de Are.hic, & sequuntur simpliciter Ang. & Sal. hic. Sed ista sol. nullatenus est tenenda, quia est nimia diuinatio, & restrictio ad istũ text. qui simpliciter loquitur, & cùm loquatur simpliciter, nõ pos-
5 set procedere s̃m istam sol.Bart. † Item Alb.de Ros.fidelis cõseruator antiquitatis refert Iac.de Are.aliter dicere, q̃ eum referat Bart. non q̃ testator istud expresserit, vt dicit Bart. sed q̃ ideo hic testator præsumitur sensisse de suis seruis proprijs, eo
6 quia excepit de suis, qui sunt in patrimonio, † & exceptio declarat regulam, in quib.terminis debeat regula intelligi. l. nã q̃ liquidè.§.fin.ff.de pen.leg.notatur in l.1.ff.de reg.iur.sed nec ista solutio valet, quia similiter diuinat, q̃ hic exceperit de suis seruis, quos habebat in patrimonio, istud non dicit litera, sed simpliciter dicit præter eos 10.quos Titio legauit, nisi subtilius dicas s̃m Io. de Imo. q̃ testator in exceptuatis intellexit de suis proprijs seruis, cùm eos haberet in patrimonio.l.3.& 5.ff.de vino, trit.oleoque leg.ergo eo modo regula debet intelligi de seruis proprijs, cùm, vt dixi, exceptio declaret regulã, sed nec ista sol.satisfacit, cùm text. etiam loquatur, q̃n non habebat tot seruos in patrimonio, ibi, q̃ si minus.Item declaratio, quæ sumitur ab exceptione, procedit, q̃n hoc modo declarando legatũ valet.d.l.nam q̃ liquidè.§.fin.sed hæc declaratio, quæ sumeretur ab exceptione, tenderet ad annullandum legatum factum Seio, si non intelligeretur etiam de alienis. Vnde alio modo responde, & melius s̃m Pau.de Cast. q̃ ɔ̃rium procedit, q̃n testator nullos seruos in suo patrimonio reliquisset, vel reliquisset tñ.10.& sciebat plures non esse in patrimonio, secus q̃n testator habebat seruos in patrimonio, & credebat esse plures, quia fortè aliqui erant mortui, tunc procedit iste text. q̃ testator nõ videatur noluisse ex alienis fieri suppletionem, & iste est verus intellectus s̃m eum, quem etiam sequitur Ang.de Peril.hic tacito authore.s.Pau.de Cast. Addo pro ista sol.bon. text.in l.3.in prin.ibi, cùm nullum reliquisset vinum.ff.de vi.tri.oleoque.leg.
7 ¶No.4.ex text.ibi, quos Titius elegit.s̃m Raph.Cum.† q̃ in legato generis electio est legatarij, secus est s̃m glo. in ɔ̃ctib.per l.comprehẽsum.ff.de contrah.empt.Tu dic melius, q̃ iste text. loquitur, q̃n duo erant legatarij de 10.seruis in gñe, tunc Titius primò nominatus eligit, & alij 10.qui restant, debentur secundo legatario, & sicut q̃n testator habens plures equos legauit Tito vnum de equis suis, & postea Seio alium, nam primò nominatus debet eligere.l.quoties.in prin.ff.de vsufr.s̃m Bart.in l. qui duos.vbi dixi.s.eod. ¶Not.vlt. ex text.in fin.ibi, in tantos,
8 quanti inueniantur; † nã exponitur tantos.i.tot, quanti.i.quot, & sic not.s̃m Iac.de Aret.Bart.& alios, q̃ relatiuum quantitatis ponitur pro relatiuo numeri. Addo, q̃ vult glo.not.quæ tota die allegatur, in l.eas causas.ff.de condi.& dem. vbi dicit glo. q̃ quælibet coniunctio, & quælibet dictio põt poni pro alia.
9 ¶In gl.1.in fin.habes ex glo.notabilem conclusionem, † q̃ verba enunciatiua legatorum [a] de præterito non inducunt dispositionem de præsenti, quamuis aliàs legata possint solo nutu relinqui.l.nutu.j.tit.2.dixi in l.si res obligata.s.eo.sed inquãtum glo.ad hoc alleg. text.in l. Titia.in prin.j.tit.1. illa lex nihil probat s̃m Dyn. & Bart. eo q̃a ibi erant verba enunciatiua futuri euentus, quæ inducunt tñ conditionem, & intelliguntur si legauero, & certum est, q̃ illud, q̃ est in conditione, non est in dispositione. l. si q̃s sub conditione dandorum 10. ff. si quis omis. cau. test. hic autẽ erant verba enunciatiua de præterito. vnde pro conclu.gl.q̃ oẽs tenent, melius facit s̃m Bart.& Doc. text.in l. cùm tale.§. fin.ff.de cond.& dem.& tex.in l.ex facto et
10 agitatum.ff.de hær. inst. Itẽ q̃a † verba inducta ad diminutionem, & priuationẽ, non debent operari augmentũ, & sic ɔ̃rium effectũ.l.legata inutiliter.in prin. vbi dixi.s.eod. Sed aduerte, licet Dyn.Bart. *& omnes indifferenter teneant* concl.glo.tñ text.s.alleg.per Bart.& Scribentes possunt de facili euitari.s.text. in d.l. l. cùm tale.§.fin. nã ibi fuerunt verba prolata ad diminuendũ ergo non operantur augmentum, vt ibi expressè dicit tex. quia non animo legandi, sed diminuendi factum est legatum: nã ibi testator dixerat, ex centum, quæ legaui Titio, lego 10. Seio. per ista verba non intelligitur legare centum Titio, sed non sic est in ista lege, vbi illa verba præter eos 10. quos Titio

ADDITIO.

a ¶Verba enunciatiua legatorum. Quæ autem esse dicantur verba enunciatiua, & non dispositiua, in quibus non consistit volũtas, vide pulchrè per Alex. in cons. suo. 82. in 3.vol. ibi, namque verba enunciatiua, & quando prolata sunt per modum causæ, an inducant dispositionem, vel ne, per eundem plenè in alio cons.46.in 1.vol.ibi, quæ verba, &c. non obstant.

Titio legaui, respectu ipsius Titij non sunt prolata ad diminuendum, imò ad conseruandum, imò ad præferendum legatum factum Titio, vt præferatur legato facto Seio. Similiter potest de facili euitari text. in d.l.ex facto etiam agitatum, qui minus facit, quia ibi verba expressa fuerunt cōditionalia.s. si mihi Seius hæres non erit, quem hæredem non instituerat, vnde verba cōditionalia, & priuata, prout ibi sunt, nullatenus disponunt, sed in isto text. non erant verba conditionalia, quia testator dixit, præter eos 10. quos Titio legaui, & sic posset disputatiuè teneri contra communem glo. quam Dyn. Bart. & omnes indifferenter tenent, tamen in iudicando, & consulendo non esset ab ea recedendum.

*S V M M A R I V M.*

1 *Expressio eorum, quæ tacitè insunt, si exprimatur alio modo quam insunt, aliquid operatur. & vide num. 5. & 8.*
2 *Voluntas in mente retenta nihil operatur in actibus hominum.*
3 *Voluntas datur intelligi facto, aut verbis.*
4 *Legatum potest conferri in meram voluntatem legatarij, non tamen in voluntatem hæredis, vel tertij.*
6 *Conditio si volet, apposita in institutione, nihil operatur.*
7 *Contractus quare non possit conferri in voluntatem alterius contrahentium.*
9 *Verbum do, importat translationem dominij.*
10 *Dispositio huius text. generaliter procedit in omnibus legatis.*
11 *Translatio legati ad hæredes non impeditur, licèt dominium legati non transeat ipso iure in legatarium.*
12 *Legatum ante aditam hæreditatem non potest cedere quo ad obligationem, & actionem, quia non est persona, quæ obligetur, intelligo quando legatum est conditionale, secus si est purum, quia oritur obligatio, sed obstat exceptio.*
13 *Legatum in diem certum transmittitur ad hæredes legatarij, etiam ante aditam hæreditatem.*
14 *Hæreditas non adita non transmittitur.*
15 *Ratio, quare hæreditas non adita non transmittitur, & tamen legatum ante aditam hæreditatem transmittitur.*

1 §.Illi si volet. † ¶Expressio eorum, quæ tacitè insunt, alio modo q̃ insint, aliqd operatur. h.d. vel sic proprius ad tex. Legatum collatum in voluntatem legatarij est conditionale, vnde si decedat antequam declaret se velle, non transmittit ad hæredem. h.d. ¶Diuiditur in duas partes. In prima ponitur dictum. In secunda respondetur cuidam obiectioni. Secunda ibi, quamuis aliàs, & erit subtilis. §. quem intendo vltra Scribentes bene, & fundamētaliter declarare. ¶In tex. ibi, si volet. intellige si declarauerit se velle, non. n. sufficit mentem velle, nisi declaret se velle aut verbis,
2 aut factis, quia † propositum in mente retentum nihil operatur. l. si repetendi. ff. de cond. ob cau. c. 1. in vers. licèt voluntatem habuerit, & ibi glo. & not. Panor. de eo, qui mit. poss. nam voluntas clausa in mente nihil valet in actibus hominum, sed expressa verbis aut factis: nam animi cogitatio, quæ non producitur in lucem, censetur abortiua, & est sicut posthumus existens in vtero, qui si non nascatur, & producatur in lucem, nihil est. l. fin. ff. de posthu. hæred. inst. ita egregiè dicit Bald. in l. 1. in 2. q. C. qui admit. & in suo diuino cons. schismatis, posito post rub. C. si quis aliq. test. prohi. in 13. col. Sufficit ergo, quòd
3 declaret se velle aut verbis, aut factis, quia † facto voluntas datur intelligi. l. reprehendenda. & ibi glo. Bald. & alij ad hoc no. C. de insti. & subst. item non refert an voluntas declaretur verbis, an factis. l. Paulus respondit non tantum verbis. ff. rem ratam hab. & l. de quib. ad fin. ff. de leg. & l. recusari. & ibi gl. ff. de acq. hæred. & est text. not. in l. si tamen. §. ei qui. ff. de ædil. edic.
4 ¶ † Not. 1. ex isto text. quòd legatum potest conferri in merā voluntatem legatarij, si volet, vt hic, non autem potest conferri in voluntatem hæredis, quia hæres nunqnam præsumeretur velle. l. Senatus. §. legatum. s̃. eod. & l. fideicom. libertas. 2. in princ. ff. de fideicom. lib. limitando aliquib. modis, prout limitat text. not. in l. fideicom. §. si sic. & in §. hoc autem legatum. & in §. tanquam. ff. de leg. 3. & in l. vxorem. §. Scæuola. ff. eod. Similiter etiam legatum non potest conferri in voluntatem tertij, quia esset captatorium. l. captatoriæ. vbi dixi. s̃. eod.
5 ¶Not. ex hoc text. quòd † expressio facta per alium modum, quàm tacitè inerat, multum operatur: nam hic facit legatum esse conditionale, & impedit transmissionem legati, & istud est propter differentiam formæ, & hoc est, quia tacitum non inerit. conditionaliter, sicut hic conditionaliter exprimitur: nā si conditio ista si volet, non fuisset expressa, voluntas legatarij non requirebatur in acquisitione, quia legatum acquiritur ipso iure ignoranti. l. cùm pater. §. surdo. ff. de leg. 2. & est text. no. in l. si partem. §. 1. ff. quemadm. ser. amit. & gl. magi. in l. si quis ita hæreditatem. ff. de cond. insti. sed quando apponitur conditio si volet, oportet, quòd declaret se velle, aliàs non tran-
a smitteret, quia legatum conditionale [a] non transmittitur. l. vni. §. scire autem sub condi. C. de cad. tollen. ergo apparet,
6 quòd exprimitur alio modo, quàm tacitè inerat. † Adde, quòd licèt in legato illa conditio si volet, aliquid operetur, vt hic, tamen secus est in institutione, in qua nihil operatur, vt est text. in l. verba hæc. ff. de cond. insti. nisi esset hæres necessarius, quia dicendo si volet, faceret eum voluntarium, vt ibi est text. ¶Glos. 1. diuiditur in duas partes, prout format duas oppo. & sol. Secunda ibi, item videtur non conditionale. In prima opp.
7 dic melius secundum Scribentes, † quòd in voluntate illius, cui fiet acquisitio sine aliqua eius obligatione, & sic, qui solùm est creditor, bene potest conferri tam legatum, vt hic, quàm etiam contractus, vt in stipulatione in personam stipulatoris, vt l. à Titio. §. fina. ff. de verbor. oblig. sed in voluntatem illius, qui etiam obligatur, vt in contractib. de quorum natura est, vt hincinde oriatur obligatio, conferri non potest, & si conferatur in voluntatem alterius eorum, vitiatur, & rationem assignat text. in l. sub hac. ff. de actio. & oblig. quia inanis esset obligatio: nam pro non dicto est, quod dare si non velis, cogi non possis. Item est alia ratio, quia in his, quæ habent dependentiam à voluntate duorum, non est æquum, quòd pendeant à voluntate vnius. Item sicut legatum non potest conferri in meram voluntatem hæredis, quia nunquam presumeretur velle obligari, vt dixi in text. ita etiam in contractib. non potest conferri in voluntatem debitoris, vt est text. in l. centesimis. §. fina. de verbor. oblig. Hinc est, quod in donatione, in qua solus donans obligatur, idem est, quod in legato, quia potest conferri in voluntatem donatarij, secundum Iacob. de Are.
* Bald. & Imol. & Flo. hic. Sed aduerte, quod licèt *omnes indifferenter* ita transeant, sequeretur, quòd si fieret legatum Titio si volet, cum onere aliquid dandi hæredi, vel alij, quo casu hincinde oriretur obligatio, quòd tunc non procederet iste. §. ¶In secunda opp. quam glos. facit de l. 3. supra eod. Adde, quòd eademmet oppositio est de l. aliquando. ff. de cond. & demon: de qua glos. fin. oppo. glos. hic respondet, quod ibi conditio fuit
8 apposita hæredi, hic legatario. Ista solutio † non valet, quia solùm diuersificat casus, sed non vacuat difficultatem. vnde responde melius secundum glos. in dicta. l. aliquando. Barto. & omnes hic, quòd hic exprimitur alio modo, quàm tacitè inerat, quia si non fuisset dictum, si hæres volet, legatum acquireretur ignoranti, & transmitteretur ad hæredes, vt dixi in tex. sed quia dictum est si volet, est necesse, quòd legatarius declaret se velle, aliàs non transmitteret, quia alio modo exprimitur quàm tacitè inerat, secus in dicta. l. 3. Aduerte, quòd licèt omnes indifferenter ita transeant, ista solutio non est generalis. Nam pone, quòd sit legata quantitas, vel genus, vel res alternatiua, vel sit legata res in specie, quæ sit alterius tertij, aut hæredis, & sit apposita cōditio, si legatarius volet, istis casib. prius non acquirebatur ipso iure ignoranti, vt volunt Bartol. & omnes in l. 1. in vlt. colu. supra eod. Tunc non procederet iste text. quia tunc conditio exprimeretur eo modo, quo tacitè inerat, & sic tunc non faceret conditionem, & pondera, quod tex. noster loquitur, quando legatus est Stichus, & sic species, & præsumendum est, quòd Sticus esset testatoris, ex quo text. nō dicit, quòd esset hæredis, vel alterius. Isto modo multum restringeretur decisio huius text. vt solùm procedat, quando legatur in specie res propria testatoris, quo casu dominium ipso iure acquiritur legatario ignoranti, aliàs secus. Sed caue, quia est text. in l. si ita expressim. ff. de condi. & demon. qui idem decidit, quòd iste text. non loquitur de Sticho legato, nec de specie, sed simpliciter, & in genere, & tamen ibi idem dicit, quod hic, ꝙ illi si volet, facit legatum conditionale, & impedit transmissionem ad hæredem, considera si posset dici, ꝙ text. iste, & text. in d. l. si ita expressim. ambo dicunt si volet do: † pon-
9 dera verbum do, quod importat translationem dominij. §. sic itaque. Inst. de actio. & l. vbi autem non apparet. in fin. ff. de verb. oblig. ergo isti text. loquuntur in tali legato, in quo per testatorem possit transferri dominium, & sic quando res propria testatoris in specie legatur, & text. iste loquitur, quando legatur Stichus, & sic in specie. Tamen isto modo multum restrin-

A D D I T I O.

a ¶Legatum conditionale. Quid si legata est dos filiæ sub conditione si sine filijs morietur, quòd reuertatur ad suos hæredes, an valeat? vide per Pau. de Cast. in cons. suo. 130.

reſtringitur deciſio text.hic, & ibi, qui generaliter procedunt.
10 ¶Ego teneo, licèt ſcriptum in ſpecie non inueniam, † ꝙ iſte text.generaliter procedat in omnibus legatis,non ſolùm qñ legatur in ſpecie res propria teſtatoris, ſed etiam quando legatur res extranei, aut ipſius hæredis, aut quando legatur quantitas,vel genus,aut quid alternatiuum, & licet in iſtis alijs legatum non cedat à morte teſtatoris quo ad tranſlationem dominij ipſo iure, vt prædixi, tamen bene cedit quo ad tranſmiſſionem ad hæredes,vnde ſi teſtator dicat, lego illi ſi volet,etiam in iſtis alijs legatum efficitur conditionale, & niſi legatarius declaret ſe velle,nõ tranſmittet ad hæredem, & ſic etiam in alijs legatis conditio ſi volo, aliter exprimitur quàm tacitè ineſſet, & pondera, ꝙ iſte text. nihil dicit de acquiſitione dominij, vt faciunt Bar.& Doct. ſed ſolùm dicit de tranſmiſſione legati ad
11 hæredes, † vnde ſtat ſimul, ꝙ dominium legati non tranſeat ipſo iure in legatarium, & tamen legatarius tranſmittat tale legatum ad eius hæredes. Iſtud aſſumptum probo: nam qñ legatum eſt factum ad diem certam,impeditur tranſlatio dominij ipſo iure à morte teſtatoris, vt eſt text. reputatus ſing.in l. Sempronius. Attalus. ff. de vſufruct. leg. de quo text. in l. 1. ṡ. eod. & tamen non impeditur interim tranſlatio legati ad hæredes.text. eſt ad literam in l.ſi dies.in prin.ff. quando di. leg. ced.& tex in l.vni.§.cùm igitur.in fin.C. de cad.tollen.ergo bene ſtat,ꝙ dominium legati non tranſeat ipſo iure in legatariũ, & tñ legatarius tranſmittat tale legatum ad hæredem. Et ſi tu ſubtiliter diceres,ꝙ qñ eſt legatum in diem certum,ideo tranſmittitur ad hæredem, quia ante diem nata eſt obligatio, & actio,licèt obſtet exceptio.l.1.in fin.ff.quando dies leg.ced.vnde ibi eſt obligatio, & actio, quæ poteſt tranſmitti ad hrẽdem legatarii,licèt dominium antea non tranſeat ipſo iure in eum. Ego poſſem dicere, ꝙ idem eſſet in propoſito. licèt.n.in legato quantitatis, vel generis, aut alternatiuo, vel rei alienæ non acquiratur dominium ipſo iure ignoranti, vt dixi, acquiritur tamen actio perſonalis ex teſtamento, ſecundum Bart. in d.l. 1.in vlt. col. in princ.ṡ.eod. & illa fuiſſet tranſmiſſa ad hæredẽ legatarij,niſi fuiſſet dictum ſi volet,ergo etiam in illis alijs legatis exprimitur aliter quàm inſit. Sed aduerte in vtroque dili-
12 genter ne erres in terminis, † ꝙ ante aditam hæreditatem per hæredem non poteſt cedere legatum quo ad obligationem, & actionem,quia non eſt perſona,quæ obligetur,quia obligatio illa oritur ex quodam quaſi contractu,qui celebratur mediante aditione hæredis. §. hæres. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi contract. & l.ex maleficijs.§. hæres.ff.de act.& oblig. & l.apud Iul.§ fin.ff.ex quib.cau. in poſſ. eatur. vnde ante celebratũ iſtũ quaſi contractum non poteſt dici eſſe obligatio nec actio, ſed poſt aditam hæreditatem, ſiquidem legatum eſt purum, ſtatim contrahitur obligatio,quia hæres obligatur, ſi verò eſt in diem certum,tunc etiam ſtatim mero iure naſcitur obligatio, ſed obſtat exceptio,vt dixi,& ita tenet glo.not.in d.l.vni.§.cùm igitur. in verſ.cedere. & ibi magiſtraliter Bart.& illam gl.reputat ad hoc ſing. Bald. in l.fin C. de teſta. man.do. Alex.in l.1.in 16.col. ṡ.eo.& in l.3.in 5.col. ṡ.eod.ſed ego allego gl. conſociã
13 in §.ſi peculium.in verſ.cedere. Inſt.de leg.† Modo in propoſito in legato in diem certum non acquiritur dominium ipſo iure,vt dixi.Item nec ante aditam hꝯditatem eſt debitum,nec obligatio,nec actio orta, & tamen tranſmittitur ad hæredem legatarij, vt iurib.ṡ.alleg. & legatum tranſmittitur à legatario etiam antequam hæres adeat hæreditatem. d.l.vni. §. cùm igitur.ad fin.& §.in nouiſſimo. ita quando legatur quantitas, vel genus,aut res aliena, non tranſit dominium ipſo iure, & hoc conſtat,vt dixi,nec ante aditam hæreditatem eſt obligatio,vel actio, & tamen ante aditam hæreditatem tranſmittitur, vt in caſu præcedenti, eo quia legatum eſt purum,& mortuo teſtatore eſt acquiſitum legatum ipſi legatario incommutabiliter, niſi adijciatur conditio, ſi volet,tunc requiritur, ꝙ declaret ſe velle,aliàs non tranſmitteret,vt hoc text.qui generaliter procedit,ſicut eſt dictum in legato in diem, vbi etiam non eſt dominium,nec debitum,& tamen tranſmittitur illud ius in ſpe probabili de præſenti. Et ſi dicis iſto modo etiam hæreditas non adita deberet tranſmitti ſicut tranſmittitur legatum antequã habeatur dominium.Item antequam debeatur,& conſequenter antequam adeatur hæreditas, cùm ipſi hæredi competat ius adeundi.l.ſi mater.C.de inſti & ſubſt. & ſic ibi eſt etiam ius
14 in ſpe probabili de præſenti, & tamen hoc eſt falſum, † quia hæreditas non adita non tranſmittitur. d.l. vnica. §. in nouiſſimo, eo quia ibi non eſt ius quæſitum, & formatum de præſenti, ſed ius quærendum in futurum, vt declarat Bart. in l.ſi poteſt.in 6.colu.ff.de acq. hæred.dixi in l.cum filio. in vlt.par.ṡ. eod. Reſponde, ꝙ aliud eſt in legato, ꝙ facilius tranſmittitur etiam ante aditam hæreditatem,& aliud in ipſa hæreditate,vt eſt text. de vtroque in d.l.vni. §. cùm igitur. & §. in nouiſſimo.

15 Ratio diuerſitatis eſt, quia † hæres poteſt adire hæreditatem quandocunque vult, cùm adeatur ſolo animo. l. pro hærede. in princ. & l.gerit.ff.de acq. hæred. ideo cùm hæres habeat ſibi imputare ſi non adit hæreditatem, ideo lex ſtatuit, ꝙ ſi hæreditas non adeatur per hæredem, ꝙ eam non tranſmittat, non ſic eſt in legatarijs,à quorum voluntate non pendet, ꝙ addeat hæreditas per inſtitutum, ideo lex ſtatuit, ꝙ legata tranſmittantur etiam ſi legatarius moriatur antequam adeatur hæreditas per hæredem.d.§.cùm igitur.& d.§.in nouiſſimo, ſic intelligo,& declaro preſentem materiam, quam Scribentes nõ declarant, & ſic etiam intelligo, & declaro iſtum.§.quem nemo ſic declarat,& multi allegant iſtum.§ qui non intelligunt, quo modo loquatur,& quomodo procedat.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum de domo,non cenſetur reuocatum, quando eſſet diruta,& per teſtatorem diuerſis temporibus refecta.*
2 *Area domus legatæ, quæ deſtructa ſit, in totum per legatarium vendicari poteſt,vide & nu.13.*
3 *Domus legata deſtructa ſi poſtea in totum à teſtare reædificetur, legatum extinguitur, ſecus ſi per hæredem reædificaretur mortuo teſtatore.*
4 *Ius pignoris, quod eſt perfectè acquiſitum creditori, non extinguitur licèt domus hypothecata in totum deſtruatur, & reficiatur. & nu. 6.*
5 *Canonici de nouo creati tenentur ſtare electioni de priore, factæ per primos mortuos,licèt electio non ſit per ſuperiorem confirmata.*
7 *Area trahit ad ſe ædificium.*
8 *Teſtator per refectionem domus legatæ videtur voluntatem reuocaſſe.*
9 *Fallacia accidentis dicitur,quando quid mutatur in quale, vel quando inſertur de quid ad quale.*
10 *Augmentum, quod fit rei legatæ,cedit legatario. & num. 12.vbi vide.*
11 *Legatum partis non recipit incrementum.*
12 *Argumentum de toto ad partem procedit,vbi eſt eadem ratio.*

1 **§.Si domus.** † Si domus legata particulatim reficiatur, non extinguitur legatum, ſecus ſi in totum deſtructa à teſtatore ædificetur.h.d. & habet duas partes.Secunda ibi, acſi ex ea domo. ¶Not.1.ex iſto text. ꝙ domus particulariter, & ſic diuerſis temporib.tota à teſtatore refecta, cenſetur eadem domus,licèt nihil remanſerit de illa materia, ideo durat legatum, nec cenſetur reuocatum, & poteſt peti tanquam legata,cùm ſit eadem domus. Facit l.ꝙ in rerum.§.fin.ṡ.eod.vbi idem deciditur in naui legata, quæ tota fuit particulariter refecta. Item, quia remanſit area in legato,
* vt l.ſi gregẽ.in fin.ṡ. eod. ſecundum *communem opin.*de qua in.ꝟ. plenius dicam ad fin. gloſ. ergo quicquid inædificatur cedit areæ.§.& ex diuerſo. Inſt.de re.diui. Item ſecunda loco prioris ſubrogatur, ergo cedit in legato. argum.l.filiæ.§.1.ff.de condi. & dem.& l.ſi donatæ.§.1 .ff.de donat. inter vir. & vxo. quamuis ibi ſint res omnino diuerſæ, ſed in eadem materia, & for-
2 ma.† Si autem domus legata in totum deſtructa eſſet, & teſtator eam non reædificaſſet, tunc area per legatarium vendicari poteſt.d.l.ſi gregẽ.in fin.ṡ.eod.ſm communem opin.quæ an
3 vera ſit.ꝟ.dicetur.¶No.2.† ex ſecunda parte legis, ꝙ ſi domus legata in totum deſtruatur,& poſtea in totum à teſtatore ædificetur, intelligitur reuocatum legatum, & ius legatarij in totum defeciſſe, eo quia cenſetur eſſe noua domus, etiam ſi ex eadem materia reficiatur, vt l.inter ſtipulantem.§. ſacram.circa fin.ff.de verb.oblig.& l.qui res.§. aream.ff.de ſol. Et viuente teſtatore nullum ius erat acquiſitum legatario, ſecus ſi poſt mortem teſtatoris, quo tempore iam erat acquiſitum ius rea-
4 le legatario,tunc † ſi in totum deſtrueretur,& in totum reficeretur per hæredem, non extinguitur legatum. l. domos hæreditarias. & ibi gloſ. in fin. ṡ.eod.quia non eſt in poteſtate hæredis reuocare legatum. l.cætera. §.fin.& l.ſeq. & princ. ſequentis.ṡ. eod. ſicut ius pignoris, quod eſt perfectè acquiſitum creditori, non extinguitur, licèt domus hypothecata in totum deſtruatur, & reficiatur.l. ſi fundus. § ſi res. ff. de pign. alleg in gloſ.pro contrario,licèt gloſ.aliter reſpondeat, & non bene, vt l.ſeruitutes.§.ſi ſublatum.ff. de ſer. vrb præd. Hinc determinat
5 Dyn. † quòd ſi mortui ſunt omnes canonici, & alij de nouo creati, quòd tenentur ſtare electioni de priore factæ per primos,licet nondum confirmatæ per ſuperiorem, quia erat acquiſitum ius electo.& ſequuntur Bald.Alb.Bar.& Flo.hic.¶Expeditis text.capio glo.vnicam in verſ.interire, quę diuiditur in quatuor partes.In prima allegat.6.concor.ad tex.In ſecũda opponit, & ſol. In tertia idem facit. In quarta idem.Secunda ibi, ſed argũ ꝯ.ṡ.eo.Tertia ibi,item eſt ꝯ.ṡ.de pign. Quarta,& vlt. eſt ibi,item argum.contra.ṡ.cod.¶In cad.glo.ibi, ſed ibi eſt ꝯ caſus. Adde, ꝙ ibi eſt caſus ècontra in duob. Primò, quia ibi principa-

principaliter testator à prin.legauit solùm aream, hic autem à prin.legauit domum.Item ibi nullam domum destruxit, licèt in area legata nouam domum ædificauerit, hic autem legaue rat domum, & illam domum vsque à fundamentis destruxit, & posteà aliam de nouo ædificauit.¶In ea.gl.ibi, hic de lucro captando. ista solutio reprobatur à Scribentib. per l.domus.ꝭ. eod. vbi legatarius tractabat de lucro, & tñ domus destructa, & posteà refecta cedit legato, tamen ille text.posset euadi, vt
6 † dixi in text.in 2.not.vt Bart.*& communiter Doct.*respondent,ꝙ ibi contractus erat perfectus,& ius pignoris, & sic reale quæsitum creditori, sicut etiam in l.domos.ꝭ. eod.post mortem testatoris ius erat quæsitum legatario, sed hic non erat ius quæsitum, quia adhuc viuebat testator. Sed aduerte contra istã sol. Bart. & communem videtur facere text. in d.l. inter stipulantem.§.sacram.in vers. pen.& fi. vbi cõtractus stipulationis erat perfectus,& tñ si domus promissa destruatur tota eo proposito,vt non amplius reficiatur, si postea reficitur, noua domus non debetur ex stipulatione, & tamen vt dixi ibi contractus erat perfectus,& acquisitũ ius stipulatori. Breuiter omissa sol. Raph.Cum.hic,dic,ꝙ text.ibidem videtur respondere,ꝙ ideo ibi stipulatio perit eo,quia perit subiectum,& sic substãtia obligationis.s.domus deducta in stipulationem, quia domus posteà ædificata censetur noua domus, & alia diuersa ab ea,quæ deducta fuit in stipulatione,nec ibi erat causatum aliquod ius reale,vt in pignore,& dominio rei legatæ mortuo testatore,vt prædixi. Caue tamen circa.d.l. domus.dum Bart. & Doct.volunt, ꝙ ibi esset causatũ ius perfectè,ex quo testator erat mortuus: nam ibi text. loquitur in domo legata sub conditione.s. post mortem hæredis,ergo interim non potest dici quæsitum ius perfectè, nisi purificata conditione, prout fortè intellexit Bart.vel nisi dicas,vt dixi in text.in 2.not.¶In ea.glo.in fin.Bart.
7 mouet bonam diffic.contra istum text.nam † qñ testator simpliciter legat aream,& postea ibi ædificat domum,per hoc nõ extinguitur legatum,quia testator ædificando super area legata,non intelligitur mutare voluntatem, imò area, & domus ambæ debentur legatario.l.seruũ filij.§.si areæ.ꝭ.eod. quia area trahit ad se ædificium.l.obligationum ferè.§.placet.ff.de act.& oblig.quare non sic est in isto text. qñ testator legat domum, & posteà illam destruxit in totum vsque ad aream? nam area remanet in legato,vt l.gregè. in fin.ꝭ.eod. vnde si postea super ea testator ædificat,quare totum non venit in legato? & tñ iste
8 text.vult oppositum,ꝙ extinguatur legatum in totum,† quia per refectionem domus intelligitur testator mutasse voluntatem,vt etiam dicit ista glo.in fine solutio.ex mente Bar.& Scri
9 bentiũ, sed apertius dic, † ꝙ hic est fallacia accidentis,de qua est gl.in l.vẽdicatio.& in l.quæ de tota.§.incertę.ff. de rei vend. qñ quid mutatur in quale,vel qñ infertur de quid ad quale, secundum gl.in l.debitor.§.fin.& ibi Bart.ff.de leg.2.vt cum dico quicquid hodie emisti,comedisti,pisces crudos emisti,ergo pisces crudos commedisti, fm Bart. in l.3.§.incertam.in fin.ff.de acq.poss.vnde in proposito, in primo casu qñ legatur simpliciter area,ipsa area constituit totum legatum,& ideo si per testatorem ædificatur domus super illa area,debebitur legatario, si
10 cut omne augmentum, † ꝙ fit rei legatæ, cedit legatario, vt l.si ex toto. in prin.& l. ꝙ in rerum.§. si quid post.ꝭ.eod.sed qñ testator legat domum,& postea destruit totam domum,area, quæ remanet, non debetur tanquam res legata, sed tanquam pars rei legatę,fm gl.in l.scire debemus.vers.stipulationẽ.& in vers.legata.in fin.ff.de verb.oblig.vnde si postea testator ædificat domum in illa area,nõ potest peti tunc illa area tanquam pars rei legatæ,quia tunc cedit aliæ domui, nec tanquam prin cipaliter legata trahit ad se totum, quia nunquam fuit princi-
11 paliter legata,& † legatum partis nõ recipit incrementum, vt not.in l.serui electione.§.fin.vbi gl.ꝭ.eod.ita Bart.Confirmatur fm Pau. de Castr. quia quando area est expresse legata, tunc debetur vt res principalis, & sic recipit accessionem augmenti.d.l.seruum filij.§.si areæ.ꝭ.eod. Aliud est,quando debetur tãquam remanens ex re legata, & sic debetur vt accessio, tunc non recipit aliam accessionem sicut nec seruitus aliam seruitutem recipit.l.j.ff.de vsufr.leg. Sed aduerte,ꝙ licèt ista sol.Bar.
* *& communis videatur* colorata, non tamen transit sine dubita-
12 tione,inquantum vult, † ꝙ augmentum,ꝙ accedit legato,augget legatum.d.l.ꝙ in rerum.§.si quid post. secus est in augmento,ꝙ accedit parti legatæ: nam in contrarium est trita regula, quòd idem iuris est de parte, quòd de toto.l.quæ de tota.ff.de rei vend.& c.pastoralis.in princ.de offic.deleg.Et si dicis,quòd hoc procedit, quando est eadem ratio, alias secus secundum glo.in cle.si vna.in vers.defensor.de reb.eccl.non alie.& glo.in c.vnico.§.fin.in gl. fin.de relig. dom.in 6.& glo. in l.qui hominem. in princ.ff.de sol. certè hic non videtur bene assignari ratio diuersitatis.& in contrarium etiam facit tex. in l.peculium.

§.quadrigæ. ff.de leg. 2. & fortius secundum Raph. Cum.quia in legatis quadrigæ, si pereat vnus equus,perit legatum, & tamen equus superueniens reconciliat legatum, ergo fortius hic,vbi destructa domo non perit legatum in totum,cùm duret area, vt dixi, tamen posses dicere, ꝙ ibi augmentum non fit parti rei legatæ,imò toto.Item contra sol.Bart.& communem videtur facere,quia si destructa domo legata durat legatum in area, ergo domus postea ædificata debet cedere solo, & sic areæ.§.& ex diuerso.Insti.de re.diui.considera,quòd Bart. mouetur duplici fundamento.Primò, quia augmentum non accrescit parti legatæ.Secundò, quia cùm area, quæ erat pars legati, nunc cedat alteri domui postea edificatæ, non potest
13 peti tanquam pars rei legatæ.† Tu autem ad oppositionem.ꝭ. formatam contra istum text. responde melius, ꝙ destructa in totum domo legata per testatorem, non est verum assumptum Bart.& communiter Doct.quòd area remaneat in legato, eo quia testator voluntariè destruendo in totum domum legatam,in totum reuocat legatum,etiam quo ad aream,pro ut etiam tenent Raph. Cum. & do. Petr.de Bexu. hic. & vltra eos hic vult iste text.dum dicit interire legatum, & sic indefinitè.ergo in totum, vnde postea ædificando domum non est verum,quòd cedat legato areæ, cùm etiam legatum ipsius areæ sit extinctum simul cum domo legata in totum destructa, & hoc modo radicitus cessat oppositio superius mota. nec obst. text.in l.gregè. in fin. ꝭ.eod. in quo Bart. & communiter Doct. se fundant, vbi combusta insula legata,durat legatum in area. ergo idem hic.Respondetur,quod ibi loquitur quando insula legata fuit combusta, & sic sine facto testatoris, sed casu fortuito.hic autem quando domus legata fuit destructa, & sic interuenit factum testatoris,qui domum destruxit, fortè vt ampliorem ædificaret,& ita etiam dicit ista glo. ad fin.dum dicit, quòd in d.l. si gregè. in fin.ibi fuit insula combusta. hic autem fuit domus destructa, & sic destruendo domum legatam, videtur in totum reuocare legatum.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum de re emenda, vel vendenda iusto pretio, valet.*
2 *Pretium iustum iudex arbitratur, quando partes sunt discordes.*
*Interest nostra acquirere fundos confines etiam supra iustam æstimationem.*
*Interest nostra habere rem, quæ fuit maiorum nostrorum.*
3 *Vendere domum, in qua imagines maiorum nostrorum sunt fixæ, satis lugubre est.*
4 *Iustum pretium rei æstimari potest respectu fructus, & reditus rei.*
*Item ex venditione prædiorum vicinorum.*
5 *Vendere, vel emere quis cogitur præcedente obligatoria dispositione.*
6 *Libellus procedit, peto, vt emas, vel vendas istam rem.*
7 *Hæres in casu huius legis an teneatur præcisè vendere, aut emere.*
*Et sic an teneatur præcisè ad factum, quòd sic, fauore vltimæ voluntatis.*

## LEX LXIX.

1 ET si æquo. † Valet legatũ de re emenda,vel vendenda per hæredem iusto pretio,si interest legatarij. h. d. ¶Diuiditur in duas partes. In prima ponitur decisio. In secunda respondetur tacitæ quæstioni. posset. n. quis dicere,quã vtilitatem continet tale legatum? Secunda ibi, quid.n.si legatarius.Dubium faciebat,ꝙ legatum deberet censeri inutile, quasi non contineret vtilitatem.argum.l.ciuitatib. in fin.ꝭ eod.vbi dicitur,ꝙ nihil ex testamento videtur capere, qui tantum erogat quantum accipit, sed iste text.in secunda parte respondet, ꝙ legatum dicitur vtile, si interest legatarij vendere iusto pretio,qñ necessitas vrgebat, ꝙ venderet, & non reperiebat emtorem, vnde poterit per actionem ex testamento compellere
2 hæredem ad emendum rem, puta fundum iusto pretio, † ꝙ iustum pretium ęstimabit iudex,quando partes discordarent. l.hac edictali.§.his illud.C.de secun.nup.& l.fin.in fin.C.de iure dõ.impe.& l.alieno.§. fin.ff. de fideicom.liber.Bart. & alij hic. similiter potest interesse legatarij, quòd hæres cogatur sibi vendere rem, puta fundum, vel domum iusto pretio.glos.ponit duplex interesse, vel quia habebat fundos confines, vnde sæpè interest nostra confines fundos etiam supra iustam æstimationem acquirere, vt dicit text. practicus in l. si cui fundus.ꝭ. titu. 1. allegatus in glos. vel quia res illa fuerat maiorum suorum,vt est text.not. in l.si in emptione.in princ.ff.de mino.vbi si minor vendat domum,quæ fuit maiorum suorum, & vendat iusto pretio, vel etiam pluris quàm valeat, tamen tanquam læsus potest petere restitutionem in integrum, quæ læsio insurgit ex hoc, quia res fuit maiorum suorum, vt ibi est text. notabi. facit text. in l. lex, quæ tutores, circa

3 med.C.de admi.tut.in verſ. vendere domum, † in qua videre maiorum ſuorum imagines fixas fatis eſt lugubre, tñ aduerte licèt tale intereſſe, aut commodum ſufficiat quo ad validitatem legati, vt hic, quia tñ iſtud non eſt commodum pecuniarium, non poſſet per hoc legatarius grauari aliquo onere fideicom.l.planè.2.§.fin.& l.ſeq.ſ.eod.& l.3.§.ſi rem. & §.fi. vbi tex. not.ff.de leg.3.& l.aſſignare.in fin. ff.de aſſig. liber glo. in l.non amplius.in princ.ſ.eod. Bart.in l. cum filio.in 1.col.vbi dixi.ſ.eod.¶In text.ibi, nullum inueniret emptorem, ergo vr, ꝙ non poſſit æſtimari, ꝙ ſit iuſtum pretium rei, prout teſtator ordina
4 uit, cùm † res tñ valeat, quantum vendi pōt.l.ſi ſeruus.in prin. ff.de condic.fur.& l.mortis cauſa capimus.§.fin.ff.de don.cau ſa mor.& l.pretia rerum. in prin. ff.ad l.falc. Rñdet Bart.dupliciter, vt hic per eum. Vel melius rñde, ꝙ etiam dato, ꝙ nullus reperiatur emptor, tñ iuſtum pretium poterit æſtimari ſm fructus, & reditus rei, per text. in l.ſi fundum per fideic. ſ.eo.item ex venditione vicinorum prædiorum in eodem loco exiſtentium, vt not.gl.in l.2.C.de reſcin.vend. & ita etiam tenent Bal. Imo.Raph. Cum.Flo. & do. Ang.de Perillis hic.¶Not.ex iſto
5 text.† ꝙ qs cogitur emere, aut vendere rem præcedente diſpoſitione obligatoria. facit.l. ſi fideiuſſor.§. meminiſſe.ſ. eod.& l. vxorē.§.agri plagam.ff.de leg.3.& in l.ſi hæres.ff.de act.emp.& ita limitatur regula.l.nec emere.C. de iure delib. licèt Bart.in l. fin.C.de fideic.lib.dicat, ꝙ iſtud hic ſit fauore vltimæ volun.ſta
6 tim dicam, an bene loquatur.& ſm Dyn.& Bald.† procedit libellus, in quo peto, vt emas talem rem, vel vt vendas præcedente cauſa obligatoria, per illum text. & ſequuntur Flo.& d.
7 Ang. de Perillis hic. nunquid † autem in caſu iſtius.l. & ſimiliũ cogatur hæres præciſè emere aut vendere, & ſic teneatur præciſè ad factum, an verò ſoluendo intereſſe liberetur, iuxta.l.ſi quis ab alio. in fin. ff.de re iud. & l. ſtipulationes nōn diuiduntur. in verſ. Celſus.ff.de verb.oblig. ſolus. Petr. de Bexu.tangit hic, & dicit, ꝙ iſte text.videtur innuere, ꝙ hæres præciſè teneatur ad factũ, & ſic teneatur præciſè emere, aut vendere, & plus nō dicit. Miror, ꝙ non fuerit recordatus, ꝙ de hoc eſt textus reputatus ſing.in l.fideicommiſſa.§.fin.ff.de leg.3. vbi eſt tex.ꝙ in vltimis volun. obligationes faciendi ſunt præciſe, & ita per illum text.tenet Bart.in d.l. ſtipulationes non diuiduntur. in 8. q.in duob.locis, vbi dicit, ꝙ in hoc eſt ſpeciale fauore vlt.volun. ꝙ teneatur præciſè ad factum: hoc modo intellige, & falua Bart.in l.fin.C.de fideic.liber.quem ſupra retuli, dum dicit, ꝙ hoc eſt ſpeciale fauore vlt. volun. & de intellectu d.l.fideic. §.fin.dixi in d.l. ſtipulationes non diuiduntur. in 8.q.poſt Lud. ibi, & Bald.in l.vnica.in pen.col.C.de ſen.quæ pro eo, quod intereſt.ad ibi dicta me remitto.

*S V M M A R I V M.*

1 *Executio legati ex iuſta cauſa differtur.*
*Procurator alicuius ſi condemnatur ad mortem, executio differtur, donec reddiderit rationem adminiſtrationis, ſi hoc dominus petat, hoc de conſuetudine non ſeruatur.nu.3.*
2 *Publicè intereſt, ne delicta remaneant impunita.*
*Item ne executio pœnæ differatur.*
3 *Cautela ad differendam mortem condemnati.*
4 *Datio libertatis non differtur prætextu, quòd dicatur ſeruum debere reddere rationem adminiſtrationis.*

LEX LXX.

1 SEruus. † Executio legati ex iuſta cauſa differtur.h.d. Vel ſic. Traditio ſerui legati, differtur, vt actus ſui ration ē reddat.h.d. Et facit iſte text.ſm Dy.Bart.& alios, ꝙ ſi aliquis eſt cōdemnatus ad mortem, qui prius fuerat procurator, vel negotiorum geſtor, aut adminiſtrator alicuius, ꝙ dēt differri exec. donec rationem adminiſtrationis reddiderit, ſi hoc dñs petat. ad idem l.ſi ſeruo legato.§.ſeruus.ſ.cod. ſed iſta iura parum facere videntur, quia in eis agitur de impedienda execu.iuris priuati, ſed in deciſione prædicta tractatur de publica vtilitate,
2 † quia publicè intereſt, ꝙ delicta puniantur. l.ita vulneratus.ff. ad l.aquil.Bart.in l.quæad. circa med. C.de agri.& cenſit.lib.11. Item publicè intereſt, ne exec.pœnæ in delictis differatur. arg. text.not.in l.ſi quis fortè.in prin.ff.de poe. vnde pro hoc eſt tex. expreſſus in l. & ibi Cyn.Bart.& alij.C.de bon.proſcrip.facit. l.fin.§.1.& ibi Bart.ff. de publica.idem tenet Pau.de Caſt.in l.ſi cognati.C. de neg. geſt.Flo. in l.Pomponius ſcribit. in princ.ff.
3 famil.ercif. † Et eſt bona cautela ad differendā mortē condemnati ad aliquod tps, vt dicas eum teneri tibi ad reddendē rationem alicuius apothecæ, vel mercantiæ, aut alterius debiti, tñ ſm Ang.Raph. Cum.& do.Petr. de Bexu.hic, licèt iſtud ſit de iure, tñ de facto non ſeruatur de cōſuetudine. & dicit Ang. in d.l. per illũ text.C.de bon.proſcrip. ꝙ volens differre mor
a tem ᵃ condemnati, vt forſitan eius gratiam conſequatur à ſuperiore, debet adhibere cautelam, vt pro ſe proteſtetur Præſidi, vel Poteſtati, vt non exequatur, eo quia qui condemnatur ad mortem, eſt ſibi obligatus ad reddendam rationem, niſi primò rationem reddiderit, & petit ſuper hoc aſſignari terminũ competentem. Subdit tñ, ꝙ hoc nunquam vidit practicari, & ſi fieret hæc proteſtatio, credit, ꝙ non obſeruaretur de conſuedine, licèt procedat de iure ſecundum eum. Idem ſequitur. d. Bart. Veron. in cautela 5.inc.ſi vis differre mortē alicuius, vbi modificat illud, ꝙ dicit Ang. non ſeruari de conſuetudi, vt ibi
4 per eum. † Aduerte tamen, ꝙ licèt exec.condemnati ad mortē debeat differri donec rationem adminiſtr.reddiderit, vt hic, non tamen per hoc debet differri manumiſſio, & datio libertatis ſerui, qui alterius negotia malè geſſit, & malè adminiſtrauit, quamuis poſteà ex ante geſto poſt manumiſſionem conueniri non poſſit, quia nouus homo cenſetur. text.eſt notabilis in d.l.ſi cognati.& ibi Pau.de Caſt.C.de nego.geſt.

A D D I T I O.

a ¶Volens differre mortem. Adde aliam cautelam per eundem Iaſ. in l. cùm quædam puella. ff.de iuriſd. omn.iud.fuit dictum originale Bald. in l.1. C.an ſeruus ex ſuo facto. vide etiam Bart.Cepol.in prin.ſui trac.cautelarum.

*S V M M A R I V M.*

1 *Nominati per nomina propria vocantur in viriles.*
2 *Nomina propria ad recognoſcendas perſonas imponuntur.*
3 *Legatum factum pluribus hæredibus pro diuerſis partibus inſtitutis, intelligitur pro portionibus hæreditarijs.*
4 *Legatum factum parti hæredum diſpariter inſtitutorum, intelligitur viriliter, & non pro portionibus hæreditarijs.*
5 *Punctus pro copula.*
*Copula attribuit vim verbi cuilibet in viriles.*
6 *Legari poteſt duobus ex pluribus hæredibus diſpariter inſtitutis per nomina appellatiua ſine interpoſitione copulæ.*
7 *Duobus ex pluribus hæredibus diſpariter inſtitutis legari poteſt per nomina propria ſine interpoſitione copulæ.*

§.Si ex pluribus. Iſte.§.negligitur à Scribentib. ſed ego intēdo eũ fun
1 damentaliter declarare, & vltra omnes ei nouum, † & verum intellectum dare. Nominati per nomina propria vocantur in viriles, ſecundum glo.Bart.& Doct.indifferenter. ſimile in l.turpia.§.fin.ſ.eod. ſecundum gloſ.Bart.& Doct.ibi.ſed differunt, quia ibi loquitur in hæredib.grauatis per nomina propria, hic autem in hæredib.honoratis per nomina propria, & licèt iſte text.ſimpliciter dicat, quòd duob.ex plurib.hæredib. fuit legatum, nec aliquam mentionem faciat, ꝙ per nomina propria, tamen veriſimiliter, & quaſi neceſſariò illi duo ex plurib.hæredib.fuerunt per nomina propria nominati, aliàs ignoraremus,
2 qui ſint illi duo ex plurib. † cùm nomina propria imponantur ad recognoſcēdas perſonas.l. ad recognoſcēdas.C. de inge. & manumiſ. ego nullatenus teneo iſtum intellectum glo.Bart.& omnium indifferenter.ſ. quòd iſte text. ſolùm loquatur, quando legatum factum fuit per nomina propria, quia de nominibus proprijs in text.verbum nullum, vnde ego non facio vim in hoc, an legatum ſit factum per nomina propria, an per appellatiua, prout omnes faciunt. Sed facio differentiam, an legatum ſit factum omnib.hæredib.pro diuerſis partib.inſtitutis, & tunc intelligitur pro portionib.hæreditarijs, vt eſt tex. not.in l. planè.§.ſi duob.ſ.eod.& iſte non eſt caſus noſter, quia iſte text. non loquitur quando legatum eſt factum. omnib. hæredib. ſed punctualiter loquitur, quando legatum eſt factum parti
3 plurium hæredum ex diuerſis partib. inſtitutorum. † Nam hic fuit legatum duob.ex plurib.hæredib. ex diſparib.partib.inſtitutis. ita expreſsè cantat iſte text. & tunc intelligitur eis relictum viriliter, & ſic æqualiter, non autem pro portionibus hæreditarijs, vnde ego ſummo realiter text. prout iacet ſine vlla
4 reſtrictione, aut diuinatione. ¶† Legatum factum parti hæredum diſpariter inſtitutorum, intelligitur viriliter, & non pro portionib. hæreditarijs. hoc dicit. Ita etiam propriè loquitur text.in dicta.l.turpia. §.fina. ſupra eod. quando pars hæredum fuit grauata onere legatorum, tunc tenentur in viriles, ſi verò omnes tūc teneantur pro portionib. hæreditarijs, prout etiam ibi cantat litera, & ita etiam ibi latè tenui contra gloſ. Bart. & Doct.ibidem. Ratio diuerſitatis eſt, quia quando teſtator legat ſolum parti hæredum, vt hic, vel qñ ſolum grauat partem hæredum, vt ibi, tunc nō videtur habuiſſe reſpectum ad hæditatem, quia omnes honoraſſet, aut omnes grauaſſet, ſed ſolùm habuit reſpectum ad perſonas aliquorum hæredum, nimirum ſi tunc veniunt in viriles, vt hic, & ibi. Sed quando relinquit omnib.hæredi.aut omnes grauat, tūc videtur habuiſſe reſpe-

respectum ad hæreditatem, nimirum si omnes veniunt pro portionib. hæreditarijs. prout etiam tenuit glo. in l. si quis testamento. ff. de sta. lib. Ratio dubitandi in isto text. esse poterat, quia partes adiectæ in institutione. videbantur etiam repetitæ in legato simpliciter facto, quia quos testator magis dilexit in institutione, videbatur etiam magis dilexisse in legato. argum. l. 1. C. de impub. & alijs substi. cum concor. ibi datis. Contrariũ tamen deciditur in isto text. & quæ sit ratio decidendi, statim apparebit ex. ǯ. proximè dicendis. text. ergo iste generaliter procedit, vt iacet, quando legatum fit parti hæredum dispariter institutorum, siuè fiat per nomina propria, siue fiat per appellatiua contra omnes: nam quando legatur duob. ex plurib. hæredib. ꝑ nomina propria, puta Titio, & Seio ex hæredibus meis lego fundum, est necesse, ꝗ inter illa duo propria nomina po-
5 natur copula, † vel punctus habens vim copulæ. Sed natura copulæ est attribuere vim verbi cuilibet in viriles. l. reos. §. cũ in tabulis. ff. de duob. reis. & l. 1. C. si plures vna senten. nimirũ si tunc illi duo hæredes nominati per nomina propria veniunt viriliter ad legatũ, & sic pro æqualib. portionibus, licèt essent inæqualiter instituti. Eodem modo q̃n testator legaret duob. ex plurib. hæredib. dispariter institutis per nomina appellatiua, tunc etiam est idem, quando possumus cognoscerẽ, qui sunt illi duo ex pluribus: puta testator dixit, illi, quem institui in tali parte, & illi, quem institui in tali, lego fundum, vel quãdo diceret primo hæredi, & secundo lego talem fundum, iuxta glo. not. in l. siue à certis, quæ est lex antepe. ff. de duob. reis. adhuc illis duob. deberetur legatum in viriles, & sic æqualiter propter copulam interpositam inter illa nomina appellatiua, vt l. si hæredes nominatim. & ibi Bart. ǯ. eod. & ibi text. assignat rationẽ, quia personarum enumeratio hunc effectum habet, vt exequentur in legato. ita ego nouiter intelligo istum tex. & credo, ꝗ sit verus, & planus intellectus, reiecto intellectu glo. Bart. &
6 omnium hic, & licèt † possit dari casus, in quo duob. ex pluribus hæredib. dispariter institutis posset legari ꝑ nomina appellatiua sine interpositione copulæ, & cognosceremus, qui essent illi duo, puta si duo ex hæredib. institutis erant fratres aut nepotes testatoris, & alij hæredes erant extranei, & testator diceret, lego fratribus meis talem fundum, tunc non procederet iste text. quia tunc admitterentur ad legatũ non in viriles, sed pro portionib. hæreditarijs, sicut si fuissent nominati vt hæredes. text. est de hoc notabilis in l. Lucius. §. Meuia filium. ff. ad Trebell. Bart. & alij in d. l. turpia. §. fin. s. eod. Pau. de Cast. hic, co quia tunc non est ibi copula, quæ attribuat vnicuique in viri-
7 les. † Similiter posset testator duob. ex pluribus hæredib. dispariter institutis legare per nomina propria sine interpositione copulæ: puta testator instituerat quattuor h̃rdes, & duo vocabantur Titius, sed erant de diuersis familis, seu parẽtelis, & ita vnus cognoscebat ab alio in institutione, postea testator simpliciter dixit, lego Titijs talẽ fundũ, & sic nomine collectiuo, & non per nominum propriorum copularam demonstrationem, tunc admitterentur ad legatum pro portionib. hæreditarijs, ac si essent vocati per nomina appellatiua, vt est text. not. in l. Titius fundi. in princ. ff. de hær. inst. nec tunc haberet locũ iste text. cùm etiam ibi non adsit copula, quæ attribuit vnicuique in viriles. ita ego nouiter intelligo istum. §. & sic declaro eius materiam implicitam, & inuolutam, licet alij nil dicant. ¶ In gl. fin. in verbo habere debent. gl. ponit duos intellectus, & primum sequuntur Bar. & omnes, quem ego non tenui, & secundum glo. reprobat & bene, quia text. dixit ex disparibus, ergo non erant instituti ex eisdem partib. Item dicit tex. & non pro hæreditarijs portionib. Tu teneas vltra omnes intellectum, quem. s. posui, qui est bonus, & planus.

*SVMMARIVM.*

1 *Tempus cedentis legati in legatis inspicitur quo ad acquisitionem. s. cui acquiri debeat.*
2 *Conditio in legatis non retrotrahitur.*
3 *Filius in his, quæ acquiruntur sibi vt filio, non est necesse, quòd sit hæres patris.*
*Emphyteusis si acquiratur pro filijs, & nepotibus, debetur filijs, licèt patris hæreditatem repudiauerint.*
4 *Frater, qui quitauit generaliter fratrem de omni, & toto eo, quod petere possit in hæreditate paterna, non impeditur petere partem feudorum, vel fundorum emphyteuticorum.*
5 *Legatum factum ab extraneo testatore seruo alterius post mortem domini, si dominus in testamento instituto extraneo legat libertatem seruo, cui acquiratur mortuo domino.*
*Inter mortem testatoris, & aditionem hæreditatis in extraneo est dare medium.*
6 *Inter mortem testatoris, & aditionem hæreditatis non est dare medium in suo, vel necessario.*
7 *Beneficium abstinendi datur suo, quando agitur de eius præiudicio, & danno.*
*Hæreditas iacens non datur, vbi est suus.*
*Curator hæreditati iacenti non datur, vbi est suus.*
8 *Interpretatio fit in partem fauorabiliorem, quando duo in eodem puncto concurrunt, nisi concurrant successiuè.*
9 *Si vnus ex duobus dominis dicat seruo suo, vade ad pontem, & si obuiaueris seruo, liber esto, & alter dicat suo seruo, si obuiaueris libero, liber esto, quis eorum erit liber.*
10 *Oppositio de puncto, quæ sit.*
11 *Si iudex Ecclesiasticus excommunicat partem si appellet, & pars appellat, an intelligatur excommunicata primò antequam appellet.*
12 *Damnatio in metallũ, quod sit equè penetrabilis sicut excommunicatio.*
*Seruus pœnæ non efficitur quis, dum sententia legitur, sed postquam est lata.*
13 *Conditio necessario extitura habetur pro impleta.*
*Conditio intelligitur secundum suam conditionem conditionatam.*
14 *Capitaneus si ex dispositione statuti desinat esse capitaneus, si proposuerit de exbanniendo bannitum, & faciat talem propositionem, an desinat statim esse capitaneus, antequam sit perfecta propositio.*

LEX LXXI.

SI post mortem. Quo ad acquisitionem legati inspicitur dies cedentis legati, & si in puncto concurrat, fauemus legatario. h. d. s̃m Bart. & alios, vel sic, & plenius. Legatum ab extraneo factũ filiofa. post mortẽ patris, acquiritur filio, et si non sit h̃rs patris, non autem acquirit h̃rdi patris: legatum verò ab extraneo factum seruo alterius post mortem d̃ni sui pertinet ad h̃rdem d̃ni, nisi d̃ns illi seruo libertatem purã directo reliquerit, & fuerit institutus h̃rs suus, vel necessarius, q̃a tunc q̃n cedit dies legati, reperitur liber, & sic acquiritur sibi. h. d. ¶ Diuiditur in tres partes. In prima loquitur, q̃n legatum fuit factum filiofa. alterius post mortẽ patris. In secunda q̃n fuit factum legatum seruo alterius post mortẽ d̃ni sui. In tertia ponitur notabilis limitatio secundi dicti. Se-
1 cunda ibi, sed si seruo. Tertia ibi, præterquam. ¶ † Not. 1. ꝗ in legatis quo ad acquisitionem. s. cui acquiri debeant, inspicitur tp̃s cedentis legati, vt hic. & l. post diem. §. fin. ff. q̃n dies leg. ced. & l. res legata. ff. de reg. iur. & l. si vxorem. C. de condi. inser. sed hic tp̃e cedentis legati, & sic tp̃e mortis patris filius reperitur esse sui iuris, ergo sibi acquiritur legatum: nam istud legatum factum post mortem patris censetur esse conditionale. l. hæres meus. 2. respon. ff. de condi. & demon. & l. si cùm h̃rs. ff. q̃n dies
2 leg. ced. † Sed in legatis conditio non trahitur retrò. l. 1. §. serui appel. ff. ad Syll. l. si mater. §. eandẽ. ff. de excep. rei iud. latè Barr.
3 in repe. l. si is, qui pro emptore in 5. q. princ. ff. de vsuc. ¶ † No. 2. ibi, nec interest, an patri h̃rs exriterit nec ne. hic esse text diligenter notan. ꝗ in his, quæ acquiruntur filio vt filio, non est necesse, ꝗ filius sit h̃rs patris, & ideo si pater acquisiuit emphyteusim, vel feudum pro se, filijs, & nepotibus, non addendo, & h̃rdibus, vr̃ acquirere filijs vt filijs, & non vt hæredibus, & ideo licèt filij repudiarent h̃rditatẽ patris, fortè, quia grauata est oneribus, tñ admitterentur ad emphyteusim, & feudum, s̃m Bart. in l. si tibi decem. §. si pactus. ff. de pact. & in l. si non sortem. §. libertus. in vlt. col. vbi dixi. ff. de condi. indeb. & in l. Gallus. §. quidam rectè. in pen. col. ff. de lib. & posth. & in l. ꝗ dicitur. in pen. col. & ibi Ang. Imo. & alij Mod. ff. de verb. oblig. & in l. vt iursiurandi. §. si liberi. ff. de oper. lib. cum alijs concor. quas dedi in d.
* §. libertus. *Et ista est communis opin.* s̃m d. Alex. in cons. 119. 5. vol. ꝗ inc. Viso processu causæ vertentis inter d̃nam Bernar. in 2. col. & in cons. 129. 5. vol. ꝗ inc. Pespectis his, quæ in suprascri-
4 pto themate narrantur. in 1. col. † Bene facit, ꝗ si mortuo patre frater alteri fratri facit quitationem generalẽ de omni, & toto eo, ꝗ petere posset in h̃rditate paterna, per hoc nõ impeditur petere partem possessionum emphyteuticarum, vel partem feudorũ, q̃a non petuntur tanq̃ ex h̃rditate paterna. ita signanter tenet Barto. post Dyn. in l. item videndum. §. fi. & ibi Bald. & Ang. ff. de peti. hær. Bald. latè disputans in Auth. si quas ruinas. C. de sacrosan. eccles. & in l. 1. in 5. q. ff. de re. diui. Alb. de Ros. in l. tres fratres. ff. de pact. & istud procedit etiam si talis renuntiatio h̃rditatis paternæ fieret cum iuramento, ita sing. te-
5 net Bald. in c. 1. in 4. col. in tit. an agnatus, vel filius. ¶ † Not. 3. in vers. sed si seruo, ꝗ quando fit legatum ab extraneo testatore seruo alterius post mortem domini sui, & postea d̃ns in testamento reliquit libertatem seruo suo, instituto extraneo, mortuo d̃no legatum primi testatoris factum post mortem domini, cùm per mortem d̃ni purificetur conditio legati, acquiritur h̃rditati iacenti, & posteà h̃rdi adeunti, cũ inter mortem d̃ni, & aditionem h̃rdit. in extraneo hærede sit dare medium, & legatum libertatis non cedat nisi ab adita hæreditate. l. vnica. §. in nouis. C. ad cad. tollen. Si autem fuit institutus

neceſſarius, vel ſuus hæres, puta alius ſeruus illius domini, vel eius filius in poteſtate, tunc non eſt dare medium inter mortem domini, & hæreditatis ſuæ, quia lex ipſo iure facit neceſſarium, vel ſuum in continenti hæredem, & ſic eodem inſtanti cedit dies libertatis relictæ, quo inſtanti cedit dies legati facti poſt mortem domini, ergo cùm illo tempore ſeruus reperiat ſe eſſe liberum, ſibi acquiritur legatum, & non hæredi domini, & licèt eodem tempore concurrant legatum, & libertas, nec vnum poſſit dici anterius altero, tamen fingitur prius factus liber, & poſteà cedere dies legati ſibi facti, vt ſic legatũ ſibi acquiratur, qđ eſt fauorabilius, iſta eſt medulla huius text. ¶Not.4.in tertia parte, & ſic in verſ.præter, ibi, tunc.n.quia in

6 vnum concurrunt. text.notabilem, & expreſſum, † quòd inter mortem, & aditionem non eſt medium ſuo, aut neceſſario hærede exiſtente, quod non reperitur alibi ita bene, & ad hoc quotidiè allegatur iſte text.ſecundum Bald.adde text.in l. quæſitum.§.1.ad fin. ℐ.eod.& in l.1.§. qui ſunt in poteſtate.ff.ſi quis omiſ. cau. teſta.& in l. Iulia. noſter. circa fin.ff.de cond.& demon.gloſ.in l.ſi alienum. §.in extraneis.ff. de hæredi.inſtit.latè Barto.in l.fin.ff.de condi.inſtit.quamuis glo. in d.l.Iul.noſter. in gloſ. fina. teneat hoc eſſe verum in neceſſario, ſecus in ſuo propter beneficium abſtinendi, quod habet à pretore.§.ſed his permittit pretor. Inſtit. de hæred. quali. & dif. propter quod videtur reduci ad inſtar emancipati.l.nam nec emancipatus.ℐ. eod.& ideo gloſella parua hic exponit text.aut, pro &, cùm dicit ſuus, aut neceſſarius, ſed talis expoſitio deſtruit text. † Et il-

7 lud beneficium abſtinendi dat ſuo ſolùm in concernentib.eius damnum, aut præiudicium, aliàs ſecus, vt eſt text.melior de iure in l.ſi filius, qui patri.ff.de vulg. & pupil. vnde teneas, quòd etiam in ſuo non eſt dare medium propter continuationem, quæ fit à lege.l.in ſuis.ff. de lib.& poſth. vnde vbi eſt ſuus, nunquam eſt dare hæreditatem iacentem, vt eſt gloſ.not.in l.cùm hæreditas.C.depoſiti.per quam infert notabiliter ibi Bal. quod vbi eſt ſuus, non poteſt ibi dari curator tanquam hæreditati iacenti, nec valet proceſſus factus tanquam contra hæreditatem iacentem, quod not. ¶ † Not.5.ibi, probabilius.text. egre-

8 gium, & ſignandum, quòd quando duo in eodem puncto cõcurrunt, interpretatio debet fieri in fauorabiliorem partem, niſi concurrant ſucceſſiuè, quia tunc primum in ordine inſpicitur. l. Arethuſa. ff. de ſta. hom. & hic latè per Barto. & Saly.

9 ¶ † Iſtud inducit Barto.ad quæſtionem de duob.dominis, qui voluerunt experiri fortunam ſeruorum ſuorum, vnus dixit ſeruo, vade ad pontem Ticini, & ſi obuiaueris libero, liber eſto. Alius dixit è contra ſeruo ſuo, vade ad pontem Ticini, & ſi obuiaueris ſeruo, liber eſto. iſti duo ſerui ſe inuicem obuiauerunt ſupra pontem, quæritur quis eorum liber erit, & an ambo, an verò nullus? Et concludit, quòd ille, cui fuit dictum, ſi obuiaueris ſeruo, erit liber, quia in puncto, in quo obuiauit, inuenit ſeruum. Alius autem, cui fuit dictum, ſi obuiaueris libero, non erit liber, quia in eo puncto, in quo obuiauit, inuenit ſeruum, licèt ſucceſſiuè ſtatim factus ſit liber, per d.l. Arethuſa. vbi tertius fil. qui naſcitur in illo puncto, facit matrem eſſe liberam, & tamen ipſe non eſt liber tanquam natus ex matre ſerua, & cum Barto.ſimpliciter relato tenet Saly.hic. Ita etiam

10 tenet Barto.in d.l.Arethuſa.ad fin. † Adde gloſ. in l.ſed & partus.§. fin.ff. quòd metus cauſa. vbi dicit eſſe oppoſitionem de puncto, quam oppoſi.de puncto etiam facit glo. Inſtit. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. in princ. in verbo acquiritur. ad fin. ¶Adde quæſtionem Cano.Inn.Ioann.And. & aliorum in cap.

11 præterea requiſiſti.de appel.† Pone, iudex Eccleſiaſticus excommunicat partem ſi appellet: pone, quòd appellat, ſi intelligimus illum prius appellaſſe, excommunicatio ſequens nihil valet, ſi autem intelligitur excommunicatio prius facta, nihil valet appellatio.cap.per tuas. de ſen.excom. glo.in l.fi.C.ſi à non compe.iud.Iſta ergo quæſtio remanet in conſideratione puncti, an in illo pũcto quo appellat, dicatur excõmunicatus.Inn. ibi tenet, quòd in ipſa appella.contrahatur excommunicatio, quia excommunicatio eſt punctualior omni intellectuali gladio: nam quædam ſunt, quæ propter ſui velocitatem præcedunt intellectum ſenſibilem.l.3.§. ſciendum. ff.de dona, inter. vi.& vxo.l.illud.ff.de acquir.hæred.Bald. ibi reprobat iſtud fun

12 damentum, † quia damnatio in ſupplicium eſt æquè penetrabilis, & tamen cùm ſententia vltimi ſupplicij legitur, non eſt ſeruus pœnæ, ſed poſtquam eſt lata.l. qui vlt.ff.de poe.Sicut alibi dicit gloſ.in l. arborib.§.Iulianus. ff. de vſufr. lupus incipit exire ſyluam, non tamen exiuit, tamen dicit Bal.pro Inn.facere. d. l. Arethuſa. vbi conditio ſi tres pepererit, impletur inci-

13 piente vltimo partu.† Sed ratio ſubtilis eſt ſecundum eum, quia incipiente vlti partu conditio eſt neceſ. extitura.l.ter enixa.ff. de verbor.ſign. ideo habetur pro pura. l.ſi pupillus.§.1.ff. de noua.vnde pro Inno.melius facit ſecundum eum, quia intentio iudicis erat prohibere futuram appellationem, à qua voluit ceſſari, & ad actum non perueniri, vnde conditio intelligitur ſecundum ſuam conditionem conditionatam, ſicut ſi teſtator prohibet alienari, & ſi fuerit alienata, lęgat familiæ, nam intelligitur legatum præambula hora alienationis, vt ſubtiliter dicit probare Ioann. de Are. in l.ſi ita fuerit. ff. de manumiſ.teſt. vide etiam ibidem per do. Abb.in vlt.colu. vbi per aliquas alias rationes tenet cum Inn. quamuis referat do. Ant. de Butr. ibi tenere contrarium. & Hoſt. in ſumma de re iudi.§.

14 qualis.in verſ.pura. ¶ † Secundò Barto.inducit ad aliam quæſtionem diſputatam per Iac.Butr.Si ſtatutum diſponat, quòd capitaneus, qui propoſuerit in conſilio de rebanniendo exbannitum, deſinat eſſe capitaneus, & capitaneus facit talem propoſitam de rebanniendo exbannitum, ſi dicimus, quòd ſtatim deſinat eſſe capitaneus, quamprimum incipit proponere, antequam propoſitio ſit perfecta, ergo in eo non verificabuntur verba ſtatuti, quæ loquuntur de propoſita facta à capitaneo. Si autem dicimus, quod non deſinat eſſe capitaneus ſtatim, ergo non verificabuntur verba ſtatuti, quæ dicunt, quòd facta propoſita deſinat eſſe capitaneus.Barto.ſe remittit ad ea, quæ dixit in l.ſi quis ita. per illum text.in verſ. quòd ſi dum proponitur.ff.de iuriſd.omn.iud.& ibi Bart.breuiter tenet, quòd propoſitio debet eſſe perfecta, vnde ante propoſitam perfectam eſt capitaneus, & ſic in eo verificantur verba ſtatuti, vt ibi dixi.

*SVMMARIVM.*

1 *Libertate legata ſub conditione ſeruo alteri legato purè, & conditio libertatis eueniat, legatum extinguitur.*

2 *Legatum purum ſi adimitur ſub conditione, intelligitur ſub contraria conditione collatum.*

3 *Ademptio legati tacitè facta ſub conditione, facit cenſeri legatum datum ſub contraria conditione.*

4 *Legatum ſecundo factum de eadem re ſub commemoratione primi, quando faciat, vt primum legatum in totum intelligatur reuocatum.*

5 *Conditio tacita proueniens ex diſpoſitione teſtatoris, impedit tranſmiſſionem legati, ſecus ſi proueniat à lege propter factum extrinſecum.*

6 *Si ſeruo alteri purè legato relinquitur libertas ad diem certam, primum legatum totaliter extinguitur.*
*Libertas ſeruo alieno dari non poteſt.*

7 *Legatum factum alicui poſt mortem Titij, vel hæredis, dicitur conditionale, & legatarius interim decedens illud non tranſmittit.*

8 *Legatum libertatis factum ſeruo, quando intelligatur ademptum per ſecundum legatum factum de ipſo ſeruo alteri.*

9 *Correctio legum vitanda.*

1 **§.Si purè.** † Legatum libertatis ſub conditione factum, facit legatum de eodem ſeruo videri ſub contraria conditione datum: ſed ſi libertas in diem omnino exituram relinquatur, legatum ſerui videtur ſimpliciter reuocatum.h.d. vel ſic. Si ſeruo alteri purè legato libertas ſub conditione relinquatur, primum legatum ſerui redditur conditionale in euentum contrariæ conditionis, ſi verò relinquatur libertas in diem certam, vel poſt mortem legatarij, legatum ſerui totaliter reuocatur. h. d. ¶Diuiditur in duas partes prin.prout habet duo principalia dicta. Primum eſt, quando ſeruo alteri purè legato fuit libertas ſub conditione relicta, ꝙ non valet primum legatum, cum duabus illationib. Secundum dictum in verſ.ꝙ ſi idem, quando ſeruo alteri purè legato fuit relicta libertas ad diem certam, vel poſt mortem legatarij, ꝙ omnino extinguatur primũ legatũ, & adde concordantem text.in l.ſi ſeruus communis.§. fi.& in l.ſeq.ff. de vulg. & pupil.¶Not.1.ex iſto text. ꝙ ſi ſeruo alteri purè legato relinquatur libertas ſub conditione, ſiquidem conditio libertatis eueniat, extinguitur legatum de ſeruo alteri factum, qa non eſt poſſibile, ꝙ ſeruus ſit liber, & ꝙ ſit alterius, & ſic libertas continet quandam tacitã ademptionem legati.l. ſi idẽ.in prin. ℐ.tit.1.& l.ſeruum filij.§. ſi idem ſeruus.ſ.eod.& l.ſi qs eum.in prin.ff.de vulg.& pupil. Si autẽ deficiat conditio libertatis, tũc legatum ipſius ſerui debetur primo legatario, quia regula eſt,

2 † quòd quando legatum purum adimitur ſub conditione, intelligitur ſub contraria conditione eſſe collatum, vt hic, & l.ſi legatum purè.in prin.ff.de adi.leg.& l.ſi aliqñ.& l. à teſtatore.ff. de cond.& demon.l. ꝙ purè.ff.qñ dies leg.ced. nam deficiente conditione ademptionis, legatum remanet firmum, ſicut etiã in ꝯtibus, ſi pecunia purè debita promittatur alteri ſub conditione, & deficiat cõditio, creditum primum remanet in ſuo

3 eſſe.l.pecuniam ꝗ. ff.ſi cert. pet. ¶ † Tu dic, ꝙ imò ſingularis probat iſte text. ꝙ non ſolùm ademptio legati facta expreſsè

ſub

ſub conditione facit legatum cenſeri datum ſub contraria cō-
ditione,vt iuribus præalleg.ſed etiam ademptio legati tacitè fa
cta ſub conditione facit legatum cenſeri datum ſub contraria
conditione. nam hic teſtator legando ſub conditione liberta-
tem ſeruo,qui erat alteri legatus , intelligitur in euentum con-
ditionis adimere legatum de ipſo ſeruo,vt proximè dixi,tamē
de legato ſerui adimendo nullam teſtator fecit expreſſam cō-
ditionem,& tamen hic tex.eſt notabil.ꝙ ademptione legati ta
citè facta per conditionem libertatis,facit vt ſub contraria cō-
ditione legatum de ipſo ſeruo intelligatur eſſe factum , quod
eſt notabile ad ampliationem prædictorum iurium,& ita ego
4 pondero iſtum tex.¶† Not.2.ex iſto tex.ꝙ illud, quod alibi di-
citur, ꝙ legatum ſecundo factum de eadem re ſub comme-
moratione primi, facit vt primum legatum intelligatur in to-
tum reuocatum.l.planè.in prin.vbi dixi.ſ.eo.& l.translatio.ff.de
adi.leg.Iſtud procedit,quando aliud ſecundum legatum eſt fa
ctum purè,vt ibi,ſecus ſi eſt factum ſub conditione.nam tunc
primum leg.non cenſetur in totum reuocatum , imò videtur
datum primo legatario in euentum contrariæ conditionis, vt
hic,& l.ꝙ ſi alij.ff.de adi.leg.imò ſingularius probat iſte text.ꝙ
illud,quod dicitur,ꝙ legatum ſecundo factum de eadem re fa
cit primum leg.cenſeri in totum reuocatum. d.l.planè.in prin.
procedit, quando tale ſecūdum leg.eſt omnino purū,& abſtra
ctum ab omni conditione expreſſa , vel tacita. ſecus ſi ſecun-
dum lega.ſit factum ſub conditione expreſſa ademptionis pri-
mi legati.d.l.ꝙ ſi alij, vel etiam ſub conditione expreſſa, in qua
inſit tacita ademptio præcedentis legati , quia tunc non facit
cenſeri legatum primo factum eſſe reuocatum, imò facit pri-
mum leg. cenſeri datum ſub contraria conditione. ita eſt text.
5 hic not.quem ego ſic pondero.¶† Not.tertiò ex tex.ibi,& ideo
ſi pendente.ꝙ tacita conditio proueniens ex teſtamento, & ſic
ex diſpoſitione teſtatoris impedit trāſmiſſionem legati, vt hic,
& l.aliquando.& l.à teſtatore. ff.de condi. & demonſtra. ſecus,
quando tacita conditio prouenit à l. propter factum extrinſe-
cum extra teſtamentum,vel naturam rei,vt ſi lego tibi fructus
talis agri naſcituros,ineſt tacita conditio,ſi naſcantur.l.1.in fi.ff.
de condi. & demonſtr.Iſta tacita conditio, proueniens extrinſe
cus à teſtamento non impedit tranſmiſſionem legati.l. condi-
tiones extrinſecus,& ibi notabiliter Bar.ff.de condi. & demon.
Adde text.not.in l.ſi legatum purè.in prin. & ibi Bart. ff.de adi.
leg.vbi ſi lega.factum purè Titio adimatur ſub conditione , &
pendente conditione Titius decedit, quamuis conditio defece
rit,tamen non tranſmittitur ad hæredem Titij , quia legatum
ſub conditione ademptum,cenſetur ſub contraria conditione
datum , & legatum, conditionale non tranſmittitur ad hære-
dem legatarij.l.vnica.§.ſinautem aliquid ſub conditione. C. de
6 cad.tol.¶† Not.quartò in ver.ꝙ ſi idem.ꝙ quando ſeruo alteri
purè legato relinquitur libertas ad diem certam, legatum pri-
mum totaliter extinguitur.Ratio fundamentalis huius tex. eſt,
quia ſi non extingueretur primum legatum , licèt interim di-
ctus ſeruus acquireretur legatario,& ſic dominium ſerui tran-
ſiret in legatarium,certè eueniente poſteà die certa non poſſet
ſeruus ab hærede conſequi libertatem ſibi relictam,quia eo tē-
pore reperiretur eſſe alienus, & ſeruo alieno libertas dari non
poteſt.l.ſi ſeruus legatus.§.ſi alienus ſeruus.ĵ.eo.& l.ſeruo.C.de
teſt.manum.vbi eſt tex.notabilis,ꝙ ſeruo alieno nō poteſt dire
ctò relinqui libertas , etiam ſi talis ſeruus ſit proprius hæredis.
¶Vltimò pondera iſtum tex.in fi.ibi,quia moriturum Titium
certum eſt.Iſta ratio aſſignata in text.non videtur eſſe cōgrua,
quia licèt ſit certum,Titium eſſe moriturum , non tamen eſt
certum,eum eſſe moriturum ante ſeruum , quia poſſet ſeruus
mori antequam Titius , vt l.ſed ſi non ſeruus. §. ſi incertum.ff.
ad l.fal.ergo cùm iſtud ſit incertum , & poſſit ſe habere ad eſſe,
& non eſſe,ergo facit conditionem.l.dies incertus. ff.de condi.
7 & demonſtra. †Hinc eſt , ꝙ quando legatur alicui poſt mortē
a tertij, [a] aut poſt mortem hæredis, tale legatum eſt conditiona
le,& legatarius interim decedens nihil trāſmittit ad hæredem.
l.hæres meus.2.reſponſo.& l.quib.dieb. §.quædam Titio. ff. de
condi.& demonſt.& l.ſi cùm hæres ff.quando dies leg. ced.cū
ergo libertas fuerit relicta ſeruo poſt mortem eius , cui idem
ſeruus erat purè legatus, ergo legatum libertatis eſt conditio-
nale,ſi ſeruus ſuperuiuat poſt legatarium, aliter enim non po-
teſt libertatem nanciſci,ergo ſub contraria conditione videtur
iſte ſeruus eſſe legatus Titio, ſcilicet ſi iſte ſeruus ante morie-
tur, ergo legatum ſerui non videtur eſſe inutile , & tamen iſte
tex.ad fi.vult,ꝙ tale legatum libertatis cenſeatur eſſe relictum
in diem certam,non autem ſub conditione, ideo ſtatim extin-
guitur legatum alteri factum de ipſo ſeruo,ꝙ non procederet
ſi eſſet conditionale , quia pendente conditione non extingue-
retur, ſed ſtaret in ſuſpenſo,vt in prin.iſtius.§. & in l. Iulianus.ff.
de manumiſ.teſta.Ang.hic dicit,ꝙ ſemper dubitauit ſuper iſto
tex.& reſpondet, ꝙ intelligendo iſtud legatum de ſeruo cenſe-
ri factum ſub contraria cōditione, eſſet deriſorium, quia vide-
retur ſeruus eſſe legatus,poſtquam mortuus erit, vnde iſte ſer-
uus nullo modo poteſt deberi legatario. non enim ante mor-
tem ipſius legatarij & ſerui,cùm ſeruus poſſet ſuperuiuere, &
eius libertas exiſtere:non etiam poſt mortem legatarij ſuperui
uente ſeruo,quia tunc ſeruus immediatè factus eſt liber: non
quoque poſt mortem ſerui ſuperuiuente ipſo legatario , quia
cùm ſeruus non ſit in rerum natura , impoſſibile eſt legatario
deberi.ergo tex.bene decidit,ꝙ inutile eſt legatum.Et cum iſta
ſolu.Ang.tranſeunt Raph.Cuma.Flo.& do. Petr. de Bexu.hic.
Ita etiam in effectu reſpondet Pau.de Caſt.hic,qui dicit, ꝙ hic
primus legatarius nō poteſt conſequi aliquod emolumētum
de legato ſerui ſibi facto,cui poſteà eſt relicta libertas poſt mor
tem ipſius legatarij,ſicut poteſt in primo caſu huius. §. nam ſi
deficiat alia conditio libertati appoſita,remaneret legatum ſer
ui penes eum , ſed hic in fi.ſi deficeret, quia ſeruus moreretur
ante legatarium,certè mortuo ſeruo nullum commodum re-
maneret penes legatarium,& iſtam ſolu.Pau.de Caſt.ſibi aſcri-
bit Aret.in l.idem eſt.ff.de vulg.& pupil.vbi de ea facit feſtum,
& dicit,ꝙ eſt ſua noua ſolutio.¶Glo.fi.in verbo inutile.diuidi-
tur in duas partes . In prima declarat text. In ſecunda fortiter
opponit,& dupliciter ſoluit.Secunda ibi,ſed videtur etiam pri-
8 mum valere.¶† In ea glo.ibi,ꝙ non placet,& bene ,quia etiā,
quando legatum de ſeruo eſſet factum ſecundo loco, non per
hoc intelligeretur ademptum legatum præcedens libertatis,
niſi expreſsè ita appareret eſſe voluntatem defuncti, vt l.ſi idē.
ĵ.tit.1. allegata in glo. & l. ſi ſeruus legatus. ff. de fideicom.lib.
Præterea ꝙ iſta 1.ſolutio non ſit vera, patet , quia ibi ex ordine
literæ manifeſtè apparet,ꝙ ſeruus primo fuerat legatus , dein-
de iuſſus eſſe liber,ſicut & hic,quamuis Ioan.de Imol. & dom.
Alex.in l.ſi ſeruus communis.§.fi.ff.de vulg. & pupil.& latius d.
Alex.in l.cum quo de peculio.§.is,qui in bonis.ff.ad l.fal.teneāt
iſtam primam ſolu.gl.& non bene,quia nullatenus poteſt pro-
cedere,vt ex prædictis patet. tamen dicit dom. Alex. in d. §.is,
qui in bonis. ꝙ dato,ꝙ iſta.1.ſolu. non poſſet procedere ad iſta
duo iura,cùm loquantur in eiſdem terminis , tamen ſaltem ꝓ-
* cedit ad d.§.is,qui.de quo ſtatim.ĵ.dicam. *Communiter tenetur.2.*
ſolu.gl.noſtræ,ꝙ iſte tex.loquitur de libertate directa , vel fidei-
commiſſaria præſtanda ab hærede,quo caſu ſi valeret interim
legatum,& dominium ſerui transferretur in legatarium, eue
niente poſteà die non poſſet hæres præſtare libertatem ſeruo ,
quia non eſſet eius dominus,& libertas non poteſt competere
ſeruo alieno,vt dixi in tex.in 3. not. & ſicut à teſtatore vel eius
hærede non poteſt libertas dari alieno ſeruo,ita nec datio liber
tatis poteſt cōferri in tempus,quo erit alienus ſcilicet legatarij.
Sed iſta ratio ceſſat, quando libertas eſt præſtanda ab ipſo lega
tario,vt in contrario, tunc cùm dominium ſerui interim tran-
ſeat in legatarium , poterit adueniente die ipſe , vel eius hæres
præſtare libertatem ſeruo,cùm ſit dominus . Iſta ſolu. eſt vera
in ſe,& eam tene. Tamen contra iſtam ſecundma ſolu. obſtat
tex.l.contrariæ in duobus,prout etiam ibi ponderat Bart. & ta-
men ſequitur iſtam ſolu.Primò cùm tex.ibi dicit,competit. er-
go directo.Item ibi dicit,liber eſſe iuſſus fuerit , ſicut & hic. er-
go nō pōt dici,ꝙ per talia verba magis ſit relicta libertas per fi-
deicom.à legatario,quàm hic directò ab hærede, vel per fidei-
com.tamen ad vtrumq; reſponde,dum tex.dicit competit.Itē
dum dicit,liber eſſe iuſſus eſt,intelligitur per fideicom.per l.Iu-
lianus.ff.de manumiſ.teſta prout etiam dicit Io.de Imo.hic.Et
ſi dicis,ꝙ iſta ſolutio licèt in ſe poſſit eſſe vera , tamen diuinat
ad vtrumq; tex.potes dicere,ꝙ non diuinat. ex quo enim text.
ibi dicit,primum legatum ſerui valere, ergo loquitur neceſſa-
riò,quando libertas erat pręſtanda ſeruo per ipſum legatariū.
hic autem cùm tex.dicat primum legatum de ſeruo eſſe inuti-
le,neceſſariò loquitur,quando libertas erat præſtanda ab hære-
de , quam præſtare non potuiſſet,ſi legatum ſerui valuiſſet , &
ſic dominium ſerui eſſet translatū in legatarium , vt dixi.¶Con
tra iſtam communem ſolu.& iſtum tex.fortiſſimè obſtat text.
in l.cum quo de peculio.§.is,qui in bonis.in ver. quemadmo.ſi
directò.ff.ad l.fal.vbi eſt.tex.ꝙ ſi poſt tempus certum,puta poſt
triennium,directa libertas relinquatur,per hoc non impeditur,
quin interim valeat legatum factum alteri de ipſo ſeruo, ergo
de directo contra iſtum tex.& contra rationem ſuperius addu
ctam.Ioan.de Imol.hic it dicit ſe admirari,ꝙ glo. & Doct.non
faciant mentionem de illo tex.& reſpondet,ꝙ ille text.tanquā
poſterior

ADDITIO.

a ¶Poſt mortem tertij.An legatum poſt mortem hæredis debeatur, legatario mortuo viuo hęrede teſtatoris,vide no.in l.huiuſmodi.quādo dies leg.ced.ſed an legatum conditionale præſcribatur conditione pendente contra legatarium,vide in l.2.in §.ſinautem.C.commu.de legat.

poſterior corrigit iſtum, arg. §. quib. in 1. conſti. Codicis, & ita etiam reſpondet ibidem Io. de Imo. & ibi latius. d. Ale. referens
9 alias ſol. & reprobãs dicit ſe iſtam tenere pro minus mala. † Sed vitanda eſt legum correctio. l. vnica. in fi. C. de inoffi. dona. & c. cùm expediat. de elect. in 6. ¶ Secundo modo reſpondet Io. de Imo. hic, ꝙ ibi conſtabat de mente teſtatoris, ꝙ volebat commoditatem operarum ſerui legati interim eſſe legatarij, ſed nõ dominium. Sed iſtę tex. loquitur in dubio, quo caſu, & cõmoditas erit interim penes legatarium, & ſequitur dominum, & dicit, ꝙ non videt aliam reſpõſionem. Eam etiam tenent Imo. & d. Alex. in d. l. ſi ſeruus communis. §. fi. quamuis eam reprobent in d. §. is, qui in bonis, & iſta videtur minus periculoſa ſol. Iſto modo etiam reſpondet Imo. hic ad l. fi. C. de leg. vbi teſtator poſt certum tempus poteſt adimere dominium rei legatę, & transferre in alium. ergo videbatur, ꝙ eodem modo poſſet hic teſtator poſt certum tempus adimere dominium dicti ſerui legati à legatario, & dare eidem ſeruo libertatem directò, quia hoc modo non diceretur alienus, & ſic ceſſaret ratio ſuperius tradita. nam reſpondet Imo. ꝙ etiam illa. l. fi. loquitur quando apparebat expreſsè de voluntate teſtatoris, ꝙ volebat legatarium habere dominium ſolùm ad tempus, ſed hic non apparet in iſto tex. qui loquitur in dubio. ¶ Tu potes alio modo, & planius reſpondere ad d. §. is, qui. tenendo ſecundam ſol. gl. noſtræ communiter approbatam, ꝙ ibi legatarius, cui erat legatus ſeruus, erat etiam grauatus per fideicom. dare libertatem ſeruo poſt triennium, & hoc ibi dicit clarè tex. & ſic apparet de voluntate teſtatoris, ꝙ voluerit legatarium habere commoditatem iſtius ſerui per triennium, & poſito, ꝙ iſto medio tempore non ſolùm tranſeat commoditas, ſed etiam dominium ipſius ſerui in legatarium, prout tenet. d. Alex. in d. §. is, qui in bonis. per tex. in l. ſed ſi non ſeruus. §. ſi certum. ȷ. ad l. fal. & in hoc reprehendit Imo. hic tenentem contrarium. Tamen hoc non obſt. huic ſolu. quia cùm ibi libertas fideicommiſſaria eſſet pręſtanda ab ipſo legatario, tunc libertas optimè præſtatur ab eo legatario, qui eſt effectus dominus ipſius ſerui, & conſequenter
* qui poteſt eum manumittere. ſed iſte tex. ſm gl. & Doct. *communiter loquitur*, quando libertas erat directò danda ab hærede, vel per fideicom. præſtanda, quo caſu interim impeditur legatum factum de ipſo ſeruo, & illud eſt inutile, vt dicit text. per rationem, quam s. dixi, quia ſi hic legatum valeret, & ſeruus interim efficeretur legatarij, nõ poſſet poſteà eueniente die ſeruus per hæredem manumitti, cùm eſſet alienus.

SVMMARIVM.

1 *Seruo proprio alicui legato legare poteſt teſtator, & dies ſecundi legati cedit ab adita hæreditate.*
2 *Dominium rei legatæ fictè quæritur à morte teſtatoris, verè ab adita hęreditate, incommutabiliter à die acceptationis legati.*
3 *Fictio fictionis induci non poteſt.*
4 *Legatarius in re legata dicitur quaſi hæres.*

LEX LXXII.

1 SEruo legato. † Seruo proprio alteri legato poteſt teſtator legare, & dies ſecundi. legati cedit ab adita hrditate. hoc dicit. ¶ Dubium faciebat, quia non valet legatum factum à teſtatore ſeruo proprio ſine libertate. l. ſeruis. C. de leg. Contrarium deciditur hic in caſu iſto, quia verum eſt, ꝙ teſtator non põt legare ſeruo proprio, qui eſt manſurus hrdis. §. an ſeruo. Inſtit. de leg. ſed ſi eſt tranſiturus in dñium alterius, bene põt legari, vt hic. Ratio decidendi ponitur in tex. quia dies iſtius ſecũdi legati facti ſeruo legato, cedit ab adita hrditate, vt dicit tex. & conſequenter eo tpe, quo ſeruus legatus erit quæſitus legatario, cui quęritur à morte teſtatoris, ideo non reperit legatum factum ſeruo proprio teſtatoris, ergo valet, & tenet.
2 ¶ † In gl. 1. ibi, veritate inſpecta. fictè ergo quęritur dñium legati à morte teſtatoris. l. à Titio. in fi. ff. de fur & l. Papi. ff. de ſerui. verè ab adita hrditate, quia tunc confirmatum eſt teſtm̃ aditione heredis. l. ſi tibi homo. §. cùm ſeruus. ȷ. eo. allegata in gl. Incõmutabiliter autem quæritur à die acceptationis legati, vt eſt gl. magiſtra in l. ei, qui ita hrditatem. ff. de condi. inſti. ¶ Gl. fi. in verbo legatum. in gl. ibi. §. in nouiſ. & in eo. §. gl. in verbo alijs lega. circa medium vr̃ aſſignare ratiõẽ huius, & latius Pau. de Caſt. hic, vbi dicit rõnem diuerſitatis eſſe, quia dies legati facti ipſi ſeruo cedit à morte teſtatoris, prout regulariter cedunt legata, vt dixi in præced. gl. ſed dies ſecundi legati facti ipſi ſeruo ſolũ cedit ab adita hæreditate, vt hic, & l. cũ legato ſeruo. ff. qñ dies lega. ced. quia cùm dñium ſerui ſit acquiſitũ fictè, & ſic non habeat veram ſubſtantiam, non poteſt per eum alteri quæri, & ſic fictum dñium ſerui non eſt ſufficiens, vt per ipſum ſeruum fictè acquiſitum legatario acquiratur fictè ſm legatum ſeruo fa-
3 ctum, † quia ſic induceretur fictio fictionis, contra. l. 1. in fi. cum gl. C. de dot. promiſ. & glo. in l. cùm poſt. §. gener. ff. de iur. dot. Bar. in repe. l. ſi is, qui pro emptore. in vlt. q. vbi dixi. ff. de vſuca. ¶ In ea. gl. ibi, & per eam hæredi futuro. Adde, ꝙ hæres tenebitur poſteà reſtituere legatario, ſm glo. in l. quod ſeruus. ȷ. titu. 1.
* quam ſequuntur Antiqui, & Bart. & *communiter alij*, licèt õrium teneant Pet. & Cy. in l. fi. poſt gl. ibi. C. de vſu, & vſufr. leg. & ſequuntur Imo. & Raph. Cum. qui conantur rñdere ad iura Bar. ſed eos reprehendit, & bene d. Petr. de Bexu. hic. ¶ Tene opin.
4 Bar. & magis communem per text. per eum allegatos. † Item quia hæres in re legata nullum ius habet, ſed legatarius, qui in re legata dicitur quaſi hæres, vt l. ad tempus. §. 1. ff. de vſuca. ergo quæſita per ſeruum alij legatum, non debent remanere penes hæredem, ſed reſtitui legatario, qui habet ius in re legata, & in quem tranſit dominium fictè à morte teſtatoris, vt dixi.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio facta de re legata ab hærede non extinguit legatum.*
2 *Dominium rei legatæ ipſo iure tranſit in legatarium, etiam in caſu, quo hęres non haberet legatum.*
*Libertas ſemel data reuocari non poteſt.*
3 *Difficilius conceditur id, quod difficilius reuocatur.*
4 *Res legata ſub conditione, poteſt hodie per hęredem conditione pendente alienari.*
*Tex. iſtius. §. quòd hodie ſit correctus.*
*Habens rem pleno iure, illam alienare poteſt.*
5 *Iure datoris reſoluto, reſoluitur ius acceptoris.*
6 *Qui promiſit rem non alienare ſub pęna, ſi interim alienaret incidit, in pœnam, & alienatio tenet.*
7 *Alienatio inualida facta de re emphyteutica ab emphyteuta domino irrequiſito, non inducit caducitatem.*

1 §. Si ſeruum. † Alienatio rei ſub conditione legatę non perimit legatum, ſed eueniente conditione ipſo iure reſoluitur. h. d. ¶ Not. primò, ꝙ hæres non poteſt facto ſuo, puta alienatione rei legatæ, extinguere legatũ. facit. l. cætera. §. fi. & l. domos hæreditarias. cum l. ſeq.
2 ſupra eo. ¶ † Not. ſecundò, ꝙ per quaſcunque manus ambulauerit dominium rei legatę pendente conditione, eueniente poſteà conditione recta via tranſit in legatarium abſq; alia retrotraditione. l. non quocunq;. ȷ. eo. ex quo correlariè habes, ꝙ dominium tranſit ipſo iure in legatarium, etiam in caſu, in quo hæres non poteſt tradere legatum. ¶ Capio gl. primam, quæ remouet duas oppo. & ſic diuiditur in duas partes. Secunda ibi, ſed hodie. ¶ In ea. gl. ibi, ſed manumittere non poteſt. Ratio hu
3 ius ponitur per gl. in l. plerunq;. ff. de reg. iur. † qa libertas ſemel data amplius reuocari nõ poteſt. §. ſemel. Inſtit. qb. ex cau. ma. non li. ideo ſi hæres pendente conditione poſſet poſteà habere ſeruum legatum, præiudicaret legatario, quia eueniente conditione non poſſet poſteà habere ſeruum legatum. Et ſic in hoc deterioris eſt conditionis datio libertatis, quàm alienatio, quia difficilius conceditur illud, quod difficilius poteſt reuocari, vt hic per Pau. de Caſt. Limita tñ per glo. pleniorem in l. quidam ita. §. ſi quis filium. in gl. mag. & ibi latè Bar. ff. ad Treb. qñ ſeruus eſſet ſpecialiter legatus, ſecus quando eſſet legatus ſub vniuer-
4 ſitate, vt ibi. ¶ † In ea. gl. ibi, ſed hodie nec alienare. habes, ꝙ res legatæ ſub conditione non poſſunt hodie pendenre conditione per hæredem alienari ex quo ſequitur, ꝙ iſte text. & ſimiles ſunt in hoc hodie correcti Idem tenet gl. in l. Marcel. §. res quę. ff. ad Treb. & in l. qui fundum. ff. de condi. & demonſtra. & in l. plerunque. ff. de reg. iur. & in l. fi. §. ſinautem auaritiæ. C. commu. de leg. & pro hac ſententia videtur prima facie tex. in d. Authen. res quæ. in prin. vbi tex. dicit, res quæ ſubiacent reſtitutio-
a ni, [a] prohibentur alienari: contrarium, & melius tenet glo. in l. cùm pater. §. libertis. ff. de leg. 2. & in §. quamobrem. vbi bonus text. in Authen. de reſtit. & ea, quæ par. in 11. men. collat. 4.
* Et iſtæ gloſſæ *communiter approbantur* per Doct. hic. & in locis prealleg. & quia pendente conditione dominium rei legatę interim eſt penes hæredem. l. generaliter. §. 1. ff. qui & à quib. ibi, pendente conditione pleno iure hæredis eſt. Pondera illud pleno iure, ergo interim poteſt heres alienare, & dominium trãſ-
5 ferre. † Sed conditione poſteà exiſtente reuocatur alienatio, qa reſoluto

ADDITIO.

a ¶ Res, quæ ſubiacent reſtitutioni. Sed an res prohibita alienari, & reſtitutioni ſubiecta, pro dote conſtituenda intelligatur prohibita. diſtingue. aut ſunt alia bona, aut alia bona non extant, per l. mulier. §. cùm proponeretur. ff. ad Trebel. & vide per Alex. in cõ. 11. 23. in 2. dubio.

resoluto iure datoris, resoluitur ius acceptoris.l.lex vectigali.ff.
de pig.Nec obst.d.Auth.res quę, quia licèt tex.ibi in prin.dicat,
ꝙ res subiectæ restitutioni prohibentur alienari, si intelligis, ꝙ
erant subiectæ restitutioni purè, vel in diem, nihil obstaret ille
tex.si autem sub conditione, tunc intellige, ꝙ non possunt alie-
6 nari, verum est irreuocabiliter, sed bene reuocabiliter, † & per
hoc infert Bar. ꝙ si aliquis promisisset non alienare sub pœna;
& alienaret rem pendente conditione, incideret in pœnam, cū
alienatio interim valeat, vt dixi, & ita etiam tenent Bar.& alij in
d.l.fi.C.de leg.quando autem alienatio non teneret, tunc pro-
mittens non alienare sub pœna, non incideret in pœnam. Ad-
de bene facere, quod tenet Bal.in l.2.in 1.col.ad fi.C.de epis.au-
7 di.† Nam emphyteuta alienans irrequisito consensu domini,
punitur pœna priuationis iuris emphyteutici.c.2.de prohi.alie.
& c.potuit.de loca.tamen quando alienatio non tenet, non in-
cidit in pœnam, puta quando mulier alienat non seruata so-
lennitate à statuto requisita in contractibus mulierum, vbi re-
quiritur consensus duorum consanguineorum, aliàs non va-
let. facit.l.sicut.§.1.ff.de oper. lib. de qua materia latè dixi in l.
vbi pactum.in penu.& vlt.col.C.de transa.

SVMMARIVM.

1 *Legatarius propriè dicitur ille, cuius principaliter interest legata præsta-ri, licèt verba ad eum non dirigantur.*
2 *Creditor testatoris quando possit agere contra aliquos ex hæredibus grauatis de soluendo.*
3 *Actio ex statuto oritur illis, quorum interest, etiam si verba dispositiua ad eos non dirigantur.*
*Masculi possunt agere ex statuto disponente, quòd extantibus masculis fœminæ non succedant.*
4 *Quando quis remouetur à lucro contemplatione alicuius, illi debet applicari, cuius contemplatione remouetur.*
5 *Testator si relinquit vxori suæ victum, & vestitum in domo; & grauat hæredem ne eam molestet, & si eam molestauerit, priuat eum hæreditate, molestatione sequuta, hæreditas vadit ad alios hæredes, non ad vxorem.*
6 *Statutum, quòd filia nupta, & dotata non succedat extantibus masculis, non habet locum in filia moniali.*
*Pars filiarum nuptarum, & dotatarum à statuto exclusarum, applicatur masculis, & non moniali à statuto non comprehensa.*
7 *Ablatiui absoluti à statuto quòd inducant conditionem, & quando non inducant.*
8 *Arguere licèt de vltima voluntate ad statuta.*
9 *Verba statuti debent strictè intelligi, sicut in stipulationibus.*
*Dispositio legalis, vel statuti magis æquiparatur vltimæ voluntati, quā contractui.*
10 *Argumentum valet de statuto ad testamentum.*
*Mens statuti coniecturatur per eosdemmet modos, per quos coniecturatur mens testatoris.*
11 *Pro legato dotis facto genero, vel sponso agit filia, non gener, nisi esset factum contemplatione vtriusque.*
12 *Ratio quare in stipulationibus non agit ille, cuius principaliter interest, sed stipulator, non sic in legatis.*
13 *Legatum factum per testatorem creditori meo valet.*

1 §.Si testator. † Ille agit ex legato, cuius interest, li-
cèt ad cū verba non dirigantur. hoc
dicit ſm Bar.& alios. Adde tex.in l.si cui legetur.§. si Titio. eo.
Vel sic ſm Bal.& Flo. Ille dicitur propriè legatarius, cuius prin-
cipaliter interest legata præstari, licèt verba legati non sint ad
eum directa. h.d. non enim quæri oportet, cum quo de supre-
mis testator loquatur, sed in quem voluntatis intentio diriga-
tur, dicit Iurisc.in l.cùm pater.§.donationis.in fi.j.tit.1.¶ Diuidi-
tur in duas partes. In prima ponitur decisio. In secunda rn̄detur
tacitæ obiectioni, ibi, nec solùm hoc casu, quomodo possunt
cohæredes agere, cum nō sint nominati.& rn̄det, ꝙ etiam hoc
2 alibi contingit, vt sequitur in litera.¶† No.primò, ꝙ si aliqui ex
hæredibus grauantur de soluendo creditorib testatoris, tamen
per hoc ipsi creditores non poterunt agere actione ex testamē-
to contra illos cohæredes grauatos, vt eis soluant, quia legatū
quo ad eos est nullum, cùm ipsi habeant suas actiones.l.si credi-
tori.§.eo.nec etiam agere possent actione prima contra solos
cohæredes grauatos insolidum, cùm sit diuisum inter eos pro
portionib.hęreditarijs.l.1.C.si cer.pet.& in l.pro hęreditarijs, &
l.si adulta, & toto tit. C. de hære. act. vnde alij cohæredes non
grauati agent contra grauatos, vt soluant creditoribus, vt hic.
fallit vno casu sin.in quo creditor potest agere contra hæredē
grauatum in testamento, scilicet in creditore ex causa dotis, &
sic in legato dotis relicto p virum vxori ab vno ex hæredib.tex.
est vnicus, & sin.in l.cùm ab vno.ff.de leg.2.quem ad hoc repu-
tat sing.& non reperiri alibi Ang.Imo & Pau.de Cast. in l.debi-
3 torum.C.de pac.¶† Secundò per istum tex.& simi. dicit Bar.se
pluries dixisse, ꝙ ex statutis oriatur actio illis, quorum interest,
licèt ad eos verba dispositiua non dirigantur, vnde si statutum
dicat, ꝙ extantib.mascu.filiæ fœminę non succedant, licet hoc
statuto expresè non disponatur, ꝙ masculi succedant, tamen
quia pro eis, & eorum fauore fuit factum, ipsi agent ex hoc sta-
tuto, vt hic, & l.fideicom.§.cùm esset, & §.interdum.j.de leg.3.
* quod reputat Bar.esse no.& cum Bar.alij *omnes indifferenter* tran-
seunt, & nihil penitus addunt, & dicit.d.Pet.de Bexu, ꝙ ista de- 1
cisio Bar.est tenenda menti, quia sæpè versatur in cōtrouersijs.
¶ Sed aduerte, licèt Scribentes hic ita simpliciter trāseant cum
Bar.nihil addendò, ego intendo bene tangere, quia ista decisio
Bar.frequenter in practica allegatur. Adde, ꝙ idem & latius te-
net Bar.in l.2.§.videndum.ff.ad Tertul.& in l.1.§. quidam filiū
in 2.col.ff.de contratab.& in l.2.§.fi.per illum tex.quem ad hoc
no.ff.de colla.bo.& in d.l.fideicom.§.interdum.per illum text.
Bal.in l.si defunctus.circa prin.per illum tex.C.de suis, & legi.&
in l.maximum vitium.in 1.col.C.de lib.præte.& in l. quod ve-
rò contra.in 1.col.ff.de leg.Lud.Rom.in cons.31. quod incip.
4 Visa municipali constitutione.in 2.dubio.† Pro ista decisi. Bar.
ab omnibus approbata bene facit, quia quando quis remoue-
tur à lucro contemplatione alicuius, illi debet applicari, cuius
contemplatione remouetur. l. si legatarius C.de leg. & l. lega-
tum.§.admittere.ff.de his, quib.vt indig.& l.2.§.fi. & ibi ad hoc
not.Bar.ff.de colla.bon. & hoc fundamento etiam vtitur Bart.
in d.l.2.§.videndum.in vlt.col.vide tamen in hoc vlt. quod si-
gnanter decidit Bar.in l.vxorem.§.hæres.per illum tex.j.de leg.
5 3.cum suis concor. † vbi decidit Bar. ꝙ si testator in testamen-
a to reliquit vxori suæ victum, & vestitum in domo, a & grauat
hæredes, ne molestent vxorem suam, & si eam molestauerint,
priuat eos hæreditate, & non dicit, cui debet applicari talis hæ-
reditas, tamen licèt eos priuet contemplatione vxoris, hæredi-
tas non applicabitur vxori, sed vadit ad alios cohæredes non
grauatos si qui sunt, vel substitutes, vt ibi no. per eum. quod p
6 nunc nō examino.¶† Ista decisio Bar.est vtilis ad multa Subii-
cio vnum in specie, stante statuto, ꝙ filia nupta, & dotata non
succedat extantibus masculis, pręsupposito pro vero, ꝙ tale sta-
tutum non habeat locum in filia moniali, seu ingressa mona-
sterium, quia non dicitur propriè nupta, & dotata, sed fictè &
similitudinariè, ergo non habet locum in statutis l.3.§.hæc ver-
ba.ff.de nego.gest.& tenet Abb.in consi.j.proxi.allegando Bal.
in consi.55.incip.quidam.primæ partis. quicquid teneat idem
d.Abb.in d.c.ecclesia.S.Mariæ.in vlt.col.de const. certè alię fœ-
minæ maritatæ seculares bene excluduntur à statuto extantib.
masculis. Sed ipsarum portio non accrescit in aliquo huiusmo-
di moniali, sed solùm masculo, cuius contemplatione exclu-
duntur, vt hic per Barto. & in d.l.2.§.videndum, & ita Abb.in
cons.3.secūdæ partis.quod incipit. In causa Catherinæ monia-
lis.in vlt.dubio. Amplia istā decis.Bar. ꝙ istud lucrum seu por-
tio filiæ exclusę à statuto nō solùm defertur filijs mascu. sed ēt
nepotib. Ita Bal.in l.1.in 3.col.per illum text. in verbo gradib.C.
7 de secun.nup.¶† Tu autem pondera in Bar.duo, quæ videntur
satis dubia. Primò, ꝙ verba conditionalia posita in statutis di-
spositionem inducant, regulariter est ꝯ, vt l.si quis sub conditio-
ne dandorum decem.ff.si quis omis.cau. testa.nam illi ablatiui
absoluti extantib.masculis, resoluuntur in conditionem legis, si
extant masculi, vt l.à testatore.ff.de condi.& demonst. l.euictis.
ff.de vsur.& l.ab emptore, vbi dixi. ff. de pac. & dixi plenius in
rub.ff.solu.matrimo.¶ Sed ad hoc dupliciter rn̄de. Primò ꝙ il-
lud procedit in verbis merè conditionalibus, quæ regulariter di-
spositionem non inducunt, secus in conditionib. impositis per
ablatiuos absolutos ſm Bar.in l.ex hac.in 3.col. ff.de dona. Vel
responde ſm Bar.in d.l.2.§.videndum, ꝙ illi ablatiui extantibus
mascu.inducunt dispositionem, qn̄ proferuntur ab eo, qui po-
test disponere circa illud.d.l.fideicōmissa.§. cùm esset.ff.de leg.
3.& l.in ratione.§.tam & si.ff.ad l.fal. Vel tertiò dic ſm Bal. in l.
maximum vitium.in 1.col.C.de libe. præte. ꝙ etiam hoc aliqn̄
contingit, & reducuntur in dispositionem ex mente legis.l.si ita
8 stipulatio.ff.de oper.lib.¶† Secundò pondera Bar. in ista deci-
sione arguere ab vltimis volunta.ad statuta, tamen contra hoc
fortiter facit, quia cùm statuta sint stricti iuris, debent strictè in-
telligi, & quicquid omissum est à verbis statuti, habetur pro
omisso.l.quicquid.in prin.vbi not.Bar.ff.de verb.obl. Sed in vl-
timis

ADDITIO.

a ¶ In domo. Quid si legatum est factum vxori, si cum filijs habitauerit, an debeat habere, si steterit per filios, non per eam, quominus cum filijs habitauerit, vide in l.qui concubinam.in §.vxori, & ibi Scribentes.j. de leg. 3. & per Bar.etiam, & an debeatur tale legatum mortuis filijs notatur, in l.1.C.de lega.& in l.si quis ait.de condi.& demonstra.

timis volunt. fit larga, & benigna interpretatio. l. in testamentis.
ff. de reg. iur. & c. cùm dilecti. de dona. ergo non videtur bona
9 argumentatio de vltimis volunt. ad statuta. † Item statutum fit
ad instar stipulationis per interrogationem, & rñsionem. l. 1. ff.
de legi. Ideo verba statuti debent strictè intelligi sicut verba sti-
pulationis, sm Bal. in l. contractus. C. de fi. instru. tamen pro Bar.
hic bene facit, quia dispositio legalis, vel statuti æquiparatur
magis vltimæ voluntati, quàm contractui, sm Bar. in l. 1. per gl.
ibi. C. de his, quib. vt indig. cum concor. quas ibi dedi, & latius
10 in l. ita stipulatus. ff. de verb. obl. † Item bonum est argumentũ
de statuto ad testamentum, &ècontra. l. fi. C. de reb. alie. non
alie. & §. disponat. in Auth. de nup. collat. 4 Ang. in l. 1. ff. de acq.
hær. per tex. quem ad hoc reputat sing. in l. 4. C. de omni agr. de-
ser. lib. 11. Item per omnes modos, per quos cõiecturatur mẽs
testatoris, per eosdem coniecturatur mens statuti, sm Ange. in
11 consi. 281. qđ incipit, Martinus Ioan. de Floren. in 2. col. ¶† Ter
tiò no. ex secunda parte text. ꝙ pro legato nomine dotis facto
genero, vel sponso nõ agit gener, vel sponsus, sed filia, quia ma-
gis interest filiæ ne remaneat indotata quàm generi, vel sponsi.
Intellige nisi tale legatum esse factum contemplatione vtrius-
que, & sic filiæ, & etiam generi vel sponsi, tunc etiam agerent
ipsi gener, vel sponsus. l. Titio. §. fi. ff. de condi. & demonst. alle-
gata in gl. pro contrario, cùm etiam intersit, viri vt habeat vn-
de sustineat onera matrimonij. l. pro oneribus. C. de iur. dot. &
hic in gl. fin. ¶ Expeditis tex. capio gl. in verbo, non enim gener.
quam diuide in quinque partes. In prima allegat 4. concor. ad
tex. In secũda opp. & sol. In tertia etiã oppo. & de solu. se remit
tit. In quarta etiam opp. & sol. In quinta, & vltima de materia
huius §. se remittit. Secunda ibi, sed contra. Tertia ibi, item con
tra. s̃. de iur. dot. Quarta ibi, item contra. Quinta, & vlti. ibi, &
12 adde, quod notaui. ¶† In ea. gl. ibi, stipulatio. hic legatum. Ratio
diuersitatis est, quia in stipulatione, quæ est stricti iuris, non re-
cedimus à verbis, & quicquid est omissum à verbis stipulatio-
nis, habetur pro omisso. l. quicquid. ff. de verb. obl. Item in stipu
latione persona extrinsecus non intelligitur. l. si ita stipulatus.
§. Chrysogonus. ff. de verb. obl. Item ex stipulatione mariti non
acquiritur obligatio, nec actio mulieri. l. multum interest. C. si
quis alteri vel sibi. sicut nec regulariter ex stipulatione alteri ꝑ
alterum quæri potest. l. stipulatio ista §. alteri. & §. si stipuler. ff.
de verb. obl. & §. si quis alij. Instit. de inutil. stipu. nimirum si ibi
solus maritus stipulatus agit ad dotem, & non filia. Sed hic lo-
quimur in legato, in quo quæritur dominium illi, cui testator
13 voluit in effectu quæri, & cuius magis interest. ¶† In ea. gl. ibi,
alius est ibi casus. Nam ibi alius testator legauit creditori meo,
quod sibi debeo, tale legatum valet, vt ibi dicit text. & assignat
rationem, quia interest creditoris habere plures debitores. hic
autem debitor est ille, qui legauit creditori, & tale legatum ni-
hil valet, quia non affert vtilitatem creditori. l. si creditori. s̃. eo.

## §. Si fundus.

Species legata debet dari talis, qualis est, nisi aliud sit expressum. hoc dicit.
Item seruus legatus non debet tradi antequam rationes red-
dat. hoc dicit. §. seruus. de quo fuit dictum in l. si seruus vni. in
prin. vbi est similis tex. s̃. eo. & si dubitatur, an res legata sit in re-
rum natura, hæres debet cauere de prosequendo, & restituen-
do cùm inuenerit. hoc dicit. §. fi. de quo in l. cùm seruus, & in l.
cùm res. in prin. s̃. eo.

### SVMMARIVM.

1 *Hæres potest retinere seruum legatum pro noxa, & fundum legatum, vt seruitus per successionem extincta reintegretur.*
2 *Creditor an possit retinere rem debitoris, quæ ad eum peruenit, remissiuè.*
3 *Seruitus quæ debebatur à fundo testatoris ad fundum hæredis, quod per aditionem confundatur.*
4 *Mandans quòd teneatur mandatarium seruare illæsum ab omnib. mandatis quæ sibi ratione mandati obueniunt.*
5 *Dominium fundi per me simpliciter empti tuo mandato mihi acquiritur.*
6 *Dominium rei legatæ in diem certum, quod nõ transit in legatarium ante euentum diei, sicut in re legata sub conditione.*
7 *Legatum factum in diem certum, transmittitur per legatarium ante diem cedentem ad hæredes.*
8 *Vsusfructus dicitur pars fundi.*
*Testator si legat fundum, in quo habet proprietatem, & hæres vsumfructum, videtur etiam vsumfructum legare, & nu. 12.*
9 *Edictum de quo in titu. si quis testa. liber iussus esse fuerit, quando habeat locum.*
10 *Dispositio huius tex. an restringatur, vt procedat quando testator ignorabat rem legatam esse obligatam.*
11 *Fundo legato fit traditio illius, talis qualis est.*
13 *Testator legans fundum, in quo ipse habebat vsumfructum, & hæres proprietatem, an videatur totum legare.*

## SI seruus.

Hæres potest retinere seruum le-
gatum pro noxa, & fundum le-
gatum, vt seruitus per successionem extincta reinte
gretur. hoc dicit. Diuiditur in quatuor partes. In pri-
ma ponitur vna decisio. In secunda adducit vnum simile. In
tertia adducit aliud simile. In quarta primam decisionem am-
pliat. Secunda ibi, nam & si fundus. Tertia ibi, nec dissimile est.
1 Quarta, & vlti. est ibi, quare & si post aditam. ¶† Not. 1. ex isto
tex. secundum Barto. ex suo summario, ꝙ si res, pro qua, vel in
qua ius habebam, ad me peruenerit cum onere alteri restituen
di, possum per retentionem conseruare mihi ius meum, quod
erat extinctum, vel confusum per aditionem, quousque rein-
tegretur, vel indemnis conseruer, quia perinde est ac si ad me
non peruenisset, cùm reuocabiliter peruenerit, ex quo habeo
alteri restituere. Facit l. non quocunque. in prin. j. eo. & l. debi-
tor. ff. ad Trebel. & ideo si seruus obligatus pro noxa, peruene-
rit ad creditorem institutum hæredem, hæres non solùm non
debet liberare seruum obligatum ꝓ noxa, ex quo debet eum
tradere legatario talem, qualis fuit apud defunctum. l. si à sub-
stituto. §. fin. & l. si legati serui. s̃. eo. sed etiam potest eum retine-
2 re pro noxa sibi illata. ¶† An autem alius creditor possit retine-
re rem debitoris, quæ ad manus eius peruenerit, dic vt per Bar.
in l. si non sortem. §. si centum. vbi dixi. ff. de condi. indebi. & in
l. si non abducta. C. in quib. cau. pig. tac. contra. & in l. 1. C. etiam
3 ob chirogra. pecu. ¶† Not. secundò in versi. nam & si fundus,
ꝙ per aditionem hæreditatis confunditur seruitus, quæ debeba
tur à fundo testatoris ad fundum hæredis. Ratio est, quia hæres
incipit esse dominus vtriusque fundi, tam seruientis, quàm do
minantis, & res sua non potest sibi debere seruitutem. l. in re cõ
muni. ff. de serui. vrba. prædio. & l. vti frui. ff. si vsusfru. pet. ideo
seruitutes cõfunduntur, vt hic, & l. legatum. §. fi. j. eo. & l. legata-
rius. §. 1. s̃. eo. sed legatarius exceptione repellitur, si non patia-
tur seruitutes iterum imponi. l. Papia. ff. de seruitu. tit. generali.
4 ¶† Not. tertiò in versi. nec dissimile est, ꝙ mandans tenetur ser-
uare mandatarium indemnem ab omnibus mandatis, quæ si-
bi ratione mandati obuenerunt. facit. l. inter causas. §. sed cùm
5 seruus. ff. mandati. ¶† Et pondera subtiliter secundum Pau. de
Cast. in isto text. ꝙ si emi fundum, vel seruum simpliciter man
dato tuo, & mihi traditur, acquiritur mihi dominiũ, vt etiam
notatur in l. res ex mandato. ff. de acquir. rer. do. & in l. si ita quis.
§. Seia cauit. ff. de verb. obl. licèt per actionem mandati tenear
tibi cedere, aliàs non extingueretur ius, quod in eo habebam,
cuius contrarium hic dicitur, sed habeo retentionem, vt reinte
gretur mihi illud ius, vel conseruer indemnis. Si autem emis-
sem tuo mandato, & tuo nomine, tunc facta traditione recta
via acquireretur tibi dominium, & possessio. l. per procurato-
rem. C. de acquir. poss. & l. 1. C. per quas perso. nob. acquir. quod
reputat Pau. de Cast. esse bene notandum. ¶ Sed tu caue, quia
iste tex. in hoc ver. nec dissimile est. simul in vna constructione
determinat istos duos casus, vel ꝙ quis habeat mandatum de
emendo seruum, vel habeat mandatum de redhibendo ser-
uum, sed in mandato redhibendi serui non potest cadere acq-
sitio dominij, & sic non potest dici, ꝙ extinguatur ius, quod in
eo habebam, ergo nec alio casu simul posito. nec in isto versic.
dicitur, vt dicit Pau. de Cast. ꝙ habebam actionem, vt reintegre
tur illud ius, sed bene dicit tex. ꝙ omnes isti non aliter restitue-
re coguntur, quàm habeatur ratio furti ab ipso seruo commis-
si, & sic non videtur Pau. de Cast. bene ruminasse istum versic.
¶ Glo. 1. pro eius expositione, & pro declaratione text. ab extra
opponitur, ꝙ tex. in 1. parte sit de indubitabili. In secunda autẽ
parte procedere non possit. Nam in 1. parte, si seruus testatoris
viuente testatore dederit mihi damnum, puta, quia rem meã
furto subtraxerit, certum est testatorem mihi fuisse obligatum
actione furti noxali, ratione ipsius serui. vnde si testator, cuius
erat seruus, instituit me hæredem, & legauit istum seruum alte
ri, certè dominium istius serui recta via transit in legatarium à
morte testatoris, saltem fictè. l. à Titio. in fi. ff. de fur. & verè ab
adita hæreditate, vt l. seruum filij. §. 1. s̃. eo. ergo dominium ip-
sius serui nunquam fuit penes ipsum hæredem. l. legatum ita.
j. titu. 1. & noxa caput sequitur. §. omnis. Institu. de noxa. cui er-
go dubium, ꝙ legatarius, quem noxa sequitur, teneatur actio-
ne furti noxali occasione furti, & sic ꝙ hæres poterit ipsum
seruum retinere, donec resartiatur sibi damnum, quod habuit
ab ipso seruo? vnde text. videtur omnino de indubitabili. ¶ Se-
cunda verò pars in ver. nam & si fundus, videtur non posse de
iure procedere, quia si fundus testatoris seruiens fundo hæredis
legetur alicui tertio, licèt ego hæres sim dominus prædij domi-
nantis, tamen nunquam fui dominus prædij seruientis, quia
eius dominium via recta transiuit in legatarium à morte testa
toris. d. l. à Titio. in fi. & est text. not. in l. si partem. §. 1. ff. quemad.
serui. amit. ergo nunquam fuit extincta seruitus, quia hæres nũ-
quam

quam fuit dominus vtriusque prædij eodem temp o re scilicet
dominantis, & seruientis, quid est ergo, quod dicit iste text. ꝙ
fundus non est aliter prestandus legatario, quàm pristinam ser
uitutem recipiam? Istud non potest de iure procedere, timore
horum contrariorum facta est gl. 1. quæ intelligit istum text. vt
sit de dubitabili, ꝙ loquatur, quando legatum fuit factum sub
conditione, vel in diem, quia si fuisset purum, non esset tractan-
dum de confusione iurium mediante aditione; si hæredi inte-
græ mansissent actiones in re legata, quibus non solùm posset
retinere, sed etiam agere. Et dum gl. intelligit legatum factum
sub conditione, vel in diem, intellige de die certa, nam dies in-
certa cùm habeat se ad esse, & non esse, æquiparatur conditio-
ni. in l. dies incertus. ff. de condi. & demonst. vnde in 1. parte cũ
iste seruus fuerit legatus alteri sub conditione, vel in diem, er-
go interim effectus est hæredis. l. generaliter. §. 1. ff. qui & à q b.
ergo sibiipsi contra seipsum actio noxalis competere non po-
tuit. l. apud antiquos. C. de fur. ideo videbatur actio noxalis ex-
tincta, ideo hæres potest retinere, & non tradere seruum legata
rio, donec ei satisfecerit pro damno per seruum illato, & hoc
est quod vult iste tex. in 1. parte. Si autem seruus fuisset purè le
gatus, tunc tex. nullam haberet dubitationem, vt prædixi. Simi
liter in 2. parte huius. l. quando fundus testatoris seruiens fun-
do hæredis fuit legatus alteri sub conditione, vel in diem, hoc
medio tempore est hæredis, & sic hæres isto medio tempore
est dominus vtriusq; prædij, videlicet dominantis, & seruientis,
& sic est extincta seruitus, vt dixi in text. vnde prouidetur hoc
casu hæredi, vt non tradat fundum seruientem legatario, nisi
prius patiatur imponi pristinam seruitutem, vt hoc tex. in 2. par
6 te. † Ex ista gl. parua sic declarata habes, ꝙ sicut dominium rei
legatæ sub conditione ante euentum conditionis non transit in
legatarium. d. l. generaliter. §. 1. ff. qui & à q b. facit l. cedere diẽ.
ff. de verb. sign. Ita etiam quando legatum est factum in diem
certum ante diei euentum non transit dominium in legatariũ,
vt est tex. not. in l. Sempronius Attalus. ff. de vsufru. leg. eo quia
secundum Bald. ista translatio dominij est quædam executio
7 iuris, quæ non fit ante diem, vt ibi. † Tamen licèt dies certus im
pediat translationem dominij in legatarium vt dixi, tamen nõ
impedit trãsmissionem talis legati ad hæredem legatarij, vt est
tex. in l. dies. in prin. ff. quando dies lega. ced. & in l. vnica. §. & vt
plenius, & §. in nouissimo. C. de cad. tol. dixi fundamentaliter in
l. si ita legatum. §. illi si volet, vbi rationem assignaui. s̃. eo. ¶ Ca-
pio glo. in verbo recipiam, quæ diuiditur in duas partes. In pri-
ma allegat duas concordantes ad tex. In secunda remouet vnũ
contrarium. Secunda est ibi, aliud in seruitute personali vsusfr.
8 ¶ † In ea. gl. dic, ꝙ ratio est, quia vsusfr. quẽ habet hæres in fun-
do legato, dicitur pars fundi, vt declarat Bar. in l. qui vsumfru.
ff. de verb. oblig. ideo testator legando rem, cuius ipse habebat
proprietatem, & hæres vsumfru. videtur etiam vsumfru. hære-
dis legare, qui facit partem in ipsa re, vt dicit tex. in d. l. cùm fi-
lius. §. dominus, quia videtur velle, ꝙ tota res debeatur legata-
rio, secus est in iure seruitutis realis, quod non est ius dominij,
nec pars dominij, nec facit partem in re legata, tunc hæres po-
test sibi conseruare illud ius seruitutis per retentionem, vt hoc
tex. nec tenetur tradere fundum liberum ab illa seruitute reali,
vt hic, & in l. præced. §. si fundus. ¶ In glo. fi. in verbo legatario.
in fi. Ista glo. reprobatur per Bal. Saly. & alios hic, quia illud edi-
ctum, de quo in titu. ff. si quis testa. lib. esse ius. fue. procedit,
9 † quando seruus in testamento iussus esse liber, dat damnum,
puta furtum committit mortuo iam testatore, sed hæreditate
iacente, quo tempore non est liber, cùm legatum libertatis ce-
dat solùm ab adita hæreditate. l. vnica. §. in nouissimo. C. de cad.
tol. si posteà fuerit adeptus libertatem, videbatur non teneri
ex damno prius dato, vel furto prius commisso, dum esset ser-
uus, ex quo nunc adepta libertate videtur esse nouus homo,
ideo fuit adinuentum illud edictum, & prouisum per actio-
nem in factum ex illo edicto. Sed tex. noster loquitur in fi. quã
do hæreditas iam erat adita, vt dicit text. quo casu non potest
procedere illud, quod subdit illa gl. ꝙ si esset manumissus, tene
retur actione in factum ex illo edicto. ff. si quis testamento, li-
ber esse ius. fue. imò tunc teneretur sicut quilibet liber homo
dans damnum, vel committens furtum, & sic teneretur actio-
ne furti, & cõdictione fortiua, vt est tex. clarus in d. l. 1. §. sed nõ
ante. in versic. quinimo. ff. si quis testa. lib. esse ius. fue. & sic ista
glo. meritò displicuit Bal. & alijs. Tamen potes subtiliter salua
re istam glo. secundum Raph. Cuma. intelligendo tex. nostrum
prout glo. 1. intellexit in seruo manumisso, non quidem purè,
sed sub conditione, vel in diem certã, prout est tex. clarus in l.
fin. in illo titu. ff. si quis testa. liber esse ius. fue. & ita etiam tenet
10 dom. Petr. de Bexutio hic, & bene. ¶ † Extra glo. Barto. restrin-
git istam legem vt procedat, quando testator ignorabat rem le
gatam esse obligatam pro noxa, aliàs si testator sciuisset, hæres
teneretur eam liberare, per l. cùm alienam. C. de leg. vel quãdo
interuenisset vnum ex tribus, de quibus in l. si res. s̃. eo. de qui-
bus præsumitur, ꝙ voluerit hæredem subire onus liberandi, &
hoc dicit sentire glo. in l. quid ergo. §. si hæres in gl. 1. in vlt. solu.
s̃. eo. ¶ Confirmatur vltra Barto. quia si in dictis casibus hæres
tenetur liberare ab extraneo, vt ibi, ergo etiam tenetur liberare
à se, arg. l. frater à fratre. vers. pono. ff. de condi. in debi. Nec obst.
ꝙ testator potest legare rem hæredis sicut suam, nec tunc di-
stinguitur, sciuerit, vel non. l. vnum ex familia. §. si rem. j̃. titu. 1.
Respondet Bar. tenendo restrictionem, ꝙ illud procedit, quan-
do hæres in re habet ius dominij in totum, vel in parte, vel ha-
bet illud ius, quod est pars dominij, vt vsusfru. ita solu. text. in
d. l. cùm filius. §. dominus. j̃. tit. 1. secus si habebat aliud ius, puta
pignoris, vel seruitutis, vel simile. fallit fauore libertatis, vt l. si.
fructuarium. ff. de manu. testa. ita resídet Bart. cum quo tenent
Ange. & Flor. hic. Sed ista dicta Barto. videntur dubia, & pri-
mò dum restringit istum text. vt loquatur in testatore ignoran
te, non bene loquitur. cùm iste text. simpliciter, & indistinctè lo
quatur, ergo debet sic indistinctè intelligi, vulgata. l. de pretio. ff.
de publi. nec hic distinguit, prout in d. l. si res obligata. ¶ Secun-
dò, & fortius contra Barto. stringit. nam iste text. æquiparat ser-
uum legatum commisisse furtum hæredi, & fundum legatum
debere seruitutem fundo hæredis, sed in fundo legato debente
seruitutem non fit distinctio, an fuerit legatus à testatore scien-
11 te, vel ignorante, † quia semper debet tradi talis qualis est, vt in
l. præce. §. si fundus, & l. si à substituto. §. fin. j̃. eod. & probatur
in l. Meuius. §. fundo. ff. de leg. 2. ergo idem dicendum in primo
casu in seruo legato, qui commisit furtum hæredi. Nec obst. d.
l. si res obliga. per Bart. allegata, quia r̃ndet Saly. hic, ꝙ ibi res le
gata erat obligata facto testatoris, qui eam pignorauit. hic verò
seruus erat obligatus sine facto testatoris. Itẽ ibi seruus erat in
obligatione, hic non, sed æstimatio damni tantùm, licet domi-
nus habeat facultatem dandi seruum pro noxa. ¶ Alio, & se-
cundo modo respondet Rapha. Cuma. hic, & sequitur dom.
Petr. de Bexu. ꝙ hic loquitur de re obligata propter vitium ip-
sius serui, vel propter seruitutem, quæ inest ipsi rei, & tunc est
danda qualis est. d. l. si à substituto. §. hæres. ibi autem res erat pi
gnorata propter debitum testatoris, & per modum accessio-
rium, & non principaliter. ¶ Tu responde tertio modo, & me-
lius, ꝙ d. l. si res obligata, loquitur in iure pignoris, per quod to-
ta res legata potest auocari, quod non est hic, prout in specie
ipsemet Barto. dicit in l. si domus. §. de euictione. in vltim. col.
j̃. eo. & latius dixi in d. l. si res obligata. ¶ Secundò inquantum
Bart. dicit, ꝙ est speciale fauore libertatis in d. l. si fructuarium.
Aduerte, quòd illa lex secundum primam lectu. glo. & secun-
dum ꝙ propriè stat ibi litera, loquitur, quando dominus pro-
prietatis fructuarium hæredem scripsit, & tunc nihil est specia-
litatis in libertate, quia est extra casum libertatis, vt d. l. cùm fi-
lius. §. dominus. sed secundum aliam lecturam, secundum quã
testator erat solùm vsufructuarius, & instituit hæredem pro-
prietarium, est bene speciale in libertate, ꝓut etiam dicit Imo.
ꝙ licèt libertas seruo hæredis directò relinqui non possit, tamẽ
ibi potest relinqui propter vsumfru. quem testator habebat in
12 seruo, & tex. in d. §. dominus. loquitur ècontra, † quando testa-
tor habebat proprietatem rei, & hæres vsumfru. tunc legando
simpliciter illam rem, intelligitur etiam legare vsumfru. hære-
dis. Ibi autem est casus ècontra, tunc bene est speciale fauore
libertatis, quòd intelligatur legare etiam proprietatem, quam
hæres habebat, aliàs si non esset fauor libertatis, intelligeretur le
gare solùm ius, quòd habebat in re. l. quod in rerum. §. 1. s̃. eod.
13 ¶ † Fortè tamen posset attentari secundum Ange. de Perillis
hic, quòd etiam isto vltimo casu, quando testator habens so-
lum vsumfru. & heres proprietatem, legat simpliciter rem,
quòd videatur totam legare, & sic etiam proprietatem hære-
dis attenta ratione. d. §. dominus, & d. l. vnum ex familia. §. si
rem, & hoc modo nihil esset specialitatis fauore libertatis in d.
l. si fructuarium.

## SVMMARIVM.

1 *Legatum simpliciter factum de re, quæ habet fines facto hominis, va-
let, si in patrimonio testatoris reperiatur, alias non, & nu. 10.*
2 *Testator legans domum simpliciter, in dubio intelligitur legare vnam
de illis, quas habet.*
*Testator si legat simpliciter centum corbes frumenti, intelligitur legare
de eo, quod est in eius patrimonio, nec hæres de alio inuito legatario da
re potest.*
3 *Testator si legat vxori habitationem domus, hæres non cogitur condu-
cere alienam, si habet proprias testatoris, in quibus possit competenter
morari.*

*Fru-*

4 *Frumentum promiſſum debetur de eo, quod quis habet in patrimonio, & ex fundis proprij patrimonij.*
5 *Domo ſimpliciter legata, quando teſtator habet plures domos, electio eſt hæredis, & quando legatarij. nu. 8. & 9.*
6 *Habitatio domus ſi eſt relicta vxori, donec honeſtè, & caſtè vixerit, & teſtator habet plures domos, an debeatur illa, in qua cum illo habitabat.*
7 *Donatio interpretatur ſecundum qualitatem perſonarum donantium, & eorum quibus donatur.*
*Verba teſtatoris debent intelligi ſecundum conditionem perſonæ, ad quã diſpoſitio confertur.*
10 *Legatum ſimpliciter de domo factum, ſi teſtator non habet domum, non valet.*
11 *Domus conſiſtit ex ſolo, pariete, & tecto.*
12 *Teſtator habens ſolam domum, in qua filij inſtituti hæredes habitabãt, ſi ſimpliciter legauit domum, an illa debeatur.*
13 *Habitatio domus in genere ſi legetur, licèt teſtator nullam domum habeat, legatum non vitiatur, & hæres tenetur præſtare habitationem.*
14 *Legatum factum de domo in genere, quam legatarius elegerit, valet.*
15 *Legatum factum de domo Seiana, licèt teſtator nullam domum habeat, tamen debetur.*
16 *Diſpoſitio huius tex. loquens in domo, habet etiam locum in fundo.*
*Item habet locum in naui.*
*Item in legato veſtis an valeat.*
17 *Planeta ſi legatur à teſtatore, & in domo non habet planetam, legatum valet.*
18 *Diſpoſitio huius tex. non habet locum in legato facto Eccleſiæ.*
19 *Diſpoſitio huius tex. habet locum etiam in feudis.*
20 *In legato generis electio eſt legatarij, ſcilicet in his, quorum indiuidua habent fines determinatos à natura, ſecus ſi habent fines determinatos per artem. nu. 21.*
22 *Dictio alia, eſt repetitiua ſimilium.*
23 *Ratio, quare in indiuiduis, quorum fines ſunt determinati à natura, in legato generis electio ſit legatarij, ſi per artem, electio ſit hæredis.*
24 *Verbum volet, non importat arbitrium boni viri, ſed liberam, & abſolutam voluntatem.*
25 *Domus, & fundus habent terminos deſtinatione hominis, & non à natura, & nu. 28.*
26 *Legatum factum de re in genere, licèt teſtator in patrimonio non habeat, tamen valet, & intellige de re, quæ habet fines à natura.*
27 *Legatum factum de domo in genere, & legatum factum in fundo in genere, æquiparantur, vt habeat locum diſtinctio huius tex. & eſt communis contra Bart.*
29 *Hæres non poteſt deteriorare conditionem legatarij.*
30 *Teſtator habens plures fundos, ſi fundum ſimpliciter legat, intelligitur legaſſe de fundis ſuis vnum, qualem habet, & talem qualis erat tempore diſpoſitionis.*
31 *Hæres non poteſt declarare voluntatem defuncti in præiudicium legatarij.*
32 *Legatum in genere factum de pecunia, vino, vel frumento valet.*
*Moneta habet ſuam formam de publico.*

## LEX LXXIIII.

1 SI domus. ¶† Legatum ſimpliciter factum de re, quę habet fines facto hominis, valet, ſi in patrimonio teſtatoris reperiatur. aliàs ſecus. hoc dicit ſecundum Barto. Saly. Imol. Flo. vel ſic, & proprius ad text. Legatum domus ſimpliciter factum valet, & electio eſt hæredis, ſi domos in patrimonio teſtator reliquit, aliàs legatum eſt deriſorum, & inutile. hoc dicit, & fortè non reperitur alibi, ſecundum Pau. de Caſt. in lect. Bono. & dom. Alexan. & dicit Raph. Cuma. hic in princip. quòd iſte tex. eſt ſingularis in iure, & non habet concor. quem audiuerit. ¶ Diuiditur in 2. partes, prout
2 habet duo dicta. Secunda eſt ibi, ſi nullas. ¶† Not. primò, quòd quando teſtator legat domum ſimpliciter, in dubio intelligitur legare vnam de illis, quas habet in patrimonio, & ſic teſtator legando ſimpliciter, vel in genere, intelligitur legare de reb. ſuis, non de alienis. Adde bene facere, ꝙ ſi teſtator legat ſimpliciter centum corbes frumenti, vel centum brentas vini, in dubio dicitur legare de eo, quod erat in patrimonio, & ſic hæres legatario inuito non poteſt dare de alio. l. 3. vbi expreſsè not. Barto. ff. de vino, ole. triticoque leg. Imol. Rapha. Cuma. dom. Alexan. & Mod. in l. generaliter. in princip. ſ. eod. ¶ Item adde,
3 quod decidit Bald. in l. in annalibus. in fi. C. de leg. † quòd ſi teſtator legat vxori habitationem domus, & teſtator habet domos proprias, non cogitur hæres ad penſionem conducere alienas, ſed ſufficit, quòd hæres vnam illarum aſſignet legatariæ loco habitationis, in qua poſſit competenter morari, & ſequitur ſimpliciter Pau. de Caſt. hic. Item dicit Bald. hic in fi. quòd
a quando teſtator legat vxori habitationem domus, [a] non ſpecificando de qua, ſi non habet niſi vnam, debetur habitatio illius, ſi autem plures habeat in domicilio, hæres tunc eligit, in qua domo præſtet habitationem, per iſtam l. & ſequitur ſim-
4 pliciter Flo. hic. ¶† Amplia idem eſſe in actu inter viuos, ſi aliquis rem in genere promittat, quia videtur promittere de his, quæ ſunt in patrimonio, vt probatur in l. ſi quis argentum. poſt prin. C. de dona. per quem text. Bald. ibi not. quòd promittens certam quantitatem frumenti, vel vini in genere, intelligitur promittere de eo, quod naſcetur ex prædijs patrimonij. Idem
5 tenet Dyn. Bald. & Mod. hic. ¶† Secundò not. ex iſto text. quòd quando teſtator legat domum ſimpliciter, & habeat in patrimonio plures domos, electio eſt hæredis, quam velit dare. Ratio eſt ſecundum Barto. & alios, quia ſi eſſet electio legatarij, poſſet multum grauari hæres, quia inter domum, & domum poteſt eſſe magna differentia, ſecundum glo. in l. hæredes. §. ſi incerto. ff. famil. erciſ. ¶ Amplia iſtum text. vt procedat, etiam quando teſtator vnam ex illis domibus inhabitabat, quia legando domum ſimpliciter, non intelligitur legare illam, quàm in-
6 habitabat, ſed adhuc electio eſt hæredis per illum text. † vnde ſi teſtator (vt frequenter fit) reliquit habitationem domus vxori ſuæ, quandiu caſtè, & honeſtè vixerit, non poterit vxor petere habitationem, quam teſtator inhabitabat, ſi aliàs domos reliquit, ſed adhuc electio eſt hæredis. ita refert Rapha. Cuma. tenere Bald. hic, ſed iſtud reprobat Raph. quia videtur eſſe contra voluntatem defuncti, quia videtur voluiſſe conſeruare habitationem vxori, quam habebat ſe viuo, & in qua cum vxore ſua habitare conſueuerat. Sed certè Bald. in neutra ex lecturis meis iſtud dicit, ſed illud, quod ſ. retuli in primo not. & circa hoc eſſet interpretanda voluntas teſtatoris ex qualitate perſonæ vxoris. argu. l. ſed & ſi ſuſceperit. ff. de iud. Item ex qualitate domus, argu. l. ſi ſeruus plurium. §. fi. ſ. eo. nam ſi domus, in qua inhabitabat teſtator, erat multum ampla, & ſplendida, vxor verò vidua erat cum vna ancilla manſura, non eſt veriſimile teſtatorem voluiſſe relinquere habitationem tam amplæ domus vxori viduæ cum vna ancilla manſuræ, vnde poſſet tunc hæres dare habitationem in alia ex domibus teſtatoris, quæ magis congrueret conditioni vxoris: probatur, quia legatum eſt
7 donatio quædam. l. legatum. ĩ. tit. 1. † & donationes debent interpretari ſecundum qualitates perſonarum donantium, & earum, quæ donationes recipiunt, ſecundum dom. Abb. in c. paſtoralis. ad fi. poſt Innocen. ibi, de dona. Item verba teſtatoris debent intelligi ſecundum conditionem perſonæ, ad quam diſpoſitio confertur. l. plenum, & l. æquitij. ff. de vſu, & hab. & l. ſi quis filio. §. irritum. ff. de iniuſt. rup. & c. ſi de beneficio. de præb.
8 in 6. ¶† Limita not. iſtum text. vt procedat, quando teſtator habebat plures domos in domicilio, tunc bene electio eſt hæredis, vt hic. Si autem teſtator haberet plures domos vnam in domicilio, aliam extrà domiciliũ, tunc in dubio intelligeretur legaſſe illam, quam habet in domicilio, & ſic non eſſet tunc electio hæredis, per l. quæ conditio. §. 1. ff. de condi. & demonſtra. vbi ſi teſtator reliquit aliquid fieri in foro, & non dixit in quo foro, intelligitur de eo, in quo teſtator domicilium habuerit, ita limitat not. Bald. hic, & ſequuntur ſimpliciter Io. de Imol. Rapha. Cuma. Flor. & dom. Alexan. hic, & dicit Rapha. Cuma. quòd ille text. in d. l. quæ conditio. §. 1. eſt ad hoc ſingularis.
* ¶ Sed aduerte, licèt *omnes tranſeant* cum iſta limitatione, tamen text. in d. l. quæ conditio. §. ĩ. parum, imò nihil facit. nam ideo ibi intelligitur de foro domicilij teſtatoris, eo quia ille forus videtur prædilectus à teſtatore. Sed in caſu noſtro ceſſat iſta prędilectio, cùm non ſit plus honoris teſtatoris, quòd legatarius habeat domum, quę eſt intra prouinciam, quàm quòd eam retineat hæres, vnde per hoc non debet tolli electio hæredi dandi quam domum velit legatario, ex quo talis electio ſibi conceditur per hanc l. præſertim cùm etiam concurrat alia præſumptio,

### ADDITIO.

a ¶ Domus. Sed quid ſi relicta eſt vxor per maritum in teſtamento, quòd poſſit habitare commodè cum hæredibus ipſius teſtatoris, cum eis ſimul viuere, & alimenta percipere? Vide per Alexan. in conſi. 30. in 4. volum. per totum, & quando non poteſt ſimul habitare, & quando eſt probatum, quid agendum, & eſt conſilium quotidianum.
¶ Et ad id, quòd allegatur hic in apoſtil. vide quæ ſcribit idem Alexan. conſil. 66. col. 2. lib. 3. Pract. Pap. for. lib. ad vſumfru. ver. ac etiam alimentis. circa fi. & ver. ſi habitaculum, vbi dixi, & not. Dec. conſil. 526. 601. 621. 554. Boer. q. 105. nu. 6. par. 1. Dilect. de Arte teſt. lib. 6. cautel. 56. Rolan. conſi. 89. col. 4. lib. 3. MASVER.

ptio, quòd testator in dubio intelligitur minus grauare hære-
9 dem quam possit. l. vnum ex familia.§.si rem. ĵ.titu. 1. ¶† Se-
cundo limita istum text.procedere in dubio, secus quando ex
coniecturis appareret,aliud testatorem voluisse, tunc illud se-
quendum est,arg.l.sed & si susceperit. ff.de iudi.secundum Ra
pha. Cuma. hic. Tu adde text. hic in verbo non tamen appa-
10 reat,à contrario sensu.¶† Tertiò not. in versicu.quòd si.quòd
quando testator legauit domum simpliciter, & nullas domos
in patrimonio habebat,tale legatum est derisorium, & inutile,
& sic hæres non tenetur aliam domum extra patrimonium te
statoris redimere.Ratio est secundum do. Alexan. hic in duo-
bus locis,sed ad aliud propositum, quia dando domunculam,
in qua vix musca inhabitaret,hæres liberaretur. ¶Adde, quòd
similiter, quando testator legat fundum simpliciter,legatum
est nullum, & elusorium, eo quia dando palmum terræ pro
fundo hæres liberaretur, vt dicit glo. in l. legato generaliter.in
11 fi.sup.eod.† Sed ista ratio dom. Alexan.videtur ridicula, cùm
domus constet ex tribus,scilicet ex solo,pariete,& tecto. l.cum
qui ædes in princip.& l.rerum mixtura in princip.ff.de vsucap.
quomodo ergo posset dari domuncula tam minima, in qua
vix musca posset inhabitare? certè nulla talis reperiretur in
mundo,licèt posset fortè sic fieri, quamuis ille fuerit quidam
excessus in loquendo.Tu dic rationem esse,quia quando testa-
tor legat domum simpliciter, & nullam habet in patrimonio,
quòd legatum vitiatur propter nimiam incertitudinem, &
quia hæres posset tunc dare domunculam sic vilissimam, &
sic grauatam,quòd potius interesset legatarij eam non habere,
quàm habere,& ideo dicitur legatum derisorium, vt hic dici-
12 tur in litera.¶† Amplia singulariter, & mirabiliter istum text.
secundum Paul. de Cast. vt procedat, etiam quando testator
habebat in patrimonio vnam solam domum, & reliquit filios
hæredes, qui illa domo indigebant, tunc legando simpliciter
domum Titio, non est verisimile, quòd de illa senserit, vnde
putat perinde esse,ac si nullas ædes reliquisset, & sic quòd lega-
tum non valeat,nihil tamen allegat, sed ita dicit ex æquitate ca
pitis sui. Reprobat dom. Alexan. & bene,quia ex quo testator
vnicam tũ domũ habebat, habetur perinde ac si illam domũ
specificè demonstrasset.l.2.ff.de lib.& posthu.& l.fundus qui lo
catus.ff.de fun.instru.& præsumendum est testatorem voluisse
facere legatum efficax, & validum. l. Titia cum testamento.§.
1.& l. Meuius. in princip. ff. de lega.2.vnde filij aliam domum
sibi acquirent,vel conducent, nisi aliter de mente testatoris ap-
13 pareat. ¶† Limita istum text.vt procedat,quando legatur do
mus simpliciter,vel in genere, secus quando testator legaret ha
bitationem domus in genere,tunc licèt testator nullas ædes in
patrimonio reliquisset,non vitiaretur legatum,sed hæres tunc
teneretur præstare habitationem commodam secundum con
ditionem legatarij.arg.l.2.ff.de ali.& cib.leg. Et legando habita
tionem,intelligitur testator relinquere commoditatem habi-
tandi,per text. & glo. in l. cùm antiquitas, & ibi Gul. de Cun.
C.de vsufru.ita egregiè limitat Pau.de Cast.hic,& sequitur do.
Alexan. & reputat notandum, quia multi contrarium dixis-
sent, secundum eum, & pro hoc etiam mouetur dom. Alex.
quia isto casu dando domunculam, in qua vix habitaret mus-
14 ca,non dr̃ dare habitationem. ¶† Secundò no. limita istũ text.
non habere locum,quando testator legasset in genere domũ,
quam legatarius vellet, & sic quando testator expressam ele-
ctionem dedisset legatario, tunc valet legatum, licèt testator
non haberet domum in patrimonio,per text. not.in l. Titia.§.
1.ff.de aur.& argen. lega. secundum Nico. de Neapo. Rapha.
15 Cum.& dom.Alexan.¶† Tertiò singulariter limita istum tex.
vt procedat, quando testator simpliciter, & in genere legauit
a domum, a secus si adiecisset aliquod nomen proprium, puta
lego domum Seianam,vel Corneliam, tunc licèt testator nul-
las domos in patrimonio reliquisset, tamen non vitiaretur le-
gatum, imò potius deberetur domus Seiana, quæ reperiretur
etiam alterius.ita in discursu tenet Paul.de Cast.hic in 1. col.in
fi.nihil alleg.& sine lege,& rõne loquitur.alij non tangunt.Ego
idem teneo,& dico,quòd tunc debebitur domus Seiana, quæ
reperiretur in illa ciuitate, vel dominio testatoris, aut etiã alia,
quæ sit in rerum natura,text.est.quem ad hoc reputo vnicum,
& singularem,in l.quibus diebus. §.qui dotalem.ff.de condi.&
demonstra.& miror,quòd Paul.de Cast.non fuerit de illo text.
16 recordatus.¶Pro complemento totius huius tex. amplia, † ꝙ
distinctio, quæ singulariter fit per istum text.in domo simpli-
citer legata,habet etiam locum in fundo, secundum,quòd vi-
detur æquiparare gloss.fin. in princip. vbi plenius dicetur.¶Se-
cundò amplia,quòd ista distinctio,quæ hic fit in domo, habet
etiam locum in naui simpliciter legata,secundum gl.in l. quod
in rerum.§.fin.in versic.specialiter.s̃.eod.dom.Alexan.hic in fi.
Tertiò amplia,quòd etiam habet locum in veste: nam si testa-
tor legat alicui simpliciter vestem,an valeat legatum,debet di-
stingui,prout in hac l. nam si habebat in patrimonio, debebit
habere vnam,quam hæres eliget,& valebit legatum, aliàs non,
quia vestis habet fines determinatos non à natura,sed facto ho
minis,qui sibi facit fieri vestes, & ideo in legato vestis idem di-
cimus,quod in legato domus,secundum Alber.de Rosa.& Ni
co.de Neapo.hic.Nec obst.glo.in §.in summa. Institu. manda-
ti. quæ vult, quòd si promitto tibi par vestimentorum, valet
promissio,quia ibi incertitudo vestis determinatur ratione ser-
uitij præstiti. nam ibi ex natura mandati debebatur salarium
procuratori, secundum quod salarium vestimenta debebun-
tur, licèt Rapha.Cum.hic in fine aliter respondeat.Ista decisio
non solùm procedit in vestibus secularibus,sed etiam in vesti-
17 bus, quæ relinquuntur Ecclesiæ. † nam si testator legat plane-
tam ecclesiæ,& in patrimonio suo planetas non reliquerit, tũc
legatum non valet,per hunc text. quia planetæ non habent cer
tos fines à natura,sed facto hominis, sicut & domus. ita tenet
Nico.de Neapo.quem refert,& sequitur dom.Alexan.hic.con
trarium,& melius in hoc vltim.tenet Paul. de Cast.hic per tex.
in l.Titia.§.1.ff.de aur.& argen.lega.& quia durum esset tenere
secundum eum,quòd si quis legaret Ecclesiæ planetam, vel ca
licem, & non reperirentur in eius patrimonio, quod per hoc
legatum factum Ecclesiæ non valeret, tamen ad d.l. Titia. §.1.
respondent Nico.de Neapo.& dom.Alexan. hic & bene,quòd
ideo ibi valet legatum,licèt vestes non essent in patrimonio,
18 quia ibi testator dedit expressè electionem legatario. ¶† Ego
teneo decis.Pau.de Cast.sed alia consideratione, & dico,quod
decisio huius text.est iuris ciuilis, ergo non habet locum in re-
lictis factis Ecclesiæ,vel ad pias causas, ex quo ista decisio iuris
ciuilis esset damnosona Ecclesijs, & non reperitur expressè ap-
probata à iure Cano. vt tenent Cano. in cap.Ecclesia S.Mariç.
de consti. notatur in cap. 1. & 2. de oper. nou.nunc.¶Quartò
amplia distinctionem huius tex. vt etiam habeat locum in feu
19 dis.† vnde si Baro, vel Comes promisit dare militi suo feuda,
& non dixit, quæ, an valeat promissio, debet distingui prout
in isto tex. aut Comes habebat feuda in suo patrimonio, aut
non,& si non habebat,non valet promissio, vt hic, aut habe-
bat,& valet,vt est argumentum optimum in l. penu. ff. de ali.
& cib.leg.& debebit dare feudum secundum qualitatem per-
sonæ,cui promissum est.l.vtrum.§. fina. ff. de rebus dub.ita te-
nent Dyn.Albe.de Rosa.& Bald.hic,& sequuntur Io. de Imol.
& Flor.hic.Sed tu aduerte,quòd ista determinatio Doctorum
posset procedere, quando Comes in vltim. volum. reliquisset
feudum simpliciter militi,tunc optimè facit ista l. & l. si seruus
plurium.§.fi.sup.eod.sed in promissione facta inter viuos,pro-
ut ipsi loquuntur, puta per stipulationem,ista decisio reddere-
tur in dubia,quia talis promissio propter incertitudinem non
valeret.l.ita stipulatus.in princip.& ibi dixi.ff.de verborum ob-
ligat.& l.cùm post.§.gener.ff.de iure dot.¶Capio glo. primam
in verbo,simpliciter.Pro clara intelligentia huius gloss. & text.
opponitur contra text.quòd in legato domus in genere debeat
esse electio legatarij,qui debet eligere mediocrem, non autem
est electio heredis,per l.legato generaliter.in princip. vbi etiam
glo.s̃.eo.& l.si seruus legatus. §. cùm homo.ĵ.eo. & expressius
in §.si generaliter.Instit.de leg.Timore huius contrarij facta est
ista glo.quæ dicit,quòd hoc sensit. tamen de certo ista glo. vi-
detur esse superflua, cùm istud dicatur in text. qui dicit, cùm
de certa domo testator senserit, & hoc etiam dicit text. in l. le-
gato generaliter. §. 1. Et sic ex ista glo. habes solutionem con-
20 trarij superius formati, † quòd si testator hic non sensisset de
certa domo,quòd electio esset legatarij, cuius est elect.in lega-
to generis, vt in iuribus s̃. alleg. sed hic testator sensit de certa
domo,vnde non tam in casu nostro est electio quàm declara-
tio,quæ spectat ad hæredem. l. si quis à filio. §. si quis plures,&
ibi glo. & Docto. s̃. eod. cùm hæres censeatur eadem persona
cum

ADDITIO.

a ¶Quando testator simpliciter,& in genere legauit domum.Sed an legata habitatione domus veniant apothecæ,quæ sunt in parte inferiori domus,& an legata domo veniat hortus contiguus, vel domuncula adiacens; Vide per Alex.in cons.223.in 2.parte,& est consilium quotidianum.

¶Et quæ differentia sit,an dicatur,lego habitationem meam sic confinatam, & lego habitationem talis domus,not. Crem. singu. 111. & quid de illo, cui vsus domus relictus fuit,& elegit quandam partem,an possit variare, dic, vt per Rom. sing. 69. & quòd appellatione domus, quandoque contineatur substantia,& patrimonium, not.Docto.in apostil. ad l. si ita. versic.domo.ff. de fun.instr.cuius appellatione, habitationem significari,dicit. I. C. in l.domum.ff.ad l.Iuliã. de adulte. & de legato domus facto vxori, ita quòd hæres eam non impediat,vide Deci.consi.424. colum. 3. ad ea autem quæ scribit Ias.hic,vide Mayner.in Reg.semper in obscuris.nu.9.de reg.iur.Ro.sing.649. Crem.sing.34. MASVER.

cum defuncto, vt in Authen. de iureiuran. à morien. præſt.
in princip.collat.5.& ita etiam loquitur text.in d.l. leg.generali-
ter.§.1.quod teſtator ſenſit ibi de certo fundo, licèt non appa-
reat de quo cogitauerit, ideo electio eſt hæredis,& iſtã ſolu.te
nent Rapha. Fulg. & dom. Petr. de Bexu.ſed iſtam ſolu.repre-
hendit Barto. eo quia in iſto text. teſtator non ſenſit de certa
domo,prout etiam iſtum text.intelligit glo.in l.cùm poſt.§.ge-
ner. ff. de iure dot. & glo.in d.l.legato generaliter,& Dyn.in re-
gula in obſcuris.de regul. iur. in 6. Iſta reprobatio videtur pri-
ma fronte de directo contra iſtum tex. qui expreſsè dicit, cùm
de certa domo teſtator ſenſerit.Sed pondera,quòd iſte tex.po-
ſteà ſubdit,non tamen apparet de qua, prout etiam dicit text.
in d.l.leg.generaliter.§.1. vnde paria ſunt, non eſſe, vel non ap-
parere.l.duo ſunt Titij.ff.de teſt.tute. & hoc eſt,quod voluit di
* cere Barto. Vera ſolutio,& *communis eſt*, † quòd in legato gene-
ris electio eſt legatarij in his, quorum indiuidua habent fines
21 determinatos † à natura,ſicut eſt homo, bos, equus,& ſimilia.
ita procedunt contraria,ſcilicet d.l.legato generaliter,& d. §. ſi
generaliter, ſecus eſt in rebus, quarum indiuidua non habent
fines determinatos à natura,ſed per artem, & ſic mediante fa-
cto hominis,vt domus,fundus,& ſcyphi, vt l. quòd in rerum.
§.ſi quis poſt.ſupra eodem,& l. ſi quis duas. §. ſi quis partem.ff.
commu.prædio.Nec obſt.text.in d. §. ſi generaliter. qui dicit,ſi
generaliter ſeruus,vel alia res legetur,electio eſt legatarij, quia
22 dum dicit,vel alia res,intelligitur quæ ſit ſimilis expreſſe, † qa
dictio alia,eſt repetitiua ſimilium, vt eſt gloſſ.in l. ſi fugitiui. C.
de ſeru.fugiti,& in cap.ſedes.de reſcrip.ſed ille text. expreſſit de
ſeruo, & ſic de habente fines à natura, ergo ſimiliter intelligi-
23 tur de alijs rebus.¶† Punctus eſt nunc videre, quæ ſit ratio di-
uerſitatis.Barto. Ange. Salice. & Flor. dicunt rationem diuer-
ſitatis eſſe ſecundum gloſſ.in l.hæredes. §.ſi incerto. ff. famil.er-
ciſc.quia in his, quæ habent fines determinatos à natura, lega-
tarius eligendo non poteſt multum grauare hæredem,præſer-
tim cùm habeat eligere mediocrem, quia in æſtimatione mo-
dicum diſtat bos à boue, vel homo ab homine. l.fina.§.1.C.
communia de lega. ſed in his, quæ non habent fines determi-
natos à natura,ſed facto hominis,vt domus, fundus ſcyphus,
& ſimilia, dato quòd legatarius eligeret mediocrem,poſſet
eſſe magnum damnum hæredis, quia inter domum, & do-
mum magna poteſt eſſe differentia. ¶ Iſta ratio differentiæ ſe-
cundum Rapha. Cuma. eſt friuola,& ſecundum Petr.de Bex.
non valet vnam feſtucam. nam ſecundum Rapha. Cum. imò
vnus homo, vnus bos, vnus equus multo plus valet, quàm
alius,ſicut etiam in domo. Præterea ſi legatarius debet medio-
crem eligere, quomodo grauaretur multum hæres, qui præ-
ſtat ex iudicio defuncti,& de lucro tractat,quia inter vnam do
mum mediocrem, & aliam domum mediocrem parua po-
teſt eſſe differentia.¶ Vltrà eos iſta ratio differentiæ etiam mihi
non placet,quia in ſcyphis,qui non conſtituuntur à natura,ſed
facto hominis non videtur, quòd magis grauetur hæres ex ele
ctione legatarij, quàm in equis, vel hominibus. Præterea
dum dicit Barto.quòd vnus homo ab alio homine parum po
teſt diſtare,nam in contrarium facit illud, quod inquit Comi-
cus,Dij boni, quid homo homini præſtat? ¶ Aliam rationem
diuerſitatis aſſignat glo.in d.l.legato generaliter.in gl.magna,in
* prin.quã *Doct.communiter tenent*: & iſta eſt vera. ſed ego plenius
ponã,ꝙ in his,quę habent fines determinatos à natura,ideo eſt
electio legatarij,qui debet eligere mediocrem,quia ſi eſſet ele-
ctio hæredis,poſſet dare talem, quem magis expediret non ha-
bere, quàm habere,puta ſeruum peſſimum, quia in illis gene-
ribus eſt reperire aliquam ſpeciem, quam magis expedit non
habere,quam habere.l.ſi quis argentum. §.1. C. de dona.ſed in
his,quæ habent fines determinatos facto hominis,vt in domo,
& ſimilibus, facilè non eſt reperire aliquam,quæ non ſit alicu-
ius vtilitatis,quia etiam ſi ſit domus ruinoſa, ſuperſunt lapides
& linga,& ferramenta,quæ ſunt alicuius valoris, & in iſtis lega
tum non valet,niſi teſtator habeat in patrimonio, vt hoc text.
ideo electio eſt hæredis ſimpliciter,cùm text. dicat, quam do-
24 mum hæres volet.† nam verbum volet, non importat arbi-
trium boni viri,ſed liberam,& abſolutam voluntatem.l.fidei-
commiſſa. §.quanquam. ff. de lega.3. & l. fideicommiſ. liber-
tas. 2. in princip. ff. de fideicommiſ. lib. & ſic non ſtatuitur,
quòd hæres debeat mediocrem eligere, quia etiam minima
non poteſt eſſe legatario niſi vtilis, quia veriſimiliter teſtator
in patrimonio non tenuiſſet domum, quæ fuiſſet ſine vtilitate.
Et ſic vides,quòd in legato generis in his rebus, quæ habent fi-
nes determinatos à natura, valet legatum,licèt teſtator nullas
hēret in patrimonio, & in illis electio eſt legatarij; ſed in reb.
quæ non habent fines à natura,ſed facto hominis, vt domus,&
fundus,non valet legatum in genere,niſi teſtator habeat in pa-
trimonio,ideo tunc datur electio hæredi,vt hoc text.& iſta eſt
veritas,& iſtam in effectu ſequuntur Imol. & dom. Alexan.li-
cèt non ſic declarent.¶ Capio gloſſ.fina. in verſic. deriſorium,
quæ diuiditur intellectualiter in duas partes.In prima aſſignan
do rationem ad text. remouet contrarium, quod ſtatim for-
mabo.In ſecunda opponit & ſoluit. Secunda eſt ibi, ſed argu.
contra.¶ In ead.gloſſ. ibi, domus, & fundus. iſta gloſſ.videtur
æquiparare legatum domus, & legatum fundi, & ſic iſta glo.
relata ad iſtum text.videtur ſentire, quòd diſtinctio huius text.
quæ fit in dubio,habeat locum etiam in fundo, & iſtam gloſſ.
ponderant Imol.& dom. Alexan. hic. Tu dic, quòd iſta gloſſ.
25 hoc non vult,ſed bene dicit, † quòd tam domus, quàm fun-
dus habent terminos deſtinatione hominis, & non à natura,
& in hoc non eſt differentia, ſecundum gl. An autem in alio
ſit differentia,gloſſ.iſta non dicit, vnde aduerte, quòd intentio
26 huius gloſſ.eſt remouere vnum contrarium. nam † quando
teſtator legat rem in genere,& non habet de illis rebus in patri-
monio,tamen legatum non eſt eluſorium,imò valet, & debe-
tur de alienis,quæ debent redimi ab hærede. l. huiuſmodi. §. ſi
cui homo.cum gloſſ.infra eodem, & l. legato generaliter.ſup.
eod.& §.ſi generaliter.Inſtitu.de leg.ergo hic, quando teſtator
legat domum in genere,quamuis non habeat domos in patri-
monio,tamen per hoc legatum non debet dici eluſorium, ſed
quòd valeat, & quòd debeatur de alienis, quas hæres tenetur
redimere.Gloſſ.voluit reſpondere, quòd contraria procedunt
in rebus,quæ habent fines determinatos à natura, vt homo,
equus, bos,& ſimilia.nam ſi vnum eorum legatur in genere,li-
cèt teſtator non habeat in patrimonio, tamen valet legatum,
eo quia tunc electio eſt legatarij,& debet eligere mediocrem,
vt dixi ſup.in 1.gloſſ.ſed iſte tex.loquitur in legato domus in ge
nere, ſed domus, & fundus non habent fines determinatos à
natura,ſed conſtituuntur deſtinatione hominis, vt dicit gloſſ.
ideo ſi teſtator non habeat in patrimonio, legatum eſt deriſo-
rium,& inutile, vt hoc text. iſta eſt propria mens, & intentio
glo.¶ Veritas tamen eſt, quòd æquiparantur legatum domus,
& fundi in genere, & in vtroque procedit diſtinctio huius
27 text.& ſic in vtroque debet pariter diſtingui, † quòd ſi teſtator
habebat domos,vel fundos in patrimonio, & tunc in vtroque
valet legatum,& hæres eliget vnam ex domibus,vel vnum ex
fundis teſtatoris,quem volet dare,vt hic,& d.l.legato generali-
ter. §.1. ſup. eod. aut teſtator non habebat domos vel fundos
in patrimonio,tunc neutrum legatum valet propter nimiam
incertitudinem,vt d.l.cùm poſt.§.gener.ff.de iure dot.Et iſtam
opin.tenent Iaco.de Arena, Petr. Dyn. Bald. Nico. de Neapo.
Ioan.de Imol. Dom. Chriſtoph. de Caſtil. Rapha.Cum.Paul.
de Caſt.do.Ange.de Perillis, & dom. Alexan. hic.ita etiam te-
nent Rapha.Cum.Paul.de Caſt.& dom. Alexan.in l.ita ſtipula
tus. ff. de verborum obligat. Contrariam opin. quòd imò in
hoc ſit differentia inter domum,& fundum, quia ſi teſtator le-
gat domum ſimpliciter, & habeat domos in patrimonio be-
ne valet legatum,& tenebitur hæres ad dandum vnam ex do-
mibus,quæ erant teſtatoris,vt eſt text.hic, & tamen ſi teſtator
legat fundum ſimpliciter, & habeat fundum in patrimonio,
non valet legatum in genere, tenet gloſſ. in d. l. legato. genera-
liter,& in d.l.cùm poſt. §. gener. Dyn. in regula in obſcuris. de
regul.iur.lib.6. & Barto. hic, qui dicit, quòd iſtam opin.tenent
omnes Docto.& non dicit verum, quia imò Docto. commu-
niter tenent contrarium, vt ſup. retuli. Idem tamen etiam te-
nent Ange.& dom.Petr.de Bexu.hic,& Barto.in d.l.ita ſtipula-
tus.in princip.in 8.oppo.primæ partis,& ibidem Ange.& dom.
Petr.de Bexu.& Imol.ibidem, qui eſt ſibi contrarius.Ratio di-
uerſitatis eſt ſecundum eos, quia fundus ſola deſtinatione ho-
minis conſtituitur, qui poteſt de vno fundo ſola voluntate plu
res facere.l.quòd in rerum.§.ſi quid poſt.ſ.eod.& ſic poſſet con
ſtituere fundos vnius palmitis,vel bipedalis, quem dando hæ-
res liberaretur,& ſic legatum eſſet deriſorium,etiam ſi teſtator
haberet fundos in patrimonio,vt dicit gloſſ.in d.l.legato gene-
raliter,& in d.l.cùm poſt.§. gener. non ſic eſt in domibus, quæ
non poſſunt conſtitui ſola deſtinatione hominis,& ex vna plu
res fieri:ſed requiritur factum hominis, ſcilicet interiectio pa-
rieris medij, vt l.ſi duas. §. ſi quis partem. ff. communia prædi.
Iſta ratio differentiæ non videtur eſſe bona. Primò, quia iſta
28 gloſſ.ſimpliciter dicit in vtroque,quòd † domus,& fundus no
ſtra deſtinatione conſtituuntur. Secundò,quia non videtur ve
rum,quòd fundus ſola deſtinatione, & ſic ſola voluntate con-
ſtituatur abſque vllo facto hominis.nam text. allegatus per
gloſſ. & Barto. in l. quod in rerum. §. ſi quid poſt. ſup. eod.po-
tius probat contrarium,cùm text.ibi æquiparet fundum, & do
mum, & gloſſ.ibi expreſsè dicit, quòd ſicut pariete medio in-
teriecto de vna domo efficiuntur duæ, vel plures:ita fundo di
uiſo per regiones,duo vel plures fundi efficiuntur,& ſic de vno
fundo non conſtituuntur plures ſola nuda voluntate, ſed per

ſepes,

sepes, & regiones, vel per sulcos, seu per appositionem terminorum, vel per fossam diuisoriam, & ita etiam tenent Raphael Cuman. & Paul. de Castr. in dicta l. ita stipulatus, & illã gloss. in dict. §. si quis post. sequitur etiam domin. Alexand. in consil. 169. 5. volum. quod incip. viso themate, & scripturis mihi exhibitis. in prima columna. & in consil. 171. 5. volum. quod incip. accuratè perspectis his, quæ in themate proponũtur, tamen pro fundamento superius facto per Bartol. & sequaces adde text. meliorem de iure in l. locus. in principio. ff. de verbor. signific. vbi dicit Iurisconsul. quòd affectione etiam quælibet portio fundi poterit dici fundus, si iam hoc constituerimus, & sic text. ibi vult, quòd solo animo fundus constituatur, & sic licèt gloss. dict. §. si quis post. inter multa iura alleget pro se dict. l. locus. in princip. tamen re vera stringit ad oppositum. ¶Tertiò, & fortius contra istam differentiam vrget etiam, præsupposito pro verò, quòd sola destinatione possint de vno fundo plures fieri, & sic, quòd quis possit facere fundum vnius palmitis terræ, vel bipedalem, certè istud procederet in testatore, qui hoc potuisset constituere, sed in
29 hærede hoc non permittitur in præiudicium legatarij, † quia hęres non potest deteriorare conditionem legatarij. l. cætera. §. final. & l. sequent. supra eodem. vnde hæres non potest dare fundum in alia forma, quàm esset in patrimonio testatoris, & in vsu ipsius defuncti, vt hic iuncta. l. damnas. §. primo. ff. de vsufruct. legat. & argum. l. penul. ff. de alimen. & cib. leg. vnde text. in dicta l. locus. §. primo. ff. de verbor. signific. dicit, quòd fundus suos habet fines, nec in hoc videtur standum assertioni hæredis, si diceret, quòd testator legando fundum simpliciter, intellexit de fundo vnius palmitis, & sic legatum sit elusorium, quia hoc non est præsumendum in dubio, ex quo testator fundum adeo minimum in patrimonio suo non reliquit.
30 ¶† Quartò ad idem facit, quia quando testator habens fundũ in patrimonio legat fundum simpliciter, intelligitur vnum legare de fundis suis qualem habet, & talem qualis est tempore dispositionis. l. si ita. ff. de auro, & argento legato, & l. final. §. 1. ff. de legat. secundo. & l. Rutilia Polla. ff. de contrahend. empt. ergo non est verum, quòd possit postea immutare, & constituere fundum vnius palmitis, & sic reddere legatum elusorium. Et ita tene, vt legatum fundi in genere valeat, & non pereat, quando testator habebat fundos in patrimonio, per regul. l. quoties. ff. de rebus dub. & l. si quando. in princip. infra co-
31 dem. ¶† Non omitto tamen, quòd Ioan. de Imol. sibi contrarius in dicta l. si ita stipulatus, sequendo Bartol. respondet, quòd hæres non potest declarare voluntatem defuncti in pręiudiciũ legatarij, per ea, quę habentur in l. si à filio. §. si quis plures. supra eodem. & l. inter stipulantem. §. primo. ff. de verbor. obligationib. est verum, nisi natura rei aliud suaderet, vt est legato fundo in genere propter nimiam legati generelitatem, & etiam quia natura fundi est, quòd sola destinatione patrisfam. constituatur. dict. l. quòd in rerum. §. si quis post. vnde posset hæres dicere, quòd testator legando fundum intellexit de palmite terræ ex natura rei, & fundi, vel dicit ipse, licèt hæres non possit declarare ad præiudicium legatarij, non debebit etiam declarare ad eius commodum, vnde ratione incertitudinis propter generalitatem remanebit actus inualidus, argumen. l. Pompon. scribit, si frumentum. §. primo. ff. de rei vendi. Sed ad ista facilis est responsio, & patet ex prædictis, quia hic non est nimia generalitas, ex quo testator habebat fundos in patrimonio, censetur sensisse de vno ex illis. dicta l. legato generaliter. §. primo. sicut hic dicitur in domo, ideo censetur legare incertum de certis. l. Meuius. §. duobus. ff. de leg. secundo. & sic intelligitur legare vnum de fundis suis, sicut eos in patrimonio reliquit, vt supra dixi, ex quo aliter non apparet de alia voluntate testatoris, nec verbis, nec factis, & ista est veritas. ¶In ead. glo. ibi, sed argumentum contra. opponitur contra text.
32 † quòd etiã in his, quæ non habent terminos à natura, sed facto hominis, vt in vino, & in pecunia, tamen legatum in genere valet, licèt testator nihil de istis reliquerit in patrimonio, vt l. 3. ff. de vino, trit. oleoque leg. ergo contra istum textum. & cõtra ea, quæ dicta sunt supra in præcedenti parte. Gloss. respondet, quòd ibi loquitur in quantitatibus, vel generibus, & plus
33 non dicit. Tu supple in quãtitatibus, & sic in pecunia, † nam moneta habet suam formam de publico. l. prima. ff. de contrah. empt. & l. 1. C. de vete. numis. po. libro vndecimo. & sic non pendet à facto hæredis: frumentum etiam, & vinum habet suam mensuram, quæ etiam non consistit in arbitrio hæredis, ideo est perinde ac si haberent suos fines à natura, & ita habes principium huius legis fundamentaliter, & subtiliter expeditum.

*SVMMARIVM.*

1 *Res legata si euincitur non præstita cautione, agitur ex testamento, sed antequam euincatur, officio iudicis cautio postulatur.*
2 *Dictio cæterum, potest poni aduersatiuè, & illatiuè.*
3 *Res legata quando fuit præstita legatario extra iudicium, quòd legatarius possit petere denuo ipsam rem, vt consequatur cautionem ab hærede, & infra num. 15.*
4 *Diuisio huius. §. vltra omnes.*
5 *Cautio de euictione vt petatur, non requiritur regulariter, quòd res sit euicta, sed sufficit, quòd possit euinci.*
6 *In legato generis debet de euictione caueri.*
7 *Hæres tenetur de euictione legatario duplici remedio.*
*Res soluta non dicitur, quando non durat soluta.*
8 *Cautio, quam præstat hæres legatario in casu huius. §. satis est, quòd sit simplex, nec fideiussores dari debent.*
9 *Vbicunque re euicta potest agi de euictione præstita, ibi semper ante eam præstitam potest agi officio iudicis, vt de euictione caueatur.*
10 *Legatum, quòd sit donatio. Et legatarius tenetur de euictione.*
*Donans quando teneatur de euictione.*
11 *Prælatus conferens beneficium ecclesiasticum, quòd erat alteri debitum, tenetur illo euicto prouidere illi de æquiualenti beneficio.*
12 *Agi de euictione non potest pro re euicta sine iudicio, etiam per sententiam arbitri, & quando possit, num. 14.*
13 *Expulsus de possessione non agit de euictione.*
*Sola possessione euicta per sententiam iudicis, agi potest de euictione.*
16 *Actio semel extincta amplius reuiuiscere non potest.*
17 *Actio ex testamento an sit sublata cautione præstita per hæredem legatario, an verò ambæ actiones competant ipsi legatario, & numer. 24. & quòd non, sed quod ambæ competant.*
18 *Sententia non nouat primam actionem, sed noua actio accumulatur.*
19 *Accessorium non debet posse nouare suum principale, & num. 23.*
20 *Debitor generis, puta serui, non liberatur, si Stichum præstat, etiam si præstet cautionem. num. 22.*
21 *Venditor si tradidit, & etiam præstitit cautionem de euictione, actio ex empto erit sublata, & num. 24. vbi damnat.*
23 *In obligatione generis quis tenetur dare, & sic dominium transferre.*
25 *Vendens decem saccos frumenti in genere tenetur dominium transferre.*
26 *Promittens rem vendere in genere, tenetur dominium transferre, & obligatur de euictione.*
27 *Ius hypothecæ licèt non sit dominium, est tamen tale ius, per quod auocatur res legata in totum.*
28 *Testator si legat rem alienam scienter, tunc hæres tenetur de euictione, & tenetur illã redimere à domino, limitat nisi testator habuisset aliquod ius in illa re.*
29 *Hæres, qui redemit rem alienam legatam, & tradidit legatario, si postea euincatur, non tenetur vlterius legatario, tenetur tamen ei cedere actionem de euictione.*
*Intelligitur verum, nisi hæres fuisset in culpa, emendo ab eo, qui communiter non reputabatur dominus.*
30 *Legatum factum à testatore de re aliena ignorante, vel dubitante esse alienam, quando valeat, & hæres teneatur de euictione. nu. 32.*
31 *Legatum factum de re empta à pupillo sine auctoritate tutoris, & decreto iudicis etiam coniunctæ personæ non valet.*
*Limitatio ad text. in l. cùm alienam. C. de leg.*
33 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio contra æquè priuilegiatum.*
34 *Differentia inter legatarium, & emptorem agentem de euictione, cum sequentibus, vbi dantur tres differentiæ.*
*Venditor regulariter non tenetur nisi ad tradendum, non ad dandum.*
35 *Emptor potest directò agere contra venditorem, vt caueat de euictione, etiam re non euicta.*
*Cautio euictionis venit in contractu iure actionis.*
36 *Actio ex empto est actio bonæ fidei.*
*Actio ex testamento est stricti iuris, licèt habeat naturam bonæ fidei quo ad fructus, & accessiones.*
37 *Emptor non agit de euictione antequam res euincatur, legatarius sic, si constat rem esse alienam.*

1 **§. De euictione.** † Re legata euicta nõ pręstita cautione, agitur ex testamento, sed antequam euincatur offic. iudic. cautio postulatur. hoc dicit secundum Bartol. Salicet. Imol. & domin. Christophor. de Castil. & sic. Vel plenius, ac planius. Si res legata extra iudic. præstita euincitur, agi potest actione ex testamento ad ipsam rem, ad finem, vt cautio de euictione per hæ-

redem præſtetur. Si autem res legata in iudicio petitur actione ex teſtamento, tunc per offic. iud. illi actioni deſeruiens cōpellitur hæres de euictione per ſtipulationem cauere, & ea ſequuta actio ex ſtipulatu competit. hoc dicit, & eſt famoſus §. ſecundum Paul. de Caſtr. hic. ¶ Diuiditur ſecundum Bart. & alios omnes in tres partes. In prima ponitur thema, & quæſtio, an hæres pro re legata teneatur cauere de euictione, & quo remedio. In ſecunda antequam reſpondeat quæſtioni, præmittit quandam regulam. In tertia ex illa regula infert deciſionē quæſtionis prius formatæ. Secunda ibi, & regulariter. Tertia ibi, cæterum. Iſta diuiſio Bart. & Doct. non habet ſaporem ad iſtum text. quia imò in illa ſecunda ibi, & regulariter. ponitur determiminatio quæſtionis propoſitæ, cum diſtinctione bimenbri, quòd aut res legata eſt præſtita legatario ſine iudicio, & ſine lite, & propterea cautio fuit omiſſa, aut res legata petita fuit in iudicio, vt in litera, non autem incipit deciſio in ver.
2 cæterum, prout volunt Bart. & Doct. † quia iſto modo exponeretur cæterum, pro ideo, & ſic ſtaret illatiuè, ſed ego intelligo tex. propriè, & realiter, vt iacet, vt dictio cæterū, ſtet aduerſatiuè & nō illatiuè, ergo ibi non pōt incipere deciſio, ꝑut Bartol. & omnes volunt. Item ſecundum diuiſionem Bart. & Doct. iſte text. nihil diceret, quando res legata fuit præſtita extra iudicium, an tunc poſſit peti cautio, & iſtud ingenuè fatetur Bart. in duobus locis, & alij ſequuntur, & ſic iſto modo tex. eſſet diminutus. Subdit Bar. ſuper ſecunda glo. quòd licèt text. dicat, quòd quando res petitur in iudicio, quòd tunc poteſt peti cautio offi. iud. non tamen per hoc negat text. quòd etiam ſi res legata fuiſſet præſtita extra iudicium, non poſſet adhuc peti cautio, hoc eſt res ipſa propter cautionem. Sed cer-
3 tè tex. iſte in verſi. & regulariter, hoc expreſsè decidit, † quòd quando res legata fuit præſtita legatario ſine iudicio, & ſic ſine lite, & conſequenter extra iudicium, quòd legatarius poteſt denuo petere ipſam rem legatam ad finem, & effectum, vt conſequatur ab hærede cautionem de euictione omiſſam, & quanto magis conſidero iſtum textum. videtur mihi, quòd hoc non poſſit apertius decidere, & miror, quòd Bart. & Doct. non aduerterint, tenendo, quòd iſtud non decidatur in hoc text. ſed ſit omiſſum in litera, & ſic teneo contra Bartol. & omnes, quòd iſtud. ſ. ꝙ ſi res legata fuit præſtita extra iud. quòd adhuc poteſt peti cautio agendo ex teſtamento, & quod iſtud
4 expreſsè ponit text. in verſic. & regulariter. ¶† Vnde ego diuido iſtum §. in duas partes. In prima ponitur thema, & quæſtio. In ſecunda ponitur reſponſio cum bimembri diſt. Secunda ibi, & regulariter. Illa ſecunda ſudiuiditur in duas particulas. In prima loquitur, quando res legata fuit præſtita extra iudicium ſine lite, an poſſit peti cautio de euictione ab hærede. In ſecunda, quando legatarius habuit neceſſe petere in iudicio rem legatam, quia hæres denegabat. Secunda ibi, cæterum. Et ſic conſidera, quod iſte text. ponit duos caſus principales, aut enim hr̄s eſt contentus amice, & ſine iudicio præſtare legatario rem legatam, & ita præſtat, an ea præſtita, & ſoluta teneatur de euictione, & deciditur in verſic. & regulariter, quòd ſic, intentando actionem ex teſtamento ad ipſam rem legatam, quamuis ſit ſoluta, vt hoc modo hæres cogatur cauere de euictione, vt ſtatim dicam. Alius caſus eſt, quando hæres non vult dare rem legatam, ſed denegat, & ideo legatarius petit ab eo in iudicio, & iſte caſus ponitur in verſicul. cæterum, nec facio differentiam, vtrum euictio ſit actualiter ſequuta, an verò pendeat, prout propriè loquitur iſte text.
5 dum dicit, euincitur, an euictio poſſit in futurum ſequi, † &
a dico, quòd ad hoc, vt poſſit peti cautio de euictione, [a] non requiritur, quòd res actualiter ſit euicta, ſed ſufficit, quòd poſſit euinci, vt eſt text. in l. Seia. ff. de ſolut. & in l. Iulianus. §. primo. ff. de verbor. obligationib. ſed bene deberet res eſſe euicta iudicialiter, ad hoc, vt poſſit de euictione agi. l habere. cum ſimil. ff. de euictionib. ſed iſtud vltimum non tractat text. noſter, ſcilicet quando poſſit agi de euictione, ſed quando poſſit
6 peti cautio per euictionem. ¶† In text. ibi, is qui ſeruum præſtat. Idem ſi aliam rem, & intellige ſecundum Bald. quòd iſte ſeruus fuit legatus in genere, vnde ſummat iſtum textum, quòd in legato generis debet de euictione caueri, ſed Angel. intelligit iſtum ſeruum fuiſſe in ſpecie legatum, vt quæſtio ſit dubia, nam vbi eſſet legatus ſeruus in genere, indiſtinctè teneret hæres ipſum accipientis facere, & ſic indiſtinctè teneretur de euictione magis ex natura rei, & ſic obligationis contractæ in genere, quàm ex natura tituli, vt hic dicitur in gloſſ. magna ſecundum Rog. tamen, quia in iſto text. ſeruus non fuit nominatus, videtur potius fuiſſe legatus in genere quàm in ſpecie, vt l. cùm incertus. ſupra eodem. & in l. hæres ſeruum. in verb. non nominatim. ff. de euict. & ita etiam in diſcurſu ſermonis tenet Raph. Cum. hic in tertia colum. ¶† Not. primò, quòd hæres tenetur de euictione rei legatæ duplici remedio. Primò, actione ex teſtamento ſi non fuit præſtita cautio, quaſi res legata non fuit ſoluta, ex quo poteſt euinci, vel euincitur, & hæres tenebatur facere rem irreuocabiliter legatarij. l. qui concubinam. §. ſi hæres. infra de legat. tertio. vnde non dicitur res ſoluta, quando non durat ſoluta. l. etiam. ff. de ſolut. & l. Iul. §. primo. ff. de verbor. oblig. & ſi non facit rem accipientis, prout tenebatur, adhuc tenetur prima actione. l. ſi à ſubſtituto. §. hæres. ſupra eodem. & ſic licèt aliàs ſolutione eius quod debetur, omnis tollatur obligatio, & actio, vt Inſtit. quib. mod. toll. oblig. in princip. & l. prout. ff. de ſolut. tamen hæres ſoluendo rem legatam legatario non liberatur ſola ſolutione eo caſu, quo tenetur de euictione, patet, quia iterum poteſt agi actione prima ex teſtamento propter euictionem, ac ſi hæres non ſoluiſſet rem legatam legatario, ex quo eam non plenè fecit accipientis, vt dixi. Et ſi diceretur, ad quid eſt vtilis iſta cautio, quam hęres cogitur præſtare, cùm ſequuta euictione hæres teneatur legatario, etiam ſi non præſtiterit cautionē de euictione, vt hoc text? dic, quòd vtilitas poteſt eſſe, vt ex ipſa cautione facilius conueniatur hæres, & facilius probetur intentio legatarij, quod intereſſe etiam ponderat gloſſ. in l. penultim. C. depoſit. & gloſſ. in l. cogi. poſt princip. in verbo defenſurum. ff. ad Trebel. & domin. Alexand. hic in vltima columna. Secundum remedium eſt, quando res legata petitur in iudicio, eo quia hæres denegat eam præſtare, tunc dum litigatur, poteſt legatarius implorare offic. iudic. mercenarium deſeruiens actioni intentatæ pro legato, & per illud offic. iudi. cogere hæredem ad cauendum per ſtipulationem de euictione, qua euictione poſteà ſequuta, poterit conueniri ex ſtipu-
8 latu, ſufficit † ergo ſimplex cautio, & non debent dari fideiuſſores, niſi in caſibus notatis in l. illud. ff. de euict. Et ſi dicatur, quomodo poteſt hæres compelli ad cauendum de euictione, ex quo non fuit de hoc grauatus per teſtatorē in teſtō? Rn̄de, ꝙ propter hoc non competit directò actio ex teſtō, ſed poteſt implorari ſuper hoc offi. iud. mercenarium deſeruiens actioni propoſitæ ad rem legatam. ¶ No. 2. ex hoc tex. ad ſ. ſm̄ Bar. & alios, tenendo eorum intellectū ad iſtū tex. optimā reg.
9 † ꝙ vbicunq; re euicta pōt agi de euictione præſtita, ibi ſemper ante eam præſtitam pōt agi, vt de euictione caueatur implorato offic. iud. mercenario. Facit. l. 2. & l. emptor. ff. de euictio.
10 & l. 1. ff. de rer. per. ¶† No. 3. & ex hoc text. ꝙ licèt legatum ſit donatio quædam. l. legatum. ꝟ. de leg. 2. & regulariter donans
b non teneatur de euictione, [b] qn̄ donatio incepit à traditione. l. ad res donatas. ff. de ædil. edict. ſecus, qn̄ donatio incepiſſet à præcedenti promiſſione. vt l. Ariſto. §. 1. cum gl. ff. de do. & in l. 2. C. de euict. Tn̄ legatario hæres regulariter tenetur de euictione. Ratio, quia hr̄s adeundo hr̄ditatem dicitur quaſi ꝯhere cū legatarijs. l. apud Iulia. §. fin. ff. ex quib. cau. in poſſeſ. ea. & l. ex maleficijs. §. hr̄s. ff. de act. & oblig. & §. hæres. Inſtit. de oblig. quę ex quaſi ꝯtu, & per ꝯn̄s efficitur poſteà debitor neceſſarius, ideo tenet̄ de euictione, licèt ex titulo lucratiuo legati. d. l. le-
11 gatum, & l. ſi hæreditatem. §. 1. ff. mand. † Adde, ꝙ eodem modo Epiſcopus, vel alius prælatus conferens vni beneficium eccleſiaſticum, quod erat alteri debitum, tenetur illo euicto prouidere illi de æquiualenti beneficio, vt eſt text. valde not. in capit. inter cætera. ad fin. de præben. & ibi domin. Abb. in vltim. not. ad hoc not illum tex. & reputat illum eſſe mirabilem caſum, & ſic ibi videtur eſſe alius caſus, in quo collator beneficij, qui cenſetur donator, tenetur de euictione, & rationem dic, vt ibi, per glo fin. & melius ibidem per do. Abb. ¶ Glo. 1. in
12 verſicu. ſine iudicio. in fin. Dic rationem, † quia ſi ſine iudicio res euinceretur, non poſſet agi de euictione. l. non tamen. ff. de euict. & l. vtique. ff. de rei vend. & l. at qui natura. §. ſi me abſente. vbi text. no. ff. de neg. geſt. etiam ſi euinceret̄ per ſn̄am arbitri voluntariè electi, vt eſt text. not. in l. ſi dictum. §. ſi compromiſero. ff. de euict. adde gloſſ. not. in l. fi. C. de act. empt. per
13 quā gl. Bal. ibi circa princ. no. † ꝙ expulſus de poſſeſſione non agit

ADDITIONES.

a ¶ Ad hoc, vt poſſit peti cautio de euictione. Sed quid ſit euicta re, quæ fuit empta ad publicum incātum per aliquod officium auctoritate alicuius iudicis, contra quem agetur de euictione? contra iudicem, vel executorem, vel contra illum, cuius res fuit? dic, quòd agitur contra illum, cui ſit ſolutio pretij redacti ex ipſa re, & cui ſolutio proficit, & ad cuius inſtantiam res fuit vēdita. l. ſi ob cauſam. C. de euict. l. qui ei at. §. non magis. ff. fam. erciſcund. & eſt caſus, qui ſæpè contingit.

b † Euictione. Adde, quæ ſcribit idē Iaſ. in l. Iulianus. §. q fun. dū. nu. 11. & ſeq. ff. de ver. oblig. & dic, ꝙ euictio non habet locū in donatione, niſi ſit remuneratoria, aut ſit ꝓmiſſa ipſa euictio, teſte Boer. q. 67. nu. 1. par. 1. de quo vide eundē. q. 33. nu. 26. vbi, ꝙ in donatione omniū bonorū locū nō hēt euictio. l. 1. C. de euic. l. 2. ff. de hær. ven Qn̄ aūt poſſit donatarius agere de euictione, no. Dec. in ꝯſ. 492. nu. 10. Aym. ꝯſ. 64. nu. 3. Rol. ꝯſ. 50. nu. 26. lib. 3. MASVER.

agit de euictione, quia ad hoc, vt agatur de euictione, res de-
bet euinci per ſententiam iudicis, ſed expulſio non eſt per ſen-
tentiam euictio, etiam ſi talis expulſus egerit interdicto vnde
vi, & ſuccubuerit per ſententiam, quia in iſto interdicto non
14 habet cauſam ab auctore ſuo, ſm Bal. ibi, quod not. † ſi tñ ſo-
la poſſeſſio per viã iuris, & ſic per ſnĩam iudicis euinceretur,
tunc poſſet agi de euictione, ſm Bar. in l. venditores. ff. de verb.
oblig. Bal. in l. 1. circa fi. in pen. quæſt. C. de peri. & com. rei ven.
& in d. l. fi. C. de act. emp. ¶Limita prædictam concluſionem,
quæ habet, ꝙ re euicta ſine iudicio non põt agi de euictione,
qñ agens vellet probare rem fuiſſe illius, cui ſine iudicio reſti-
tuit, cùm ſibi licuerit bonam fidẽ agnoſcere. l. ſi rem quam.
ff. de euict. & l. ex empto. in princ. ff. de act. emp. quamuis tunc
non committatur ſtipulatio duplæ, ita limitat Raphael. Cum.
hic, & ſequuntur ſimpliciter Ang. de Perillis, & d. Pet. de Bexu.
hic. Sed aduerte, quia ante Raph. ita formaliter limitat dom.
Chriſt. de Caſtil. eius præceptor. ita etiam tenet Raph. Cu. in l.
Ariſto. §. 1. circa fi. ff. de don. & ante eos idẽ tenet Bal. in l. liber.
in vltim. colum. C. de ſen. & interlo. om. iud. ¶Gl. in verſi. ex te-
ſtamento. Iſta gl. ſecundum Bart. & Scribentes determinat ca-
15 ſum, qui fuit omiſſus in tex. ſ. † quid iuris ſit quando res legata
fuit præſtita legatario extra iudicium, an poſſit peti cautio ab
hærede? Et glo. determinat, quòd non, quia per ſolutionem
extincta eſt actio ex teſtamento, quia ſolutione eius, quod de-
bet̃, omnis tollitur obligatio, & act. Inſti. quib. mod. tol. oblig.
in princ. ergo non ſubeſt actio, cui officium iudic. deſeruiat,
16 quia offic. iudi. † quod eſt mercenarium, & acceſſorium, non
poteſt ſtare de per ſe extincta actione principali. l. 4. C. depo.
ſecus eſt in verſi. cæterum, quando res legata in iudicio peti-
* tur, & ſic nondum eſt ſoluta, nec tradita. Iſtam glo. *reprobant*
*communiter* omnes, quia licèt res legata fuerit præſtita, tamen
adhuc ſupereſt ius cautionis, quòd reſpicit totam rem; ideo
adhuc poteſt peti ipſa res legata, quamuis ſoluta ad hunc ef-
fectum, vt cautio præſtetur, vt eſt text. in l. Iulia. §. 1. ff. de verb.
oblig. & clarior text. in l. etiam. ff. de ſol. Nec obſt. d. l. 3. C. depo-
ſit. quia loquitur de acceſſionib. non autem de euictione re-
ſpiciente totam rem. Ego puto, quòd deciſio huius gloſ. non
ſolùm non ſit vera per ſupradicta, niſi vt nunc dicam, ſed etiã
ſit ſuperflua, quia prout tenui. ſ. in text. contra Bart. & omnes,
iſtud non fuit prætermiſſum in hoc tex. imò iſtud expreſsè de-
cidit text. in verſi. & regulariter, quando res legata fuit præſti-
ta ſine iudicio, & ſic extra iudicium, quòd adhuc ipſa res le-
gata poteſt peti, vt cautio præſtetur, ita dicit text. ibi, poſſe eã
ex teſtamento. ¶Sed aduerte, quia iſta gl. non meruit hoc mo-
do reprehendi, imò poteſt optimè ſaluari eo modo, quo ipſa
gloſſ. loquitur, ſcilicet, quòd non poteſt implorari. offic. iu-
dic. vt caueatur de euictione, quia quando res legata eſt præ-
ſtita, non poteſt tunc cautio principaliter peti per offic. iudic.
& in hoc nemo contradicit, tamen bene poteſt peti ipſa
res legata prima actione, vt ſcilicet cautio præſtetur, vt om-
nes volunt. nec gloſſ. iſtud negat, & ſic non meruit in hoc
reprehendi. Eſt bene verum, quòd dum ſubdit gloſſ. quòd
per ſolutionem rei legatæ fuit extincta actio ex teſtamento,
in hoc malè dicit, quia adhuc poteſt peti ipſa res actione pri-
ma ex teſtamento ꝓpter euictionem, vt hic dicit text. & in
iurib. ſ. allegatis, ergo non eſt verum illud, quod dicit gl. quòd
actio erat extincta. Nec potes dicere ſaluando in hoc glo. qđ
actio erat extincta, ſed quòd euict. ſequuta renaſcatur, quia
actio ſemel extincta amplius reſuſcitari non poteſt. l. qui res. §.
areã. ĩ. de ſol. & l. inter ſtipulantem. §. ſacram. ff. de ver. oblig. in
ver. nec reuocantur. Iſta inueſtigatio cautionis præſtandæ ab
hærede, poteſt eſſe vtilis in practica, ſi hæres offerret rem lega-
tam, & legatarius recuſat accipere, niſi etiam hæres caueat de
euictione, an legatarius dicatur in mora conſtitutus, ita quòd
ſi res legata pereat, hæres liberetur, iuxta. l. huiuſmodi. §. ſi cui
homo. ĩ. eod. & l. ſi ex legati cauſa. ff. de verb. obli. Paul. de Caſt.
hic tenet, ꝙ non, & ꝙ imò ipſe hæres eſt in mora, ex quo pe-
titur cautio, vnde ſi periret, non liberaretur hæres, per l. cùm
res. §. item ſi res. ſ. eod. iunctis notatis per Bart. in l. qui ſolidum.
in princ. ff. de leg. 2. Idem ſimpliciter tenet dom. Angel. de Pe-
rillis, licèt de Pau. de Caſt. non faciat mentionem. Sed tu caue,
quia non videtur, quòd legatarius poſſit de iure recuſare acci-
pere rem legatam, quæ ſibi offertur ab hærede per hoc, quòd
petat cautionem, quia poſtquam receperit rẽ legatam, adhuc
poteſt petere cautionem, vt hoc text. & in iuribus ſupra alle-
gat. & ſic receptio rei legatæ non præiudicat, quin poſſit peti
cautio, ergo non videtur, quòd habeat iuſtam cauſam recu-
ſandi recipere rem legatam, niſi caueatur ſibi ab hærede. Niſi
dicas, quòd melius ſit in tempore occurrere, quàm poſteà re-
medium quærere. arg. l. ſi circa, fin. C. in quib. cau. in integ. reſti.
non eſt neceſ. ¶Capio gl. fin. in verbo, ex ſtipulatu, quæ diuidi-
tur in tres partes princ. In 1. gl. rñdet qõni ponẽdo duas opi. In
2. gl. ad intellectum tex. an hæres teneatur legatario de euictio-
ne, ponit magiſtralem diſtinctionem Rog. In 3. propè fi. reſpõ-
det tacitè quæſtioni remiſſiuè. Secunda ibi, & no. ſm Rog. Ter
tia, & vlti. propè fin. ibi, de donatore dic. ¶In 1. parte gl. pro cla
17 ra intelligentia tex. & gl. reaſſumo artculum in dubium, † nũ-
quid præſtita cautione per hæredem ſit ſublata actio ex teſta-
mento, an verò ambæ actiones legatario competant, vt ſi po-
ſtea cõtingat rem legatam euinci per tertium, poſſit legata-
rius agere contra hæredem per euictionem non ſolum actio-
ne ex ſtipulatu, quæ eſt merè ſtricti iuris, ſed etiam actione ex
teſtamento, quæ habet in aliquib. naturam bonæ fidei. l. in mi-
norum. C. de in integ. reſti. minor. & not. Bart. in l. aliàs. ff. de in
litem iuran. Itẽ intereſt noſtra habere plura remedia, & actio-
nes. l. cùm filius. §. varijs. ff. de leg. 2. In glo. ponuntur duæ opin.
prima, quam gl. tenet, quòd per ſtipulationem de euictione
non ſit ſublata actio ex teſtamento, niſi fuiſſet interpoſita ani-
* mo nouandi, & iſtam tenent Bar. *& communiter Scribentes*. Fun-
18 damentum gl. eſt, † quia ſententia non nouat primam actio-
nem. l. euidenter. ff. de excep. rei iud. quia non ſolet fieri dete-
rior conditio eorum, qui in iudicio litem coteſtantur. l. non
ſolet. cum ſequent. ff. de regul. iur. & l. aliam. ff. de nouat. ſicut
nec per promiſſionem nouatur actio ex ſententia, niſi hoc ſit
actum. l. 4. §. ſi ex conuentione. ff. de re iudic. allegata per Bart.
ſed iſta iura poſſunt de facili tolli, quia verũ eſt, ꝙ ſententia la-
ta in fauorem legatarij ſuper re legata contra hæredem non
nouat actionem ex teſtamento, ſed illi addit, & accumulat
aliam actionem ex ſententia: tamen licèt ſententia non tollat
actionem ex teſtamento, tamen cautio de euictione, de qua
quærimus, poſſet eam tollere, quia non diſputamus de ſenten-
tia, ſed de euictione. Niſi intelligeres fundamentum glo. quòd
ſententia fuit lata ꝓ legatario, in qua fuit hæres ꝯdemnatus, vt
caueret de euictione, tunc iſta ſententia non deberet nocere
legatario, per regul. dict. l. euidenter. cum alijs allegatis per gl.
19 quia † per ſententiam accumulatur noua actio, nõ autem ex-
tinguitur prima, eo quia ſententia habet vim nouationis ac-
cumulatiuè, non autem extinctiuè, vt eſt gl. in l. 1. vbi dixi. C. de
iud. gl. in l. duobus. ff. de except. rei iud. gl. in l. nepoti, & ibi Bart.
ff. de fund. inſtr. & gl. not. in l. fin. circa med. in verbo, notatur.
C. de vſuris rei iud. vbi videtur text. in oppoſitum. Sed caue,
quia iſto modo ratio glo. non eſſet generalis, quia non proce-
deret, niſi quando ꝑ ſententiam hæres fuiſſet damnatus ad ca-
uendum, ſed quæſtio noſtra eſt, an cautio præſtita per ſtipu-
lationem ab hærede abſque iudice, vel ſententia iudicis no-
uet, vel tollat primam actionem ex teſtamẽto, & ſic non quę-
ritur, an petitio facta in iudicio noceat, an ipſa receptio cau-
tionis. Pro iſta opin. glo. melius facit, quia iſta cautio fuit in-
terpoſita ex neceſſitate, cùm hæres poſſet cogi ad eam præſtã-
dam, vt hoc textu, ergo per eam non fit nouatio, etiam iure
iſto, per gloſſam in ſimili. in l. non ſolùm. in prin. in glo. magna
poſt med. ff. de procu. & multò minus hodie per l. fi. C. de no-
uat. Item cùm iſta cautio veniat acceſſoriè ad negotium prin-
cipale pro ipſius cautela, ergo per eam non poteſt induci no-
20 uatio, etiam ſecundum iſta iura, † cùm acceſſorium non de-
beat poſſe nouare ſuũ principale. l. nuda. C. de ꝯhẽ. & cõmit.
ſtip. & l. cùm principalis. ff. de reg. iur. ¶Secũda principalis fuit
opinio Ottonus antiqui glo. relata in glo. ꝙ per ſtipulationem
de euictione tollatur actio ex teſtamento. Pro iſta opi. videtur
bene facere iſte text. in verſic. cæterum. dupliciter inducendo.
primò, quia iſte ver. cæterum. venit aduerſatiuè ad ver. præce-
dentem, prout denotat dictio cæterum, aduerſatiua, ſed in
ver. pręcedẽti dicit̃, ꝙ ſi res legata fuit pręſtita ſine iudicio, agi
tur actione ex teſtamento ad rem ꝑꝑ cautionem omiſſam, er-
go qñ petitur in iudicio, & præſtatur cautio, tunc ꝯpetit actio
ex ſtipulatu, ergo tunc non competit ex teſtõ. Secundò dum
text. dicit cautio neceſſaria eſt, vt ſit ex ſtipulatu actio, ſed ſi
actio ex teſtõ ꝯpeteret, ceſſaret iſta neceſſitas. Et ſi dicis, ꝙ tex.
voluit, ꝙ ſit neceſſaria. ſ. ꝙ cautio præſtetur, ad hoc, vt ꝯpetat
actio ex ſtipulatu, tunc iſtud eſſet fruſtra dictum, & ſine dubi-
tatione. Potes reſpondere, quòd ver. cæterum. venit aduerſa-
tiuè hoc modo, quia tamen res legata fuit petita in iudicio,
poteſt ꝑ offi. iudic. mercenarium deſeruiens actioni intentatæ
peti ab hærede cautio de euict. ſecus in ver. præcedenti, quan-
do res legata fuit præſtita ſine iudicio, vbi non poteſt implo-
rari offic. iud. mercenarium ſine iudicio, ideo intentatur pri-
ma actio ex teſtõ ad ipſam rem, non vt ipſam rem conſequa-
tur, ſed vt ob ipſam rem præſtetur cautio. Item cautio eſt ne-
ceſſaria reſpectu actionis ex ſtipulatu, quæ aliàs non compe-
teret, & ſic, vt hæres poſſit ex ſua promiſſione conueniri, non
per hoc negatur, quin etiam prima actio ex teſtõ competat.
Iſtam opi. Ottonis ꝯ cõem tenet ſubtilis Raph. Cum. alia ſub-

tili conſideratione. Nam licèt actio prima ex teſtamento
non tollatur vigore cautionis de euictione præſtita per hære-
dem,quia cautio potius confirmat,vt volunt omnes, tñ tolle-
tur vi perfectæ ſolutionis. Nam qñ hæres tradidit rem legatā
legatario,adhuc non eſt perfectè liberatus, cùm illa res tradita
poſſit euinci à legatario,vt l.qui concubinam. §. ſi hæres.ff. de
leg. 3. ideo adhuc cōpetit actio ex teſtō ad ipſam rem pp̄ eui-
ctionem, vt hic, & l.Iulia.§.1. ff.de verb. oblig.& l. etiam.ff. de
ſol. Tñ qñ hæres tradidit rē legatam, & etiam per ſtipulationē
promiſit de euictione, tūc traditio rei ſimul cum præſtatione
cautionis habet vim perfectæ ſolutionis,vt tunc hæres dicatur
liberatus ex prima actione ex teſtō, & ſic iſto modo tollitur
actio ex teſtō,pro hoc adducit illud,ꝙ tenet Bar.in l.cùm quis.
20 §.qui hominem. ff. de ſol.vbi tenet, † ꝙ debitor generis, puta
ſerui nō liberatur,ſi ſoluat Stichum in ſpecie,cùm poſſit euin-
ci,niſi etiam præſtet cautionem, quia tunc bene liberatur per
ſolutionem, & præſtationem cautionis ſimul, per l. fin. ff. de
condi.ob cauſ.pro hoc etiam adducit ſimile. nam in ſeruitute
tanquam in re incorporali non cadit propriè traditio. l. ſi ſer-
uus.§. incorporales.j̃.de acquir.rer.dom.ſed patientia habetur
loco traditionis.l.3.§. dare.ff.de vſufr.vnde ſi etiam interueniat
præſtatio cautionis,tunc illa quaſi traditio facta per debentem
ſeruitutem ſimul cum præſtatione cautionis, habet vim per-
fectæ ſolutionis.l.quoties.ff.de ſer.tit.generali,& per hoc infert
21 nouiter Raph.Cum. † ꝙ ſi venditor tradidit rem, & etiā præ-
ſtitit cautionem de euictione, cùm per iſtam cautionem ſit
plenè conſultū emptori,ꝙ tunc actio ex empto erit ſublata,&
non competeret amplius in caſum euictionis. Iſta eſt ſubtilis
cōſideratio Raph.Cum. licèt ego plenius, & clarius poſuerim
quam ipſe.Sed tu aduerte, ꝙ Bart. quem pro ſe allegat Raph.
Cum.in d. l. cùm quis. §. qui hominem. tenet totum oppoſi-
22 tum.nam vult, ꝙ † in obligatione generis ſoluta re non con-
tingat liberatio,quantuncunque ſit etiam præſtita cautio per
debitorem, qñ res pōt euinci rōne dominij,vel quaſi,vt eſt ca
ſus noſter,ſecus dicit Bart. qñ poſſet euinci ſolùm per actionē
perſonalem, vel hypothecariam, tunc quia ſoluens fecit rem
accipientis, & ſic tranſtulit in eum dñium, dicitur impleuiſſe
illud, ad ꝙ tenebatur, tamen quia ipſa res poterat auocari per
actionem perſonalem, vel hypotecariam, tunc ſi præſtiterit
cautionem,iſto caſu etiam ſola cautio de euictione bene in-
ducit plenam liberationem, per text. qui iſtam diſtinctionem
23 facit,in d.l.fin.ff. de condi.ob cau.ita ibi cantat Bar. ¶ † Præte-
reà vltra Bartol. in obligatione generis quis tenetur dare,& ſic
dominium transferre ex qualitate rei,vt j̃.dicit gl.ſm Rog.er-
go ſoluendo rem,quæ eſt aliena,& quæ poteſt euinci, non fa-
cit,ꝙ promiſit,licèt etiam præſtet cautionem,ex quo non trā-
ſtulit dñium, prout tenebatur, ergo adhuc durat prima actio,
quamuis res fuerit tradita,& præſtita cautio,quia non fuit trā-
ſlatum dominium,prout tenebatur.Item contra Raph.Cum.
facit ratio, q̃. s̃.dixi. Nam ſtipulatio de euictione eſt ſequella
principalis obligationis, & interponitur ad maiorem ſecurita-
tem, ergo non debet tollere principalem actionem. Non etiā
24 eſt verum illud,ꝙ ſingulariter tenet Raph.† ꝙ ſi venditor tra-
diderit rem,& promiſerit de euictione, ꝙ re euicta non poſſit
emptor agere actione ex empto,nam in ꝯrium vr̃ eſſe text. in
l.emptor.C.de euict.qui vult,ꝙ ſi emptor denunciauit vendi-
a tori litem motam, [a] ꝙ habet plura remedia.ſ.actionem ex ſti-
pulatione de euictione, & actionem ex empto,& aliud reme-
dium,de quo ibi,ergo vult ille text. quòd per traditionem rei,
& præſtationem cautionis de euictione, non impediatur actio
ex empto, & iſta eſt veritas. Ex prædictis remanet defenſata
ſententia glo. & communis, quòd præſtita per hæredem cau-
tione de euictione, ſi poſteà ſequatur euictio, competat lega-
tario non ſolum actio ex ſtipulatu, ſed etiam actio prima ex
teſtamento contra hæredem propter euictionem. ¶In ead.gl.
in 2. parte princ. vbi ponitur diſtinctio magiſtralis Rog. circa
primum membrum diſtinctionis, quando legatur res in gñe,
declara gl.& limita duobus modis, vt hic per Bar.& dum Bar-
25 to.tenet, † ſi quis venderet aliquid in genere,puta decem ſac-
cos frumenti, tunc venditor teneretur trasferre dominium,
non ex natura contractus, ſed ex qualitate rei venditæ in ge-
nere,vt hac gl.& gloſſ.in l.qui concubinam.§. ſi hęres.vbi Bar-
tol.infra de leg.3. & glo. & Bart. in l.ex empto. in princip.ff.de
act.emp.Bar.in l.2.ad fin.princ.ff.ſi cert.pet. Ang. Salicet. Paul.
de Caſtr.& Mod.in l.fin.ff. de condi.ob cauſam, & eſt text.in l.
ſi ſterilis.§. cùm per venditorem. in verbo, dandum. & in ver-
bo dari.ff.de act.empt.quem allegat Bartol. in d.l.ex empto.in
26 princip. ¶† Adde bene facere, quòd promittens tradere rem
in genere,non obſtante verbo tradere, tenetur dominium trā-
sfere,& obligatur de euictione,& hoc propter qualitatem rei,
quam promiſit in genere tradere, vt probatur in l. quæ de le-
gato.iuncta gl.in verbo,dare.s̃.eo.& ibi ad hoc not.Imo. Paul.
de Caſt.& d.Alexand.& ita limitatur l.ſi rem tradi.ff. de verbo.
oblig.¶In 2.membro, quando legatur in ſpecie res propria te-
ſtatoris,dic,vt hic per Bar.& no. bene rationem, quam aſſigat
Bar.ad l.ſi res obligata.s̃.eo. quando teſtator legat rem propriā
alteri pignoratam, quare intelligatur grauare hæredem de li-
berando pignus, & non intelligatur legare ſolùm illud ius, ꝙ
habet.ſ.dominij,& luendi,prout aliàs intelligitur. Ratio eſt ſm
27 Bart. † quia ius hypothecæ,licèt non ſit ius dñij, eſt tñ tale ius,
per quod aduocatur res legata in totū.Iſtam rōnem ſequunt̃
Inno.Flor.& d.Alex. in d.l. ſi res obligata. circa fin.& ibi latius
Pau.de Caſt.ibi plenè dixi.vnde ad ibi dicta me remitto.Et ſe-
28 q̄tur etiam Bal.in l.prædia. C. de fideic. ¶† In tertio membro,
quando teſtator legat rem alienam ſcienter, tunc hæres tene-
tur de euictione.l.cùm alienam.C.de leg.& ſic tenetur eā redi-
mere à dño ſi poteſt,& facere accipientis.l.huiuſmodi.§.ſi ſer-
uum.j̃.eo.& l.non dubiū.§.fi.ff. de leg.3. Limita dupliciter iſtā
concluſionē gl.primò, niſi teſtator habuiſſet aliquod ius in il-
la re aliena, tunc illud ius ſolum intelligeret̃ legaſſe, vt §. fin.j̃.
eo. & l.ſerui electione.§.fi.s̃. eod.& l.Sticho.ff.de vſufru.leg.ēt
ſi tale ius eſſet finiturum morte teſtatoris, vt vſusfructus. l. qđ
in rerum.§.1.vbi dixi.s̃. eod.l.vxor patrui. vbi ēt dixi.C.de leg.
29 ¶† Secundò intellige,ꝙ poſtquā hæres ſemel redemerit rem
alienam,& ſic pro ea exburſauerit pretium, & poſteà euinca-
tur à legatario, non tenebitur vlterius hæres, vt l.fideicōmiſſa.
§.ſi quis decem.ff.de leg.3. ne duplici onere grauetur, tñ tene-
bitur credere legatario actionē de euictione, quā habet ꝯ ven
ditorē, vt in l. in creditore.ff. de euic.ſm Cy.in d.l.cùm alienā.
Bal.Imo.Pau.de Caſt.& alios hic.Adde ad hoc tex.in l. idē Iu-
lianus.s̃.eod.ꝙ intellige,niſi hæres fuerit in culpa redimendi ab
eo,qui cōiter non reputabatur dñs, tunc iterum teneretur hę-
res,per l.cùm res.§.culpa,& l.quid ergo.§.ſi hæres. s̃. eo.ſecun-
dum Raph.Cum.& plenius do.Alex.hic.¶Quartū,& vlt.mē-
30 brum gl. eſt, † qñ teſtator ignorans rem eſſe alienā, vel dubi-
tans,eā legauit, quia ſi ꝯiunctæ perſonæ valet, cū ſingulari li-
mitatione, quam ſtatim dicam, ſi extraneæ perſonæ, nihil
valet,& ceſſat euictio.¶In ead. gl.ibi,præcedentis cauſæ nullæ,
31 vel etiam finitæ.de cauſa nulla exemplifica ſm Bart. † qñ quis
emit rem à pupillo ſine decreto iudicis, vel ſine auctoritate
tut.& ſic emptio eſt nulla,vt l.2.§.ſi à pupillo. ff. pro emptore,
tunc etiam ſi teſtator legat coniunctæ perſonæ, legatum non
valet,ita ſingulariter limitatur text.in d.l.cùm alienam, vbi di-
citur, ꝙ legatum rei alienæ factum à teſtatore ignorante con-
iunctæ pſonæ,valet,& tenet, vt procedat qñ teſtōr ſimpliciter
putabat rē eſſe ſuā,ignorans ex qua cauſa in ſpecie, puta, quia
eā reperit in hæreditate patris, ſecus qñ putabat eā eſſe ſuam
ex aliqua certa cauſa, quæ erat nulla,tunc legatū non valet,vt
hac glo.ſingulari, & iſtud eſt melius, & vtilius,quod habeatur
* in hac gl.& iſta gl. in hoc *communiter approbatur* p̄ Bart.& alios,
& eſt ſingularis,& nō reperit̃ alibi ſm Pau. de Caſt. Raph.Cu.
& d.Alex.& licèt Paul.de Caſt.dicat, ꝙ non bene probet̃ iure,
poteſt dici,ꝙ bene faciat text.in l.Sticho, & ibi ſenſit Bar.ff.de
vſufr.leg.attento, ꝙ ibi legatum fuit factum coniunctæ perſo-
næ,& à teſtatore errante: ſed Io.de Imo.Raph.Cum.& d.Ale-
xand.multum dubitant,an limitatio huius gloſſ. poſſit proce-
dere, quia iſto modo dict.l. cùm alienam. redderetur inutilis,
quando fuit legatum coniunctæ perſonæ à teſtatore errante,
quia vix vnquam poſſet dari caſus, quin teſtator crederet de
aliqua cauſa,& ſi cauſa eſſet nulla, (nam eſſe nulla debet, cùm
res non ſit teſtatoris) legatum nihil valeret, quamuis factum
coniunctæ perſonæ, & conantur defendere iſtam glo.in ali-
quibus caſibus particularibus. Addo, quòd vltra omnes etiā
Raph.Fulg.in d.l. cùm alienam.in vltim. colum. reprobat iſtā
limita. gl. quia ſi limitatio huius glo. eſſet vera, confundere-
tur dict.l.cùm alienam,quia hoc modo legatum factum con-
iunctæ perſonæ à teſtatorre errante, nunquam valeret, quia
vix vnquam poſſet euenire caſus, quòd ſi teſtator erret in
cauſa, quin ſit nulla, & ad dict. l. Sticho. Raphael. Fulgoſ.
multum laborat in reſponden. Sed tu aduerte, quia Imol. &
præfati Modern. non bene guſtarunt, in quibus terminis lo-
quatur iſta gloſſ. nam Rog. hic in iſta gloſſ. addit vnum ver-
bum,

ADDITIO.

a ¶Si emptor denunciauit venditori litem motam. Quid ſi venditor cuidam vendidit fundum,qui erat grauatus ſoluere certum quid annuatim,& de tali onere nihil dixit emptori, ſi ſcienter vendidit fundum pro libero, cùm eſſet grauatus illo onere, an teneatur? Vide text.in l.in venditione. ff. de act. empti.not.glo.in l.cùm venderes. ff.de contrahen.emp.facit l. quoties. ff. de ædil.edict.& l.penult.ff.de euict. Vide Pract. Papien. in forma libelli in cauſa venditionis, in verſi. perticarum, & in verſic. quid autem ſi res. ſecus ſi ignorat,quia non teneretur.

bum, quod saluat eum in hoc ab omnibus impugnationibus Modernorum, prout etiam aduertit dom. Petr. de Bexu. hic, & bene, dixit enim Rog. nisi aliàs non legaturum error præcedentis causæ nullæ, vel finitæ induxisset ad legandum, tunc etiam si sit factum coniunctæ personæ, nihil valet, ita form aliter loquitur ista gl. & hoc videtur clarum, argumēto. l. cùm tale. §. penulti. ff. de condi. & demonst. Et quòd hoc sit verum, patet clarè, quia text. in dict. l. cùm alienam. in fin. formaliter dicit, quòd legatum factum à testatore ignorante personæ cōiunctæ, ideo valet, quia ei legaturus erat, etiam si sciuisset rem alienam esse, & isto modo limitatio huius gloss. bene quadrat cum text. in dict. l. cùm alienam. in fin. quod secus sit, quando aliàs non erat legaturus coniunctæ personæ, nisi error præcedentis causæ nullæ, vel etiam finitæ induxisset ad legandum
non cogitur mutare debitorem, & alium recipere etiam ido-
neiorem,vt eſt text.notabilis in l.ſi mandato meo.§.1.ff. man-
dati.ibi,aut ſi nolit creditor mutare.Bald.in pulchra quæſtione
in l.ſi pater,& ibi Modern.C. de collat. ¶Tenendo iſtam par-
tem, non obſtat potiſſimum.fundamentum tenentium con-
trarium, quòd ſi emphyteuta volens legare, vel donare alteri,
deberet primò requirere dominum, an vellet ſibi legari, pro-
culdubio ipſe acceptaret, & ſic dicta l.fin.quæ vult dominum
prius requiri, & expectari eius reſponſum per duos menſes,
non videtur adaptabilis ad iſtum caſum donationis,vel legati,
quia dico,quòd opinio Bartol. non eſt ita ſupinè intelligenda,
ſed debet intelligi, quòd emphyteuta, qui vult alij legare, vel
donare,debet primò notificare domino, & eum requirere,nõ
dico,an velit,quòd ſibi donet,ſed an velit hoc.ſ.cùm ſit dona-
turus,vel legaturus alij, an ipſe dominus velit ſoluere æſtima-
tionem ipſius rei,& ita præferri alijs, & hoc modo. d. l. fin. erit
adaptabilis ad iſtum caſum donationis, vel legati. ¶Contra-
riam opin.tenet glo.ordina.in dict.l.fin.in verb.vendere, & ibi
Odof.Oldr.& Bald. & gloſſ. & communiter Cano. in dict.ca-
pitul.potuit.in gloſſ.tertia.& ibi dicit dom. Cardin. Flor. quòd
* *iſta opin.eſt commmunis, & vera*. Idem tenent Iacob. de Arena.
Bald. Imol. & cæteri omnes hic, & dicunt Bald. & Imol. hic,
quòd ita cõmuniter tenetur, & eã etiam dicit eſſe communē
Bal.in l.vſufructu.ff.ſolut.matrim.& tenet etiam Bart.ſibi con-
trarius in dicta l.prima.C.de fund.patrim.lib.11.cõn alijs con-
cordan. Doctorum hic allegatis per domin. Alexand. & vltra
eum idem tenet dom.Abb.vbi latè examinat hunc articulum
in conſil. 75. quod incipit,duo principalia circa prædicta ſunt
examinanda.in ſecunda columna. vſque ad fin. dom. Alexan.
in conſil.120.primi voluminis,quòd incip.ſuper eo,quod quę-
ritur.in vlt. colum. & in conſil.188. ſecundi voluminis, quod
incip.viſo,& maturè diſcuſſo proceſſu.in 5.colum.ad fin.cum
concord.per eum allega.& in conſil.17.5. volum. quod incip.
ponderatis his,quæ in themate narrantur.in penul.colum. vbi
etiam dicit, quòd iſta eſt communis opin. præcipuum funda-
mentum iſtius partis eſt,quia venditio de qua loquitur.d.l.fin.
fit propter pretium,in quo non intereſt emphyteutæ,à quo il-
lud habeat.l.nummis.ff. de in lit.iurand.ideo æquum eſt, quòd
dominus volens tantundem ſoluere, alijs præferatur, vt ibi,
32 † ſed legata, & donationes fiunt propter benemerita. l. nec
adiecit. ff. pro ſocio. Item propter affectionem, ſecundum
gloſſ.in l.qui filiabus.ſupra eodem.Sed merita, & affectio non
æquè cadunt erga dominium,ſicut erga illum,cui emphyteu-
ta vult legare, vel donare. Ego vt dixi, latè examinaui iſtum
articulum vltra omnes per.quatuor chartas in dicta l. final. &
retuli omnium hincinde auctoritates,& rationes,vltimò redu
xi ad concordiam,ibi videas. Nunc autem paucis conclude,
a quòd emphyteuta [a] volens legare,aut donare ius ſuum alteri,
non tenetur denunciare domino, an ſibi velit donari,vel lega-
ri, nec eius reſponſum ſuper hoc expectare per duos menſes,
ſed abſque tali denuntiacione põt alteri legare,vel donare, qa
ad iſtum caſum non poſſunt adaptari verba dictę l.final. dum
loquuntur de tali denunciatione,ibi, & quantum pretium re
vera recipere poteſt. Quantum autem ad inductionem in
poſſeſſionem, quòd debeat denunciari domino, quòd reco-
gnoſcat legatarium, vel donatarium in emphyteutam, & cũ
inducat in poſſeſſionem, ſi eſt idoneus, & habilis ad ſoluen-
dum,& ſibi promittat ſoluere canonem emphyteuticum, &
tunc etiam verba.d.l.fin. coueniunt donatario,& legatario,ibi
33 vendere,vel transferre. † nam verbum transferre,eſt generale
comprehendens etiam legatum,& donationem,ſimiliter quã
tum ad quinquageſimam ſoluendam domino pro receptio-
ne noui emphyteutæ, & nouæ inueſtituræ. Iſtud etiam ada-
ptatur legato,vel donationi ſicut venditioni, & patet ex text.
ibi, pretij, vel æſtimationis. nam dum dixit prætij, refertur ad
venditionem.l.fin.C.de prædi.curia.libr. 10. & dum dicit æſti-
mationis, refertur ad alios actus,in quibus non interuenit pre-
tium,vt in legato, vel donatione rei emphyteuticæ, & ſic cõ-
culde, quòd dicta l. fin. in vno non habet locum in legato,
nec in donatione ſcilicet, quòd debeat denunciari domino,
an velit pro eo pretio habere,quod ab alijs inuenitur cum ex-
pectatione duorum menſium,ſed in alijs omnibus ſic cùm,&
verba,& ratio conueniant,ita etiam concludunt do. Car.Pet.
de Anch.& Ioan. de Imol. in d.c.potuit. Imol. & do. Alexan.
hic.idem in effectu tenent Are.in conſil.41.inci.diligenter, &
maturè penſata conſultatione. do. Alex. in conſil. pen. 3. vol.
34 quod incip. viſis narratis in themate. ¶† Secunda conclu.
Bar. eſt,ꝙ quicquid ſit in emphyteuta priuati, tamen emphy-
teuta Eccleſiæ non poteſt donare, vel legare ſine conſenſu
Eccleſiæ,& putat,ꝙ non ſit dubiũ,per tex. in l.2. quæ incipit,
vniuerſitas. ibi, vendere, vel vllo alio pacto alienare. C.
ne rei domi. vel templo. & ibi dicit Bartol. quòd nullus alius
tangit,& illum text.reputat ſingularem Bart.in l.pen.§. 1. in fi.
ff. de ſuperfi. & dicit Ang. in l. cùm hi. §. ſi cui. ff. de tranſac.
quòd Bar.ſemper faciebat de illo tex.magnum feſtum, prout
ipſe dicit ſe pluries ab eo in voce audiuiſſe, & ille text. eſt
canonizatus in Decretis.16.q.4. in c.vniuerſitas, & iſtam opin.
vbique tenet Bart.ſ.hic,& in d.l.in conuentionibus. ff.de verb.
ſignific.& in l.ſi patroni.in princ.ff.ad Trebel.& in d.l.1.§ pe.ff
de ſuperfic.Idem tenet Angel. in l. ſicut. §.ſi debitor.ff.quibus.
mod. pign. vel hypo. ſol. & in dict.l. vniuerſas. dom. Alexan.
in conſil.9.2.volum. incip. viſis dicto themate.in 5.colum.cõ-
* trariam opin.tenent Bald. Imol. *& indifferenter omnes alij*, & di-
cit Paul.de Caſtr.ꝙ Bald. in hoc mordaciter reprehendit Bart.
& quòd audiuit ab eo, quòd iſtam quæſtionem habuit de fa-
cto, & quod ipſe erat aduocatus pro vna parte, & alius pro
alia,& licèt Paul.de Caſtr.non alleget,iſtud refert ipſemet Bal.
in Auth.quas actiones.in 5.colũ.C. de ſacroſ. Eccleſ. vbi dicit,
ꝙ habuit iſtam q.de facto vnà cum dño Bart.& iſtud ꝯ Barto.
vbique tenet Bal.in locis hic allegatis per d. Alex.& iſta eſt cõis
opi.contra Bar.ſm d.Alex.ſibi contrarium in conſ.17.5.vol.in-
cip.ponderatis his, in vltima columna.eam etiam tenet dom.
Abb.in conſil. 75. quod incip. duo principalia circa prædicta
ſunt examinanda.in penult.& vlt.colum.& ita tene,quia d. l.2.
allegata per Barto. nihil facit, quia loquitur, quando alienabat
tanquam ſuam propriam, & non Ecccleſiæ ſuppreſſo nomi-
ne emphyteutæ, & ſic in fraudem Eccleſiæ, vt præſtaret cau-
ſam præſcribendi contra Eccleſiam, & hoc nullo modo po-
teſt fieri, vt ibi, ſecus ſi alienaret tanquam emphyteuta Eccle-
ſiæ, tunc nunquam præſcriberetur, quia recognoſceretur Ec-
cleſia,vt l.malè agit.C.de præſcript.30.ann. & ita vbique rñdet
Bald.ita etiam reſpondet Angel.in l.cùm hi. §. ſi cui.ff.de tran-
ſact. & quòd iſte ſit verus intellectus illius. l. 2. & ꝙ Bart. in eo
errauerit,patet euidenter, quia loquitur non ſolùm in emphy-
teuta Eccleſiæ, ſed etiam in emphyteuta Reipublicæ, qui po-
teſt indubitater donare, & alienare ſine conſenſu Reipublicæ,
vt eſt tex.hic,& in l.prima.C.de fund.Reipubl.libr.11.& ſic do-
natio, vel alienatio valuiſſet,ſi ius ſuum alienaſſet,ſed cùm ibi
decidatur contrarium,apparet, quòd alienabat tanquam rem
ſuam propriam, & non tanquam emphyteuta Reipublicæ,
vel Eccleſiæ.Corroboratur forti ratione:nam qua ratione po-
teſt emphyteuta Reipublicæ alienare ſine conſenſu directi
domini, quia hoc non eſt præiudiciale Reipublicæ, cùm poſ-
ſit quemcunque poſſeſſorem ad ſoluendum canonem con-
uenire, prout hic, & vbique tenet Bartol. eadem ratione de-
bet poſſe emphyteuta Eccleſiæ donare ſine conſenſu Eccleſię,
cùm

A D D I T I O.

a ¶Emphyteuta.Dans,vel legans ius, ꝙ habet in re emphiteutica non conſen-
tiente domino, an faciat rem emphyteuticam ad dominum trãſire,vide per
Bald.in conſil.ſuo 37.& eſt conſilium breue, & pulchrum inci.quæritur.

35 cùm † etiam Ecclesia habeat obligatam rem emphyteuticā
pro canone soluēdo, vt ad quemcunque possessorem trāseat,
possit contra eum hypothecaria agere, vt est text. no.in §.siue
autē. in Auth.de nōalie. colla.2.quē tex.ad hoc reputat valde
notabilē Bal.in Auth.si quas ruinas.in 4.col. C.de sacrosſ.Eccl.
& d.Alex.hic,qui in hoc reprehendit,& bene do.Ant.& Imo.
in d. c. potuit, de locato. qui dicebant,hoc non reperiri iure
cautum, non recordati de text. in d. c. scire autem, & sic per
36 fundamentum ipsiusmet Bar. eius opi.ɔfunditur.† Item cùm
ciuitas, & Ecclesia æquiparentur.l.fin.C. de sacros. Eccl. sicut
emphyteuta ciuitatis potest alienare sine cōsensu Reipublicę,
vt hic,ita emphyteuta Ecclesiæ.Et sic concludo, quòd etiam
in conclusione præcedenti vera esset opin.Bart.& sequacium
contra communem, quòd emphyteuta non posset donare,
vel legare sine consensu directi domini, tamen emphyteuta
Ecclesiæ potest,& sic concludo totum contrarium eius,quod
Bartol.quòd quicquid sit in emphyteuta priuati,an possit do-
nare sine consensu domini, tamen in emphyteuta Ecclesiæ
hoc est sine dubitatione, quòd non potest secundum eum,
quia dico, quòd imò totum est ècontra, quòd quicquid sit
in emphyteuta priuati, quòd tamen emphyteuta Ecclesiæ
sine dubio potest donare, & legare sine consensu Ecclesiæ.
37 ¶† Nec prædictis obstat, quòd emphyteusis Ecclesiæ non
potest transire in extraneam personam,vt.§. emphy. in Auth.
de non alien.colla. 2.de quo tamen,quia est magnū dubium,
vide per gl.& Docto. in l.etiam in prin.ff. sol.mat.& in l.quod
dicitur. ff. de verb. oblig. & in specie ad propositum nostrum
Ioan. de Imol. in comment. d. c. potuit. in 10. & 11. colum.
Responde,verum esse per viam successionis, tamen emphy-
teuta viuens potest donare, vel legare etiam extraneo sine
consensu Ecclesiæ, per prædicta, quia hoc nullibi reperitur
prohibitum, quamuis eo mortuo non transiret ad extraneos
38 hæredes,secundum Imol.& do.Alexan.hic.¶† Tertia conclu
sio Bart.est (sub dnbio tamen fortè) quòd si plures conduxe-
runt simul emphyteusim etiam ab Ecclesia, possunt quando-
cunque inter se quocunque titulo alienare irrequisito con-
sensu domini,quia quilibet est obligatus ad pēsionem, & ideo
talis alienatio non præiudicat Ecclesiæ,nec priuato, idem per
eandem rationem sine dubio fortè tenet Bart.in l.qui Romę.
§.duo fratres.in 10.q.ff.de verb.obli.& in l.& ideo. ff.de condi.
fur.& in l.cùm hi.§.si vni. ff.de transac.& in l.1.per illum text.
C.de imponen. lucra.descri. lib.10. & in consi. 58. quod incip.
ex themate prædicto tria dubia oriuntur. in secundo dubio.
quamuis idē Bar.indecisum relinquat in l. pater.§.quindecim.
ff.de leg.3.idem per eandem rationem tenet.Calde.in cons.10.
posito in tit.de locato, quod incip.si Ecclesia in emphyteusim
concedit.idem simpliciter tenet Ioan. And.in addi.Spe. in tit.
de loc.§.nunc aliqua.in versi.72.circa prin.idem, & fortius te-
net Saly.in l.ea lege.C. de condi.ob.turp. cau.in antepe. col.in
versi. quæro circa idem plures fratres.vbi ampliat istam deci-
39 sionem Bartol. † quòd etiam si plures fratres acceperunt in
emphyteusim pro se, & filijs, & & promiserunt non alienare
irrequisitio domino sub pœna, quòd non obstante promis-
sione, vnus alteri poterit alienare, & tenet alienatio, nec alie-
nans incidit in pœnam, quia sunt eiusdem conditionis, & ex
eadem causa pariter obligati domino,per text. in l. 1.§. 1. ibi,
nam cum personæ conditio. C. de imponen.lucra. descri. lib.
10.Sed aduerte,quia ratio in qua se fundat Bart.hic, & in præ-
dictis locis non est bona, imò facit contra eum, quia quilibet
ex istis emphyteutis bene est obligatus actione personali do-
mino pro parte sua conducta, nō autem pro partib.aliorum,
pro quibus promisit, & consequenter pro alia parte, quam
40 posteà acquisiuit. † Eodem modo si essent plures hæreds, qui
successissent vni emphyteutæ, cùm obligationes ipso iure di-
uidantur inter eos pro portionib. hæreditarijs. l. pro hæredita-
rijs.& in toto tit.C.de hære.vel.act.& l.1.C.si cer.pet.vnus non
est obligatus pro portione alterius ad soluendum canonem,
ideo videtur,quòd non possint inter seipsos alienare sine con-
sensu domini. Item si emphyteutæ possent inter se alienare
sine consensu domini,fieret præiudicium domino, quia ipse
offerens iustum pretium debet cuicunque preferri.dict.l.final.
C. de iure emphyteut.& dict. capitul. potuit, & ita etiam
contra Bartol. tenet domin. Alexand.hic, qui dicit, quòd
passus est pulcher, & dubius, sed malè declaratus, idem
tenet gloss.Gul.de Cun. & Alberic.de Ros.in dict.l. cùm hi.§.
si vni.per illum text.gloss.& Bald.in l.dudum.C.de contrahen.
emp.& in l.voluntas.C.de fideicom.tamen in practica magnę
sunt auctoritates Bar.Saly.Cald.& Io.And.tenentium contra-
rium,quos.s.retuli.

*SVMMARIVM.*

1 *Exceptio facta de re,quæ non reperitur,nihil valet.*
*Exceptio obscura non releuat.*
*Exceptio generelis idem.*
2 *Reseruatio non reperiens reseruabile, nihil operatur.*
*Reseruatio nihil iuris tribuit de nouo illi,in quem dirigitur.*
3 *Vineæ appellatione non venit fundus,qui vites non habet.*
4 *Effectus dispositionis testatoris confertur post eius mortem.*
5 *Vendens fundum fructibus plenum saluo iure coloni, & colonus nul-
lus reperiatur,sed ipse vendens fuit colonus,qui manibus proprijs la-
borauit fundum, an debeat habere partem coloni, & num. 8. vbi
limitat.*
6 *Fructus pendentes veniunt in venditione.*
7 *Rusticus si vendit fundum saluo iure coloni, intelligitur de omnibus
alijs præter ipsum vendentem.*

LEX LXXV.

1 SI quis legauerit. † Exceptio facta
de re, quæ non
repecitur,nihil importat. h.d. secundum Bartol. &
alios. Simile de exceptione obscura. l. Titiæ texto-
res.in prin.vbi dixi.s.eo.Similiter exceptio generalis nil releuat
secundum Bart.in l.1.in 2.col.de excep.glo.not.in capit. pasto-
ralis. in verbo potestate. de excep. vel sic secundum Angel.
2 † Reseruatio non reperiens reseruabile,nihil operatur. hoc di-
cit, quod est vtile pro reseruationibus, quæ fiunt in sententijs,
& alijs concessionibus.l.ait prætor.§. primo.ff. de re iudic. & l.
terminato.C.de fructib.& lit.expen. & per gloss.in l. idem La-
beo.ff.famil.erciscund. domin. Alexand. in l. iudex.in penulti-
ma columna. ff. de re iudic. Item reseruatio nihil iuris tribuit
de nouo illi, in quem dirigitur, si prius non habebat, secun-
dum Angel.in l. omnes. per illum textum. C. de præscrip. 30.
annor.& in l.final.in princip. per illum textum. C. de tempor.
appellat.& quod tenet Bald.in l.fi. C. de leg. tuto. ¶Nota pri-
3 mo ex text. ibi,exceptis vineis, † quòd appellatione vineæ nō
comprehenditur fundus, qui vites non habet, sed stat sub no-
mine fundi, quod est verum ante ius quæsitum in vinea, &
sic quantum ad ius non radicatum in solo,antequam remo-
ueantur vites, sed post ius acquisitum in vineis, licèt posteà
vites deficiant, vel extirpentur, tamen remanet ius in solo, vt
est text.not.in l.certo generi.in princip.ff. de serui. rustic. præd.
fm Ang.& Paul.de Cast.hic, quamuis aliter ibi dicat Bart. Vel
secundo dic, ꝙ appellatione vineæ venit solum, seu fundus,
si eo tempore,in quod confertur dispositio,est ibi vinea,ita lo-
quitur text.in dict.l.certo generi.in princip. vbi seruitus quæsi-
ta vineæ ibi existenti, censetur quæsita solo, & remanet ipsi
loco,extirpata posteà vinea, vt ibi, secus si non est ibi vinea,
ita loquitur text.hic,secundum domin.Alexand. hic, & in ef-
fectu voluit etiam Bartol.hic. Item intellige istum text.quan-
do tempore conditi testamenti erant vineæ in ipso fundo,
prout dicit glo. vnde hæres volebat retinere fundum, in quo
erat vinea, quæ fuit exceptuata à testatore, cùm vinea consi-
stat in solo,& vitibus,ergo tam solum quam vites videbantur
cadere in exceptione. dicta l.certo generi. in princip. Sed con-
trarium deciditur in isto text. quia testator viuens tales vineas
a extirpauit, [a] † vnde cùm effectus dispositionis testatoris con-
4 feratur post eius mortem. l. cùm hic status.§. ait oratio. ff. de
donat. inter virum & vxorem. & capitul.cum Marthæ.de ce-
leb. miss. illo tempore mortis testatoris nullæ vineæ extabant,
ergo exceptio, quæ non reperitur, nihil importat, & hoc est,
quod dicit iste text. ibi, exceptis vineis, quæ tempore mortis
eius erunt, secus si vinea superfuisset illo lempore, in quod
dispositio differebatur.dict.l.certo. generi. ¶In gloss.nihil est.
¶Inducitur iste text.secundum Iacob.de Aret. Bartol. & alios
5 ad quæstionem † de eo, qui vendidit fundum fructibus ple-
num saluo iure coloni, qui habeat meditatem fructuum, si
nullus reperiatur colonus, sed ipsemet venditor suis manibus
laborauerit fundum, vtrum possit detrahere partem, quæ
consueuit dari colono, puta dimidiam, & determinat Iacob.
de Are. quòd non, quia exceptio fuit facta propter colonū,
& nullus reperitur colonus, ergo nihil operatur, perinde ac si
facta

ADDITIO.

a ¶Vineas extirpauit.Adde,quòd si testator legauerit talē fundum, in quo po-
steà plantatæ fuerunt vites, & sic fructus est postea in vinea, talis vinea de-
betur legatario, tanquam augmentum superueniens rei legatę, nec per ta-
lem mutationem extinguitur legatum, per ea, quæ habentur in l.seruum fi-
lij.§. si Proculus, supra eodem. & ibi etiam Ias. & quid si legata sit vinea, &
extirpatæ sint vites,vide ea,quæ habentur in l. si ex toto. in principio.supra
eodem.

6 facta non esset, vt hoc text. sed si exceptio facta non esset, † ve-
a nirent a in venditione fructus pendentes. l. Iulianus. §. si fructibus. ff. de act. emp. quia sunt pars fundi vend. l. fructus pendentes. ff. de rei vend. dixi in l. cum filio. in fi. §. eo. Item excipiendo ius coloni, non potest intelligi de ipso domino, quia dominus non potuit esse colonus sui proprij fundi, licèt eum coluerit vt dominus rei suæ. Pro hoc etiam Bart. allegat quinque iura, & dum allegat. l. fi. ff. de contrahen. emp. melius facit. l. pacta conuenta. §. final. in eodem titul. idem allegat. l. mercedem. §. final. ff. de actio. emp. vbi si in venditione exceptuata sit generaliter habitatio omnibus in ea habitantibus, non intelligitur de habitatione ipsius vendentis, & ideo not. ibi
7 Bartol. esse casum, † quòd si rusticus vendidit tibi fundum saluo iure coloni, seu laboratoris, intelligitur de omnibus alijs præter ipsum vendentem qui coluit, vt ibi limitat Bartol.
8 hic † quando inter partes constabat nullum alium esse colonum nisi ipsum venditorem, tunc intelligitur, quòd ipse venditor habeat ius coloni, per l. si quis duas. §. si in venditione, circa fin. alias inc. l. si in vend. ff. communia præd. Facit l. fundus, qui locatus. ff. de fun. instr. Bald. verò intelligit decisionem Iacob. de Aret. quando venditor dixit saluo iure coloni, referendo se ad ius, tunc cùm nullus sit colonus, nullum est ius coloni, quod possit dici esse saluum, secus si dixisset salua parte coloni, & sic retulisset se ad factum, quod in re propria cadit, quam differentiam reprobat Imol. & Angel. de Perillis hic, sed ipse Imo. distinguit, quòd aut in reseruatione excipiens se retulit ad ius alicuius personæ etiam indeterminatè, & tunc si illi personæ illud ius non debeatur, reseruatio nihil operatur. l. minor. §. final. & ibi gloss. ff. de euic. secus quando simpliciter reseruatur ius non respectu personæ. d. §. si in ven-
* ditione. Breuiter tene distinctionem Bart. quę *communiter tenetur*, & adde, quòd idem simpliciter tenet domin. Angel. reputans not. dignum in d. l. si in venditione. ff. communia prædio. idem tenet. d. Alexan. in consi. 28. 1. vol. quod inci. visis & accuratè ponderatis. in 4. col. & sequenti, quod errore est duplicatum in consi. 31. secundi vol.

ADDITIO.

a ¶Venirent. Dic istud esse verum, si emptor ignoraret esse colonum ibi, prout in dubio præsumitur ignorare, aliàs si sciret, tunc venditor intelligeretur solùm vendidisse ius, quod habet in fructib. pendetibus, vt per Ias. in l. cùm filio, in fi. per eum hic alleg. §. eod.

SVMMARIVM.

1 *Iussus facere, vt quis habeat centum, tenetur ei dare, nec liberatur dando fideiussorem.*
2 *Obligatus facere, in plus tenetur, quàm obligatus curare.*
*Verbum curare, est latius quàm verbum facere.*
3 *Frater si in suo testamento iussit hæredem suum facere, vt omnia legata, & relicta in testamento fratris sui mandarentur executioni, an hæres teneatur soluere, tenet contra Ang.*
4 *Testator in dubio censetur minus grauasse hæredem quàm sit possibile.*

LEX LXXVI.

1 SI hæres. † Iussus facere, vt quis habeat centum, tenetur ei dare. h. d. & sic non liberaretur dando fideiussorem, vel expromissorem, sicut etiam quando promisit dare, tunc tenetur præcisè ad dandum. l. vbi autem non apparet. §. final. ff. de verb. oblig. & §. sic itaque. Insti. de act. secus si promisit curare, vt habeat, quia tunc liberaretur dando reum locupletem. ita loquitur text. in l. final. §. final. ff. si cert. peta. & in l. illa stipulatio. §. eum qui. ff. de verbor. oblig. licèt gloss. hic ali-
2 ter respondeat, † & sic in plus tenetur, qui obligatur facere, quàm qui obligatur curare, nam primum importat factum immediatum soluendi, vt hic: secundum autem denotat factum mediatum promittendi, secundum Petr. & Bald. hic, & sic significatio verbi curare, est latior, quàm verbi facere, ideo in instrumētis hodie tabelliones apponūt vtrunq;. s. promisit se facturum, & curaturum secundum Bartol. hic. ¶ Item per istum text. dicit egregiè Angel. hic se de facto
3 consuluisse in ciuitate Florentiæ. † Frater in testō suo iussit hęredē suū facere, vt oīa legata, & relicta in testō fratris sui mādarentur executioni, & soluerentur, dicit se consuluisse, quòd per illa videbatur hæres iussus soluere, non autem sibi solùm videbatur sibi iniuncta quædam cura, & solicitudo, vt per hæredes fratris deberet fieri solutio prædictorū, & refert ita fuisse indicatum de facto, dicens ex hoc fuisse lucratū decem florenos aureos, & reputat tenendum menti. ¶ Miror, quòd nullus Scribentium nec hic, nec alibi faciat mētionem de ista solenni decisione Angel. Ego teneo contrarium, & credo malè consultum per Angel. & malè iudicatum, eo quia iste text. in quo solo fundatur Angel. nihil facit, eo quia hic soluere, vel facere, quòd quis habeat centum, vel aliam rem, non pertinebat ad alium, quàm ad hæredem grauatum, ideo testator mandando hæredi, quòd faciat, quòd habeam centum, videtur mandare, quòd soluat mihi ista centum, prout formaliter dicit Bald. ad istum text. quem nemo allegat, in c. Abbate. in 3. not. de rescrip. secus quando prouisio pertinebat ad alium, tunc testator non intelligitur iussisse, nec dedisse potestatem hæredi prouidendi, sed bene compellendi illum alium. l. final. §. final. ff. si cert. pet. ita ibi expressè dicit Bald. de quo nullus mentionem facit, sed in quæstione Angel. soluere legata relicta in testamento fratris, pertinebat ad alium. s. hæredem ipsius fratris, ideo secundo hæredi grauato in secundo testamento videtur solum iniuncta cura solicitandi hæredes primi fratris, vt ipsi soluant, & ista est ve-
4 ritas. Ad idem facit regula, † quia testator in dubio censetur minus grauasse hæredem quàm sit possibile. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de leg. 2. ergo secundus testator censetur grauasse hæredem, vt solicitaret alios hæredes primi fratris, vt soluerent, non autem, quòd ipse teneatur soluere, & ita consulerem, & iudicarem.

SVMMARIVM.

1 *Vicis legari potest sicut ciuitatibus.*
*Vniuersitas vici ita est approbata, sicut vniuersitas ciuitatis.*
2 *Vniuersitas burgi vnius, aut villæ dicitur approbata.*
*Priuilegium indultum ciuitati in quatuor casibus habet locum in villis, & castris.*
3 *Villa, & castrum æquiparātur minori, & ratione læsionis restituuntur in integrum.*
4 *Ciuitas honoratur dignitatib. quib. nec vicus, nec villa.*
*Dignitas episcopalis in communi vsu facit ciuitatem. & nu. 5.*
*Ciuitas est, quæ muris est cincta, & veterum auctoritate ciuitas nuncupata est, & nu. 6.*
5 *Episcopalis dignitas fuit creata post aduentum Christi, tempore Apostolorum in concilio publico.*
*Episcopus ad esse ciuitatis non requiritur. & nu. 4.*
6 *Episcopi non debent in modicis ciuitatibus constitui.*
7 *Castrum distinguitur à villa, & oppido.*
*Castrum dicitur quasi casa alta, & fortis, & non debet esse nimis spatiosum.*
8 *Villa propriè est vnitas quarundam domorum.*
9 *Oppidum quid sit, & vnde dicatur, & dicitur ab ope.*

1 §. Vicis. † Vicis potest legari, sicut & ciuitatibus. hoc dicit. ¶ Not. primò, quòd vniuersitas vici ita est approbata, sicut vniuersitas ciuitatis, aliàs non posset ei relinqui. l. collegium. C. de hæredib. institu. not. in l. prima. C. de sacrosanct. Eccles. Imò vniuersitas vnius burgi dicitur approbata, sicut vniuersitas vici, aut villæ. l. penultima. C. de fund. Reipubl. libr. 10. secundum Barto. hic in fin. & alios. Et sic correlariè not. ex isto text. quòd vici, & ciuitates æquiparantur
2 quo ad capacitatem relictorum, vt hic. † Similiter priuilegiū indultum ciuitati in quatuor casibus, per l. fi. C. de sacrosanct. Eccles. habet locum etiam in villis, & castris, secundum gloss. & Bar. & ibi sequuntur Sal. & Paul. de Castr. ibidē, & ita etiam latè tenet domin. Alexand. in l. si finita. §. si de vectigalib. in ter-
* tia & quarta columna. ff. de dam. infect. vbi dicit, quòd *ista est magis communis opin.* quamuis gloss. & Bartol. sibi contrarius teneant contrarium, & ibi sequitur Ludoui. ita etiam tenet Raphael Fulg. in dict. l. final. in tertia columna. de quo etiam vide
3 per Angel. de Aret. in §. res fisci. Instit. de vsucap. † Item sicut ciuitas æquiparatur minori, vt si sit læsa, restituatur in integrum, sicut & minor. l. Respublica. C. ex quibus caus. maior. ita quælibet villa, & quodlibet castrum, secundum gloss. ibi, in gloss. prima. in fin. Item ciuitates habent priuilegia, quia gubernantur per alios, qui segnius negotia publica administrant. ista ratio etiam militat in vicis, & in villis. ¶ Glo. in ver. vicis. diuiditur in duas part. In prima ponit differentiam inter vicum, & ciuitatem. In secunda ponit duplicem etymologiam, vnde dicatur vicus. Secunda ibi, sed quia vice ciuita-
4 tis. ¶ † Circa primum glo. dicit, quòd ciuitas honoratur dignitatibus, quibus nec vicus, nec villa, & secundum Bartol. in communi vsu dignitas Episcopalis facit ciuitatem. adde Bart. in l. fi. in secunda colum. ff. de colle. illic. vbi dicit, quòd in vsu

vsu nostro non appellatur ciuitas nisi episcopatum habens, sed Bald. in l. ex hoc iure. in 6. col. ff. de iusti. & iur. dicit, quòd in terris christianis illa dicitur propriè ciuitas, quæ habet episcopalem sedem, vt notatur in c. prouinciæ. 96. dist. sed quia antiquitus erãt ciuitates, & tamen non erant Episcopi, ideo secundum eum ciuitas est, quæ muris cincta est, & veterum auctoritate ciuitas nuncupata est. Item adde, ꝙ ad esse ciuitatis nõ requiritur Episcopus, quia potest esse ciuitas, licèt non habeat Episcopum. c. 1. de priui. & ibi. d. Abb. in 1. no. ad hoc multum not. istum tex. & reputat semper tenendum menti, & patet nã antequam esset creata dignitas episcopalis, iam erant ciuitates
5 constitutę, † quia episcopatus fuit creatus post aduentũ Christi tempore Apostolorum in concilio publico, vt probatur in 96. dist. in c. olim, & tamen ciuitates erant ante aduentũ Christi. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure. & 21. dist. in. c. cleros. tamẽ fm d. Abb. cõmuni interpretatione Italicorum receptũ est, vt ea duntaxat reputetur ciuitas, quæ Episcopum habet, sed apud Vltramontanos maximè Teutonicos hoc non recipitur secũdum eum, vt dicit not. Io. And. in d. c. si ciuitas. de sen. excommuni. in 6. & vltra Abbatem, ꝙ ad esse ciuitatis non requiratur Episcopus, adde text. notabilẽ in c. Episcopi. 80. dist. vbi est tex.
6 † ꝙ Episcopi nõ debent in modicis ciuitatibus ↄstitui, ne vilescat nomen Episcopi. & tex. in c. audiuimus. 3. q. 2. idẽ no. Bal. in c. 1. in 1. col. de offic. ord. Bart. in l. 1. in j. col. C. de metropoli. berito. lib. 11. & Bart. in extrauaganti, qui sint rebelles, in verbo Lombardiæ. Vnde idem Bar. in l. 1. §. siue autem. ff. de oper. nou. nunc. dicit, quòd ciuitas differt à villa, quia ciuitas est, quæ muris clauditur. l. 2. ff. de verbor. signi. & d. c. si ciuitas. & ita ante eum, quòd ciuitas sit, quæ muris cingitur, dicit gloss. in c. 1. in verbo, ciuitatibus. de iureiuran. in 6. facit text. in l. nam, quod liquidẽ. §. si ita legetur. ff. de pen. lega. ibi, & quidem vrbes muro tenus finiuntur, & text. in l. 1. C. ne rust. ad vllum obse. deuo. libr. 11. ibi, ex rusticana plebe, quæ extra muros posita. tamen in Francia, & apud Gallos ciuitas appellatur villa, & est text. in c. venerabili. in verbo cenomanensi villa, de censibus, & ibi do. Abb. in 3. nota. dicit, quòd istud procedit ex vsu loquendi quorandam locorum, vt est apud Gallos.
7 Item dum Bartol. subdit, † quòd castrum distinguitur à villa, & oppido, quia villa non est muro, nec vallib. circundata, prout castrum. adde, quòd castrũ dicitur quasi casa alta, & fortis, munitum muris, & non debet esse nimis spatiosum, vt paucis indigeat ad custodiam, ita dicit do. Abb. in c. tuæ. in 2. not. de cler. non resi. & dum Bart. dicit, quòd villa dicitur, quæ
8 non est vallibus circundata, non videtur bene dicere. † villa. n. est propriè vnitas quarundam domorum sine muris, quasi vallis vallata. secundum d. Abb. in c. venerabili. in 3. notabili. &
9 in d. c. tuæ. in 2. not. Gem. in d. c. si ciuitas. † Quid autem sit oppidum, & vnde dicatur, habes text. in l. pupillus. §. oppidum. ff. de verb. sign. vbi dicit, quòd oppidum dicitur ab ope, cuius rei causa menia sunt constituta, & dicitur terra murata, quæ fert opem contra hostes, & ponit notabiliter Archi. in c. qualiter. 23. q. vltim.

SVMMARIVM.

1 *Legata ab instituto relicta censentur tacitè repetita à substituto vulgari, nisi aliud ex coniecturis appareat. & vide nu. 15.*
2 *Inconueniens non est, quòd filius post patrem eligatur in Imperatorem.*
*Imperatores duo simul esse possunt eodem tempore.*
3 *Imperator vnus tantum esse debet de iure.*
4 *Lex, quæ coniecturatur voluntatem testatoris, intelligitur nisi aliud de voluntate disponentis appareat.*
*Lex coniecturans voluntatem testatoris, respicit semper interpretationem restrictiuam.*
*Vna præsumptio tollit aliam.*
*Præsumptio legis non est præsumptio iuris, & de iure.*
5 *Apparere euidenter dicitur illud, quòd apparet ex legitimis cõiecturis, licèt non fuerit expressum. & limita, vt in nu. 14.*
6 *Manifestum dicitur illud, quòd ex coniecturis apparet. & nu. 15.*
7 *Patere dicitur illud, quod constat per præsumptiones.*
8 *Præsumptiones legum dicuntur liquidissimæ probationes.*
*Præsumptio legis dicitur esse veritas.*
9 *Falsitas notary potest probari per coniecturas,*
10 *Expressum dicitur illud, quòd continetur ex mente legis.*
11 *Vsurarius manifestus dicitur, qui ex coniecturis probatus est vsurarius.*
12 *Contractus vsurarius probatur ex perspicuis indicijs.*
13 *Probatio euidens inducitur per coniecturas legitimas à iure approbatas, aliàs non.*
*Statutum requirens euidentes probationes, verificatur in probationibus resultationibus ex legum coniecturis.*
14 *Euidenter expreßum non dicitur illud, quòd elicitur per coniecturas etiam ex verbis testatoris.*
16 *Iudex an teneatur sequi à suo capite illam præsumptionem, quam præsumit ex aliquibus coniecturis testatorem voluisse.*
17 *Portio cohæredis deficiens accrescit alteri cohæredi cum onere legatorum ab eo relictorum.*
18 *Interpretando mentem testatoris sæpenumero proptrr nimiam subtilitatem erratur.*
19 *Tria dicuntur multa, & etiam duo, & vide nu. 21.*
*Multi, & pauci dicuntur secundum subiectam materiam, & etiam iudicis arbitrio, nu. 22. & 24.*
*Testis deponens super publica voce, & fama, si in redditione causæ nominat duos, & quòd audiuit à multis alijs, quòd non concludat.*
*Falsitas, quòd non possit committi coram hominum multitudine.*
*Turbam duo, vel tres non faciunt, sed decem aut quindecim.*
*Statutum puniens euntem cum multitudine hominum, quòd non comprehendat expugnantem castrum cum quatuor hominibus.*
*Expressum facit cessare tacitum, item & presumptum.*
20 *Testator si instituit filium hæredem vniuersalem, & filiam in centum, & si filius decederet sine liberis, substituit hospitale, & quòd filia haberet quinquaginta, an mortuo filio, filia vltra centum habita à filio, habebit etiam ab hospitali quinquaginta.*
21 *Legatum factum ab instituto, non censetur repetitum à substituo, quando causa grauandi institutum est diuersa à substituto.*
22 *Substitutus in parte hæreditatis non est verisimile, quòd habeat simul substitutionem, & legatum relictum ab instituto.*
23 *Testator si instituit filium hæredem vniuersalem, & vxori legauit vsumfructum, & si filius decederet in pupillari ætate substituit ei fratrem ipsius testatoris, & dictam vxorem, an mortuo impubere vxor habebit præcipuum vsumfructum,*
24 *Legata relictè ab instituto, quòd in dubio cessantib. coniecturis censeantur tacitè repetita à substituto, intellige, substituto vulgari, & nu. 29. & vide nu. 36. & vide latè nu. 45.*
25 *Subrogatio quòd censeatur fieri cum omnib. qualitatib. & conditionib. eius, cui fit. & nu. 50.*
26 *Ius comunctionis, quod erat in persona instituti cum alio, quòd transeat ad eius substitutum vulgarem.*
27 *Substituto competit ius accrescendi in parte alterius hæredis repudiantis, quamuis ei non esset coniunctus.*
28 *Institutus secundo loco, an dicatur substitutus.*
29 *Text, in l. quærebatur. §. si. ff. de test. mili. quòd loquatur in substitutione, quæ directa militaris appellatur.*
*Substitui maiori directò non potest post aditam hæreditatem à pagano, sed à milite sic.*
30 *Legata relicta à primo, quòd censeantur repetita à secundo, quando fit translatio de vno ad alium simpliciter, & purè.*
31 *Legata nominatim relicta ab instituto, quòd non intelligantur repetita à substituto, & intellige nomine proprio, vt ibi, & nu. 36. & 54.*
32 *Dictio nominatim, refertur ad nomen proprium, & ad nomen appellatiuum.*
33 *Testator si grauat onere legatorũ omnes gradus institutorum, & substitotorum, tunc legata à primo videtur repetere à secundo.*
34 *Testator si grauat plures hæredes nominatim nomine proprio onere legatorum, & portio vnius deficiat, vadit ad alium per ius accrescendi cum onere legatorum.*
35 *Textus in l. Celsus. §. quod alcuius. ff. de legat. secundo. quòd hodie non procedat.*
37 *Negatiua veniens priuatiuè nihil ponit.*
38 *Legatum alimentorum licèt nominatim. s. nomine proprio sit relictum ab instituto, tamen censetur repetitum à substituto.*
*Legatum in piam causam relictum ab instituto, censetur repetitum à substituto,*
39 *Legata relicta ab hærede veniẽte ab intestato, non censentur repetita à sequenti in gradu, & nu. 55.*
40 *Succedens ab intestato, quòd dicatur habere voluntatem defuncti, quando talis sucedens obtineret primum gradum.*
41 *Legatum relictum nominatim ab eo, qui est in primo gradu, non debetur ab eo, qui est in secundo gradu, si ad eum hæreditas deuenit ab intestato.*
42 *Legata relicta in codicillis nominatim à certa persona, quòd non debeantur à succedentib. ab intestato, qui sunt in secundo gradu*
43 *Conditio apposita in institutione, an intelligatur repetita in substitutione.*
44 *Titutulus si quis omis. cau. testa. quando habeat locum in terminis huius. l.*
46 *Legata relicta ab instituto, quòd censeantnr etiam relicta à substituto per fideicommissum.*
47 *Legata relicta ab instituto, quòd censeantur repetita etiam à cohærede veniente per ius accrescendi.*
48 *Conditio dandi apposita in persona instituti, quòd censeatur repetita in persona substituti.*

49 *Onus iniunctum inſtituto, quòd cenſeatur repetitum à ſubſtituto, etiam ſi eſſet iniunctum cum aliqua qualitate, quæ ceſſaret in perſona ſubſtituti.*
50 *Subſtitutus cenſetur ſubrogatus loco inſtituti.*
51 *Regula huius text. quòd procedat etiam in legatario, à quo fuit relictum.*
52 *Conditio adiecta legato relicto ab inſtituto, quòd cenſeatur repetita à ſubſtituto.*
53 *Subſtitutus directò à milite per directam militarem, non tenetur ad legata relicta ab inſtituto.*
56 *Legata relicta ab inſtituto, an ddebeantur à ſubſtituto, quando inſtitutio ab initio pro non ſcripta habita fuit.*
57 *Legata relicta ab inſtituto non videntur repetita à ſuſtituto pupillari, & ibi ponit rationem.*
58 *Legata relicta ab inſtituto, non cenſetur repetita à ſubſtituto in re particulari, ſed in vniuerſali ſic.*
59 *Legata relicta ab inſtituto minus dilecto, non debentur à ſubſtituto magis dilecto.*
60 *Legata relicta ab inſtituto, non debentur à ſubſtituto, quando vnus, & idem eſt inſtitutus, & ſubſtitutus.*

## LEX LXXVII.

Dicèt Imperator. Iſta eſt ſolēnis, & magiſtralis lex. & dicit Paul. de Caſtr. in fi. in vltimis verbis, quòd eſt pulcherrima, & notabilis lex, & licèt Gloſſator ſimpliciter, & ſicco pede tranſiuerit in iſta lege ſolùm allegando concordantias, tamen Barto. & Docto. eam bene commentauerunt. Ego intendo ſolenniter, & vtiliter eam legere.
1 † Legata ab inſtituto relicta cenſentur tacitè repetita à ſubſtituto vulgari, niſi aliud ex coniecturis appareat. h. d. ¶ Diuiditur in 4. parte. In 1. ponit effectum reſcripti Imperatoris. In 2. illud limitat. In 3. limitationem per tria exempla declarat. In 4. concludit, quando reſcriptum procedat. Secunda ibi, tamen hoc ita. Tertia ibi, quid. n. ſi aliam rem. Quarta, & vltima eſt ibi, in obſcura igitur voluntate. ¶ Not. 1. ex text. ibi, cùm à patre reſcripſerit, ſecundum Ioan. de Imol. & Angel. de Perillis.
2 † non eſſe abſonum, & inconueniens, quòd filius poſt patrem promoueatur ad Imperium, intellige per viam electionis, quia in Imperio non eſt ſucceſſio iure hæreditario. c. per venerabilem. de elec. & qui ſint illi, ad quos ſpectet eligere Imperatorem, eſt gloſſ. ſing. in capitul. ad Apoſtolicæ. in fin. de re iudi. in 6. tamen ſecundum domin. Alexan. iſte text. non dicit, quòd filius fuerit Imperator poſt patrem, vt præſupponit Imol. ſed ambo potuerunt eſſe Imperatores, ideo ſecundum eum iſte text. poteſt allegari, quòd duo poſſunt eſſe ſimul Imperatores eodem tempore, de quo remittit ſe ad notata per Imol. in l. final. ff. de hæred. inſti. vbi ſecundum eum Imol. concludit, quòd ſic, per illam legem ibi, Imperatoribus noſtris, cum alijs ſimilibus. Tu aduerte, dum text. dicit Imperator noſter, dic. ſ. diuus Seuerus. vt eſt text. in l. ſi Titio, & Meuio. §. Iulianus. ꝫ. titul. 1. & dum dicit cum patre. dic. ſ. diuo Antonino, vt eſt tex. in l. non iuſtã. C. ad Trebel. & ſic non fuerunt eodem tempore Imperatores, ſed diuerſis, licèt poſſes dicere, ꝙ Seuerus, & Antoninus fuerunt ſimul Imperatores, vt l. Imperatores Seue. & Ant. ff. ne iure fiſci. & l. final. ff. ad Turpil. ibi, Imperatores Antoninus, & Seuerus, tamen quòd ſimul fuerint, neceſſariò non probant illi text. Item Ioan. de Imol. in dict. l. final. in 8. colum. ff. de hæred. inſt. tenet totum contra-
3 rium eius, quod eum refert tenere domin. Alexan. hic. † nam tenet, quòd imò de iure vnus tantum debet eſſe Imperator, vt eſt text. diui Hieronymi. 7. q. 1. capitul. in apibus. dictum Philoſophi in 6. Ethicor. Entia nolunt malè diſponi. Princeps ergo vnus diſponitur orbi, licèt quandoque fuerint duo, vt in iuribus præallegat. & in l. diui fratres. ff. de pœn. & in l. cùm proponebatur. ff. de legat. ſecundo, ſed illud fuit de facto, & non de iure, ſecundum gloſſ. in dict. capitul. in apibus. & Imol. in dict. l. final. in ſeptima columna. ¶ Not. ſecundo
4 ex text. ibi, ſi non fuerit euidens, ſecundum Bartol. † quòd omnis lex, quæ coniecturatur voluntatem alterius, debet intelligi, niſi aliud de voluntate diſponentis appareat euidenter, iſtud eſt notabile Bartol. & ſic habes, quòd lex coniecturans voluntatem teſtatoris, recipit ſemper interpretationem reſtrictiuam, niſi contrarium euidenter appareat, & ſic vbi lex ſtatuit aliquid ex tacita voluntate teſtatoris, vel contrahentium, ineſt ſemper tacita conditio, niſi alia præſumptio ſit in contrarium, quia vna præſumptio tollit aliam, vt hic, & l. cùm de indebito, in princip. ff. de proba. & l. diuus. ff. de in integr. reſtitu. & capitul. literas, & ibi ad hoc not. domin. Abb. in 4. not. de præſum. & ſic apparet, quòd præſumptio legis non eſt præſumptio iuris, & de iure, quia admittitur ꝓbatio in contrariũ per aliã coniecturam, vt hic, ſed quando eſt præſumptio iuris, & de iure, ibi non admittitur probatio in contrarium, vt eſt gloſſ. not. in l. final. in princip. & ibi Bartol. ff. quod met. cauſ. gloſſ. in capitul. is qui fidem. & ibi Cano. de ſponſa. ¶ Not. 3. ex eodem text. & ex eiſdem
5 verbis, ſecundum Iacob. de Are. Bart. & alios, quòd † illud dicitur euidenter apparere, quòd apparet ex legitimis coniecturis, licèt non fuerit expreſſum: nam iſte text. appellat euidentem voluntatem, quæ per coniecturas probatur. facit l. ſi quis locuples, in fin. ff. de manu. teſta. ¶ Et quia iſte text. frequenter ad hoc allegatur, ideo intendo bene examinare regulam huius text. ¶ Adde primò bonum text. in l. quidam teſtamento. ff. de vulg. & pupil. ibi, id quod apparet euidenter,
a vbi dicitur apparere [a] euideter illud, quod apparet ex coniecturis, licèt non ſit expreſſum, & ibi Aret. ad hoc notat iſtum text. ante Bald. & Raphael. Cuma. Ad idem bonus text. in c. 2. de cogna. ſpiri. in 6. not. do. Abb. in c. cùm dilecti. in 1. not.
6 per illum text. de dona. ¶ † Secundò adde, quòd illud dicitur manifeſtum, quod ex coniecturis apparet. capitul. 1. & ibi Abb. in 2. notabili. ad hoc notat. de cenſi. & capitul. 1. & ibi domin. Abb. in 2. notabili. de cleri. non reſiden. Item probatio coniecturalis dicitur manifeſta, ſecundum Bartol. in l. ſi quis ex argentarijs. §. penultim. ff. de edend. & dicam infra.
7 ¶ † Tertiò adde, quòd illud dicitur patere, quod conſtat per præſumptiones, ſecundum domin. Abb. in capitul. ad no-
8 ſtram. in vlt. no. per illum text. de empt. & vend. ¶ † Quartò adde, quòd præſumptiones legum dicuntur liquidiſſimæ probationes, vt eſt gloſſ. not. in l. ſi tutor petitus. C. de peric. tut. quam gloſſ. dicit ſingularem, & meliorem de iure Ioan. de Imol. in l. quæſitum. ff. de re iudi. & in l. in tempus. in §. 1. & in l. ſi ita quis hæres inſtitutus fuerit excepto fundo. ff. de hęre. inſtitu. illam gloſſ. etiam pro notabili allegat Bald. in rubric. extra de præſump. ad fin. Bene facit text. in l. 1. in verbo liquidò probetur. cum gloſſ. in verbo probatur. C. de teſtamen. milita. quam ad hoc ponderant Angel. Ludouic. & Modern. ibi. facit. l. diuortio. §. ſi fundus. in verbo palàm ſit. ff. ſolut. matr. imò fortius præſumptio legis dicitur eſſe veritas, prout videtur tex. iuncta gl. in l. Imperatores, quæ eſt l. pen. ad fi. ff. de proba. ibi, veritati locum ſuperfore. quem text. audiui ad hoc allegari à quodam magno aduocato, qui faciebat de illo text. magnum feſtum, & reputabat ſuum peculiarem text. tu videbis
9 an probet. ¶ † Quintò adde, quòd falſitas notarij poteſt probari per coniecturas veriſimiles agendo ciuiliter, ſecundum Ioan. de Anan. in conſil. 49. incip. dubium de quo quæritur.
10 ¶ † Sextò adde, quòd ſicut illud dicitur eſſe euidens, quod colligitur ex coniecturis, vt hic, & not. do. Abb. in c. licèt cau-
b ſam. in 11. not. in fi. de proba. ita illud dicitur eſſe expreſſum, [b] quod continetur ex mente legis, & ſic ex coniectura legis, ita not. Bart. in l. prætor ait. in princip. per illum tex. ff. de oper. nou. nun. cum concordan. quas ibi dedi. Item illud dicitur expreſſum, non ſolùm quando verbis exprimitur, ſed etiam quando euidentibus ſignis colligitur, ita not. Bald. in l. item quia. per gl.
11 ibi. ff. de pac. ¶ † Septimò, & vltimò adde, quòd manifeſtum
c dicitur aliquid per coniecturas, [c] & indicia. l. cùm proponebatur. ff. de leg. 2. in verſic. manifeſtam voluntatem videri, & ibi Bald. hoc notat, & ex hoc colligit argumentum, quòd ille dicatur vſurarius manifeſtus, qui ex coniecturis probatus eſt vſurarius, licèt ꝫ eum non ſit probatum per aliquam directã probationem, & ad hoc etiam videtur facere. c. vltimum. de ſucceſ. ab inteſt. & eum referũt, & ſimpliciter ſequũtur Raph. Cu. & Ang. de Perillis hic, licèt non teneat altare paratũ ad mutuandum, vel non teneat telem ante oſtium, vt faciunt vſurarij Mediolani. Adde, quòd contrarium tenet idem Bald. in l. ciues in 1. no. C. de appe. vbi per illum tex. dicit patere, ꝙ ille, qui dicit aliquem eſſe vſurarium manifeſtũ, debet hoc probare per actus apertos, & indubitatos, & non ꝑ ꝯiecturas, quia vbi

### ADDITIONES.

a ¶Apparere. Addé Iaſ. in l. qui filiab. §. ſi quis ita. in 2. not. s̃. eo. & in l. ſi pluribus. in 6. not. s̃. eo. vbi ēt dicit, ꝙ dictio euidentiſſimè, in ſuperlatiuo gradu plus importat, quàm plena probatio, & dicit etiam ibi, quòd non ſemper importat notorium.

b ¶Eſſe expręſſum. Adde, quòd etiam illud dicitur expręſſum, quod continetur ſub generalitate verborum, vt per Iaſ. in l. 1. in 15. col. circa. vlt. partem gl. in verſi. confirmo. s̃. eodem.

c ¶Coniecturas. Adde Iaſ. in l. ſi pluribus. in 6. no. s̃. eod. vbi etiam dicit, quòd dictio manifeſtiſſimus, in ſuperlatiuo gradu bene facit, quòd coniecturæ ſufficiant à contrario ſenſu, & quòd ſecus videtur in poſitiuo manifeſtus, vt ibi.

vbi coniectura, ibi veritas non est per se nota, tñ pro præceden ti opi. adde tex. in c. cùm in diœceli. in verbo, si tñ argumentis. de vsuris. tñ ille text. videtur procedere concurrente ẽt fama publica, vltra arg. & indicia, secundũ d. Abb. ibi. Item adde tex. cũ gl. in c. ad nostrã. de emp. & vendi. per quam no. ibi d. Abb. quod vsurarius cõuincitur per solas præsumptiones vrgentes.
12 idem tenet Bal. in rub. extra de offi. iudi. in 6. col. vbi tenet, † ꝙ contractus vsurarius probatur ex perspicuis indicijs, sicut dolus propter occultas fraudes vsurariorum, imò isto casu præsumptiones præferuntur confessioni partis, licèt aliàs nulla sit maior probatio, quàm per confessionem partis, ita pulchrè no. Bal. in l. 1. per istum tex. C. de collusi. detegen. vbi dicit esse argumentum contra fœneratores, qui faciunt fieri confessionem coram Episcopo, quòd instrumentum est de vero, & puro capitali. nam, quòd ista sit collusio facta in fraudem, debet probari saltem per præsumptionem canonum, quæ in hoc præualet confesioni partis secundum eum, quod bene nota.
13 ¶† Limita prædictã regulã huius text. ampliatã vt. s. duobus notabilibus modis. Primò limita, vt procedat, quando sunt coniecturæ legitimę à iure probatæ, quia illæ habentur pro vera probatione, aliàs per solas coniecturas non induceretur euidens probatio, iuxta. l. si tutor petitus. C. de peri. tu. & in l. absentem. ff. de pęnis, secundũ Bal. Pau. de Cast. Flo. & d. Alex. hic, & Bald. in l. ciues, in 1. no. C. de appel. Sic intellige illud, qđ vult Ang. hic, dum tenet, quòd notabile, quod colligitur ex text. est vtile ad statutũ requirens euidentes probationes, quòd verificetur in probationibus resultantibus ex legum coniecturis, & sequuntur simpliciter Ang. de Perillis, & Floria. hic, &
14 prosequitur plenius Alex. hic. ¶† Secundò notabiliter limita, quòd licèt dicatur euidenter apparere illud, quod apparet ex legitimis coniecturis, vt hic, tamen non videtur euidenter expræssum illud, quod elicitur per coniecturas etiam ex verbis testatoris, à quibus coniecturæ causantur, vt l. si plures. in fi. ff. de vulg. & pup. ibi, nisi euidenter fuerit expressum, & ibi gl. no. & solus Aret. ad hoc notat, & reputat perpetuò tenendum menti, & plus non dicit. Tu vltra eũ adde tex. in c. 2. in verbo patenter expressum. de sen. excommuni in 6. per quem tex. notant Canonistæ præsertim Gemi. quod illud non dicitur euidenter expressum, quod ex coniecturis apparet. ita pulchrè
15 limita regulam huius text. ¶† Not. 4. ex isto textu, quòd licèt ante rescriptum Imperatoris ratio naturalis in mentibus hominum insinuaret, ꝙ legata ab instituto intelligantur repetita à substituto, quia quilibet homo rationis capax diceret, quòd si testator voluit grauare legatis hæredem primo loco institutum, quem magis dilexit, multo fortius est credendum, quòd voluerit grauare substitutum, quem minus dilexit, text. est in l. Publius. §. final. ff. de condit. & demonstrat. vbi text. dicit etenim contra voluntatem testatoris videri, vt amplius ad substitutos perueniat, quàm ad hæredem institutum peruenire potuisset. Item si testator fuisset de hoc interrogatus, verisimiliter de hoc respondisset, ergo habetur pro dispositο. l. Titius. §. Lucius. vbi dixi ff. de lib. & posthu. & l. si. C. de posth. hæred. insti. gl. in l. tale pactum. §. fi. per illum text. ff. de pac. & tamen ante rescriptum Imperatorum non fuissemus ausi ita determinare, aliàs rescriptũ fuisset vanum, & superuacuũ,
16 & sic videtur iste tex. † mirabiliter probare secundũ d. Pet. de Bexu. quòd licèt iudex præsumat ex aliquibus coniecturis testatorem aliquid voluisse, non tamen potest à suo capite illã statorem aliquid voluisse, non tamen potest à suo capite illã præsumptionem sequi. Istud notabile videtur destruere materiam vltimarum voluntatum. nam in vltimis voluntatibus præsertim circa legata, & fideicommissa quocunque modo deprehendatur quid voluit testator, illud debemus sequi. l. hęredes mei. §. cùm ita. ff. ad Treb. & l. cũ quæstio. in fi. C. de leg. facit. l. in conditionibus primũ locum obtinet voluntas testatoris, & in l. cùm auus. ff. de cond. & dem. Ego consulendo soleo ad hoc allegare text. egregium, qui in communi non allegatur, in l. quisquis. ff. de verb. sign. vbi dicit text. Labeo videtur verborum figuram sequi, Proculus autem mentem testantis, sed non dubito, quin Labeonis sentẽtia vera non sit. Et sic stat difficultas huius text. imò fortius etiam post emanatum istud rescriptum Imperatoris, adhuc Iulianus Iurisconsultus maximè dubitauit extendere rescriptum Imperatoris ad cohære-
17 des, † vtrum portio vnius cohæredis deficiens accrescat alteri cohæredi cum onere suorum legatorum ab eo relictorum, quasi vnus cohæres videatur tacitè substitutus alteri. l. si Titio, & Meuio. §. Iulianus. ff. de lgat. 2. Sed debes dicere, quòd quando testator grauat expressè institutum legatis, & non substitutum, & sic omisit repetitionem legatorum à substituto, casus videbatur, quòd deberet haberi pro omisso, ex quo erat omissus à testatore in scriptura testamenti, vnde rescriptum Imperatoris prouidet supplendo ex coniectura-ta mente defuncti, post ergo rescriptum imperatorium habuimus regul. indubitatam, quod legata ab instituto relicta videntur regulariter tacitè à substituto repetita. l. cùm pater. §. ab instituto. infra de legat. secundo. & l. vnica. §. in primo, & §. pro secundo. C. de caduc. tollend. cum alijs concordan. in glo. allegatis, & dicam latius infra, vt dicit alibi signanter Bald. in l. precibus. in septima columna. C. de impub. & alijs substitut.
18 quòd † in interpretanda voluntate testatoris sæpenumero propter nimiam subtilitatem erramus, quia testantis animum non videmus, quod signa in practica, vnde nimirum si ante rescriptum Imperatoris hoc dubium reputabat. ¶Not. 5. ex text. ibi, quæ ex multis colligitur, iunctis sequentibus, secundũ
19 Iacob. de Are. Bartol. & alios, † quòd tria dicuntur multa, nã text. dicit, quod istud ex multis colligitur, & postea tantum tria subiungit exempla. facit text. in l. prima. §. hoc rescriptum. ff. ad Syllania. & ibi glo. dicit, quòd etiam duo dicuntur multa, per §. fin. Insti. de iure persona. vbi etiam videtur text. quòd duo sunt multa, licèt glo. in versic. multa, aliter respondeat ad illum text. Adde etiam text. in capitul. latores. de cleri. excommunic. & glo. in capit. ad nostram. de rebus Eccles. non alien. Alber. de Rosa. in prima parte statutorum. in 10. quæstio. Alexand. in l. Imperator. in quarta columna. in fin. ff. ad Trebel. sed Bald. in l. hac consultissima. in fi. C. qui testa. facere possunt. dicit, quòd multi dicuntur octo, vel plures, per illum textum. cùm multi, & pauci dicantur secundum subiectam materiã, secundum Abb. in dict. capitul. latores, post glo. ibi. Adde text. in §. multis. Insti. de liberti. ita etiam videtur concludere Alber. de Rosa. in prima parte statutorum. in decima quæstion. & in dictionario suo. in versi. multa. nam 22. millia personarum in vna prouincia dicuntur pauci, & non multi. Similiter si diceretur Christianissimus Imperator noster mittit multos milites contra Veneros, esset derisorium, quia illa dictio multos, verificaretur in duobus, vel tribus, imo nec in millibus, attenta exigentia rei, & conditione personæ. Item adde in practica illud, quod notabiliter consuluit Bald. in consi. 447. 5. voluminis, quod incip. ad euidentiam præmittendum est, quis dicatur vsurarius manifestus. in penultima columna. vbi tenet,
20 † quòd testis deponens de publica fama, interrogatus à quib. audiuit dici, nominat duos, & subdit, quòd à multis alijs, non cõcludit necessariò famã, cùm istud verbum multis, possit ve-
21 rificari in duobus, quod bene no. ¶† Item aduerte, quòd licèt tria, vel duo dicantur multa, vt dixi, non tamen dicuntur facere multitudinem, per text. in Auth. de referendarijs. collat. 3. vbi probatur, quòd etiam octo non dicatur facere multitudinem, secundum Angel. Imol. Raph. Cuman. Angel. de Perillis, & Florian. hic. Sed contrarium tenet Bald. in l. hac consultissima. in fin. per illum text. C. qui testamen. facere possunt. vbi not. quòd coram multitudine hominum falsitas committi non potest, vt ibi in litera, & dicuntur multi octo, vel plures, vt ibi patet. Alibi tenet Alberic. de Rosa, quod multitudo, ac etiam multi dicuntur arbitrio iudicis, secundum qualitatẽ negotij. ita tenet Alb. de Ros. in dictionario suo in verbo, multitudine, & in ver. multa, & sequitur. do. Alex. hic. ¶Tu aũt pro Angel. & sequacibus adde bonum text. in l. præter. 2. §. 1. in ver. turbam autem. ff. vi bo. rap. vbi text. dicit, turbam esse multitudinem hominum, & quòd tres, aut quatuor non faciunt turbam, sed decem, aut quindecim homines. ¶Item adde Bald. in capitul. cùm causam. el 1. in penultim. columna. de testamen. vbi tenet per gloss. ibi, quòd multitudo dicatur arbitrio iudicis, & per hoc signanter infert, quòd si statutum dispo nat, quòd vadens cum multitudine armatorum puniatur pęna capitis, & quidam iuit ad expugnandum castrum cum quatuor hominibus armatis, quòd non dicitur iuisse cum multitudine, quia inspecta rei qualitate sunt pauci, & ad hoc dicit singulariter not. illam gloss. ¶Itẽ adde text. in l. 2. in princip. versi. remittit. ibi, & multitudo filiorum. ff. de excu. tut. per quem text. no. ibi Bald. quòd multitudo dicuntur tres, vel quatuor, vel quinque, & facit secundum eum ad quæstionem de eo, qui accusatur, quod fecit insultum cum multitudine armatorum, sed credo, ꝙ Bal. malè dicat, per tex. in l. prӕter. 2. §. 1. ff. vi bo. rap. & quia contrarium de directo tenuit idem Bal. in d. c. cùm causam. bene fateor, quòd attenta qualitate ne gotij dicitur multitudo filiorum, vbi sunt quatuor, vel quinque filij respectu vnius, & eiusdem patris, & sic restrictiuè, secus quando simpliciter dicit de multitudine armatorum. ¶Not. 6. ex versi. quid enim si aliam rẽ, quòd quando legatario erat aliquid relictum ab instituto, & eidem quid diuersum relictum à substituto, tunc est vehemens coniectura, quod non intelligitur tacitè repetitum à substituto illud legatum, quòd erat legatum ab instituto. Ratio huius primę coniecturæ text. potest esse duplex. Prima, quia non est verisimile

testatorem

teſtatorem voluiſſe grauare ſubſtitutum duplici onere lega-
torum eidem legatario, & ſic expreſsè, & tacitè.l.Titia. §. qui
in vita.ff. de leg. 2. vnde ſecus videretur,ſi à ſubſtituto fuiſſent
relicta legata alijs legatarijs, tunc legata relicta ab inſtituto,vi-
derentur repetita à ſubſtituto,per iſtum tex.à contrario ſenſu,
& ita colligunt ex hoc tex. Dy.Raph.Cu. & Pau.de Caſt.hic,
ꝙ bene no.ad iſtũ tex.¶ Ego aliam ſecundã rationem aſſigno,
quia expreſſum facit ceſſare tacitum. l. cùm ex filio. §. fi. vbi
dixi.ff.de vulg.& pupi.Item expreſsũ facit ceſſare præſumptũ.
l.ita.ff.de libe.& poſth.& l.Clemens patronatus.ff.de hære.inſt.
Bal.in l.in multis.circa fi.ff.de ſtatu ho.& in l.fi.C.de dona.ante
nup. Ex quo ergo teſtator expreſsè legauit à ſubſtituto, ceſſat
tacita repetitio legati relicti ab inſtituto. Item adde, quòd per
iſtum tex.in ver.quòd.n. decidit Spec. dubitabilẽ queſtionẽ in
tit.de teſt.§.1.in verſi.item pone,vbi quærit Spe. pone,teſtator
inſtituit filium hæredem vniuerſalem in omnibus bonis ſuis,
& filiam in centum, & ſi filius decederet ſine liberis,ſubſtituit
hoſpitale, & quòd filia haberet quinquaginta, mortuus eſt
filius ſine liberis poſt immixtionem hæreditatis paternæ, filia
petit quinquaginta, hoſpitale vult in illis ꝯputare illa centũ, in
quibus fuit inſtituta, & quæ habuit, tenet Spe. ꝙ poſſit, per
iſtum text,in iſto verſic. quid.n. cùm teſtator vnam quantita-
tem reliquerit à filio inſtituto,& aliam ab hoſpitali ſubſtituto
vulgari,ergo primum non intelligitur repetitum à ſecundo.tñ
Io.And.ibi in additionibus tenet contrariũ,eo quia in iſta quę
ſtione duo fuerunt legata.Primũ purum de cẽtum,cuius dies
ceſſit ſtatim ab adita hæreditate. l.legatum, & l. cùm pater. §.
ſurdo.ff.de leg.2.Secundum cõditionale, cuius dies cedit filio
ſine liberis moriente, ergo vnum non computatur in reliquũ.
Item ſunt duo legata relicta à diuerſis perſonis, primũ à filio,
ſecundum ab hoſpitali ſubſtituto ipſi filio,ergo vnum nõ tol-
litur per aliud.l.ſi pluribus.§.1. & l.ſeruo alieno.§. ſi quis à pri-
mo.ff.de leg.2. & ſic nõ põt dici,ꝙ purum ſit tranſlatum in cõ
ditionale,per l.cùm centũ.ff.de adi.leg.tamen Io. An. nõ bene
reſpondet ad iſtum tex.nam ſm eum iſte tex. non loquitur,qñ
teſtator reliquit aliã rem à ſubſtituto, ſed in iſta q. aliã reliquit
à filio, & aliã à ſubſtituto,ſed certè in iſto verſi. quid.n.ad quẽ
nõ aduertit Io.And.tex.ꝓpriè loquit̃,qñ teſtõr aliã rẽ reliqt ab
inſtituto, & aliã diuerſam à ſubſtituto.Itẽ ratio, quã. s.ꝓximè
aſſignaui ad iſtũ verſi.ꝙ teſtator in dubio non vr̃ voluiſſe gra-
uare ſubſtitutũ duplici onere legatorũ reſpectu eiuſdem lega
tarij,militat etiã in qõne pñti, tñ ſi bne cõſideras queſtionem
Spe.non ſumus in terminis huius legis,qa non ſunt duo lega-
ta,vt dicit Io.And.imò prima fuit inſtitutio filiæ de cẽtum.ſe-
cũda fuit vel ſubſtõ in certa re,& ſic in quinquaginta, aut fuit
legatũ in quinquaginta.¶ Not.7.ex tex.ibi, vel qd ſi certa fuit
cã, ꝙ ſi alia eſt cauſa grauandi inſtitutum,quàm ſubſtitutum,
tunc non intelligitur repetitum legatum factum ab inſtituto.
Ratio eſt, quia ceſſante cauſa diſpoſitionis ceſſat ipſa diſpoſi-
tio.l.adigere.§.quamuis.ff.de iure pat.& l.ꝙ dictum.ff.de pact.
& c.cùm ceſſante.de appell. Et põt iſta ſecunda cõiectura tex.
exemplificari tribus modis.Primò,ſi ab inſtituto agente admi
niſtratore, quia fortè erat pupillus vel prodigus, fuit relictum
alicui cauſa adminiſtrationis ſuſcipiendę,puta legata fuerunt
Titio decem ſingulis annis, vt adminiſtret negotia inſtituti. l.
Neſennius.ff.de excu. tut.& ſic ob remunerationem laboris.l.
Seio.in prin.ff.de annu.leg. nam non intelligitur repetitum le-
gatum à ſubſtituto,qui erat maior,& prudens,& non indige-
bat adminiſtratore.Secundò,& notabilins exemplificant Old.
Lau.& Ray.de For.& ſequuntur Bart.& alij hic,quando teſta-
tor ab inſtituto legaſſet rem, quæ in totum eſſet ipſius hære-
dis inſtituti,tunc ipſum grauamen non intelligitur repetitum
ab ipſo ſubſtituto, eo quia ipſe ſubſtitutus haberet neceſſe
redimere illam rem, quòd non habet facere inſtitutus, quia
eſt ſua, & faciliores ſunt teſtatores ad legandum rem pro-
priam vel hæredis, quàm ad grauandum, vt redimatur res
aliena. l.vnum ex fami. §.ſi rem. ff.de legat.2. ¶ Tertiò poteſt
exemplificari ſecundum Dyn. Rayn. Saly.& Raphael. Cum.
quando teſtator ab inſtituto reliquit aliquod factum eius per-
ſonæ cohærens ſub pœna, puta, teſtator grauauit hæredem
inſtitutum ſcientem bene ſcribere, vt ſcriberet talem librum
tali Eccleſiæ,tunc ſubſtitutus,qui neſcit ſcribere, non videtur
22 grauatus. ¶† Not. octauò ex text. ibi, vel quid ſi ſubſtituit,
quòd non eſt veriſimile ſubſtitutum in parte hæreditatis ha-
bere ſimul & ſubſtitutionem, & legatum relictum ab inſti-
tuto. Ratio, quia vna, & eadem ſubſtitutio non debet cenſe-
ri diuerſo iure.l.iam hoc iure. in princip.ff.de vulgar.& pupil-
la.& l. quamuis.& l. hæreditatem.C. de impub. & alijs ſubſti-
tutionib. & ideo ex quo duo ſunt ſubſtituti ſimpliciter, & te-
ſtator voluit eos æqualiter venire ad ſucceſſionem, ideo lex
facit ex hoc coniecturam, quòd etiam noluerit repetere le-
gatum factum à ſubſtituto.¶ Et per iſtum text. fuit determi-
nata egregia quæſtio de facto contingens in ciuitate Bono.
23 ſecundum Dyn.& alios.† Pone,teſtator inſtituit filium ſuum
a impuberem hæredem vniuerſalem, & vxori legauit vſumfr.[a]
& ſi filius impubes decederet in pupillari ætate, ſubſtituit ei
fratrem ipſius teſtatoris, & dictam vxorem: mortuo impube-
re ambo ſubſtituti veniunt ad hæreditatem, quilibet pro di-
midia,ſed vxor vult etiam habere præcipuum vſumfruct.tan-
quam repetitum à ſubſtituto. Fuit determinatum, quòd
non poſſit,per iſtum textum.& per l.Latinus. infra tit. primo.
& dicit Salicet. iſtud eſſe notandum, quia directò alia die ſibi
contigit de facto. Similiter Paul. de Caſtr. hic ad fin. dicit,
quòd vidit iſtam quæſtionem de facto. Iſtam deciſion. limi-
tat Bartol. inferius eſſe veram, quando dicta vxor ſuccederet
ex tacita vulgari comprehenſa in expreſſa pupillari, & ſic le-
gatũ vſusfr.non cœperit deberi à pupillo,ſecus ſi pupillus adi-
uit, vel ſe immiſcuit hæreditati paternæ, & ſic iam incepit de-
beri vſusfr. vxori, quia tunc tale legatum vſusfruct. pro parte
debebitur vxori ex perſona pupilli, ex cuius perſona initium
habuit.l.ex ratione.§. quod vulgò. ff. ad leg. Falcid. & ſic illud
ante partem vxor deducet.l.prima.C.de bon.aucto.iud.po. li-
cèt pro alia parte, pro qua vxor ſuccedit, confundatur lega-
tum vſusfruct. quia iungitur cum proprietate, & ſequuntur
Angel.& alij Modern.hic.& Bald. in l. non iuſtam. C. ad Tre-
bellian. & vide circa hoc ſubtiliter Raphael. Cuman. hic in
tertia columna. ¶Not.nono, & vltimò ex fin. text. ibi,in ob-
ſcura igitur. effectum,& concluſionem reſcripti Imperatoris,
24 & ſic regulam, quòd † in dubio ceſſantibus coniecturis lega-
ta relicta ab inſtituto cenſentur tacitè repetita à ſubſtituto.
Prima ratio huius regulæ poteſt eſſe triplex, vt dixi ſupra, quia
teſtator cenſetur magis dilexiſſe hæredem inſtitutum primo
loco,quàm ſubſtitutum,vt eſt text.no.in d.l.Publius.§.primo.
ff.de cond.& demon. ſi ergo grauauit legatis hæredem primo
loco inſtitutum, quem magis dilexit, quanto magis cenſetur
voluiſſe grauare ſubſtitutum, quem ſecundo loco ſubſtituit,
& ſic minus dilexit? Secunda ratio eſt,quia ſubſtitut.cenſetur
eſſe ſubrogatus in locum inſtituti, ergo ſapit naturam eius, in
25 cuius locum ſubrogatur,quia † ſubrogatio cenſetur fieri cum
omnibus qualitatibus, & conditionib.eius, cui fit. l. ſi eum.§.
qui iniuriarum.ff.ſi quis cau.& l.1.§.hæc actio, & ibi Barto. ff.
ſi quis teſt.lib.eſſe iuſſus fue.ideo nimirum ſi ſubſtit.vulg.tene-
tur ad legata,quæ erãt ab inſtituto relicta.Tertia ratio eſt,quia
eo ipſo, quòd quis ſubſtituitur hæredi, cenſetur ſubſtitutus in
omnibus,& per omnia, vt l. cohæredi in prin.ff. de vulg.& pu.
26 & l.Iulia.ff.de hæred. inſt. † Hinc eſt,ꝙ ius ꝯiunctionis, ꝙ erat
in perſona inſtituti cum alio,tranſit ad eius ſubſtitutũ vulg. vt
eſt tex. valde ſignandus in l. cũ ex filio.§.fi.ff. de vulg.& pup.&
ibi gl.fi.& Doct.ad hoc notant,& Bal.reputat no.dignũ,& Ra-
pha.Cu.reputat ilum tex.ſing.in iure, & ideo ſubſtituto com-
petit ius accreſcendi in parte alterius hæredis repudiantis,
quamuis ei non eſſet coniunctus,neque re,nec verbis, ex quo
ille,cui fuit ſubſtitutus, erat coniunctus, quia vt dixi ius con-
iunctionis,& ſic ius accreſcẽdi trãſit ad ſubſtitutum.¶ Contra
iſtam regulam, & ſic contra iſtum text.format Bart. quatuor
opp.quia in gl.nihil eſt.Adde circa.1.opp.de l.quærebatur.§.fi.
de teſt.mil.inquantum Bart. ſequitur ſol. gl.ibi, quòd ibi non
fuit ſubſtitutus,ſed ſecundo loco inſtitutus, vt ibi patet in tex.
ſecundùm eum,& ita etiam dicit Bal.hic.Ita etiam,& plenius
reſpondet gl.in l.centurio.ff.de teſt.mil.& ſic vult Bar.ſm gl.ꝙ
ſecundò inſtitutus nõ dicat̃ ſubſtitutus, qđ nõ videtur prima
27 fronte poſſe procedere, quia † ſubſtitutio in hr̃ditate dr̃ eſſe
ſcđa inſtitutio.l.in ratione §.quòd vulgò.& §.ſi filio.ff.ad l.fal.
& ita diffinit gl.in rubr.ff.de vulg.& pupil. Niſi diceres, ꝙ om-
nis ſubſtitutio bene eſt ſecũda inſtitutio, ſed non oĩs inſtitutio
dr̃ ſubſtitutio,quia eſt dare ſcđam inſtõnem, quæ non eſt ſub-
ſtitutio,nec habet effectũ ſubſtõnis, vt ibi cũ gl.pone clarius
iſtã ſol.ꝙ ibi erant ambo in eodẽ gradu inſtõnis,ſed ſub diuer-
ſo tem-

ADDITIO.

a ¶Vſumfr. Quid ſi eſt factum legatum vxori, ſi in domo remanſerit,& caſtè, ac honeſtè vixerit,an valeat ſi tranſeat ad ſecunda vota? vide in l. cùm mulier.in §.cùm ꝓponeretur.ff.ad Treb.l.fin.C.de ind.vidui.toll. Quid ſi nõ eſt dictum, & vitam vidualem ſeruauerit? vide Bartol. in l.pater Seuerinam. in §.final. & in l. final .§.final. C.de ind. vidui.tol.

† Pro quo vide,quæ ſcribit Practic. Pap. for. libel.ad vſumfru. verſicul. donec vitam duxerit vidualem. nume 5.& in ſpecie ad quæſtio. de qua per Iaſ. hic verſicul. pone teſtator. Adde ipſum Pap. dict. verſicul. num. 8. Roman. conſil. 516. numer. 3. & 8. cuius opinio. comunem dicit Iaſ. in l. ſed & ſi contratab. numer.6.ſupr.de vulgar.in l.ſi fundum.§.ſi paterfam.column.2. hoc titul.Ma.Socin.Iun.conſil.85.nu.21.libr.1.Pariſ.con ſil.94.nu.44.libr.2.
MASVER.

so tpe, quia milles ibi instituit vnum hæredem ad certum tempus, puta ad 10 annos, & elapsis 10. annis instituit alium hæredem, & sic est ibi alia institutio, ideo legata relicta ab vno instituto, non debentur ab alio, & sic istæ gl. & Bar. tenent, ꝙ ibi secundò institutus non dicatur substitutus, sed in ꝯrium, ꝙ imò sit substitutus, est tex. in l. miles ita hæredem. in prin. ibi, nemine substituto. ff. de testa. mil. Et si diceres subtiliter, ꝙ cùm ibi non sit conditionalis institutio, ergo non potest dici substitutio, qa substitutio est conditionalis institutio. d. l. in ratione. §. si filio, & §. quod vulgò. dic, ꝙ ibi secundo loco institutus posset mori ante primum, & sic antequã prætereant illi 10. anni, hoc autẽ est incertum. l. 1. ff. de condi. & demon. ergo facit conditionem. l. dies incertus. ff. de cond. & demonst. Nisi dicas, ꝙ ibi loquitur, qñ est dies omnino incertus. s. an, & qñ: sed tempus mortis, licèt sit incertum qñ, tamen est certum, ꝙ omnino veniet. d. l. 1. ff. de
28 condi. & demonst. ¶Responde melius ad † ꝯrium. d. l. quærebatur. §. si. ex mente Raph. Cuma. hic, & ibi, sed ego clarius, & melius dicam, ꝙ imò ille tex. loquitur in substitutione, quæ appellatur directa militaris: nam postquam quis fuit hæres, non potest maiori directò substitui. l. post aditam. C. de imp. & alijs substi. nisi à milite priuilegio militis, & appellatur directa militaris, vt ibi, & d. l. miles ita hr̃dem. in prin. & in l. in fráu. §. miles. ff. de test. mil. & l. centurio. ff. de vulg. & pup. & l. in testõ. in fi. C. de test. mil. & l. precib. ad fi. C. de impub. & alijs subst. Vnde re-
29 sponde † ad ꝯrium in forma, & ad regulã istius. l. cũ sim. quæ habet, ꝙ legata relicta ab instituto, intelligantur repetita à substituto, procedere in substituto vulg. eo quia substitutio vulg. fit sub conditione, si primus hæres non erit. l. 1. ff. de vulg. & pup. & l. cùm proponas. ff. de hær. inst. vnde si primus non est hæres, succedit secundus in totum in eius locum, ideo tenetur ad legata ab instituto relicta, sed in d. l. quærebatur. §. si ibi primus fuit hæres vsq; ad certum tẽpus, & post illud tempus instituit alium. iste secundus non succedit in defectum primi, quia primus fuit hæres, sed transfertur de primo ad s̃m, ideo secundus non tenetur ad legata relicta à primo. ¶Secundò confirmatur alia euidenti ratione: nam ideo legata à primo instituto censentur repetita à substituto, eo quia testõr magis prædilexit primo loco institutum, si ergo eum grauauit legatis, quanto magis voluit esse grauatum illis legatis secundo loco institutum, quem minus dilexit, vt dixi. s̃. in vlt. no. in prima ratione: sed in d. l. quærebatur. §. si est totum èconstra, quia ibi plus dilexit substitutum quàm primo loco institutum. patet quia primum instituit solùm ad tempus, s̃m autem substituit simpliciter, & sic in perpetuum, ergo cum magis dilexit, ergo à cessante ratione regulæ text. nostri ibi legata relicta ab instituto non intelliguntur repetita ab eius substituto magis dilecto, & ista est funda-
30 mentalis rõ ad illum tex. ¶Et si dicis, † ꝙ quando fit translatio de vno ad alium, prout ibi fit; tunc legata relicta à primo, censentur repetita à secundo, vt est tex. in l. Caio. in prin. & ibi Bart. notat, & in l. legatum sub conditione. ff. de adi. leg. Respondetur illud esse verum, quãdo translatio fit purè, & simpliciter, vt ibi, secus qñ fit post tempus. d. l. quærebatur. §. fin. & ita habes bene expeditam primam oppositionem Bar. ¶Circa secundam op-
31 po. cõcludit Bar. ꝙ † quando legata sunt relicta nominatim ab instituto, non intelliguntur repetita à substituto, & quod ista est alia quarta coniectura, ꝙ testator noluit legata à substituto repeti, & sic regula huius text. procedit, quando legata sunt relicta ab instituto nomine appellatiuo, secus si nominatim. l. si plures. in vltima char. ff. de leg. 3. & l. 1. §. id quod ex substitutione. ff. ad l. Falc. & l. Celsus. §. quod alicuius, & §. fi. ff. de leg. 2. ¶Et
32 intelligitur hoc nominatim, † idest, expresso proprio nomine hæredis, puta à Titio hr̃de lego tali, tũc non videntur repetita legata à substituto, secus si dixisset ab hærede meo instituto, nominando eum nomine appellatiuo, & nõ nomine proprio, licèt aliàs dictio nominatim, referatur etiam ad nomen appellatiuum. l. nominatim. ff. de condi. & demonstra. & l. nominatim. ff. de leg. 3. & l. nominatim. ff. de lib. & posthu. & l. turpia. §. fin. & ibi Bart. j̃. co. ¶Ratio huius fallentiæ est, quia quando testator relinquit ab hærede expresso nomine proprio ipsius hæredis, tunc non videtur iniungere onus legatorum hæreditati, sed personæ. l. quoties. cum l. sequ. ff. ad Trebel. ideo tunc non censentur repetita à substituto: secus quando hæres grauatur sub nomine appellatiuo, vt hic, licèt Raph. Cuma. hic dicat, ꝙ non videt rationem differentiæ in hoc. ¶Similiter Paul. de Cast. dicit, ꝙ non comprehendit bonam differentiam, an exprimatur nomen proprium, an appellatiuum. Tu autem aduerte, ꝙ iste secundus casus est multum implicitus, & malè declaratus, & leges in eo variè loquuntur, ideo pro intelligentia qua-
33 tenus est ad propositum, considera tres casus. Aliquando † testator grauat onere legatorum omnes gradus tam institutorum, quàm substitutorum, vt quia generaliter dicit, quisquis mihi hæres erit, talia legata persoluat, vel indefinitè dicit, hæres meus det, & tunc à quolibet gradu dicuntur esse expresse legata relicta, nec tunc tractandum est de aliqua tacita repetitione ex coniecturata mente testatoris, cum hic sit expressa. iste est casus in d. l. si plures. in 1. respon. ff. de leg. 3. & in l. quæ conditio. & ibi Barto. ff. de condi. & demonstra. & in l. quidam referunt. §. ꝙ si duo. ff. de iur. cod. & in l. 1. §. id quod ex substitutione, in fin. ff. ad l. falc. habetur in l. 1. §. sciendum. de leg. 3. & isto casu cùm legata sint expresse relicta à quocunque gradu, expressum facit cessare tacitum, vt dixi. s̃. in 6. not. & iste primus casus de plano procedit. Aliquando, & secundò testator in primo gradu institutorum plures instituit hæredes, & ab eis nominatim legata reliquit expressis proprijs nominibus eorum, puta Lucius Titius, & Caius Seius hæredes mei Publio Meuio.
34 x. dare damnas sunto, † & tunc si portio vnius cohæredis deficiat, vadit ad alium per ius accrescendi, & cum onere soluendi legata, vt est text. in l. ciuitatib. §. Lucius. & ibi Bart. j̃. eod. & in l. si duobus. §. 1. & ibi glo. & Bart. s̃. eod. & in l. quidam referunt. §. quòd si duo. ff. de iur. cod. & in l. si Titio, & Meuio. §. Iulia. j̃. tit. 1. Et tamen cohæres veniens per ius accrescendi dicitur tacitè substitutus. d. l. si Titio, & Meuio. §. Iul. glos. in l. apud Iul. §. idem Iul. ff. ad Trebell. & sic licèt legata fuerint relicta nominatim expressis proprijs nominib. hæredum, transeunt ad cohæredem, eo quia omnes erant nominatim grauati, & sic tunc gradus videtur esse grauatus, & non persona, & plures simul grauati habentur loco vnius. l. vnica. §. his ita. in vers. hæc ita tam variè. C. de cad. tollen. Sed in contrarium videtur fortiter facere text. in l. Celsus. §. quòd alicuius. & §. fin. j̃. de leg. 2. vbi si sint plures hæredes, & ab vno nominatim sit legatum relictũ, alius cohæres, cui eius portio accrescit, non tenetur ad tale legatum. Ad illum text. respondet Pau. de Castr. quòd loquitur, quando nominatim grauatus non erat in rerum natura tempore grauaminis, & sic quando onus legati non habuit originem in persona nominatim grauata, iuxta. d. l. quidam referunt. §. ꝙ si duo. in fin. & istum intellectum tradit ibi Dyn. & multi sequuntur, & dicit Pau. de Cast. sibi placere, sed quia manifestè
35 diuinat, eum non teneo. vnde glo. † vbique tenent, ꝙ d. §. ꝙ alicuius. hodie non procedit per d. §. Iul. ita vtrobique tenet glo. & glo. in l. quæ conditio. ff. de cond. & demon. & glo. in d. l. non iustam. C. ad Trebell. & sic ille. §. ꝙ alicuius. hodie est correctus per d. §. Iul. & sequitur Raph. Cum. hic, dicens, ꝙ ista est veritas, licèt magna super hoc sit dubitatio s̃m eum, sed istud nihil est, cùm vitanda sit legum correctio. l. præcipimus. in fin. cum vulgarib. C. de appel. Vnde respondet tertiò, & planè, ꝙ text. in d. §. ꝙ alicuius. & in §. seq. loquitur, qñ legatum est relictũ nominatim ab vno ex duob. hr̃dib. tunc non debetur ab alio, cuius portio ei accrescit, vt ibi, secus qñ legatum relinquitur à duob. vel plurib. & ab omnib. nominatim, tunc vno repudiante debetur ab altero. ita loquuntur iura præalleg. & etiã tenet Bart. in d. l. si Titio, & Meuio. §. Iul. & idem Bar. in d. l. quæ con-
36 ditio. in prin. ff. de cond. & demon. † Aliqñ, & tertiò testator specialiter reliquit ab instituto legata, & tunc aut sub nomine appellatiuo, puta ab instituto, & talia legata censentur repetita à substituto, vt hoc text. cum sim. aut reliquit expresso nomine proprio ipsius hr̃dis, & tunc nõ censentur repetita legata ab
✱ eius substituto, *ista est magis cõis opin.* Bar. Pau. Sal. & Scribẽtium hic, per duos text. primò per text. in l. si plures. in fin. j̃. tit. 2. Sed ad illum text. r̃ndent tenentes ꝯriũ, ꝙ loquitur, qñ plures sunt instituti in eodem gradu, puta tres, vel quatuor, & nullus substitutus, & testator non vult oẽs hr̃des legatorum præstatione onerare, sed aliquos ex his, tunc debet nominatim damnare, vt ibi dicit text. in fin. Sed nos loquimur. qñ vnus est tm̃ institutus, quo casu censetur nominatim grauatus per l. 2. ff. de lib. & posth. & l. fundus, qui locatus. ff. de fun. instr. Sed tu dic, ꝙ ille text. non loquitur de plurib. hr̃dib. eiusdem gradus, sed loquitur de plurib. gradib. nam text. ibi dicit, ꝙ si sunt plures gradus hr̃dum, testator põt oẽs gradus grauare, siue indefinitè, siue generaliter dicat, postea subdit, ꝙ si testator nolit oẽs hr̃des grauare, debet aliquos ex his nominatim dannare, ergo loquit̃ de plurib. gradibus, & sic de institutis, & substitutis nõ aũt de vno gradu, & sic, put de plurib. in eodẽ gradu, q nõ habebant substitutũ, dñt tenentes ꝯriũ, & sic ibi est bon text. pro cõi opi. nec ad illum text. procedit alia solutio Pau. de Cast. qui dicit, ꝙ ibi constabat de mente defuncti, ꝙ non grauabat nisi gradum institutorum: puta, quia apposuit dictionem taxatiuam s̃m eũ. Aliàs dicit non comprehendere bonam drãm, an exprimat nomen propriũ, an appellatiuum: nã imò text. ibi dicit, ꝙ aliquis nominatim damnando nõ vr̃ ab alijs gradibus repetere, & sic non videtur repetere à substitutis. Secundò ad idem Bart. alleg. text. in l. 1. in §. id quod ex substitutione. ff. ad l. falc. cum ibi not. sed ille text. vr̃ probare totum oppositum. Nam dicit, ꝙ si ille,

ille, à quo legata erant nominatim relicta, omiſerit hæreditatẽ, ꝙ eius portio vadit ad cohæredem ſubſtitutum habentem aliã portionem locupletem, ſed nõ augebuntur legata quo ad detractionem falcidiæ, quia ita defalcabuntur tunc legata, ſicut defalcata fuiſſent, ſi ille, cuius portio deficit, adiuiſſet, ergo patet, ꝙ legata nominatim relicta ab inſtituto, debeantur à ſubſtituto, licèt non augeantur, licèt Dy. Ang. Imo. & d. Alex. ibi, & idem d. Alex. hic intelligant illum tex. dum dicit, non augebuntur. ſ. quia nullo modo debentur, & ita ſecundum eos neceſſe eſt intelligere illum tex. quia ſi verum eſſet, ꝙ ibi legata nominatim relicta intelligerentur repetita à cohærede ſubſtituto, tunc ita deberent augeri legata, ſicut & quando nominatim legata non eſſent, cuius contrarium ibi dicitur. Tu potes confir-
37 mare iſtam ſolutionem, † quia illa negatiua non augebuntur legata, cùm veniat priuatiuè, nihil ponit. l. ex facto etiam agitatum. ff. de hær. inſt. & l. Titia. §. fi. ff. de man. teſt. & ſic non ſequitur, non augentur, ergo debentur, quia ex negatiua, & ſic ex priuatiua nihil ſequitur, & nihil ponitur, ſed re vera text. ille non obſtat, quia non erat ibi quæſtio, an legata deberentur à cohærede ſubſtituto, ſed an augerentur, prout dr̃ in prin. illius. §. vnde cùm tex. decidat non augeri, ſatis vult, ꝙ debeantur. Tene tñ ſententiam communem Bar. & ſequacium, à qua in conſulendo, & iudicando non eſſet recedendum ſm do. Alex. hic, licèt contrarium tenuerit ſubtilitatum princeps. d. Chriſt. de Caſtil. dum repeteret iſtam. l. hic Papiæ anno ſalutis Dominicæ 1393. & ſequuti fuerunt Rapha. Cu. & Pau. de Caſt. hic, moti per aliqua alia, quib. particulariter reſpondet do. Alex. ad eum te re-
38 mitto. ¶ † Limita ſingulariter iſtam communem conclu. fauo-
a re alimentorum, nam legatum alimentorum, [a] quamuis nominatim relictum ab inſtituto, cenſetur tñ repetitum à ſubſtituto, vt eſt tex. no. in l. 4. §. fi. cum gl. & ibi no. Bar. ff. de ali. & cib. leg. Bar. in l. Mela. in prin. ff. eo. d. Alex. hic, vbi per hoc infert idẽ eſſe in legato ad pias cauſas, poſt Lud. Rom. in repeti. Auth. ſimiliter. C. ad l. Falc. in 10. ſpeciali piæ cauſæ inter vltimas volu.
39 ad fi. Idem tenet do. Alex. in l. ſi duob. §. hæres. ſ. eo. ¶ † In tertia opp. tenet Bart. ꝙ iſta. l. procedit in relictis à verè inſtituto in teſtamento, ſecus ſi à veniente ab inteſta. tunc non intelliguntur repetita à ſequenti in gradu. l. 1. §. fi. ff. de leg. 3. ſed bene ab alio, qui eſt in eodem gradu. l. cùm pater. §. cùm exiſtimaret. & ibi latè Bar. & in l. ſi Titio, & Meuio. §. Iulia. j. tit. 1. Adde rationem,
40 quia † ſuccedens ab inteſt. dicitur habere voluntatem defuncti. l. ſi quis cùm nullum. & l. conficiuntur. in princ. & l. ab inteſtato. ff. de iur. codi. & l. ab exhæredati. in prin. j. eo. Iſtud procedit, quando ſuccedens ab inteſt. tempore mortis defuncti obtinet primum gradum, aliàs ſecus, vt eſt gl. reputata ſing. in l. nõ iuſtam. C. ad Treb. & ſic ſequens in gradu veniens ex ſucceſſorio edicto, non dicitur venire ex voluntate defuncti, ideo non tenetur ad legata, & ſecundum Bal. ibi in 4. opp. eſt mirabilis limitatio ad d. l. conficiuntur. in prin. cum concor. ſ. alleg. tamen
* contra illam gl. *communiter approbatam* pondero ibi tex. in l. ſi pa-
41 ter. §. fi. in fi. ff. de fideic. liber. Sed aduerte, † quia idem Bar. in d. l. 1. §. fin. ff. de leg. 3. intelligit illum tex. quando legatum eſt relictum nominatim ab eo, qui eſt in primo gradu, tunc non debetur ab eo, qui eſt in ſecundo gradu, ſi ad eum hæreditas deueniat ab inteſt. idem tenet Bart. notabiliter in conſi. 204. incip. factum eſt tale, Cæcus condidit teſtm̃. vbi limitat trib. notabi-
42 lib. modis. d. l. 1. §. fi. ff. de leg. 3. & in † prima limitatione dicit, ꝙ procedit, qñ legata in concillis relinquuntur à certa perſona nominatim, tunc non debentur ab alijs ab inteſt. ſuccedentib. qui ſunt in ſecundo gradu, de quo conſilio Bar. nullus Scribentium facit mentionem, vnde iſto modo non eſſet dr̃ia, an legata eſſent relicta ex teſtamento, vel ab inteſt. quia etiam qñ relinquuntur ex teſtamento nominatim, non debentur à ſeq. in gradu, & ſic à ſubſtituto, vt l. ſi plures. in fi. ff. de leg. 3. & Bar. in præcedenti opp. & tñ Bar. hic vult eſſe differentiam, an relinquatur ex teſtamento, an ab inteſt. & ſic Bar. vr̃ in hoc ſibi contrariari, quamuis Scribentes non aduertant, tñ tex. in d. l. 1. §. fi. nõ bene aperit, an legatum fuerit iniunctum ab exiſtente in primo gradu nominatim, an verò ſimpliciter, vel ſub nomine appellatiuo. ¶ In quarta oppoſi. de l. ſub conditione. ff. de hære. inſt. dicit
43 Bar. ꝙ non eſt de materia noſtra, † ꝙ conditio appoſita in inſtitutione nõ intelligatur repetita in ſubſtitutione, niſi exprimatur. Bar. remittit ſe ad ea, quæ dixit in l. quæ conditio. ff. de cõdi. & demon. Sed iſta lex loquitur de legatis relictis ab inſtituto, ꝙ videantur repetita à ſubſtituto, non autem loquimur de conditione adiecta inſtitutioni, quæ conditio appellatur qualitas, nõ autem relictum, nec diſpoſitio. l. ſi quis ſub conditione dandorum. 10. ſi quis omiſ. cauſa teſta. & rõ illius. l. ſi quis ſub cõditione. eſt, quia ſi cõditio illa intelligeretur repetita in perſona ſubſtituti, eſſet cõtraria ſubſtitutioni, & excluderet etiam ſubſtitutum, quia ſubſtitutio vulg. fit ſub conditione, ſi primus nõ ſit hæres, vel quia nolit, vel quia nõ poſſit. l. cùm proponas. C. de hæred. inſti. & illud, qđ non poſſit, intelligitur de qualibet impotentia vt ibi, & ſic de impotentia ꝑꝑ conditionem non euenientem viuo inſtituto, ideo non intelligitur repetita in ſubſtituto, quia eſſet oppoſitum in obiecto, & contra naturam ſubſtitutionis, quia corruptio inſtitutionis eſt generatio ſubſtitutionis, & ſic qñ deficit conditio inſtitutionis, tunc directò eſt locus ſubſtitutioni, ſed ſi conditio intelligeretur repetita in ſubſtitutione, ita deficeret ſubſtitutio ex defectu cõditionis, ſicut & inſtitutio. Iſta procedunt intelligendo d. l. ſub cõditione. loqui in cõditione caſuali, prout ibi intelligit gl. tunc verũ eſt, ꝙ non faceret ad propoſitum, nec ad materiam noſtrã. Sed ſi intelligeremus, ꝙ loquatur in conditione dandi, tunc aduerte, ꝙ illa lex ſi quis ſub conditione. poſſet eſſe de materia legis noſtræ, ſi ponas hr̃dem inſtitutum ſub conditione, ſi centum dederit Titio, tunc iſta conditio intelligitur etiam repetita in perſona ſubſtituti, vt etiã ipſe ſubſtitutus ita demum admittatur, ſi Titio centum dederit, duplici ratione. Prima, quia talis conditio habet vim relicti, & ſic ſumus in regula huius text. ꝙ legata relicta ab inſtituto, intelligantur repetita à ſubſtituto. Secunda ratio, quia iuſtum videtur, ꝙ ſi teſtator voluit grauare hæredem primo loco inſtitutum, & quẽ magis dilexit, illa conditione grauatiua, ſi centum dederit Titio, multò magis voluit repetere illam conditionẽ grauatiuam in perſona ſubſtituti, ſi ipſe ſubſtitutus illa 100. dederit Titio, ex quo eum minus dilexit, per text. not. in d. l. pupillus. §. 1. ff. de condi. & demon. & dixi. ſ. in vlt. no. & hoc etiam in effectu tenet Raph. Cu. & ſimpliciter. d. Iaco. de Put. licèt de Rapha. non faciat mentionem. idem tenet Raph. Cu. in d. l. ſub condi. quamuis gl. & Bar. in d. l. quæ conditio. ff. de condi. & demonſtr. & in d. l. ſub condi. & ibi Bald. & Ang. videantur tenere contrarium, pro quibus videtur facere tex. in l. fin. ff. de condi. inſtitu. vbi fuit inſtitutus filius ſub conditione, ſi Titio centum dederit, & nepos ei ſubſtitutus, mortuo filio vocatur nepos, & nihil ibi dicitur, ꝙ debeat implere illam conditionem, ſi dederit Titio decem, niſi intelligas, ꝙ nepos ibi vocetur ex ſubſtitutione. ſ. impleta conditione. vnde paſſus nõ eſt ſine dubio, propter auctoritatem tenentium contrarium, licèt prima fundamenta multum vrgeant pro prima parte, & illa videtur in puncto iuris eſſe verior. ¶ Vltra Barto. quintò opponitur de l. 1. C. ſi quis
44 omiſ. cau. teſt. vbi eſt tex. † ꝙ ſi hæres inſtitutus omiſerit adire ex teſtamento, vt hæreditas vadat ad ſubſtitutum, ꝙ ipſe hæres tenetur legatarijs, ſed ſi vera eſſet regula huius legis, ꝙ legata relicta ab inſtituto, cenſerentur repetita à ſubſtituto, non eſſet opus remedio illius edicti, cuius contrarium ibi dicitur. Ad idẽ tex. in l. 3. & in l. cui ſeruus. & in l. Iul. ff. ſi quis omiſ. cau. teſt. Glo. in d. l. 1. reſpondet, ꝙ illa. l. 1. & alia ſuperius adducta loquuntur, quando teſtator noluit legata eſſe repetita à ſubſtituto, puta, quia nominatim reliquit ab inſtituto, vt l. ſi plures. in fi. j. tit. 2. dixi. ſ. in 2. opp. Bart. tunc eſt opus remedio illius edicti, quod generalius prouidet, quàm iſta lex, & iſtam ſolu. ſequuntur Bar. & Ang. in d. l. 1. Adde, ꝙ ſimiliter idem eſſet in alijs caſib. in qb. non habet locum repetitio legatorum, & ſic ceſſat reſcriptum Imperatoris poſitum in hoc tex. & tex. hic ponit tres caſus, ego inferius addam quamplures alios caſus, & tũc haberet locum illud edictum. ¶ Alio modo, & ſubtilius reſpondet Rapha. Cu. hic, & in vlt. col. & ſequitur. d. Iac. Put. ꝙ d. l. 1. loquitur generaliter, etiam quando legata relicta ab inſtituto intelligebantur repetita à ſubſtituto, adhuc illud edictum poteſt eſſe vtile legatarijs, quando ab inſtituto erant facta pauca legata, & ſic non erat locus detractioni per l. Falc. ſubſtitutus autem erat grauatus multis legatis vltra illa, quæ erant relicta ab inſtituto, & quæ cenſentur repetita à ſubſtituto, vnde cùm prima legata præſtentur à ſubſtituto cum diminutione l. Falcid. iſtud damnum recuperant per illud edictum ab hærede, qui omiſit adire ex inſtitutione, quod damnum nõ poſſent recuperare per iſtam. l. Adde, ꝙ iſtam vtilitatem de falcidia ad illud edictum etiam conſiderat Arc. in conſi. 160. quod incip. longa eſt iſta conſultatio, in pen. col. vbi ad hoc ponderat verba Bart. in l. fin. in pen. col. in princi. ff. ſi quis omiſ. cauſa teſta. & text. in l. quia autem. in §. quid deinde. ff. eod. tu autem iunge ſimul vtranque ſolu. & planius procedent. ¶ Expeditis oppoſitionib. ſucceſſiuè Bar. ponit notabilem diſtinctionem, an relicta ab inſtituto intelligantur repetita à ſubſtituto, vt hic per Bar. tu autẽ clarius procede

A D D I T I O.

a ¶ Nam legatum alimentorum. Sed an alimenta relicta vxori, & filijs intelligantur de prima vxore, an de ſecunda, & an de filjs natis tempore teſtamenti, an tempore mortis, an de omnibus, & an pater pro filjs natis poſſit tranſigere de tali legato, vide per Alexan. in conſilio 171. in ſecundo volum. per totum.

cede per regulam, & extensiones, & postea per fallentias.
45 ¶†Regula est, quam ponit iste text. & quam dixi in vlt.not.ꝗ
regulariter relicta ab instituto, censentur repetita à substituto.
Istam regulam amplia septem modis. Primò amplia istam re-
gulam, vt procedat siue sit expressa vulgaris, siue tacita conten
ta sub expressa pupillari, quia relicta ab instituto intelliguntur
repetita à substituto vulgari siue expressa, siue tacita, ut est tex.
in l.qui fundum.§.qui filium.ff.ad l.Fal. hic allegatus per Bar.&
alios.adde alium tex.ad hoc not. in l.fi. ff.de fideicom.liber.vbi
pupillaris substitutio nō potuit habere locum, quoniam post-
humi ibi non sunt nati, tñ tacita vulgaris habuit locum, vt ibi
dicitur in text.& ab illa tacita vulgari intelliguntur repetita le-
gata facta ab institutis, vt ibi in text. & istum text.ad hoc not.
Are.& facit magnum festum de illo tex.in l.pen. in penu.col.ff.
de vulg.& pup. ¶Secundò amplia, vt ista regula procedat etiã
46 in substituto per fideic.† cùm in fideicommissarium vniuersa-
a lem [a] transeant omnia iura hæreditaria actiuè, & passiuè. l.1.§.
fi.& l.Marcellus.in prin.& l.qui quadringenta.ff.ad Trebel.& §.
restituta.Insti.de fideicō.hęre.Ideo nimirum si legata relicta ab
instituto cēsentur repetita à substituto per fideic.ita Ang. Imo.
Ang.de Peril.& Flor.hic, licèt Raph.Cum.in discursu sermonis
dicat contrarium. ¶Tertiò amplia istam regulam procedere
non solùm in substitutione, sed etiam in quasi substitutione, &
47 sic in iure accrescendi: † nam cohæres veniens ad partem co-
hęredis repudiatam, dicitur venire ex quasi substitutione.l.si Ti
tio,& Meuio.§.Iulia.j̃.tit.1.gl.in l.apud Iulia. §.idem Iulianus.ff.
ad Trebe. nam tenetur ad legata relicta à cohęrede, quæ cen-
sentur ab eo tacitè repetita.d.§.Iulia.intelligendo tñ, & limitan
do, prout dixi.s̃.in 2.oppo.Bar.in secundo casu, quem ibi consi-
48 deraui.¶†Quartò amplia in conditione aggrauatiua posita in
persona instituti, si centum dederit Titio, illa talis conditio dan
di, intelligitur etiam repetita in persona substituti, vt dixi s̃. in
49 4.opp.Bart. ¶†Quintò notabiliter amplia, ꝗ onus iniunctum
instituto videatur etiam repetitum à substituto, vt procedat
etiam si instituto esset iniunctum onus legati cùm aliqua qua-
litate, quæ formaliter cessat in persona substituti, vt habes
tex.& exemplum in l.cùm ab vno.j̃.de leg.2.& simpliciter etiã
tenet Raph.Cuma.hic. vbi onus legati erat per modum com-
pensationis cum debito dotis,& in persona substituti non pote
rat habere locum compensatio, & tamen onus illius legati vr̃
etiam à substituto repetitum.& ille tex.est vnicus, & sing.in iu-
re secundum Bar.& alios ibi,& s̃m Ang.Imo.& Pau.de Cast.in
50 l.seruo legato.§.si testator.s̃.eod.† eo quia substitutus censetur
subrogatus in locum instituti, & sic cum omnibus qualitatib.
conditionalibus instituti, vt dixi supra in vlti.nota.in 2.ratione.
51 ¶†Sextò amplia, vt ista regula procedat non solùm in hære-
de grauato legatis, quando postea hæreditas vadit ad substitu-
tum, sed etiam procedit in legatario, à quo fuit relictum lega-
tum, vel fideicommissum alteri, si postea testator priuauit lega
tarium,& transtulit legatum in alium, censetur trãslatum cum
onere iniũcto primo legatario, nisi ille fuerit speciali onere gra
uatus, vt est tex.in l.Caio.in prin.ff.de alimen.& ciba.leg.& in l.
alumnæ.in prin.ff.de adim.leg.& si non fuisset in alium transla-
tum, sed simpliciter ademptum, tunc remanet apud hæredem
cum eodem onere.l.si adimendo.& ibi Bar.ff.de adim.lega.nisi
hæres occasione prælegati sibi facti esset grauatus ad aliquid
dandum cohæredi gratia coæquationis, quia adempto præle-
gato videtur etiam ademptum grauamen, vt est text.not.in l.
Pamphilo.§.fi.ff.de leg.3. & in l.alteri.ff.de adimen.leg. & istam
ampliationem etiam ponit Pau.de Ca.hic. d.Alex.hic in fi.sibi
ascribit nullam faciens de Pau. de Castr.mentionem. ¶Septi-
mò,& vltimò amplia istam materiam, ꝗ non solùm ipsum le-
52 gatum, sed etiam qualitas legati censetur repetita, & † ideo
etiam conditio adiecta legato relicto ab instituto censetur re-
petita à substituto vigore tacitæ repetitionis, vt est text.in d.l.fi.
§.fin.ff.de fideic.lib.quem ad hoc not.Arc.in d.l.pen.ff.de vulg.
& pup.Facit, ꝗ habetur per Bar.& alios in l.si cui serui. §.à filio.
s̃.eod. Item, vt statim proximè dixi, quia substitutus censetur
subrogatus hæredi cum omnib. qualitatib. & conditionib.suis,
vt dixi s̃.eo.in vlt.not.in 2.ratione. ¶Limita nunc regulam hu
53 ius tex.sic ampliatam octo modis.† Primò, vt procedat in sub
stituto vulgari, secus in substituto à milite per directam milita
rem, qui non tenetur ad legata relicta ab instituto, & sic nō cen
sentur ab eo repetita, vt est tex.in l.quærebatur. §.fin. ff.de testa.
54 mili.dixi,& rationem assignaui.s̃.in 1.oppo.Bar. ¶†Secundò li
mita, qñ legatum esset relictum ab hærede nominatim expres-
so proprio nomine ipsius hæredis, tunc non censeretur repeti-
titum à substituto, vt l.si plures.in fi.ff.de leg.3. s̃m Bar. & *magis*
*comminem opin.* de qua dixi.s̃.in 2.oppo.Bart. & ibi sing.limitaui
in legato alimētorum relicto nominatim ab hærede, ꝗ tamen
55 debeatur à substituto. ¶†Tertiò limita, quando esset relictum
ab instituto, secus si à venientibus ab intest. tunc non intellige-
rentur repetita ab existente in secundo, vel remotiori gradu.l.
56 1.§.fin.ff.de legat.3.In quo dic, vt dixi.s̃.in 3.opp.Bar.¶†Quar-
tò limita, vt ista regula procedat, quando legata fuerunt ab ini-
tio vtiliter relicta ab instituto, secus quando fuerunt pro non
scripta, puta, quia relicta ab hærede, qui tempore testamenti
non erat in rerum natura, quia mortuus, tunc non censentur
repetita à substituto.l.quidam referunt.in princ.ff. de iure codi.
secundum Bald.ibi.Ang. Raph.Flor.& do.Alex.hic. Quamuis
Bar.ibi,& in l.quę conditio.in prin.ff.de cōdi.& dem.teneat, ꝗ
institutio fuit ab initio pro nō scripta, tunc bene relicta deben-
tur à substituto, secus quando institutio fuit ab initio valida,
quia tempore conditi testamēti hæres institutus erat in rerum
natura, sed tamen legata feuerunt postea pro non scripta, eo
quia hæres institutus mortuus est ante testatorem, tunc proce-
dit.d.l. quidam referunt. ꝗ legata non intelliguntur repetita à
substituto, per ea, quæ habentur per gl. & Doct. in l.3.§.fi.ff.de
libe.& posthu. Tamen ex quo legata vtroque casu nullum fo-
mentum habuerunt, dicta distinctio non videtur ad proposi-
57 tum conuenire, an institutio ab initio valuerit, an nō.¶†Quin-
tò limita istam regulam procedere in substituto vulgari, vel
fideicom.secus in substituto pupillari, in quo non videntur re-
petita relicta à pupillo, siue sint pura, siue conditionalia, dum-
modo dies eorum cesserit in vita pupilli, quia ad illa tenetur
substitutus pupillaris tanquam ad æs alienum, & sic tanquam
quilibet alius hæres impuberis, vt l.1.§.interdum. & l.in ratio-
ne.§.quod vulgò.ff.ad l.Fal.vt hic plenius per Bar. inferentem,
ꝗ etiam hæ coniecturæ positæ in tex. non procederent in sub-
stituto pupillari, vt hic per eum. Adde, ꝗ ratio differentię inter
substitutum vulgarem,& substitutum pupillarem est in prom
ptu, quia substitutus vulgaris succedit in locum instituti, eo
quia ille non est hæres.l.quandiu. ff.de acquir. hæred. vnde isto
casu non debentur legata ex persona instituti, qui hæres nō est,
& cùm non fuerit hæres, non potuit teneri, nec grauari legatis.
l.planè.§.fi.j̃.eo.& l.in ratione.1.in §.fi. ff.ad l. Fal.& ideo deben
tur tunc à substituto ex persona propria ipsius substituti vigo
re tacitæ repetitionis, vt hac.l. sed in substitutione pupil.substi-
tutus non succedit in defectum instituti, imò quando pupillus
est hęres,& quia decedit in pupillari ętate, substitutus pupil.ad-
mittitur.cū ergo pupillus fuerit hæres, legata ab eo deberi cœ-
perunt, ideo tunc debentur à substituto non ex persona substi-
tuti, imò ex persona ipsius pupilli instituti, qui fuit hæres, vt di-
cit Bar.& idem, quod in pupillari, dicēdum est etiam in exem-
plaria.p l.humanitatis. C.de impu. & alijs subst.& l.ex facto.ff.
de vulg.& pup.& in §.qua ratione.Insti.de pupil.subst. secundũ
58 Ang.Imo.Raph.Ang.de Peril.& Flo.hic. ¶†Sextò limita reg.
huius.l.vt procedat in substituto vniuersali, secus in substituto
particulari in aliqua re certa, quia ab eo non censentur repetita
legata facta ab instituto, ita signanter tenet Bald. referens se ita
consuluisse in l.quoties.in fi.C.famil.erciscun.& in l.vnic.§.pro
secundo.in vltim.colum.C.de cad.tollen. do.Alex.hic. & facit
ratio, quia snbstitutus in re certa habetur loco legatarij.l. quo-
ties.cum simil.ff.de hæred.insti. & sic non succedit in totum in
locum instituti, ergo non tenetur ad legata relicta ab instituto,
per tertiam rationem, quam assignaui supra ad istum text.in
59 vlti.not.¶†Septimò notabiliter limita, quando quis est institu-
tus hæres sub conditione, quæ non est verisimiliter ventura, &
grauatus legatis, & ei datus est substitutus simpliciter, aut sub
contraria conditione verisimiliter euentura, tunc non proce-
deret regula huius text.& sic tunc legata relicta ab instituto nō
intelligerentur repetita ab ipso substituto, eo quia tunc cessat
ratio huius legis, quæ est, quòd si testator grauauit legatis eum,
quem primò instituit hæredem,& sic quem magis dilexit, for-
tius voluit grauare substitutum, quem minus dilexit, vt l.pu-
pillus.§.1.ff.de conditio.& demonstra. & dixi supra in vlti.not.
sed hic videtur magis dilexisse substitutum, quàm institutum,
quem instituit sub tali conditione non verisimiliter extitura.
Ita signanter limitat Raph.Cum.hic in 2.colum. & sibi ascribit
do.Alex. in vlti.colum.nullam de Raph. faciens mentionem.
60 ¶Octauò.& vlti.limita istã regulam procedere,† quãdo vnus
esset

A D D I T I O.

a ¶Fideicommis.vniuersalem. Adde, quæ ponit idem Ias.in l.1. in 14. colum.
in versic.circa vltimam partem glo.supra eod.& quòd fideicommis. vniuer-
salis habeatur loco hæredis, ponit ipsemet Ias.in rub.supra eo.in versi. extra
gl.circa fi. rubricæ.

† Cui adde Dec.consi.438.colum.2.nume.12.& ad id quod Ias. hic dicit de fi-
deicommissario, vide Nat.consi.200.& dic, quòd fideicommissarius propriè
non est hæres, teste Dec.in l.fi.num.25.C.de edic.diui.Adri. Alex. consil.82.
col.3. lib.2. MASVER.

esset institutus,& alius substitutus,secus qñ vnus, & idem esset institutus,& ẽt substitutus, tunc legata relicta à gradu instõnis, non intelligerentur repetita in substitutione,vt est tex.in l.1.§.si pponatur ff.si quis omi.cau.test.& ratio ponitur ibi , quia substitutio aliàs esset inutilis, quia in effectu idem esset bis institutus, iõ ibi nõ videtur facta repetitio legatorũ, ad hoc vt substitutio afferat istud commodum , si hæres omittat institutionem,& veniat ex substitutione: (ꝙ potest facere ex præsumpta voluntate defuncti,vt ibi ) tunc veniendo ex substõne habebit hanc vtilitatem,ꝙ legata relicta à primo gradu non intelligentur repetita à secundo gradu substitutionis , ita limitat solus Raph.Cum.hic in vlt.col.alij verò non tangunt.Adde,ꝙ idem tenent Ang.Imo.& clarius idem Raph.Cum.in l.fin.§.Titius.ff. de vul.& pup.tenent Pau.de Cast.& d.Alex.in l.sed si plures.§. si.eo.tit.ff. de vulg.& pupil. ¶Vltimò pro cõplemento huius l. Bar.format 13.q.de solutione in omnib.se remittens, dic vt per eum.Et ita habes optimam legem optimè , & subtiliter ad laudem omnipotentis Dei bene expeditam.

*SVMMARIVM.*

1 *Legatum,quòd non est positum in mera grauati potestate, sed in sui arbitrij æquitate,valet.*
2 *Obligatio,quæ pendet à voluntate debitoris,an debeat,non valet.*
3 *Substantia contractus non potest conferri in arbitrium alterius contrahentium,etiam per verba importantia arbitrium boni viri.*
*Accidentalia contractus conferri possunt in arbitrium alterius contrahentium.*
4 *Verba importantia arbitrium boni viri,quæ sunt,& quãdo non. nu.21.*
5 *A sententia lata per habentem auctoritatem faciendi, prout sibi iussum fuerit,appellari potest.*
6 *Verbum placebit,importat arbitrium boni viri.*
7 *Verbum iudicio tuo,importat arbitrium boni viri.*
8 *Verbum discretio,idem,& etiam verbum discretè.*
*Iudicium,& discretio idem sunt.*
9 *Prudentię tuę,importat arbitrium boni viri.*
10 *Arbitrio tuo,intelligitur boni viri,intellige,nisi aliàs haberet arbitrium, quia intelligitur liberè.*
*Arbitratu tuo,& iudicio tuo idem.*
11 *Misericordiæ tuę,importat boni viri arbitrium.*
12 *Conscientiæ tuæ importat boni viri arbitrium.*
*Conscientia est sensus sanæ mentis.*
13 *Executor testamenti taxans alimenta secundum conscientiam , tenetur vocare hęredem,quando vult taxare.*
14 *Si executor distribuit bona testatoris secundum eius conscientiam,potest tamen Episcopus petere ab eo, vt sibi ostendat rationem talis distributionis,an fecerit secundum conscientiam boni viri.*
15 *Appellari potest à sententia lata ab eo,qui aliquid habebat agere secundum eius conscientiam.*
16 *Sensu tuo,importat arbitrium boni viri.*
17 *Secundum mentem tuam,intelligitur secundum iudicium tuum.*
18 *Dictio plus,importat arbitrium boni viri.*
19 *Verbum potestas,& verbum licentia,an importent arbitrium boni viri, quòd sic.*
20 *Aequitas est iustitia dulciore misericordiæ temperata.*
22 *Executor,qui habet plenam,aut liberam facultatem à testatore,intelligitur habere meram voluntatem à iure tamen regulatam.*
23 *Statutum dans liberum arbitrium iudici , intelligitur de libertate , quę continet in se ęquitatem.*
24 *Potestas,qui habet plenum arbitrium procedendi in criminalibus , non poterit procedere ad torturam sine indicijs.*
25 *Statutum disponens , quòd Potestas possit liberè inquirere, intelligitur pręcedentibus fama,vel indicijs.*
26 *Ille, cui facta est commissio per verba importantia arbitrium boni viri, tenetur seruare regulas iuris communis, & procedere, prout procederet in causa propria.*
27 *Verbum voluerit,quando importet liberam, & absolutam volũtatem.*
*Voluntas,& opinio est facti.*
28 *Facias ad voluntatem tuam , refertur ad absolutam voluntatem,idem in verbo,vti vis.*
*Commissio facta proprię voluntati,importat liberam,& absolutam voluntatem,non regulatam ratione.*
29 *Commissio facta voluntati alicuius,non est subiecta regulis iuris.*
30 *Committens se in voluntatem aduersarij, intelligitur arbitrio boni viri.*
31 *Pro tuę voluntatis arbitrio, importat arbitrium boni viri.*
32 *Prout arbitratus fuerit,& voluerit,intelligitur arbitrio boni viri.*
33 *Exactor, qui habet facultatem compellendi omnes debitores fisci ad soluendum omni coerctione, qua sibi videbitur , tenetur in modo exigendi seruare statuta,& consuetudinem loci.*
34 *Verbum libuerit,importat liberam voluntatem , & idem si dicatur, libuerit,& voluerit.*
*Pro libito voluntatis,idem.*
35 *Statutum Senense,quo cauetur,quòd Rector pro suo examine non teneatur soluere,nisi prout processerit ex suo libito voluntatis, importat nudam voluntatem , & non arbitrium boni viri.*
36 *Si est facta commissio alicui in liberam eius voluntatem , an talis possit etiam iniustè arbitrari,quòd sic,dum tamen dolus absit.*
37 *Arbitrium commissum alicui in re aliena , etiam quibuscunque verbis, intelligitur cum iustitia.*
38 *Iudex per quamcunque commissionem, quam sub quacunque verborum forma habeat,non potest exceptionem parti acquisitam reijcere.*

## LEX LXXVIII.

1 SI sic legatum. † Legatũ potest conferri in arbitrium hæredis tanquam boni viri, sed non in meram eius voluntatem.h.d.vel sic.Valet legatum, ꝙ non est positum in mera grauati potestate, sed in sui arbitrij æquitate. h. d. secundum Bal.& Flor.¶Diuiditur in duas partes. In 1. ponitur decis. In 2.ratio decidendi, per quam respondetur tacitæ obiectioni.Secunda ibi,quoniam quasi bono viro. Ratio primi dicti est , qũia tunc censetur committi legatum hæredi non , vt hæredi simpliciter , sed vt bono viro , & sic non est in arbitrio hæredis , an legatum debeat , sed an legatarius meruerit tale legatum , & si hæres malè arbitratus fuerit , aut nollet arbitrari,tunc recurritur ad arbitrium boni viri,& sic iudicis. l. 1. vbi est tex.de hoc ĵ.titu.1.Ratio secundi dicti , ꝙ quando legatum committitur in meram , & liberam voluntatem hæredis, ideo non valet,vt hic.& l.Senatus.§.legatum. ŝ.eod.est duplex.
2 Prima,† quia obligatio est nulla,quæ pẽdet à voluntate debitoris,an debeat , vt dicit text.in l.sub hac.ff.de act.& oblig.& in l.à Titio.in prin.ff.de verb.obli. cùm obligatio sit iuris vinculum, quo necessitate astringimur ad aliquid dandum , vel faciendum,vt Institu.de oblig.in princ. Secunda ratio est , quia tunc hæres posset præferre iniquum æquo,& sic posset iniustè arbitrari.l.cùm quidam.ĵ.tit.1. & posset iniquè priuare legatarium,
3 & tunc non posset recurri ad arbitrium boni viri, vt ibi.¶†Limita istum tex. procedere in vltimis voluntatibus , secus est in contractibus , in quibus substantia contractus non potest conferri in arbitrium alterius contrahentium, etiam per verba importantia arbitrium boni viri.l.quod sæpè.§.1.ff.de contrahen. empt.& l.in ementis. C.eod. de quo tamen puncto dic, vt dixi in l.si quis arbitratu.ff.de verbo.obliga. Nisi in dote.l.cùm post. §.gener.ff.de iure dot.& l.si cum ea.cum glo. C.de dot.promis. ¶Accidentalia autem contractus bene possunt conferri in voluntatem alterius contrahentium.l.hæc venditio. in princ.ff.de
a contrahen.empt.& quæ dicantur substantialia contractus, a & quæ naturalia,& quæ accidentalia, declarat gloss.magistra.in l.
4 pacta conuenta.in prin.ff.de contrahen.emptio. ¶†Not. ex isto tex.tria verba importantia arbitrium boni viri,scilicet æstimauerit,comprobauerit,& iustum putauerit, ergo vt ista materia bono ordine habeatur,addam alia verba,quæ similiter important arbitrium boni viri,cum suis extensionibus,& limitationibus,postea ponam de per se quædam pauca verba,quæ important meram,& puram voluntatem.¶Adde primò secundum Bar.& alios , ꝙ etiam verbũ videbitur, importat arbitriũ boni viri,vt l.fideic.2.in prin.ff.de fideic. liber. & l.continuus. §. cùm ita ff.de verb.oblig.& l.fideic.§.quanquam.ff.de lega.3. vbi tex. ponit de multis alijs similib.verbis,& not.Bart. & melius quàm alibi in extrauag.ad repri.in ver.videbitur. idem not. do Ant.de But.in c.quærenti.in pen.not.per illum tex.de verb.sign.& in c. cùm ad sedem.de resti.spol.Gemi.in c.catholica. 11.dist. Idem si dicatur,visum fuerit.Ista verba important arbitrium boni viri.d.l.fideic.§.quanquam.gl.in c.2.in ver.visum fuerit,de corpore vitiatis.Alibi tamen Bald.in tit.de pace constan. in pen.char. in verbo in animam nostram.dicit,ꝙ ille,qui habet potestatem faciendi quicquid viderit expedire , dicitur habere arbitrium voluntatis,& sic talia verba sunt voluntatis,non arbitrij boni viri, alleg.l.creditor.§. Lucius.ff.mand. & not.per Ioan.Andr.in c.
5 2.de iuram.calum.in 6.ibi plus tenuit notabiliter Io.Andr.† ꝙ à sententia lata vigore talis commissionis non potest appellari, & idem tenet Inno.in c.fin.de fer. Bald.in l.cessante.in princ. C. quomodo,& quan. iud.sed istud reprobant Cano. d.Ant.Imo. &

ADDITIO.

a ¶Substantialia cõtractus.Adde,q̃ ipse Ias.ponit in 3.col.in gl.1.ŝ.eo.† Et quæ dicantur substantialia,quæ naturalia cõtractus,vide per Zas.sing.respon.lib. 1.c.12.& an possint substãtialia contractus in arbitrium alicuius contrahen. committi,no.Pract.Pap.for.lib.vend.ver.vendidit.col.1.& quo ad substantialia,ꝙ in promissoris,& sic contrahen.voluntatem committi non possint,accidentalia verò sic,concludit Ozasc.decis.111.nu.11. MASVER.

&alij in c.1.de conſti.& d.Alex.hic in 2.col. quia imò dicta ver
ba,viſum fuerit,important arbitrium boni viri, vt dixi, & hoc
6 videas per d.Alex.¶†Secundò idem in verbo placebit,ꝙ ſimi-
liter importat arbitrium boni viri, vt l.Thais. §.ſorore. & l.Lu-
cius.1.iuncta d.l.fideicom. in princi. ff.de fideicom. libert.& ita
etiam tenent Bar.& alij hic.Adde not.Bart.in l. cùm proponas.
C.de fideicom.liber.& in l.item ſi vnus.§.idem Pomponius.ff.
de arbi.& in l.creditor.§.Lucius. ff.mand.d Matheſil.in not.17.
Item adde, ꝙ iſtud multò fortius procedit , ſi verbum placet,
iungatur cum aduerbio bene, vnde beneplacitum intelligitur
arbitrium boni viri,ſi fieret commiſſio ad beneplacitum alicu
ius.ita not.Bald.in l.fin.§.1.in 3.not.per illum tex.C.communia
de leg.d.Abb.in c.verum.in 2.colum.in vlt.no. per illum tex.de
foro compe.Gemi.in c.Epiſcoporum.in 2.col.de priuileg.in 6.
7 ¶†Tertiò idem in verb. iudicio tuo,quod importat arbitrium
boni viri.d.l.Thais. §.Lucius. 2. ff.de fideic.libert. in verbo non
neceſſitatem hæredibus impoſitam , ſed arbitrium remiſſum,
quicquid ibi dixerit glo.in ver.iudicio,quæ exponit,ideſt volun
tate.facit tex.in c.illud.de cler.excommu.min.& in c.inter cor-
poralia.ad fi.de tranſla.præl.& tex.in d.l.verum.de fo.comp.gl.
in c.tria.in ver.iudicauerit.35.q.vlti. & ita tenent Ioan.de Imol.
Raph.Cum.& d.Alex.hic.d.Ant.& Imo.in c.1.de conſti.Pet.de
Anch.in cle.ſæpè.in prin.de verb.ſign.facit,ꝙ vult glo.in l.cùm
prætor.§.fi.in verbo iudicio.ff.de iud.quę exponit iudicio,ideſt
diſcretioni,& ſic vult,ꝙ iudicium, & diſcretio idem importēt.
8 †Et diſcretio importat arbitrium boni viri,vt ſtatim dicam, &
ita tene,quamuis Barto. hic teneat contrarium,per d.l.Thais.§.
Lucius.cum glo.quam ſupra retuli,& cum eo tenent Rayn.de
Forl.Nico.de Neap.& Pau.de Caſt.hic,ſed Bar.met ſeipſum in
hoc correxit, & tenuit contrarium eius,quod hic, in extrauag.
ad reprimendum.in verſi.videbitur.in 2.col.& hoc etiam ſequi
tur d.Bened.de Plumb.in d.l.Thais.§.Lucius.quamuis Bald.ibi
contra.& idem tenet d.Alex. in conſi.33. in 1.volu. quod incip.
viſo themate,ſuper quo copioſè allegatum. in 1. colum. item
adde, ꝙ ſtatim infra proximè ſubijciam ſuper verbo arbitrio.
¶Quartò idem in verbo diſcretioni, ꝙ importat arbitrium bo
niri viri,vt eſt glo.in c.cùm virum.in glo.2.de regularib.d.Abb.
in c.cùm autem.de iure pat.d.Ant.de But.in c.cùm inferior.de
maio.& obed.d.Ant.& Imol.in c.1.de conſtitu. Imo.in c.Eccle
ſia.S.Mariæ.ante fin.eo.tit.de conſtit. Bald.in l.fin. circa fin.C.de
iur.do.impe. Gemi.in c.vt commiſſi. §.1.de hæret. in 6. & in c.
2.de iuram.calum. in 6.facit, quia iudicium , & diſcretio idem
ſunt,vt tenet glo.in præalleg.l.cùm prætor. §.fin. ff.de iudi.ſed
iudicium importat arbitrium boni viri, vt ſupra dixi. Similiter
etiam verbum diſcretè,importat arbitrium boni viri, & non li
beram poteſtatem,ſecundum d.Alex. in præallega. conſi.33. 1.
9 volu. in 1. colum. ¶†Quintò idem in verbo prudentiæ tuæ, ꝙ
ſimiliter importat arbitrium boni viri , ſecundum Io.de Imol.
in c.ne innitaris.de conſtitu.do.Abb.in c.1. in 4.col. de ſequeſtr.
poſſ.& fructu.doũ. Alex.hic.adde tex.in c.de præca.in verb.ſuæ
prouidentiæ.cum ſeq.10.quæſt.2.quamuis do.Ant.de But.in d.
c.ne innitaris. teneat contrarium per illum tex.& malè,quia ibi
10 per verba adiuncta intelligitur de prudentia mala. ¶† Sextò
idem in ver.arbitrio tuo, nam intelligitur de arbitrio boni viri,
ſecundum do.Abb.in c.1.in 4.col. de ſequeſtr.poſ.& fructuum.
confirmo,quia verbum arbitratu tuo,& tuo iudicio, idem im
portant,vt eſt tex.in l.1.C.de condi.in pub.hor.lib.10.ſed verbũ
iudicio,importat arbitrium boni viri, vt ſtatim dixi, & ideo di-
cit Bald. in d.l.1. ꝙ illa verba arbitrio,vel arbitratu ſuo, ſignifi-
cant ius , & ſic arbitrium rectum , & ſecundum leges limita-
tũ, vt ibi per eum. Item limita , niſi arbitrium committeretur
ei , qui aliàs haberet, tunc intelligeretur de libero , & abſoluto
arbitrio,vt verba aliquid operentur,& non ſint fruſtra,argum.
l.ſi quando.in prin.ĩ.eo.& c.ſi Papa.de priuil.in 6. ita limitat Io.
de Imo.in l.filiusfa.ff.de don.& ſequitur ſimpliciter d.Alex.hic.
11 ¶†Septimò idem in ver.miſericordiæ tuæ , vt ſi quis commit-
a tat ſe miſericordiæ [a] alicuius,nam importat arbitrium boni vi
ri,ſm Inno.in c.veniens.de renun.quem refert,& ſimpliciter ſe-
quitur Lud.Ro.in repe.rub.ff.de arb.in 8.col.in princ.in 16.q.&
ſequitur etiam ſimpliciter d.Alex.hic,quamuis de Lud.non fa-
ciat mētionem.Idem in eo,qui ponit ſe in manu alterius, nam
videtur illi dare arbitrium.s.ſe, vt bono viro. l.ſi cum ea. C.de
dotis promiſ.& c.ſanè.de renun.ſm Bal.in l.2.in prin.ff.de origi.
12 iur.¶†Octauò idem in verb.conſcientiæ tuæ , vt c.non ſolùm.
de regularib.in 6.in verb.vt ꝯſcientiæ puritati non deſit rationis
b iudicium. Item conſcientia [b] eſt ſenſus ſanæ mentis , ſm Bald.
in l.fin. C.de pęna iud.qui malè iudi. Imò fortius commiſſum
conſcientiæ alicuius , intelligitur commiſſum vt viro optimo
in ſuperlatiuo, ſed ſi committatur diſcretioni,intelligitur com
mitti vt viro bono ſimpliciter,ita ſingulariter tenet Bal.faciens
iſtam differentiam in l.fi.ante fin. C.de iure do.impe. d.Alex.in
conſi.118. 5.volum. quod incip. in caſu, de quo quæritur. in 1.
colum.& hic. Item adde , ꝙ notabiliter tenet Pet.de Anchar.in
13 conſi. 373. quod incipit primò, & ante omnia. vbi tenet † exe-
cutorem teſtamenti taxantem alimenta ſecundum conſcien-
tiam,teneri tamen ad vocandum hæredes , quando vult taxa-
re. ſimiliter Gemin.in cap.ſtatutum. §.aſſeſſorem.de reſcript.in
14 6.ſignanter tenet,† ꝙ quando teſtator in teſtamēto ſuo impo
nit executori, ꝙ eius bona diſtribuat ſecundum eius conſcien-
tiam,poteſt tamen Epiſcopus petere ab executore,ꝙ ei oſten-
dat rationem talis diſtributionis , & an eam fecerit ſecundum
conſcientiam boni viri , ſaltem naturali ratione bene informa-
tam , & dicit ſe ita conſuluiſſe, quod multum not.& dicit eſſe
valde quotidianum, & idem vult Oldr.Laud.in conſi.61.quod
incip. cùm Regi Franciæ. ad fin. quod bene not. quia nondum
eſt menſis, ꝙ vidi de facto. Alibi tamen gloſſ.reputata ſingu.in
15 d.c.ſtatutum.§.aſſeſſorem.in verb. relinquatur,tenet,† ꝙ ille,cu
ius conſcientiæ aliquid committitur , poteſt ſequi illud , quod
voluerit,nec poterit appellari . Sed contrarium voluit gloſſ.in
clemen.1.in verbo oneramus. de iure patro. pro quarum con-
cordia,vide per Bald.in l.1.in 2.col.C.de reb.cred.& in l.2.circa
fin.C.de ſent. ex breui.reci.per Ang.Imo. Pau.de Caſt. & alios
in l.de pupillo.§.qui opus.ff.de ope.noui nunc. cum multis con
cordantijs traditis per do.Alex.hic, & ibi, vide Lud.Ro.in l.qui
bona.§.quidam.ff.de damno infec.& ibi etiam do.Alex.in vlti.
16 colum.cum concordantis ibi etiam per eum allega. ¶†Nonò
idem in ver.ſenſu tuo,quia proprius ſenſus intelligitur, ꝙ iudi-
cet vt bonus vir,ſicut de verbo ſi æſtimauerit,ſi comprobaue-
rit,ſi placuerit, & ſimilibus, vt hoc text.& d.l.fideicommiſſa.§.
quanquam.ita notabiliter tenet do.Abb. in c.1.de conſtitu. vbi
per hoc ſignanter infert, ꝙ ſi in compromiſſo data eſt poteſtas
arbitratori pronunciandi ſecundum ſenſum ſuum, ꝙ non po-
terit pronunciare ſecundum voluntatem ſuam , ſed intelligi-
tur de ſenſu bene organizato,& freno rationis ſuppoſito,ita ibi
reſidet do.Abb.facit tex.in c.vtinam.in verb.ſenſu ſuo.77.diſtin.
& in l.fi.in ver.regalem ſenſum.C.de legib.niſi dicta verba iun-
gantur cum alijs verbis denotantibus iuris obſeruantiam, pro-
ut contingit in d.c.1.de conſti. vbi dicit tex.& nemo ſuo ſenſu,
ſed eorum auctoritate ducatur , ibi ergo ſenſu ſuo , capitur in
malam partem, propter verba, quæ ſequuntur ibi, ſed eorum
auctoritate,& ita tene,quamuis d.Ant.de But. & Io.de Imol.in
d.c.1.teneant contrarium,per illum text. & ſimpliciter d.Alex.
hic in 1.colum.Sed tu tene præcedentem opin. per ea,quæ pro
17 ximè dixi.facit,† ꝙ ſi dicatur ſecundum mentem tuam, intelli
gitur ſm iudicium tuũ,& ſic prout eſt regulata à iure,ſm Bald.
18 in l.voluntatis.in 2.col.C.de fideic.¶†Decimò idem eſt in ver-
bo plus,ſimpliciter prolato, nam intelligitur arbitrio boni viri,
vnde ſi teſtator grauauit hæredem inſtitutum, ꝙ intra certum
tempus reſtitueret hæreditatem nepotib.ſuis, & tribueret nepo
ti primogenito plus alijs,& non expreſſit quantum,vel iuſſit hę
redi,ꝙ nepotib.ſuis tantùm daret,ſed vni eorum plus quã alijs,
nec poſuit verba,quæ ſapiant liberam voluntatem, nec ēt ver-
ba,q̃ ſapiant arbitriũ boni viri,ſed ſolùm dixit,ꝙ vni eorũ plus
tribueret,tunc intelligitur arbitrio boni viri, tex.eſt notabilis in
l.cùm filius.§.pater.& ibi Bar.valdè not.ad hoc.ff.de leg.2. Pau.
19 de Caſt.& d.Alex.hic,& Pau.de Caſt.in l.1.ff.de lega.2 ¶†Vlti-
mò idem in ver.licentiam,& in verbo poteſtatem, quæ impor
tant arbitrium boni viri,quamuis Innoc.in c.cùm ad monaſte-
rium.de ſtatu monach.ſuper fin.gl.in ver.ſuper licentiam.in di
ſcurſu videatur tenere cōtrarium, ꝙ licentia intelligatur libera
volũtas ſine aliqua cauſa,& iſtùd videntur velle oratores,dum
ꝯſtituunt dñiam inter licentiã,& libertatē,quia licētia ſignicat,
q̄d abſolutũ ſine rōne,ſecus in libertate,& iō licentia ſignificat
in malam partem, libertas in bonam, tñ primũ eſt verius, cùm
nomen

ADDITIONES.

a ¶Miſericordiæ. Adde,quæ ſcribit Guid.Pap. q.495. vbi ēt de ſubmittendo ſe cognitioni iudicis non ſui,& carcerationi.& quid de ſubmittēte ſe bonæ gratiæ alicuius iudicis,aut dñi, vt fit ab intitulatis de aliquo delicto in hac ſubalpina patria? & dic, ꝙ talis ſe ſubmittens non fatetur delictum, neque poteſt condemnari,teſte Alex.conſi.70.col.fi.nu.10.lib.1.licèt contrarium de facto ſeruetur per officiales, & malè , niſi de delicto notoriè appareat , ex confeſſione ſpõtanea,& libera intitulati, ſtan.reg.c.ſicut.2.q.1. c.nos in quenquam. de conſtitu. MASVER.

b ¶Conſcientia.Et dicitur conſcientia ſecũdum Alb.in dictionario.in ver.conſcientia,vehemens opi.& conſonalis ſcientia, vel cognitio cordis ſui ipſius. no.Card.extra de reſcr.c.ſtatutum.in §.aſſeſſorem.lib.6. Iaſ.in l.fi.in 1.col.C. vnde leg. † Et dic,ꝙ conſcientia eſt verus iudex,vt habetur in l.cùm falſum. ff.de acq.hær.& Angelus humanæ vitæ,teſte Bal.in l.2.in prin.C.de fideicõ.de qua plura no.idē Iaſ.in rub.s̃.de acq.hær.Anan.conſi.34.Quid qñ aliquid cõmittitur conſcientiæ alicuius, qũo arbitrari debeat,& an eius dicto,& arbitrio ſtandum ſit, dic, vt per Caſtr.in l. de pupillo. §. qui opus. ff.de ope. noui nun.Doct.ad Abb.in c.quia plerique. col.1. extra de immu.eccle. MASVER.

nomen licentia, deſcendat à verbo licet, ꝙ tantum eſt dicere,
quantum licitum eſt, ſed iuſtum, vel licitũ importat arbitrium
boni viri. d.l.fideicommiſſa.§.quanquam.ȷ̃.titu.2. Similiter ver-
bum poteſtatem, refertur ad arbitrium boni viri, quia illud di-
cimur poſſe, ꝙ honeſtè poſſumus. l.nepos. Proculo. ff. de verb.
ſign. & ita in vtroq; verbo tenet Bar. in l.alio. in 2.col. ff. de alim.
& cib.leg. & in repe.l.1. in 5.q.prin. in prin. C. de ſacroſan. eccl. &
de verbo poteſtate, ꝙ referatur ad arbitrium boni viri, adde ẽt
tex. in l.qui explicandi. cum gl. in ver. eſt. & ibi Bal. ad hoc no. C.
de accuſ. & cum Bar. ꝫ Inno. tenet etiam d. Abb. in d.c. cùm ad
monaſterium. ad fi. vbi etiam pro hoc alleg. text. in c.magnæ. de
20 voto, † vbi verbum licere, refertur ad quandam æquitatem, &
æquitas eſt iuſtitia dulciore miſericordiæ tẽperata, ſm Beatum
21 Cyprianum, vt etiam dicit. d. Abb. in d.c.magnæ. in 3.no. ¶ † Li-
mita prædicta omnia, vt procedant, qñ talia verba ſimpliciter
proferuntur, tunc bene important arbitrium boni viri, vt in ſu-
perioribus dixi, ſecus ſi adijciatur verbum plenum, vel liberũ, aut
ſimile, tunc ratione adiuncti important meram, & liberam vo
luntatem. d.l.fideicommiſſa.§.quanquam. in ver. plenum arbi-
triũ. ff. de leg. 3. ſm Bar. & alios hic, & Bar. in extrauagã. ad repri.
in ver. videbitur in 1.col. & in repe.l.1. in 5.q prin. in princi. C. de
22 ſac.ſan.Eccl. & in l.alio. in 3.col. ff. de alim. & cib.leg. † Vnde ſi
teſtator dat executori plenam, aut liberam facultatem, vel po-
teſtatem, intelligitur in eius meram, & liberam voluntatem cõ
ferre, ſm Bar. in d.l.alio. in 4.col. tñ Bal. in c.1.§. fi. in fi. de pa.iur.
fir. per illum text. tenet, ꝙ licèt talia verba videantur ſignificare
præciſam libertatem, tñ intelligũtur ſeruato ordine iuris, vt ibi
in ver. liberam facultatem, iuncto verbo coniuncti. Sed dic, ꝙ
tex. ibi non dat dño abſolutè liberam facultatem, ſed eam dat,
qñ prius conuicerit vaſallum, & ita etiam dicit d. Alex. hic in 1.
col. ad fi. & vltra eum ꝫ Bal. facit tex. in c. in Eccleſiarum. in ver.
liberam habeat facultatem. de conſtit. & ibi ponderat d. Ant. de
But. in 4.no. & idem Iõ. de Imo. in 2.col. vbi per illum tex. dicit,
ꝙ illa verba liberam habeat facultatem, intelliguntur de facul-
tate nõ regulata à iure, & vide, quæ de verbo liberè, cumulaui
in l.1.C. de ſacroſ.Eccl. dicit tñ no. Bal. in l.ſi quis maior. in 1.no.
23 C. de tranſa. † ꝙ ſi ſtatutum dat liberum arbitrium iudici in cer
tis cauſis, quia dictum ſtatutum tendit in præiudicium tertij,
debet intelligi de ea libertate, quæ contineat in ſe æquitatẽ, non
autem, ꝙ poſſit præferre iniquum æquo. Item limita prædictã
24 limitationem non procedere in criminalib. † vnde licèt Pote-
ſtas habeat plenum arbitrium procedendi in criminalib. ex for
ma ſtatutorum, tñ vigore huius pleni arbitrij nõ poterit proce
dere ad torturam, niſi præcedentib. indicijs, ſm Alb. de Gandi-
no in tract. maleficiorum, dum tractat de tormentis. in rub. an
Poteſtas, qui habet arbitrium, quem refert, & ſequitur. d. Alex.
in conſi. 65.1.vol. ꝙ inci. habita ſuper contentis in ſuperiori the
mate. in 2.col. Idem tenet Raph. Fulg. in conſi. 69. ſm ordinem
meũ, ꝙ inci. ſuper quæſtione formata. Adde bene facere illud,
ꝙ tenet Bal. in c.1. per illum tex. & ibi glo. in verbo liberam. de
25 offic.ordi. vbi tenet, † ꝙ ſi ſtatutum diſponit, ꝙ Poteſtas liberè
poſſit inquirere, tñ pp illud verbum liberè, non poterit inquire
re, niſi præcedente fama, vel priuſquam ſint indicia. Ad idem fa
cit, ꝙ no. idem Bal. in c.licet vndiq;. per gl. ibi, de offi.ord. ꝙ licèt
Papa, vel Princeps mandet inquiri in genere, tñ hoc debet intel
ligi, & limitari fama præcedente, & non aliter. Item requiritur
citatio, & teſtes, qui debẽt eſſe idonei ſm eum, & iſta bene no.
26 in practica. Secundò principaliter aduerte, † ꝙ vbicũq; aliquid
committitur alicui per verba importantia arbitrium boni vi-
ri, de quib. ſ. dixi, tunc tenetur ſeruare regulas iuris cõis, ſm Bar.
in d.extrauag. ad repri. in ver. videbitur. Bal. in l.& ſi poſt tres. in
11.col. ff. ſi quis cau. d. Ant. de But. & Imo. in c.1. de conſt. Pet. de
Anch. in cle. ſæpè. in prin. de verb.ſign. d. Alex. in conſi. 33. 1.vol.
ꝙ incip. viſo themate, ſuper quo copiosè allegatum. in 2.col. in
prin. Item habens facere, vel procedere vt bonus vir, debet pro
cedere, prout faceret in cauſa propria, ita vt alteri non faciat, ꝙ
ſibi nollet fieri, vt eſt tex. ſolennis in l.1. & ibi no. Bal. ff. de ſolu. &
illum tex. reputat ad hoc ſingularem Bal. in l.vnica. in 1.col. ad
fi. C. de his, quæ pœn. nomi. Et ſic eſt expedita prima materia de
verbis importantib. arbitrium boni viri. ¶ Trãſeo nunc ad ver-
27 ba importantia liberam, & abſolutam voluntatem, † & ſunt
duo præcipua, quæ ſimpliciter, & de per ſe prolata meram,
& liberam voluntatem important. Primò verbum voluerit. l.
cùm quidam. infra de lega. 2. & l. fideicom. in princip. ff. de fi-
deicom. lib. & l. vtrum. §. cùm quidam. ff. de reb.dub. Bart. in ex-
trauagan. ad reprimen. in verb. videbitur. in 1.col. & dicit Bart.
in l.centeſimis. §. fin. in pen.col. ff. de verbo.oblig. ꝙ virtus iſtius
verbi voluerit, eſt, vt poſſit quis voluntatem ſuam facere etiam
iniquè. d.§. cùm quidam. dum tamen dolus malus abſit. l.credi
tor. §. Lucius. ff. manda. prout etiam dicit Bart. hic in fin. Item
verbum voluerit, vel volo, ſignificat merum factum, & non
arbitrium, ſecundum Bald. in l.1. C. de condi. in hor.pub. lib. 10.
Item volũtas, & opi. facti eſt. l.bonæ fidei. §. 1. ff. de acq. rer. dom.
ſm Bald. in l.voluntatis. in 1.col. in fin. C. de fideicom. vbi etiam
28 Bal. in 2.col. dicit, ꝙ † verbum facias ad voluntatem tuam, re-
fertur ad abſolutam voluntatem, non ad arbitrium boni viri.
Idem, & fortius eſt in ver. vti vis. ita no. Bar. in d.l.creditor. §. Lu
cius. in 1.no. per illũ tex. ff. mand. Alibi no. d. Abb. in c.1. in 3.no.
per illum tex. de his, quæ fiunt à maio. parte capi. ꝙ quando ali
quid committitur propriæ voluntati, denotat voluntatem ab-
ſolutam, & liberam, & non regulatam ratione. Ideo non poſſet
peti reductio ad arbitrium boni viri, quòd dicit facere ad ſtatu
tum ſcholariũ Senenſe, quo cauetur, ꝙ Rector in examine nõ
teneatur aliquid ſoluere Collegio Doctorũ, niſi prout ꝓceſſe-
rit de ſua propria voluntate, de quo ſtatuto etiam dicit in ſe-
29 quenti verbo. Item adde, † ꝙ quando aliquid committitur vo-
luntati alicuius, non eſt ſubiectus regulis iuris, ſecundum Bald.
in d.l.ſi cum ea. C. de dot.promiſſ. & in l.cùm antea. in 2.colum.
C. de arb & in l.fin. in 2.oppo. C. de contrahen.empt. & in l.1. in
prin. per illum tex. ff. de teſtamen.mili. & in l.& ſi poſt tres. in 11.
col. ff. ſi quis cautio. & in d.l.cùm quidam. ȷ̃.titu.1. Ang. & Imo.
hic. Lud. Rom. in l.filiusfam. ff. de dona. d. Ant. de But. & Imo. in
c.1. de conſtitu. d. Ant. in c.ex parte. in pen.notab. de conſuetu.
d. Abb. in c.Abbate. in vlt.col. de verb.ſigni. & in c.2. circa princ.
30 de ſequeſtr.poſſ. & fructuum. ¶ † Limita, quando quis commit
teret ſe in volũtatem aduerſarij ſui, tunc intelligeretur arbitrio
boni viri, ſecundum glo. Bar. & Doct. in l.pen. ff. de arb. Inno. in
c.veniens. & c.ſanè. de renuncia. Cyn. & Bald. in l.3. C. de dot.pro
miſſ. cum alijs concor. hic traditis per dom. Alex. in 3.col. idem
tenet d. Alex. in d.l.centeſimis. §. fin. in pen.col. ff. de verb.oblig.
31 ¶ † Secundo limita, quando diceretur, pro tuæ voluntatis arbi-
trio, tunc importat arbitrium boni viri, vt c.nimis praua. de ex-
ceſſ. præla. per quem tex. ita ſimpliciter tenet do. Alex. hic in 3.
col. & plus non dicit. Tu adde, quod no. tenet Bar. in d.extraua-
gan. ad reprimendum. in ver. videbitur. in vlti.colum. in antepe.
32 quæſtio. vbi tenet, † ꝙ quando ſimul ponuntur verba ſignifi-
cantia vtrunque, ſcilicet, & liberam voluntatem, & arbitrium
boni viri, puta, quia dicatur in commiſſione, prout arbitratus
fuerit, & voluerit, tunc exponitur, ideſt volũtariè arbitratus ſit,
& ſic arbitrium boni viri importabit, vt l.nec adiecit. ff. pro ſoc.
& ita eſt in caſu præſenti, quando dicitur pro tuæ voluntatis
arbitrio, hic ſimul ponuntur verba ſignificantia vtrunque, quia
verbum voluntatis, importat liberam voluntatem, & verbum
arbitrio, ſignificat arbitrium boni viri, vide tamen, quòd ſtatim
33 dicam in ſequenti verbo. ¶ † Tertiò pro limitatione adde, ꝙ ſi
Dux exactori fiſcali dederit poteſtatem, & mandatum, prout
tota die fit, ſcilicet, quòd poſſit compellere omnes debitores
fiſcales ad ſoluendum omni coerctione, de qua ſibi videbitur,
tamen tenebitur ſeruare ſtatuta loci, & conſuetudinem in
modo exigendi, & ideo ſi eſt ibi ſtatutum, vel conſuetudo,
ꝙ non carceretur ibi aliquis pro tali debito fiſcali, certè man-
datum illud Ducis intelligitur, ſalua lege municipali, & conſue
tudine, vt l.miſſi opinatores. & ibi Andr. de Barulo ad hoc not.
C. de exact.tribu. lib. 10. ſequitur, & reputat not. dignum Bald.
in l.1. C. ſi propter publi.penſita. quod valde not. quia multi di-
xiſſent contrarium, ne verba illa mandati videantur reddi ſu-
perflua, contra l.ſi quando. in princip. ȷ̃.eod. & c.ſi Papa. de pri-
34 uileg. in 6. ¶ † Secundò principaliter eſt verbum libuerit,[a] ꝙ ſi-
a militer importat liberam, & meram voluntatem, vt l. fidei-
commiſſaria libertas. ſecunda. in prin. ff. de fideicommiſſ.libert.
Barto. in l.alio. in 4.colum. ff. de alimen. & ciba.lega. & hoc im-
portat vis ipſa vocabuli. Nam idem eſt dicere libuerit, quòd
liberè voluerit, ſecundum Bartol. in extrauagan. ad repri-
mendum. in verbo, voluerit. in prima colum. in fin. & ſic il-
lud aduerbium liberè, intelligitur pro mera voluntate, vt
ſupra dixi. Vnde ſi committatur alicui, quòd faciat ſecun-
dum libitum ſuum, talia verba important liberam volun-
tatem. Amplia prædicta, vt procedant, etiam ſi iſta duo
verba,

A D D I T I O.

a ¶ Verbum libuerit. Quid ſi ad voluntatem meam promitto tibi dare decem, videor promiſiſſe ſub conditione ſi voluero, quia illa propoſitio ad, facit con conditionem. l.poſt dotem. ff. ſol.mat. per Bar. in l.quib. dieb. in §. Termilius. ff. de cond. & demon. vide per Alex. in conſi. 72. in 5.vol. circa fi. Quid de verbo videbitur? dic, ꝙ importat arbitrium boni viri. l.fideicom. §. quanquam. ff. de leg. 3. vide per eundem in conſi. 13. in 3.dub. ibi, & cùm facta fuerit commiſſio per verbum videbitur.

† Et quid de verbis libuerit, & voluerit? & dic, ꝙ ſi hæc duo verba ſimul iungantur, liberam etiam voluntatem important. tex. in c.2. de ſequeſtr.poſſ. & fruct. ver. pro ſuo diſtribuunt libito voluntatis, vbi Abb. in 3.not. Bald. conſi. 195. col. 5. lib. 2. per l.quia poterat. ff. ad Treb. & l.cùm proponas. C. de hære. inſtitu. MASVER.

verba,scilicet voluerit,& libuerit simul iungantur,vt quia dice retur pro libito voluntatis suæ, adhuc importarent liberam voluntatem, vt est tex.not.in c.2.de sequestr.poss.& fructuum. in ver.pro suæ distribuūt libito voluntatis.& ibi d.Abb.in 3.no. dicit esse bene tenendum menti significatum horum verborū, pro suæ libito voluntatis: nam important liberam volūtatem, non autem arbitrium boni viri,ꝙ dicit facere ad multa,& maximè ad compromissa,in quibus solent apponi ista verba,vt ꝓ
35 libito voluntatis suæ possint disponere.† Item dicit facere pro statuto vniuersitatis Senarum, quo cauetur,ꝙ Rector pro suo examine non tenetur aliquid soluere, nisi prout processerit ex suæ libito voluntatis, non enim est recurrendum ad arbitrium boni viri, sed ad suam nudam, & liberam voluntatem, prout verbum libet,& libuerit important, de quo statuto etiam dixi supra in præcedenti verbo,& quòd ista verba pro libito voluntatis,ex natura sermonis non reducantur ad arbitrium boni viri,tenet Bal.etiam in cons.195.2.vol.quod inci.laudare,& commendare.in 6.col.per d.l.fideicommissa.§.quanquam.ʃ.tit.2.& l.quia poterat.ff.ad Treb. & l.cùm proponas. C.de hære.institu.
36 ¶Vltimò Bar.hic in fi.dicit,ꝙ†quando est commissum in liberam voluntatem alicuius,potest arbitrari quomodo vult, etiā iniustè.l.cùm quidam.ff.de leg.2. dum tamē dolus malus absit. l.creditor.§.Lucius.ff.manda. adde plenius Bart.in extrauagan. ad repri.in ver.videbitur.& in l.filiusfa.ff.de don.d.Ant.& Imol. in c.1.de consti.Bal.in rub.C.de pœn.iud.qui ma.iud.in 2.quęst. Item licèt alicui per verba ampla detur plena potestas, intelligitur dummodo ex fide agat,vt est tex.solennis in d.l.creditor. §.Lucius.& ibi Bar.dicit illum casum esse notandum,quia fortè non habes alibi ita clarè.& illum text.ad hoc dicit esse aureū Bal.in c.pen.in vlt.col.de præscri.cum etiam ad hoc reputat sin. Bal.in c.pe.de postu.pręla.& cum dicit esse meliorem,qui sit in
37 iure Bald.in c.cùm in iure.in 1.col.de offi.deleg.Item adde,† ꝙ omne arbitrium cōmissum alicui in re aliena,intelligitur commissum cum iustitia,quibuscunq; verbis committatur,ita no. Bal.in l.1.per illum tex.ff.de solut. Quòd an sit verum,patet ex
38 prædictis. ¶Item diligenter aduerte, † ꝙ quæcunque clausula ponatur in commissione sub quacūq; verborum forma,nunq̄ prætextu talis amplæ commissionis poterit iudex reijcere exceptionem acquisitam parti quantumcunq; sit de rigore iuris inducta,vt est exceptio præscriptionis,quia in his,quæ ipse iudex habet facere,verum est, ꝙ non tenetur sequi regulas iuris ciuilis,sed in his,quæ iam facta sunt,ex quibus ius est iam alteri quęsitum,iudex non potest aliquid immutare, sed tantum illud sequi,vt l.bona fides. ff.deposi. aliàs esset auferre ius alteri,ꝙ est ꝯ naturalem æquitatem,ita solenniter tenet Bart.in d.extraua.ad reprimen.in ver.videbitur.in fi.ꝙ teneas cordi,& nunquam obliuiscaris,& exclamat d.Mathes.in no.15.ꝙ inci.not.ꝙ si iudex. & latius Lud.Ro.in l.sequitur.§.si viam. ff.de vsuca.& sequitur etiam Are.in l.si seruum.§.sequitur.ff.de verb.obliga. Et ita habes hanc vtilem, & quotidianam materiam plenè,& ordinatè expeditam.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum à debitore putatiuo creditori quantitate certa expressa,valet,*
2 *Legatum factum à creditore putatiuo debitori, quantitate certa expressa, nihil valet, & nume.17.si re vera nihil debet, & intellige, vt ibi.*
3 *Conditio de pręsenti si est falsa, reddit actum nullum, si vera, reddit actum purum.*
4 *Legatum factum de eo, quod sibi debetur à tertio certa quantitate expressa,si ille tertius nihil debet,vitiatur,& est nullum.*
5 *Hęres,qui tenetur cedere actiones legatario, non tenetur ad sumptus litis,nisi legatum redderetur inutile.*
6 *Persona testatoris potest concipi in prima,& in tertia persona.*
7 *Verba eiusdem instrumenti possunt concipi in prima, & in tertia persona.*
8 *Legatum dotis non vitiatur per falsam demonstrationem, nec etiam si non sit expressa certa quantitas.*
9 *Dos statuenda est pro modo facultatum,& dignitate personarum.*
10 *Ratio,quare legatum factum per debitorem creditori non valet.*
11 *Falsa demonstratio non vitiat,quando non deficit substantia legati.*
12 *Sensus,qui non vitiat actum,in dubio capi debet.*
13 *Legatum factum à testatore sciente de decem,quæ sibi Titius debebat,si Titius nihil debebat an valeat.*
14 *Tex.in l.cùm alienam.C.de leg.quando procedat.*
15 *Intellectus absonus non debet capi.*
16 *Paria sunt ab initio causam legati fuisse nullā, vel validam, & postea reduci ad nullitatem.*
18 *Concessio facta Ecclesiæ per Comitem, de iure, quod habebat in tali castro,vel fundo,an valeat,& tribuat titulum ad præscribendum.*
19 *Comes si concedit Titio in feudum nobile quicquid concessit Seio in in feudum guardiæ, si non apparet de hac concessione, concessio facta Titio nihil valet.*
*Substantiuum vbi non est,& ibi non congruit relatiuum.*
*Relatiuum qui vult probare,probat terminum referentem, & ad quem fit relatio.*
20 *Venditio facta de toto iure, quod quis habet in tali fundo, si tradatur fundus, licèt venditor nullum ius haberet, an causet titulum ad præscribendum.*
21 *Mala fides authoris hodie nocet singulari successori.*
22 *Vendens quicquid iuris habet in tali fundo,si sciebat nullum ius habere, tenetur ad pretij restitutionem,secus si ignorabat.*

1 §.Si mihi. †Si testator legat, ꝙ sibi debetur, & nihil ei debetur, legatum non valet, siue exprimat certam quantitatem,siue non:sed si legat, ꝙ ipse dēt, licèt nihil debeat, valet legatum, si exprimat certam quantitatem, aliàs non.h.d.vsq; ad §.fi.licèt Bar.alijs trib.mod.summet.¶Diuiditur in quatuor partes prin.In 1.loquitur,qn̄ testator legat illud,ꝙ sibi debetur à tertio,vel illud, ꝙ ipse debet non expressa quantitate, cùm nihil debeatur, & neutro casu legatum valet propter incertitudinem.Et ista ratio est euidens, quia non apparet quid,quale,aut quantū sit in legato,& casus iste sine scrupulo, & de plano procedit. In 2. ponit differentiam,an testator leget illud,ꝙ ipse debet expressa certa quātitate, quamuis nihil debeat,& tunc legatum valet,an verò leget illud, ꝙ legatarius sibi debet expressa certa quantitate, qui in veritate nihil debet, & tunc legatum nihil valet. In 3. assignat rationem diuersitatis inter istos duos casus, & sic inter casum, in quo testator legat, ꝙ debet,vbi sufficit exprimere quantitatem, etiam si nihil debeat,& casum,quando legat legatario illud,ꝙ legatarius sibi testatori debet, vbi non sufficit exprimere quantitatem, si nihil debeatur.In 4.& vlt.ponit alium casum, quando testator legat alicui illud,ꝙ sibi debetur à tertio expressa certa quantitate, & ille tertius nihil debet, tunc legatum nihil valet, & assignat rationem,quam per duo comprobat. Secūda ibi, cùm si decem. Tertia ibi,nam inter falsam.Quarta, & vlt.est ibi,proinde,& si Titio. ¶Verùm,quia iste text.videtur aliqualiter perplexus, & intricatus,iō pro eius enucleatione colligendo.dicta gl. Bart.& aliorum,& clarius,& ordinatius procedendo, considera tres casus,quando testator legat id,ꝙ sibi debetur expressa certa quantitate,& in veritate nihil debet, an legatū valeat.Aut.n.testator legat illud,ꝙ ipse debet,aut illud,ꝙ sibi debetur à legatario,aut illud,ꝙ sibi debetur à tertio. ¶Primus ergo casus est, qn̄ testator legat illud, ꝙ ipse debet expressa certa quantitate, & sic qn̄ debitor putatiuus legat creditori,quamuis in veritate nihil debeat, & tunc legatum valet, quia substantia rei legatæ reperit, eo quia res,vel quantitas,q̄ legatur,est in rerum natura,quamuis non debeatur, tn̄ illa verba, quæ debeo,sunt apposita loco
a demonstrationis,& falsa demonstratio non vitiat, [a] ex quo nō deficit substantia legati, & constat de corpore. l.demonstratio falsa.in prin.ff.de condi.& dem.sicut nec vitiat legatum dotis.l. 1.§.adeo.ff.de dote præleg. & l.non designata. C.de fal.cau.ad
2 iect.leg.¶Secundus casus est,† quando testator legat illud,ꝙ sibi debetur ab ipso legatario expressa certa quantitate,& legatarius nihil debet, & sic creditor putatiuus legat debitori, tunc legatum nihil valet,quia effectus, seu substantia istius legati non consistit,in decem, sed consistit in iure illius crediti,quod testator credit se habere, & sic effectualiter consistit in iure liberationis,quia etiam si verum esset debitum, non teneretur hæres nisi ad liberationem.d.l.1.§.adeo.ff.de dot.prælc. ibi,nihil aliud quàm liberationem habebit, sed vbi non est debitum, ibi non potest cadere liberatio: quia priuatio præsupponit habitum.l. decem.ff.de verb.oblig. c.ad dissoluendum. de despon.impub. & sic cùm hic deficiat substantia rei legatæ, ideo legatum non valet, & ista ratio videretur de plano procedere, si hanc rationem assignaret tex. tamen iste text.in verbo,nam inter.videtur aliam rationem differentiæ assignare,& dicere, nam falsa conditio, seu falsa causa, quæ fuit in isto casu, debet vitiare legatum, quòd autem fuerit conditio videbatur per relatiuum, 3
quæ Titius debet, quòd relatiuum videbatur facere conditionem,& exponi pro si, idest,si Titius debet, vt l. Stichum, qui meus erit. in prin. supra eod.tamen, quia est iniunctum verbo præsentis,vel pręteriti tpis,non est propriè conditio,eo quia nō suspendit in futurum, vt l.si stipulatus fuero hanc summam.ff. de verb.oblig.& l.cùm ad p̄sens.cū duab.seq.ff.si cer.pet.,put ēt glo.

ADDITIO.

a ¶Falsa demonstratio non vitiat.Sed an falsa demonstratio vitiet rescriptum? dic,ꝙ sic.c.significante.de rescrip.vide per Alex.in consi.36.in 2.volum.ibi, quod etiam dictum.

* gl. Bar.& alij *magis communiter* tenent,ideo text.diſiunctiuè dixit
3 falſam conditionem, ſiue cauſam. † Sed conditio de præſenti ſi eſt falſa,reddit actum nullum,ſi eſt vera reddit actum purũ.l. cùm in ſecundo.ff.de iniu. rup.vnde ſi lego Titio centum,quę ipſe Titius mihi debet, ineſt conditio ſi debet, ergo ſi nõ debet eſt falſa,ergo legatum eſt nullum,cùm deficiat ſubſtãtia rei legatæ. Item cauſa legati, quæ ineſt legato,cuius prætextu teſtator motus fuit ad legandum , quia putabat eum eſſe debitorẽ ſuum,aliàs non fuiſſet legaturus, ſi cauſa eſt falſa,vitiat legatũ, quando eſt finalis, & ſic exiſtens falſa facit deficere ſubſtãtiam legati,vt hic,& l.ſi ſeruus legatus.§.quinque.ĩ.eo.ſecus,quando cauſa non ineſſet legato,ſed extrinſecus, illa deficiens nõ vitiat
4 legatum,vt l.cùm tale.§.falſum.ff.de condi. & demon. ¶†Tertius caſus eſt, quando teſtator legat id, qđ ſibi debetur à tertio expreſſa certa quantitate,puta lego tibi.decem,quæ Titius mihi debet,tunc videtur legare nomen debitoris, & ſic actionem contra illum tertium , quæ ſi non eſt, quia Titius nihil debeat, deficit ſubſtantia rei legatæ,ideo legatum eſt nullum,quia legata eſt rei actio,quæ non eſt in rerum natura,& ſic cedi non poteſt,& ſic deficit ſubſtantia legati,vt hoc text.& l.legaui.in text.
5 & gl.ff.de lib.leg.imò hæres,† qui tenetur cedere actionem legatario,non tenetur ad aliquas expenſas litis,vt hoc tex. in fi.in verſi. actiones duntaxat præſtare cogitur, ſecundum Ange.& Imo.nã legatum redderetur inutile,ſi oporteret legatarium facere ſumptum litis.arg.l.ſi res legata.& ibi dixi.ſ.eo.faciũt, quæ habentur in Auth.nunc ſi hæres. C.de litig.& ita tenet Imo.hic. ꝙ autem teſtator videatur legare actionem, quando legat decem,quæ Titius debet, iſtud aſſumptum probat text.duab.rationib.ibi,nam & ſi viuus.prima, qa ſi teſtator viuus exegiſſet, extingueretur legatum,quia extingueretur actio.l. fideicom.§. ſi rem.ff.de lega 3.quod non eſſet, ſi videretur legare actionem non rem debitã, quia illa non eſt extincta. ſecunda ratio, quia hæres liberatur ſolùm cedendo actionem contra illum tertiũ, vt in § ſeq.& l.non quocunque.§. qui Caium. ĩ. eo. quod non eſſet ſi legatum eſſet ipſum debitum, quia tunc hæres cogeretur exigere,& tradere legatario, vt dicitur in §.ſeq. & ita habes explanatam mentem huius tex.& rationes, quas text. aſſignat quamuis gl.aſſignet, ꝙ teſtator in vno caſu loquitur per verba primæ perſonæ,in alio per verba ſecundæ, vel tertiæ perſonæ,
6 & ſequuntur Dyn.& Old.Lau.ſed hoc reprehendit Bart.† quia perſona teſtatoris poteſt concipi in prima, & etiã in tertia perſona,ſi teſtator vocatur Titius, & dicit,Titius legat tibi, quod
* debet,& cum Bar.alij *communiter transeunt*. non eſt ergo curandum ſecundum Ang.& Flo.an per verba primæ, ſecundæ,vel tertiæ perſonæ relinquatur,ſed ſolùm,ãn ſubſit ſubſtantia eius, quod legatur,tunc valet legatum , aliàs ſecus. Adde bene fa-
7 cere,† ꝙ verba eiuſdem inſtrumẽti poſſunt concipi in prima, & tertia perſona,vt eſt tex.melior de iure in c.dudum,circa medium,& ibi d.Abb.ad hoc notat.de cõuer.coniug.& illum tex. ad hoc reputat meliorem de iure. Io.de Imo.in l.Caius.vbi eſt etiam tex.de hoc.ff.ſol.mat.& illum text.in d.c.dudum. ad hoc reputat ſing.Bal.in c.1.de noua for.fid.Idem Bal.in c.1.§.fin.qui feu.da.po.Bal.& Imo.in l.diuortio.in prin. per gl. ibi in ver.ait. ff ſolut.mat.Pau.de Caſtr.Lud.Ro.& Mod.in l.lecta. per illum tex.ff.ſi cer.pet.& ſic non eſt differentia , an notarius ſcribat teſtamentum in prima,an in tertia perſona.Sed aduerte,quia gl. habuit bonum ſenſum,& non meruit reprehendi.& nõ differepat in effectu ab his, quæ.ſ.ſunt dicta.nam gl. conſiderauit cõmunem vſum loquendi,qui eſt, ꝙ quando teſtator legat illud, qđ ipſe debet,loquitur in prima perſona, vt lego decem , quæ debeo,& ad hunc communem vſum glo.ſe retulit,licèt verba teſtatoris poſſent à notario etiam in tertia perſona concipi, vt etiam dicit Bar. Præterea quocunque modo concipiantur verba teſtatoris ſiue in prima perſona, ſiue in tertia , in effectu eſt ſemper ipſe teſtator,qui legat illud,qđ debet. ¶Sed extra gl.opponitur cõtra tex.in ſecunda parte. Primò dum adducit ſimile, vt in legato dotis, ad probandum aſſumptum , ꝙ falſa de-
8 monſtratio non vitiet,nam certè † videtur probare per ſimile magis fauorabile de legato dotis,iuxta. l.in ambiguis. ff.de reg. iur.& cap ex literis, de pig.vnde non videtur eſſe bona conſequentia Falſa demonſtratio non vitiat legatum dotis,ergo nec aliud legatum, nam etiam ſi non eſſet expreſſa certa quantitas in legato dotis, tamen valeret, quia incertitudo quantitatis non vitiat legatum,aut promiſſionem dotis.l. cùm poſt.§. gener.ff. de iure dot. Et tamen vitiat aliud legatum,vt hoc tex.in prima parte.Sed reſponde,ꝙ quantum ad falſam demonſtrationem non eſt differentia inter legatum dotis,& alia legata,vt hic pater & toto titul. C.de fal cau.adie.leg ſed quantum ad incertitudinẽ bene eſt differentia, quia alia legata non expreſſa quantitate propter incertitudinem vitiantur, vt hoc text.in prima parte,ſecus in dote, vbi licèt res, vel quantitas non ſit expreſſa,

9 tamen non poteſt dici incertitudo,† cùm dos pro modo facultatum,& dignitate perſonarum ſtatuẽda ſit.l. quæro & l. cùm poſt.§.gener.ff.de iure dot.& l.ſi filiæ. ff.de leg.2. ¶Secundò opponitur.nam iſte tex.vult,ꝙ quando teſtator legat illud, ꝙ debet expreſſa certa quantitate , licèt in veritate nihil debeat, tamen valeat legatum.Contra,nam debitum putatiuum, vel factum nõ plus debet operari,quàm ſi eſſet verum ,iſtam rationem ponit tex.infra in vlti.parte.in verſi. proinde. ſed vbi eſſet verum debitum,& debitor legaret creditori verum creditũ,legatum non valeret.l.ſi creditori.ſ.eod.& §.ex contrario.Inſtitu. de leg.ergo fortius non debet valere ſi legat, quod verè nõ debetur,cuius contrarium hic deciditur, ergo malè.Sed reſpon-
10 de,† quòd quando eſt verè debitum,ideo legatum non valet. quia non continet vtilitatem , & ſic non intereſt creditoris.d.l. ſi creditori.hoc autem caſu valet,quia vtilitatẽ continet quantitatis legatæ,ex quo verè non debebatur.Tertiò contra rationem text.ibi,nam inter falſam demonſtrationem, &c. fortiter opponitur,ꝙ imo idem ſit in vtroque caſu,& eadem ratio, nã quãdo teſtator legat decem, quæ debet, & in veritate nihil debet,illud relatiuum , quæ debet , dicitur poſitum eſſe loco demonſtrationis, ad demonſtrandum , quæ ſunt illa decem,quæ ſunt relicta,& falſa demonſtratio non vitiat, quando cõſtat de corpore.Similiter idem videtur in ſecundo caſu, quando teſtator legat decem,quæ legatarius debet, vel in tertio caſu, quando teſtator legat decem,quæ tertius debet, & neuter eorum in veritate debet, nam illud relatiuum, quæ legatarius debet, vel quæ tertius debet,debet cenſeri poſitum gratia demonſtrationis,ad demonſtrãdum ,quæ ſint illa decem,quæ teſtator legat, ergo falſa demonſtratio non debet magis vitiare in ſecundo,
11 vel in tertio caſu, ſicut nec in primo. † Reſponde , ꝙ falſa demonſtratio non vitiat , qñ non deficit ſubſtantia legati , prout eſt inprimo caſu,vbi decem legata ſunt, & reperiuntur in rerũ natura,& poſſunt præſtari ab hærede. Sed in ſecundo caſu deficit ſubſtantia legati.Ideo legatum non valet. Nam quando teſtator legat decem,quę legatarius ſibi debet,& in veritate nihil debet,illa decem non ſunt legata , vt ea decem debeat habere legatarius (non credas hoc) & etiam liberationem à debito,qa iſto modo hęres grauaretur duplici onere,contra l.Titio.§.qui in vita,ĩ de lega.2.Sola ergo liberatio ab illo debito eſt in legato.l.1.§.adeo ff.de dot.præleg Et cùm nullum ſit debitum,non poteſt eſſe liberatio,ideo deficit ſubſtantia legati, & per conſequens legatum eſt nullum.Iſta eſt ratio fundamentalis,ſed aduerte,ꝙ iſtud procederet, quando teſtator putabat ſibi deberi à legatario,tunc teſtator putans ſibi deberi,videtur legare liberationem ab illa obligatione , ſed quando teſtator ſciens nihil ſibi deberi, ſcienter legaſſet indebitum , non videtur legaſſe liberationem,quæ eſt impoſſibilis, ergo quantitas debet cenſeri legata,& ſic ipſa decem,ad hoc vt legatum valeat, & ſic ne vi-
12 debeatur feciſſe actum inanem.l.ſi quando.in prin.ĩ.eo.† cùm in dubio debeat capi ſenſus, qui non vitiat actum.l. quoties.ff. de verbo.oblig.& l.quoties.ff de reb.dub.Facit l.qui duos.infra de lega.2. vbi teſtator legando debitum duobus , quia videtur impoſſibile , videtur vni legaſſe liberationem ab obligatione, alteri quantitatem.Similiter in vlti.parte in ver.proinde.quando teſtator legat decem,quæ Titius debet, & Titius re vera nihil debet,legatum nihil valet,eo quia ſolùm videtur legare nomen Titij debitoris,& ſic actionem cõtra Titium,& cùm nulla ſit actio,quia non eſt debitum,nec obligatio,deficit ſubſtan-
13 tia legati,& ſic legatum eſt nullum . Nam aduerte † iſtud de plano procedere,quando teſtator putabat Titium ſibi debere decem.Sed quando ſciebat Titiũ nihil debere, & tamen ſcienter legat decem,quæ ſcit non deberi à Titio , tunc ne videatur feciſſe actum inutilem , & ſic vt legatum valeat, debet cenſeri legaſſe quantitatem de decem,& non ſolam actionẽ.Iſto modo multum reſtringeretur,& limitaretur iſte tex.qui non videtur bene aliter procedere,vt de neceſſitate intelligatur in teſtatore ignorante,vel quando eſſemus in dubio , quamuis Raph. Cu.ſuper hoc vltimo cogitandum relinquat, quia nullus tangit ſecundum eum.Sed pro iſta differentia inter teſtatorẽ ignorantem,& ſcientem,quando legatur illud,quod re vera nõ debetur,vt primo caſu non valeat, ſecundo caſu ſic,facit tex.no. in l.fin.in prin.ff.de lib.leg. vbi Iuriſcon.in iſta materia, quando legatur illud, ꝙ verè non debetur à legatario, facit iſtam differentiam,an teſtator ignoraret,an ſciret. Sed d.Alex.licèt de prędictis fundamentis non faciat mentionem, retorquet ſubtiliter illum tex.in l.fi.in prin.in oppoſitum,cùm tex.ibi velit,ꝙ quando teſtator loquutus eſt per verba præteriti tpis, puta lego tibi quod debuiſti,ita demum valeat legatum, ſi teſtator ſciuit debitum non ſubeſſe. ergo quando teſtator loquutus eſt per verba præſentis temporis , vt in propoſito noſtro , legatum non debet valere,etiam ſi teſtator ſciuit non ſubeſſe debitum, aliàs

non

non esset differentia inter verba præteriti temporis, & verba præsentis temporis, quam ibi facit tex. & fuit subtilis inductio. Idem tenet Pau. de Castr. hic, licèt illum tex. non ponderet ad hoc, nec de prædictis vllam faciat mentionem. Sed responde
14 ad l. cùm alienam, C. de leg. † vbi quando testator scienter le-
a gat rem alienam [a] valet legatum, quia ibi extabat substãtia rei legatæ, licèt esset aliena, & testator sciebat alienam, & sic poterat redimi à domino, & dari legatario, hic autē deficiebat substantia rei legatæ, vt prædixi, & sic etiam respondet Raph. Cu. hic in fin. Sed aduerte, quia nec hic deficit substantia rei legatę, quando testator sciebat indebitum, cũ censeatur legasse quantitatem de decem in secundo casu, & non liberationem, nec cessionem actionis in tertio casu, imò ipsa decem, ad hoc, vt legatum valeat per ea, quæ superius deduxi, per quæ apparet non posse fieri inductionem de text. in d. l. fin. in princip. prout
15 facit dom. Alexan. quia illo modo resultaret † absonus intellectus, qui capi non debet, secundum glo. in l. 2. C. de condi. inser. & in l. conuenticulam. C. de episco. & cleric. & sic vides cum quanta difficultate transeat decisio huius text. in secunda par-
16 te principali, & sequen. ¶ Nota primò ex isto tex. quòd † creditor putatiuus legas debitori illud, quod ipse legatarius debet expressa certa quantitate, si re vera nihil debet, legatum non valet, & rationem assignaui supra. limita istum text. procedere, quando legatum fuit factum per verba præsentis temporis, secus si testator fuit loquutus per verba præteriti temporis, puta lego tibi, quòd debuisti etiam nulla quantitate expressa, tunc si iste legatarius antea fuerat debitor, & ante testamentum satisfecit testatori, & sic nunc post factum testamentum nihil debet, si tamen testator sciuit debitum solutum fuisse, valet legatum, quia videtur legasse illam quantitatem, quæ olim fuit debita, & solutio, secus si ignorauit, vt est text. in l. fin. in princip. in secundo respon. ff. de liber. lega. per quem Barto. ibi ita limitat istum text. licèt hic nihil tangat, & sequuntur Pau. de Castr. & dominus Alex. hic. Sed tu aduerte, quia ista limitatio non videtur ad propositum text. nostri, qui loquitur quando nec de præsenti, nec in præteritum vnquam fuit debitum, sed ibi in præteritum fuit verè debitum, licèt nunc non sit, quia ante testamentum fuit satisfactum. ¶ Secundò nota in versi. nam & si
17 viuus, † ꝙ paria sunt ab initio causam legati fuisse nullam, vel fuisse validam, & postea reduci ad nullitatem. Item paria sunt, nullum ab initio fuisse debitum, vel fuisse debitum, sed à testatore postea exactum, nam quando testator legat illud, quod si-
b bi debetur à tertio, [b] exigendo ab illo tertio extinguit legatũ, quando sponte exigit. l. fideicommissa. §. si rem. ff. de lega. 3. Et sic idem operatur defectus causæ à principio, quod operatur causa, quæ ex postfacto finitur, & sic legatum non potest incipere in eo casu, in quo finiretur, si ante cœpisset. Facit. l. Titio cùm moriretur. ff. de vsufruct. & l. inter stipulantem. §. sacram. & l. pluribus §. & si placeat. ff. de verbo. obliga. ¶ Vltimò iste. §. inquantum dicit in prima parte, quòd si in concessione non fuit expressa quantitas, nihil valet, si nihil debeatur, inducitur per Dyn. Barto. & alios ad decisionem notabilis quæstionis.
18 † Quidam Comes cōcessit cuidam Ecclesię quicquid iuris habebat in tali castro, vel in tali fundo, talis concessio nihil operatur, & nullum titulum tribuit ad pręscribendum, nisi constet
c de iure concedentis: [c] vnde si Ecclesia, quæ possedit tale castrũ longo tempore, dicat se præscripsisse titul. bona fide, & longo tempore, non poterit se tueri præscript. aduersus tertium vendicantem illud castrum, eo quia incertitudo impedit acquisitionem possessionis, & per consequens vsucapionis. l. quæ de certa. §. in certam. ff. de acquir. pos. & l. si fur. §. fin. ff. de vsucap. quia sine possessione non potest esse vsucap. l. sine possessione. ff. de vsucap. gl. in rub. ff. de acquir. pos. vbi dixi. Facit, quod no. Spec. in tit. de instr. edi. §. nunc autem. in ver. 1. item facit. l. qđ si in vendi. & in l. ꝙ si sit hæreditas. ff. de hær. vel act. vendi. Sed cũ
* Bar. *tenent alij omnes hic.* & dicit Pau. de Castr. ꝙ istud semel habuit de facto, & quòd ita consuluit, licèt de dicto Dy. & Barto. non fuerit recordatus. Similiter do. Pet. de Bex. dicit, ꝙ alia die sic consuluit. adde, pro ista decis. text. expresum in l. locus. ff. de acq. pos. vbi dicit text. ꝙ incerta pars nec tradi, nec vsucapi potest, veluti si ita tibi tradam, quicquid mei iuris est in dicto fundo, & miror, quòd Barto. & Scribentes hic non allegent illum tex. vbi est casus de hoc. Item adde, ꝙ idem tenent Oldr. Lau. in consi. 163. quod incipit, viso priuilegio. Spec. in tit. de legato. §. nunc aliqua. in versi. 58. & in versi. 76. Ang. & d. Alex. & Are. in d. l. locus. ff. de acq. pos. do. Alex. in consi. 28. 1. volu. incip. visis & accuratè ponderatis. in 5. colum. quod consilium est errore duplicatum in consi. 31. 2. vol. Item adde d. Alex. in consi. 186. 2. volu. quod incipit in causa, & lite vertente inter. R. in 3. col. ad fi. & seq. Item adde, quod in terminis decidit Bal. in c. 1.
19 in princi. in 1. col. ad fin. de feudo guardiæ. Ponæ †, Comes dicit, condedo, Titio in feudum nobile, quicquid concessi Scio in feudum guardiæ, cui re vera nihil concesserat, vel non appa ret, & respondet, quòd nihil concessum dicitur, quia falsa substantia subest, per illud, quod decidit Dyn. per illum text. quia falsa demonstratio circa rem non existentem incidit in defectum rei substantialis. Item vbi nullum est substantiuum, ibi non congruit relatiuum, vt notatur per gl. in c. 1. de fide instr. Item, qui vult probare relationem, debet probare duos terminos, & vtrunque verum. s. terminum referentem, & ad quem fit relatio, vt not. per Inno. in c. inter dilectos & ibi Ioann. And. in nouella de fide instr. ita ibi residet Bald. de quo nec d. Alex. nec alij Scribentes faciunt mentionem. ¶ Limita istam decisi. Dyn. & Bart. notabiliter, vt per Bar. in l. emptor fundi. ff. de vsu-
20 cap. pro emptore, † vbi tenet, quòd si venditor sciens vendidit ignoranti quicquid iuris habet in tali loco, si venditio fuit facta hoc modo, vendo quicquid iuris habeo, itē trado quicquid iuris habeo, & tunc non potest sic possideri propter incertitudinem. Item præscriptio non procedit. d. l. locus. Sed si vendo quicquid iuris habeo in fundo, & trado totum fundum, & tunc procedit vsucapio, quia credit se totum emisse, argum. l. 2. §. sed si fundum. ff. de vsucap. pro emp. & mala fides tradentis non nocet, vt l. qui fundum. §. procurator. in vers. nã & cùm sciens. ff. pro emptore. & cum ista limitatione transeũt Doct. ibi, cum qua etiam simpliciter transit d. Alex. hic. sed vide do. Alex. in d. l. locus. tenentem, & melius, quòd d. limitatio sit vera, præterquam in vltimo dicto Bart. cùm dicit, quòd mala fides tradentis non nocebit, per d. §. procurator: nam illud procedit secundum iura ftorum, secundum quæ mala fides auctoris non nocebat singulari successori, sed hodie per
21 Auth. malæ fidei. C. de præscrip. 30. ann. † mala fides auctoris
d nocet sing. successori, [d] nam tunc non sufficeret præscrip. longi temporis, sed requireretur præscriptio longissimi temporis, secundum eum, & tamen plures limitationes traduntur ad illam Auth. malæ fidei. per Bart. & alios in l. Pomponius. §. cùm quis. ff. de acq. poss. & 12. limitationes collectas à Doct. & hanc vide per Ang. de Aret. in §. sed iste. in 16. col. Insti. de actio. in §.
22 furtiuæ. Inst. de vsucap. † Item aduerte, quòd vendens quicquid iuris habebat in tali fundo, & sciebat se nullum ius habere, tenetur emptori ad restitutionem pretij, secus si ignorabat per l. quòd in vēditione. cum duab. ll. seq. ff. de hæred. vel actio. vend. secundum Ang. Imo. & do. Alex. hic, qui reprehendunt Iacob. Butr. in l. 1. C. de euic. tenentem, quod tũc venditor ignorans teneatur ad restitutionem pretij, & malè, ita etiam tenet do. Alex. in d. l. locus. Ang. in d. l. 1. C. de euic. & de intellectu l. quòd in venditione. vide per Bart. in l. cotem ferro. §. qui maximos. in 4. q. ff. de publica.

ADDITIONES.

a ¶ Rem alienam. Quando legatur res aliena, an legatum valeat, & in quib. reb. & in quib. casib. valeat, vide eundem Ias. in l. apud Iulia. §. constat. supra eod.

† Et quo remedio legatum rei alienæ vires habeat, not. Dilect. de arte test. tit. 6. cautel. 32.

b ¶ Debetur à tertio. Limita istud esse verum, quando testator legauit nomen debitoris, aliàs non extinguitur legatum, vt per eundem Ias. in l. apud Iul. in §. si Titius. in 4. col. in prin. in 15. not. s. eod.

c ¶ Concedentis. Adde, quòd hoc sequitur Dec. cons. 302. colum. 5. circa med. vbi Doct. in apostil. plura not. & scribit Boer. quæst. 42. colum. 8. post princ. de Comite, qui concessit Ecclesiæ quicquid iuris habebat in tali, & tali loco, de quo vide etiam Alex. cons. 96. num. 4. lib. 5. quam conclu. pulchrè declarat Rol. cons. 82. num. 11. 12. & seq. libr. 3. & fac. Natt. cons. 405. Dec. cons. 517. colu. fin. num. 9. quid de concessio ne facta ex causa remunerationis? dic, vt per Rol. cons. 50. num. 44. lib. 3. MASVER.

d ¶ Successori. Mala fides auctoris an noceat singulari, vel vniuersali successori, vide latè per Alexan. de Imol. consil. 4. in 2. vol. circa princip. ibi, & hoc si tales possidentes, & not. Pract. Pap. for. respons. rei. vers. præscriptionis. num. 17. & fac. quòd hæres ex mala fide defuncti impeditur præscribere etiam de iure Cano. teste Alexan. consil. 84. num. 1. lib. 1. quod declarã, vt per Por. lib. 4. conclu. 1. MASVER.

*SVMMARIVM.*

1 *Potestas eligendi mortuo stipulatore transit ad legatarium cessa sibi actione, & etiam ad singularem successorem, sed viuo stipulatore non.*

2 *Res prohibita alienari extra familiam, semel alienata in casu permisso semper est alienabilis.*

3 *Merum imperium semel delegatum potest postea subdelegari.*

*Actio quod metus causa, quæ semel competijt contra hæredem, efficitur contra alios transitoria.*

4 *Legatarius in re legata non est propriè hæres.*

5 *Statutum, quod debitor debeat personaliter capi ad instantiam creditoris, habet locum in cessionario.*

6 *Stante ſtatuto, quòd frater non poſſit capi facere fratrem pro debito, ſi frater cedit alteri iura ſua, ceſſionarius non poſſet facere capi illum fratrem.*

*Statutum, quòd frater contra fratrem poſſit petere compromiſſum, & frater cederet iura alteri, non comprehendit ceſſionarium.*

7 *Statuto diſponente, quòd creditor poſſit capi facere debitorem ſine citatione, ceſſionarius non poterit capi facere ſine citatione.*

*Venditor domus, qui iurauit non mouere litem, ſi poſtea ceſſit alteri, qui mouit, dicitur periurus.*

*Iurans ſoluere Titio, ſi Titius alteri ceſſit, & illi non ſoluat, promittens non eſt periurus.*

8 *Teſtator legans illud, quod verè ſibi debetur ab alio, cenſetur legare nomen debitoris, & hæres liberatur cedendo actionem contra illum tertium.*

*Ceſſio iurium in incorporalibus idem operatur, quod traditio in corporalibus.*

9 *Libellus, ago contra te vt, agas contra Titium, procedit. idem, ago vt emas, vel vendas.*

10 *Caſus, in quo eſt in arbitrio debitoris alternatiui facere, vt legatum factum per creditorem de vna ex rebus alternatiuis valeat.*

*Debitor poteſt facere, quòd ceſſio iurium facta per minorem ſine decreto iudicis, qui habebat actionem ad fundum, vel ad centum alternatiuè, valeat.*

11 *Actio iudicatur mobilis, vel immobilis ſecundum naturam rei, quæ in ea continetur.*

*Minor obligatus alternatiuè ad domum, vel centum, ſi fuit interpellatus ſine iudice, an conſtituatur in mora.*

12 *Teſtator in dubio non ſolùm videtur legare ius, quod habet in re, ſed ius quod alternatiuè habet ad rem. Item ius, quod putabat ſe habere.*

## §. Si quis ita.

In alternatiua obligatione ſi legatur, quod debetur, cogitur hæres ad
cedendum: ſed ſi legatur vna de reb. alternatiuè debitis, cogitur
hæres ad agendum, & in ſolutione apparebit, an legatum debeatur:
ſi autem legatur vtraq; res diuerſis, cogitur hæres vtriq;
inſolidum ſatisfacere. h.d. cum l. ſeq. ¶ Diuiditur in tres partes.
In prima loquitur, quando electio alternatiua erat eadem legãtis,
& legauit, quod ſibi debetur. In ſecunda loquitur, quando
electio erat debitoris, & legauit vnam ex reb. alternatiuis. In tertia
loquitur, quando electio erat legantis, & legat vtranque rẽ
diuerſis. Secunda ibi, in ver. proinde. Tertia, & vltima eſt in l. qđ
1 ſi quis. ¶ † No. primo ex iſto tex. in 1. par. ibi, electionem habituro,
ꝙ poteſtas eligendi mortuo ſtipulatore tranſit ad legatariũ
ceſſa ſibi actione, & ſic tranſit ad quemcunque ſucceſſorem
etiam ſingularem, & ſic etiam in ceſſionarium, vt hic, ſed viuo
ſtipulatore, quia eſt perſonalis, non poteſt tranſire in ſing. ſucceſſorem,
nec poteſt cedi. l. ſi ſtipulatus fuerim illud aut illud. in
prin. & in l. fi. in prin. ff. de verb. obli. Ratio huius no. & ſic huius
tex. ſecundum Bar. eſt duplex. Prima, quia mortuo ſtipulatore
facultas eligendi tranſit ad eius hæredem, qui præſumitur ſcire
voluntatem defuncti. l. ſi quis à filio. §. ſi quis plures ſ. eo. & cenſetur
vna, & eadem perſona cum defuncto, vt in Auth. de iureiur.
à mori. præſti. in prin. colla. 5. & ſic poſtquam tranſiuit ad
hæredem, & ſic ſemel facta eſt tranſitoria, tunc illa poteſtas eſt
ceſſibilis, ideo tranſit in ceſſionarium, & ſic in legatarium. Sicut
2 in ſimili dicimus † in re prohibita alienari extra familiam, ſi ſemel
alienatur in caſu permiſſo. ſ. vni de familia, & ſic fiat ſemel
alienabilis, poteſt poſtea qñcunq; alienari, vt eſt tex. no. in l. pa-
3 ter. §. quindecim. ſ. de lega. 3. † Item merum imperium poſtquã
eſt ſemel delegatum, poteſt poſtea ſubdelegari, vt notatur in
l. 1. C. qui pro ſua iuriſdictio. per Gul. de Cun. & alios in l. 1. in
prin. ff. de offi. eius, cui mand. eſt iuriſd. Idem in actione qđ met.
cau. quæ competit contra hęredem, efficitur tranſitoria contra
alios, vt eſt tex. no. in l. videamus. ff. quod met. cauſa. in verſi. ſufficit
enim ſemel perueniſſe ad proximum hęredem. quem tex.
Bart. ibi, & in l. præcedenti. ſ. in l. quod dicimus. §. fin. reputat eſſe
ſing. & ſe neſcire alibi, & per eum dicit ſe conſuluiſſe idem eſſe
in iure deliberandi, vt ibi per eum. Ad idem text. in c. ex parte.
de feudis. vbi prælatus Eccleſiæ, qui iurauit non infeudare res
Eccleſiæ inconſulto Romano Pontifice, tamen ſi feudum fuit
ſemel conceſſum, & reuertatur ad Eccleſiam, poteſt prælatus
4 de nouo infeudare inconſulto Romano Pontifice. ¶ † Secunda
ratio Bar. eſt, quia legatarius in re legata dr̃ hæres. l. id tẽpus.
§. 1. ff. de vſucap. ideo ſicut in hæredem tranſit facultas eligendi,
ita & in legatarium, ſed caue, quia text. in d. l. id tempus. §. 1.
vtitur duplici improprietate, ſcilicet, quodammodo quaſi hæres,
& ſic facit ſenſum improprijſſimum, ita per d. l. id tempus.
§. 1. dicit Bald. in l. ſi abducta. in vlt. colum. C. de furt. ¶ Tertiam
rationem aſſignat Bal. hic, quia iſta electio competens ſtipulatori
cohærebat ipſi obligationi tanquã ipſius obligationis forma,
& ideo ad quemcunque tranſit iſta obligatio, tranſit cum
forma ſua, & ſuis qualitatibus, ſecus ſi talis electio competeret
alicui vt nudo miniſtro, tunc non recedit à perſona, vt l. ſi quis
arbitratu. ff. de verb. obli. & l. fin. C. de contrahenda emptio. Per
iſtum tex. determinant Cyn. Bal. Flo. & do. Alex. hic, & Ioan. de
5 Imo. infra in l. proxi. in fin. † ꝙ ſi ex forma ſtatuti debitor debet
perſonaliter capi ad inſtantiam creditoris, ſimiliter debebit capi
ad inſtantiam ceſſionarij. idem tenet Bald. in l. per diuerſas.
in 10. qõ. C. mand. quia ceſſionarius dicitur creditor, vt ibi per
eum, & vltra eum eſt tex. in l. ab Anaſtaſio. in verbo alium creditorem.
& ibi Bal. in 3. no. ad hoc no. eod. tit. C. mand. Idem tenet
Bal. in l. 1. in vlt. q. C. de act. & oblig. Sal. in l. ſi à creditore. eo.
tit. Io. And. in addi. Spec. in titu. de ceſſione actionis, ſuper rubr.
Pau. de Caſt. in l. poſtulante. in prin. ff. ad Treb. & ibi d. Alex. cir-
* ca fin. dicit, ꝙ *iſta eſt magis communis concluſio*, & ibidem in pen.
col. etiam ponit remiſſiuè. Alibi determinant Bald. & alij in l. ſi
6 poſt diuortium, per illum text. ff. ſol. mat. † ꝙ ſi ſtatutum diſponat,
ꝙ frater nõ poſſit facere capi fratrem pro debito, & frater
cederet iura ſua alteri, iſte ceſſionarius non poſſet facere capi
7 illum fratrem debitorem per illum tex. † Sed ſi ſtatutum diceret,
ꝙ frater contra fratrem poſſit petere cõpromiſſum, & frater
cederet iura alteri, ille ceſſionarius non poſſet petere compromiſſum,
quia mutata perſona agentis mutatur priuilegiũ,
quod concernit actorem, quod eſt not. ſecundum Bald. ibi. dicit
etiam Bal. in d. l. per diuerſas. in 10. q. ꝙ ſi ſtatutum diſponeret,
ꝙ creditor poſſet facere capi debitorem ſine citatione, tamen
ceſſionarius nõ poſſet eum facere capi ſine citatione, ſed
debet prius eum facere citari, vt diſcutiatur, an ſit ius ceſſum
necne, per notata per Inno. in c. quia. V. de iudicijs. & ſequitur
ſimpliciter do. Alex. hic circa fin. Pau. de Caſt. in d. l. poſtulante.
in prin. Item adde, ꝙ ſi vendidi tibi domum, & iuraui non tibi
mouere litem, ſi poſtea ceſſi iura vni, qui tibi mouit litem, ego
dicor periurus. ita not. tenet Spec. in tit. de arbitro. §. ſequitur. in
ver. ſed pone in compromiſſo. quem refert, & ſequitur Ludo.
Rom. in l. ſed ſi hac. in prin. ff. de in ius vocan. vbi tamen Bald.
no. ex gl. arg. in caſu contrario, ꝙ ille qui iurauit ſoluere Titio,
ſi ceſſit Titius alteri iura, non eſt periurus non ſoluendo ceſſionario,
quia iſte propriè non frangit fidem, & ſequuntur Raph.
Fulg. & Ludo. Rom. ibi. tamen Bal. ibi non firmat, ſed relinquit
8 cogitandum. ¶ † Secundò not. ex eadem prima parte, ꝙ quãdo
teſtator legat illud, quod verè ſibi debetur ab alio, cenſetur legare
nomen debitoris, vnde hæres liberatur cedẽdo actionem
contra illum tertium, vt hic, & in §. præcedenti. in fin. & l. non
quocunque. §. qui Caium. ſ. eo. & facit ratio, quia idem operatur
ceſſio iurium in incorporalib. quod operatur traditio in rebus
corporalibus. l. fi. vbi gl. Bar. & Bal. C. quando fiſcus. vel pri.
glo. Ang. & Mod. in l. pen. ff. de vſucap. pro donato. Bar. in d. l. nõ
quocunque. §. qui Caium. in fin. Bal. in l. 1. in 2. char. C. de act. &
oblig. tamen ſi in exigendo requireretur magna expenſa, tunc
ad hæredem ſpectaret labor, & ſumptus, ſecundum diſtin. traditam
in l. quod ſeruus ſ. eo. ita tenet Bar. hic, & Imo. in §. pręce.
de quo tamen vide Ang. & Flo. & do. Alex. in l. apud Iulianum.
§. ſi Titius. ſ. eod. Ang. in l. ſeruum filij. §. eum qui chirographũ.
per illum tex. ſ. eo. ¶ Tertiò no. in verſi. proinde. ibi, compellat
hæredem experiri nouum modum agendi, ſecundum Barto.
9 Angel. & alios, † ago vt agas, & ſic ago contra te, vt tu contra
alium agas. facit l. cùm in plures. §. meſſem. ff. loc. & l. 2. §. idem
Labeo. ff. ne quid in loco public. & l. Iul. §. pen. ff. de act. emp. ſic
etiam procedit libellus, in quo ago vt emas, vel vendas, vt l. &
ſi æquo. vbi dixi ſ. eo. & ſic quando ago vt talis liberetur. l. 1. in
10 prin. ff. vt in poſſ. leg. ¶ † Quartò, & vlt. no. ex tex. ibi, ſecundum
ꝙ erit in arbitrio debitoris. caſum, in quo eſt in arbitrio debitoris
alternatiui, cuius eſt electio, facere an legatum factum per
creditorem de vna ex alternatiuis valeat, & per iſtum tex. dicit
Bart. conſuluiſſe, ꝙ erit in poteſtate debitoris facere, an valeat
ceſſio iurium facta per minorem ſine decreto iudicis, qui habebat
actionem ad fundum, vel ad centum alternatiuè, & erat
electio debitoris, prout eſt regulariter in alternatiuis, in l. plerũq;
in fi. ff. de iure do. & in regula in alternatiuis. de reg. iur. in ſexto.
nam ſi debitor ſoluat fundum, non valebit ceſſio rei immobilis
facta per minorem ſine decreto iudicis. vt l. lex quæ tutores.
C. de admin. tuto. & l. magis puto. §. non paſſim. ff. de rebus eorum.
Si verò eliget centum ſoluere, valebit ceſſio, quæ erit de
11 re mobili, & ſic ex futuro euẽtu hoc declarabitur. † nam actio
iudicatur mobilis, vel immobilis ſecundum naturam rei, quæ
in ea continetur. l. ſi ad reſoluendam. C. de prædi. min. glo. in l.
1. C. ſi aduer. tranſa. Dyn. & Barto. in l. poteſt. ff. de auctori. tut. &
cum Bar. tenent alij hic, & Ludo. Rom. in l. 1. §. fuit quæſitum.
ff. ad Trebel. Adde, quòd per iſtum text. decidit Bar. in l. ſi ex legati
cauſa. ff. de verbo. oblig. de minore ſeu adulto, qui erat obligatus
alternatiuè ad fundum, vel ad centum, & fuit interpellatus
ſine iudice, an conſtituatur in mora. quam quæſtionem

dicit

dicit Bart. se habuisse de facto, & tenet, ꝙ electio adulti apparebit ex futuro euentu, quia si adultus soluet pecuniam, apparebit interpellationem tenuisse. si verò soluet fundum, apparebit non tenuisse per istum text. ¶ Capio gl. in verbo si Stichum, quæ diuiditur in duas partes. In prima declarat tex. In secunda per viam quæstionis oppo. & solu. Secunda ibi, sed, quare non cogitur. ¶ Ex secunda parte habes, ꝙ testator licèt non habeat ius in re, sed habeat actionem personalem ad ipsam rem, etiam si nõ habeat præcisè, sed alternatiuè, videtur legare ipsam rem respectu illius iuris, tale quale habet, etiam si tale ius postea nõ
2 sortiatur effectum, † & sic testator in dubio non solùm videtur legare ius, quod simpliciter habet in re, vt l. si domus. §. fin. vbi latè dixi. s. eo. sed etiam ius, quod alternatiuè habet ad rem. nam spem illius iuris, quam habet in Sticho, videtur legasse, & ideo in casu isto non fit cessio ad Stichum legatum, quia Stichus non erat præcisè debitus testatori, cùm debitum esset alternatiuum, & electio est debitoris, imò plus per istum tex. no. Bar. quòd non solùm testator videtur legare ius, quod habet in re, vel etiam quod habet ad ipsam rem etiam sola spe. l. seruus filij. in prin. vbi gl. s. eo. sed etiam videtur legare ius, quod putabat se habere, per istum tex. Sed aduerte, licèt dictum Bar. sit in se verum, tamen non videtur probari in isto text. vbi testator habebat re vera ius in vtraque re alternatiuè promissa, cùm vtraque sit in obligatione non præcisè, sed alternatiuè. l. illud aut illud. ff. de consti. pecu. & l. si duo rei. ff. de verb. oblig. est verum, ꝙ debitor poterit eligere quam rem velit dare, & propter hoc est motus Barto. ad dicendum, quòd testator putabat habere ius in Sticho, quasi putaret, quòd debitor eligeret Stichũ, & sic sanè intelligendo salua Bar.

## LEX LXXIX.

QVòd si quis. In gl. fi. ibi, non ergo ceditur actio. glo. malè dicit, quæ voluit corrigere Iurisconsultum, quod est
* absurdum, & *communiter reprobatur*, quia est contra istum tex. qui expresse dicit, ꝙ cedat alteri actionẽ suam. Nec obst. l. proxima. §. fin. quia ibi loquitur, quando electio erat debitoris, quo casu actio ad Stichum solùm non poterat per hæredm cedi, quia plus cederetur, quàm esset legatum, quia creditor alternatiuus nõ habet actionem ad alterum tantum præcisè, sed alternatiuè. l. vbi autem non apparet. §. qui illud, aut illud. ff. de verbo. oblig. licèt vtrunque debeatur, & sit in obligatione non præcisè, sed alternatiuè. l. si duo rei. ff. de verbo. oblig. & dixi etiam in gl. præcedenti. sed hic testator habebat electionem, vnde hæres potest vni legatario cedere actionẽ ad ipsum Stichum, vt dicitur in litera.

### SVMMARIVM.

1 *Tex. in l. 3. C. de noua. procedit in contractib. non autem in eo, qui habet vtiles actiones ex vltima voluntate.*
*Habens vtiles actiones ex vltima volun. semper præfertur habenti directas.*
2 *Ex vltima volun. acquiritur etiam absenti, & ignoranti.*
3 *Res tacitè legata non acquiritur absenti, & ignoranti quo ad dominiũ, sed quo ad exceptionem.*
4 *Exceptio facilius acquiritur, quàm dominium.*
5 *Cessionario ex contractu acquiritur ius vtilis actionis ex cessione in eũ facta.*
6 *Lex. 3. C. de noua. non habet locum, vbi in cessione est annexa liberatio irreuocabiliter.*
7 *Inducta ad fideicommissum inducunt tacitum relictum.*
8 *Legari potest ab omni debitore, intellige, dummodo legetur alij extraneo.*
9 *Legatum factum à debitore de alio quam deberet, legatum non valet.*

## LEX LXXX.

1 SI pecunia. † Debitor potest fideicõ. grauari, qa debiti liberatione honoratur, & habet exceptionem contra hæredem petentem. h. d. tex. Intellige si acceptet iudicium testatoris, quia contentatur esse liberatus ab hærede, aliàs secus, vt l. cùm pater. §. qui dotalem. j. tit. 1. allegata in glo. pro contraria. ¶ Per istum tex. dicit Bald. signanter probari, ꝙ l. 3. C. de noua. quæ vult, ꝙ debitor cessus possit conueniri à creditore cedente non obst. cessione, nec potest sibi opponere exceptionem cessionis, nisi in trib. casib. s. quando debitori fuit denunciatum per cessionarium, vel quando aliquid ab eo recepit, vel quando lis est cum eo contest. procedat contractib. vt ibi, & non habeat locum in eo, qui habet vtiles ex vltima volun. nam ille semper præfertur habenti directas, & debitor etiam extra illos tres casus semper potest se tueri excep. aduersus hæredem habentem directas, vt est text. hic, ibi, nam si conueniatur, qđ Bal. reputat no. dignũ, & dicit esse suum nouũ dictum à nemine tactum, & cum Bal. tenent Rapha. Cu. Pau. & alij, & in effectu Ioan. de Imo. licèt aliqualiter dubitet, an iste tex. probet decis. Bal. Ratio
2 diuersitatis est secundum Bal. cum quo cæteri trãseunt, † quia ex vlt. volun. quæritur etiam absenti, & ignoranti. l. cùm pater. §. surdum. ff. de leg. 2. & l. si partem. §. 1. ff. quemad. ser. amit. secus
* est in contractu. Sed aduerte, ꝙ licèt Imo. & *omnes alij transeant* cum ista ratione diuersitatis assignata per Bald. mihi videtur, ꝙ non possit procedere: nam ex legato bene quæritur ignoranti, quando est expresse factum, & sic qñ liberatio esset expresse re
3 licta debitori, secus quando tacitè, vt hic. † Nam quando legatur tacitè, non acquiritur ipso iure ignoranti. l. seruum filij. §. fi. & ibi Bal. s. eo. Bar. in l. 1. in vlt. col. s. eo. & in l. emptor. §. ancilla. per illum tex. ff. de rei vend. ¶ Sed defendendo decis. Bald. potes respondere altero de duobus modis. Primò, ꝙ etiam in re tacitè legata acquiritur ius ignoranti, prout cõtra Bar. tenent Io. de Imo. Alex. Are. & alij in d. l. 1. s. eo. Raph. Cu. & Are. in d. l. seruum filij. §. fi. & vtrobique dixi. Secundò potes respondere tenendo opi. Bal. ꝙ ex legato tacitè facto non acquiritur ipso iure ignoranti, verum est dominium, sed nos loquimur de exce-
4 ptione, de qua loquitur iste tex. quæ † exceptio facilius acquiritur quàm dominium. vt l. ait prætor. 2. cum l. seq. ff. de iureiur. ¶ Sed secundò contra Bal. & sequaces facio aliud fundamentum, quia licèt ex vltima volun. acquiratur ius absenti, & ignoranti, tamen istud non debet obstare hæredi intẽtanti directas,
5 nisi interuenerit vnum ex illis trib. de quib. in d. l. 3. † quia etiam cessionario ex contractu acquiritur ius vtilium actionum ex cessione in eum facta. vt l. fi. C. de hær. vel act. vendi. & l. si cùm emptor. ff. de pac. gl. in l. si culpa. ff. de rei vendic. & tñ non impeditur cedens agere cõtra debitorem, nisi interuenerit vnum de illis trib. de quib. in d. l. 3. Tenendo tñ conclusionem Bart. communiter approbatam, & quæ est multum tenenda menti, adde ꝙ idem tenet Bal. in l. ex legato nominis. in 2. col. in versi. modo reuoco in dubium. C. de legatis. Pau. de Castr. j. in l. proxima.
6 † Item adde rationem, quia vbicunque in cessione est annexa liberatio irreuocabiliter, tunc non habet locum. d. l. 3. ſm Bald. in l. 1. in pen. col. C. de act. & oblig. per tex. in l. fi. ff. de transac. sed hic debitori acceptanti grauamen fideicom. irreuocabiliter dr̃ esse quæsita liberatio, vt hoc. tex. Ideo in eo non habet locum. d. l. 3. & per hoc potes respondere ad fundamentum, quod sta-
7 tim feci contra Bal. Secũdò no. ex isto tex. ꝙ † inducta ad fideicom. & sic ad grauãdum, cùm fideicommissum dicatur onus, & grauamen, inducunt tacitum relictum, quod videtur cõtra vulgarem regulam, quæ habet, ꝙ inducta ad diminutionem, non debent operari augmentum. l. cùm tale. §. fi. ff. de condi. & demon. & l. legata inutiliter. vbi dixi. s. eo. sed dic, ꝙ istud venit in necessarium antecedens, quia testator non posset aliàs grauare debitorem suum legato; nisi in necessarium antecedens intelligeretur eum honorare, & sic intelligitur ei relinquere liberationem, per regulam. l. ab eo. C. de fideic. & l. 1. §. pen. & fin. ff. de lega. 3. ad hoc bene facit text. in l. denique. §. interdum. & ibi Barto. ita summat. ff. de pecu. leg. & in l. Proculus. ff. de vsufruct.
8 ¶ † Tertiò no. in fi. tex. regulam generalem, ꝙ ab omni debitore potest legari, quia istud legatum includit liberationẽ, aliàs non posset grauari, vt statim dixi. ¶ Limita istam regulã, ꝙ ab omni debitore potest legari, verum est alij extraneo, & sic alij tertio, sed non ipsi hæredi futuro creditori, quia nullum afferret commodum. l. cùm pater. §. curatoris. j. tit. 1. & ibi Bart. not. illũ tex. pro limitatione huius. l. ¶ Secundò limita istam regulam, & sic istum tex. non procedere, quando debitor esset grauatus de dando aliud, quàm deberet, puta testator debitorem suum de mille grauauit dare fundum Sempronio, tunc nõ videtur sibi
9 legata liberatio, nec valeret, † quia ista sunt diuersa, & separata, ex quibus non fit bona illatio. l. Papi. exuli. ff. de min. & l. fi. ff. de calumniatorib. & l. naturaliter. §. nihil cõe. ff. de acquir. pos. & l. inter stipulantem. §. sacram in versi. sed hæc dissimilia sunt. ff. de verb. oblig. ita limitat solus Rapha. Cu. hic, & simpliciter sequitur do. Iac. Put. alij non tangunt. Sed aduerte, cùm iste tex. procedat, quando debitor acceptauit iudicium testatoris, vt s. dixi, tunc videtur in necessarium antecedens tale legatum fundi cõpensari cum illo debito quantitatis de mille, & sic tacitè videtur eum liberare ab illo debito, dato etiam, ꝙ fundus plus valeret, & ad hoc allego bonum text. in l. Imperator. §. 1. in versi. enimuero. j. tit. 1. ¶ Gl. fi. diuiditur in duas partes. In prima opp. contra tex. & sol. & bene. In secunda allegat tres concor. Secunda est ibi, & facit infra. dum allegat pro concordanti. l. si seruus. §. qui margaritam. infra eodem. Illa videtur in contrarium facere,

cerè,quia ibi dicitur,quòd non tenetur debitor, ſed hæres ipſi legatario,ergo de directo contra iſtum tex. Bart.ibi reſpondet, quòd à debitore poteſt relinqui fideicom. ſi agnoſcat, vt hic. aliàs hæres tenetur cedere actionem,vt ibi.

*SVMMARIVM.*

*1 Res legata ſi reperitur penes legatarium,tenetur cedere actionem hæres legatario.*
*2 Fratres prædicatores, quibus relicta ſunt centum cum onere conſtruendi capellam in Eccleſia infra annum, aliàs relicto priuentur, non priuabuntur, ſi per hæredem ſteterit, quòd pecunias non habuerint.*
*3 Conſtitutio Epiſcopi ſi dicat, quòd executore non exequente intra annum à tempore mortis teſtatoris cadat ab officio, intelligitur à tempore mortis, & ſcientiæ.*

LEX LXXXI.

FIdeicommiſſum. Legatarius tenetur ad fideicommiſ.ab eo relictum,ſi legatum fuerit cõſequutus.hoc dicit. Et diſtingue vt hic per Bar.poſt Iaco. de Are.cum quo Sal.& alij tranſeunt,& per Barto.in l.Imperator.ĵ.tit.1.ſed in vno videtur Bart.malè dicere,dum in fin.dicit
1 vltra Iacob.de Are.licèt nemo aduertat ibi.Adde, † ꝙ ſi hæres habet rem,tenetur eam dare,ſi verò eſt apud legatarium,tenetur hæres cedere actionem, vt l.ſi ſeruus legatus.§. qui margaritam.ĵ.eo. Sed hoc videtur ineptè dictũ, quia ſi res eſſet apud legatarium,ipſe non peteret.l.1. C. de re iudic.quia fruſtrà quis petit, quod intus habet.l.ſi quis ex argentarijs.§. prohibet. vbi glo.ff.de edendo.vnde fortè Bar.eſt corruptus,& debet dicere, ſi verò apud alium,& quòd ita velit dicere, patet ex dict.§.qui margaritam.quem Barto.allegat. Niſi diceres,quòd licèt res ſit apud legatarium, per hoc non eſt conſequutus plenum ius, & poſſet cadere à poſſeſſione, ideo hæres tenetur cedere actionẽ, tamen planior eſſet ſenſus,dicendo ſi verò eſt apud alium, vel dic,ſi res erat apud legatarium,ſcilicet, grauatum, vt hoc text. & iſtud videtur magis de mente Bar.& in ſe eſt verum, tamen tunc non videtur bene facere text.in d.§. qui margaritam, quẽ ad hoc alleg.Barto.vbi creditor,de quo ibi,non erat propriè le-
2 gatarius. ¶ †Vltimò per iſtum text.determinat Bald.quòd fratres prædicatores, quibus relicta ſunt centum, vt intra annum à morte teſtatoris conſtruant certam capellam in eorum Eccleſia,aliàs relicto priuentur, & perueniat ad aliam Eccleſiam cum eodem onere, certè non priuabuntur per lapſum anni,ſi dicta centum ab hærede conſequi non potuerunt, & per eos non ſtetit, quòd perciperent, quia antequam percipiant,non tenentur adimplere,vt eſt text.hic,& l.ſi verò non remunerandi.§.fi.ff.mand.& l.inſulam.§.fin.ff. loca. imò tempus anni non incipit currere ante conſecutionem legati de centum, quãuis ſit dictum à morte teſtatoris,quia ſubauditur verbum principale, & à conſecutione pecuniæ, & ſic legati, vt probatur in l.3.§.ſi quis hæredi. ff.de ſtatulib. & in l. tali facta ſtipulatione.in in prin.ff.de iure dot.& cum Bald.tenent Imo. Raph.Cu. Pau.de Caſt.& alij.Facit,quod tenet Bar.in l. genero. in pen.q.
3 ff.de infa.† vbi decidit,ꝙ ſi conſtitutio Epiſcopi dicat, ꝙ ſi executor non fuerit executus vltimam volun.intra annum à tempore mortis teſtatoris, cadat ab officio executoris, intelligitur à tempore mortis,& ſcientiæ,& ſic, ꝙ potuerit exequi,per d.l. 3.§.ſi quis hæredi.vbi ſi teſtator dixit à morte teſtatoris, ſubauditur,& aditæ hæreditatis, quia tunc incipit eſſe in negligentia. Item adde,quod decidit Bar.in l.ſi cui legetur.ad fi.princ.& quę ibi dixi.ſ.eo.Item vide,quæ dixi.in l.1.ff. ſi quis cautio.

*SVMMARIVM.*

*1 Legatum de decem ſi eſt factum duob.in eadem oratione,decem tantum inter ambos intelliguntur relicta, & ſic quilibet habebit quinque,& intellige, vt nu.4. & 5.*
*2 Copula poſita inter perſonas diuidit, & tribuit actum cuilibet inſolidum.*
*3 Quantitas legata alicui in diuerſis orationib.etiam ſi eadem ſit, multiplicatur.*
*6 Dictio dena, ponitur pro viginti licèt aliquando ponatur pro decem. nume. 8.*
*7 Dictiones numerales quina, dena appoſitæ abſolutè, ponuntur pro ſimplici numero, ſi verò reſpectu diuerſarum perſonarum pro duplicato.*
*9 Conſtitutio pœnalis imponens pro delicto pœnam denarum librarum, intelligitur de xx.libris.*
*10 Decem, & decem an faciant viginti.*

LEX LXXXII.

SIquis teſtamento. ¶Qui relinquit decẽ, non videtur relinquere viginti.h.d.ſecundum Bar. Salic. & Flor. ſed iſtud ſummarium ſic ſimpliciter prout ſonat,non habet ſaporem, & eſſet de indubitabili, vnde adde vnum verbum poſitum in tex.ſ.duobus,prout etiam fuit mẽs Bar.vel ſic.Qui relinquit duob. decem, intelligitur legaſſe decem tñ inter ambos,& non cuilibet.h.d.vel ſic & tertiò.Re-
1 linquẽs duob.ſimul decem,non vr̃ relinquere dena.h.d.¶†No. primò ex hoc tex.ꝙ ſi legatur vna quantitas, puta decem duobus in eadem oratione, nõ cenſetur legata cuilibet inſolidum, ſed vna inter ambos communiter diuidenda. Ex quo correlariè ſequuntur duo. Primò,ꝙ legatum quantitatis factum duobus coniunctim intelligitur collectiuè, & non diſtributiuè, vt hic,& l.eum qui ita.in prin.in 2.reſponſo.ff.de verb.obl.Secundò correlariè ſequitur, ꝙ ſi plures ſint verbis coniuncti in eadẽ quantitate,faciunt partes per concurſum,non autem duplicatur quantitas ex numero perſonarum. Ratio eſt propter naturam copulæ,quæ ponitur inter perſonas, quæ habet diuidere, & tribuere actum cuilibet in viriles.l. reos. §. cùm in tabulis.ff.
2 de duob.reis.& l.1.C.ſi plu.vna ſen.Iſtud notabile,† & iſte text. procedit,vbi quantitas ſemel exprimitur,vt hic,& d.l.eum qui ita.in prin.Idem ſm Bar.ſi bis,ſed in eadem oratione, puta Titio decem,& Seio decem lego,quia eſt vna oratio, & vnũ verbum lego, intelliguntur eadem decem.l. ſtipulatio iſta habere licere.§.eum qui.ff.de verb.obli. quia licèt ſit duplex rerum expreſſio, ex quo tñ vnicus eſt actus diſpoſitiuus, intelligitur de eadem ſumma,& de eadem quantitate.Si verò in diuerſis orationibus eadem quãtitas bis exprimatur, vt Titio lego decem, & Seio lego decem,tunc intelligitur de diuerſis decem, ꝓpter diuerſitatem orationum,& perſonarum,vt Inſti.de duob. reis.
3 in prin. † quia etiam ſi eidem perſonæ eadem quantitas ſubdiuerſis orationib.legaretur,cenſeretur quantitas multiplicata,vt l.planè.§.ſed ſi non corpus.ſ.eo.ergo fortius, q̃n diuerſis perſo-
4 nis,& cum Bar.tenent Salic.& Pau.de Caſt.hic.¶†Sed aduerte inquantum Bar.in primo membro tenet, ꝙ q̃n in eadem oratione bis nominatio de decem, intelligitur de eiſdem decem, ꝯrium & melius tenent Pet.Cy.Alb.de Roſ.Imo.Raph.Cu.& d.Pet.de Bex.hic,Raph.Cu.Lud.Ro.& d.Alex. in d.l.ſtipulatio iſta.§.eum qui.quia licèt iſtud procedat in ſtipulationib. in quibus fit ſtricta interpretatio.l.quicquid aſtringendæ. in prin.ff.de verb.obli. & in quib.fit interpretatio ꝯ ipſum ſtipulatorem, vt dicit tex.in d.l.ſtipulatio iſta.§. in ſtipulationib. qui præcedit.§. eum qui.allegatum per Bar. quia imputandum eſt ſtipulatori, quare legem apertius non dixerit.l. veterib. ff. de pact. tñ ſecus eſt in teſtamentis, in quib.fit lata, & benigna interpretatio.l.in
5 teſtamentis.ff.de re.iur.& c.cùm dilecti.de don.quia † ſi in teſtamento bis eſſet expreſſa quantitas de decem, intelligeretur de diuerſis decem,arg.l.Mæuio.in prin.& l. Męuius.in prin.ĵ.tit.1.
6 ¶†No.ſecundo ex hoc text.ſignificatum huius dictionis dena, quia ſignificat bis decem,& ſic viginti, & ſic numerum dupli-
* catum.ad idem tex.in l.vbi fideiuſſor.ff.de ſol. Bart.& *cõiter* alij in d.l.ſi ſtipulatio iſta.§.eum qui. ꝯrium tenet Raph. Cu.hic,& idem Raph.Cu.& Lud. Ro.in d.§.eum qui.per text.in l.duo.in verbo duob.denis.ff. de in diem addic.& per tex.in l.ſi nõ fortè. §.fi.in verb.aut vterque quina. ff.de condi.indeb. vbi quina ponitur pro quinque,& non pro decem. Sed tu dic,illud ibi eſſe ꝑꝑ verba pręcedentia.ad hoc etiam allegat Raph.illud Boetij. *Bella quis quinis operatus annis.* alleg.etiam tex.in l.ſed & ſi quis. §.Iulia.aliàs eſt l.adhuc.ff.de vſufr.vbi dena ponitur pro decem. Tene cõem,& adde tex.in l.nam & ſi fur.§.fi.ff.ſi cer.pet.in verbo.in quinum.& ibi gl.exponit quinum.i.quinq; & quinque.i.
7 decem,tñ Aret.ibi in primo notab.no.ex illo tex.iuncta gl. † ꝙ iſtæ dictiones numerales quina,dena, & ſimiles ſignificant numerum duplicatum,q̃n proferuntur reſpectu diuerſarum perſonarum,ſed ſi proferantur abſolutè, vel reſpectu eiuſdẽ perſonæ, tunc eſt ſecus, & in hoc reprehendit Bart.qui ꝯrium te-
8 nuit,& malè ſm eum in d.l.ſtipulatio.§. cum qui. † Item adde, ꝙ q̃n dictio dena,adijcitur præſtationi annuæ, & ſic multiplicatiuè de anno in annum, tunc intelligitur de decem, vt ſi ſtipuler dena annua, intelligitur pro decem in iſto actu continente reiterationem,vt l.ſi ita ſtipulatus fuero.§.ſi Titius, in prin.ff.de verb.obl.& l.3.ff.de annuis leg.Bar.in d.§.eum qui.in fi. Eodem modo, q̃n adeſſet geminatio, vel pluralitas, tunc dictio dena, intelligitur pro decem,ita loquitur tex.in d.l.cùm in duo.in verbo,duob.denis ff.de in diem addic.allegata per Raph. Cu.nam in illa geminatione duob.denis,non intelligitur denis.i.viginti, ſed intelligitur pro decem.ſic etiam Virg.in 1. Aeneid.

*Bis denis Phrygium conſcendi nauibus æquor.*

nam

nam ibi denis capitur pro decem , & ſic bis denis.i.viginti, non
9 autem capitur pro 40.nauib.¶†Amplia ſupraſcriptum no.col
lectum ex hoc tex.vt procedat ēt in pœnalib. vnde ſi in aliqua
conſtitutione pœnali imponatur pœna denarum librarum,in-
telligitur de viginti, quia iſta eſt propria ſignificatio iſtorū ver-
borum,vt hoc tex. à qua non eſt recedendum propter odium
pœnæ,& ita tenet gl.in §.illud.in verbo denarum,& ibi Bart.in
1.cōſti.ſſorum.gl.in l.fi.in gl.fi.in verbo,denarum. C. de prępo.
agen.in re.lib.12.gl.in Auth.cauſa quæ fit cum monacho.in gl.
fi.C.de Epiſ.& cle.& gl.in §.ad excludendas.in Auth. de litigio-
ſis.colla.8.& ita tenet Nico.de Neap.& Bar.in d.§.cum q.Et ita
tene,quamuis ꝯ̃rium teneat gl. in l.qui extrin. C. de murilegu-
lis.lib.11.quam ſequuntur Bald.& Flo.hic,& Io.de Imo.in d.§.
cum qui. eo quia in pœnis ſm eos debet fieri mitior interpre-
tatio.l.cùm quidam.cum ſimi.ff. de libe. & poſthu. ſed ad hoc
rn̄det Bart.in d.§.cum qui.ꝙ propria ſignificatio verbi denarū,
importat viginti, vt hoc tex. & in pœnis non eſt recedendum
10 à propria ſignificatione.¶†Vltimò quærit Barto.an decem, &
a decem faciant viginti, & ſic fiat cumulatio ſummarū , [a] ita vt
ſtante ſtat.ꝙ exbannitus in viginti poſſit impunè offendi,cōpre
hendatur habens duo banna ſeparata de decē , de quo eſt gl.in
l.vbi fideiuſſor.& ibi ponit Bar.ff.de ſolu. dixi plenè.in l.ſi idem
cum eod.in prin.ff.de iuriſd.omn.iud.Ad ibi dicta me remitto.

### ADDITIO.

a ¶Cumulatio ſummarum.Cumulatio an fieri debeat in criminalib. vt in ſtatuto.Si ſtat ſtatutū,ꝙ bannitus in 100.libris vltra poſſit impunè offendi, ſi quis habet plura banna,vnum in quinquaginta,aliud in 40. an cumulari debeant. Gl.in l.vbi fideiuſſor.& ibi Bar.ff.de ſol.per Ang.in l. ſi idem cum eod. de iuriſd.om.iud.per d.Alex.de Imo.conſi.135.in 3.vol. per totum.

### SVMMARIVM.

1 *Legata diminuuntur propter defectum facultatum,& propter falcidiā pro rata, & intellige vt nu.3.*
2 *Legata etiam ad pias cauſas quòd minuantur propter defectum facultatum.*
4 *Legatum vnius quantitatis minuit aliud.*
*Primo nominatus non præfertur alijs,& intellige, vt nu.5.*
*Qui minus habet, minus contribuit.*
6 *Ordo non attenditur,vbi agitur de annullando.*
7 *Quando vnum legatum conſiſtit in ſpecie , & aliud in quantitate , ſi in patrimonio teſtatoris non erat niſi illa ſpecies,legatarius ſpeciei illam habebit, & legatarius quantitatis nihil.*
8 *Dominium quantitatis legatæ non tranſit in legatarium , ſicut dominiū ſpeciei.*
*Legatarius quantitatis dicitur legatarius generis.*
9 *Legatum liberationis dicitur legatum in ſpecie, & non in genere.*
*Legatum quantitatis debitæ,dicitur legatum ſpeciei.*

1 § Apud Iulianum. †Propter defectum
facultatū, & ꝑꝑ fal-
2 cidiam fit diminutio legatorum pro rata.h.d.† Et primam di-
minutionem propter defectum facultatum patiuntur ēt lega-
ta ad pias cauſas.l.ſi poſt miſſionem.& ibi Bar.ff.ad l.Falc. quia
talis defalcatio fit ratione impoſſibilitatis , quia vires patrimo-
nij nō patiuntur. Secundam aūt defalcationem legata ad pias
cauſas non patiuntur,quia de eis non detrahitur falci.Auth.ſi-
3 militer C.ad l.Falc.¶† No.ex hoc tex.ꝙ qn̄ legata excedunt vi-
res patrimonij teſtatoris, ita ꝙ non poteſt integraliter ſatisfieri
legatarijs iuxta quātitates à teſtatore taxatas, tunc fit reductio
legatorum ad quotam minorem , habita tn̄ ratione ad quotā
ſcriptam in teſtamento,vt in iſta quota minori quilibet legata-
rius in tanto alium excedat,quantum excedebat in quota ma-
iore , & ſic tunc cuilibet legatario fit diminutio pro rata iuxtà
voluntatem teſtatoris, donec reducantur ad vires patrimonij.
vn̄ cum teſtator voluerit, ꝙ legatarius de 30.haberet plus quā
legatarius de 20.& ꝙ legatarius de 20.haberet plus quàm lega-
tarius de decem , in defalcatione ſeruatur voluntas teſtatoris,
vt in text. & in concordan. in gloſſ. & ſic cùm teſtator haberet
ſolum.20.in bonis, & fecerit legata aſcendentia ad 40. & ſic in
duplo q̃ haberet,cuilibet fit diminutio pro dimidia primi lega-
4 ti,vt hic patet in tex. ¶†Et ſic ex iſto tex.tria correlariè not.Pri-
mò, ꝙ legatum vnius quantitatis diminuit aliud. Secundò,ꝙ
primò nominatus non præfertur alijs. Tertiò, ꝙ ille qui minus
habet,minus contribuit, quia quælibet contributio debet fieri
pro rata. ¶Contra iſtum text.opponitur, ꝙ primus,cui legata
5 ſunt 30.ſolus debet habere legatum,eo quia † primo nomina-
tus debet præferri alijs, vt l.ſi ita legatū.in prin.ſ.eo.& in l.quo-
ties,in prin.ff.de vſufr. nam ordo denominationis deſignat or-
dinem dilectionis , & charitatis.l. qui ſoluendo , ſecunda,& ibi
Ang.& Imol.ad hoc notant.ff.de hær.inſti. Bald.in d.l.pen.in 3.
opp.C.de verb.ſig.& in l.1.C.de edi.diui.Adr.tol.ſed ad primū,
& ſic ad d.l.ſi ita legatum.in prin.reſponde ſm Iaco. de Are.&
Sal.hic, ꝙ ibi expreſsè apparet, ꝙ teſtator noluit diminuere le-
gata primi , imò per exceptionem præter , ibi poſitam, illa re-
ſeruauit.hic autem non ſic voluit. Ad l.quoties.rn̄de, ꝙ loqui-
tur,quando eligendo per hoc ius aliorum non tollitur , ſed dif-
fertur,tunc primò nominatus prius admittitur. hic autē ſi pri-
mò nominatus admitteretur, ius aliorum tolleretur. vnde tūc
non attenditur ordo primæ nominationis. arg.l. nec.n.ff.de ſol.
6 † quia vbi agitur de annullando,ordo nō attenditur,vt eſt tex.
7 no.in l.quidam.ff.de pec.leg. ¶†Item aduerte,ꝙ in iſto tex.oīa
legata conſiſtunt in quantitate,tunc primò nominatus nō pre-
fertur alijs vt hic. ſecus ſi vnum legatum conſiſtebat in ſpecie,
& aliud in quantitate,& in patrimonio teſtatoris non erant tot
bona,quæ ſufficerent legatis,vel non erat in hæreditate niſi illa
ſpecies,tunc legatarius ſpeciei illam habebit,& legatarius quā-
titatis nihil,vt l.ſi fideicommiſſorum.ff.vt in poſ.leg. intelligen-
do , ꝙ ibi hæreditas non erat ſoluendo , & ita in terminis tenet
Bal.in l.ſi verò compoſita.§.quid ergo.ff.de teſtam.mil.& latius
Pau.de Caſtr.hic. Iſte eſt pulcher paſſus. ¶Pro iſta limitatione
facit duplex ratio. Prima,quia ille,cui eſt legata ſpecies, dr̄ eſſe
legatarius illius ſpeciei. ille autem cui legata eſt quantitas, dici-
tur eſſe legatarius generis.l.in ratione.§. incertæ. ff.ad l. Falc.ſed
generi per ſpeciem derogatur.l.vxorē.§.fœliciſſimo.ff.de leg.3.
& c.dudum circa medium.& c.quamuis tibi.de præbend.in 6.
8 † Secunda ratio, quia in legatarium ſpeciei tranſit dn̄ium ipſo
iure.l.à Titio.in fi.ff.de fur.ſecus in legatario quantitatis,in quē
non tranſit aliquod ius in re,ſm Bar.in l.1.in vlt.col.ſ̃.eod.ergo
legatarius ſpeciei, puta fundi debet preferri legatario quantita
tis.Sed ad iſta duo fundamenta,licèt videantur colorata, & pri
ma fronte ſtringere , poteſt rn̄deri , ꝙ procedunt qn̄ hæreditas
eſt ſoluendo, & ſufficit ad omnia legata, & tunc eſt verum,ꝙ
legatarius ſpeciei debet præferri, & habere illam ſpeciem, quā
non poteſt legatarius quantitatis pretēdere ſibi eſſe obligatam
pro ſuo legato quantitatis. d. l. ſi fideicommiſſorum. ſecus qn̄
hæreditas non eſt ſoluendo , & non poteſt ſatisfieri legatis , &
tunc propter defectum facultatum debet fieri compoſitio,&
contributio amborum legatorum, & pro rata cuiuslibet eorū
detrahi,vt l.2.§.1.ff.de condi.indeb.ibi, vel diminutionem,per
hoc,quia alijs quoque legata relicta ſunt,& §.ſi quis agens.in 2.
reſponſo.Inſti.de act.Ang.tenet ꝯ̃rium in l.quærebatur.per illū
tex.ff.ad l.Falc.& dicit,ꝙ Bald.in d.l.ſi verò compoſita.§.1.non
fuit recordatus de illa lege , ſed poteſt reſponderi , ſm Paul.de
Caſt.hic,ꝙ ibi legatum magis conſiſtebat in quantitate, quàm
in ſpecie,quia ibi in hæreditate erat tm̄ debitor in 400. cui lega-
ta fuit liberatio,& alij fuerunt legata centum, & ſic ibi vr̄ lega-
ta quātitas debita.dr̄ ibi,quod non liberatur in totum,ſed alius
legatarius debet habere partem,nec mirum,quia ſi ſoluiſſet il-
lam quantitatem,& ſibi poſtea eſſet legata, & mihi centum cō
curreremus pro rata,vt hoc text. ergo idem ſi legata eſt libera-
tio,quia vr̄ legata quantitas debita,vt dixi.ſecus qn̄ vni legatur
ſpecies certa,& alij quantitas,& hæreditas non eſt ſoluendo,tn̄
d.Alex.in d.l.quærebatur.ad fin.conatur probare, & non bene,
9 † ꝙ illud legatum liberationis relictum dicatur legatum in ſpe
cie,& non in genere.nam argm̄ d.Alex bene probat, ꝙ aliud ſit
legare quantitatem debitam, & aliud legare quantitatem ſim-
pliciter,vt l.ſi ſic.in prin.ſ̃.eo. tamen per hoc non concluditur,
ꝙ qn̄ legatur ſimpliciter quantitas debita,ꝙ non dicatur legatū
quantitatis ſed ſpeciei.Item ſubdit,ꝙ opi.Ang.eſt æquior, quā
etiam vr̄ tenere ipſemet Pau. in l.procuratoris.§. ſi plures. ff.de
tributor. Mihi tamē plus placet præcedēs opinio.de qua etiam
remiſſiuè d.Alex.ponit in l. 2.§.1. ff.de condi.inde.

### SVMMARIVM.

1 *Hæres per ſuam diſpoſitionem non poteſt præiudicare diſpoſitioni teſtatoris , aut eam immutare.*

### LEX LXXXIII.

1 SI fundū ſub conditione.
¶†Per legatum hæredis non aufertur dn̄ium legatario defuncti. h. d. & ſic hæres per ſuam diſpoſitionem non poteſt præiudicare diſpoſitioni primi teſtatoris , aut eam immutare.l.vnum ex familia.quaſi per totā legem.ĵ.tit.1. vnde etiam ſi primo loco eueniret conditio legati facti ab hærede,licèt ipſi legatario dn̄ium acquireretur, tamen poſtea eueniente conditione legati facti à teſtatore , reuocatur ipſo iure dn̄ium ab iſto ſecundo legatario , & acquiritur legatario teſtatoris,vt hic,& l.ſeruo legato.§.1.ſ̃.eo.& l.fi.§.ſinautem ſub conditione.

ditione.C.cõmunia de leg.& l.Marcellus.§.res quæ.ff.ad Treb. & ſic ampliatur iſte tex.qui loquitur, qñ primo euenit conditio primi teſtamenti,& ſic primi legati,& poſtea euenit conditio appoſita per hæredem in legato eiuſdem fundi, vt procedat etiam in caſu fortiori ècontra, qñ prius extitiſſet conditio ſecundi legati facti per hæredem,quamuis iſte tex. à contrario ſenſu videatur innuere contrarium, ſed talis ſenſus non debet ſumi,vt ſ. declaraui, quia reſultaret abſurdus intellectus.l.conuenticulam.C.de Epiſ.& cler.& gl.in l.2. C.de condi.inſert.

*SVMMARIVM.*

1 *Ius accreſcendi non habet locum inter coniunctos coniunctione legali.*
2 *Legatarius non poteſt legatum pro parte acceptare,& pro parte repudiare.*
3 *Seruus communis plurium dominorum,cui eſt factum legatum, non dicitur vnus legatarius.*

## §. Si ſeruo communi.

Vnus ex dominis poteſt legatum factum ſeruo cõmuni repudiare,& alter poteſt agnoſcere.h.d. Pars tñ repudiata alteri domino agnoſcenti non accreſcit, eo quia dicti dñi non ſunt cõiuncti à teſtatore,qui non fecit mentionẽ niſi de ſeruo,ſed dicuntur ꝯiuncti ꝯiunctione legali rõne
1 dominij,quod habent in ſeruo.† Vnde inter coniunctos cõiunctione legali non habet locum ius accreſc.l. & Proculo.ĩ. tit.1. de quo latè ponit Bar.in l. re coniuncti.in vlt.char. in 5.qõ.prin. vbi dixi.ĩ.de leg.3. Remanebit ergo penes hæredem portio re-
2 pudiata. Ratio dubitandi in hoc text.eſſe potuit,quia † legatarius,cui factum eſt vnum legatum,non poteſt illud reſcindere, & ſic pro parte acceptare,& pro parte repudiare.l.legatarius.ſ.
3 eo.l.neminem.ĩ.tit.1.† Ratio decidendi ponitur hic in tex.in fi. ibi, quaſi duo ſerui ſunt, quia hic ſeruus cõis non dicitur eſſe vnus legatarius propter pluralitatem dñorum. Ratio rationis, quia ſeruus ex iure ſuo non eſt capax, ſed hr̃ pro mortuo.l.qđ attinet.ff.de reg.iur. ſed eſt habilis reſpectu perſonæ dñi.l. ſi mihi & tibi.§.regula.ſ.eo.& ideo magis inſpiciuntur perſonæ dominorum, quæ ſunt duæ, quàm perſona ipſius ſerui tantum.

*SVMMARIVM.*

1 *Libertas legata à primo legatario, an cenſeatur repetita ab eius ſubſtituto.*
2 *Diſpoſitio.l.licèt Imperator.ſupra eo.quòd procedat etiam in legatarijs particularibus.*
3 *Primus legatarius quòd cenſeatur magis dilectus, quàm eius ſubſtitutus.*
4 *Legatum alimentorum nominatim relictum ab inſtituto, cenſetur repetitum à ſubſtituto.*
*Idem in legato ad pias cauſas.*
5 *Arguere licèt de libertate ad piam cauſam.*
6 *Legatum libertatis minuit, ac etiam in totum tollit legitimam, non tamen legata ad pias cauſas,hodie non.*
7 *Correctio iurium non debet induci per ſubauditos intellectus.*
8 *Ea quæ,ſunt in conditione,non dicuntur eſſe in diſpoſitione.*
9 *Aduerſatiua aduerſatur præcedentib.in facto,& in iure.*
*Aduerſatiuæ natura eſt, quòd vno caſu exiſtente, non habet locum diſpoſitio facta in alio.*
10 *Arguere de verbis legis ad verba teſtatoris quod licet, & ècontra.*
11 *Legatum ademptum ſub conditione,an videatur datum in euentum contrariæ conditionis.*
12 *Conſultor, cui tranſmittuntur puncta dubiorum ad conſulendum, & ſimpliciter petatur,quid iuris,tenetur nedum ſuper principalibus, ſed etiam ſuper incidentib. & emergentib. reſpondere, aliàs non videtur conſilium dediſſe.*
*Item debet videre nedum circa merita, ſed etiam circa ordinem iuris, & acceſſoria.*
13 *Cauſam committere conſulendam quid iuris, & quòd conſulat qualiter iudex debeat ferre ſententiam, & diffinire cauſam,quod differant.*
14 *Teſtator quòd poſſit derogare legib. aliquid introducentib.in fauorem ipſius teſtatoris.*
15 *Prouiſio expreſſa teſtatoris quòd faciat ceſſare prouiſionem legis.*
16 *Executore deputato à teſtatore ad exequendum pia legata exiſtente in negligentia,licèt poteſtas exequendi deuoluatur ad Epiſcopum, tamen non deuoluitur ſi alius eſſet datus per teſtatorem data negligentia primi.*
17 *Subſtitutio facta à teſtatore de executore in executorẽ, impedit ne poſt lapſum anni poteſtas exequendi deuoluatur ad Epiſcopum.*
18 *Legatum factum in piam cauſam, non poteſt conuerti in aliam piam cauſam, etiam cum ſuperioris auctoritate, quando teſtator expreſsè prouidit,quid fieri deberet illo non facto.*

## §. Stichum.

Eueniente cõditione ſubſtitutionis in legato appoſitæ,legatum ad ſubſtitutũ
1 pertinet.h.d.ſm Bar.& omnes. ¶†No.primò ex iſto tex.ꝙ ſi teſtator legauit Stichum ſeruum Sempronio, & ſi eum nõ manumiſerit intra annum, legauit eum Titio, elapſo anno eſt in totum Titij.ita cantat iſte text.verùm, quia tex.non aperit, an Titius ſecundus legatarius, ad quem elapſo anno Stichus peruenit,teneatur ipſum Stichum manumittere, nec Docto.tangunt,nec declarant, & eſt neceſſarium ſcire pro intellectu tex.
2 ideo contra iſtum tex.† moueo nouam difficultatem à nemine tactam,& opp. ꝯ tex.ꝙ imò libertas relicta à primo legatario,debeat cẽſeri repetita ab eius ſubſtituto,per reg.l. licèt Imperator.ſ.eo.præſertim fauore libertatis,cuius fauore multa ẽt contra regulas iuris ſunt ſtatuta,vt dicit tex.in §.fi. Inſt.de don. ¶Et quia cogitaui,ꝙ ad hoc poſſet rñderi altero de trib. mod. ideo contra vnamquamq; ex trib. ſolutionib.inſiſtam,& oſtẽdam,ꝙ oppoſitio remanebit incũcuſſa. vnde ſi primò diceres, ꝙ tex.in d.l.licèt Imperator.procedit in inſtituto, & ſubſti.vniuerſaliter in hæreditate, in quẽ tranſeunt iura hæreditaria actiuè,& paſſiuè,& qui cenſetur in omnib.& per omnia eſſe ſubſtitutus hæredi.l.cohæredi.in prin.ff.de vulga. & pup. & l.Iul.ff.de hæredi.inſti.ſed iſte text. loquitur in legatarijs ſingularib.vnius ſerui particularis, quia rñdetur hoc probari per rationem,quã
* aſſignaui in d.l. licèt Imperator. *& ibi communiter tenetur*: quia
3 primus legatarius cenſetur magis dilectus à teſtatore, † quàm eius ſubſt.l.Publius.§.1.ff.de condi. & demonſt.Si ergo teſtator grauauit onere manumittendi Stichum primum legatarium, quem magis dilexit,multò fortius videtur grauaſſe eius ſubſtitutum,quem minus dilexit.Item legatarius in re legata dicitur hæres.d.l.id tempus.§.1.ff.de vſucap.Bar.in l.ſi ſic.§.fi. vbi tñ vide quæ ibi dixi ſ. eo. Tertiò non eundo per mendicata ſuffragia,illa regula.l.licèt Imperator.procedit non ſolum in hærede grauato legatis, & poſteà hæreditas peruenit ad ſubſtitutum, ſed etiam procedit in legatario,à quo fuit relictum onus legati vel fideicõmiſſi,ſi poſtea teſtator priuauit legatariũ, & tranſtulit legatum in alium legatarium, cenſetur tranſlatum cũ onere iniuncto primo legatario.l. Caio.in prin.ff.de alim.& cib.leg. l.alumnę.in prin.ff.de adi.leg.& ita in ſpecie tenẽt Pau.de Caſt. & d.Alex.in d.l.licèt Imperator. & ibidẽ firmaui in 6. amplia. ergo iſta.1.ſolu.nullatenus poteſt procedere.¶Secundò poſſes dicere,ꝙ hic legatum libertatis fuit nominatim relictum à primo legatario expreſſo eius proprio nomine,ſcilicet,Sempronij, quo caſu relictum factum à primo nominatim expreſſo nomine,non cenſetur repetitum à ſubſtituto.l. ſi plures.in fi.ff. de leg.3.Bar.in d.l.licèt Imperator.in ſecunda oppoſitione, vbi dixi.quia dico,ꝙ licèt iſta ſolutio videatur prima fronte multũ colorata,& applaudere aurib. audientium, tñ non poteſt pro-
4 cedere,† quia egò habeo, ꝙ fauore alimentorum legatum alimentorum nominatim relictum ab inſtituto expreſſo nomine proprio cenſetur repetitum à ſubſtituto,vt eſt tex.in l.4.§.fi. & ibi Bar.ad hoc no.ff.de alim.& cib.leg.Idem Bar.in l.Mela.in prin.eod.titu.ergo idem fauore libertatis, cuius fauore vt dixi multa contra ius ſtatuta ſunt. Item idem dicimus fauore piæ cauſæ, ꝙ legatum relictum nominatim expreſſo proprio nomine ab inſtituto,cenſeatur repetitũ à ſubſtituto,per d.l. Mela. in verbo,pietatis intuitu. & ita in ſpecie firmat Ludo. Rom.in repe.Auth.ſimiliter.C.ad l.Falc.in vigeſimo ſpãli piæ cauſæ inter vltimas volun.Idem firmat do.Alex.in d.l.licèt Imperator. in 4.col.& in l.ſi duob.§.1.ſ.eo.ergo idem in libertate, quæ dicitur pia cauſa,vt eſt text.melior de corpore iuris in l.1. ad fi.in verbo ad hanc rationem pietatis, & ibi Bald. ad hoc not.C.de
5 cõm.ſeruo manu. ¶†Item bonum eſt argumentũ de libertate ad piam cauſam,& ècontra,vt no. Barto.in l.proximè.§.1.ff.de his,quę in teſta.delen.& in l.ſi vnus.C.de teſt.cum alijs concor. quas dedi.Imò fortius fauorabilius videtur eſſe legatum liber-
6 tatis,quàm ſit legatum piæ cauſæ. † Nam legata ad pias cauſas non diminuunt legitimam filijs,quia qui Eccleſiam vult inſtituere,& filium à legitima exhæredare, alium quærat pro conſilio quàm Auguſtinum,dicit tex.S. Aug.17.q.vlt. in c.fi.gl.in l. ſi quis ad declinandam.cum ſimil.C.de Epiſc. & cler. & glo.in l.Papin. ff.de inoffic. teſta. & tamen legata libertatum non ſolùm diminuunt legitimam filijs, imò in totum priuant.text.eſt in d.l.Papin.§.quarta autem.ff.de inoffi teſta.& ibi Raph. Fulg. in 3.notab.expreſsè notat per illum tex. ꝙ fauorabilius eſt lega
* tum libertatis,quàm legatum piæ cauſæ. Et licèt gl. *& communiter Doct.* in d.§.quarta autem.dicant, ꝙ illud procedit ſecundum iura Digeſtorum,& C. ſed ꝙ hodie legata libertatum nõ minuunt legitimam filij,per text.in §.prohibemus. in Auth.de triente,& ſemiſſe.colla.3. tamen re vera ſi bene conſideres tex.
7 ibi non loquitur in libertatib.& glo.ibi aliter tenet,† & vitanda eſt legum correctio.l.præcipimus.in fin. C.de appella. Item per

ſubauditos

subauditos intellectus non debet induci correctio iurium, vt dicit gl.not.in c.cupientes.§.ꝙ si per 20.de elect. in 6. & sic etiã ista secunda solu.nullatenus potest procedere. ¶Tertio modo posset responderi, ꝙ oppo.procederet, quando libertas fuisset purè relicta Sticho à primo legatario, tunc intelligeretur repetita ẽt à substituto, & sic à secundo legatario: sed hic manumissio Stichi non erat in dispositione, sed in conditione, si Sempronius Stichũ infra annum nõ manumiserit, & † ea, quæ sunt
8 in conditione, [a] non dicuntur esse in dispositione. l. si quis sub conditione dandorum decem.ff.si quis omis. cau.testa. Et ista tertia responsio videtur satis colorata, tamen nec ista videtur posse procedere, quia imò in hoc text. libertas videtur relicta à primo, vt satis innuit principium huius tex. ibi, Stichum Sempronio do, lego, & sic voluit, ꝙ eum manumitteret infra annũ, & si eum non manumitteret, eundem Stichum legauit Titio, aliàs sequeretur, ꝙ si testator dispositiuè dixisset, lego Stichum Sempronio, & volo, ꝙ eum manumittat infra annum, & sic dispositiuè, & si ipsum non manumiserit, eundem lego Titio, ꝙ isto casu non procederet iste tex. secundum istam solu. quia post annũ efficeretur liber, & non esset Titij, & tñ hoc nõ videtur verum, quia iste tex. generaliter ꝓcedit, etiam si à Sempronio fuisset purè relicta libertas Sticho, & postea adiecta conditio, nam testator, qui reliquit libertatem purè seruo, potest eam auferre, & sibi adimere l.seruum filij.§.si idem.s̃.eo.& l.si idem seruus.ĵ. titu. 1. Item si istud grauamen non fuisset impositum Sempronio dispositiuè, sed cõditionaliter, & propter hoc propter lapsum anni non fit liber, sed perueniat ad Titium, cui secundò fuit legatus, isto modo nulla esset dubitatio istius text. prout etiam dicit Pau. de Castr. & sic videtur per prædicta, ꝙ intellectus huius tex. in hoc reddatur ambiguus, tamen de mẽte literæ, & etiam de mente Doctorum est, ꝙ elapso anno Stichus erit in totum Titij, & non erit amplius liber, nec Titius tenebitur eum manumittere, & sic præualebit secundum legatum expresse factum de Sticho, & ita in specie tenẽt Imo. Pau.de Cast.do.Pet.de Bex.& Iaco.Puteus, & neminem inuenio contradicere.tamẽ prædicta vrgent ad oppositum, de quibus nemo Scribentium facit mentionem. vnde considera pro intellectu huius tex. qui non negat apertè, quin secundus legatarius, & sic substi teneatur Stichum manumittere. Nec istud apertè decidit. Tu tamen potes dupliciter inducere istum tex. ad probandum, ꝙ Titius secundus legatarius non censeatur grauatus de manumittendo Stichum. ¶Primò, quia tex.in fin. dicit, seruum totum ad Titium pertinere, si totum, ergo pleno iure, ergo sine onere manumittendi. Et si dicere, ꝙ licèt iste tex. in fi. dicat seruum totum ad Titium pertinere, per hoc, ꝙ dicit totum, non sequitur necessariò, ergo non tenetur Stichum manumittere, patet, quia etiam in primo legatario tex. dicit, respondi Sempronium interim totum habiturum, & licèt dicat totum, tamen tenebatur eum manumittere. Posses respondere, & bene, ꝙ tex.in primo casu nõ dicit totum simpliciter, sed addit interim totum, & sic limitatiuè. ¶Secundò potes ponderare istum tex. qui dicit, si intra annum manumisisset, liberum effectum, si autem hoc non fecisset, totum ad Titium pertinere, ergo satis vult, ꝙ isto secundo casu non efficiatur liber, put
9 in præceden. propter aduersatiuam † si autem, quæ debet aduersari præcedentib. in facto, & in iure. l. sed si lege. in fi. cum gl. ff.de peti.hæred. latè Bart.in l.hoc amplius.§.de his autem.ff.de dam.infect.& istud induco fortius. nam aduersatiua importat, ꝙ vno casu existente nõ habeat locum dispositio facta in alio casu, ita no.Bar.Bal.& alij in l.si ita scriptum. ff.de libe.& posth. & ideo tunc nunquam inducitur repetitio legatorum præcedentium, secundum Bar.in l.in repetendis.in vlt.q. ff.de leg.3.& in d.l. si ita scriptum. & ista erit quarta solutio ad oppositionẽ superius factam.tamen Bar.in dictis locis loquitur, quando testator est ille, qui vtitur talib. aduersatiuis, tunc bene videtur velle, ꝙ vno casu existente non habeat locum dispositio facta in alio casu, nec tunc inducatur repet.legatorum præcedentiũ, sed in hoc tex.ista aduersatiua si autem, est aduersatiua legis, &
10 non testatoris, nisi dicas, † ꝙ licitum sit arguere à verbis.l. ad verba testatoris, & ècontra.l.si quis legauerit.& ibi Bar.no.ĵ.eo. & l.qui filium.§.Sabinus.& ibi Bar.no.ff.ad Treb. & l.si fuerit.§. quæstio hæc.& ibi Bar.no.ff.de manumis. testa. & ita habes be-
11 ne ruminatum intellectum huius tex. ¶†Secundò not.ex hoc tex. ꝙ legatum ademptum sub conditione, nõ videtur datum in euentum contrariæ conditionis, imò remanet purè ademptum, quod videtur contra l. qđ purè.ff.quando dies leg.ced. & l.si post mortem.§.fin.vbi dixi.s̃.eo.dic, ꝙ ideo istud hic contingit, vt legatum ademptum sub conditione, non intelligatur datum in euentum contrariæ conditionis, eo quia contraria conditio est impossibilis cum ipso legato duplici cõsideratione: nã testator hic ademit à primo legatario si nõ manumitteret seruũ leg. ĵ.annum, certè si diceremus, ꝙ videretur ei datũ in euentum contrariæ conditionis, istud est impossibile, quia contraria conditio est si manumitteret, & sic videretur ei legatus eo casu, quo esset manumissus, qđ est quid impossibile, q̃a manumissus, & sic liber, non potest legari. Secunda ratio, quia in defectum conditionis seruus fuit legatus Titio, & sic alteri, vnde contraria conditio si eum manumitteret, est impossibilis, quia seruum alienum manumittere non potest. l. seruo. C. de testa.ma.nisi de facto, iuxta.l.mulier.in prin.ff.de condi.insti. ¶Tertiò not.ex tex.ibi, quæsitum est quid iuris esset, secundum
12 Ang Imo.& communiter alios † ad puncta dubiorum, quæ transmittuntur ad consulendum, & simpliciter petitur, quid iuris, nam per ista verba intelligitur petitum cõsilium super quolibet dubio ex facti narratione resultãte, tam super principali, quàm super incidentib. & emergentib. & ad omnia tenetur cõsultor respondere. Facit tex.in l.filiusfa.§.apud Marcellum.ĵ.e. & tex.in c.1.in prin.in verbo quid iuris.de controuer.inuesti.& ibi dicit Bal.in 2.col. ꝙ quæstio est generalis, & omnia capitula complectitur. vnde si committitur alicui quæstio consulenda per istum modum, quid iuris, nisi super omnib.consilium reddat, non vr̃ consilium reddidisse.l.quid tamẽ.ff.de arbitris. Item adde Ang.& Imo. in l.cũ stipulatus sim mihi à Proculo.§.fi.ff. de verb.obl.Imo.in l.qui quadringenta.in prin.per illum text.ff. ad l.Falc.Ang.Imo. & do.Alex.in l. Titia diuortium.per illum tex.ff.sol.mat.& tex.in c.3.in verbo quid iuris sit.& ibi Cano.de consue. Item adde Ang.in l.quærebatur.in prin.ff.de testa.milit. vbi not.illum text.in verbo quid iuris, ad commissionem, quæ tota die fit consultorib.per istud verbum quid iuris sit, est enim ita prægnas commissio, ꝙ eius vigore potest inuestigare consultor omnia antecedentia, sequẽtia, & connexa s̃m eum. Item adde text.notabilem in l.eius qui in prouincia.in prin. ff. si cert. pet.in verbo consulebatur quid iuris esset. iunctis seq. per quæ no.ibi Ang. ꝙ qñ causa committitur alicui consulenda per ista verba, quid iuris, tunc consultor debet videre non solùm circa merita causæ, sed etiam circa ordinem iuris, & nõ solùm circa principales causas, sed etiam circa accessorias. ¶Sed aduerte, ꝙ licèt prædicta sint de iure vera, tamen iste text. non vr̃ probare notabile.s̃.scriptum, cùm in isto text. si bene aduertis, non fuit responsum super omni dubio resultante ex themate proposito, sed solùm super eo, qđ parum dubij vr̃ habere, & omissum fuit illud, quod erat valde dubitabile, an Titius secundus legatarius, ad quem ex legato peruenit Stichus, teneatur Stichum manumittere, sicut tenebatur primus legatarius, prout latè deduxi.s̃.in 1.not. ¶Item pro limitatione prædictorum vide omnino Bal.in c.1.ad fin.de lit.contest. vbi magistraliter dicit, ꝙ est magna differentia, ꝙ causa committatur cõsulenda, vt videatur quid iuris, tunc cõmissio est ampla, & valde generalis, vt iu-
13 rib.præalleg. † Sed si committeretur, vt consultat, qualiter iudex debeat ferre sñiam, & diffinire causam, tunc est valde restrictiua cõmissio, ideo dicit Bal. vidisse quendam magnum aduocatum adhibere pulchram cautelam: nã contumax in rñdendo positionib. habetur pro confesso. c.2. vbi gl.& Doct. de confessis.in 6.& dum clientulus suus deberet haberi pro confesso, fecit cõmitti causam consilio sapientis sub hac forma, quæ essent partes iudicis in diffiniẽdo, & quia non erat pronunciatũ, ꝙ positiones haberentur pro confessatis, non potuit consultor consulere super positionib. tanquã confessatis, & sic stetit actor absq; probatione ex forma cõmissionis, & sic nihil nocuit fuisse contumacem in rñdendo, vt ibi notabiliter per eum, quod valde no.& teneas cordi. ¶Capio gl.in verbo pertinere. quæ opponit, & tripliciter soluit. ¶In ea.gl.ibi, vt ibi notatur. ista. 1. sol.
14 gl.potest esse bona eam sic declarando, † ꝙ licèt testator non possit derogare legib. aliquid introducentib. pro forma, & validitate actus.l.nemo potest.s̃.eo.tñ potest derogare leg. aliquid introducentib. in fauorem ipsius testatoris.l. 2. & pen. C. vt in pos.leg.gl.in d.l.nemo potest.in gl. fi.in fi. cùm ergo cõstitutio, de qua in gl.faciens seruum liberum eo casu, quo seruo non sit data libertas intra tempus taxatũ à testatore, fuerit introducta in fauorem testatoris, & in executionem voluntatis, ideo testator potuit ei derogare, & ei prohibere.l.1.& 3.ff.de serui.expor. & l.si pecuniam.§.1.ff.de condi. ob causam. Item dicta constitutio vr̃ inducta principaliter fauore testatoris, seu domini, & non mero fauore libertatis, vt in iurib. pręallegatis, & in l.1.& 2. C.si manci.ita fue.alie. Ideo dicta constitutio hic non succedit,
15 quia testator expresse disposuit, quid futurum esset † de seruo post

ADDITIO.

a ¶Ea quæ sunt in conditione. Sed an filij positi in conditione intelligantur esse in dispositione, gl.in l.Lucius.ff.de hære.insti.& est communis opin.quod non.vide per Alex.de Imo.in consi.109.ibi, non obst.argu. in contrarium.in 2.volum.

poſt tempus, & ſic expreſſa prouiſio teſtatoris facit ceſſare prouiſionem legis, & ſic dictæ conſtitutionis. l. fi. ad fin. C. de pact. conuen. l. & habet. §. cū quis. ff. de præca. & l. maritus. C. de procur. præſertim, quādo prouiſio legis eſt inducta de iure ſpeciali, vt in caſu præſenti, prout dicit gl. no. in l. 2. & ibi Bar. & Doct. C. de iure emphy. Barto. in l. 1. §. vnde quæritur. ff. de publica. & cum iſta ſolutione tranſeunt in effectu Bar. & alij, & hanc tene,
16 quia aliæ duæ ſolu. glo. ſunt diuinatiuæ, & nihil valent. ¶† Vlt. per iſtum tex. infert notabiliter Bal. cum quo alij trāſeunt: nam
a certum eſt, ꝙ ſi executor deputatus [a] in teſtamento ad legata pia exequenda non exequatur piam voluntatem defuncti intra annum, priuatur officio, & poteſtas exequendi deuoluitur ad Epiſcopum. l. nulli. & l. ſi quis ad declinandam. C. de Epiſc. & cler. & §. ſi autē pro redēptione. in Auth. de eccle. titu. collat. 9. & c. nos quidem. & c. ſi hæredes. & c. tua nobis. de teſta. Iſtud eſt verum, niſi teſtator prouidit de alio executore in caſu, quo primus eſſet negligens in exequendo intra annum, tunc prouiſio teſtatoris facit ceſſare ꝓuiſionem legis, & ſic, ꝙ in caſu negligentiæ primi executoris executio non deuoluatur ad Epiſcopum, ſed ad alios executores ſpecialiter deputatos ab ipſo teſtatore, & ſecundum hoc poſſet ſumi cautela, ſm̄ Bal. quem ſequuntur Imo. & Flor. ꝙ à teſtatore prouideatur de pluribus executorib. ſucceſſiuè, & hoc modo rarò poteſtas deuolueretur ad Epiſcopum, qđ bene no. Sed aduerte, ꝙ licèt Doct. ita tranſeant, tamen iſte tex. nihil videtur ad hoc facere, quia teſtator poteſt prohibere ſeruum manumitti. Item poteſt prohibere, ne illa conſtitutio diuorum Marci & Commodi locum habeat, quę facit ſeruum ipſo iure liberum, ſi non manumittatur intra tempus à teſtatore taxatum, vt s̄. proximè dixi, ſed teſtator nō poteſt prohibere, quin executio deuoluatur ad Epiſcopum, imò elapſo anno poteſtas exequendi deuoluitur ad Epiſcopum, etiam ſi contrarium voluit teſtator, vt eſt tex. in d. §. ſi autem pro redemptione, & in d. l. ſi quis ad declinandam. & in d. c. tua nobis. Bar. in l. centurio. ff. de vulg. & pup. in 2. q. prin. in verſi. ſed quid ſi dixit teſtator, ſi filius meus deceſſerit ſine liberis, &c. Item ꝙ execu. deuoluatur ad Epiſcopum elapſo anno, videtur reſpicere publicam vtilitatem, quia fauore piæ cauſæ, & fauore pauperum iſtud fuit introductum, ergo non poteſt teſtator illi derogare. l. quod de bonis. in prin. ff. ad l. Falc. & c. ſi diligenti. de foro compet. & ſic in hoc text. dic, ꝙ teſtator non poteſt directò prohibere, ne elapſo anno execu. deuoluatur ad Epiſcopum, quando non prouidet ſibi de alio executore, & ſic teſtator non poſſet diſponere, ꝙ ſi executores fuerint negligentes intra annum, quin execu. deuoluatur ad Epiſcopum. ita loquuntur iura præallegata. ſed ſi teſtator in negligentiam primi executoris expreſsè prouideret de alio, & ſucceſſiuè de alijs executorib. tunc iſto modo bene poteſt facere teſtator, ne execut. deuoluatur ad Epiſcopum, quia vt ibi dixi, prouiſio hominis facit ceſſare prouiſionem legis, & iſtud eſt vtile, quia multoties Epiſcopi iſta relicta ad pias cauſas malè diſpenſant, & conuer-
17 tunt in proprios vſus, & ſuperfluos. ¶† Item ad iſtam deciſ. Bal. adde, qđ no. idem Bal. in l. vnica. in prin. in 2. col. C. de cad. toll. vbi not. argumentum ex illo tex. ꝙ ſubſtitutio facta à teſtatore de executore in executorem impedit, ne per lapſum anni po-
18 teſtas exequendi deuoluatur ad Epiſcopum. † Item adde bene facere, ꝙ legatum relictum in vnam piam cauſam poteſt conuerti in aliam piam cauſam cum auctoritate ſuperioris, iuxta l. legatum ciuitati. & ibi Bart. ff. de vſufr. leg. & cle. quia contingit. de relig. dom. Illud ꝓcedit, niſi teſtator expreſsè prouiderit, quid fieri debeat illo non facto. ita notabiliter tenet Bart. in l. liberto. §. Lucius, per glo. ibi. ff. de ann. leg. Bald. in l. dicta n. in pen. colum. C. de condi. ob cauſam.

ADDITIO.

a ¶Si executor deputatus. Pone, quòd executoribus non eſt præfixus terminus in teſtamento ad diſtribuendum bona, quæ diſtribui mandauit teſtator in teſtamento ſuo, tunc Epiſcopus loci præfigit, & ſi erunt negligentes executores, exequitur Epiſcopus. no. in c. ſi hæredes. de teſt. & 6. q. 1. c. Syluester. vide per Petr. de Ancha. in conſi. ſuo. 45. & tene menti.

*SVMMARIVM.*

1 *Domus conſiſtit ex ſolo, & ſuperficie, ſecundum Legiſtas, ſed ſecundum Dialecticos ex ſolo, parietib. & tecto.*
2 *Superficies eſt ſupra ſolum.*
3 *Aedificium eſt commune ad totam domum, & ad ſuperficiem. Aedes pro omni ſpecie ædificij capitur.*
4 *Domus appellatione non continetur omne ædificium, ſed appellatione ædium ſic.*
5 *Vrbana ædificia, ædes; ruſtica, villæ dicuntur. Villa etiam pro vico, ſeu vnitate plurium domorum capitur.*
6 *Superficies ſola ædificij quando exceptuata eſt à legato fundi, tunc ſeruitus itineris, & actus deberi non poteſt, ſed quædam commoditas eundi, ſecus quando ſuperficies ſimul cum ſolo exceptuatur.*
7 *Seruitus tranſit cum re, quando eſt realis, ſecus eſt, quando eſſe perſonalis.*
8 *Dominium rei, quæ venit tacitè in legato, an tranſeat ipſo iure.*
9 *Exceptio in dubio intelligitur facta ſecundum naturam rei exceptuatæ.*
10 *Teſtator quando à legato fundi excepit ædificium, an tunc ſeruitus ipſo iure debeatur, vel per hęredem habeat redimi.*
11 *Seruitus in actibus inter viuos non cenſetur impoſita ipſo iure, niſi dicatur, & nu. 13.*
12 *Fundus, vel domus communis ſi in plures diuidatur, nō poteſt vnus per partes aliorum ire, niſi expreſsè ſit dictum.*
14 *Fundo vendito, non dicitur venditus acceſſus, vel via per alium fundum venditoris, niſi dicatur.*
15 *Vicino ſi concedantur duo pedes terrę, vt ibi aquam proijciat, an videantur conceſſi iure proprietatis, vel ſeruitutis.*
16 *Nuce legata quid veniat.*
17 *Fundus ſi vendatur excepta tali arbore, quæ inciſa poſteà pullulauit, cuius ſint pullulationes.*
18 *Eccleſia ſi conceſſit in emphyteuſim oliuetum in tali loco ſitum, an intelligatur conceſſio de arboribus oliuarum, an de ipſo ſolo.*

1 §. Qui fundum. † Teſtator excipiens ędificiū à legato fundi, vr̄ in dubio etiā excipere ſolum, in quo cōſiſtit. Item per fundum legatum debet hæredi conſtitui ius neceſſarium eundi ad ipſum ædificiū.
2 hoc dicit. † Et pręmitte, ꝙ habemus. 4. vocabula, domum, ſuperficiem, ędificium, & ędes. Domus ſm̄ Dialecticos conſiſtit ex trib. ſ. ex ſolo, parietib. & tecto. ſed ſm̄ nos Legiſtas conſiſtit ex duob. ſ. ex ſolo, & ſuperficie. l. eum qui ędes. in prin. ff. de vſucap. glo. in l. ſolum. ff. de rei vend. Superficies autem dr̄ illud, ꝙ eſt. s̄. faciem terræ, & ſic id, quod eſt. s̄. ſolum, qn̄ ſolum eſt alterius, & id, quod eſt. s̄. ędificatum, eſt ſuperficiarij, vnde dicit tex. in l. ſuperficiario. ff. de rei ven. ſuperficiario. 1. qui in alieno ſolo
3 ſuperficiem ita habet, vt certam pēſionem præſtet. † Aedificiū autem eſt vocabulū commune, & pōt ſumi pro tota domo. Item pro ſola ſuperficie, vt hic in text. Aedes verò pro omni ædificio, & omni ſpecie ædificij capiuntur. ita dicit tex. in l. qui ædes, in fi. ff. de incen. rui. nau. & in l. 1. §. deinde. ff. de cloacis. ibi
4 dicit Bart. † ꝙ non omne ædificium cōtinetur appel. domus, ſicut continetur appellatione ędium, q̄a domus conſiſtit ex parietibus, tecto, & fundamento, vt prædixi. ¶Hoc præmiſſo iſte ſubtilis. §. diuiditur in 4. partes. In prima quæritur, quando legatur fundus excepto ædificio, quid veniat in exceptione ędificij, an intelligatur de ſola ſuperficie, an etiam de ſolo, in quo ſitua tum eſt ędificium. In ſecunda reſpondetur, ꝙ ſi conſtat teſtatorem intellexiſſe de ſola ſuperficię, tūc exceptio facta de ſuperficie ſine ſolo mero iure nō valet, neque tenet, quia ſuperficies naturaliter cedit ſolo, nec eſt poſſibile, ꝙ ſit alterius, quā eius, cuius eſt ſolum, in quo ſituata eſt. l. obligationum ferè. §. placet. ff. de act. & obl. & ſic mero iure totus fundus per legatarium vendicari poterit, tamen ope exceptionis hæredi ſuccurritur ꝑ ſuperficie, vt voluntas defuncti in effectu melius ſa luetur quā poſſit, & ſic vt habitationem ædificij habeat, & commoditatem eundi per fundum legatum ad ipſum ædificium. In tertia loquitur, quando teſtator excipiendo ædificium intellexit in ſuperficie ſimul cum ipſo ſolo, & ſic voluit dominium directū ſoli in quo eſt ædificium tanquam ſeparati à totalitate fundi eſſe ipſius hæredis, & tunc legatarius poterit ſolùm vendicare, alias partes fundi legati, ſed non ipſum ædificium, nec ſolùm, in quo ſituatum eſt, tāquam ſi de vno fundo eſſent effecti duo: & tunc ſeruitus propria, & vera itineris, & actus debetur ipſo iure ædificio, cùm hæres habeat directum dominium ædificij, & ſoli, ergo ſibi propria debetur ſeruitus. l. 1. ff. communia prædi. & ſic fundus legatarij ſeruiet ædificio hæredis. ſecus eſt in verſi. præcedenti, vbi non eſt propria ſeruitus ſed quædam cōmoditas eundi, ex quo non erat alius acceſſus ad ipſam ſuperficiem niſi per alias partes fundi legati. vnde teſtator videtur hæredi reſeruaſſe illam facultatem accedendi, vt hic, in ver. pręcedenti, & l. teſtatrix. in prin. ff. ſi ſerui. vend. In quarta deciditur, quòd in dubio, quando non conſtat quę fuerit voluntas defuncti excipiendo ſimpliciter ædificium à fundo legato, intelligitur excepiſſe ſuperficiem ſimul cum ipſo ſolo, ſine quo ædificium conſtare non poteſt. Secunda ibi, ſi de ſola. Tertia ibi, ſi verò ſolum. Quarta ibi, ſed inclinandum eſt. & ſic habes explanatum ſubtilem, & pulchrum. §. ¶ In text. ibi, villa. iſte text. tertio vtitur iſto vocabulo villa, & ponitur pro ædificio poſito in
5 rure. † nam vrbana ædificia, ædes: ruſtica, villæ dicuntur. ita dicit Iuriſconſultus in l. fundi appellatione. ff. de verborum ſignificatio. facit. l. ſi ita. §. ſi ff. de fundo inſtruc. & l. fundi. ff. quibus

bus modis vsusfruc.amit.& l.hæres.& ibi gl.declarat. ff.de vsu-
fruc.leg. inde venit villicus, qui propter fructus percipiendos
in rure præponitur, vt inquit Iurisconsultus in l. si cum villico.
a ff.de insti. Aliquando etiam villa [a] capitur pro vico, seu pro
vnitate plurium domorum sine muris, vt declaraui in l. si hæ-
6 res.§.vicis.supra eod.¶†Not. primo ex isto tex. ꝙ quando sola
superficies ædificij est exceptuata à legato fundi, tunc seruitus
propria itineris,& actus deberi non potest, sed quædam com-
moditas eundi,prout etiam dicit glo.per l.olympico.quæ est l.
fina.ff.de seruit.vrba.prædio.secus quando exceptuatur superfi
cies simul cum solo,in quo situata est, tunc seruitus propria
itineris,& actus intelligitur tacitè legata & debetur, vt hic. Rō
diuersitatis est,quia in primo casu,ex quo ipsum solum in quo
situatum est ædificium remansit in totali dominio legatarij, ꝑ
consequens etiam dominium directum superficiei pertinet ad
eundem legatarium fundi,cùm vt superius dixi superficies ce-
dat solo, nec possit esse alterius quàm illius,cuius est solum,er
go cùm aliæ partes fundi sint etiam ipsius legatarij, ergo non
possunt ei seruitutem debere,quia res sua propria alteri rei suę
seruire non potest.l.iure communi.& l.si quis ædes.in princ. ff.
de serui.vrba.prędio.& l.vti frui.in princip.ff.si vsusfru. pet. Itē
cùm hęres non sit dominus directus neque soli,neque ædificij,
sed habeat nudam habitationem,& solùm vtile dominium in
sola superficie,sequitur, quòd vera seruitus prędialis ei,qui nō
habet dominium proprium fundi,constitui non potest. l. 1. ff.
communia prędio.& l.2.§.1.ff.si serui.vendi. secus est in secun-
do casu,in quo directum dominium soli, & ædificij est ipsius
hęredis,tunc debetur sibi propria seruitus. d. l. 1. ff.communia
prædio.& sic fundus legatarij seruiet propriè ędificio hęredis,
& est vtile scire,an sit seruitus propriè,an solùm quędam com
7 moditas,†quia si est seruitus,in quemcunque hęres alienaret su
perficiem,transiret seruitus realis.l.via constitui. §. si fundus. ff.
de serui.rustic.prædio. quia cùm sit ius reale, concomitatur ip-
sam rem,& sic transit in quemcunque res vadat, secus si nō est
seruitus,sed commoditas,quia esset personalis,tunc non transi
ret in aliam personam, nisi de nouo concederetur per domi-
8 num,d.l.si quis ædes.in prin.ff.de serui.vrb.prędio. ¶†Secundò
no.diligenter ex tertia parte text. ibi, & seruitus ipso iure villę
debebitur.quod in legato,quod venit tacitè, transfertur domi
nium ipso iure. nam hic ista seruitus realis itineris,& actus non
fuit expressè legata hęredi,vt ei prestetur à legatario, sed venit
tacitè in consequentiam ędificij exceptuati, & tamen text. iste
dicit,quòd seruitus ipso iure debetur,& sic hic videtur text. ad
literam contra illud,quod vbique tenet Bar. quòd ex legato ta
cito non transferatur ipso iure dominium,sed solùm ex expres
so.ita tenet Bar.in l.seruum filij.§.fi.& in l.1.in vlti.colum.supra
eo.& in l.si ancilla.§.emptor.ff.de rei vend. & ita contra Barto.
ponderant istum tex.Raph.Cuman.& Are. in d. l. seruum filij.
§.fi.vbi dixi.& quamuis glo.mag.hic in prin.dicat, quòd in isto
tex.dictio ipso iure,stat impropriè, certè hoc est destruere, &
violare tex.Item istam expositionem non potest pati iste text.
eo quia subdit similitudinariè,non secus ac si duorum fundorū
dominus alterum legauerit, vt alter seruiret,quo casu con-
stat seruitutem expressam transire ipso iure sine impositione.l.
si partem.§.1.ff.quemadmod.ser.amit.& l.1.in verbo ipso iure,
& in l.si in verbo vendicare.ff.de serui.leg.ergo similiter, quan-
do seruitus debetur,tacitè transit ipso iure, vt expressè dicitur
in litera,& pro certo iste tex.fortiter vrget contra Bar.si non ca
uilletur.saluando Bar.potes ad istum tex.respondere altero de
duob.modis. Primò,ꝙ ex legato tacito non transfertur domi-
nium ipso iure, verum est in legatarium, ita propriè loquitur
Barto.sed bene transit ipso iure de legatario in hæredem,& sic
de fundo legato in ædificium exceptuatū, & ita procedat iste
tex.sed hic esset opus bona ratione diuersitatis. Secūdò modo
potes respondere, prout etiam dixi in d.l.seruum filij.§.fi.quòd
hoc legatum non est omnino tacitum, prout loquitur Bartol.
quia iste tex.loquitur, quando testator legauit vnum fundum
vni,sed non simpliciter,sed excepto ædificio, & sic excepit su-
perficiem simul cum ipso solo,quo casu ex verbis testatoris ap
paret,quòd non vult legare fundum liberum,sed à fundo lega
to vult deberi seruitutem itineris, & actus ad ædificium exce-
ptuatum, & sic est perinde ac si seruitus esset specialiter, & ex-
pressè à testatore apposita, ideo tunc acquiritur ipso iure, ta-
men vt dixi re vera iste tex.vrget contra Bartol. vt dictum est,
quicquid potest dici ad saluandum Bar.¶Tertiò,& vlti.not. ex
vltima parte tex.ibi,sed inclinandum est,ꝙ in dubio alio nō ap
parente de voluntate testatoris,testator simpliciter excipiendo
ædificium intelligitur excipere superficiem simul cū solo, cui
9 cohæret.†Ex quo correlariè no.quòd exceptio in dubio intelli
gitur facta secundum naturam rei exceptuatæ,nam ædificium
naturaliter consistit ex solo,& superficie. l. eum qui ædes. cum
ibi no.ff.de vsucap.& declaraui supra in princ. vnde testator,ꝗ
excipit ædificium,intelligitur excipere quamlibet eius partem,
& sic superficiem,& sic solum.¶Capio glo. in verbo ipso iure.
ista gl.videtur obscura,& non declaratur à Scribentibus, ideo
diuide eam intellectualiter in 3.partes. In prima timore vnius
contrarij,quod statim formabo, gloss. dupliciter intelligit illa
verba ipso iure,& sic ponit duas solu. ad dictum contrarium.
In secunda propter aliud contrarium,quod statim etiam infra
formabo,gl.ponit alias duas sol. In tertia allegat quatuor con-
cordantes ad tex.Secunda ibi,& ad hoc cogitur. Tertia,& vlti.
10 est ibi,& facit supra si vsusfru.¶†Redeo ad primam, & oppo-
no contra tex.qui in tertia parte vult, ꝙ quando testator exci-
piendo ædificium sentit etiam de solo, quòd seruitus ipso iure
debeatur.Contra,ꝙ imò seruitus non dicatur ipso iure debita,
imò debeat per hæredem redimi,vt est text.in l. seruum filij. §.
fi.s̄.eod.quamuis glo. in vltima parte alleget pro concordanti,
imò quando esset debita,adhuc non competeret ipso iure, sed
debet per legatarium grauatum constitui,vt l.si tibi liberum.ff.
de act.empt.gl.huius timore exponit dupliciter illa verba. Pri-
mò ipso iure.i.æquissimo iure.Istam expositionē tenent Ang.
& Flo.per tex.fortem,quem etiam sic exponunt in l.pen.C. de
suis & legit.vbi dicit text. ꝙ filius succedit matri ipso iure. hoc
videtur impossibile, cùm filius quo ad matrem sit extraneus,
vnde etiam ibi intelligitur ipso iure.i.æquissimo iure,cùm com
mune votum parentum, & naturæ sit,vt eorum hæreditates
ad suos descendentes confluant.l.scripto.ff.vnde liber. & ita ēt
secundum Ang.dicebat ibi Frāciscus Tigrini præceptor filius,
licèt Bar.in d.l.pe.intellexerit ipso iure,si volunt, & sic si adeant
hæreditatem,quod dicit Ang.se reprobasse in repe. l. ventre.ff.
de acq.hære.Secundò modo exponit glo.ipso iure,quia isto ca
su seruitus debetur de iure, secus in vers. præced. vt declaraui
in tex.in 1.no Sed vtraque expositio gl. violat literam,ideo dic,
quòd ex vlti. voluntate ipso iure constituitur seruitus absque
aliqua impositione, quando testator expressè legauit seruitu-
tem,& hoc est expeditum.l.si partem.§.1. ff.quemadmo. serui.
ami.& l.1.ff.de serui.lega. vel quando testator legauit fundum
excepto ædificio, & intellexit de superficię simul cum ipso so-
lo,vt hoc tex.& declaraui supra in secundo no. secus quando
testatot legauit vni fundum simpliciter, & nihil excepit, quo
casu intelligitur eum legare,qualis tunc reperitur.l. seruo lega-
to.§.si fundus.supra eod. vnde postea legando alium fundum
alteri,non transit ipso iure seruitus,nec virtute legati,nec vigo-
re alicuius exceptionis, tamen ne legatum primum reddatur
inutile,intelligitur seruitus tacitè relicta, ideo cogitur hæres eā
redimere,& præstare.Ita loquitur propriè tex.in d. l. seruum fi-
11 lij.§.fi.Item secus in actu inter viuos,†quia ibi requiritur consti
tutio,& sic impositio seruitutis.ita loquitur.l. si tibi liberum. s̄.
de act.empt.quia, vt dicit gl.infra in sequenti parte, imputet si-
bi emptor,qui contractum inter viuos fecit,si non cauit sibi ex
pressè de seruitute, quod dici non potest in vltima voluntate
in hærede,vel legatario. ita habes expeditam primam partem
glo.¶In secunda parte gl.opponit de l.via constitui §.fin. ff. de
serui.rusti.prædio.vbi seruitus itineris non debetur etiam inter
consortes,nec ipso iure,nec ope exceptionis,quamuis sit neces
12 saria,nisi sit expressè imposita, † vnde si fundus communis in-
b ter plures dominos sit diuisus [b] inter eos,non potest vnus ire ꝑ
partes aliorum,nisi specialiter sit conuentum, etiam quòd ta-
lis aditus sit necessarius.Vnde si fratres diuidant domum com-
munem habentem tria solaria, certè illi,qui habuerunt solaria
superiora,non possunt transire per inferiora, nec inde habere
aditum,quamuis sit necessarium. ideo debent esse cauti, vt in
diuisione talem aditum expressè reseruent,secundum Bald. &
Flo. ibi, ergo similiter in isto text.seruitus itineris quamuis ne-
cessaria ad ædificium non debet censeri debita,ex quo per testa
torem non fuit expressè constituta. gloss.dupliciter respondet,
& dum in prima solutione dicit,secus si talis voluntas non ap-
paret,intellige expressè,vel tacitè,aliàs glo.diceret ꝯ istum tex.
* *communiter tenetur* secunda sol.quòd aliud sit in contractib. †&
13 sic in actibus inter viuos,vt ibi,& aliud in vltimis voluntat. vt
hic,& rationem diuersitatis supra assignaui. & ita tenet Bart. in
l.1.ff.de serui.leg.& in l.binas.ff.de serui. vrba. prædior.Imol. &
Moder.

ADDITIONES.

a ¶Villa.Quòd vniuersitas villæ sit ita approbata sicut vniuersitas burgi, vel vici,& quid sit ciuitas,quid sit oppidum,& quid sit castrum, habes per eundem Ias.in d.l.si hæres.§.vicis. supra eod.

b ¶Sit diuisus.De ista materia an debeatur via, si non sit expressè conuentum, adde quæ ipsemet Ias.tradit in l.seruum filij.§. si statuliberum.in 1.col. in vlti.not.supra eod.

Modern.in l.quod conclaue.ff.de damno infect. facit text.in l.
14 in vendendo.ff.de contrahen.emptio.†vbi ſi vendis mihi fundum,non intelligeris vendere acceſſum, vel viam per aliũ fundum tuum,niſi expreſsè ſit actum.¶Gloſſ. fina. in verbo cogitaſſe.diuiditur in duas partes.In prima oppo.contra text.& bene ſolu.In ſecunda colligit ex tex.notabile. Secunda ibi ,item eſt argumentum.¶In prima parte glo.bene reſpondet,& ratio ſolutionis eſt,ne plus operetur exceptio in acceſſorio in decẽ pedibus terræ,quàm in principali in ſeruitute aquæ. argumẽ. l. Labeo.ff.quemadmod.ſeru.amit.& l.3.§.fina. ff.de ſeru. ruſtic,
15 prædio. † Et ſi concedo vicino duos pedes terræ, vt ibi proijciat aquam,an videar concedere iure proprietatis, an ſeruitutis?vide glo.notabilem de hoc in l.ſi mulier.in glo. 1. & ibi Bal,
16 C.de iure dot.¶†In ſecunda parte nota.ex gloſ. quòd legatum nucis cõtinet tria. Primò, quòd teſtator videatur legare ipſam arborem.Secundò videtur legare ſolum, & ſic terram , in qua ſunt radices ipſius nucis. Tertiò videtur legare viam eundi ad ipſam nucem.Bartol.intelligit verum , quando legauit arborẽ ratione fructuum, ſecus ſi legaſſet ratione materiæ , vt trabes, vel tabulæ fierent,vel ligna ad comburendum , tunc terrã,vbi nata eſt,legare non intelligitur. l. ligni. ff. de lega. 3. & in dubio quamuis non declaret Barto. dic, ſecundum Imo.ex qualitate arboris hoc perpendi.arg.l.plenum.§.equitij. ff. de vſu & habi. nam ſi erat fructifera,videtur ratione fructuum legata, aliàs ſecus,puta ſi erat nux antiquiſſima nullos amplius fructus proij-
17 ciens.¶†Quid autem ſi quis vendidit fundum excepta tali arbore,quæ exaruit & fuit inciſa,& poſteà eius truncus pullulauit,cuius erunt pullulationes iſtius arboris,ſeu pedamẽta? Deciſio patet ex prædictis , quia ſi excepta fuit arbor ratione fructuum,quo caſu etiam ſolum,in quo eſt arbor,cenſetur exceptuatum,& tunc eius ſunt pullulationes,& pedamenta,q̃ ſunt apta ad producendos fructus,ſecus ſi arbor fuit excepta cauſa habendi ligna.de quo eſt glo.in l.obligationum ferè.§.placet.ff. de actio.& oblig.& in l.damni.§.ſi is qui vicinas. ff. de dam.in-
18 fect.†Quid autem ſi in inſtrumento continetur, ꝙ talis Eccleſia conceſſit Titio in emphyteuſim oliuetum in tali loco ſitũ, an intelligatur de terra olıueta, an ſolùm de arboribus oliuarũ pendentibus?Nam ſi intelligatur de arboribus, deſtructo oliueto finitur emphyteuſis,ſecus ſi intelligatur de ſolo.Bal.notabiliter in l.1.ad fin. C. de iure emphyt. tenet,quòd intelligitur de nobiliori,& ſic de ſolo,quia natura exphyteuſis eſt,quòd conſtituatur in re immobili,& ad hoc allegat iſtum tex. cum glo, & l.certo generi.in princip.ff.de ſeruitu. ruſticor. prædio. & ibi glo.magna ponit notabilem quæſtionem de ruſtico promittentem certam partem vineæ,an intelligatur ſolum de arboribus vinearum,an etiam de ipſa terra vineata,dic vt ibi per glo. & Barto.& ſi eſt actum expreſsè,quòd ſolùm ipſæ arbores ſint emphyteuticæ,& non fundus,tunc ſecundum Bald.in d.l.1.ad fin. C. de iure emphyt. valet,donec arbores pendent in fundo propter immobilem radicem , & ſi arbores veteres deſiccantur,& nouæ ex illis pullulant , durabit emphyteuſis , quia non eſt mortua radix productiua , imò viuit in plantis.d.l.damni.§. ſi is qui vicinas.

*S V M M A R I V M.*

1 *Indefinita ęquipollet vniuerſali.*
2 *Mens teſtatoris in grauando hęredes comprehenditur ex forma legandi.*
3 *Hęres in dubio intelligitur grauatus pro ſua portione hęreditaria tantum,& non vltra.*
4 *Item intellige in re teſtatoris,non tamen hęredis,vel extranei, quia tũc tenetur inſolidùm.*
5 *Verbum vendicare, pro peti aliquando poni debet.*
6 *Aeſtimatio teſtatoris facta de rebus legatis , quòd non attendatur , & nu.10.& 12.*
7 *Teſtator ſi legauit vxori veſtimenta & iocalia, quæ æſtimauit valere centum,licèt valeant minus,vel plus , veſtimenta , & iocalia qualia ſunt debentur.*
8 *Teſtator iure iſto quòd non poſſit tollere, vel prohibere,aut minuere falcidiam,hodie ſic.nu.10.*
9 *Conditio appoſita à lege ſui natura importat cauſam finalem,& debet neceſſario exiſtere.*
11 *Error probatur probando rem aliter eſſe.*
13 *Si teſtator mandat hęredem vendere rem certo pretio,quòd hęres tenetur illud ſeruare,etiam ſi eſſet minus,quàm valeat.*
14 *Si teſtator legauit Titio prædium intra tales confines , quod dixit eſſe iugerum quinquaginta, & reperiantur quinquagintaquinque , an totum debeatur.*
15 *Oldra.Laud.magiſter Io.And.in legibus.*

## §. Si libertus.

Aliqui ex hæredibus in ſpecie hæreditaria grauati,intelliguntur tantum grauati pro ſua portione,quam habent,& nõ vltra. Item non attenditur æſtimatio teſtatoris ratione.l.falcidiæ, ſed pretium verum.hoc dicit,& ſic habet duas par.Secunda ibi, adiectio autem illa, & eſt multum ſingu.& no.§.ſecundum Raph. Cuman.hic.¶In tex.ibi,à cohærede.Raph. Cuman. exponit id eſt cohæredibus,quia plures erant,vt ſupra in tex.ibi , ſed alios ex cæteris.ſed iſtud eſt emendare tex. ideo tu dic , quòd illud à
1 cohærede,ponitur indefinitè,†& indefinita æquipollet vniuerſali , & eſt ac ſi diceret ab omnibus cohæredibus. l.pluribus. & ibi latè Barto.ff.de leg.2.& cap.quia circa.& ibi Dom. Abb.ad hoc no.de priuileg.glo.in c.vt circa.in ver.aliorum. de electio,
2 in 6.¶No.primo ex iſto tex,†ꝙ ex forma legandi comprehenditur mens teſtatoris,quem hęredum ſuorum grauare voluerit.nam cùm hic dixerit , quiſquis mihi alius ex ſupra ſcriptis hæres erit,videtur alios hæredes grauaſſe,non autem patronũ, cùm de illis in conditione mentionem fecerit,& ad illos verba princip. diriguntur , item propter illud relatiuum diuerſitatis
3 alius.¶†Secundò no.ꝙ hęres in dubio intelligitur grauatus ꝓ ſua portione hæreditaria tantum, & non vltra , & ſic legatum rei hęreditariæ relictum ab vno ex hæredibus intelligitur pro parte illius,& non inſolidum.Ratio, quia non eſt veriſimile teſtatorem voluiſſe grauare hęredem onere redimendi partes alienas aliorum cohæredum.l.vnum ex familia.§.ſi rem. infra titu.1.intellige iſtum text. quando ſpecies hæreditaria fuit relicta ab vno hæredum,tunc tenetur pro ſua portione tantum, vt dixi,niſi eſſet indiuiduum legatum, vt libertatis.l. cũ quaſi. §.ſi fures.ff.de fideicom.lib. ſecus quãdo fuit relicta quantitas, tunc cenſetur grauatus inſolidum.l.ab omnibus,in princ.ꝟ.eo, alleg.in glo.pro contraria,quia tunc ceſſat ratio ſupra aſſigna-
4 ta,cùm ſolidum poſſit præſtare de ſua parte. ¶ † Secundo intellige iſtum tex.quando grauamen eſt impoſſitum in ſpecie, quę erat ipſius teſtatoris,ſecus ſi in ſpecie non hęreditaria,quę ſit hæredis grauati,vel alterius tertij,tunc tenetur inſolidum , ꝑ l.ſi tibi homo.§.1.ꝟ.eo.quia ſi eſt ipſius grauati,non cogitur ad aliquid redimendum,& ſic ceſſat ratio ſupra aſſignata . Si autem ſit alterius tertij,& ſic hæres grauatus in ea nullam portionem hæreditariam habet , tunc tenetur inſolidum redimere, cùm non poſſit limitari grauamen per portionem hæreditariam,quam in illa ſpecie non habet.Sed aduerte,licèt Barto.&
* *communiter alij* ita tranſeant,tamen tex. in d. l. ſi tibi homo. §. 1. quem alleg.pro ſe,ſtringit fortiter ad oppoſitum,cùm dicat ipſo iure vendicare,ergo neceſſariò res erat teſtatoris,& non hęredis,nec alterius,quia vendicatio, quæ prępſupponit dominiũ. l.in rem. in princ.& l.officium.ff.de rei vendi. & cap. examinata.de iu.non haberet locum,ſi res fuiſſet hæredis, vel aliena , vt per Barto.in l.1.in vlti.colum.ſ.eod.& pondera,ꝙ ibi fuit legata ſpecies certa,quæ erat teſtatoris,cùm tex.dicat vendicare,& ſic erat hęreditaria , & tamen ibi hæres tenetur inſolidum , & non pro portione hęreditaria, ergo directò contra iſtum text. Ad idem text.in l.Meuius.§.eum qui.infra titu.1. vbi text. facit expreſsè mentionem de dominio,& ſic videtur manifeſtè loqui de re propria teſtatoris legata ab vno ex hæredibus , & tamen ſolus tenetur inſolidum ad ſpeciem hęreditariam legatam,non autem ſolùm pro portione hęreditaria, ergo etiam contra iſtum tex. propter illos duos tex.qui fortiter vrgent cõtra iſtum Iac.de Are.& Ray.intelligunt iſtum text. procedere, quando agitur rei vendi.vt patet in text. ibi , vendicare poſſe, tunc legatarius non vendicabit niſi quincuncem ab iſtis hæredibus grauatis,quia cùm eſſent inſtituti in quinque vncijs hæreditatis,habebant ſolùm quinque vncias dominij in ſeruis legatis,ſecus ſi ageretur actione perſonali ex teſtamento, tunc tenerentur inſolidum,ita procedunt illi duo tex.in contrarium adducti.& iſtud ſequitur Domin.Pet.de Bex.hic,& Ioan.de Imo. in d.l.ſi tibi homo.§.primo.poſſet aliter dici , quòd in vtroque tex.dicitur,quòd litis æſtimationem ſoluit,ergo apparet,quòd illi tex.non loquuntur in re hæreditaria, quia ſi fuiſſet res hęreditaria,debuiſſet illa res de neceſſitate pręſtari , & per hoc pa-
5 tet,†quòd verbum vendicari,de neceſſitate debet ibi poni largè pro peti,prout etiam exponit Rapha.Cuman.hic . Domin. Alexand. & alij.in dicto §. primo. tamen eſt violatio ad illum
6 tex.ibidem plenius dicetur.¶†Vltimò no.ex fin.text.quòd ęſtimatio teſtatoris facta de rebus legatis non attenditur,vt hic,& l.cùm pater.§.qui filio.& l.fin. §.1.ꝟ.titu. 1. vnde per iſtum text,
* & iura pręalleg.determinant Dyn.Barto.*& alij omnes indifferenter*,quòd ſi teſtator legauit vxori ſuę veſtimẽta,& iocalia, quę ęſtimauit valere ducenta , quòd ſi valeant minus, non poteſt vxor petere,quòd ſibi ſuppleatur illud , quod ſibi deeſt , quaſi voluerit teſtator ducenta legare : eodem modo ſi reperiantur plus valere etiam in duplo , non poterit hęres aliquid diminuere,

minuere,sed vestes & iocalia debent dari vxori, prout sunt nõ attenta æstimatione testatoris,prout est hic tex.Sed aduerte,ꝙ secundum Raph.Cuman. iste tex. non videtur aliquid facere, & fuit subtilis consideratio,quia hic non creditur æstimationi
3 testatoris,vbi est locus rationi legis falcidiæ, † eo quia testator iure isto non poterat directò,vel per indirectum falcidiã prohibere,aut tollere,vel minuere.l.quod de bonis.§.1. & l. Seius, & Augerius.ff.ad l.falc.quod non est in quæstione Dyn.Tu vltra Raph.pondera,ꝙ tex.iste loquitur conditionaliter, si legis
9 falcidiæ rationem haberi oporteat,†sed conditio apposita à lege sui natura importat causam finalẽ.l.2.§.fin. & ibi plenè Bar. ff.de don.Item conditio apposita per legem, debet necessario existere, quia non importat leuem solennitatẽ, vt inquit sing. Bal.in Auth.matri & auiæ.in 1.colu.C.quando mul.of.tu.fun. pos.per tex.in l.prætor.in prin.ff.de col.bo.sequuntur D. Alex. & Are.in l.2.§.prius.ff.de vulg.& pup.ergo iste tex.non simpliciter vult non stari æstimationi testatoris, sed debet haberi ratio.l.Falcidiæ.& isto modo iste tex.non faceret pro deci. Dyn.
10 Barto.& omnium.Sed caue†cum hodie testator possit in totum prohibere detractionem [a] falcidiæ. Authen.sed cùm testator,& in corpore vnde sumitur.C.ad l.fal.sequeretur,quòd cessante dicta ratione,hodie non deberet procedere iste text. quod non est dicendum,vulgata.l.præcipimus.in fi.C. de app. vnde dic,quòd etiam hodie non statur æstimationi testatoris,licèt possit prohibere detractionem falcidiæ,quia præsumeretur testatorem errasse in æstimatione rerum legatarũ,quan-
11 do veritas est in contrarium,† nam probando rem aliter se habere,error præsumitur,& probatur.l.si post diuisionẽ. vbi Bar. & alij no.C.de iu.& fac.ignor.Item pro deci. Dyn. & aliorum
12 facit text.in l.1.C.arb.tut.vbi est tex.† quòd non statur æstimationi,quam fecit testator in testamẽto de bonis suis,vel de suo patrimonio in præiudicium tutorum. ¶Limita istum text. &
13 sic supra dictam decis.† quando testator grauauit hæredem vendere rem certo pretio alicui, tunc hæres tenetur illud pretium seruare,etiam si esset minus quàm valeat,& sic statur æstimationi ipsius testatoris,dato quòd veritas aliter se habeat, vt est in l.fideiussor.§.meminisse.supra eod.vbi Bald.& alij intelligunt illum tex.procedere,etiam si pretium esset vltra dimidiã iusti pretij,nec tunc hæres haberet remedium.l.2.C. de rescin. vendi.& c.dilecti.de empt.& vend.& est etiam de hoc bo.text, in l.etiam.§. 1.ff.de peti.hære.in ver. etiam si paruo pretio iussus sit hæres vendere.& in vers. perexiguum pretium. Ratio est secundum Imo.& Raph.Cuman.in d.§.meminisse. quia testator censetur tunc residuum pretij donare, ex quo exercuit actum liberalitatis,cùm tale legatum sit donatio.l.legatum. ꝭ. tit.1.¶Vltimò,vt nihil omittatur,per istum tex.notabiliter decidit Ioan.Andr.in addi.Spec.in titu.de emp.& ven.§.1.versic.
14 pen. in addi.incip.†hic quæritur si venditor. pone quòd testator in testamento dixit,lego Titio tale prædium intra tales cõfines,quod est quinquaginta iugerum, & reperiuntur quinquaginta quinque,quæritur quid erit de illis quinque plus, & dicit, quòd ista quæstio facilius procedit in legato, vel donatione, quàm in emptione,vbi exprimitur pretium,& illud taxatur ꝑ iugera,in quibus habetur ratio pretij,sed in legato,& donatione non sic est,quia ibi non cadit pretium,vnde dicit primò videri,quòd iugera numerata veniant in legato,& non plura, ꝑ tex.no.in l.pen.§.vlt.ff. de actio. empt. & in l. comprehensum. ff.de contrahen.empt. contrarium dicit se audiuisse dominum suum in legibus tenere per istum tex.nostrum in fi.& d.l. cùm pater.§.pater qui filio.ꝭ.tit.1.cum distinctione tamen,an concedens incipiat à numero siue mẽsura, & tunc nihil plus veniat. l.si quis in testamento.supra eod. aut primò exprimit certam speciem vel corpus,& postea addit mensuram; tunc adiectio mensuræ est loco demonstrationis, quæ falsa, nec vitiat, nec minuit id,cui additur.l.si seruus legatus. §. qui quinque. ꝭ. cod, & l. demonstratio falsa.ff.de condi.& demon. cũ alijs per eum alleg.adde,ꝙ istã decisionem,quam Io.And.dicit fuisse dñi sui,
15 dicit fuisse†Old.Laud. qui eam formaliter ponit in consi.197. quod incip.in concessione cuiusdam donationis hæc clausula continetur.& illud consi. Oldra.etiam formaliter refert, & sequitur Alber.de Rosa.in d.l.comprehensum. ff.de contrahen. empt.Cano.in c.per tuas.de dona.Bal.in rub. C. de contrahen. emptio.in 22.qõ.Item adde facere text.in l.qui fundum. §. qui agrum.ff.de contrahen.emptio. & in l. seruum. §. si modus. & in l.Iulianus. §. si Titius. & ibi Barto. ff. de contrahen. emptio. cum alijs concordan. quæ in contractu venditionis tradi consueuerunt.

ADDITIO.

a ¶Prohibere detractionem. An possit testator prohibere detractionem Trebellianicæ, vide Alex.de Imo.in consi.5.circa primum dubium.in 3. volu. & quid in filijs primi gradus,vide vbi supra,& per Rom.in consil. 206. licèt de communi conclusione.ibi,at cùm in proposito casu.

† Cui adde Cate.ver.Trebellianica, vbi latè articulum examinat, & tandem dicit pro affirmatiua fuisse iudicatum à venerando Collegio Mediol. Distingue tamen vt per Clar.§.testamentum.q.63.ver.non potest negari. Pro qua affirmatiua allegatur tex.in l.si pars.vbi Bal.ff.de inoff.test.Quam opi.à Rota esse Canonizatam scribit Fran.Marzar.trac.fideicom.2.par.ver.Trebel.licèt de hoc nunquam per eam pronunciatũ dicat Dilec.de arte test.tit.5. cautel. 31. vbi docet quo remedio fideicommissarius nullam detractionem Trebel. vel legitimæ patiatur. De falcidia autem dic, eam posse per testatorem in totum prohiberi,teste Rolan.consi.65.nu.56.lib.1.qua in re distinge, vt per Neuiz.consi.2. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Liberatio quòd habet vim solutionis etiam quo ad implementum conditionis.*
2 *Remittere debitum est dare,& ibi an sit idem propriè.*

1 §.Titio. †Liberatio habet vim solutionis etiam quo ad conditionem implendam.h.d.¶Not.ꝙ licèt conditio debeat impleri in forma specifica. l.qui hæredi.in princ.& l.Meuius.ff.de condi.& demon.tamen ille,cui legatus est fundus sub conditione,si decem dederit hæredi, liberando hæredem à decem,quæ sibi debet, dicitur legatarius implere conditionem,& sic debet habere legatum, quia licèt non propriè det,quod est dominium trãsferre.§.sic itaque. Insti.de act. & l.vbi autem non apparet.§.fi.ff.de verb. obli. tamen fictione iuris vr̃ dare,quia pecunia fingitur prius sibi soluta, deinde breui manu data hæredi.l.3.§.fi.ff.de do.inter vir.& vxo.& l.si spõ-
2 salib.§.1.ff.de iure dot.& l.singularia.ff.si cer.pe. Item†remittere debitum est dare.l.si mulier.ff.de cõdi.ob cau. & l. quinetiã. in fi.ff.de calum.no.Bar.in l.peculium.in prin.per illum text.ff. de pec.glo.in c.veniens.primo.cum sim.& ibi Do.Abb.de test. Sed aduerte,& melius,quia conditio non debet impleri, quando stat per hæredem,cui est implenda. istam aliam rationẽ formaliter assignat tex.in l.Iulianus ait.ff.de condi.& demonst.vbi dicit tex.in terminis nostris,ꝙ non videtur legatarius conditioni paruisse,quasi dederit,sed quasi per heredẽ stetisset, quominus paruisset,ideo potest prius legatum petere, quasi extiterit conditio.ita ibi tex.& ibi Bar.summat illum tex.quòd remittere,& dare,non est idem propriè.

SVMMARIVM.

1 *Dominium rei legatæ quæritur legatario ignoranti,& ibi de ratione.& intellige reuocabiliter.*
2 *Dominium vt transeat in legatarium, sufficit quòd fuerit penes defunctum etiam commutabiliter.*
3 *Legatum rei suæ factum,vt de aliena,valet.*
*Veritas præfertur opinioni.*
4 *Hæres non potest repudiare legatum alteri factum, & si repudiat, non tenet repudiatio.*
5 *Confiteri non potest hęres in præiudicium illius,cui iura sunt relicta.*

§.Si Titius. Dñium, quod erat apud defunctum, transit in legatariũ,ẽt si defunctus ignorabat rem esse suam,& possessio apud eum non erat,& est bo-
1 nus casus s̃m Bar.¶†No.1.ꝙ dñium rei legatę quæritur legatario ignoranti.ad idem l.cũ pater.§.surdo.ꝭ.tit.1.Rõ est,quia legatum non põt nisi afferre vtilitatem legatario.l. si hæreditatẽ. in prin.ff.manda. ideo lex statuit acquiri ipso iure ẽt absenti,& ignoranti.secus est in hereditate,q̃ posset esse damnosa. d. l. hæreditatem.ideo lex noluit acquiri nisi adeatur, & sic nisi interueniat factum heredis instituti.Intellige tñ, ꝙ legatum acquiritur ignoranti,verum est reuocabiliter,quia adhuc põt repudiari,donec fuerit acceptatum,vt declarat gl.no.in l.si quis hę-
2 reditatẽ.& ibi Bar.ff.de condi. indeb. † Et sic no. ex hoc text.ꝙ sufficit dñium ẽt commutabiliter fuisse penes defunctum, vt dñium ipso iure transeat in legatarium.ita est text.no.hic.¶Se-
3 cundò not.† ꝙ qñ testator legat rem suam vt alienam, ꝙ valet legatum,eo quia plus valet,ꝙ est in veritate, quàm id, qđ est in opinione.§.si quis rem suam.Insti. de leg. Item opinioni veritas est pręferenda,inquit tex.in c.nuptiæ. de biga. ꝯ aũt qñ testator legat rem alienã vt suã, tunc non valet, nisi legatum sit factũ coniunctæ personæ.l.cùm alienã.C.de leg.¶Gl.in vers.
* non repudiauerit.In ista gl.in fi.istud *communiter tenetur*; † ꝙ hr̃s repudiare non põt legatũ alteri factũ, & si repudiat,non tenet repudiatio,vt est tex.in l.liberto octuaginta.ff.de bo.libe. Itẽ vt est de mente gl.istud probatur à partib. sufficienter enumeratis.Aut.n.hæres repudiat,antequam adeat hæreditatem,& tũc nullum ius habet, quod possit repudiare. l. is qui hæres. ff. de

* acquir. hære. aut postquam admisit * hæreditatem, quia acquisitum est ius ipso iure legatario, hæres repudiare non potest. l. si partem. §. fi. in fi. ff. quemad. ser. amit. facit. l. 1. §. vnusquisque, & §. decretalis. ff. de succes. edi. Item hæres per dispositionem suam non potest præiudicare legatario, vt hac l. in princ. vnde
5 iste tex. præstat arg. secundum Dy. Bal. & Flo.† ꝙ hæres non potest confiteri in præiudicium illius, cui legata sunt iura. ipse aũt testator bene potuisset repudiare. l. seruum filij. §. 1. ṡ. eod. quia in potestate sua erat adimere, sed non hæredis. Ista sunt vera in se, sed punctus est respõdere ad istum text. qui dicit, & heres legatum non repudiauerit, & sic apertè innuit, ꝙ hæres possit repudiare. Gl. respondet, ꝙ tex. per hoc non dicit, ꝙ repudiatio teneat, & isto modo tenendo gl. secundum Dy. Bal. Sali. Imo. & communiter alios debet subaudiri ad text. maximè, quod est destruere tex. Item tex. superfluò diceret, & hæres Titij legatum repudiauerit, si repudiare non posset, & repudiatio non teneret. Item illa negatio non repudiauerit, & sic illa priuatio p̄supponit habitum, & sic potentiam repudiandi, & sic, ꝙ repudiare potuisset, & valeat. l. decem. ff. de verb. oblig. & l. remittit, ff. de iureiur. & c. ad dissoluendum. de despon. impu. vnde secũdo loco Ang. dicit, ꝙ litera, quæ dicit, ꝙ hæres legatum non repudiauerit, facti contingẽtiam notat, & non ius, nam & si vellet repudiare, non posset propter ius quæsitum legatario. d. l. si partem. §. 1. in fi. sed istud nihil est dicere per prædicta. Vnde tertiò dic ex mente Imo. & Raph. Cum. ꝙ in isto tex. hæres potest repudiare legatum serui factum Seio, quẽ defunctus ignorabat ad se pertinere, & sic credebat alienum, eo quia dominiũ erat commutabile, & repudiabile penes defunctum, ideo hæres potest tunc illud repudiare, aliàs secus, vt singul. probat iste tex. & talis repudiatio valet in præiudicium ipsius hæredis, sed non in præiudicium legatarij. d. l. liberto octuaginta. de cuius intellectu dixi in l. si mihi & tibi. in prin. ṡ. eod. quia hæres tenebitur legatario præstare æstimationem illius serui legati, aut illũ redimere, iuxta. l. non dubium. §. fin. ff. de leg. 3. & l. cùm alienã. C. de leg. ex quo facto hæredis legatum perijt. Et quòd istud sit verum, patet clarè ex his, quæ nunc subijciã. vnde ad d. l. si partem. §. 1. in fi. quæ allegatur in oppositum, respon. ꝙ ibi ille, cui erat legata seruitus, alienauerat fundum dominantem, cui debebatur seruitus, & sine quo seruitus prædialis consistere non potest. l. 1. ff. communia prædio. l. & si maximè. ff. de ser. leg. vnde postquam alienauit fundum dominantem, sibi non competit amplius aliquod ius in seruitute, quia seruitus sequitur fundum, & dominium fundi, nimirum si non potest repudiare seruitutem, quæ non debetur sibi, sed illi, in quem alienatus est fundus, non sic est in hoc tex. vbi obligatio p̄sonalis ex testamento competens pro hoc legato serui ipsi Titio contra hæredem primi testatoris, transiuit ad hæredem Titij, non autem ad Seium secundum legatarium, ergo ipsi hæredi competit ius, ergo etiam ad eum potest pertinere repudiatio talis legati, & hoc modo procedit iste tex. sine violentia, aut destructione.

* Adiuit.

## SVMMARIVM.

1 *Repetitio legatorum facta à substituto pupillari, habet locum si legata non cœperunt deberi à pupillo.*

2 *Argumentum valet de tempore ad res.*

*Legatum purè relictum à filio impubere hærede instituto, & purè repetitum ab eius substituto pupillari, impubere adeunte, habetur ac si eadem res sæpius eidem, & ab eodem legata sit, & debetur tantum semel.*

3 *Vxor, quæ relicta fuit domina, massaria, & vsufructuaria filio instituto, & eidem extraneo substituto pupillariter, si extraneus successit pupillo decedenti, an habebit integrum vsumfructum, vel tantum alimenta.*

4 *Legatum non potest pluries deberi à grauato, vel eius hærede.*

5 *Legatum vsusfructus factum ab instituto, non censetur repetitum etiã si sit conditionale à substituto.*

6 *Obligationis qualitas non debet variari ex persona hæredis, & intellige, vt nu. 9.*

7 *Vxore relicta vsufructuaria, & filio impubere instituto, & si eidem sit substituta pia causa, habebit integrum vsumfructum à substituto, eueniente casu substitutionis pupillaris.*

8 *Qualitas priuilegiatiua mutatione personæ differentis mutatur, & perditur priuilegium.*

*Consuetudo Bulgari inducta etiam beneficio filiorum, debet strictè intelligi, & non extendi ad aliam personam. nu. 10.*

11 *Vxor quæ relicta est vsufructuaria, donec in viduitate manserit, si per triennium stetit vidua, & fructus percepit, licèt postea nubat, non tamen restituit fructus perceptos.*

12 *Qualitas extrinseca, quæ insurgit speciali priuilegio personæ, non censetur repetita, nec extenditur.*

13 *Species eadem si relinquatur in testamento patris, & in substitutione pupillari, non debetur ex vtroque testamento, secus tamen est, si relinquatur in duobus testamentis diuersorum, quia debetur ex vtroque. s. species ipsa, & æstimatio.*

14 *Legata facta ab instituto censentur repetita à substituto vulgari succedente ex tacita vulgari comprehensa in pupillari.*

15 *Pupillaris substitutio quòd possit fieri ex interuallo, & alia hora separata post testamentum patris.*

1 **§. Si paterfamiliàs.** † Repetitio legatorum facta à substituto pupillari, habet locum etiam si legata non cęperunt deberi à pupillo instituto. h. d. & vide Bar. in l. licèt Imperator. vbi dixi. supra eo. ¶ Et iste tex. ponit tres casus. Primus, quando à pupillo hærede instituto testator legauit alteri fundum purè, & repetijt eundẽ purè à substituto pupillari, & sic repetitio fuit eiusdem formæ, & pupillus adiuit hæreditatem patris, certè talis repetitio facta à patre nihil valet, quia idem legatum non potest denuò, & sic bis deberi ab eodem. l. cùm quæstio. §. 1. C. de leg. facit l. qui bis idem. ff. de verb. obli. & testator tunc non videtur sæpius legare, sed sæpius loqui, vt dicit tex. in l. Meuius. § cum qui. ĵ. tit. 1. ¶ Secundus casus est, quando à pupillo purè, à substituto sub conditione, & sic sub diuersa forma, & idem multò magis, quia tunc dispositio secunda minus plena cedit pleniori. l. si quis ita scripserit. ff. de hære. insti. facit. l. quæritur. ff. sta. hom. Item antequam secundum cedat, & sic antequã eueniat conditio, primum suscepit efficaciam suam, vnde secundum postea eueniens nihil potest operari. ¶ Tertius casus est
2 èconuerso, † quando à pupillo sub conditione, & à substituto purè, & pupillus decessit pendente conditione, tunc repetitio valet, & legatum statim debetur à substituto pupillari, quia sic est commodum legatarij, ꝙ debeatur à substituto, sicut quando esset plus relictum à substituto pupillari, tunc valet, quatenus est in eo plus. l. quid ergo, in prin. ṡ. eo. & bonũ est arg. de tẽpore ad res, & ècontra. l. miles ita. §. 1. ff. de test. mili. & l. si ita relictum. §. fi. ĵ. eo. ¶ Secunda pars est ibi, quare & si purè. Tertia ibi, contra autem. & vtilis est ista inuestigatio propter falcidiã, si hæreditas patris non esset in totum soluendo, sed hæreditas filij sic, vt l. in ratione. §. quod vulgò. ff. ad l. Fal. & ita habes bene explanatum istum no. tex. ¶ No. 1. quòd legatum purè relictum à filio impubere hærede instituto, & purè repetitum ab eius substituto pupillari impubere adeunte, habetur perinde, ac si sæpius eadem res eidem ab eodem legata fuisset, quo casu non debetur nisi semel. d. l. cùm quæstio. §. fin. & non nascitur nisi semel actio contra pupillum institutum adeuntẽ, siue legatarius acceptauerit à pupillo, siue non acceptauerit ab eo, non potest redire ad illud, vt inquit litera, quia cùm vna tantũ actio sit nata pro isto legato ꝯ pupillum, non potest alia nasci, nec intentari ꝯ substitutum tanquam ꝯ substitutum, & in hoc dum tex. dicit siue repudiauerit, est valde no. casus ſm Bal. hic. Ego vltra Scriben. pro clara intelligentia istius tex. formo not.
3 quæstionem, quæ satis aperit intellectum huius literæ. † Pone, testator instituit filium suum pupillum hæredem, & ei substituit pupillariter quendam extraneum, deinde reliquit vxorem dominam, massariam, & vsufructuariam bonorum suorum, prout quotidie contingit in testamentis, quo casu attenta consuetudine Bulgari approbata, vxor existente filio, debet tantũ alimenta hr̃e, secus si non extant filij, quia tunc vxor debet hr̃e integrum vsumfruc. ſm glo. & Doct. in Auth. hoc locum. C. si mu. secun. nup. pupillus fuit hæres patris, & mortuus est in pupilli ætate, & extraneus successit ex pupillari substitutione, an vxor ab extraneo substituto debebit habere integrum vsumfruc. an solùm alimenta? Est notabilis, & quotidianus passus, in quo Bar. in l. Titia cum testamento. §. fi. in vlt. col. ff. de leg. 2. dicit, ꝙ debent bene inspici verba istius relicti, qualiter fuerint
a concepta, vnde distinguit, ꝙ aut testator simpliciter reliquit vxorem vsufructuariam, & sic est vnum legatum, & non variatur per tempora, & sic vxor debet tm̃ hr̃e alimenta, quia filius fuit hæres patris, & sic iam legatum in persona filij incepit vim hr̃e, ergo substitutus non p̃ot in plus teneri, quàm filius. l. qui fundũ. §. qui filios. ff. ad l. Fal. Si verò testator dixit, relinquo vxorẽ dominã, & vsufructuariã, donec castè, & honestè vixerit,

## ADDITIO.

2 ¶ Aut testator simpliciter reliquit. Quid autem quando relicta sunt vxori alimenta in testamento, & in codicillis, postea vxor relinquitur domina, massaria, & vsufructuaria, an debeatur vsusfructus? Vide per Alex. de Imo. pulchrè in consi. 56. in 3. vol.

rit,vel donec vitam vidualẽ ſeruauerit, prout quotidie dicitur
in teſtamentis,& tunc ex eo,ꝙ dixit donec, videtur legatũ eſſe
annuum,vt l.legatum.ff.de ann.leg.& pro primo anno eſt pu-
rum,pro ſequentib.eſt conditionale.l.cùm in annos. ff. de ann.
leg.& per conſequens mortuo pupillo incipit tunc deberi ex
perſona ſubſtituti,prout dicit eſſe tex.in hoc §.noſtro.& ſic cũ
ſubſtitutus ſit extraneus,vxor debet habere totum vſumfruc.
Item cùm ſit annuum legatum in prin.cuiuslibet anni, debet
inſpici conditio perſonarũ.d.l.cùm in annos.& dicit ſe ita con
ſuluiſſe,& ꝙ plures ſe ſubſcripſerunt conſ.ſuo. Adde,ꝙ ita cõ
ſuluit Bar.in conſi.171.quod incip. Nic. Ser Amati. Idem etiã
* Bar.in conſi.56 inci.Bar.fecit teſtm.in 2.dub. *Et iſta eſt communis*
a *opi.* [a] quam etiam tenent Bal.Imo.Raph.Cu.& Flo.in d.l. Titia
cum teſtõ.§.fi.Bal.& Imo.in l.& ſi ꝯ.ff.de vulg.& pup. Bal.in l.
fi.in vlt.col.C.de indi.vid.toll.Ang.in d. Authẽ. hoc locum.&
plenius in conſi.109.inci.in dicto teſtõ continetur. Io.de Imol.
in c.fi.in 3.col.de pig.D.Abb.in conſi.67. 2.vol. qđ inci.pũctus
qõnis in his terminis proponitur.in 2.dub.Pau.de Caſt. in cõſi.
7.incip.circa primum vr̃ dicendum.in 2.& 3.col.Lud.Roma.
in conſ.516.incip.in caſu propoſitæ conſultationis,in quo pri-
mo quæritur,an domina Fran.Idem ſimpliciter tenet D. Alex.
conſ.40.1.vol.quod inci.viſo thematc, & dubitatione de qua
quæritur.in 1.& 2.col.& in conſ.42.2. vol. incip. viſo proceſſu
in cauſa & lite.¶Tu aduerte,ꝙ vtrunque membrum diſtinc.
Bar.bene probatur in iſto tex.Nam primum membr. quando
vnum eſt legatum non variatum per tempora,& filius fuit hæ
res patris,tunc ſubſtitutus pupillaris non poteſt in plus teneri,
quàm filius, & ſic ſolùm ad alimenta. iſtud optimè probat̃ in
hoc tex.in 1.& 2.parte,quia cùm legatum vſusfruc.ſit purè reli
ctum vxori à filio pupillo hærede inſtituto,& pupillus fuit hæ
res patri,ergo cœpit deberi ab ipſo pupillo, ergo etiam ſi tale
legatum fuiſſet repetitum à ſubſtituto pupilli,talis repetitio ni
4 hil valet.tex.eſt hic,†quia idem legatum non poteſt deberi ab
eodem,vel eius hærede,vt l.cùm queſtio.§.1.C.de leg.& s̃.dixi.
& tenet etiam Bar.per iſtum tex.in l.licèt Imperator.s̃.eo.mul
5 tò minus,†qñ legatum vſusfruc. nõ fuit expreſsè repetitum à
ſubſtituto pupillari,vt in caſu p̃nti, nam tunc non cenſetur ẽt
tacitè repetitum à ſubſtituto,ſiue ſit purum, ſiue conditiona-
le,& dies ceſſerit in vita pupilli.l.1.§.interdum.& l.in ratione.§.
quod vulgatio.ff.ad l.Falci.Bald.& alij in d.l.licèt Imperator.s̃.
eo.ergo cùm pupillus fuerit hæres, & legata ab eo deberi cœ-
perint,licèt poſtea moriatur in pupillari ætate, & ſubſtitutus
pupillaris admittatur,tenebitur ad legatum ex perſona pupil-
li ſubſtituti,& non ex ſua perſona,cùm legata relicta à filio pu
pillo non cenſeantur repetita à ſubſtituto pupillari,ergo appa
ret,ꝙ ſubſtitutus tenetur ad legatum non tanquam ſubſtitu-
tus,ſed tanquam hæres impuberis,ergo non debet in plus tene
ri quàm filius pupillus,quando vnicum eſt legatum. l.qui fun-
6 dum.§.qui filius.in fi.ff.ad l.falc.†preſertim cùm ex perſona hę
redis non debeat variari qualitas obligationis.l.2.§.ex his.ff. de
verb.obl.& l.cui fundus.in fi.ff.de condi.& demõ. ſed licèt iſta
inductio de hoc tex.videatur bene facere pro primo membr.
Bar.tamen,vt poſteris dem materiam melius cogitandi, vr̃ ꝙ
iſte tex.ſic inductus poſſit bene euadi,quia iſte tex.loquitur,qñ
à pupillo inſtituto fuit relictum aliquid in ſpecie,quod nõ hẽt
tractum ſucceſſiuum,puta quia legatus eſt fundus, vt hic dicit
tex.ſed in qõ.noſtra iſtud legatum vſusfru. ẽt ſimpliciter factũ
habet factum ſucceſſiuum de anno in annum,ergo licèt ꝑ pri-
mo anno cœperit deberi à pupillo,tñ poſtquam mortuus erit
pupillus,& ſucceſſerit ſubſtitutus pupillaris,abinde in antea in
cipiet deberi à ſubſtituto pupillari, cùm vt dixi iſtud legatum
licèt ſimpliciter factum,habeat tractum ſucceſſiuum in futu-
rum,ſecus in legato fundi,de quo loquitur iſte tex.¶Similiter
ſecũdum memb.diſt.Bar.qñ tale legatum vſusfr. eſt annuum,
ꝑꝑ dictionem donec,& ſic pro primo anno purum, & pro ſe-
quenti conditionale,quia mortuo pupillo incipit deberi à ſub
ſtituto,prout eſt caſus in hoc §.in 3.par.q optimè probat mẽ-
7 brum Barto.& cùm ſubſtitutus ſit extraneus,†ideo tunc vxor
debet habere plenum vſumfruc.& iſtud amplia ẽt ſi eſſet ſub-
ſtitutum pupillariter hoſpitale,& ſic pia cã,adhuc filio adeun-
te,& moriente in pupillari ætate, vxor habebit tunc ab hoſpi-
tali ſubſtituto integrum vſumfruc.& non ſola alimenta,ſecun
dum Bal.& Imo.in d.l.& ſi contra.tamen ad iſtum text.poſſes
dicere,quòd iſte tex.in 3.par.loquitur,quando legatum fuit re-
lictum à pupillo ſub conditione,& à ſubſtituto purè,tunc be-
ne debetur à ſolo ſubſtituto,vt dicit tex.& non conſiderat̃ per
ſona pupilli, à quo nunquam deberi cœpit propter penden-
tiam conditionis,ſed attenditur perſona ſubſtituti, non ſic eſt
in iſto ſecundo memb.Bar qñ in legato eſt appoſita dictio,do
nec,quia ibi à principio legatum iſtud in perſona pupilli fuit
purum,poſtea in ſeq.annis ſemper eſt conditionale,ita in per-
ſona ſubſtituti pupillaris, ſicut in perſona pupilli, ergo iſte tex.
in 3.par.non facit,in qua à ſubſtituto erat relictum purè, licèt
à pupillo ſub conditione.¶Vltra Bar.confirmatur iſtud ſecun
8 mum mẽb.rõne,quia†qualitas priuilegiatiua mutatione perſo
næ differentis mutatur,& perditur priuilegium,vt eſt text.not.
in l.licitatio.aliàs inci.locatio.§.pe.& fi.ff.de pub.& in l.Paulus.
§.1.ff.de acq.hære.& in c.1.& vnico. de iure patr.in 6.ergo con
ſuetudo Bulgari interpretans talia verba priuilegio filiorum,
vt ſolùm alimenta contineant, non debent extendi ad extra-
neum ſubſtitutum,in quo ceſſat forma filiationis.¶Et per hoc
9 poteſt reſponderi ad vnum,quod ſtatim dixi, † ꝙ ex perſona
hæredis non debet variari qualitas obligationis,eſt verum,niſi
in principali eſſet tale priuilegium,ꝙ mutaretur per ſucceſſio
10 nem heredis.†Item talis conſuetudo, quæ taliter interpretata
eſt tale relictum ꝯ vim verborum,fauore filiorum debet ſtri-
ctè intelligi, & non extendi ad aliam perſonam præſertim ex-
traneam,vt eſt gl.valde no.in l.1.§.ſi quis ex hoc interdicto, &
ibi Bar.ff.de iti.act.priu.cum ſuis concor. & iſtud fundamentũ
vr̃ ſatis vrgere pro Bar.tñ poſſet dici,ꝙ attento iſto fundamen-
to,idem deberet dici in primo caſu Bar.quod in ſecundo,quia
vtrobique militat idem fundamentum, niſi dicas adhærendo
fundamentis Bar.ꝙ in primo caſu legatum cœpit purè debe-
ri ab ipſo pupillo,ergo ſemper perſona pupilli conſiderat̃, nõ
ſic eſt in ſecundo caſu.¶Item pro iſto ſecundo membr.diſtin.
Bar.bene facit illud,quod decidunt Bal.& Imo.latius in l. cùm
11 filius.§.qui Mutianam.ꝭ.titu.1.vbi quærunt.Pone,†ꝙ maritus
reliquit vxori vſumfr.donec, vel quãdiu caſtè vixerit, & in vi-
duitate permanſerit,iſta vxor ſtetit vidua per triẽnium,& fru-
ctus triennales percepit,& poſtea nupſit,an teneatur reſtituere
fructus iſtius triennij? Et tenent, ꝙ non, quia plura ſunt legata
annua propter illam dictionem donec,vel quandiu,& ſunt po
ſtea conditionalia,vnde pro annis præteritis,quib. cõditio fuit
impleta,non venit fructuum reſtitutio, ſed in futuro tempore
ſic,alleg.no.per gl.in l.fin. C. de indi.vid.tollẽ. ¶Sed aduerte,ꝙ
Bal.met pro more ſuo varians in l.voluntatis.in 2.col. C.de fi-
deic.tenet ꝯ Bar.& communem ſententiam, & dicit ſe ꝯrium
conſuluiſſe,inquantum Bart.tenet,ꝙ ſubſtitutus extraneus te-
netur ad plenum vſumfructum. per text.noſtrum,Bald. tenet
ꝯtrarium per iſtummet text. noſtrum, quem tamen aliter nõ
inducit,& per l.licèt Imperator.s̃.eod.Item quia totum legatũ
eſt aſcriptum filio pupillo,& ad onus filij pupilli,ergo ſubſtitu
tus pupillaris non debet teneri in plus,quàm pupillus, cùm ſit
hæres pupilli,& veniat ex perſona pupilli,& ſic vides,ꝙ Bar.&
Bal.in hoc ſunt ꝯrij,tamen vterque eorum alleg iſtum text. ꝑ
ſe,credo ꝙ melius alleg. Bar.quia quando legatum vſusfr. fuit
annuum,& ſic pro primo anno purum,& pro ſeq. annis con-
ditionale,non poteſt dici,ꝙ pro ſeq.annis conditionalib.cœpe
rit deberi ex perſona pupilli,& ſic nõ ſumus nec in primo, nec
in ſecundo caſu huius tex.Sed in princ. cuiuslibet anni,in quo
purificatur conditio,debet inſpici perſona,quæ tenetur. Cum
ergo ſit mortuus pupillus,& ſic in ſeq. annis legatis annuũ pu-
rificetur in perſona ſubſtituti extranei,& ab eo incipiat deberi,
& non à pupillo,& ſubſtitutus ſit extraneus, ergo tenebitur ad
integrum legatum,vt eſt tex.hic in 3.parte.& hoc modo poſ-
ſet euadi retorquutio,quam ſuperius in oppoſitum feci. Item
tunc legatum augetur in perſona ſubſtituti pupillaris, vt eſt
tex.in d.l.& ſi ꝯ.ff.de vulg.& pup.& l.cùm patronus.ff.de lega.
2.¶Cõtra Bart.etiam multum audacter tenuit Sali.in d.Auth.
hoc locum.in 5.& 6.colu. vbi dicit, ꝙ ita de facto conſuluit ꝯ
Bar.& ꝙ ita obtinuit ſñiam per rõnem Bal. quam ſupra proxi.
retuli.Item quia iſtud legatum vſusfr.relictum à filio cenſetur
repetitum ab eius ſubſtituto,ad hoc alleg.iſtũ text.qui probat
ꝯrium,ſed repetitio de inſtituto ad ſubſtitutum cenſetur repe
tita cum eiſdem qualitatib.d.l.licèt Imperator.s̃.eo. ergo quẽ-
admodum à filio debebantur ſolũ alimenta vxori, & non ple-
nus vſusfru.ita cũ eadẽ qualitate debebantur ſolũ à ſubſtituto
pupillari,ſed ad hoc patet rñſio ex s̃.dictis.Item qñ eſt qualitas
12 †extrinſeca,quæ inſurgit ſpãli priuilegio perſonali, vt in caſu
p̃nti,tunc talis qualitatis non fit repetitio, quia cenſetur cohæ-
rere perſonæ,& non extendi,per regu.l.quia tale.cũ ibi traditis
per Bar.& alios.ff.ſol.mat.& l.1.C.de priui.do.& in l.in omnib.
ff.de reg.iu.reliqua in iſto art.dixi in d.l.& ſi contra,vbi vide,&
vide etiam Bar.in conſil. 244. inci. fuit quidam de Aſſiſio.in 2.
dub.& in l.2.ff.quib.mod.vſusfr.amit.& in l. ſi ita ſcriptum fue
rit.ſecunda.ꝑ illũ tex.ff.de manum.teſt.& in d.l.& ſi ꝯ.Bal.in d.
l.3.

A D D I T I O.

a ¶Communis opi.Pro qua vide eundem Iaſ.in l.ſed & ſi cõtratab. nu. 6.ſupra de vulg.in l.licèt Imperator.nu.23.hoc tit.vbi dixi,& no.Prac. Pap. for. lib. ad vſumfruc.ver.Donec vitam.nu.8. MASVER.

l.3.§.quid ergo.per illum tex.ff.de vſu,& hab.Bened. de Plum.
in l.2.ff.de manum.teſta.vbi aliter diſtinguit in iſta q.& eius di-
ſtin.refert & ſequitur D.Alex.in d.l.& ſi cõtra.vide etiam Petr.
de Anch.in conſi.185.quod incip.q videtur magis dubia. Do.
Marian.Soc.in conſi.68.inci.Io.magiſtri Franc.in 3.col. in prin.
Fran.de Cur.in conſi.14. quod incip.nobilis teſtator. ¶ Secun-
dò princ.vltra Scriben.pondera ex iſto tex.ꝙ eadem ſpecies re
linquitur in duobus teſtamentis, ſcilicet in teſtamento patris,
13 †& in ſubſtitutione pupillari,quæ dicitur teſtamentum ipſius
filij pupilli.l.patris & filij.ff.de vulg.& pup.& per eam ſuccedi-
tur in diuerſis bonis,& diuerſæ perſonæ, & tamen legatũ non
debetur ex vtroque teſtamento,quod videtur contra tex. in l.
planè.§.1.ſ.eo.vbi qñ eadem res legatur eidem in teſtamentis
duorum,debetur ex vtroque,vt ex vno rem, & ex alio æſtima
tionem conſequatur vt ibi,imò quãdo vnus, & idem teſtator
legat bis eidem eandem ſpeciem à diuerſis hæredibus, ab vno
debetur res,ab alio æſtimatio,& ſic vtraque valet.l.quid ergo.
§.ſi quis duos.ſ.eod.Reſponde,quòd d.l.planè.§.1. loquitur in
duobus teſtamentis diuerſorum æquè principalibus, ſed teſta-
mentum patris eſt principale,teſtm̃ verò filij eſt ſequela, & ac-
ceſſorium.l.2.§.prius.in fi.& l.ex pupillari,ff.de vulg.& pup. &
ideo rupto teſtamento paterno, rũpitur & pupillare. l. ſi quis
eum.§.1.ff.de vulg.& pup,imò quando duo teſtamenta habẽ
tur pro vno,legatum non debetur niſi ſemel, vt ſi primò lega
ui tibi fundum, & poſtea hæres meus legauerit tibi eundem
fundum,non poteris conſequi niſi ſemel rem, vel æſtimatio-
nem.l.huiuſmodi.§.ſi Sempronius.ſ.eo.gl.in l.planè,§.1.ſ.eod,
non obſt.etiam d.l.quid ergo.§.ſi quis duos.ſ.eo. quia ibi appa
rebat de expreſſa voluntate defuncti, ꝙ volebat legatum de-
beri bis ab vtroque hærede, hic autem loquitur in dubio, vbi
non eſt præſumendum teſtatorem velle niſi ſemel deberi lega
tum,vt dixi ſupra declarando tex.¶In glo. in ver.non poterit,
adde planiorem rationem, quam dixi ſupra declarando text.
quia ex quo ſemel eſt nata actio contra pupillum inſtitutum
pro legato puro,non naſcitur iteratò contra ſubſtitutum, qa
non intereſt legatarij.arg.l.qui bis idem.ff.de verb.obl.¶In glo.
in ver.legata.gl.dupliciter intelligit tex.tene ſecundum intelle-
ctum,qui eſt melior,& magis cõgruit literæ,& dum dicit, ſed
ex tacita debentur.iſta gl.non vr̃ bene dicere, quia ſi expreſſa
repetitio legati nõ valet,vt dicit gloſ.ergo etiam non poterit
valere tacita,prout gl.met.dicit in glo.fi.in princ.Illud ergo,qđ
14 dicit gl.ex tacita.† intellige.i.ex perſona pupilli tanquam hæres
pupilli, non autem, ꝙ propriè videatur facta aliqua repetitio
legatorum in ſubſtituto pupillari, ſed bene fit tacita repetitio,
quando eſt ſucceſſor ex tacita vulgari,vt l. qui fundum. §. qui
filium.ff.ad l.Falc. Rationem diuerſitatis inter ſubſtitutionem
vulgarem, & pupillarem aſſignaui in d. l.licèt Imperator. quæ
lex ſolùm loquitur in ſubſtituto vulgari,& nõ pupillari, vt ibi
per Bar.& oẽs.& ideo gl.hic malè allegauit illum text.pro ta-
cita repetitione in ſubſtituto pupillari.Intellige ergo, ꝙ debea-
tur ex tacita,non vt à ſubſtituto,ſed vt ab hærede ipſius impu-
beris,nam vt à ſubſtituto, nec vt ex tacita, nec vt ex expreſſa
deberi poſſet,ex quo legata cœperunt deberi ab ipſo pupillo
inſtituto,qui fuit hæres.¶Capio gl.fi.in ver.ſola. quæ diuiditur
in 4.par.In prima declarat tex.In ſecunda remouet vnum cõ-
trarium.In tertia oppo.& ſoluit.In quarta & vlti.alleg.vnã cõ-
cor.ad tex.Secunda ibi,refert ergo.Tertia ibi,ſed videt̃.Quar-
ta,& vlt.ibi,& facit.ſ.de vulg.ſubſti.¶In ea. gl. ibi, quæ eſt con-
tra,dic,ꝙ imò concordat, quia ibi non debebatur legatum à
pupillo,imò debetur ab eius ſubſtituto, ſicut & hic in 3. parte.
¶In ea.gl.ibi,per l.hic ſic.dic melius,ꝙ ibi loquitur,quando ab
eadem perſona,& eodem gradu relinquitur,hic qñ à diuerſis,
& diuerſo gradu,quia cenſetur ſemper ex interuallo fieri.arg.l.
pen.& fi.ff.de vſufr.accreſ.nam quãdo ab eadem perſona eadẽ
res eidem in eadem vltima voluntate fuerit relicta purè,& po
ſtea ſub conditione,poteſt legatarius eligere, vtrum velit illud
legatum vt purum,an vt conditionale, poteſt enim intereſſe
ſua habere vt conditionale, quia fortè erit capax tempore exi-
ſtentis conditionis,qui non erat tpe teſtamenti,vel quia legatũ
conditionale non habebat aliquod onus,purum autẽ ſic. Cir-
ca iſtam par.gl.dubitat Do.Pet.de Bex. dum vult,ꝙ legata pñt
relinqui à ſubſtituto pupillari ex interuallo. Iſtud vr̃ dubium,
cùm pupillaris ſubſtitutio,& teſtamẽtum paternum debeant
fieri eodem contextu,vt l.2.§.prius.ff.de vulg.& pup. vnde di-
cit ſe non videre,quando legata poſſint à ſubſtituto impube-
ris ex interuallo relinqui,niſi ſalues gl.ſecundum eum, ꝙ reli-
quit faciendo codicillos,quia poterit hoc facere ex interuallo.
15 ſed mirandum eſt de tanto patre, † quia pupillaris ſubſtitutio
poteſt fieri ex interuallo,& alia hora ſeparata poſt teſtamentũ
patris,vt eſt tex.in l.ſi quis eum.§.1.ff.de vulg.& pup.licèt teſta-
mentum patris & filij cenſeantur loco vnius. l. patris & filij. ff.
de vulga.& pupil.& §.igitur.Inſtit.de pupil. ſubſtit. ergo vide-
batur,quòd deberent eodem contextu fieri.l. hæredes palàm.
in princ.ff.de teſt.& l.cùm antiquitas. C. eod. ſed dubito, quòd
non fuerit lect.Dom.Petr.de Bexu.ſed fuit cuiuſdam ſubſtitu-
ti,qui pro eo legit.

*S V M M A R I V M.*

1 *Copula,& alternatiua quando ponuntur inter eaſdem perſonas, vtraque ſeruat naturam ſuam ſecundum ordinem prioritatis, & poſterioritatis.intellige,vt nu.3.*

2 *Diſiuncta poſita inter perſonas honoratas,non ponitur pro coniuncta, quando ponitur ſimul coniuncta,& diſiuncta.*

4 *Clauſula,quòd omnes,vel alter eorum expediat, importat, quòd vnus etiam alijs irrequiſitis expedire poſſit.*

5 *Stante ſtatuto,quòd Antiani, vel maior pars ipſorum aliquid faciat, ſi id reſpicit onus,maior pars id facere poterit alijs irrequiſitis.*

6 *Clauſula,ſi non omnes poteritis intereſſe,vel ſi aliqui noluerint,vel non potuerint intereſſe,operatur,quòd vnus non poterit expedire,niſi prius conſtet de aliorum impotentia,& voluntate.*

§. His verbis. Hæc verba vobis, vel alteri ve-
ſtrum,intelliguntur,ſi omnes nõ
ſuperſunt,& ſic in defectum aliorum.h.d.& eſt no.text. & ſatis
concordat.l.hæredes mei.§.fina.ff.ad Trebel.vtilitas eſt,quia il-
le ſolus,qui ſupererit,habebit totum ex diſpoſitione defuncti,
& ſic ex perſona ſua,& conſequẽter habebit ſine onere, quod
impoſitum fuiſſet legatarijs. Si autẽ haberet ex iure accreſcen
di,& ſic ex perſona aliorum,tunc teneretur ad onera illis im-
poſita,vt l.ſi pluribus.& l.planè.§.ſi coniunctim. ſupra eodem,
1 & l.re coniuncti.infra de leg.3.¶†Not. ſing. ex iſto text. quòd
a quando copula,[a] & alternatiua ponuntur inter eaſdem perſo
nas,vtraque ſeruat naturam ſuam ſecundum ordinem priori-
tatis,& poſterioritatis,vt primò coniunctiua,deinde diſiuncti-
ua attendatur,vnde ſi teſtator legauit fundum Titio, & Seio,
vel alicui eorum,& tempore mortis teſtatoris omnes viuunt,
omnes ſimul admittuntur,& tunc procedit prioritas copulæ
antecedentis.Si autem non reperiatur niſi vnus ſolus tempore
mortis teſtatoris,tunc ille ſolus inſolidum admittitur,& ſic ha
bet locum alternatiua poſterius poſita,& iſtum caſum,quan-
do teſtator ponit coniunctam, & diſiunctam inter eaſdẽ per-
ſonas,dicit Bal.hic ſe neſcire alibi.¶Et ſic no. ſecundum Bald.
quem cæteri ſequuntur,limitationem ad l.cùm quidam.C.de
2 verb.ſig.†vbi diſiuncta poſita inter perſonas honoratas, poni-
tur pro coniuncta,nam illud eſt verum,vbi ſola diſiuncta fuit
poſita,vt ibi,ſecus vbi ponitur ſimul coniuncta, & diſiuncta,
vt hic,nam tunc diſiuncta ſeruat naturam ſuam, & debet ali-
quid operari,quod eſt bene no.ſecundum Bal. & ſequitur etiã
D.Alex.in d.l.hæredes mei.§.fi.& facit ratio, quia cùm diſiun-
cta ſequens non poſſit plus coniungere quàm coniuncta, quæ
præcedit,debet diſiuncta intelligi,vt aliquid operetur.l.ſi quan
do.in prin.ſ.eo.ergo remanebit in vi propria diſiunctæ,aliàs eſ-
3 ſet ſuperflua.¶Limita iſtum tex.†& ſimiles,vt procedat,quan-
do agitur de commodo,& honore illorum,in quos diſpoſitio
collata eſt copulatiuè,& alternatiuè,nam ita demum vnus eo
rum admittetur ad totum,ſi alij noluerint,vel non potuerint
admitti,ſecus quando agitur de grauamine, vel onere deben-
4 tium aliquid facere,puta iudicare,vel arbitrari;†vnde ſi Papa
committat cauſam pluribus delegatis cum clauſula, ꝙ om-
nes,vel alter eorum expediat,vel ſi fiat compromiſſum in plu-
res arbitros cum dicta clauſula, poterit tunc vnus etiam alijs
non requiſitis facere,& expedire,etiam ſi alij valeant, & velint
intereſſe,vt eſt tex.in c.cùm plures.de off.deleg.in 6.& in l.non
5 diſtinguemus.§.cùm in plures.ff.de arbi.†Similiter ſi ſtatutum
committeret Antianis, ſeu Decurionibus,vel maiori parti eo-
rum aliquid facere, tunc quando iſtud non reſpicit eorum
commodum,ſed onus, tunc maior pars alijs irrequiſitis pote-
6 rit facere, per dict. capitu.cùm plures.¶Item ſecus eſt,† quan
do clauſula apponeretur iſto alio modo,puta quòd ſi nõ om-
b nes[b] poteritis intereſſe, vel hoc modo, quòd ſi aliqui nolue-
rint,vel non potuerit intereſſe,expediatur per alium,tunc non
pote-

A D D I T I O N E S.

a ¶Quando copula.Quando veritas copulæ requirat vtrunque, vide Barto.in l.1.§.initium.ff.de poſtul.& in l.1.in fi.ff.de ijs,qui no.infa. & in l.1.ff.de iuſt. & iu.& plenius in rubr.ff.de iur.& fac.ign.& in l.is qui ducenta. in §.1.& in §.vtrum.ff.de reb.dub.hæc copula ponitur inter æque principalia, ponitur etiam alternatiue,vt no.Abb.in c.clerici arma.de vi.& hon.cle.

b ¶Quod ſi non omnes.Adde,quæ ſcribit Prac.Pap. for.lib.act.real. verſi.nec non Vicario.nu.2.& 3.

poterit per alium expediri, nisi prius constet de aliorum impotentia, & voluntate, vt c. prudentiam. in prin. de offi. deleg. & l. Pedius. §. fi. cum l. seq. & l. non distinguemus. §. cùm in plures. ff. de arbi. ita concludit Bar. in d. l. hæredes mei. §. fi. cum quo transeunt Ang. Raph. Cuman. Pau. de Cast. & latius Do. Alexã. ibi.
* Pau. de Castr. *& communiter alij* hic, quicquid hic teneat Imol. quem refert, & reprobat D. Alex. in d. l. hęredes mei. §. fi. de quo etiam vide Bar. in l. Pomponius, aliàs incipit, si vni. in 6. quæst. vbi limitat, & ibi Angel. Imo. & alij. ff. de re iudic. Bald. in l. 2. in 7. colum. C. de liber. & eorum lib. Ioan. de Imo. in dicto capitu. prudentiam. in prin. in 2. col.

1 **§. Cùm statuliber.** † Defectus conditionis appositæ libertati validat legatum factum de seruo, secus si conditio libertatis eueniat. hoc dicit cum §. seq. vsque ad fi. l. ¶ Et primò loquitur, quando fuerunt diuersi testatores, quorum primus legauit libertatem seruo sub conditione, qui interim dicitur statuliber, vt toto titu. ff. de statulib. postea hæres huius testatoris, qui pendente conditione interim est dominus istius serui, vt hac l. in princ. & expressior tex. in l. non ideo minus. ff. de rei vend. & in l. plerunque. ff. de reg. iur. legauit istum seruum alteri purè, vel sub sua, vel alia cōditione non pura, certè si deficiat conditio, sub qua fuit relicta libertas, & eueniat conditio legati, legatum factum de seruo valebit, & multò magis quando fuit purè le-
2 gatus, facit regula, † non præstat impedimentum, quod de iure non sortitur effectum. item illud, quod in se non tenet, aliud perimere non potest. Postea. §. sequens loquitur, quando vnus, & idem testator legauit seruum alicui à filio impubere, & à substituto pupillari reliquit libertatem illi seruo, nam cēsetur relicta libertas sub conditione, si substitutio habebit locum, & sic si substitutus succedet, & consequenter primum legatū serui factum à pupillo redditur conditionale sub contraria conditione, si substitutio locum non habebit. l. si post mortem. §. fina. s̃. eo. & l. aliquando. in fi. ff. de condi. & demon. & ideo si efficiatur pubes, deficit substitutio pupillaris, quæ expirat adueniente pubertate. l. in pupillari. & l. verbis ciuilib. ff. de vulga. & pup. & §. masculo. Insti. de pup. substi. & sic deficit legatum libertatis, ideo legatum de ipso seruo factum valet & tenet, secus si moriatur impubes, & sit locus substitutioni pupillari, tunc existit conditio libertatis relictę à substituto, ergo tunc legatum factum de ipso seruo corruit, & ita habes plenè declaratum vtrunque. §. vsque ad fin. l.

SVMMARIVM.

1 *Res legata si efficiatur legatarij ex alia causa lucratiua, sed reuocabiliter, legatum non extinguitur, secus si erat irreuocabiliter.*
2 *Possessionem adipisci non videtur ille, qui eam retinere non potest.*
3 *Duæ causæ lucratiuæ in eadem re, & in eadem persona concurrere non possunt.*
4 *Meum quod est irreuocabiliter, non potest amplius meum fieri.*
5 *Res legata si efficitur legatarij ex causa onerosa, legatum non extinguitur.*
6 *Legatarius pro re legata sub conditione, quando statim agere potest.*

LEX LXXXIIII.

**Non quocunque.** Dominiū rei legatæ superueniens legatario reuocabiliter, cedente die legati non extinguit legatum, quod per duo declaratur exempla. hoc dicit. Diuiditur in tres par. In prima ponit regulam. In secunda comprobat per vnum exemplum. In tertia ꝑ aliud. Secunda ibi, ponamus. Tertia ibi; nam si ex stipulatione. & glo. 1. ponit casum declarando exempla text. & tractat ista lex tota, excepto. § qui Caium. quando res legata incipit esse legatarij, sed reuocabiliter, quia potest ex futuro euentu sibi auferri, quòd durat causa legati, & de eadem materia etiam tractat. l. sequens, & l. hmōi. §. 1. s̃. eo. & latè subtiliter Bar. in l. Me-
1 uius. §. duob. j̃. tit. 1. ¶ † No. ꝙ si res legata efficiatur legatarij ex alia causa lucratiua, sed reuocabiliter, legatum non extinguit̃. Ratio, quia non videtur datum illud, quod auferri potest. l. qui concubinam. §. si hæres. j̃. tit. 2. & l. Iulianus. §. 1. ff. de codi. & demon. sicut non vr̃ acquisitum illud, quod potest auferri, vt in
2 §. seq. vbi gl. alleg. l. nemo. §. 1. ff. de in integ. resti. † imò non videt̃ possessionem adeptus is, qui ita nactus est, vt eam retinere non possit. ita dicit tex. in l. non vr̃. ff. de acq. pos. Hinc sequitur, ꝙ si tpe testamenti res erat legatarij, sed reuocabiliter, ꝙ talis res potest sibi legari, vt est text. in §. seq. & ita limitatur. l. proprias. C. de leg. & l. mea res. ff. de condi. & demon. secus qñ res efficeret̃ legatarij irreuocabiliter ex causa lucratiua, tunc extinguitur le-
3 gatum. † Ratio est duplex, prima, † quia duæ causæ lucratiuæ in eadem re, & in eadem persona concurrere non possunt. l. omnes. secunda. ff. de act. & obli. & l. si seruus legatus. §. Stichum. j̃. eo. & §. si res aliena. Instit. de leg. Secunda & subtilior ratio est,
4 quia tunc obligatio redigitur ad impossibile, quia † quod meū est irreuocabiliter, amplius meum fieri non potest. l. si vt certo. §. si duob. vehiculum. ff. commo. & l. hęreditate. §. pater. ff. de
5 cast. pec. secus, † quando est effecta mea ex causa onerosa. l. non est nouum. ff. de act. empt. & l. ex stipulatione. de act. & obl. Rō est, quia fingitur mea non esse facta propter pretium, qđ abest. l. planè. §. si rem. s̃. eo. ¶ Capio gl. in ver. agam. in ista gl. Bar. post
6 Iac. de Are. concordat istas duas opi. positas in gl. † ꝙ aut legatarius vult agere ad æstimationem dubij euentus, quia res minus valet, quia eueniente conditione potest sibi auocari. l. 1. §. si hæres percepto. ff. ad Treb. & l. idem Labeo. §. fi. & l. seq. ff. famil. ercis. & l. si seruus. in prin. ff. de condi. fur. & tunc statim potest agere. ita loquitur iste tex. in primo exemplo, ibi, quia is status est eius. vbi tex. considerat illud, quod euenire potest, & sic agitur propter illum dubium euentū. Aut legatarius vult agere ad totalem æstimationem, siue interesse, & non potest, nisi existente conditione, & re sibi ablata, ita loquitur tex. in secundo exemplo ibi, existente conditione. Facit bene tex. in §. sequ. ibi, deinde postea euincatur, rectè ex testamento petam. & cū
* Bar. *tenent communiter alij.* idem tenet Bar. in l. inter stipulantem. §. si rem. ff. de verb. obl. & l. Meuius. §. duob. in 11. col. in 6. opp. j̃. tit. 1. Sed aduerte, licèt cōiter Scribentes ita transeant, vr̃ ꝙ ēt in primo casu non possit legatarius agere ad aliquod interesse ratione dubij euentus, & ad hoc cum effectu, cùm hæres liberetur præstando cautionem de euictione, si contingat rem, quam habuit legatarius ex causa lucratiua, ei euinci, arg. l. si domus. §. de euictione. s̃. eo. sicut euenit, quando soluitur res, cui aliquod ius deest, potest adhuc peti ea res ad effectum, vt præstetur talis cautio. l. Iulianus. §. 1. ff. de verb. obl. & l. etiam. ff. de sol. & ita etiam est de mente Raph. Cu. hic, & Raph. & D. Petr. de Bexu. in d. l. inter stipulantem. §. si rem.

SVMMARIVM.

1 *Regula Catoniana non impedit legatum valere, quando impedimentū verè suberat, sed iuris fictione fingitur non subesse.*
2 *Res mea, quæ iuris fictione est aliena, quòd possit mihi legari.*
3 *Legatum rei meæ, quam alteri debeo actione personali, an valeat.*
4 *Regula Catoniana non habet locum, quando à principio non erat præcisum impedimentum.*
5 *Legatum factum de re propria legatarij non valet, dato quòd viuo testatore desinat esse legatarij.*
6 *Res mea, quæ à me potest auocari, potest mihi legari, & legatum tenet.*
7 *Res mea, quæ mea erat reuocabiliter, potest à me vsucapi.*
*Limitatio ad regulam. l. sequitur. §. lana. ff. de vsucap.*
8 *Res absentis causa Reipublicę, & vsucapta, potest legari ei, qui eam vsucepit.*
9 *Absenti causa Reipualicæ, an magis faueatur, quàm minori in restitutione. vbi recitatis opi. concordat ex mente Alex.*
10 *Illud, quod euenire potest de iure speciali per beneficium restitutionis, an attendatur, vel quod de iure communi.*
11 *Substitutus, quòd non retardetur, quòd non admittatur, instituto repudiante, licèt posset ipse, qui repudiauit, venire beneficio restitutionis in integrum.*

**§. Si ex bonis.** Regula Catoniana cessat, vbi impedimentum, ꝙ verè subest, fingitur non subesse. h. d. ſm Bar. & Sali. & Imo. vel sic, & melius, Res mea q̃ pōt à me auocari, pōt mihi legari tanq̃ nō mea. h. d.
1 ¶ † No. 1. ex isto tex. ſm Bar. Sali. Imo. & alios, ꝙ regula Caton. non impedit legatum valere, qñ impedimētum verè suberat, sed iuris fictione fingitur non subesse, & ita summaui secundū
2 eos primo loco istum tex. † nam hic res verè erat mea, quia eā vsuceperam. l. traditionibus. C. de pact. tñ fingitur non mea, & sic me non vsucepisse, ex quo poterat à me auferri beneficio resti. in integ. l. nemo. ff. de in integ. restitu. alleg. in glo. facit. l. seruum filij. in princ. s̃. eo. Sed aduerte, istud quod Bar. & Doc. volunt, ꝙ res verè mea licèt iuris fictione aliena, mihi possit legari, non videtur ita passim & indistinctè verum, imò esset multum dubitabile. quid enim si rem meam alteri debeam actione personali? fingitur aliena, quia ille qui actionem habet, rem habere videtur. l. qui actionem. ff. de reg. iur. & tamē vr̃, ꝙ mihi legari non possit, cū sit mea propria. l. cætera. §. 1. s̃. eo. & d. l. proprias. C. de leg. licèt auocari à me de iure possit, nec ad hoc ob. tex. in l. apud Iulianum. §. Titius. s̃. eo. vbi si debeo rē meam alicui actione personali, puta actione ex empto, & eam mihi le-

get,valet legatum,vt ibi eſt tex.ſed ideo illu d ibi eſt,quia teſta-
tor videtur legare illud ius,quod habet in re,ſeu ad rē; ſed nos
loquimur, quando tertius, cui nihil debeo,legaret mihi rem
meam,quam alteri debebam,quo caſu videtur valere legatū,
& ſic concluſio Bar.& Doct.non eſſet ſimpliciter vera,nō po-
3 no tamen hic pro conſtanti,quia puto,quod poſſet dici, † ꝙ
imò valeat legatum rei meæ, quam alteri debeo actione per-
ſonali,eo quia hæres cenſetur tunc grauatus de liberando rē
ab illa actione perſonali,quia teſtator ſciebat rem eſſe legata-
rij,ſed alteri debitam.Et per tex.no.ad hoc in l.ſi tibi homo. ſ.
eodem.Facit l.ſi res obligata.ſ.eod.& l.huiuſmodi.§.qui ſeruū.
ſ.eod.Item teſtator ſciens rem eſſe meam,& alteri debitam,eā
mihi legando videtur voluiſſe facere legatum validum & vti
le.l.Titia cum teſtamento.§.1.& l.Meuius.in princ.ſ. titu. 1.er-
go cenſetur grauaſſe hæredem de liberando illam rem ab illa
actione perſonali,& iſtud teneo. Tamen ad euadendum iſtas
dubitationes puto,quòd melius & planius poſſit dici ad regu.
4 Caton.†ſcilicet,ꝙ regula Caton. non habet locum quando à
prin.non erat præciſum impedimentum prout hic,vbi res le-
gata non erat irreuocabiliter legatarij,ita quòd poſſet præciſè
dici res ſua propria,ita quòd non valeret legatum,iuxta.l.pro-
prias.cum ſimi.C.de leg.& l. mea res.ff.de condi.& demonſtr.
5 †nam ſi res eſſet propria,& incommutabiliter ipſius legatarij,
& teſtator legaret eam ipſi legatario, certè non valeret legatū,
dato quòd adhuc viuo teſtatore res talis deſineret eſſe legata-
6 rij.l.cætera.§.1.ſ.eo.†propter reg.Cato.quæ habet, quòd quan
dò legatum eſt à princip. nullum,ſi teſtator tunc moreretur,
non reconualeſcit ex eo,quòd teſtator ſuperuiuat, & impedi-
mentum ceſſet.l.1.ff.de reg. Caton. & ſi bene conſideres,iſtud
idem etiam in effectu voluerunt Bar.& Scrib.¶Vnde nota ex
hoc tex.ꝙ res mea reuocabiliter,& ſic quæ poteſt à me auoca
ri,poteſt mihi legari,& legatum valet,vt hic,& in princ.huius
l.Facit,quod vult gl.no.in l.ſequitur.§.fructus.& ibi Bart. circa
7 fi.ff.de vſuca.vbi glo.no. tenet,† quòd poſſum vſucapere rem
meam,ſi non erat irreuocabiliter mea,ſed poterat aliquo iure
à me auocari.& eſt tex.no.in l.in bello. §. ſi quis ſeruum. & ibi
Bar.not.ff.de capt.& ita limitatur regu.d.l.ſequitur.§.lana. quæ
vult ꝙ illud,qđ eſt meum,vſucapere non poſſum.nam proce
dit,quando eſt irreuocabiliter meum.¶Secundò in ſpecie no.
8 ex iſto tex.ꝙ † ſi aliquis vſucepit rē abſentis cauſa Reip.quia il-
le reuerſus poteſt petere reſtitu.in integ. aduerſus talem vſuca
pionem ex clauſula generali,ſi qua iuſta cauſa mihi videbitur,
ideo poteſt talis res legari ei,qui præſcripſit,& idem dicit Bart.
per iſtum tex.ſi vſucepi rem minoris,qui poteſt in integr.reſti.
quòd ſi aliquis legat mihi illam rem,quam vſucepi contra mi
norem,quòd valet tale legatum,ſed pro certo videtur miran-
dum,quare Bart.dubitauerit de iſto caſu.ſ.de eo, qui vſucepit
rem minoris,qui poteſt reſtitui,quòd talis res poteſt legari illi,
qui præſcripſerit,& valet legatum,cùm iſte tex. expreſsè deci-
dat de eo,qui vſucepit rem abſentis, qui ſimiliter poteſt reſti-
tui,& propter hoc valet legatum factum de illa re ei, qui præ
ſcripſit.non videtur prima fronte,ꝙ Bar.habuerit probabilem
dubitationem ſuper hoc,cùm non minori æquitate ſubuenia
tur minoribus ratione minoris ætatis,imò maiori, quàm ſub-
ueniatur maioribus ratione abſentiæ.¶Sed licèt Bar. & Scrib.
non declarent,puto Bart. bene dubitaſſe, & dico ꝙ dubitatio
9 Bar.potuit eſſe,†quia magis fauetur abſenti cauſa Reip. quàm
minori.l.ſi qua militi.in princ.& ibi glo.& Bar.ff. ex quib. cau.
maio gl.in l.3.§.ſed vtrum.in verbo, & non puto. ff.de mino.
quæ dicit,ꝙ plus facit abſentia,quàm minor ætas.& glo.in l.cū
quidam.in prin.in verſ.aberat.ff.de acq.hær.quæ in duob.locis
dicit,ꝙ in reſti.in integr. magis ſuccurritur maioribus ratione
abſentiæ,quàm minoribus ratione ætatis, & ibi illam gloſ. ſe-
quuntur Scribentes,maximè Bal.& D.Alex. in 1. col. idem la-
tius tenet Sali.in l.1.C.de reſti.mili.vbi aſſignat rationem diuer
ſitatis.Iſtud eſt,propter quod Bart. potuit probabiliter dubita-
re.¶Contrarium tamen tenet gl.ordi.in l.necnon. §. quod eis.
in ver.prohibeant.ff.ex quib. cau. maio. quæ dicit bonum eſſe
argu. non ſubuenitur minori ratione minoris ætatis, ergo nec
maiori ratione ignorantiæ, vel alterius impedimenti. & illam
glo.reputat valde notandam idem D.Alex.in l.ſi finita.§.Iulia
nus.in 42.col.in prin.ff.de dam.infec.& dicit,ꝙ de illa glo. non
fuit recordatus Sali.in d.l.1.C.de reſtit.mili. contrarium etiam
tenet Bal.in l.in contractibus.in princ in 3.no.per illum text. C.
de non num.pecu.vbi no.ꝙ magis eſt priuilegiata minor ætas
in reſti.in integ.quàm reſtitutio,quæ conceditur maiori ratio-
ne abſentiæ.idem latè tenet Arc.in conſi.104.incip.breuitas in
conſultatione bene neceſſaria eſt.in 3.colum.& ſequ. vbi dicit
Sali.in d.l.1.multum erraſſe.& idem Aret. in conſil. 160.quod
incip.in præſenti conſultatione videndum eſt, nunquid ſoror.
in 3.colum.& in d.l.cùm quidam.in princ.& in l.Pantonius. in

vlti.col.ff.de acqui.hære.Dom.Franc.de Cur.in conſi.58. quod
incip.ſuper præmiſſa conſultatione.in 3.col.& duab.ſeq.vbi di
* cit,quòd iſta ſecunda eſt verior,& *magis communis*. & vide Do.
Alexan.concordantem iſtas gl. contrarias in l. cum filius. §. in
hac.ad fi.vbi dixi.ff.de verb.obl.vt glo.2.alleg.procedat, quan-
do aliquid eſt geſtum cum minore,ita quod perſona minoris
habetur in conſideratione, tunc eſt magis priuilegiata, ſecus
a quando non habetur in conſideratione, vt quia nihil [a] ſit ge-
ſtum cum minore, ſed obligatio ſumpſit originem ex perſo-
na defuncti,tunc procedunt primæ glo. contrariæ, vt habetur
10 in l.2.C.ſi aduerſ.vend.¶Tertiò no.ex iſto tex.†ꝙ attenditur il
lud,quod euenire poteſt de iure ſpeciali per beneficium reſti.
in integ.nam hic vſucapta erat res abſentis cauſa Reip.& pro-
pter hoc reuerſus poſſet reſtitui in integ.aduerſus talem vſuca
pionem,iſtud habetur in conſideratione.¶Contra iſtud no.&
contra iſtum tex.vltra Scribē. fortiter oppono;nam ea,quæ de
iure ſpeciali per reſti.in integ.poſſunt obtineri,non ſūt in con
ſideratione,antequam actualiter ſint impetrata.text.eſt not. li-
cèt vulgatus in l.4.§.1.de fideicom. libe. per quem tex. dicit ibi
Bar.quòd inſpicitur illud, quod euenire poteſt de iure cōmu-
ni,ſed non illud,quod euenire poteſt de iure ſpeciali per reſtit.
in integ.ad idem eſt tex.in l.exceptiones quæ perſonæ.ad fi.ibi,
nec ipſe ante habet auxilium,quàm reſtitutus fuerit. ff. de ex-
cep.glo.in l.æquiſſimum.§.1.in ver.repudiauerit.quam Barto.
ibi circa fin.in pe.q.dixit eſſe menti tenendam.ff.de bo. poſ.ſe-
cundum tab.Bar.in l.1.§.quidam filium.circa prin. 1. col.ff.de
ſtab.& in l.1.circa fi.de iniuſt.rup.& in l.quamdiu.1.ff. de acq.
hære.in l.1.in prin.ff.de vulg.& pup.in 4.q.princ.in primo effe-
11 ctu,vbi per hoc tenet,†ꝙ licèt ſubſit ſpes, quòd inſtitutus, qui
repudiauit,poſſit venire per reſti.in integ.per hoc tamen ſub-
ſtitutus non ceſſabit interim admitti.l.& ſi ſine.§. ſed quod Pa-
pinianus.ff.de mino.Potes breuiter dicere,ꝙ etiam in iſto tex.
ſi bene aduertatur,non eſt in effectuali conſideratione, donec
ſequatur ipſa reſtitutio,vt dicit iſte tex.ibi,deinde poſtea euin-
catur.ergo ſecus ante.facit l.interdicit. in ver. quia reſtitui in ci
uitate poteſt.ff.de condi.& demon.

A D D I T I O.

a ¶Vt quia nihil.Sed an minor poſſit renunciare ſtatutis, & legibus inducen-
tibus ſolennitatem,dic ꝙ non.l.teſtandi.C.de teſt.l.nemo poteſt.ff.de lega.1.
latiſſimè per Alex.de Imo.in conſi.99.in 4.vol.ibi,ſucceſſiuè.

*S V M M A R I V M.*

1 *Ius plenum,& plenum dominium fundi conſtituitur ex proprietate,& vſufructu.*
2 *Legatum rei legatæ eatenus extinguitur,quatenus efficitur legatarij ex cauſa lucratiua.*
3 *Vſusfructus conſolidatus proprietati quæſitæ ex cauſa oneroſa, non dicitur ex eadem cauſa oneroſa conſolidari,qnando pro vſufructu nihil fuit ſolutum,ſed fuit finitus in perſona vſufructuarij.*
4 *Aduerſatiua debet aduerſari precedentibus in iure,& in facto.*
5 *Titulus oneroſus qui habetur in ancilla empta, cenſetur etiam haberi in eius partu legato.*
6 *Vſusfructus an obtineat ius ſeruitutis,an vices dominij.*

1 §.Fundus. †Quatenus res legata efficitur legatarij
ex cauſa lucratiua,legatum extinguit,
& emptor ancillæ cenſetur etiam in eius partu habere cauſam
oneroſam.hoc dicit cum.§.ſeq.& primò loquitur,quādo quis
emit partem integralem fundi legati, nam ex proprietate, &
vſufru.conſtituitur plenum ius, & plenum dominium fundi,
glo.in l.rectè dicimus.ff.de verb.obli.Bar.& alij in l.qui vſum-
fruc.ff.de verb.oblig.& legatarius emit ſolam proprietatē pro
decem,cùm fundus iuncto vſufruc. cum proprietate valeret
quindecim,in ſolis decem habet cauſam oneroſam, & non in
quinque pro vſufructu, cùm pro eo nihil ſoluerit,ſed per mor
tem,vel capitis dimi.venditoris ad eum peruenerit. In ſecun-
da loquitur,quando legatarius emit partem quotam,puta di-
midiam fundi legati.In tertia,quando partus ancillæ fuit lega-
tus,& legatarius emit ipſam ancillam.Secunda ibi,Marcellus.
2 Tertia ibi,Iulianus.¶No. 1.ex iſto text. † ꝙ quemadmodum ſi
legatarius totam rem fuiſſet conſequutus ex cauſa lucratiua,
non poſſet agere ex teſtamento,quia duæ cauſæ lucratiuæ cir-
ca idem concurrere non poſſunt,vt dixi in princ. huius l.eodē
modo nec ſi partem, reſpectu huius tex. vt hic, probatur per
duo exempla.nam bonum eſt argum.de toto ad partem.l.quę
de tota.cum vulga.ff.de rei ven.& c.paſtoralis. in princ.de off.
delega.¶†Not.ſecundò,quòd vſusfruct.conſolidatus proprie-
3 tati quæſitæ ex cauſa oneroſa, non dicitur ex eadē cauſa one-
roſa

rosa consolidari, quando pro vsufruc. nihil fuit solutum, sed fuit finitus in persona vsufructuarij, & sic not. quòd licèt proprietarius in proprietate habeat causam onerosam, si tamen vsusfructus postea reuertatur ad proprietatem, tunc in vsufructu dicitur habere causam lucratiuam, aliàs ex testamento diceretur etiam consequi æstimationem vsusfruct. cuius contrarium videtur velle iste tex. & glo. Bar. & Doc. *istud communiter apertè volunt*. Pro clara ergo intelligentia istius tex. oppono fortiter contra istud secundum no. & sic contra istum tex. nam ille, qui emit nudam proprietatem, censetur illam emisse cariorem propter spem vsusfruc. qui aliquando debet reuerti ad proprietatem, habito respectu ad qualitatem personæ vsufructuarij, vtrum. s. sit senex, an iuuenis, & sic an verisimiliter sit citius finiturus vsusfruct. an non, & sic viliori, & cariori pretio proprietas de per se ematur. aliàs n. proprietas de per se esset inutilis, & nullius pretij. l. 3. §. ne autem. ff. de vsufruct. ergo videtur, quòd etiam vsumfruct. dicatur habere ex causa onerosa, & sic, quòd etiam eius æstimationem debeat consequi actione ex testamẽto, sicut etiam dicitur hic in 3. parte in ver. Iulianus. in legatario qui emit ancillam prægnantem, nam dicitur habere titulum onerosum etiam in partu, eo quia videtur matrem cariorem emisse propter spem partus legati. l. quod ex Pamphilo. ĵ. titu. 1. & tenendo istam opi. pro vera, non obst. iste tex. quia si bene aduertatur, non negat, quòd legatarius non debeat consequi æstimationem etiam vsusfruct. nec decidit an vsusfru. dicatur haberi titulo lucratiuo, an oneroso, sed text. solùm decidit, quòd iudex tanti litem æstimare debebit, quanti mihi aberit. si ergo consequor tantum, quantum mihi abest, ergo consequor totum, in quo onus prætendo, ergo etiam vsumfruc. in quo prętendo causam onerosam, cũ propter vsumfruct. emerim proprietatem cariorem, nam legatarius debet tantum consequi, quantum sibi abest ratione rei legatæ. l. planè. §. quòd si rem. s̃. eod. & istum intellectum ad istum tex. tenet Raph. Cuman. hic cõtra glo. Bar. & alios, & eum sequuntur Dom. Petr. de Bexu. & D. Iac. Put. hic. Iste intellectus licèt prima fronte videatur coloratus, tamen nullatenus est tenendus, per tex. idem decidentẽ in §. si cui fundus. Insti. de leg. vbi tex. clarius decidit, quàm hic, & dicit, quòd in officio iudicis continetur, vt deducto vsufru. iubeat æstimationem prestari, ergo vult, quòd nulla fiat estimatio ipsius vsusfruct. Secundò per istum tex. in 2. par. in ver. Marcellus. qui dicit, idem erit si partem redemero. nam secundum Raph. non esset idem in casu præcedenti, sed diuersum, ergo iste intellectus stare non potest. Tertiò per ver. Iulianus. qui dicit, quòd si legatum, & sic pondera quòd text.† venit aduersatiuè,
4 ergo debet aduersari præcedentibus in iure, & in facto. l. sed & si lege. in princ. cum glo. ff. de peti. hære. Bar. in l. hoc amplius. §. de his autem. ff. de dam. infect. ergo non est idem ius in ancilla empta propter partum, prout est in primo casu, prout vult Raph. Cuman. sed est diuersum, & contrarium, prout expressè ostendit illa aduersatiua, quòd si legatum, & text. iste in primo casu loquitur in casu claro, quando legatarius redemit solam nudam proprietatem detracto vsufructu, & sic sine vlla æstimatione vsusfruct. & ita teneas communem intellectum gl. & Docto. ad hunc tex. qui planè, & sine scrupulo procedit.
5 ¶† Tertiò no. in ver. Iulianus. quòd titulus onerosus, qui habetur in ancilla empta, censetur etiam haberi in eius partu legato, vt hic, & l. si quod ex Pamphila. infra titu. 1. vbi text. ponit practicam huius §. non tamen est verum, quòd partum emerit, sed matrem cariorem propter partum, & hoc respectu videtur etiam partus haberi ex causa onerosa, vnde euicto partu non potest agi ad duplam, quæ non committitur, nisi quando euincitur res vendita, sed solùm potest agi actione ex empto ad interesse, quæ competit etiam pro re non vendita, sed accedente rei venditæ. l. si prægnans. & l. seq. ff. de euict. & ita tenet glo. hic. & gloss. & Bar. in d. l. si quod ex Pamphila. ¶ Capio glos. 1. in versic. aberit. quæ diuiditur in duas par. In prima ponit rationem dubitandi, & rationem decidẽdi ad istum text. In secunda declarando tex. remouet vnum contrarium. Secnnda ibi, & intellige. ¶ In ead. glo. ibi, vicem seruitutis obtinet. istud
6 non est necesse dicere secundum Dy. & alios,† quia vsusfruct. obtinet vicem dominij, idest partis dominij, nõ autem totius, vt dicit tex. in d. l. 3. ff. de vsufruc. alleg. per glo. ideo habito vsufruct. ex causa lucratiua consequitur legatarius æstimationem proprietatis, quam consequutus fuit ex causa onerosa. item vsusfructus hic est causalis, non formalis, de quo loquitur d. l. 4. ff. de vsufruct.

SVMMARIVM.

1 *Hæres, si duobus separatim fuit legatum id, quod erat debitum à duobus reis debendi, tenetur vni cedere actionem, & alteri estimationem soluere, & nu. 4. & legatum vtriusque extinguitur acceptilatione facta per testatorem vni ex reis debendi. & vide nu. 13.*
2 *Hæres tenetur ad æstimationem rei legatæ, quando facto heredis etiam ignorantis res legata præstari non potest, & nu. 4.*
3 *Obligatio plurium reorum debendi licèt sit vna respectu vnitatis rei deductæ in obligationem, tamen respectu personarum censentur esse plures. & nu. 12.*
5 *Cedens vni iura contra debitorem, non potest illa alteri cedere contra eundem debitorem. & nu. 7.*
*Actio vtilis vni competens ex cessione, non potest alij cedi.*
*Cessio in incorporabilibus idem operatur, quod traditio in corporalib. & nu. 7. in fi.*
6 *Procuratores duos insolidum in rem suam quis non potest facere.*
8 *Cessionarius potest alteri cedere, & apud ipsum nihil remanet.*
9 *Cedens actionem, ex quo penes eum remanet actio directa, potest in eã procuratorem simplicem constituere, vel in rem suam, & etiam plures. num. 11.*
10 *Actio directa remanet penes cedentem penitus inualida, quando cedens posuisset cessionarium in suum locum.*
14 *Quando in legato alternatiuo electio est debitoris, solutio facta de vno producet liberationem in alium, secus si est creditoris.*
15 *Res legata si perijt sine culpa hæredis, tunc hæres non tenetur ad æstimationem.*
16 *Acceptilatio habet vim solutionis.*
17 *Legatum extinguitur per actum voluntarium factum à testatore sponte exigente.*
*Legatum non extinguitur per actum necessarium factum à testatore.*
18 *Tex. iste an hodie corrigatur, vel limitetur.*
19 *Correi ex vltima voluntate non habent beneficium diuisionis.*

1 §. Qui Caium. † Iste §. erit subtilis, quia hẽt materiam subtilem, & difficilem. Si duob. separatim legetur id, quod erat debitum à duob. reis debendi, tenetur hæres vni cedere actionem, & alteri æstimationem soluere, acceptilatione tamen facta per testatorem vni ex reis debendi, vtriusque legatum extinguitur. hoc dicit, & habet duo dicta. Secundum est ibi, si tamen viuus. ¶ No. primo ex isto tex. quòd quando testator legat vni ex legatarijs illud, quod vnus ex reis debendi debet, puta centum, & alteri legatario illud, quod alter ex reis debendi sibi debet, & sic eadẽ centum, quia natura reorum debendi est, vt quilibet teneatur insolidum ad eandem summam, tenetur hæres vtrique legatario insolidum satisfacere, & vni cedere actionem insolidum contra vnum ex reis debendi, & alteri legatario præstare litis æstimationem, seu illam quantitatem de centum, in qua erat obligatus alter reus debendi, vt hic, & in l. qui duos. ĵ. tit. 1. vbi tex. assignat rationem, quia hæres cedendo actionem contra vnum ex reis debẽdi facto suo alium liberat, ideo tenetur pro eo estimationem soluere, & istam rationem assignat glo. in l. quod si
2 quis. s̃. eo. † nam quando facto hæredis contingit, quòd res legata extinguitur, vel præstari non potest, tunc hæres tenetur ad æstimationem etiam si ignorans fecit. l. cætera. §. fi. s̃. eo. & l. planè. §. si cui Stichus. ĵ. eo. sed mirum videtur, nam obligatio duorum reorum debendi censetur esse vna respectu rei per eos debitæ, & ideo solutione ab vno facta, tollitur omnium obligatio. l. 3. in fi. ff. de duob. reis. & § 1. Insti. eod. Sed quando testator vnam rem legat pluribus, ibi dicuntur re coniuncti, & faciunt sibi partes per concursum in illa re, nec vnus potest petere rẽ, & alter æstimationem. l. si pluribus. s̃. eo. quomodo ergo in isto tex. cùm idem esset debitum ab vtroque ex reis debẽdi, videtur esse legatum ambobus legatarijs insolidum? & ista potuit esse
3 ratio dubitandi in isto text.† Dic, quòd licèt obligatio plurium reorum debendi sit vna respectu vnitatis rei in obligationem deductæ, & quia vnica solutione omnes liberantur, tamen respectu personarum ipsorum reorum debendi censentur esse plures obligationes, quia quilibet reorum debendi est obligatus propria obligatione, & ideo isto casu, quando testator legat vni legatario id, quod debebat vnus reus debendi, & alteri legatario id, quod debebat alius reus debendi, istæ obligationes erant diuersæ secundum diuersitatem personarum. l. 1. in fin. ff. de duob. reis. ideo ista iudicantur plura legata, & ideo hæres est obligatus vtrique insolidum, cũ testator voluerit vtrunque legatarium insolidum legatum habere, & sic testator voluit multiplicare legatum eiusdem quantitatis, & ista põt esse
4 ratio decidendi ad hunc tex. ¶† Et ex his habes declarationem text. quòd hæres tenetur vni legatario cedere actionem, qua cessa tenetur alteri ad æstimationem, nam quia hic respectu rei erat vna tantum obligatio, facta cessione vni ad illam rẽ, amplius non potest alij cedi, vt statim dicam in seq. not. sed quia respectu pluralitatis personarum erant plures obligationes, & sic videntur esse plura legata, ideo respectu alterius heres tenetur ad

ad æſtimationem,& in hoc conſiſtit ſubſtantia, & fundamentũ iſtius tex.¶Secundò prin.no.ex hoc tex.† φ qui ceſſit actio-
5
a nem vni contra vnum debitorem,non poteſt poſtea eam alteri cedere cõtra eundem debitorem, & ſic qui ceſſit iura vni, non poteſt eadem cedere alteri,vt hic,& l.qui duos.ſ.titu.1.nã ſi iſtud procedit in duobus reis debendi, qui ſunt diuerſi debitores,& quilibet eſt obligatus inſolidum, & in quibus eſt dare duas obligationes & actiones. l. 3.in fi. ff.de duob. reis.φ facta ceſſione contra vnum ex ipſis reis non poteſt fieri contra alterum,fortius hoc procedet in vno tantum debitore,ſecundum Iac.de Are.Barto.& alios.Confirmatur,quia ſicut idem dominium in vnum translatum non poteſt amplius in alium trãſferri.l.3.§.ex plurib.ff.de acqui.poſ.l.ſi vt certo.§.ſi duobus vehiculum.ff. commod. ita etiam actio vtilis vni competens ex ceſſione,alij cedi non poteſt,quia quod operat̃ traditio in corporalibus,illud idem operatur ceſſio in incorporalibus.l.fina. vbi glo.C.quando fiſcus vel priua. Item adde, quòd Barto. in rubr.extra de procura in 8.colum.dicit,quòd in iſto.§. eſt text.
6 ſing.† φ quis non poteſt facere duos procuratores in rem ſuã inſolidum , ita φ vterq; inſolidũ exigat, quia ſunt ceſſionarij.
7 †Limita ex mente Bar.tribus modis, & clarius habebis,quàm ponat Bart. primò intellige , iſtud procedere in ſex caſibus,in quibus transfertur vtilis , quamuis non ſit expreſſa ceſſio , qui enumerantur per glo.magiſtram in l.1.C.de actio. & oblig. & gl.in l.ex legato nominis.C.de leg.aliàs ſi non eſſet trãslata vtilis,& ſic extra illos ſex caſus , vt in contractibus innominatis, vt eſt tex.in d.l.1.tunc bene poſſet alteri cedi , ſicut res vendita vni,antequam ei tradatur,põt alteri vẽdi, & transferri dñium. l.quoties.C.de rei vend.& l.ſiue aũt.§.ſi duob.ff. de pub.in rem actio.nã vt ſtatim dixi,illud,qđ operat̃ traditio in reb.corporalib.ſed operat̃ ceſſio in iurib.incorporalib.¶†Scđò intellige,φ
8 vtilis in dictis ſex caſibus non põt alteri cedi, verum eſt per ipſum cedentem , ſed per ceſſionarium bene poſſet alteri cedi , licèt apud ipſum ceſſionarium nihil poſtea remaneat. ita propriè loquitur tex.in l.1.§.de illo.& in l.ex aſſe. & ibi Bart. ff. ad Treb.quæ duo iura promiſcuè alleg.Bar.hic,ſed ad hoc tendunt.¶Tertiò intellige prædicta quo ad vtilem,ſecus eſt in directã,quæ remanet apud cedentem,& non poteſt transferri p ceſſionem,quia directæ actiones ita ſunt affixę oſſibus noſtris, vt euelli non poſſint à nobis.l.qs ergo caſus.ff. de pecul.nec trãſeunt de ſubiecto ad ſubiectum,vt eſt glo.no.in l.3.in princi.ff. pro ſoc.imò non tranſirent in hæredem,niſi quia fictione iuris fingitur hæres eadem perſona cum defuncto,vt in Authen. de iureiu.à mor.prẽſt.in prin.collat.5.gl.in l.cùm à matre.C.de rei
9 vend.& tunc†poteſt cedens in directa,quæ apud eum remanſit, conſtituere procuratorem ſimplicem,vel in rem ſuam, ſicut potuiſſet cedens agere directa non obſt.quòd ceſſerit vtilẽ alij,& talis conſtitutio procuratoris habebit effectũ, quia poterit ei ſolui, niſi ſit præcluſa via per vnum ex tribus caſib.poſitis in l.3.C.de noua.quando eſſet facta interpellatio per ceſſionarium,aut pars debiti ei ſoluta ſit,aut lis conteſt.vt ibi, quod intellige,niſi primæ ceſſioni fuiſſet annexa valida liberatio debitoris reſpectu cedentis , quo caſu non poſſet amplius ei ſolui,& non habet locum d.l.3.C.de noua.ſecundum Bald.reputantem ſuum nouum dictum in l.ſi pecunia.vbi dixi.ſupra eo.
10 †vel niſi cedens poſuerit ceſſionarium in locum ſuum,prout communiter ſolet dici in inſtrumentis,quo caſu directę remanent penes cedentem penitus inualidæ,& ſic ei non poſſet amplius ſolui per debitorem ceſſum,& tunc non habet locum.d. l.3.& ita no.tenet Ang.in l.ſi cum emptore.ff.de pact.vbi dicit ſe ita conſuluiſſe,& obtinuiſſe,& idem Ang.in d.l.fi. ff.de tranſac.licèt idem Ang.videatur in hoc variare in l.qui quadringẽta.in prin.& vide ibi Io.de Imo.ff.ad Treb.& vide Pau.de Caſ. in d.l.ſi cum emptore.Lud.Rom. in l. in prouinciali. §. ſi ego.
11 ff.de ope.no.nunc.†Item poterit talis cedens quo ad exercitiũ directarum conſtituere non ſolùm vnum, imò plures procuratores in rem ſuam,& tunc præoccupantis melior erit conditio.l.pluribus.ff.de procur. & ita habes clarè & ordinatè explanatam doctr.Bart. ¶Sed aduerte, quòd hic dicta Bartol. & Doct.poſt Iac.de Are.poſſunt procedere , quando vnus tantũ ſubeſt debitor.tunc actio ceſſa vni contra iſtum debitorẽ,non poteſt alij cedi contra eundem,& ita procedunt ea,quæ ſuperius dicta ſunt , ſed mirandum eſt ſecundum Raph. Cuman. quare in iſto tex.non poſſit fieri ceſſio duob. cùm hic ſint duo debitores correi , & ſint duæ obligationes , vnde nihil videtur obſtare,quòd quando ceſſio fuit facta contra vnum reum debendi,quin etiam non poſſit cedi contra aliũ correum , & erit melior conditio præoccupantis.l.pluribus. ff. de procur. & dicit φ iſtud videtur voluiſſe Bar.in l.ex duob.in 8.q.ff. de duob. reis,& φ nullus ad hoc aduertit,& φ hæc res eſt ſibi multũ dubia.¶Defendendo Bar.& Scriben. poteſt reſponderi altero de duob.mod.primò,φ iſtud hic fieri non põt,qa non debet eſſe in poteſtate hæredis facere legatum eluſorium contra mentẽ teſtatoris,vt l.qui duos.ſ.titu.1.ſi.n. cederet actiones vni legatario contra vnum ex reis debendi,& poſtea cederet alij legatario contra alium correum debendi eiuſdem pecuniæ debitorem,oporteret vnũ ex legatarijs fraudare legato , quia ſi vnus ex correis ſolueret vni ex legatarijs vi ceſſionis, alter ex natura correorum liberaretur,& conſequenter alter legatarius haberet actiones inanes.Secundò reſponde,prout etiam dixi ſupra
12 in 1.no.†φ obligatio duorum reorum reſpectu perſonæ creditoris,quæ eſt vna,& reſpectu rei , ſeu pecuniæ debitæ, quæ eſt vna,& eadem quantitas, cenſetur vtique vna obligatio. l. 3.§. fi.ff.de duob.reis.ideo ſi eam cedat vni inſolidum quantum ad vtiles actiones,ex quo abdicauit à ſe ius ſuum , non habet aliquid,φ poſſit poſtea alteri cedere,ideo ſecunda ceſſio nihil valeret,quia eſſet inutilis & inefficax,& ſic tene cum doctr. Bart. & communi.& vide etiam Bal.in l.1.in pen.col.& ibi Sali.in 3. q.C.de actio.& obli.Spec.& Io.And.in titu.de ceſ. actionis.§.1.
13 in ver.quid ſi habens directã.¶Tertiò no.princ.in ver.ſi tñ. †φ acceptilatio facta per teſtatorem vni ex correis debendi extinguit vtrunque legatum.Ratio eſt,quia talis acceptilatio habet vim ſolutionis,quæ liberat vtrunque reum debendi.l. ſi ex pluribus.& l.per iuſiurandum.§.fi.ff.de accep.& l.2.& ibi not. ff. de duob.reb.Si ergo vterque reorum eſt liberatus , & ſic ſublatũ eſt omne debitum, quod erat legatum , ergo euaneſcit ipſum legatum.l.ſi ſic.§.1.in fin.ſ.eod. Sed caue ſubtiliter,cùm hæres vni legatario debeat cedere actiones,alteri verò litis æſtimationem præſtare,vt hic dicitur in tex.in vno ergo legato ſubſtantialiter ineſt ceſſio actionum,& reſpectu illius facta ſolutione, vel acceptilatione non eſt dubium reſolui legatum,quia reſoluitur ſubſtantia legati.ſ.ipſa obligatio.ſed in alio legato ineſt litis æſtimatio,& iſta videtur durare, ergo ſimiliter ipſum legatum debebit durare,ita arguit in ſimili Iuriſcon.in l.fideicommiſſa.§.ſi rem.ff.de lega. 3. vbi dicit hic enim extinguitur ipſa ſubſtantia debita,ibi res durat tametſi alienata ſit. Sed reſponde, φ æſtimatio eſt in legato non ſimpliciter , ſed reſpectiuè ad debitum,& per reſpectum ad obligationes ipſorum duorũ reorum.Item non dicitur ipſa litis ęſtimatio deberi,ſed ſolùm eſſe in executione,& præſtatione, vnde perempta actione, & obligatione,ipſa litis æſtimatio amplius non debetur , argum. l.Titiæ textores.§.fi.ſ.eo.¶Capio gl.1.in ver.præſtare,quæ diuiditur in duas part.In prima alleg.vnam concor.ad tex. In ſecũda oppo.& non ſol.Secunda eſt ibi,ſed argum.contra. ¶ In ſecunda parte dum glo.opponit de l.ſi Titius.infra titu.1.illa lex obſtat.§.noſtro in duob.ſ.princ.huius.§.& etiam fini.Quãtum
14 ad principium obſtat hoc modo,†nã duo rei debendi quodãmodo tenentur alternatiuè,quoniam vna ſolutio ſufficit ad liberandum ambos.l.3.in fi.ff.de duob.reis.& §.1.Inſtit. eod.ſed quando debitor alternatiuus de Sticho,aut decem, ſoluit decem,perimit etiam legatum alterius legatarij,vt ibi,ergo contra iſtum tex.qui vult hæredem teneri vtrique legatario inſolidum,vni ad cedendum actionem , alteri ad ſoluendum æſtimationem,& ſic per ſolutionem ęſtimationis factam vni non extinguitur legatum alterius.Reſponde,φ hic eſt electio creditoris,& ſic hæres habebat electionem conueniendi quem velet,vnde hęres cedendo vni, fecit ne poſſit cedere alteri , & ſic facto ſuo fecit,ne poſſit alteri dare, ideo tenetur alteri ad æſtimationem.ita dicit tex.in l.qui duos.ſ.tit. 1. idem in legato alternatiuo,quando eſſet electio creditoris petendi quod velit,l. φ ſi quis.ſ.eo.ſed in d.l.ſi Titius.erat electio debitoris,& nõ creditoris,prout eſt regulariter.l.plerunque in fi.ff.de iur.dot. ideo tunc ceſſat ratio prædicta,quia nihil tunc poteſt imputari hæredi,quòd ipſe elegerit.Et ſi diceres, φ hæres cedendo actionẽ vni ex legatarijs non fuit in aliqua culpa , quia neceſſe habuit obedire voluntati teſtatoris. l.quid ergo.§.ſi hæres.ſ. eod.ergo licèt non poſſit amplius cedere actionem alteri legatario , per hoc non debet teneri ad aliquam æſtimationem , cùm iſtud non euenerit culpa ſua, ſed ex neceſſitate obediendi teſtatori ,
15 ſicut†quando res legata perijt ſine culpa hæredis, non tenetur hæres ad aliquam æſtimationem.l.ſi ex legati cauſa. ff.de verb. oblig.& l.non amplius.§.1.ſ.eo.& ſuper hoc laborat Do.Iaco. Put.ſed non euacuat difficultatem. Tu reſponde ſecundum Pau.de Caſt.non hic,ſed in l.qui duos.ſ.titu.1.quòd hæres non oneratur hic propter aliquam culpam ſuam , ſed propter voluntatem

ADDITIO.

a ¶ Actionem vni. Sed an cedens videatur iura cedere contra ſeipſum, & an compenſatio oppoſita per principalem proſit fideiuſſori,& quando creditori ſuccedit debitor,an ipſo iure extinguatur actio,uide per Alex.in conſilio 149.in 2.vol.ibi,vbi exceptio,& ibi,denique &c.

luntatem testatoris, qui voluit onerare hæredem duplici præstatione, vt cùm deberentur sibi centum à duobus reis, legauit. 200. quia illud, quod vnus reorum debebat & sic centum, legauit Sempronio: & illud quod debebat alius correus, & sic centum legauit Meuio, vnde vt saluetur voluntas defuncti, hæres habet necesse soluere vtrique insolidum, secundum formam traditam hic in tex. facit l. damnatus. ff. de lib. leg. Secundò modo obst. d. l. si Titius. ad fi. huius. §. nam ibi per solutionem factam de vna ex rebus alternatiuè debitis non extinguitur legatum, sed quòd legatum valeat per illam solu. declaratur, ergo nec hic per acceptilationem factam vni ex reis debendi, debet vtrunque legatum extingui, cùm acceptilatio ha-
16 beat† vim solutionis. l. per iusiurandum. §. fi. ff. de accus. & l. si fundum sub conditione. §. si Titio. s. eod. Responde, quòd hic loquitur in acceptilatione, & sic in liberatione vltrò, & voluntariè facta per testatorem, per quam præsumitur mutatio vo-
17 luntatis, † quia per actum voluntariū factum à testatore sponte existente, extinguitur legatum. l. fideicommissa. §. si rem. infra de leg. 3. ibi verò loquit in solutione debitoris facta à sponte soluente, quam testator non potuit recusare recipere, & sic ille actus quo ad testatorem videtur esse necessarius, sed p actū necessarium factum à testatore, puta per alienationem necessariam, non extinguitur, nec reuocatur legatum. d. l. fideicommissa. §. si rem. & l. rem leg. ff. de adim. leg. Vltimò extra glo. est aduertendum, ꝙ iste tex. non videtur hodie procedere, cū hodie plures rei debendi si sunt soluendo, habeant beneficium diuisionis competens duobus reis, & sic hodie tenetur quilibet reorum pro parte, & non insolidum, vt in Auth. de duob. reb. collat. 7. vnde sumitur Auth. hoc ita. C. de duob. reb. & sic testator hodie legādo in forma de qua in text. videtur legasse vtrique legatario id, quod debebat vnusquisque ex reis debendi secundum beneficium ipsorum reorum, & sic dimidiam eius, quod debebant rei debendi, & sic in hoc iste. §. remanet corre-
18 ctus. † Et istud expressè firmat Raph. Cuman. hic, quòd iste §. hodie sit correctus, & ita dicit velle Petr. & Cy. in l. qui duos. s. tit. 1. & sequuntur simpliciter Do. Petr. de Bexu. & D. Iac. Put. hic. idem tenet Raph. Cum. in d. l. qui duos. alij nihil tangunt, sed pro certo vitanda est iurium correctio quantum est possibile. l. præcipimus. in fi. C. de appel. & c. cùm expediat. de elect. in 6. Item per subauditos intellectus non debet induci legum correctio, vt inquit glo. no. in c. cupientes. §. quòd si per 20. de elec. Ideo tu considera, ꝙ per hoc non corrigeretur hodie iste §. sed bene limitaretur, quando isti plures rei debendi omnes essent præsentes, & soluendo, vnde quādo aliqui eorum essent non soluendo, vel aliqui absentes, procederet iste tex. Item, qñ renunciassent beneficio de duobus reis, prout fit in instrumentis, & fieri potest, per reg. ꝙ quilibet potest renunciare iuri suo. l. si quis in conscribendo. C. de pac. & c. si diligenti. de foro cō-
19 pet. adhuc hodie procederet iste §. † Item non habent illud beneficium illi, qui sunt correi ex vlti. voluntate. l. ille aut ille. in prin. s. de leg. 3. & l. si ex toto. §. si ita scriptū. s. eo. & in l. in falcidia hoc obseruandum. ff. ad l. falc. & ita in specie tenet Barto. in d. l. qui duos. etiam tunc procederet iste §. ergo non est verum, ꝙ sit hodie correctus. Et per ista iste subtilis §. bene & subtiliter remaneat expeditus.

SVMMARIVM.

1 *Duæ causæ lucratiuæ possunt concurrere in diuersis rebus, & diuersis partibus eiusdem rei.*
2 *Duæ causæ lucratiuæ possunt concurrere in parte intellectuali, quæ non potest ad oculum demonstrari.*
3 *In obligatione alternatiua quòd vtrunque sit in obligatione.*

1 §.Cùm mihi. † Duæ causæ lucratiuæ possunt concurrere in diuersis rebus, & in diuersis partibus eiusdem rei. hoc dicit cum l. seq. ¶ No. 1. ꝙ in obligatione alternatiua possunt concurrere duæ causæ lucratiuæ in testamentis diuersorum, vel etiam ex testamento eiusdem, quia in effectu non reperiuntur concurrere in eadē re, sed in diuersis, & sic cessat regula de duabus causis lucratiuis, quæ non possunt concurrere, vt dixi in princip. huius legis. verum est in vna re, secus est in diuersis, vt hic. Item in isto tex. hæres posset mihi soluere æstimationem eius, qui factus est meus, qui fortè erat vilioris pretij, si electio erat hæredis. l. Stichum, cum gl. ff. de sol. & ita tenent Bar. & alij hic. ¶ Secundò
2 no. ex l. seq. secundum Bar. Bal. Ang. & Sali. ꝙ in † parte intellectuali, quæ non potest ad oculum demonstrari, duæ causæ lucratiuæ possunt concurrere, nam hic quilibet legauit partem simpliciter, non facta aliqua demonstratione ad oculum, secus si fuisset ad oculum demonstrata. l. Mæuius. §. si duob. s. tit. 1. vel secundum Imo. dic, quòd ista legata in dubio intelliguntur circa diuersas partes, ideo non habet locum regula de duabus causis lucratiuis, vt dixi in præcedenti notabili. ¶ Capio gl. in verb. possum. quæ diuiditur in tres partes. In prima infert ex tex. In secunda timore contrarij declarat text. In tertia allegat concordantes. Secunda ibi, & semper dicas. Tertia ibi, & facit.
3 s. eo. ¶ In prima parte dum gloss. infert ex tex. † ꝙ in alternatiua
a vtrunque est in obligatione, dic, ꝙ istud est verissimum, [a] & de hoc est tex. clarus in l. si duo. in fi. ff. de verb. obl. sed gl. si bene aduertas, non bene infert istud ex hoc text. dicere, ꝙ vtrunque dicatur esse in obligatione, vt duæ causæ lucratiuæ dicantur circa idem concurrere. Nam licèt legatum alternatiuum sit vnū, tamen sunt diuersæ res, vt l. si ex toto. §. 1. vbi dixi. supra eo. vnde licèt vnum tantum esset in obligatione, tamen est respectu diuersarum rerum, & regula de duabus causis lucratiuis loquitur circa eandem rem, & non circa diuersas, nec in hoc posset saluari ista glo. Bene verum est, quod in obligatione alternatiua illa res, quæ soluitur, fingitur vsque retrò sola in obligatione fuisse. l. si non sortem. §. fina. & l. cum his. §. primo. ff. de condictio. indeb.

In l. Titius. in glo. ibi, Stichi alieni. istud non est necessarium, ita ꝙ restringatur iste text. nā pone, ꝙ isti duo testatores essent domini istius Stichi, & quilibet legaret partem suā simpliciter, certè optimè procederet iste tex. qui etiam posset procedere, quando esset alienus, vt dicit glo. sed melius est ipsum simpliciter, & generaliter intelligere.

ADDITIO.

a ¶ Verissimum. Sed electio est dare debentis. l. plerunque. in fi. & ibi no. per gl. ff. de iur. dot. sed an alternatiua, quādo ponitur inter genus, & speciē stet pro idest, vide per Alex. in consi. 9. 4. vol. ibi, modo sic.

SVMMARIVM.

1 *Legatum factum sub conditione, si legatarius cauerit de aliquo dando, vel faciendo, assimilatur legato, cui in vim modi, vel fideicomissi onus imponitur, & valet. & nu. 7. 8. & 16.*
2 *Legatum valet, & est vtile, licèt sit tantum in onere, quantum in honore, intellige, quando à principio continet vtilitatem, vel speratur posse continere, licèt postea desinat. & nu. 24.*
3 *Qui tenetur facere, dicitur habere tacitum tempus, quo fieri possit.*
4 *Qui tenetur dare, vel facere, cogi potest, vt satisdet, vel det, vel faciat tempore, vel loco debito.*
5 *Stipulari alteri quòd quis possit, si à principio stipulatoris intersit, licèt postea desinat.*
6 *Præscribi an possit cautioni de dando, vel faciendo appositæ legatario in legato eidem facto.*
*Mora prima semper incipit ab eo, à quo incipit onus.*
*Quis cogitur officio iudicis implere iussum testatoris.*
9 *Conditio quando sit implenda ex eo, quod relinquitur, an tunc legatum prius præstetur, quàm conditio impleatur.*
10 *Legatarius, cui factum est legatum continens tantum in onere, quantū in honore sub conditione, non cogitur illud acceptare.*
11 *Legatum conditionale non transmittitur ad hæredes per legatarium decedentem ante conditionis implementum.*
12 *Legatarius decedens ante modum impletum, transmittit legatum modale ad hæredes.*
13 *Modus non impedit transmissionem legati, sicut conditio etiam tacita.*
14 *Modus licèt non impediat actionem, nec legatum, impeditur tamen executio.*
15 *Modus potius præsumitur quàm conditio, quando non apparet, an fuerit conditio, an modus.*
16 *Legatum factum sub expressa conditione non æquiparatur legato facto sub modo, sed legato facto cum onere fideicommissi.*
17 *Stipulari alteri quis potest, si stipulatur sibi recipienti nomine, & vice alterius, etiam si eius non intersit, si habet mandatum vt procurator, vel si non habet vt negotiorum gestor.*
*Stipulatus dicitur ille, cuius nomine fit stipulatio.*
18 *Stipulari alteri per indirectum quis potest, si stipulatur nomine alterius.*
19 *Confessio feudi facta Titio, & fratri suo absenti, non valet quo ad fratrem, nisi concedatur Titio recipienti pro se, & nomine fratris sui absentis.*
20 *Promissio facta mihi pro tali, & facta nomine talis, idem est, & valet.*
21 *Legis mens non est disputare verbaliter, sed terminare realiter.*
22 *Hæredis quòd intersit, vt impleatur voluntas defuncti.*
*Stipulari alteri quis potest, quando sua interest etiam non pecuniariter, & an sufficit interesse affectionis, affinitatis, vel etiam communictionis.*

Stipu-

23 *Stipulari alteri,quòd poſſit,quando pœna adijcitur.*
24 *Stipulatus alteri ſub pena,ſi non ſeruantur promiſſa, tenetur cedere penam ſtipulatori.*
25 *Arbiter,qui ſtipulatus eſt penam à litigatoribus,ſi non paretur ſententia,tenetur actionem ad penam cedere parti obſeruanti.*
26 *Stipulari quòd poſſit quis alteri cum iuramento.*
27 *Facere qui tenetur aliquid ex forma ſtatuti,vel pacto, debet ita facere, quòd valeat,licèt non ſit dictum.*
*Notarius tenetur taliter facere inſtrumentum,quòd valeat de iure cõmuni,& habeat clauſulas conſuetas.*

## LEX LXXXVI.

HViuſmodi. Iſta l. ſecundum Angel. de Perillis reputatur melior.l.
in text. quæ ſit in iſto titu. & l.cùm pater.melior,q̃
ſit in tit.de leg.2.& l.fideicommiſſa.melior, quæ ſit
1 in tit.de . ga.3. †Legatum factum ſub conditione,ſi legatarius
cauerit de aliquo dando, vel faciendo aſſimilatur legato, cui
in vim modi vel fideicommiſſi onus imponitur. hoc dicit ſecundum Bar.Ang.Imo.& Pau. de Caſtr. Ratio eſt ſecundum
eos,quia ſit expreſſio eius, quod tacitè ineſt per eum modum,
per quem ineſt,vt l quib.dieb.§.Termilius.ff.de cõdi. & demõ.
de quo infra latius dicetur in glo. vel ſic. Licèt onus fideicommiſſi legato adiectum æquiualeat legato, nihilominus legatũ
eſt validum.hoc dicit ſecundum Dy.Pet.Ray.Bal.Sali. & Do.
Alex.hic,vel ſic,& tertiò iuxta literam. Legatum certæ quantitatis factum ſub conditione,ſi legatarius cauerit hæredi illã
alteri dare, vel in aliquod opus expendere, eſt vtile, ſicut ſi legatarius dictam quantitatẽ eſſet grauatus alteri reſtituere. hoc
dicit.¶Diuiditur iſtud principium intellectualiter in tres part.
In prima loquitur,quando relicta eſt certa quantitas ſub expreſſa conditione,ſi legatarius cauerit hæredi de dando illam
quantitatẽ tertio.In ſecunda,qñ fuit relicta quãtitas nõ expreſſa dicta conditione,ſed propter onus fideicommiſſi iniunctũ
legatario,tenetur legatarius ex iuris diſpoſitione dictam cautionem præſtare.In tertia,quando fuit relicta quãtitas ſub expreſſa conditione,ſi legatarius cauerit hæredi de faciendo certum opus alteri,puta Reipub. Secunda ibi, quemadmodum.
Tertia ibi,eadem ratione.¶Primò pondera,quòd in iſto text.
legatarius videtur in tm̃ grauatus, inquantum eſt honoratus,
2 & ſic nota, † quod legatũ dr̃ eſſe vtile, & validum quamuis ſit
tm̃ in onere,quantum in honore.In ꝯrium fortiter facit, quia
qñ onus æquiualet legato,non debet valere legatũ, quaſi non
contineat vtilitatem, vt l.ſinautem.s̃.co.& no.in l. ſi res obligata.in tertio caſu,vbi dixi.s̃.eo. Item nihil èx teſtamento vr̃ capere,qui tantum erogat,quantum accipit.ita dicit tex.in l. ciuitatib.in §.fi.in fi.j̃.co.ideo tunc legatum non valet,vt ibi.Vnde
ſi legantur mihi centum aurei ſub conditione,ſi centum Titio
dem,non valet legatum,quia non continet vtilitatem, & eſt
magis ridiculum,ita eſt tex.formalis in l. ſi fundus legatus, ad
fi.ff.ad l.Falc.& per illum tex.apparet mihi non eſſe veram cõmunem rationem,quam ad iſtum tex.aſſignant Imo. Pau. de
Caſt.Raph.Cuma.D.Alex.& alij hic,qui dicunt, ꝙ in iſto text.
ideo legatum eſt vtile,& validum,quia poteſt afferre commoditatem legatario,ſi contingat legatum aliquo caſu remanere apud ipſum legatarium,puta ſi fideicom. deficiat, vel quia
fideicommiſſarius illud repudiet,vel quia decedat viuo teſtatore,nam remanebit penes legatarium ſine aliquo onere l.ſi qs
Titio.in prin.j̃.tit.1.& l.ſi quis eum.ff.de condi.& demon. nam
iſtud etiam poterat contingere in d.l.ſi fundus legatus.in fin.&
tamen tex.ibi decidit, ꝙ tale legatum non valet,& ad illũ text.
Scribentes non aduertunt,& vr̃ multum ſtringere. Sed tu rñde, ꝙ ille tex.loquitur,quando legatum à principio nullam cõtinet vtilitatem,nec ſperatur poſſe continere, tũc legatum eſt
nullum,& ridiculum, vt ibi dicit text.nam ibi teſtator legauit
mihi centum ſub conditione,ſi Titio centum dediſſem, vnde
cùm deberem de præſenti dare Titio tantum quantum fuit
mihi relictum,legatum eſt ſine vtilitate, & nihil valet, vt ibi,
ſed in iſto tex. legatarius non tenebatur de præſenti dare Meuio quantitatem ſibi relictam:patet, quia tenebatur hæredi cauere ſe daturum illa centum Meuio,nã ſi debuiſſet ſtatim dare,non fuiſſet opus cautione, ſed ſolutione, nam minus eſt in
cautione.q̃ in ſolutione.l. minus. in fin.ff.de regu. iur. Et pondera, ꝙ tex.dicit,ſi hæredi meo cauerit, centum Meuio ſe daturum.pondera illud verbum daturum, & ſic in futurum hæres
meus Titio centum dato.pondera illud dato,& ſic de pñti, &
ſic hæres bene tenetur dare de pñti legatario,legatarius autem
non tenetur dare de pñti,ſed tenetur cauere ſe daturum in futurum.Similiter infra in 3.parte tex.dr̃,ſi cauerit ſe opus facturum.comprobatur per ver.eadem rõne,& ſic in illa tertia parte tex.vbi fit æquiparatio,vel ꝙ legatum certæ quantitatis fiat
ſub conditione,ſi cauerit hæredi ſe daturum,vel ſi cauerit ſe fa
3 cturum opus,†ſed iſta ſecunda cautio habet tp̃s tacitum, quo
opus fieri poſſit.l.continuus.§.item qui inſulam.ff.de verb.obl.
& §.loca.Inſti.de verb.obl.ergo & iſta prima,ſi cauerit ſe daturum.Nec obſt.verſ.quemadmodum,quia intelligo, ꝙ etiam illud onus fideicommiſſi haberet tempus in futurum, prout rñt
habet.Facit,quod dicit Ang. hic in diſcurſu,licèt prædicta non
4 tangat,†vbi dicit, ꝙ qui debet dare vel facere,cogi poteſt cauere vt det,vel faciat tempore,vel loco debito l.in omnibus.ff.de
iudi.vnde hic legatarius potuit à primordio vti illa pecunia,
donec eueniret tempus in cautione comprehenſum de dãdo
Meuio,& ſic ad contrarium reſpondeo, ꝙ vbi fuit legata quãtitas, ſi eam immediate dediſſet Titio, & tunc bene eſt ridiculum,vt ibi dicit tex.hic autem ſi cauiſſet de dando in futurũ
Meuio, & ſic cum commoditate medij temporis, vnde hic
ſufficit, ꝙ legatum à principio continuerit vtilitatem, licèt ex
poſt facto illa vtilitas deſinat,ſicut quis non poteſt alteri ſtipu-
5 lari,cùm ſua non interſit,&†tamen ſi à principio ſtipulatio continet vtilitatem ſtipulatoris,valet,licèt ex poſt facto deſinat eſſe vtilis.l.ſi procurator.ff.ſi quis cau.Item in iſto tex. legatarius
debet cauere de dando in futurum Meuio, & ſic habet tẽpus
ad dandum,vnde interim ille,cui eſt dandum, poſſet fieri inhabilis,vel repudiare, & tunc legatum remaneret penes legatarium ſine onere,vt dixi ſupra.Vnde ad hoc,vt valeat legatum,
ſatis eſt, ꝙ de præſenti contineat vtilitatem, aut in futurum ſperetur poſſe continere. Iſtud autem emolumentum conſiderari non poteſt in d.l.ſi fundus legatus. in fi. cùm ibi quantitas legata eſſet ſtatim danda tertio, & niſi ita dicamus, non video
quomodo poſſit tolli difficultas.d.l.ſi fundus lega.in fi. ad quẽ
tex.vt dixi nemo Scribentium ad hoc aduertit, & iſto modo
habes rationem dubitandi,& rationem decidendi ad iſtũ text.
& conſequenter habes medullam huius tex.bene declaratam.
6 ¶†An autem huic cautioni præſtandæ per legatarium poſſit
præſcribi,ponit ſing.Bal.de quo Scribentes non faciunt mẽtionem,in c.cùm non liceat.in 2.col.de præſcri.vbi dicit fuiſſe iſtã
quæſtionem de facto. Cùm eſſet relictum Eccleſiæ ſub modo
aliquid purè faciẽdi,ita ꝙ erat neceſſaria cautio de modo implendo,ſi Eccleſia ſtetit per 40. annos, ꝙ nõ obtulit cautionẽ,
præſcriptum eſt iuri offerendi cautionem, & per conſequens
iuri petendi legatum,quia mora prima ſemper incipit ab eo,à
quo incipit onus.l.qui bona.§.ſi quis quia.ff.de dam.infe. tamẽ
Eccleſia cogitur implere iuſſum teſtatoris,vt eius pia voluntas
ſeruetur,& non pereat,ita dicit videri tex. aureum in l. Meuia.
ff.de manum.teſta.vbi dicit text. officio tamen iudicis eos eſſe
compellendos,teſtatoris iuſſioni parere, & hoc modo ſi Eccleſia non obſeruat iuſſum teſtatoris, non tamen aufertur ei legatum,quod bene nota.¶Secundò no.in verſi.quemadmodum,
7 ꝙ†æquiparantur legatum,cui adijcitur onus fideicõmiſſi ſimpliciter,& legatum ſi caueret hæredi ſe facturum & daturum,
quod qualiter procedat,dicam infra in gl.¶Expeditis text. capio gl.primam. quæ diuiditur in 4. par. In prima declarat text.
ſubaudiendo,& illa pars eſt plana. In ſecunda opponit ꝯ text.
vno modo,& dupliciter ſol.In tertia opponit alio modo contra tex.& etiam dupliciter ſoluit.In quarta & vltima quęrit,&
reſpondet.Secunda ibi,ſed videtur. Tertia ibi, item non videt
valere.Quarta,& vltima eſt ibi,item quid ſi Titius.¶In ea.glo.
ibi,ſed videbatur prius legatarius grauari. Adde.ſ. antequam
commodum ſentiat,vel emolumentum habeat ex legato,ſed
8 iſtud eſt contra regu.quæ habet, ꝙ † legatarius non poteſt grauari onere antequam ad eum peruenerit emolumentum.l.ab
eo.C.de fideicom.& l.Imperator.in prin.j̃.tit.1. & l.fideicommiſſum.s̃.eo.& ſic videtur iſtud legatum non valere,cuius cõtrarium decidit tex.glo.ſoluit duob.mod.Primò fatendo contrarium, ꝙ legatarius primò debebit conſequi legatum,& po-
9 ſtea tenebitur cauere,quia †quando conditio eſt implenda ex
eo quod relinquitur,tunc debet prius præſtari legatum, quàm
impleri conditio,& ad hoc iſta glo. commendatur à Scribentibus,ſi eſt vera,& ad hoc reputant ſingularem Raph. & Ang.
hic:aſſumptum probat glo. per duos tex.qui probant contrarium,primò per tex.in l.pe. C.ad legem Falci. ſed illa lex probat contrarium,vt patet ibi in tex. prius eo dato, vel retento,
vbi prius hæres debet dare, & ſic implere conditionem antequam poſſit adire,nam conditio debet prius impleri antequã
legatarius poſſit aliquid conſequi.l.qui hæredi.§.fi.ff. de condi.
& demonſt.& l.2.in fin.C.de his,quæ ſub modo, & dum tex.
in d.l.penult.dicit,vel retento. procedit quando illud,quod eſt
dandum cauſa conditionis implendæ,excederet dodrantem,
& ſic faceret locum falcidiæ,tunc non debet dari,ſed per hæredem retineri,cùm falcidia ipſo iure reſecet de legatis. l. lineam
margaritarum.& l.Plautius.ff.ad l.Falc.prout etiam dicit Bart.

hic,

hic,licèt non aduertat ad tex.in d.l.pen.in verb. retento, qui ꝓ-
priè voluit hoc dicere. ¶ Secundò pro suo assumpto allegat
tex.in l.mulier.§.1.in fi. ſ. de condi.instit. Illa lex etiam probat
contrarium,& hoc ostendo, quia ibi erat impossibile prius im
pleri conditionem de iure,& tamen tex. vult, ꝙ hæres debeat
prius implere conditionem de facto antequam adeat,ergo for
tius,quando potest de iure implere, vt in tex. nostro,debet le-
gatarius ante implere,quàm commodum legati possit conse-
* qui,vnde tene secundam solu.glo.quæ est bona, *& communiter*
*tenetur*,quòd non grauatur si non vult, & repetit etiam glo. ſ.
10 in vlt.parte.vbi gl.tenet,† ꝙ legatarius inuitus non cogitur ta-
le legatum acceptare in fauorem fideicommissarij: nã ea quæ
sunt in conditione,non sunt in dispositione. l. si quis sub con-
ditione dandorum.ff.si quis omis.cau.testam.vnde non graua-
tur legatarius si non vult,sed si sponte vult,potest cauere,& se
cundum ambas sol.glo.istud legatum de quo in hoc. text. est
11 conditionale,† vnde si legatarius decederet,antequam dictam
cautionem præstaret,& sic antequam conditionem impleret,
legatum conditionale ad hæredes non transmitteret. l. legata
sub conditio.ff.de condi.& demon.& l.vnica.§.sin autem aliqd
sub conditione.C.de cadu.tollen.& §.ex conditionali,cum gl.
Insti.de verb.oblig.¶ Bar.extra glo.certo modo soluit, ꝙ istud
12 legatum non est conditionale,sed modale,† vnde legatarius
decedens ante modum impletum bene transmittit legatum
a ad hæredes.* l.à testatore,cum gl.ff.de condi.& demonst.& l. si
post diem.§.1,cum gloss. ff. quando dies leg. ced. Assumptum
probat Barto.quòd istud legatum sit sub modo,& non sub cõ
ditione:nam legatarius,qui tenetur aliquid dare, vel facere ex
dispositione testatoris,licèt testator non expresserit, tacitè ta-
men ex l.dispositione poterit compelli ad cauendum de dan-
do,vel faciendo.l.in omnibus.ff.de iudi. & sic non admittitur
ad petendum,nisi præstet cautionem de implendo modum.l.
si tibi legatum.ff.de leg.3.Si verò testator exprimit, quòd ca-
ueat,dicitur exprimere illud,quod à iure tacitè inerat, & per
eum modum quo inerat,ergo eius expressio nihil operatur. l.
2.ſ.eod.ideo non est legatum conditionale sed modale, prout
dicit dicere text.in l. quibus diebus, §.Termilius.ibi,ac si ita le-
gatum esset.ff.de conditio.& demonst.vbi text. parificat lega-
tum sub modo,& legatum relictum sub ista conditione, si sa-
tisdederit de implendo, & hoc est secundum eum,quod etiã
dicit iste tex.in ver.quemadmodum,vbi probatur, quòd lega
tum,de quo in princ. huius text. est tale,quale si esset relictum
expressa conditione de cauendo,& per viam modi, vel fidei-
commissi,onus fuisset iniunctum, nam etiam tunc legatarius
non admittetur ad petendum,nisi præstita cautione de implẽ
do modum, vel fideicommissum. d. l. si tibi legatum. & d. §.
Termilius.& sic patet,quòd illa ꝯditio si cauerit, tacitè inerat,
ergo si exprimatur,nihil operatur,vt prædixi,ergo non suspen
dit substantiam legati,nec eius acquisitionem, nec natiuitatẽ
actionis sed solùm suspendit executionem, vt l. si cui. & l. cũ
in testamento.ff.de fideicom.lib.ergo cùm legatum sit acquisi
tum ante cautionẽ,nimirum si legatarius potest grauari one-
re cauendi, vt hoc text. & hoc modo licèt obscurè loquatur,
voluit Bar.soluere contrarium gloss. & ita etiam declarat Pau.
de Cast.hic,& sibi ascribit Dom. Alex. nullam faciens de Pau.
mentionem,& cum isto intellectu Barto.hic,& in d.§.Termi-
lius,quòd in isto tex.in prin.sit legatum modale, & non condi
tionale,tenent etiam Ray.Ang.Sali.Imo.Pau.de Cast.& Dom.
Christoph.de Castil. & latè Do.Alex.hic, quem per te videas,
vbi respondet ad quædam obiecta Do. Nico. de Neap. Raph.
Cuman.& Do.Pet.de Bexu.hic,& Raph.in l. si decem cum pe
tiero.per gl. 1.ibi.ff.de verb.obl. qui tenent contra Bart. & vide
etiam Io.de Imo.in l.si ita expressum,ff.de condi.& demon vbi
etiam tenet cum Bar.& respondet ad aliqua, quæ videntur cõ
tra Bar.facere,& cum in specie,& formaliter refert D. Alexan.
hic.¶ Vltra Scribentes contra Bar.videntur duo stringere.pri-
mò,inquantum vult Bart.ꝙ in isto tex. ista conditio si cauerit,
fuit expressa per eum modum, per quem tacitè inerat, credo
ꝙ hoc sit falsum,cùm hic fuerit expressum conditionaliter, &
dispositio incipit à conditione expressa, & nullus modus fuit
adiectus sed conditio,ergo non potest dici, ꝙ conditio expri-
matur per eum modum,per quem inest, quia tacitè inest so-
13 lùm modus,sed† modus non impedit transmissionem legati,
prout facit cõditio,etiam si esset tacita,vt est gl. in l.item quia.
vbi dixi.ff.de pact.ergo,quando exprimitur ꝯditionaliter,non
potest dici, ꝙ exprimatur per eum modum, quo tacitè inest,
cùm tacitè insit solùm per viam modi, qui multũ distat à con
ditione.l.demonstratio falsa.in versicu. at si conditionaliter.&
ver.ꝙ si cui.ff.de condi.& demon.& l.libertas.§. hæc scriptura.
ff.de manumis.testam. ¶ Secundò etiam fatendo præsupposi-
tum Bar.esse verum,quod in isto tex.esset legatum modale, &
14 non conditionale,per hoc non tollitur oppositio glo.† quia li-
cèt modus non impediat natiuitatem actionis, nec legatum,
impedit tamen executionem,& effectum.l.2.C.de his,quæ sub
modo.& glo.magistra in rubr.illius tituli. ergo antequam ha-
beat effectum, & sic antequam habeat commoditatẽ legati,
prius tenebitur cauere,& sic prius tenetur ad onus, quàm ha-
beat emolumentum.Nec obst.tex.in d.§.Termilius.allega. per
Bar.quia potest dupliciter responderi.Primò, ꝙ ibi non fuit ex
pressa conditio à testatore,si cauerit, prout in isto text. sed ibi
erant mille simpliciter legata ad monumentum ædificãdum,
ista fuerunt verba testatoris, vnde potest intelligi, ꝙ onus ibi
fuit adiectum per viam modi,prout etiam fuit in d.l. si tibi le-
15 gatum.ſ.de leg.2.Confirmo no.† quia in dubio,quando nõ ap
paret, an fuerit conditio an modus, prout propriè contingit
in d.§.Termilius.tunc in dubio præsumitur, ꝙ fuerit modus,
non autem conditio.ita tenet Bar.in l.cùm mota.in 1.col. vbi
dixi.C.de transac.per tex.in l.quæro,§.inter locatorem. ff.loca.
idem tenet Bal.in l.cùm quis.in 9.col.ad fi.in ver.quarto proba
tur.C.de iur.& fac.ign.Secundò respondetur, ꝙ ibi illa æquipa
ratio fit quo ad effectum,& considerato effectu eius,quod de-
bet fieri de præstando cautionem rei, de qua agitur, non autẽ
probatur ibi, ꝙ ista conditio si cauerit, expressa à testatore fa-
ciat modum.Non obst.etiam iste tex.in ver. quemadmodum,
quia non loquitur de legato facto sub modo, sed de legato fa
16 cto cum onere fideicõ.† & sic principium huius legis loquens
de legato facto sub expressa conditione,non æquiparatur lega
to facto sub modo, vt vult Bar. sed bene æquiparatur legato
facto cum onere fideicom.vt sicut tale legatum valet,& tenet
nõ obstante grauamine fideicom. ita etiam valeat,si onus in-
iungatur sub conditione.ista est propriè mens, & intentio hu-
ius ver.quemadmodum.nam inter legata facta sub modo, &
facta sub onere fideicommissi videtur esse differentia, & vide-
bimus in l.fundum per fideicom.§.1,ſ.eo.vnde per ista intelle-
ctus Bar.redditur valde dubius.potes intelligere tex.realiter ꝓ-
ut iacet, ꝙ istud legatum si cauerit,sit cõditionale,& quòd im-
pediat transmissionem legati,si legatarius decedat ante præsti-
tam cautionem.tene secundam solu.glo. communiter appro-
batam.¶ In ead.gl.& sic in 3.parte principali gl.opponitur con
tra tex. ꝙ cautio præstanda hæredi de soluendo Titio,& sic al-
teri de iure non valet,per regulam.l.stipulatio ista.§.alteri.ff.de
verb.oblig.& § alteri.Instit. de inutil. stipul,ergo conditio im-
possibilis de iure debuit reijci de ipso legato,l.1.ff.de condi.in-
sti.Glo.dupliciter respondet.Prima nihil valet,quia contra istũ
tex.qui vult, ꝙ debet caueri hæredi,& non Meuio fideicõmis-
sario, & conditio debet impleri in forma specifica. l.qui hære-
di.in prin.& l.Meuius.ff.de condi.& demon.Secunda solu.glo.
est valde no.ibi, vel dic cauet hæredi.f. vt sic valeat.ex ista glos.
17 no.duo,ad quæ quotidie allegatur ista gl.† Primò no. limitatio
nem ad iura præallegata, quæ dicunt, ꝙ alteri stipulari nemo
potest,nisi stipulantis intersit,nam procedunt, quando simpli-
citer stipulatur,sed si stipulatur sibi recipienti nomine, & vice
alterius,prout faciunt notarij,tunc valet stipulatio etiam si nõ
intersit stipulantis, si habet mandatum,vt procurator: vel non
habet,vt negotiorum gestor,quia ille dicitur stipulatus, cuius
nomine fit stipulatio,sicut ille dicitur possidere,cuius nomine
possidetur.l.generaliter.& l.quod meo.in prin.ff.de acq. pos. &
c.cùm venissent.in fi.de resti.spol.& c.si diligenti. de præscri. &
secundum gl.tenetur stipulator cedere illi alteri actionẽ man-
dati,si erat procurator,& sic habebat mandatum : vel actionẽ
negotiorum gestorum,si non habebat mandatum, & sequuta
sit ratihabitio.l.si ego,& l.pe.ff.de neg. gest. & ista forma stipu-
landi alteri secundum Ang.apertius declaratur in ista gl.quàm
in aliqua parte iuris,sed adde similem gl.& pleniorem in §.alte
ri.in ver.vt supra dictum.& ad fi.Insti.de inutil.stipul.& glo.in
l.pe.ff.de neg.gest.& gl.in l.quæcunque.ff.de act.& oblig. Et sic
habes, ꝙ licèt quis non possit directò stipulari alteri,tamen po
18 test per indirectum stipulando nomine alterius,† quia multa
possunt fieri per circuitum,quæ non possunt directò, vt patet
in ascensione montis.sic in stipulatione oportet, quòd firme-
tur aliquo tramite,secundum Bald.in proœm.decret. in 5.col.
* Et cum ista glo.*transeunt indifferenter omnes* hic,Barto.in l. stipu-
latio ista.§.si stipuler.in ver.sextus modus.ff.de verb.obli. Imo.
&

ADDITIO.

a ¶ Bene transmittit legatum ad hæredes.Sed an legatarius transmittat legatũ
non agnitum ad hæredem,vide per gl.in l.is cui.de actio.& oblig.per Bal. in
l.si cui,in fi.de lega.1.& in l.1.in prin.C.de his,qui ante aper.tab.bonam glo.
ſtet, & transferat dominium, nam pretium ſolutum debet le-
gatarius repetere, cui ſoluit. Secunda principalis ſolutio eſt, ꝙ
legatarius emerat ab ipſo hærede, & bene, prout text. in princi.
dicit, qui ſemper loquitur in eodem caſu, quicquid dicat gloſſ.
in d. l. fundo. ff. ad leg. falci. & infra in verb. vel ſecundo die, quæ
tenendo iſtum intellectum ponit tres ſolutiones, quæ etiam
poſſunt ad iſtud contrarium congruere ſicut ad præcedens, li-
cèt principaliter, vt dixi, ſint factæ propter iſtud contrarium, &
duæ primæ textum impropriant, vt dixi ſupra, ideo ſunt reijciē
dæ. Tertia poteſt procedere etiam ad contrarium dictæ. l. cui
res, quòd hic fuit actum ex empto, vt dicit litera, ſed non pera-
ctum, & ſic res non erat adhuc tradita ex cauſa emptionis, quã
do cœpit agere actione ex teſtamento, vnde hic agitur actio-
ne ex teſtamento ad rem legatam, vt rem conſequatur, & etiã
per indirectum pretium, quaſi non videatur rem legatam ha-
bere, donec etiam pretium ſolutum rehabeat. l. planè. §. quòd ſi
rem. ſ. eod. poſſet etiam agi ex empto ad pretium, vt in d. l. cui
res, quæ non negat, quin etiam agi poſſit ex teſtamento. Poſteà
glo. in verſi. vel dic planius, videtur velle aliter ſoluere, ſed non
directò ſoluit, tamen mens gloſſ. fuit, quòd ſit in electione le-
gatarij, an agat actione ex teſta. ex quo ſibi abeſt pretium. l. etiã.
16 ff. de ſolu. allegata in gl. an verò agat actione ex empto.† Iſtam
ſolu. ſequitur Barto. ſic declarando, quòd ſi ego habeo rem ex
cauſa emptionis, quę mihi tradita eſt, & pretium ſolui, poſſum
in animo meo cõſtituere habere ex cauſa legati, & ſic poſſum
cauſam poſſidendi mutare ex tit. de nouo ad notitiam ſuper-
ueniente. l. 3. §. ex plurimis. ff. de acquiren. poſſeſ. vel ex cauſa
extrinſeca ſuperueniente. l. nemo. C. de acquiren. poſſeſ. & l. pe.
& fin. ff. ſi pars hære. peta. & l. non ſolum. §. quod vulgò. ff. de
vſucap. & tunc poſſum agere contra te actione ex empto quaſi
mihi ipſi euicerim. ita loquitur. d. l. cui res. & d. l. fundo. aut con-
ſtitui in animo meo velle habere ex cauſa emptionis, prout ip-
ſam rem habui, nec mutare titulum in me ipſo, & tunc agam
ex teſtamento, cùm non videar rem mihi legatam habere, ex
quo non habeo ex illo titu. & ita loquitur finis huius text. & ſic
ſi vult legatarius poſſidere titu. ex empto, debebit agere actio-
ne ex teſtamento. ita loquitur text. hic, ſed ſi vult poſſidere titu.
legati debiti, debebit agere actione ex empto. ita loquuntur cõ
traria, & iſtam ſolu. ſequitur Ange. hic, & in d. l. fundo, quam-
uis Ioan. de Imo. eam conetur impugnare per aliqua, quibus re
ſpondet, & bene dom. Alexan. hic, ad quem te remitto. Raph.
Cuma. etiam reprobat Barto. ex alio, & dicit, quòd truffa eſt, ꝙ
iſte legatarius, idemque emptor poſſit ſibi mutare cauſam, vn-
de ſi ſemel elegerit actionē ex empto ad pretium, allegando ſe
rē habere potius ex cauſa legati, quàm emptionis, non poterit
agere ex teſtamento, & allegare oppoſitum, & dicere, quòd nõ
17 habet rem ex cauſa legati, ſed ex cauſa oneroſa. ¶† Tu dic, ꝙ
ſicut poteſt quis ſibi mutare cauſam poſſeſſionis ex noua cau-
ſa extrinſecus ſuperueniente, vt in iuribus ſupra proximè alle-
gatis, ita poteſt quis ſibi mutare cauſam agendi ſuperueniente
noua cauſa, & diuerſis reſpectibus, vt declaraui in præcedenti
oppoſitione. Bene verum eſt, quòd glo. non voluit idem, quod
Barto. quòd pendeat ex voluntate legatarij, ex qua cauſa ha-
beat, vt dicit Barto. ſed voluit glo. quòd licèt verè retineat rem
ex cauſa legati, tamen non videtur habere, ex quo pretium ſi-
bi abeſt, ideo agit ex teſtamento, vt hic, poteſt tamen etiam
pretiũ petere actione ex empto. d. l. cui res. per rationem quam
text. ibi in fin. aſſignat, quia non ex cauſa legati rem habet, quã
18 rationem ſic declara ex mente Rapha. Nam † actio ex empto,
quæ eſt bonæfidei, continet omnia, quæ dictat æquitas eueni-
re, etiam ſi non fuerit cogitatum à contrahentibus, vt hic di-
cit gloſſ. in verb. iudicium, ſed æquitas contractus bonæ fidei di
ctat, quòd licèt habuerim rem ex cauſa emptionis, tamen quia
erat mihi aliunde debita titulo lucratiuo, & per hoc eſt factum
quòd aliunde non habeam, æquitas dictat, quod etiam pretiũ
ex cauſa emptionis conſequar, & ſic potero agere ex teſtamen
to, vel ex empto non illo colore, quo vtitur Bar. ſed quia æqui-
tas bonæ fidei in vtraque hoc dictat.

*SVMMARIVM.*

1 *Si pater dotem primò promiſſam poſteà legat, videtur pro dote legare.*
2 *Legatum factum genero pro dote promiſſa pro filia, ꝙ ſit nullum.*
3 *Si pater legat filiæ dotem primò promiſſam genero, videtur legare animo compenſandi.*
4 *Si pater filiam prius dotatam inſtituit in legitima, intelligitur dote computata.*
5 *Si pater promiſit dotem filiæ, & poſtea deceſſit filio, & filia hæredibus inſtitutis, onus dotandi pertinet in totum ad filiam.*
6 *Duę perſonæ ſi concurrunt, & petunt illud, ꝙ vtriq; eſt debitum inſolidum, ſed vna ſolutio ſufficit, tunc obſtat exceptio doli, ne bis ſoluatur, & vt neutri ſoluatur, niſi concordent, cui eorum ſoluatur.*
*Duo rei credendi ſi ſimul, & ſemel agant inſolidum, repelluntur exceptione, niſi ſit proteſtatum, ꝙ vnica ſolutio ſufficiat.*
7 *Teſtator in dubio non præſumitur grauare hæredem duplici onere præſtationis, etiam concurrente fauore ſanguinis, item & fauore dotis.*
8 *Maritus ſi expreſsè legat vxori centum, quæ in dote habuit, non valet legatum, niſi in commodo repræſentationis, & quando videatur legare animo compenſandi, & nu. 10.*
9 *Pater ad dotandam filiam tenetur ex legali diſpoſitione.*
10 *Maritus ad dotis reſtitutionem tenetur ex proprio contractu.*
11 *Si pater legat filiæ centum, cui primò dotem promiſerat de centum non apponendo eadem, an in dubio videatur legare animo compenſandi.*
12 *Compenſatio ꝙ non fiat de quantitate ad ſpeciem, ſed de quantitate ad quantitatem ſic, & quid, & quando ſunt diſpares.*
13 *Tex. in l. ſi pater pro filia. ff. de colla. dotis, qualiter intelligatur.*
14 *Dictio ſiue, licèt ſit diſiunctiua, quòd tamen habeat naturam copulæ.*
15 *Si pater primò dotat filiam, & dotem tradat, poſteà legat, an filia debeat habere vtrunque.*
16 *Si pater primò legat filiæ, poſtea eam dotat, an filia habebit vtrunque.*
17 *Legatum ſimpliciter factum, in dubio præſumitur factum animo compenſandi.*
18 *Quantitas expreſſa in legato non minuitur per cauſam adiectam.*
19 *Dos conſtante matrimonio augeri poteſt.*
20 *Pater, aut auus ſi reliquit filiæ mille pro ea maritanda, & poſtea ipſa nupſerit viuente, & ſciente teſtatore, qui ei nihil dedit, quòd poterit filia petere legatum factum pro dote actione ex teſtamento.*
21 *Filia maritata à patre, vel patruo cum minori dote, quàm prius eidem legata fuerat, poterit petere legatum ſibi prius factum, vel eius reſiduum non obſtante, quòd ſit maritata.*
22 *Pater dotem etiam promiſſam pro filia minuere non poteſt.*
23 *Frater, qui egregiè maritauit ſororem cum minori dote, quàm pater reliquerit, tenetur tamen integram dotem ei dare, niſi facta fuiſſet liberatio.*
24 *Si teſtator legauit pro filiabus maritandis, licèt vna maritata, & dotata ſit de bonis maternis, debetur etiam ei legatum paternum.*
25 *An tex. hic procedat, etiam ſi teſtator legauit genero, & ſic non filiæ dotem eidem promiſſam.*

1 **§. Cùm pater.** † Si pater dotem primò promiſſam poſteà leget, videtur pro dote legare. hoc dicit ſecundum Bart. Ange. & Sal. & Imo. vel ſic proprius ad literam, ſecundum Bald. Si pater dotem genero promiſſam leget filiæ, non tenetur hæres ad duplicem præſtationem, ſed ambo alterutra præſtatione debent eſſe contenti. hoc dicit, & iſte caſus eſt ſingul. ſecundum Cum. hic. cum etiam reputat ſingu. Petr. de Bexu. hic. ¶In text. ibi, eidem. ſcilicet filiæ. ſecundum glo. & bene, quia tex. non facit mentionem niſi de filia, ergo illa dictio eidem, debet intelligi ſcilicet filiæ,
2 vel eidem, ſcilicet genero, ſecundum Bald. & iſto modo † promiſſio, & legatum fuit factum eidem genero, & videtur in effectu legare filiæ, & filia aget ex tali legato pro ſuo intereſſe, licèt verba ſint relata ad generum, quia eius præcipuè intereſt, eam eſſe dotatam. l. ſeruo legato. §. ſi teſtator. ſ. eo. Sed, caue, qa ſi legatum fuiſſet factum genero, cui etiam dotem pater promiſerat, certè tale legatum non valuiſſet, quia debitor legaſſet creditori, & ſic marito, qui erat creditor, & nullum emolumẽtum mariti continet, ergo non valet. l. ſi creditori. in fin. & l. ſequen. ſupra eo. & ita eſt caſus ad literam contra Bald. in l. cùm pater. ff. de iure dot. de quo Bal. non fuit recordatus, vbi eſt tex. formalis, ꝙ ſi pro filia dotem promiſſam pater legat marito, & ſic genero, tale legatũ non valet, quia debitor legat credito-

ri.ita ibi text.niſi reſpondeas ſuſtinendo Bald. quod non valet
legatum,verum eſt reſpectu generi,ſed bene valet reſpectu fi-
liæ,vt ipſa agat,cuius intereſt.l.ſi cui.§.ſi Titio,& l.ſeruo legato.
§.ſi teſtator.ſupra eo.ſecundum Pau.de Caſt.hic,& ſecundum
Rapha.Cuma.in d.§.ſi teſtator , tamen eſt magna violentia ad
illum tex.vnde teneas primum ſenſum,ꝙ tex.in ver.eidem, in-
telligitur ſcilicet filiæ,prout etiam vult Bar.in vlt.q. ¶Not.1.ex
3 iſto tex.† ꝙ ſi pater primò promiſiſſet certam quantitatem ge-
nero pro dote filiæ,& poſteà legat filiæ pecuniam pro dote ꝓ-
miſſam,videtur legare animo compenſandi , & ſic filia debet
alterutro eſſe contenta,ſed punctus eſt videre, quæ ſit ratio fun
damentalis,dic,ꝙ iſtud operatur vnitas cauſæ finalis, ſcilicet vt
filia dotem habeat,quæ vnitas verſatur tam in promiſſione do
tis facta genero,quam in legato facto filiæ,vnde iſta vnitas cau
ſæ finalis facit,ꝙ iſta quantitas ſemel tantũ debeatur , non ob-
ſtante diuerſitate obligationum,& perſonarum. ita eſt tex.hic.
ſecus quando non adeſſet identitas cauſæ, vt ſi teſtator legaret
Sempronio.10.quæ Titio debet,valet legatum , & vterq; effe-
ctualiter admittitur,vt l.ſi ſic. §.1.ſupra eodem. Adde ad hunc
4 text. & ad iſtud notabile,quòd † ſi pater filiã prius dotatam in-
ſtituit ſimpliciter in legitima, intelligitur cõputata tamen do-
te.ita notabiliter tenet Bal.in l.quoniam in priorib. in vlt.col.C.
de inoffi.teſt.ſequitur Pau.de Caſt.in l.quoniã nouella.in 1.col.
eo.tit.& latius.d.Alex.in l.ſi cùm dotem.§.ſi pater.ff.ſolu.matr.
& in l.pater filiam.in prin.in vlt.col.ff.ad leg.fal. facit text.ſolen-
5 nis in l.1.§.pen.ff.de colla.dot.vbi eſt text. ꝙ † ſi pater promiſit
dotem filiæ,& poſtea deceſſit filio,& filia hæredib.inſtitutis, ꝙ
onus dotandi non pertinet ad filium pro dimidia, pro qua eſt
hæres,ſed totum eſt in parte ipſius filię,quem tex.ad hoc repu
tant mirabilem,& ſing. Ludo.Rom.& d.Alex.in l.poſt dotem.
in 19.col.ff.ſol.matr.ſed ego addo alium tex.ſimilem in l. 2. C.
de colla.de veritate tamen illius dicti Bal.in d. l. quoniã in prio-
rib.dixi plenè in d.l.quoniam nouella.in 1.col.vbi vide,ideo nõ
6 repeto.¶Secundò no.ex hoc tex.ꝙ † quando duæ perſonæ cõ
currunt,& petunt illud,quod vtriq; eſt debitum inſolidum,ſed
vna ſolutio ſufficit , tunc obſtat exceptio doli ne bis ſoluatur,
& etiam neutri ſoluatur , niſi concordent cui eorum ſolui de-
beat,vt hic,& §.fi.infra ea.l.Et ſic pondera , ꝙ hic videtur pro-
bari,ꝙ ſi ſunt duo rei credendi,qui ſimul, & ſemel agant inſo-
lidum,ꝙ repellantur exceptione;Bar.tamen in l.3. §.1.in 1.col.
& ſeq.ff.de duob.reis.tenet,ꝙ plures rei credẽdi poſſunt agere
inſolidum in eodem libello, & plures rei debẽdi poſſunt ſimul
conueniri,& quilibet inſolidum,proteſtando,ꝙ vna ſol. volũt
eſſe contenti, & pondera , an ita etiam poſſet nouiter limitari
iſte tex.& eſſet pulchra limitatio ad iſtum tex.tamen in effectu
7 eſſet idem cum eo,quod decidit tex.¶† Tertiò no.ex hoc text.
ꝙ teſtator in dubio non præſumitur grauare hæredem ſuum
duplici onere præſtationis, etiam concurrente fauore ſangui-
nis,& filiationis.item concurrente fauore dotis.ita eſt text.not.
hic.facit.l.Titia.§.qui in vita,& l.cùm pater. §.pater filiæ. ĩ. tit.
1.cum alijs allegatis in gl.¶Capio gl. fi.in verſ.contenti,quæ di-
uiditur in tres.In prima declarat text. In ſecunda remouet vnũ
contrarium.In tertia per viam notabilis remouet aliud cõtra-
trariũ.Secunda ibi,ſi autem ſeparatim.Tertia, & vltima eſt ibi.
item nota ex prædictis.¶In ſecunda parte dicit gl.iſtum tex.ꝓ-
cedere, quando ſimul veniunt ad petendum maritus ex pro-
miſſione,& filia ex legato,tunc debent inter eos conuenire , vt
ſint alterutro contenti,vt hic.Sed ſi primò veniret filia,& pete-
ret legatum,hæres non aliter cogeretur ſoluere filiæ , quàm ſi
filia præſtaret cautionem de conſeruando hęredem indemnẽ
aduerſus generum ex prmiſſione dotis ſibi facta. ècontra autẽ
ſi gener primò veniat,debet ſolui ſine cautione , quia ſolutio-
ne facta genero,ad quem res erat peruentura,hæres liberatur à
filia,& ita eſt caſus de vtroq; in l.cùm pater.ff.de iure dot. alle.
in gl.¶In tertia parte gl.ibi,ſecus in viro. aduerte, ſi iſte text.in-
telligeretur,quando expreſsè legauit eadem centum,tunc non
8 eſſet diuerſum in viro.† nam ſi maritus expreſsè legat centum,
quæ in dotem habuit,apparet,ꝙ noluit duplicare,& non valet
legatum niſi in commodo repræſentationis.l. 2. & per totum
tit.ff.de dote præleg.& l.ſi creditori.cum l.ſeq.ſ.eo.vnde iſta gl.
debet intelligi,quando maritus non expreſſit verbum eadem ,
ſed ſimpliciter legauit centum vxori , cùm centum in dotem
* habuiſſet.Cum iſta gl.*tranſeunt communiter Docto.* [a] hic,& in l.ſi
a cùm dotem.§.ſi pater.ff.ſolu.matrim. & aſſignant rationem di
9 uerſitatis.† nam pater ad dotandam [b] filiam tenetur ex legali
b diſpoſitione.l.obligamur.§.lege.ff.de act.& obl.& l.qui liberos.
ff.de ritu nup.& l.fi.C.de dot.promiſ. & ſic tenetur ex neceſſita
te,ergo illud,quod relinquit,videtur relinquere animo compẽ
ſandi,quia in neceſſitatib.nemo liberalis exiſtit.l.rem legatam.
ff.de adi.leg.maritus autem tenetur ad reſtitutionẽ dotis vxori
10 ex proprio contractu voluntariè celebrato,vnde cùm ſit † vo-
luntarius debitor , non videtur legare animo compenſandi.l.
creditorem. ĩ. titu. 1. ſed animo exercendi liberalitatem, vnde
vxor poteſt vtrunq; petere,quia hodie ceſſat edictum de alte-
rutro.d.l.vnica.§.ſciendum.C.de rei vxo. act. & ibi ſubdit text.
cùm manifeſtiſſimum eſt,ꝙ maritus,qui non expreſſit contra-
rium,voluit vxorem vtrunq; conſequi.Iſta eſt cõmunis theo-
rica Bar.& Doct.hic,& in l.ſi cùm dotem.§.ſi pater,& in Auth.
præterea.C.vnde vir,& vxor.Bal.in l.ſi vxor. C.de bon. aucto.
iud.poſ.Contra quam theoricam multa vrgent, nam à princi-
pio hinc inde vterq; dicitur debitor voluntarius, ſed ex poſtfa-
cto vterq; videtur debitor neceſſarius, & fortius deberet vide-
ri maritum relinquere animo compenſandi,quàm patrem, cũ
maior ſit affectio patris.l.iſti quidem.in fin. ff.quod me. cauſa.
& l. fin.in princ. C. de cura.fur.vbi dicunt illi duo tex.ꝙ nullus
amor vincit paternum: præterea difficile eſt videre,quare in d.
l.vnica.§.ſciendum.maritus cenſeatur debitor voluntarius me
diante facto ſuo,quia dotem recepit,ſed in d. l. ſi cùm dotem.
§.ſi pater.ibi pater , qui recepit dotem abſente filia , eſt effectus
debitor mediante facto ſuo,hoc eſt mediante exactione , & ta
men ſecundum Barto.& Docto.dicitur debitor neceſſarius,&
propterea legatum per eum factum computatur in dotem.
Inter iſtos duos caſus quare in d.§.ſciendum,ſit debitor volun
tarius,& in d.§.ſi pater.ſit debitor neceſſarius, cùm vtroque ca
ſu factum hominis interuenit, ſcilicet exactio dotis , non curo
nunc intrare iſtam difficilem materiam. dixi plenè in d. Auth.
præterea.ad ibi dicta me remitto , tamen quantum ad iſtum
tex.poteſt dici,quòd certum erat hic patrem noluiſſe multipli
care obligationem, cùm tex.dicat, quòd pater eadem centum
legauerat,quæ promiſerat marito, vnde ponderanda eſt illa di
ctio eadem ,ex qua conſtat, patrem noluiſſe multiplicare obli-
gationem.iſtud tamen verbum eadem, poſſet eſſe verbum te-
ſtatoris. Item poſſet eſſe verbum Iuriſconſulti , & iſto vltimo
11 modo nihil faceret. ¶ † Quid autem in dubio,ſi pater legaſſet
non apponendo dictionem eadem, an præſumatur voluiſſe le-
gare filiæ eadem 100? glo. hic in ver.eadem.tenet,ꝙ ſic per qua
tuor iura per eam allegata.tamen text.quem primo loco alleg.
in l.Titia.§.qui inuita.ĩ.titu. 1. non facit, & malè alleg. per glo.
quia non loquitur in dubio,vt gl.dicit,ſed in caſu claro, & cer-
to,vt dicit tex.ibi.fideicommiſſum filiæ nomine dotis reliquit,
& ita dicit Barto.ĩ.ſed tunc fortiter obſtat text. in l.ſi pater pro
filia. ff. de colla. dot. vbi filia habet vtrunque, & dotem præci-
puam , & illud quod pater legauit, ergo de directo contra iſtũ
tex.Barto.reſpondet,quòd ille tex.loquitur,quando aliud lega-
uerat, quàm promiſerat, puta promiſerat ſpeciem in dotem ,
& quantitatem legauerat,nam hoc caſu non poteſt capi cõie-
12 ctura,quòd voluerit facere animo compenſandi , eo quia † de
quantitate ad ſpeciem non fit compenſatio. l. ſi conuenerit.2.
ff.de pigno.act. & l.fin.C.de compenſa. Ideo filia poteſt vtrun-
que petere,vt ibi,ſed iſte text.loquitur, quando pater promiſe-
rat quantitatem pro dote filiæ , & poſteà legauit quantitatem,
nam de quantitate ad quantitatem propriè fit compenſatio,
vnde tunc præſumitur legaſſe animo compenſandi , & cum
iſta ſolu.Barto.tenent Bald.Rapha. Cuma. Pau. de Caſt. & do.
Alexan.hic,Bald.in l.quoniam in prioribus. in vlt. colum.circa
med.C.de inoffic.teſta.& in l.Neſennius.ff.de nego.geſt. Iſta ſo
lu. poteſt eſſe vera in ſe , ſed eſt nimia diuinatio ad illum text.
Item tex.ibi non ſe fundat,quia legatum eſſet aliud, quàm erat
promiſſum.Similiter diuinatiua eſt ſolu.Iaco.de Are. hic, quã
refert dom.Alex.dicens , quòd nullus de ea facit mentionem ,
quia ibi loquitur , quando quantitas legata , & quantitas pro-
miſſa in dote erant diuerſæ,quo caſu ceſſat compenſatio , ſed
hic quantitas legati concurrit cum quãtitate dotis, vt dicit iſte
text. in ver. eadem.ſed iſta eſt diuinatio ad d.l.ſi pater, ꝙ ibi eſ-
ſent diuerſæ quantitates,de hoc in illo tex.verbum nullum.Itẽ
non debet niſi illa materia attendi,an ſint quantitates pares,vel
diſpares,quia ꝓ concurrenti quantitate dẽret fieri cõpenſatio,
arg.l.Imperator.§.ſi cẽtũ.ĩ verſ.enimuero.ĩ.ti.1.ſm Bal.Imo.&
d.Alex.

ADDITIONES.

a ¶Communiter Doct.Pro qua concluſione, adde,quæ ſcribit Nat.conſi.169.
nu.6.& ſeq.conſ.110.nu.15.Pariſ.conſ.95.lib.2.& fac. quæ not. Alex.conſi.7.
col.fi.lib.6.vbi Doct.in apoſtil.plura notãt.Quo autem remedio legatarius
ſuum creditum cum legato compenſare teneatur, ponit Dilect. de arte teſt.
tit.6.cau.5.& qd quando mulier legat ſimpliciter aliquid marito,dic,vt per
Nat.conſ.186.col.2.in prin. MASVER.

b ¶Pater ad dotandam filiam.Sed nunquid dos ſuccedat loco alimentorum? vi
de Cyn.& Bald.in l.mater.C.de iur.dot.& Cyn.in l.nemini.C.de admi. tuto.
& Bal.in l.fi.de his,quibus vt indig.facit.l.qui filium.ff.vbi pupil. educa.deb.
& quod no.gl.in l.ob æs. C.de prædi. minor , & an mulier dotata ſuccedere
debeat,vide per Alexan. in conſi.7.in 2.vol.

d. Alex. hic, & in §. si pater. vbi etiam Ang. & Bal. in l. Titia. §. qui inuita. ff. tit. 1. vnde vsquequaq; non est bene solutum contrarium, d. l. si pater ꝓ filia. licet d. Ale. in discursu quasdã alias sol.
13 diuinatiuas referat, quæ non sunt dignæ referri. ¶ † Ego rñdeo notabiliter sine vlla diuinatione, prout etiam aliàs dixi in d. Authen. præterea. C. vnde vir, & vxor. sed nunc plenius ponam. Vnde dico, ꝙ ille tex. procedit ex quadam æquitate. nam ibi pater pro filia dotem promiserat, deinde filiæ exhæredatæ, vel emancipatæ, aut præteritæ legatum dedit, ibi deciditur, ꝙ filia vtrunque habebit, eo quia pater vr̃ sibi potius legasse in quandam recompensationem iniuriæ exhæredationis, vel prçteritionis, vel videtur legasse præmium emancipationis, vt dicit tex. in l. vt liberis. in fin. C. de colla. quàm ꝙ velit in dotem compensare, & iste est proprius intellectus illius tex. sine vlla diuinatione, & ideo pondero ꝙ tex. in d. l. Titia. §. qui inuita. loquens similiter in filia exhæredata, cuius dotem pater rehabuerat, cum mysterio ponit casum clarum, & certum, qñ filiæ exhæredatę pater fecit legatum nomine dotis, aliàs si non expressisset nomine dotis, vt ibi fecit, in dubio non prçsumeretur causa dotis, sed propter iniuriam exhæredationis. d. l. si pater ꝓ filia, & isto modo habes ibi tex. singularem, & peregrinum limitantem istum text. & alios concordantes allegatos hic in gl. in ver. eadem, ꝙ pater in dubio, qñ legat filiæ, præsumitur legare animo compẽsandi cum dote promissa, & sic filia non potest nisi vnum consequi, est verum nisi pater præsumatur legasse in recompensationem iniuriæ, quam facit filiæ eam exhæredando, vel præterëundo, vel qñ fecit in præmium emancipationis, vt dixi. Et põdera, ꝙ fortè etiam idem voluit dicere Bar. in d. l. si pater pro filia, dum dicit, ꝙ ibi legatum non erat factum contemplatione ad dotem, & sic non compensatur in dotem. Fortè Bart. voluit dicere, ꝙ ibi legatum erat factum propter alios respectus superius relatos, quàm propter dotem, vel fortè Bar. ibi voluit idem dicere, quod hic, ꝙ ideo ibi legatum non dicatur factum contemplatione ad dotem, eo quia erat diuersum, quia dos erat in specie, & fuerat legata quantitas, vel ècontra, & pro certo verba sol. Bar. ibi sunt valde ambigua, sed credo, ꝙ necessariò debet declarari altero de duob. modis, quos statim dixi. Et pro solutione, quam ego dedi ad d. l. si pater pro filia, quam puto veram, & quam semper tenui, adde sic etiam esse, qñ filia esset cũ hæredib. extraneis instituta, tunc quodammodo fit sibi iniuria, & tunc habebit dotem præcipuam, nec compensabitur cum legato de institutione facta de ipso filio. text. est sing. in l. fin. in ver. si autem extranei. C. communia vtriusq; iud. quem Barto. dicit ibi esse multum sing. & se nescire alibi. idem dicunt Bald. Raph. Cum. Ludo. Rom. & d. Alex. in d. l. si cùm dotem. §. si pater, & do. Alex. hic, & ista erit secunda limitatio ad istum text. quasi etiam tunc filia videatur affecta aliqua iniuria, ex quo fuit instituta cum extraneis, licèt de iure pater potuerit hoc facere, dummodo filia habuerit legitimam suam, non potest cõqueri. l. cùm quæritur, & l. parentib. C. de inoff. testa. ¶ Tamen ꝯ intellectum, quem dedi ad l. si pater pro filia. videtur fortiter obstare tex. in d. l. si cùm dotem. §. si pater. in illa alternatiua, siue patri hæres extiterit, siue in legato tãtum acceperit, ergo ibi erat præterita ab institutione sicut in d. l. si pater pro filia, & tñ ibi legatum compensatur cum debito dotis. Dic, ꝙ text. ibi cũ mysterio bis repetit siue in legato tñ acceperit, quantum dotis satis esset; vel si tantum à patre consecuta est, quantum ei dotis nomine debebatur, & sic legatum ibi tantum capiebat, quantum in effectu institutio, & sic effectualiter non dicitur ibi prçterita, & hoc patet per dictionem siue, ibi bis positam, dum dicit, siue patri hæres extiterit, siue in legato tantum acceperit.
14 † nam dictio siue, non est simplex disiunctiua, sed habet aliquã naturam copulæ, & sensum coniungit, vt cùm dicitur Alexander audiet, siue Paris, sm̃ Bar. in l. si quis ita. ff. de aur. & arg. leg. & sic ibi text. in dictione siue, vr̃ à pari capere, siue patri heres extiterit, siue in legato tñ acceperit, ergo etiam isto casu habetur effectualiter pro instituto. ¶ Extra glo. format Bar. tres quæ-
15 stiones. † prima, qñ pater primò dotat tradendo dotem, & postea legat, an filia debeat vtrumq; habere, distinguit Barto. sm̃ Dy. Iac. de Are. & Old. ꝙ aut testator legat ipsum corpus dotale traditum in dotem, & sic legauit res prius in dotem datas, & tunc valet legatum, & vltrà dotem filia debet habere æstimationem illarum rerum, quia cùm pater legauerit res iam traditas in dotem, & sic iam effectas mariti. l. doce ancillam. C. de rei vendi. per consequens legauit res alienas, quas scit esse alienas, & se tradidisse genero, & etiam si ignoraret, legat coniunctæ personæ, ergo debetur earum æstimatio. l. cùm alienam. C. de leg. & ita est casus in l. cùm pater. §. pater filiæ. ff. tit. 1. sm̃ intellectum gl. ibi, & dicit ibi Bar. ꝙ est nouus casus, & dicit Rapha. Cuma. hic, ꝙ ille est casus sing. & multum notandus, quia mille vicibus testatores legant bona, quæ in dotem dederant, nam tunc etiam deberetur æstimatio, tamen idem Rapha. Cum. ad d. §. pater filiæ. dicit, ꝙ communiter istud non seruatur, vt ibi p cum. Alia etiam potest esse ratio vltra Bar. & valde plana, quia cùm pater ibi sit extra vinculum obligationis legalis, qua tenebatur dotare filiam, vt dixi. s. in gl. si. in vlt. parte, cùm iam dos esset soluta actualiter, & tradita, nec ipsa exigitur, non videtur factum legatum animo compensandi, cùm non subesset necessitas compẽsationis, vt voluit Bar. in l. filia legatorum. C eo. Io. de Imol. & d. Pet. de Bexu. hic, ergo ipsum legatum valet, & debetur æstimatio. Aut testator legat simpliciter, & tunc dic, vt
* hic per Bar. & cum ista doct. transeunt Bal. *& alij indifferenter* hic vltrà Antiquos. s. relatos. Bal. post. Cy. in d. l. filia legatorum. Ludo. Rom. cons. 253. quod incipit videamus primò quid iuris, & vide ad primum membrum Bar. hic illud, quod decidit tex. in
16 l. Licinius. in prin. ff. tit. 1. ¶ Secundò quærit Bar. quid ècontra, † si pater primò legat filię, posteà eam dotat, an filia debeat vtrunque habere, & tenet, ꝙ si primò legauit pro dote, seu nomine dotis, & posteà viuens dotat, videtur de ipso legato dotare, & sic testator viuens videtur soluere legatum. l. filia. C. eo. quãdo tantum esset in legato quantum in dote. l. Lucius. ff. tit. 1. Si verò primò legauit simpliciter, & posteà dotat, tunc filia habebit vtrumq; arg. l. quinquaginta. ff. de probat. nõ. gl. in l. planè. §. eãdem. in verbo ostendatur. s. eo. & idem tenet Bar in d. l. filia. sed
* istud *reprobant communiter Doct.* hic, Dy. Iac. de Are. Old. Bal. Imo.
17 & d. Alex. hic, & communiter Doct. in d. l. filia, † quia imò legatum simpliciter factum intelligitur in dubio animo compensandi factum, per tex. in d. l. filia. non violãdo literam, & ibi hoc tenet Bal. in suo summario, & idem tenet ipsemet Bar. in l. Lucius. prima, in ver. sed hoc videtur. ff. de leg. 2. Secundò, quia nõ debet constitui differentia, an pater exprimat se relinquere pro dote filię, an simpliciter relinquere, quia semper intelligitur pro dote relinquere. l. quod autem, & ibi Bart. & l. tali. ff. de iur. dot. Ad d. l. quinquaginta. allegatam per Bar. respondent Imo. & d. Alex. hic. sed ego clarius loquar, ꝙ ibi erant duæ dispositiones vltimæ voluntatis, & si secunda intelligeretur de eadem quantitate de qua prima, nullius esset effectus, sed in casu nostro secunda dispositio, scilicet actus dotandi erat inter viuos, vnde dato, ꝙ intelligatur de eadem quantitate, de qua factum est legatum, tamen vltra legatum habet istam commoditatem, qa est effectum filiæ, quod antea non erat, cùm legatum viuo testatore non habeat effectum, & esset reuocabile per testatorẽ. l. cùm hic status. §. ait oratio. ff. de dona. inter vir. & vxo. & c. cũ Marthæ. de celeb. mis. Prædicta procedunt, quãdo pater illam quantitatem, quam primò legauit filiæ, posteà dedit in dotem; si autem minus, puta pater legauit mille filiæ, posteà viuens eã maritauit cum quinque centum, an residuum poterit filia petere mortuo patre? Old. Laud. in d. l. Lucius. 1. ff. titu. 1. tenuit, ꝙ
18 residuum potest petere, † quia quãdo quantitas est expressa in legato, illud non minuitur per causam adiectam. l. Lucius. ff. de ali. leg. & l. creditor. §. cùm inter. ff. mand. Contrarium tenet ibi Dy. per tex. in l. libertis quos. in prin. ff. de adi. lega. Bar. autem in d. l. Lucius. prima, distinguit, ꝙ aut pater, quando fecit primum legatum de mille legauit non pro dote filiæ, sed pro ea maritanda, & tunc si eam viuens maritauerit cum quinque centum, quia finita est causa legati, ergo extinguitur legatũ in residuo. Nec ob. d. l. libertis quos, quia ibi in secundo legato continetur plus, quàm in primo. Aut pater facit legatum de mille pro dote filiæ, seu nomine dotis filiæ, & tunc licèt pater eam maritauerit cum quinque centum, poterit filia residuum petere, quia
19 ea maritata causa legati non est finita, † cùm constante matrimonio possit dos augeri. l. pen. & Auth. sed iam necesse. C. de dona. ante nupt. Sed contra Barto. tenent indistinctè Bal. Ang. Sal. Pau. de Cast. & alij in d. l. filia. Bald. Imol. Raph. Cuma & d. Alexan hic. Nico. de Neapo. Imol. & Rapha. Cuma. in d. l. Lucius. 1. Petr. de Anch. & Imo. in c. filius. extra de test. Eo quia attenta opin. Barto. sequeretur, ꝙ si pater reliquisset mille filiæ ꝓ ea maritanda, & posteà eam maritasset pro nihilo, ꝙ filia nihil posset petere de legato, quod est absurdum. Et contrarium in specie tenet Gul. de Cun. in d. l. cum is. §. si mulier. ff. de con-
20 di. indebi. vbi tenet, † quòd si pater, vel auus reliquit filię mille pro ea maritanda, & posteà ipsa nupserit viuente, & sciente testatore, & ei nihil dedit, quòd tamen posteà poterit actione ex testamento petere legatum de mille factum pro dote. l. si quis hæredem. C. de instit. & substit. Et illam decis. Gul. de Cun. refert, & sequitur dom. Alexan. in consi. 72. volum. incip. visis,
21 & diligenter animaduersis in 5. colu. † Item dicit Pau. de Cast. in d. l. filia. se consuluisse, & obtinuisse contra Barto. in quadam causa, in qua pater in testamento reliquerat mille pro filia maritanda, deinde patruus, vel pater istius puellæ eam maritauit pro minori summa, quòd non obstante quòd sit maritata, poterit petere legatum factum à patre, vel eius residuum.

¶Sed aduerte, ꝙ licèt omnes ita teneant, ego pro Bar. ſoleo fa-
22 cere tale fundamentum.† nam pater, quando ſemel dedit dotem filiæ, nō poteſt amplius illam dotem diminuere. Auth. ſed quamuis. C. de rei vxo. act. tamen quando pater ſolùm promiſit dotem pro filia, poteſt quantitatem diminuere. ita tenet gl. in d. Auth. ſed quamuis. modo in propoſito quando pater ſolùm legauit dotem filiæ, hic non interuenit traditio, ergo quantitatem dotis legatæ, & nō traditæ debet poſſe diminuere, ergo poſteà eam maritando cum minori quantitate debet intelligi, quantitatem dotis diminuiſſe. Tamen Dy. & Sal. in d. Auth. ſed quamuis. reprobant illam gl. ibi, quia l. quoties. ff. ſolu. matr. per quam mouetur gl. nihil facit, quia non loquitur in diminutione dotis, ſed bene dicit, ꝙ pater, qui dat dotem, poteſt ante, vel incontinenti poſt ſtipulari ſibi reddi. contra illam gl. tenet etiā d. Fran. de Cur. in conſ. 27. incip. Magnificus vir d. Vgutio. in 4. dubio. vnde non recedas à communi opi. Et pro ea contra Bar. adde tex. in l. virilis. §. fina. cum l. ſeq. ff. de leg. præſtan. quamuis poſſes dicere, ꝙ ibi legatur pro dote filię, non autem pro ea ma-
23 ritanda. Item adde,† ꝙ ſi frater non dat integram dotem [a] ſo-
a rori ſuæ relictam à patre, quamuis bene, & egregiè eam maritauerit, tn̄ tenetur dare ſupplementum vſq; ad integram quantitatem legatam. tex. eſt in l. cùm pater. §. pater certam. ꝟ. titu. 1. Et ibi Bal. Imol. & Raph. ad hoc notant illum tex. & ibi Raph. limitat, niſi facta fuiſſet liberatio, prout communiter fit, quod bene
24 no. Quid autem ſi † teſtator legat pro filiab. maritandis, & vna filia ſit maritata, & dotata ex hæreditate matris, an ei debeatur legatum? Vide per Io. de Imo. notabiliter determinātem, ꝙ ſic in conſ. 113. incip. in cauſa quæ vertitur, & verſa eſt inter Antonium. in penul. colu. vbi præcipuè ad hoc allegat Gul. de Cun. quem vide in d. l. cùm is. §. ſi mulier, & iſtas deciſiones bene no-
25 ta, & tene menti. Tertiò, & vlt. quærit Bar. † an in caſu huius. §. ſi teſtator non legauit filiæ, ſed genero, cui etiam dotem promiſerat, an procedat iſt tex. diſtinguit, vt hic per eum. Miror, ꝙ pro primo membro non alleget text. expreſſum vtentem propria ratione Bar. in l. cùm pater. ff. de iur. dot. Item pondera Bar. tenere contra expoſitionem, quam facit Bald. ad iſtum text. in verſi. eidem, intelligendo etiam genero. Dixi. ſ. apoſtillādo tex. ¶Vltimò aduerte Bal. velle, ꝙ quando legat ſimpliciter genero, cui etiam dotem promiſerat, ꝙ gener debet vtrunq; habere, quia tunc teſtator erat debitor voluntarius, ideo non videtur reliquiſſe animo compenſandi. l. creditorem. ꝟ. tit. 1. & l. vnica. §. ſciendum. C. de rei vxo. act. ſecus, quando legat filiæ, nam cenſetur debitor neceſſarius, ideo tunc cenſetur legaſſe animo compenſandi, vt hic, & l. ſi cùm dotem. §. ſi pater. ff. ſolu. matr. l. filia. C. de leg. & tamen eſt debitor generi ad dotem, ergo videretur neceſſarius, cùm neceſſitetur à lege ſine facto ſuo dotare filiam, & conſequenter generum, licèt non immediatè, ſed reſpectu filiæ, & tamen ſoluendo genero liberatur ab obligatione legali, & ſic neceſſaria.

ADDITIO.

a ¶Dotem. Nunquid dotata filia à patre poſſit dicere ſe incōgruè dotatam, & quando apparet exceſſus, ita ꝙ dolus patris poſſit redargui. vide Alexan. de Imo. in conſi. 33. per totum. in 4. vol. & per Pau. de Caſt. conſ. 108. Sed quæ dicatur dos competens, dic vſque ad legitimam, vide in conſ. 83. 4. vol. Ang. conſi. 311. incip. d. Greg.

¶Et dic, ꝙ dos non debet eſſe minor legitima, teſte Alex. conſi. 69. lib. 1. & vſque ad ipſam legitimam conſtitui, ſecundum communem per Dec. conſi. 611. col. 1. vbi Doct. in apoſtil. plura no. & ibid. cōſuluit ꝙ dos cōgrua, & cōpetens videtur attenta qualitate patris, & inſpecto patrimonio, quod pater habebat. l. filiæ. de leg. 3. l. cùm poſt. §. gener. ff. de iure dot. Abb. conſ. 115. quę dos filiæ ſuccedit loco legitimæ. Alex. conſi. 7. col. 2. lib. 2. Nat. conſi. 455. vbi inter alia, ꝙ filiæ in legitima ſubſtitui non poteſt. prædictam autem conclu. de dote competen. declara, vt per Dec. conſ. 181. nu. 5. & cōſ. 276. Afflic. deciſ. 160. Rol. conſ. 85. nu. 16. lib. 1. Dec. conſi. 26. col. 3. MASVER.

*SVMMARIVM.*

1 *Conditio de inſtrumentis reddendis continet etiam liberationem præſtari, quod ſufficit, ſi inſtrumenta reddi non poſſunt, & nu. 4. & intellige vt nu. 6. & 13.*

2 *Redditio inſtrumenti debiti licèt liberet debitorem, non tamen liberat ipſo iure, ſed ope exceptionis, & nu. 7.*

3 *Conditio, quæ poteſt æquipollenter impleri, non dicitur defecta, & infra num. 8.*

5 *Conditio aliquando importat virtualem effectum vltra illud, quòd verbum ſonat.*

*Creditor debitori ſoluenti, vltra quòd tenetur reddere eidem inſtrumentum debiti cancellatum, debet etiam facere inſtrumentum liberationis.*

8 *Conditio licèt debeat in forma ſpecifica impleri, tamen ſufficit, ꝙ virtualiter impleatur, quando formaliter impleri non poteſt.*

9 *Stante ſtatuto, quòd debitor non cogatur ſoluere, niſi creditor reddat inſtrumentum debiti cancellatum, ſufficit, ꝙ creditor probata amiſſione inſtrumenti per iuramentum, liberet ipſum per acceptilationem.*

10 *Stante ſtatuto, ꝙ ſolutio debiti non poſſit probari niſi per publicum inſtrumentum, producens inſtrumentum debiti cancellatum dicitur probare ſolutionem per inſtrumentum.*

11 *Amiſſio inſtrumenti probatur per iuramentum, ſi perſona eſt honeſta.*

*Probatio per iuramentum admittitur in his, quæ ſunt leuis præiudicij.*

12 *Mercator ſi fecit mihi literas cambij, quas amiſi in itinere, quòd ſi libero ipſum per inſtrumentum ab ipſis literis cambij, poſſum depoſitum repetere.*

14 *Conditio impoſſibilis, quam teſtator putabat poſſibilem, vitiat diſpoſitionem, & non vitiatur, niſi poſſit per æquipollens impleri.*

15 *Bannitus, cuius bannum non eſt cancellatum, ſi vigore ſtatuti poteſt impunè offendi, & appareat in libris communis eum ſoluiſſe quantitatem in banno poſitam, licèt bannum non ſit cancellatum, quòd non poterit impunè offendi.*

16 *Banniti, qui ex forma ſtatuti debebant rebanniri per quoſdam ſapientes, non poterunt offendi etiam antequam bannum ſit cancellatum.*

17 *Condemnatio banni ſi debet cancellari, & ſententia non reperiatur in archiuo publico, ſi quidam priuati habent exinde publicum inſtrumentum talis banni, tunc ſyndicus communis liberabit à banno, & inde conficiet inſtrumentum, quod ponet in archiuo.*

18 *Ignorantia priuata non patrocinatur, vbi publica ſcientia deprehenditur.*

19 *Creditor, qui promiſit ſoluto debito reddere chirographum, ſi illud caſu perdidit, ſufficit, quòd faciat ei refutationem, & cancellabitur verbaliter.*

*Creditor ſi promiſit reddere inſtrumentum cancellatum, & illud eſt perditum, ſufficit ꝙ reddat æquipollens.*

1 §. Si ita. † Conditio de inſtrumentis reddendis continet etiam liberationem præſtari, quod ſolùm ſufficit, ſi inſtrumenta reddi non poſſunt. hoc dicit, & eſt ſingularis text. ſecundum d. Petr. de Bexu. & iſtum text. reputat notabilem, & vnicum in iure Bald. in l. pecuniæ, ad fin. C. de ſolu. ¶Diuide iſtum. §. intellectualiter in 3. partes. In prima præmittit vnum, ꝙ conditio ſi tabulas reddiderit, idem importat, ꝙ ſi heredem liberauerit ab actione, cuius probatio continetur in tabulis, quia teſtator apponendo talem conditionem, non vr̄ voluiſſe talem redditionem fieri propter ſe, ſed propter officiū
2 liberationis,† quia redditio inſtrumenti vr̄ ad effectum liberationis tendere. l. Labeo. ff. de pac. & c. Eccleſia S. Marię. 2. in fi. vt lit. pen. In ſecunda ex iſto præmiſſo infert ad deciſ. quod ſi tabulę extant, non ſufficit inſtrumentum reddere, prout eſt facti, niſi etiam liberet per acceptilationem, quia teſtator non ſenſit de redditione ſola inſtrumenti prout eſt facti, & prout verbum ſonat, ſed de effectuali liberatione, quæ fit ipſo iure mediante acceptilatione. l. 4. §. nunc de effectu. ff. de lib. leg. quia redditio inſtrumenti ſola non liberat ipſo iure, vt hic, ſed ope exceptionis. d. l. Labeo. ad fi. Si autem tabulæ non extarent in rerum natura, & ſic inſtrumentum non poteſt reddi, tunc debet liberare per acceptilationem, & cenſetur cōditio impleta, quia ad impoſſibile nemo tenetur. l. impoſſibilium. ff. de regu. iur. In tertia ampliat iſtam ſecūdam deciſionem tex. vt procedat, ſiue tabulæ iam intercidiſſent tempore conditi teſtamenti, ſiue poſt teſtamentum, & ante mortem teſtatoris, ſiue etiam mortuo teſtatore, tn̄ ſi tempore teſtamenti inſtrumentum iam erat perditum, clarè procedit iſte tex. quia tunc conditio eſſet impoſſibilis, & non haberetur pro adiecta. l. ab omnib. §. 1. ꝟ. eo. & l. obtinuit. ff. de condi. & demonſt. ſed ſi tunc non fuit perditum, ſed poſtea, nō fuit conditio impoſſibilis à principio, vnde ſi poſteà perdatur inſtrm̄, cenſetur conditio defecta, & defectus conditionis vitiat legatum. ꝯ̄trium tamen deciditur in iſta vlt. parte
3 tex.† quia conditio non dr̄ defecta, quæ poteſt æquipollenter impleri. Secunda eſt ibi, quare & ſi tabulæ. Tertia, & vlt. eſt ibi,
4 nec ad rem. ¶† No. 1. qn̄ factum eſt legatum alicui ſub conditione, ſi inſtrumentum debiti reddiderit hæredi, iſta conditio continet in ſe duo: primò illud, quod ſonat, ſcilicet, ꝙ inſtrumentum, & ſic ꝙ ipſa charta materialis actualiter reddatur. Secundò, ꝙ vltra redditionem inſtrumenti debitor ipſo iure libe-
5 retur mediante acceptilatione. ¶†. Ex quo correlariè nota, ꝙ conditio aliquando importat virtualem effectum vltra illud, quod verbum ſonat, & per iſtum text. dicunt Iaco. de Are. & Bald. & ſequuntur dom. Petr. de Bexu. & d. Iaco. Pu. quòd licèt creditor debitori ſoluenti debitum teneatur reddere inſtrumētum cancellatum. l. diſſolutæ. C. de condi. ex lege, & l. ſicut datum. C. de libe. cauſa. glo. notabilis in l. ex empto. §. is, qui vina. ff. de actio. empt. tamen per iſtum text. tenetur etiam facere inſtrumentum plenæ liberationis, & pro hoc l. pecuniæ. C. de ſolu. & l. plures apochis. C. de fide. inſtru. Et ſi dicis, nonne debitor habens penes ſe inſtrumentum debiti inciſum probat

per

per hoc liberationem.l.si chirographum.ff.de proba.& d.l.Labeo.& l.postquam.ff.de pac.& d.c.Ecclesia S. Mariæ. 2.in fi.vt lit.pen.ergo hoc debet ei sufficere? Responde, ꝙ hæc probatio liberationis,quæ fit per ostensionem instrumenti incisi existen-
a tis penes debitorem,est probatio præsumptiua, a & satis leuis, quæ potest facilè tolli per aliam præsumptionem , vnde si debitor esset persona domestica creditoris, præsumeretur potius subtraxisse instrumentum , quàm ꝙ debitum soluerit, vt notant Docto.in d.l.Labeo.Bar.in d.l.fullo. §. qui tabulas.ff.de fur. Item si creditor probaret domum suam fuisse subiectam sacco,vel famulum suum aufugisse, & multa instrumenta exportasse,faceret vacillare illam præsumptiuam probationem,quæ fit per ostensionem instrumēti incisi. vnde tutius est habere instrumentum liberationis plenè factæ per acceptilationem , vt hoc tex.notabili,tamen ſm Raph.Cum.iste tex.non videtur facere pro ista decisione Iac. de Are. & Bal. nam ideo hic exigitur liberatio per acceptilationem ,eo quia sola redditio instrumenti non liberat ipso iure,sed tantum ope exceptionis,sed in eorum decisione debitor actualiter soluit creditori , & solutio indubitanter liberat ipso iure,vt Institu.quibus.mod.tol.obl.in prin.ergo cùm hic sit liberatus ipso iure per solu. alia liberatio non est necessaria.Sed defendendo decis.Iac.de Are.& Bal.quę est vtilis in practica,dic verum esse, ꝙ non requiritur alia liberatio,ex quo iam est liberatus ipso iure per solu.imò impossibile esset amplius liberari,sed bene requiritur instrumentum,ꝙ verè probet ipsam liberationem vltra instrumentum debiti,ꝙ redditur cancellatum , vt c. significauit, & c. Albe. de testi.latè
6 Bar.in l.si infinita.§.eleganter.ff.de dam.inf.¶† Limita istũ tex. procedere,quando instrumentum extaret, & debitum non esset solutum , tunc requirerentur duo supradicta,scilicet redditio instrumenti, & acceptilatio liberatoria. Si autem debitum iam esset solutum,antequam apponeretur ista conditio, tunc amplius impleri non potest.l.si iam facta.in prin. ff.de condi.& demonst.quia liberatio, & sic priuatio præsupponit habitum. l.decem.ff.de verb.obl.& c.ad dissoluendum.de desponsa.impu. vnde tunc vnum tantùm poterit impleri, scilicet redditio instrumenti de facto, prout verbum sonat,ſm Bal.& alios in l. ab omnib.§.1.ĵ.eo.& in effectu Pau. de Cast. & latius Alex. & potest interesse debitoris, ꝙ etiam soluto debito reddatur sibi instrumentum,quia si remanet penes creditorem, posset iterũ ipse,vel eius hæres compellere vigore dicti instrumenti soluere debitorem,vel heredem non valentes facilè solutionem,vel
7 liberationem probare.¶Secundò no. ex hoc text.† ꝙ redditio instrumenti facta per creditorem debitori non liberat ipso iure,sed solùm ope exceptionis taciti pacti.d. l.Labeo. in fi.aliàs frustra requireretur in hoc text.acceptilatio liberatoria vltra redditionem instrumenti.¶Tertiò no.diligenter ex tex.ibi,& si tabulæ in rerum natura non fuerint, ꝙ quando factum est legatum sub conditione,si tabulas hæredi reddiderit,& tabulę non sint in rerum natura, non tamen per hoc deficit hæc conditio, imò impletur liberando hæredem per acceptilationem,vt notabiliter dicit iste tex.quia ista conditio apponitur ad fi.liberationis,vt pręsupponit iste tex.in 1.parte,ideo sufficit,vt effectua liter impleatur , licèt non possit formaliter impleri. Et sic dili-
8 genter pondera,† ꝙ licèt conditio debeat impleri in forma specifica.l.qui hæredi.in prin.& l.Meuius. ff.de condi.& demonst. procedit,quando potest impleri formaliter, prout testator voluit, aliàs sufficit virtualiter , & in effectu impleri quantum ad mentem testatoris,& causam finalem,ita est tex.valdè notabilis hic,& ita etiam tenet Bar.in l.1.in vlt. col. circa medium. ff. de condi.inst.vbi tenet,ꝙ quando conditio non potest impleri eo modo quo testator voluit,sufficit impleri per causam similem,per l.legatum.ff.de vsufr.leg.Alibi habes tex.ꝙ licèt conditio non impleatur formaliter, non tamen per hoc irritatur dispositio.l.paterfamil.& ibi Ang.& Imo.ad hoc no.ff.de hæred. insti.¶Per istum tex.decidunt Dy.& Bart.& cæteri cum eo te-
9 nent,ꝙ † stante statuto in ciuitate , ꝙ debitor non cogatur soluere,nisi creditor reddat instrumentum debiti cancellatum , si creditor non habet,quia amisit , sufficit , ꝙ debitorem liberet per acceptilationem,vt est tex.notabilis hic, & probabit amissionem instrumēti per sacramentum. l.fi.C.de fid.instr. ista decisio Bar.est æqua, & rationabilis , ne quis debito suo priuetur iniustè.Sed posset dubitari, ex quo idem est de iure communi. d.l.dissolutæ.C.de condi.ex leg.l. plures apochis. C. de fid.instr. ergo statutum debet sic intelligi , vt aliquid operetur vltra ius commune,vt l.si quando.in prin ĵ.eo.Bar.in l.4. §. prætor ait.ff. de dam.infect.& in l.2.ff.de vsucap.sed secundum decis.Barto. istud statutum nihil operaretur vltra ius commune , vt hoc
10 text.¶† Aduerte etiam,ꝙ stante statuto , ꝙ solutio debiti non possit probari nisi per publicum instrumentum , certè dicitur probare solutionem per instrumentum ille, qui producit instrumentum crediti cancellatum,ita singulariter tenet Bal.nec alibi legi,in l.vacuatis.in fi.C.de decur.lib.10.qđ bene not. quia non inuenio per aliquem fieri mentionem in aliquo loco. dixi de eius veritate in d.l. Labeo. ¶Item inquantum Barto.hic te-
11 net, † ꝙ creditor probat amissionem instrumenti per solùm iuramentum, dic, ꝙ istud procedit in casu isto , quia tractatur de modico præiudicio debitoris , cui consulitur per liberatoriam actionem,& in his , quę sunt modici præiudicij admittitur probatio per solùm iuramentum. l. thesaurus. cum si.ff.ad exhiben.Adde Bald.in d.l.dissolutæ.ante fi.C.de condi. ex. l.vbi dicit esse tex.notabilem , ꝙ si creditor non habet instrumentũ, iuret se non habere, & faciat instrumentum quitationis. Idem tenet Bal.in l.fi.ad fi.C.de eden.vbi tenet ꝙ amissio instrumenti probatur iuramento,si est persona honesta, & allegat verisimilia,vt quia domus fuit sibi combusta,& tale iuramentum sibi prodest,& nemini nocet.istis concurrentibus probatur amissio instrumenti per iuramentum. d. l. thesaurus , cum alijs per Bar.alleg.Item quando quis ad exhibendum instrumentum tenetur officio iudicis tantum,ita loquitur.d.l. fi.C. de fide instr. & ibi expressè Cyn.in 2.opp.Bal.ad fi.aliàs debet probari amissio instrumenti per legitimas probationes , sicut & amissio cuiuslibet rei.l.si quis ex argentarijs.§.pen.& fi.& ibi Bar.& alij plenè.ff.de eden. ibi dixi cum concordantijs traditis per do. Alex. hic,& ibi.¶Secundò per istum tex.decidit notabiliter Bal. ca-
12 sum quotidianum in l.instrumenta.in fi. C. de fideicom.† ꝙ si mercator fecit mihi literas cambij, & ego in itinere eas amisi , vnde cambium non est sequutum, ꝙ depositum meum repetam non obstante,ꝙ non possum literas cambij reddere , liberando mercatorem ab ipsis literis per publicum,& solēne instrumentum,quod reputat tenendum menti. non inuenio aliquē in specie nec hic, nec ibi tāgere,& quia est casus frequens, aduerte,ꝙ ista liberatio mercatoris ab ipsis literis cambij,vt dicit Bal.non videtur sufficere,quia posset vnus alius tertius reperire istas literas cambij,& eis mediantibus recipere pecunias ab illo alio mercatore,ad quem literæ dirigebantur,vnde videtur, ꝙ mercator,qui fecit literas cambij, non ante teneatur restituere depositum,nisi ei fiat cautum , ꝙ si alius qui posset reperire istas literas cambij, faceret sibi exbursari talem pecuniam , ꝙ mercatori,qui literas fecit,sit consultum saltem interim donec alio modo prouideatur,ne hoc sequi possit , quia quando redditio instrumenti non solùm apponitur ad fi. liberationis , sed etiam ad alium effectum,tunc non procedit iste. §.prout limi-
13 tat Bar.hic,quem statim referam.¶† Limita istum tex. vt procedat,quando conditio de reddendis instrumentis apponitur solùm pro liberatione , & sic ad effectum liberationis, secus si apponeretur alia causa,& ad alium effectum, puta ad sciendũ verum,vel ad certificandum debitorem,puta promisi tibi centum si per instrumentum,aut chirographum ostenderis patrē meum illa promisisse,tunc non sufficit , ꝙ velit accepto ferre , nisi per instrumentum ostendatur,secundum Bart. hic in fi. Et sequuntur simpliciter Ang.Sal.Raph.Cum.Flo. & Ang. de Peril.hic,& potes etiam illam limitationem exemplificare in casu notabili,quem statim.s.proximè retuli.¶Quartò not.ex vlt.
14 parte tex.ibi,iam tunc cùm testamentum fiebat,† ꝙ licèt aliàs conditio impossibilis,quam testator putabat possibilem, vitiet dispositionem,& non vitietur,vt est tex.reputatus sing.in l.seruo manumissio.ff.de condi.indeb.quē Bar. Ang. Pau. de Cast. ibi dicunt sing.& Ang.in l.cùm in secundo. ff.de iniust.rup.Illud procedit,nisi talis conditio impossibilis possit per æquipollens adimpleri.ita eleganter probat iste tex. tenendus menti ſm d.Alex.hic.Idem Bar.in l.1.in 3.col.& ibi Io.de Imo. ff.de condi.institu.¶Capio gloss. primam in ver.cui. quæ diuiditur in 4. partes.In prima declarat tex. & allegat tres concor. In secunda opp. & se remittit. In tertia allegat vnā concordantiam corruptè,& melius allegasset.l.seruum filij.§. eum qui chirographũ, & quæ ibi no.s.eod.In quarta,& vlt.no.ex isto tex. Secunda ibi, sed contra.ĵ.eo.Tertia ibi,item facit. s.eo.l.legatum.Quarta,& vlt.ibi,& not.vtilem. §.¶In ea.glo.ibi,sed contra.ĵ.eo.l.ab omnib.§.in testamento.dic,ꝙ si extabat debitum, & etiam instrumentum debiti,tunc legatarius tenetur vtrunq; facere. scilicet reddere instrumentum,& liberare debitorem,sed si instrm non extat,sed extat debitũ,tūc non debet impleri quo ad redditionem instri,quia fieri non pōt,sed liberatio sola sufficit,& ꝯditio quo ad liberationē ex illa parte dēt impleri,vt hic,sed si neutrũ potest

ADDITIO.

a ¶Præsumptiua.Pro qua vide,quæ scribit Roma.sing.643.consi.446.num. 13. Capel.Tolos.q.229.Alex.consi.59.col.fi.lib.2.Pract.Pap. for. respon. hypothe.ver.exceptionem solutionis.nu.2.vbi dixi. MASVER.

poteſt fieri, quia nullum erat debitum, & nullum erat inſtrumentum, tunc conditio de reddendis inſtrīs habetur pro non ſcripta, & ſic nō attēdit, vt ibi: vel ſi vis intelligere, ꝙ ibi ſubeſſet debitum, tunc conditio habetur pro non ſcripta quo ad reddendas tabulas, & dicitur impoſſibilis, vt ibi, & ſic legatum dicitur purè debitum legatario, tamen debet fieri liberatio per acceptilationem, ſecundum glo. ibi. Et ſic facit iſte text. ſecun-
15 dum Bal. ad quæſtionem.† Statuto cauetur, ꝙ bannitus, cuius bannum non eſt cancellatum, [a] poſſit impunè offendi, modo in libris communis apparet, ꝙ aliquis bannitus ſoluit quantitatem in banno poſitam, & ſic iure erat rebannitus, tamen bannum non fuit cancellatum de facto, an poterit impunè offendi? Iſte tex. facit ꝙ ſic, quia non ſufficit liberatio, niſi etiam bannum fuerit actualiter cancellatum, cùm potuerit cancellari. ¶Contrarium determinat Bald. quia iſte non dicitur amplius bannitus figuraliter, nec ſubſtantialiter, ex quo apparet ſolutio: & ſic ſublata omnis obligatio, & pœna, & cùm appareat ſcriptura in archiuo publico, non poteſt prætendi ignorantia, & iſte tex. loquitur in conditione hominis, quæ debet impleri in forma ſpecifica, nedum quo ad effectum, ſed etiā quo ad modum. l. qui hæredi. in prin. & l. Meuius. ff. de condi. & demonſtr. ſed quæſtio noſtra loquitur in conditione iuris, ſeu in diſpoſitione legali, in qua habito effectu non curamus de modo. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſthu. & cum Bald. tranſit ſimpliciter Raph. Cum. hic. vltrà Bal. tu potes ad iſtum tex. aliter reſpondere, ꝙ cancellatio banni non eſt ita in poteſtate bāniti, ſicut eſt hic in poteſtate legatarij redditio inſtrumenti. ¶Item pro iſta deciſione facit, quod decidit idem Bal. in l. ſi cre
16 ditores. circa prin. C. de fideicom.† ꝙ ſi ſtatutum diſponat, ꝙ banniti debeant rebanniri per quoſdam ſapientes, ꝙ etiam antequam bannum ſit cancellatum, non poterunt offendi, quia bannum eſt inefficax. patet, quia ſi ageretur ex eo, obſtaret exceptio vt ibi. Sed Io. de Imo. tenet deciſ. Bal. poſſe procedere, ſi iuxta bannum facta eſt ſcriptura liberationis, aut facta eſt mentio de ſolutione. Aliàs cùm probabiliter poſſit offendens ignorare ſolutionem eſſe factam, licèt inſtrumentum ſit in archiuo publico, eſt excuſandus, niſi probetur ſcientia, per notata per Dy. & Bar. in l. pēn. ff. de adult. quam Bar. legit pro ſing. & ſequitur latius d. Alex. hic, præſertim per notata per Bal. in l. Labeo. §. 1. ff. de pact. & per alia de quibus hic per eum, ad quem te remitto. ¶Item adde, quod decidit notabiliter Bal. in l. noſtram.
17 in vlt. col. C. de teſta. ꝙ ſi condemnatio † banni debet cancellari, & ſententia non reperitur in archiuo publico, quia fortè libri ſunt conbuſti, tamen quidam priuati habent exinde publicum inſtrumentum talis banni, tunc ſyndicus communis liberabit eum à banno, & inde conficietur inſtrumentum publicum, quod ponetur in archiuo publico. ita dicit de hoc eſſe tex. multum notabilem hic, vel iudex pronunciabit, ꝙ ſi appareat de eo bannum, vel condemnatio, ꝙ ipſe decernit non valere. arg. eorum quæ not. Inno. in c. G. perpetuus. de fid. inſtr. eſt etiam vtile ad hoc, vt nullus poſſit prætendere ignorantiam, quod hoc per edicta publica, & publicas proclamationes fiat
18 notum,† nam vbi publica ſcientia deprehenditur, tunc priuata ignorantia non patrocinatur, vt not. per glo. in l. ſi tutor. C. de peri. tut. & in c. 1. de poſtu. præla. Ita ibi reſidet Bald. quem refert, & ſimpliciter ſequitur Flo. hic. ¶In vlt. parte glo. ibi, & not. vtilem. §. pro inſtrumentis, quæ non poſſunt reddi, ſcilicet debitori ſoluenti, prout fieri debet. l. diſſolutæ. C. de condi. ex lege. nam tunc ſufficit fieri liberationem per acceptilationem, & ſic inſtrumentum ſolutionis. ita voluit dicere iſta glo. Adde, quòd fortius dicit velle iſtam glo. notabilem Bal. in l. inſtrumenta. circa fin. C. de fideicom. ꝙ ſi creditor promiſit ſoluto ſibi debito reddere chirographum, & illud caſu perdidit, ꝙ licèt chirographum non poſſit actualiter reddere, tamen fiet ei refutatio, & cancellabitur ei chirographum verbaliter, * poſtquam actualiter fieri non poteſt. ita dicit velle iſtam glo. neſcio quomodo Bal. voluerit inducere iſtam gl. velle hoc, quia parum videtur facere. Item dicit Bal. in l. pecuniæ, prope fi. per glo. ibi, quæ parum facit. C. de ſolut. ꝙ ſi creditor promiſit reddere inſtrumentum cancellatum, & illud eſt perditum, reddet æquipollens, quia confitebitur creditor inſtrumentum nō habere, & ſi quid haberet, aut habuerit cancellat, & pro cancellato vult haberi, & hoc eſſe bene obſeruandum in practica.

ADDITIO.

a ¶Bannitus, cuius bannum non eſt cancellatum. Bannitus licèt ſoluerit condēnationem vel pœnam, tamen niſi ſit cancellatus de banno, adhuc poterit impunè offendi, quia donec eſt ſcriptus intus inter bannitos, iſta appellatio bānitus ſemper ineſt. vide per Alex. de Imo. in conſi. ſuo. 114. in 1. vol. ibi fortificantur prædicta.

* Virtualiter.

SVMMARIVM.

1 *Qui non admittitur ad partem iure actionis, facit partem, ſi habeat ius retentionis etiam iure ſuo proprio, & vide nu. 7.*
2 *Partem ad hoc vt quis faciat alteri, non requiritur, quòd eodem iure ad partem admittatur, ſed ſufficit, quòd alio iure diuerſo eandem partem habeat, vel retinere poſſit.*
3 *Stante ſtatuto, excludente fœminam dotatam à ſucceſſione, exiſtentibus maſculis, ꝙ licèt veniat ad dotem ipſa filia diuerſo iure, fratribus facit partem in legitima.*
4 *Filia, quæ ſtantibus maſculis ſolùm debet dotari, deducet dotem de toto patrimonio tanquam æs alienum, & de reſiduo debetur legitima maſculo tantum.*
5 *Res noſtræ nec in totum, nec in parte nobis legari poſſunt.*
6 *Ius accreſcendi habet locum etiam quando teſtator legat res alienas.*
7 *Qui non admittitur ad partem, nec admitti ſperatur aliquo iure actionis, vel retentionis, vel alterius æquitatis per ſe, vel per alium, non facit partem, & vide aliter formatam hanc regulam. nu. 9.*
8 *Ius accreſcendi prouenit ex tacita voluntate teſtatoris, & coniecturata mente.*
10 *Qui admittitur ad partem, vel admitti ſperatur aliquo iure actionis, vel retentionis, vel alterius æquitatis per ſe, vel per alium, facit partem, & impedit ne collegatarius admittatur ad partem tantum.*
11 *Qui non admittitur ad partem de iure, ſed ex quadam humanitate, & æquitate, facit tamen partem, & impedit ius accreſcendi.*
12 *Obligatio naturalis poteſt eſſe inter ſeruum, & dominum.*
13 *Ius accreſcendi non impeditur per obligationem naturalem.*
14 *Limitationes ad tex. in l. planè. §. duobus. ſupra eod.*
15 *Intellectus ad tex. in l. ſi quis Titio. de vſufr. accreſcendo, & nu. 16.*
16 *Vſusfructus rei hæreditariæ ſi legatur, tunc tranſit ipſo iure in legatarium, ſicut tranſit dominium rei legatæ.*
17 *Hæres viuentis non datur.*
18 *Qui non admittitur ad partem, facit partem ei, qui admittitur de iure ſingulari, ſecus ſi admitteretur de iure communi.*
19 *Ius commune potentius eſt, quàm ius ſingulare.*

## 1 §. Si Titio, & Meuio.

† Qui non admittitur ad partem iure actionis, facit patem, ſi habeat ius retentionis, etiam iure ſuo proprio, licèt non iure legati. hoc dicit, ſecundum Bar. * & communiter alios, vel ſic, qui non admittitur ad partem iure legati, ſed iure proprij dominij, facit partem. hoc dicit, ſecūdum Bald. Raphael. Cuma. & habet duas partes. In prima ponitur dictum. In ſecunda aſſignatur ratio. Secunda ibi, nam Titius. ¶Ad fin. text. ibi, partem facit. id eſt, facit, quod alter non habebit niſi partem tantum. l. vtrum. ff. de rebus dub. Sicut materialiter loquendo, vt inf. ſubiungit Barto. ſi ſecum alius comederet, faceret ſibi partem, quia faceret, quòd non haberet niſi partem tantum, & ſic facere partem, eſt impedire, ne quis habeat
2 totum iure accreſcendi. ¶† Not. primò ex iſto text. ſecundum Bald. quòd ad hoc vt quis faciat partem alteri, non requiritur, quòd eodem iure ad partem admittatur, ſed ſufficit, quòd alio iure diuerſo eandem partem habere, vel retinere poſſit, vt eſt in caſu iſto, vbi Titius, qui eſt dominus Stichi legati, non retinet partem iure legati, quia non valet legatum rei ſuę propriç. l. proprias. C. de leg. & l. cætera. in princ. ſ. eo. ſed retinere poterit quia dominus, & tamen facit partem, vnde licèt quo ad Titium dominum Stichi legati non valeat legatum aliquo modo. d. l. proprias, & ideo videbatur, ꝙ non faceret partem, tamen quia retinere poteſt iure proprio quia dominus, facit partem, & intellige, quòd hic legabatur res Titij, & ſic aliena à teſtatore ſciente, vel legabatur coniunctæ perſonæ, aliàs non valeret legatum, etiam quo ad Meuium. l. cùm alienam. C. de lega. ¶ Inducitur iſte text. per Bald. ad notabilem quæſtionem.
3 † quòd ſi ſtatutum excludat à ſucceſſione exiſtentibus maſculis filiam fœminam dotatam, licèt ipſa filia veniat diuerſo iure ad dotem vigore ſtatuti, & excludatur à ſucceſſione propter fratres, tamen eis facit partem in legitima, ex quo per ſtatutum non excluditur in totum à ſucceſſione, cùm debeat dotari, & ſic non habetur omnino pro mortua: vnde cùm debeat dotari, & dos ſuccedat loco legitimæ, vt not. in l. Titio centum. ff. de condi. & demonſtra. ergo in legitima partem facit cum maſculis, etiam ſi dos minus ſit, quàm legitima, & cum Bald. tranſeunt ſimpliciter Ioan. de Imol. & dom. Petr. de Bexu. hic, quod eſt vtile in practica, ſi quatuor eſſent filij, & etiam iſta ſoror dotata, & ſic ſunt in totum quinque filij, vnde legitima portio vniuſcuiuſque eſt dimidia eius, quod habiturus eſt ab inteſtato, & ſi eſſent pauciores quinque, legitima eſſet tertia portio eius, quod vnuſquiſq; habiturus eſt ab inteſtato, & ſic tertia dimidiæ. Auth. nouiſſima, vbi gl. & Doct. C. de inoff. teſt. licèt ergo dicta filia dotata per ſtatutum ſit excluſa à ſucceſſione paterna, dicitur tamē facere partem in legitima pp dotem, ita ꝙ legitima

legitima vniuscuiusque ex dictis quatuor fratribus erit dimidia eius,ꝙ vnusquisque habiturus erat ab intestato,ideo legitima filiorum est perinde,ac si filia succederet. Adde, ꝙ contrarium tenet Ang.in l.Papinianus.§.vnde si quis. per glo.2.ibi, in vers.sextans,& ibidem etiam Bald.ff.de inof.test.vbi not. Ang. diligenter illam glos. & dicit decidere expressè quæstionem,
4 ꝙ si filia fœmina † debeat solùm dotari extantib.masculis, tūc illa dos deducitur de medio tanquam æs alienum, & de residuo tantum debetur legitima masculo, perinde ac si filia non esset in rerum natura,vnde si est vnus filius, & vna filia, habebit dotem,quæ detrahitur tanquam æs alienum, & de toto residuo masculus habebit tertiam, non autem sextam,sicut deberet habere,si filia vocaretur vnà cum eo,vt ibi latius per eū. Et dicit Raph. Cu. hic ad fin. ꝙ ita consuluit cum Angel. per d.§.vnde si quis.cum glo.& reperio,ꝙ ita consuluit ipse Raph. Cu.& plenè in cons.35.ꝙ incipit stante statuto Vincentiæ, dicit etiam Pau.de Castr.hic, ꝙ non est diu, ꝙ habuit istum casum de facto, & transit cum decisione Ang. quam reputat tenendam menti, & ꝙ faciet tibi honorem, & ꝙ vidit multos dubitare super hoc. Adde, ꝙ ita etiam notabiliter consuluit Ang.in cons.300.inc.punctus talis est, statuto ciuitatis Cortonæ.ita etiam tenet Ang. in eadem met.l.Papinianus.§.quoniā autem quarta.ad fin.vbi dicit,ꝙ de ista quæstione pluries consultus respondit,ꝙ habetur consideratio filiæ, cùm filia non sit omnino exclusa, ex quo debet habere dotem pro parte sua, vnde legitima aliorum filiorum impinguatur, quia de toto residuo, quod inueniretur extra dotem,est eorum legitima detrahenda,& pro hoc dicit esse glo.ord.quam nescit ab alio allegari,in d.§. vnde si quis. quam etiam ad hoc reputat singularem,& vnicam in iure Ang.in præalleg.cons.300. De qua quæstione,quia egeret adhuc altiori indagine, vide per Bald.Ang. & Mod.in l.planè.§.si duob.s̄.eod. cum concordantijs ibi traditis per do.Alex.qui aliter non examinat.vide Bald.in l.vnica. in 6.quæst.ad fin.C.quando non pe.par. & Bald.notabiliter tenentem contrarium in l.1. in §.1.C. de cad.tollen. in 3.colu.Et vide notabiliter do.Ant.de Butr.in cons.59. quod inc.in quæst.
5 ista varia sunt scripta.¶ † Secundo not. ex hoc text. quòd res nostræ propriæ nec in totum,nec in partem legari nobis possunt, [a] & ita ampliatur regula.l. proprias. C.de lega.& l. cætera.in princ. s̄.eod. & l.mea res.ff. de condi. & demon.Est.n.eadem ratio prohibitiua in parte, quæ in toto, ergo idem ius.l. quæ de tota. cum vulgarib. ff. de rei vendica.& c.pastoralis. in
6 princ.de offic. deleg. ¶ † Tertiò not. quòd ius accrescendi habet locum etiam quando testator legat res alienas: nam hic iste Stichus seruus non erat testatoris, sed Titij,& hic impeditur ius accrescendi,quia Titius erat dominus.si ergo non fuisset dominus, inter hos legatarios habuisset locum ius accrescendi, quamuis res non essent testatoris, considerata tamen distin.l. cùm alienam. C. de leg. quod adde ad materiam. l. re coniuncti.ff.de leg.3.¶Capio glos.secundam in vers.pars.quæ diuiditur in quatuor partes. In prima declarat text.In secunda enumerat quatuor casus negatiuos, in quib. qui non admittitur ad partem legati,non facit etiam partem.In tertia enumerat ècontrà quatuor casus affirmatiuos contrarios, in quib. qui non admittitur ad partem legati, tamen facit partem. In quarta opp.de quatuor.ll.& sunt quinque, & non soluit,deinde allegat vnam concordantem.l.l.2.& est.l.3.§.2.J̄.de leg.præstan.Secunda ibi,& not.quib.casib.Tertia ibi.Item legatur mihi.Quarta,& vlt.est ibi.Item sunt argum.contra.¶In secunda, & tertia parte glos. quia ex casib. enumeratis per glos. pro & contra non habemus rationem. ll. per glos. allegatarum, ideo
* Bart. cum quo Ang. *& cæteri omnes transeunt*,in hoc ponit duas regulas,vnam negatiuam,& aliam affirmatiuam.Prima regu-
7 la negatiua est, † quod qui non admittitur ad partem, nec admitti speratur aliquo iure actionis, vel retentionis, vel alterius æquitatis,vel per se,vel per alium,iste non facit partem, & iō coniunctus totum legatum suo iure consequitur,ita loquuntur primi quatuor casus positi in glos.si inspiciantur,& aduerte, quia in eis legatum est pro non scriptum, quando legatur ei, qui tempore testamenti non erat in rerum natura, vel qui mortuus est ante testatorem, vel quando legatur posthumo, qui nascitur abortiuus, & in legato pro non scripto est locus iuri accrescendi,& ille,qui non admittitur ad partem, non facit alteri partem,vt in iuribus allegatis in glos.omitto tertium casum,quando legatur mihi,& hæredi,qui redditur valde dubius propter istum text. qui fortiter obstat, dicam. J̄.de per se latè. ¶Similiter in quarto casu, quando legatarius post mortem testatoris repudiat legatum, & tunc efficitur caducum, & in legato caduco pars caduca accrescit collegatario, & sic, qui non admittitur ad partem, etiam non facit partem. Et si diceres, quare in prædictis casib. pars legati, quæ non valet, quia est pro non scripta, vel quia caduca, vel quasi caduca, quare non remanet potius apud hæredem, à quo relicta est, quàm accrescat collegatario? Dic rationem fundamentalem
8 esse, quia † ius accrescendi prouenit ex tacita voluntate testatoris.l.si Titio,& Meuio.§. Iul.J̄.tit.1. & ideo dicitur tacita substitutio,secundum glo.not.in l.apud Iul.§.idem Iul.ff. ad Trebell. & coniectura tacitæ voluntatis insurgit ex eo, ꝙ testator legauit duob.coniunctim,& ista duo indicantur vt vna persona.l.planè. circa prin.s̄.eod.& l.vnica.§. si verò quidam.in vers. hoc ita tam variè. C.de cad.tollen. & in hac re legata testator magis dilexit collegatarios quàm hæredem, & est verisimile, quod si testator cogitasset portionem deficere spectu vnius ex legatarijs, quod voluisset potius coniunctum in legato habere quàm hæredem,ideo præfertur ipsi hæredi,& sic posses for-
9 mare istam regulam negatiuam hoc modo, † quod qui non admittitur ad partem legati, eo quia legatum pro parte sua sit pro non scriptum,vel caducum,vel quasi caducum,tunc non facit partem,nec impedit ius accrescendi, ita propriè loquuntur casus primò allegati in glos. & ll. per glos.allegatæ, præter tertium casum, quia propter text. nostrum multum aduersantem redditur multum difficilis,& de eo plenè dicam.¶Secunda regula affirmatiua Bart. † est,quod ille,qui in aliquo ex prædictis modis relatis.s̄.per Bart.in prima regula potest ad legatum admitti,facit partem, & impedit ne alius collegatarius admittatur nisi ad partem tantum,ita loquuntur alij quatuor casus secundo loco per glos.relati.Ratio est in promptu,secūdum Bart.quia ex eo,quod aliquo modo admittitur,aufert tibi partem, cùm eadem res plurium esse non possit.l.si vt certo.§.si duob. vehiculum.ff.commodati. & l. quod contra. §. si vni duo.ff. de reg. iur. vnde quando legatum valet in persona collegatarij omni iure,& ipse petit, non est dubium,quòd facit partem, vt l.si plurib.s̄.eod. & l.re coniuncti.J̄.titu.2.Idem quando collegatarius sperabatur admitti,vt in posthumo,qui speratur nasci.l.si duob.in princ.s̄.eod.Aduerte, quòd ideo dixit Bart. per se,vel per alium propter casum huius glos. quando legatur mihi,& non capaci, tunc facit mihi partem.l.si Titio, & Meuio. J̄. titu.1. quando non est omnino incapax, sed mero iure est capax, sed non in effectu, quia fiscus aufert ab eo tanquam ab indigno.l. ex facto.§. Iul.Longinus. ff.de vulg. & pupil.& l.aliud est capere.ff.verb.sign.quia licèt ipse incapax non admittatur,tamen fiscus,qui in eius locum succedit, facit partem,sicut materialiter loquendo, secundum Bart.sicut faceres mihi partem in mensa,si mecum comederes,ita si alium poneres loco tui in mēsa.¶Secundo ideo dixit Bart.iure actionis, vel retentionis propter casum glos. & sic propter istū text. quando testator legat mihi, & Titio seruum, qui erat Titij: nam licèt Titius non admittatur ad partem iure actionis agēdo ex legato, quia legatum rei propriæ nec in totum, nec in partem valet, vt dixi in text. tamen admittitur iure retentionis,quia potest eam retinere iure proprij dominij, cùm sit sua, ideo facit partem, & impedit ius accrescendi.Bart. tamen declarat istam rationem text. multum extraneè, vt etiam dicit Raph.Cum.nam quia per legatum rei alienæ in Meuium non transfertur dominium ipso iure, heres habet redimere, & mihi dare, vel dare æstimationem, & ideo habeo necesse petere seruum de manu hæredis, quia seruus non erat testatoris, sed alienus.s.collegatarij, ideo hæres potest sibi consulere iure retentionis,ita dicit esse casum hic in isto.§. & istud etiam prosequitur latius Bart.in sequenti contrario. & sic Bart. videtur seipsum confundere, & sibi ipsi contrariari. nam.s̄.in summario huius text.dicit,quòd Titius, qui non admittitur ad partem legati iure actionis,facit tamen partem, quia habet ius retentionis ex iure suo proprio,& sic.Bart.in suo summario vult,quòd Titius legatarius sit ille,qui habet ius retentionis ratione dominij sui, & tamen postea Bart. declarando istam rationem text. non vult, quòd sit ipse Titius legatarius, qui habeat istam retentionem, sed sit ipse hæres, quia de manu hæredis debet capi seruus legatus,cùm sit alienus,& sic quantum ad istum tex. circa ius retionis Bart. videtur sibi contrariari,q̄a in summario vult,quòd sit Titij collegatarij, sed hic vult, quod sit hæredis. Et si tu diceres saluando Bart. quòd hic vtriusque sit retentio, sed diuersis respectib.s. hæredis etiā collegatarij: aduerte, quia materia nostra est,an legatarius, qui nō admittitur ad partem legati,

ADDITIO.

a ¶Nobis legari possunt.Rem propriam an licitum sit propria auctoritate accipere,& an incidat quis in l.si quis in tantam.C.vnde vi. si rem suam agnoscat,& sibi ipsi ius dicat,vide per Alex. de Imo.in cons.64. in 3.vol. Rei autem communis subtractæ à socio,an fiat furtum,dic, quòd sic.vide per eundem in cons.127.in 4.vol.ibi,prædicta animaduertat.

legati,faciat partem collegatario,& hic dicitur, quòd sic,si habet ius retentionis,ergo loquitur de iure retentionis, quòd habet collegatarius,non autem de eo, quod habet hæres,nisi idẽ esset hæres, & collegatarius,vt est in l.planè.§.si duob.ſ.eod.ꝙ non est hic,& credo,quod ille text. deceperit Bartol. Item iste text.decidit de Titio legatario, quòd partem faciat, licèt non admittatur iure legati,non autem loquitur de hærede. Considera, si posset sic intelligi Bart. quòd quando legatur tibi, & mihi res tua,vt hoc text.ratio sit, quia in me non transit dominium,sed hæres debet redimere,& mihi dare, vnde hærede redimente à te collegatario,habes tu ius retentionis,non autem hæres,& sic iure retentionis consulitur tibi legatario,& si Bart. habuisset istum sensum,posset procedere, tamen ista non fuit mens Barto.nam Barto.loquitur,quando legatur mihi, & tibi res tua,& hæres habet redimere,dicit Bart. iure ergo retentionis consulitur sibi, & sic hæredi,non autem dicit tibi, & istud patet clarius ex oppositione, quam statim format de l. planè. §. si duob.ſ.eod. vbi dicit Bart. hæres poterat vti retentione sicut hic. ergo Bart.expressè loquitur de iure retentionis, quod habet hæres,& non de eo,quod habet legatarius,quod omnino est alienum à materia nostra.Tertiò ideo Bart.dixit,vel alterius æquitatis propter tertium, & quartum casum gl. quando legatur mihi,& seruo proprio testatoris sine libertate, tunc seruus facit mihi partem,vt.l.planè.§.si coniunctim.ſ. eo.quia licèt legatum factum seruo proprio sine libertate stricto iure non valeat, tamen ex æquitate, & pietate ipsi seruo debetur, quia non debent hæredes esse ita impij,quin legatum præstent illi seruo,vt est text.not.in l.pen.§.illo. C.de necess.ser. hær.inst.

11 Et sic diligenter not. † quòd qui non admittitur ad partem de iure,sed solùm ex quadam humanitate, & æquitate,tamen facit partem,& sic impedit ius accrescendi, & ita etiam tenent Doct.in d.l.planè.§.si coniunctim,& glo.in l.si Titio, & ei.ſ.tit. 1. & idem est in quarto casu glo. quando legatur mihi, & seruo meo per eãdem rationem,vt l.si mihi purè.ſ.titu.1. Sed ad-
* uerte,quòd licèt *ista communis solutio* possit in se esse vera, tamẽ text.in d.§. si coniunctim,dicit, ꝙ legatum factum seruo proprio sine libertate non consistit,nec ibi text.potuit diuinare de æquitate. d.§. illo, quod est ius nouissimum Imperatoris post mille annos postea editum.ideo Are.in d.§.si coniunctim.alio modo, & quidem subtili dicit, quòd legatum factum seruo proprio sine libertate,valet inspecto iure naturali,seu iure gẽtium primæuo, vnde oritur obligatio naturalis inter seruum,
12 & hæredem , † quæ obligatio naturalis potest esse inter seruum,& dominum,vt l.si id,quod.in princ.ff.de cond. indeb.& l.quib.dieb.§.dominus.ff.de condi. & demon. vnde cùm istud legatum valeat saltem respectu naturalis obligationis, non dicitur omnino inutile, ideo impedit ius accrescendi. Sed istam rationem,quę videtur subtilis,ego subtiliter impugno,& ineui
13 tabiliter : † nam obligatio naturalis non impedit ius accrescendi,prout vult sua ratio, & prout vult text.in l.hac consultissima.§.ex imperfecto.in vers.liberis accrescen.C.de testa.vbi competit ius accrescendi, & tamen relictum in testamento non solenni naturaliter debetur, secundum communem sententiam, prout latius dixi in d. §. si coniunctim. & ad ibi dicta me remitto. Et de hoc vlt. etiam dixi in l.re coniuncti. ſ.titu. 2.Et sic ratio Are.quę videbatur colorata, peccat in fundamento.¶ Restat magna difficultas inter istũ.§.& l.planè.§. si duob.ſ.
14 eod. † nam hic quando legatur mihi,& tibi res tua, in persona tua non valet legatum rei tuæ propriæ, & tamen tu facis mihi partem,sed in §.si duob. quando legatur mihi, & hæredi in persona hæredis,non valet legatum, quia à seipso sibi legari non potest, & tamen non facit mihi partem, & tamen ibi hæres, qui etiam erat collegatarius,ita potuisset vti iure retentionis, prout hic. Pro solutione huius difficilis contrarij Bart. ponit tres limitationes , seu verius tres restrictiones ad §. si duob.prima, quòd procedat,quando legatur corpus hæreditarium,seu species,quæ erat testatoris,quo casu transit dominiũ recta via in legatarium, nec hæres potest vti retentione prætextu alicuius iuris, meritò ibi non facit partem, non enim hæres ad illud admitti potest iure hæreditario , & sic vt hæres,qa testator specialiter legando,illud ab vniuersitate eximit, quia titulus institutionis non concernit res legatas, quæ habentur extractæ de corpore hæreditatis.l. si hæredis seruus.ſ. eod.non etiam potest venire vt legatarius, quia sibi à seipso legari non potest, vt ibi dicit text.& l.legatum.§.1. ſ.eod. & sic hæres non potest vti retentione nec iure hæreditario, nec iure legati , & dominium non est factum hæredis , quia recta via transiuit in legatarium, ideo nimirum si ibi non facit partem , cùm non habeat aliquod ius retentionis, prout in isto text. vnde secus si testator legasset rem hæredis , aut alienam , aut quantitatem , aut genus,quia cùm tunc dominium non transeat recta via in legatarium,sed debeat res legata capi de manu hæredis, tunc hæres posset vti retentione,& sic faceret partem, nec tunc procederet.d.§.si duob.imò fortius etiam in primo casu quando testator legauit corpus hæreditarium,& sic rem propriam hæredi,& tibi,ita demum.d.§.si duobus.procedit,quando legatarius vendicat, si autem ageret actione personali ex testamento,quia etiam tunc peteret de manib.hæredis,adhuc non procederet ille text. quia adhuc hæres posset vti retentione, & sic impediret ius accrescendi, & ideo consilium est secundum Bart.legatario, quod agat isto casu contra hæredem rei vend. non autem actione personali ex testamento. Ita mirabiliter secundo modo limitat, & restringit illum text. Bart. ¶Subdit Bart.ex hoc apparere intellectum.l. si quis Titio. ff.de vsuf.ac-
15 crescen. † vbi si testator legat Titio, & hæredib.suis vsumfructum, Titius habebit tantum dimidiam, & hæredes partem faciunt, intelligendo de hæredib. suis. s. testatoris,prout litera iacet,& ratio est, quia apud hæredes remanet ius dominij directi,& ius vsusfructus causalis, ideo per retentionem possunt sibi hæredes consulere.¶Tertia limitatio Bart.hic, & ibi est, ꝙ in d.§.si duob. hæres, & legatarius erant coniuncti re tantum, aut re,& verbis, quia testator reliquit eandem rem hæredi, & legatario,& sic erat locus iuri non decrescendi inter eos, tunc iure suo legatarius ad totum admittitur, & hæres secum non concurrit, si autem fuissent verbis coniuncti, sed re disiuncti, quia testator diuisit,& assignauit partes, tunc legatarius nõ potest petere nisi partem suam tantum , per tria iura hic allegata per Bart.Cum ista doctrina Bart.transeunt Ang.Pau. & Flo. & do.Alex.hic, & in d.§.si duob. & Ang.in consi.94.inc. Petr.testator solum Titium hæredem instituit. Facit glo. in l.ab omnib.§.si Titio. in glo.2.ſ.eod. quæ vult.d.§. si duob. procedere, quando est legata species , secus si fuisset legata quantitas, sed istas limitationes reprobat Raph. Cum.in d.§.si duobus,dicẽs, ꝙ sibi videntur truffæ : nam ex quo legatum est nullum, non est quærendum de iure retinendi. Sed parcat mihi Raph.quia istud fundamentum sic simpliciter intellectum est contra istũ text.vbi legatum est nullum ex parte Titij, & tamen quæritur de iure retinendi.vnde do.Christ. de Castil. hic etiam reprobat Bart.& dicit, quod in d. §. si duob. legatum respectu hæredis continet contrarietatem,& impossibile, quod à seipso sibi legari non potest.Ideo cùm legatum sit pro non scriptum,nõ potest quæri de iure retinendi,& sic non facit partem, & ideo collegatario totum quæritur. Sed tu caue , quia etiam hic legatum continet impossibile,quòd res sua sibi legetur , quia illud, quod meum est, amplius fieri meum non potest. l.3.§.ex plurib.ff.de acquir. poss. & sic etiam hic est impossibilitas de iure, sicut,& ibi. Item prima limitatio Barto.nimis restringit.d.§.si duob.simpliciter, & indistinctè loquentem , vbi non apparet, quòd fuerit species hæreditaria , magis quàm res hæredis, vel alterius.Item ibi apparet,ꝙ fuerit actum rei vend.& nõ actione personali ex testamento,& ita etiã reprobãt Imol.& Raph. Cum.& Imo.in l.si Titio,& ei. ſ.titu. 1.& in l. cui fundus.ff. de cond.& demon.Secundò circa intellectum Bar.ad l. si quis Titio. ff. de vsufr. accres. licèt cum eo simpliciter transeant Ang. & Flo.hic,tamen eum reprobat Ioann.de Imo. & bene , quia
16 † quando legatur vsusfructus rei hæreditariæ, transit ipso iure vsusfru.in legatarium sicut dominium rei legatæ sine traditione,secundum glo. & Doct. in l. corruptionem. C.de vsufr.facit.l.si vsusfructus mihi in biennium.ff.de vsuf.leg.Ideo in hoc videtur hĩs magis habere ius retentionis quo ad ipsum vsumfru. quàm quando sibi , & alteri legatur aliqua species hæreditaria quo ad plenam proprietatem, vnde intellectus Bar.videtur solum posse saluari in legato vsusfructus rei hæredis, vel extranei,non autem testatoris,sed dum Bart.intelligit illũ text. loqui de hæredib.testatoris, iste intellectus videtur non solùm verus,imò necessarius,quia impossibile est intelligere de hæredib.ipsius Titij legatarij,quia Titius legatarius viuebat, & præ-
17 tendebat totum vsumfructum sibi deberi, † vnde viuentis nõ est possibile dare hæredem. l. 1.ff. de hæred. vel act. vend. & l. qui superstitis.ff.de acq.hær.dixi in d.§. si duob. & de intellectu illius.l.si quis Titio.dixi in repetitione.l.re coniuncti. ſ.titu. 2.& vide Bald. in l.vnica.§. vbi autem. in 1. colu. C.de cad. tollen. ¶Tertiò circa tertiam limitationem Bart.adde,quòd eam etiã tenet Bart. in d. §. si duob. & ibi sequuntur Ang. Pau.de Castr. & do. Alex. idem tenent Pau.de Castr. & do. Alex.hic ad fin. Sed istam limitationem reprobant Imo. Raph. Cum.& Aret. ibi, Imo. & Raph. Cum. hic per aliqua,de quib.per eos, & respondent ad tria iura allegata per Bart.quæ parum, vel nihil faciunt. Ego etiam per quædam fundamenta tenui contra Bar. in d.§.si duob.in 1 col.& secunda.ad ibi dicta me remitto.& in contrarium vrget text.in d.l.si duob.§. fin.in verbo viriles partes.ſ.eod.vbi mihi,& posthumo coniunctis verbis tãtum, sed

re-

re disiunctis erat legata res, & tamen non nato posthumo tota mihi debetur. quem text. etiam alio fortiori modo induxi contra Bart.in d.§.si duob.& sic reijcio solu. Bart.hic. ¶Secundam principalem sol.ad difficile contrarium.§.si duob.tradūt Petr.de Bellaper. & Ray. de Forli.ibi, vbi etiam Bart. refert.& istam sol.sequuntur Bald. Sal.Imo. Pau.de Cast. & do.Petr.de Bexu.hic.& non scio reperire meliorem sol.ista, quòd iste tex. loquitur,quando ius retentionis est vetustius ipso legato: nam hic ius retentionis causatur ratione proprij dominij, quòd habet Titius collegatarius, quod ius dominij erat antequam fuerit legatum, vnde cùm tunc reperiatur à quo possit sumere fomentum, & efficaciam ius retentionis, ideo illud attenditur,& impedit ius accrescendi, ita propriè loquitur text.hic, sed ius retentionis, ꝙ vellet habere hæres idem, ꝙ legatarius, non est vetustius legato, sed incipit haberi solùm tunc ex causa legati, & cùm legatum sit ipso iure nullum, ius retentionis non potest super eo fundari, nec etiam super titulo hæreditario institutionis,cùm res legata fuerit exempta de vniuersitate hæreditatis, vnde cùm ibi ius retentionis non possit super aliquo fundari,ideo ibi non facit partem,nec impedit ius accre-
* scendi.Ista videtur mihi potior solutio,quæ possit dari, *& magis communiter tenetur*, vt ex prædictis patet, quamuis do. Alex. reprobet,quia non potest assignari ratio differentiæ: nam imò ratio differentiæ patet ex prædictis alia, quàm ea, quam assignat, & reprobat do.Alex.hic. & ita tene quicquid aliàs in discursu dixerim in d.§.si duob. ¶Non omitto tamen, ꝙ aliam sol.tradit insignis Doctor Io.Fab.in §.si eadem.in 1.col.Inst.de leg. vbi quærit contra ista duo iura contraria, quare magis faciat partem legatario,quando res sua sibi legatur, vt hic, quā quando legatur à seipso sibijpsi, vt d.§. si duobus,dicit, ꝙ fortis est dubitatio,& responde,ꝙ maior est defectus,quando deficit legatum ratione rei legatæ, vt hic, quàm quando deficit ex parte personæ.Ideo minus subuenitur legatario,istud patet in regula Catoniana, quæ non permittit legatum confirmari, quando est defectus ex parte rei, secus si ex persona. l. 1. & ibi notatur. ff.de reg.Cato.Itē vno casu magis subuenitur, vt valeat legatum in totum,quàm in alio pro parte.Item minus valet legatum quando à seipso sibi legatur, quo casu semper est inutile.d.§.si duob. & l. legatum. §.1.ʒ.eod. quàm quando alicui res sua legatur, quo casu potest valere,si viuo testatore alienauerit eam.§.sed & si rem.& ibi glo. Instit. de lega. subdit tamen,ꝙ ista materia est spinosa, ideo cautius transeundum est in eā.sed istam differentiam Io.Fab.an legatum sit inutile ratione legatarij,an ratione rei legatæ,quam faciebat Dyn.reprobat Bart.hic,& in l.planè.§.si coniunctim.in 1.opp.ʒ. eod.quia ista doctrina ponit diuersitatem casuum, & non rationum. Item non est verum,si alicui res sua legatur, quòd valeat si viuo testatore alienaret eā,per reg.Cato. & per tex.in l.cætera.in prin. ʒ.eod.¶In vlt.parte glo. dum opp. de quinque.ll. & Bart. dicit se examinare ista contraria in l.re coniuncti.in vlt.quæst.ʒ.titu. 2. quantum ad quatuor prima iura. l.l.si communis seruus.ff. de auth. tut.& l. proinde.§.fin. & l. item si alter.& l.item si seruus. in princ.& quæ sequuntur.ff.de stip.ser.responde secundū Imo.& Raph.Cum.quòd loquuntur in contractib.& in diuersis casib. hic in vltimis voluntatib. Item ibi non admissus non habet ius retentionis,secus,vt hic secundum glo.& Bart.in d.l. proinde.§.1. Ad l.cū pater.§.libertis,respondent Imo.& Raph. quòd nihil obstat, quia ibi non admittitur aliquo iure ille, qui consensérat alienationi prohibitæ, hic autem admittitur saltem iure retentionis. ¶In fin.glo. dum allegat pro concordanti.l.3.§.sed & si coniunctim.ff.de leg.præstan.dic melius, quòd
18 ibi habes notabilem † fallentiam ad superius dicta: nam ibi, qui non admittitur ad partem, facit tamen partem ei,qui admittitut de iure sing. secus si admitteretur de iure communi, & sic ibi loquitur,quando quis admittitur de iure speciali, cui non competit ius accrescendi,vt ibi,& l.si mulieri, & Titio.ff. de cond.& demon. secus si admitteretur de iure communi,
19 † quia potentius est ius commune, quàm sit ius singulare. l. eius militis.§.militia missus.ff.de test.mil.& §.quia verò verisimile.in fin.in Auth. de non alie.collat.2.& c.fin.& ibi Gem. in 5.not de in integ.resti.in 6.& de hoc,quòd admisso de iure speciali non competat ius accrescendi, dixi plenius in d.l. re coniuncti, vbi etiam enumeraui plures alios casus, in quibus non habet locum ius accrescendi.

SVMMARIVM.

1 *Electionem qui habet ex vltima voluntate,non potest variare,& post electionem periculum pertinet ad legatarium.*
2 *Verbum volo,iunctum cum infinitiuo in actibus inter viuos, non disponit.*
*Verbum volo,nihil importat nisi ratione adiuncti.*
3 *Si vna ex rebus alternatiuè legatis perijt post electionem de ea factam,perijt periculo legatarij,si electio non est variabilis.*
4 *In vltimis voluntatibus electione semel facta non admittitur variatio, nisi electio esset facta ante tempus.*
5 *Debitor,qui habet eligere,magis potest variare quàm creditor.*
6 *Ratio,quare in stipulationibus admittitur variatio,secus in vltimis voluntatibus,& vide num.13.*
7 *Variatio,vel moræ purgatio non admittitur, quando executio fit à lege,vel ab homine.*
8 *Variatio an admittatur,quando testator legat de rebus alienis, vel hæredis alternatiuè,vel etiam in quantitatibus.*
9 *Variatio,& moræ purgatio admittitur in vltimis voluntatibus,vbi fit executio ipso iure.*
10 *Dominium in legato alternatiuo, non transit in legatarium,antequam fiat electio.*
11 *Libellus alternatiuus in rei vendicatione non admittitur, licet in actione personali sic.*
12 *Vltima voluntas non potest stare in pendenti, nec in suspenso, intellige quo ad cessionem diei.ibi.num.13.*
*Reipublicæ interest,quod vltimæ voluntates exequantur.*
14 *Contractus,quando sunt puri,regulariter non stant in suspenso.*
15 *In deposito semper habet locum pœnitentia, & variatio admittitur.*

1 **§.Stichum.** † Habens electionem ex vltima voluntate,non potest variare,& post electionem periculum pertinet ad legatarium. h. d.totus. §. & habet duo dicta.Secundum est ibi,cùm autē semel. ¶Not.1.ex text. ibi,si dixerit se velle, quòd per ista verba infinitiui modi, & si dicat se velle dare, inducitur statim electio inuariabilis, & sic
* pondera hic videri text. contra doctrinam Bart. *& communem* in l.serui electione.in princ. post glo. ibi.ʒ.eod. & in l.cunctos populos,in 1.& 2.col.C.de sum.Tri.vbi tenent Bar. & Doct.ꝙ
2 verbum † volo, a iunctum cum infinitiuo in actib. inter viuos
a non disponit,vnde si dico volo eligere talem rem, non inducitur electio,nec per talia verba dicor eligere. In contrarium,vt dixi,videtur esse text.hic notabilis sustinendo reg.Bart. & Doc. Responde notabiliter ad istum text. quòd hic verbum volo dare,magis tendit ad executionem, & implementum, quàm verbum volo eligere,quod verbum magis inclinat ad suspensionem, & deliberationem,nimirum si hic disponit,& inducit electionem inuariabilem,quod non est ibi: nam etiam verbū volo eligere, licèt non inducat electionem, quia respicit deliberationem,& suspensionem in futurum, vt dixi,tamen si dico,volo habere istam rem, vel volo sumere istam rem, tunc statim inducitur electio inuariabilis, quia tunc respicit executionem,& implementum.text.est in l.apud Aufidiū.ff.de opti. leg. per quem text. ita tenet Bart. ponens hanc differentiam in l.gerit.in 3.col.ff.de acq. hæred. & istud per quædam alia latius confirmaui in d.l.serui electione.ʒ.eod. Ad ibi dicta me remitto, & vide etiam circa hoc Barto.in l.apud Aufi.ff.de opti.leg. vbi dicit,quod verbum volo,nihil importat nisi ratione adiūcti, vnde si dico,volo eligere,certè nō eligo, sed si dico me velle habere talem rem, bene eligo.Sed caue, quia etiam si dicerem me velle eligere talem rem, tamen ratione talis adiuncti non induceretur electio,secundum Bart.in d.l.serui electione. & in d.l.1.C.de sum. Trin.¶†Secundò not.ex isto text. quòd si
3 vna ex reb. alternatiuè legatis perijt post electionem de ea factam,quòd perit periculo legatarij,perinde ac si sola fuisset legata,nec remanet obligatio in altera. Ratio est, quia quando vna res eligitur,perinde est ac si sola fuisset legata, & sic meritò per interitum talis rei electæ hæres liberatur, quia cùm facta electione dominium ipso iure transeat in legatarium, vt l. apud Aufidium.ff.de opti.leg.tunc succedit regula,quod perit periculo illius, cuius est.l.pignus. C.de pign.act. text. tamen in d.l.apud Aufidium.propriè loquitur, quando electio est legatarij, & sic creditoris, quo casu facta electione per ipsum legatarium bene lex facit executionem, vt dominium ipso iure transeat in ipsum legatarium eligentem,sed iste text.loquitur, quando electio est hæredis,& sic debitoris,vnde intellige facta electione,quando licitum non est variare, vnde perinde est ac si solus electus fuisset legatus, quo casu per interitum eius non inter-

ADDITIO.

a ¶Verbum volo. Adde, quòd hoc verbum denotat liberum arbitrium.l.cùm quidam. ʒ.de leg.2.l. vtrum.§.cùm quidam.ff.de reb.dub. Bart. in l. centesimis.§.fin.de verb.oblig.& est fons,& radix omnium dispositionum, & dicitur verbum dispositiuum, teste Alex.cons. 190.nu.32.lib.6. plura in materia not.Idem Ias.in l.serui electione.nu.44.hoc titu.Alex.cons.168.colu.1.& 2.lib.5. MASVER.

interueniente dolo, vel culpa debitor liberatur.l.non amplius.
§.1.ſ.eod.l.ſi ex legati cauſa. ff.de verb.oblig. & l.ꝙ te. ff. ſi cert.
pet. ſecus quando facta electione licitum eſt variare , tunc ſi
vna ex rebus alternatiuè debitis deſinat poſſe præſtari , rema-
net obligatio in alia , quia electio cenſetur pro non facta.l. Sti-
chum aut Pamphilum. in princ.ff.de ſol. ¶ Secundò iſte text.
procedit in legato alternatiuo,in quo vtraque ſpecies eſt in ob
ligatione,non tamen irreuocabiliter ante electionem.l.ſi duo.
ff.de verb.oblig. glo.in l. non quocunque.§.fin. vbi dixi.ſ.eod.
glo.in l.illud.in princ.ff.de conſt.pec.& in l. cùm iſte.§. fin.ff.de
cond.indeb. ſed ea electa ſemper cenſetur fuiſſe in obligatio-
ne l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum.ff.de verb.oblig.Ideo ſi perit,
perit periculo legatarij,nec requiritur,quòd ſit ibi facta aliqua
obligatio,ſecus eſt in legato generis, in quo nulla ſpecies eſt in
obligatione,niſi actualiter ſoluatur.l.cùm incertus.ſ.eod. tunc
non ſufficit Stichum eſſe mortuum poſt electionem,niſi fue-
rit oblatus , & legatarius in mora recipiendi.text. eſt in §.ſi cui
4 homo. vbi dixi. ſ.ead.l. ¶ † Tertiò nota ex ſecunda parte.§.ꝙ
in vltimis voluntatib.facta ſemel electione nō eſt licitum am-
plius variare,vt hic,& l.ſtatuliberum.§.Stichum.in fin.j.titu.1.
& l.ſerui electione.in princ.vbi plenius de materia.ſ.eod.& ra-
tionem videbimus in glo.quæ hoc tangit. Limita , niſi electio
eſſet facta ante tempus,tunc interim poteſt variare,vt l.vnum
ex familia.in princ. in verbo cùm moreretur , & ibi gloſ.fin.&
Bart.ad fin.j.tit.1.bene facit text.in l.1.§.quòd ait prætor.ff.quo
rum leg.¶ Capio glo.primam in verbo non poterit , quæ diui-
ditur principaliter in tres partes. In prima opp. contra text.
& ſol. In ſecunda ſignat in contrarium in argumentum tria
iura,quib.nihil reſpondet. In tertia,& vlt.allegat duas concor
dantes.Secunda ibi,item ſunt argum.cōtra. Tertia ibi,item fa-
cit rurſus. Prima pars principalis ſubdiuidit in quatuor parti-
culas.In prima facit,quod dictum eſt, quia opp.contra text.In
ſecunda ſoluit vno modo.In tertia illam ſol.reprobat.In quar
ta ſoluit alio modo , & illam ſol.tenet. Secunda ibi, ſolu.hic
erat electio.Tertia ibi,ſed certè idem.Quarta, & vlt.eſt ibi , di-
cit ergo aliud in ſtipulatione.¶ In ead.glo.ibi,vt ſ.de eo, quod
cert.loc.l.2.Iſta prima ſol.vltra reprobationem gl.confunditur
per text in l.eum,qui certarum.§.1.ff.de verbor.oblig. j.allega-
5 tam in gloſ.† vbi debitor,cuius eſt electio,magis poteſt varia-
re,quàm creditor,vt ibi plenè habetur,ergo de directò contra
6 iſtam gloſ.¶ † In ead.gloſ.ibi,dic ergo in ſtipulatone aliud quā
in legato,iſta differentia eſt vera , & ratio differentiæ eſt ſecun-
dum gloſ. quia in legatis facta electione electio ſtatim trahit
ſecum executionem , quia ſtatim dominium tranſit ipſo iure
in legatarium,ergo non admittitur variatio . Et iſtam rationē
aſſignat text.in d.l.apud Aufidium, ſecus eſt in contractibus,&
iſtam rationem,diuerſitatis etiam tenet gloſ.in l.ſtatuliberum.
7 §.ſi Stichum.j.de verb.oblig. ¶ † Confirmatur , quia quando
fit executio à lege,vel ab homine, ibi non admittitur variatio,
vel purgatio moræ.l.ſi cui.ff.de act.& oblig. & in l. qui ob rem
non defenſam.ff.de cond.indeb. Et iſtud etiam procedit in vlt.
volun.ſecundum Bart.in l.ſi is cui. j.titu.1. & in l. ſi inſulam.in
4.quæſt.ff.de verb.oblig.Iſta ratio diuerſitatis gl. eſt bona in ſe,
tamen ſecundum Barto. & alios Scribentes non eſt generalis ,
quia non procederet , quando teſtator alternatiuè legaſſet de
rebus alienis,vel hæredis,vel in quantitatib. nam tunc facta ele
ctione non tranſit dominium ipſo iure in legatarium , & ta-
men habet locum,quod hic dicitur, quòd facta electione non
poteſt mutari voluntas , vnde ratio gloſ. eſt vera , & habet lo-
cum ſolùm quando electio cadit in reb.proprijs teſtatoris,tūc
facta electione ius ſtatim facit executionem, quia dominium
ſtatim tranſit in legatarium. d.l. apud Aufidium. ¶ Sed aduer-
te,quòd Ang.& Pau.in d.l.ſerui electione,& in l.qui ex plurib.
ff.de verb.oblig.tenent,& vt puto melius, quod in iſtis caſibus
quando teſtator alternatiuè legaſſet de rebus alienis , vel rebus
8 hæredis, vel in quantitatib.† quòd imò tunc licita eſſet varia-
tio , cùm non fiat ipſo iure executio , & ita limitatur iſte text.
cū ſimilib. ne aliàs reddatur imperfecta ratio Iuriſconſulti in
9 d.l.apud Aufidium. ¶ † Confirmatur optimè , quia in vltimis
voluntatis vbi fit executio ipſo iure , ibi poteſt mora purgari ,
& ibi admittitur variatio,quæ aliàs non admitteretur.l.1.§.itē
ſi ita.ff.ad l.Falc.& l.pen.ff.de pen.leg. & hoc modo poteſt be-
ne defendi ratio glo.noſtræ, quæ vt dixi fuit ratio Iuriſconſul-
10 ti in d. l. apud Aufidium. ¶ † Not.etiam gloſ. dum dicit facta
electione , ergo interim antequam fiat electio in legato alter-
natiuo non tranſit dominium in legatarium , & hoc expreſsè
11 tenet glo.ordi.in l.ſi in rem aliquis agat.ff.de rei vend.† & ideo
libellus alternatiuus in rei vendicatione non procedit , licèt ſe-
cus in actione perſonali, eo quia non reperitur dominium al-
ternatiuum , licèt reperiatur obligatio alternatiua.l.vbi autem
non apparet. § illud , aut illud.ff. de verb. oblig. quod reputat
perpetuò notandum Bald.hic,& ſimpliciter ſequuntur Flor.&
* Ang.de Perillis hic. ¶ Vltra glo.Petr. Cyn.& Bart. *& communi-*
12 *ter alij dicunt*,quod alia eſt ratio diuerſitatis, quia † vltimæ vo-
luntates non poſſunt ſtare in pendenti nec in ſuſpenſo , prout
contractus.l.fin.ff.communia prædi.& hoc fauore vltimarum
volūtatum,vt celeriorem exitum habeant, quia intereſt Reip.
quòd vltimæ voluntates executioni demandentur,vt eſt text.
in l.vel negare.ff.quemadmodum teſt. ape. & iſta ratio eſt ge-
neralis,vnde ad quemcunque pertineat electio , non licet va-
riare.In contractib.autem diſtinguitur , an electio pertineat ad
creditorem,& idem:aut ad debitorem, & tunc refert per quæ
verba,an præteriti temporis,vt volueris,an futuri,vt quem vo
les.vt d.l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum.in princ.& d.l.eum, qui
certarum.§.1.ff.de verb.oblig.& notatur in l.ſi vnus.§.& gene-
raliter.ff.de pact. iſtam rationem diuerſitatis vbique tenet Bar.
ſ.hic,in d.l.ſi quis ſtipulatus ſit Stichum.in princ.& in d.l.eum,
qui certarum.§.fin.& in d.l.apud Aufidium.Bald. & Imo.in d.
* l. ſerui electione. in princip. *& iſtam ſequuntur communiter Docto.*
13 ¶ † Iſtam rationem reprobat d.Petr.de Bex. hic , quia imò vl-
timæ voluntates ſtant in ſuſpenſo,quandiu heres deliberat adi
re hæreditatem , & quandiu legatarius deliberat acceptare le-
gatum.& ad l.fin.in fin.ff.communia prædio.reſpondet, quòd
loquitur quo ad ceſſionem diei:nam quo ad hoc non poteſt
ſtare in ſuſpenſo.Tu aduerte fortius , quòd Bart.met in d.l.fin.
in duob.locis dicit,quod illa l.vult dicere, quòd licèt iure quo-
dam ſpeciali in ſeruitutib. ſit receptum , vt contractus ſtent in
pendenti , tamen iſtud ius ſingulare non eſt extendendum ad
vltimas voluntates. Iſtum dicit eſſe proprium intellectum il-
14 lius text.patet hoc † eſſe verum , quia etiam contractus,quan-
do ſunt puri,regulariter non ſtant in ſuſpenſo,vt declarat latè
Bart.in l.vſusfructus.ff.de ſtip.ſer.Io. Fab.in §.1.Inſtit.de inutil.
ſtipu.& dicit, quòd ibi non erat alteri ius efficaciter quæſitum,
quando pœnitentia habet locum , ſecundum Dyn.& Bald.vt
15 hic fauore vltimæ voluntatis ſecundum Bart. ¶ † In ead. glo.
ibi.ſ.depoſiti.l.1.§.pen.dic, quòd ibi ſine alicuius præiudicio va
riat , quia in depoſito ſemper habet locum pœnitentia , cùm
fiat gratia deponentis tantum,ſecus in alijs contractibus vltro
citroque obligatorijs,ſecundum gloſ. in l.ſicut.C. de actio. &
oblig.¶ In ead.glo.ibi.l.eum,qui certarum.§ fin.dic , quòd lo-
quitur in contractib. in quib. admittitur variatio , vt ibi plenè
per Doct.nos loquimur in vlt. voluntatib. vt dixi ſupra in vlt.
parte gloſ.

*S V M M A R I V M.*

1 *Qui in fuga eſt,videtur eſſe in loco,à quo receſſit.*
2 *Repræſaliæ ſi ſunt conceſſæ contra Peruſinos,an poſſint exerceri contra Peruſinos à ſua ciuitate exbannitos.*
3 *Bannitus non deſinit eſſe ciuis ſuæ ciuitatis quo ad eius incommodum.*
4 *Plebanus,qui debet habere decimas omnium pecorum, quæ ſunt in ſua villa, ſed propter guerram pecora ſunt aliò traducta , & alia ibidem nata,habebit etiam decimam pecudum aliò traductarum , & ibidem natarum.*
5 *Conditionem impletam eſſe iuris fictione ſatis eſt , licèt non ſit impleta in forma ſpecifica,nec veritate attenta.*
*Relatiuum , quæ, iunctum verbo futuri temporis,importat conditionem.*
*Conditionem impletam eſſe æquipollenter ſufficit , quando non poteſt impleri in forma ſpecifica.*
6 *Res cenſetur eſſe in loco,ad quem deſtinata eſt,vel ſtare debet,aut conſueuit.*
*Appellatione eorum,quæ in loco erunt tempore mortis teſtatoris, continentur ea, quæ ibi eſſe conſueuerunt , & quæ deſtinata ſunt , vt ibi eſſent,licèt caſualiter alibi reperiantur.*
7 *In legato facto vxori per teſtatorem de exiſtentibus in camera, non veniunt illata per eam teſtatore ignorante.*
*In legato facto per virum vxori de camera cum omnibus , quæ ibi erunt,quæ veniant.*
8 *Legatum factum vxori de omnibus veſtibus , quas habebat in domo , comprehendit veſtes , quæ fiebant de nouo , licèt eſſent extra domum ad vſum tamen vxoris.*
*In legato facto vxori de veſte,venit panus ad faciendam veſtem deſtinatus,licèt veſtis nondum facta ſit.*
9 *Partus fingitur eſſe editus , vbi mater fingitur eſſe , licet verè non ſit.*
*Si Peruſinus caſualiter cum vxore prægnante tranſibat per ciuitatem Florentiæ,& ibi peperit filium, quòd talis filius non cenſetur origine ciuis Florentinus,ſed Peruſinus,& vide num.15.*
10 *Forum vt aliquis ſortiatur ratione originis , oportet , quòd ſit natus in loco,in quo parentes habent domicilium, & non in loco,in quo parentes erant tranſeuntes.& vide num.14.*

11 *Statutum, quòd nullus possit esse de collegio, nisi sit ciuis originarius loci, si pater sit ciuis originarius, & filius si alibi natus, habebit locum in eo. & vide nu. 14. vbi tenet contrarium.*

12 *Statutum loquens in casu vero, habet locum in ficto, in casibus, in quibus ius commune æquiparat casum verum, & casum fictum.*

13 *Statutum loquens in casu vero, habet locum in ficto, quando dispositum ita potest conuenire casui ficto, sicut vero, & ratio, & mens disponentis ita habet locum in vno, sicut in alio.*

16 *Veritas, & non destinatio attenditur in assumptione originis, quæ fit à natura.*

17 *Destinatio alicuius attenditur quo ad regulandam suam dispositionem, non legis.*

18 *Oriundus de aliqua ciuitate dicitur, cuius pater in ea natus est, & originem duxit, licèt filius alibi nascatur.*

19 *Statutum de non admittendo in collegium, nisi sint ciues originarij, vel nisi habeant certas qualitates, benignè interpretandum est.*

20 *Testis vnicus plenè probat, vbi non agitur de alicuius præiudicio.*

*Doctoratus, sacerdotium, & quòd quis sit baptizatus, vel ordinatus, probatur per vnum testem.*

21 *Idem ius censetur de accessorio, quod de principali.*

*Vacca vendita, censetur venditus vitulus, qui est in ventre, item & vitulus lactans.*

22 *Accessorium regulariter sequitur naturam principalis.*

*Accessorium sequitur causam eius, cui accedit.*

*Statutum in principali, censetur statutum in accessorio.*

23 *Qui petit se mitti in possessionem bonorum defuncti, debet etiam mitti in possessionem fructuum post mortem defuncti.*

24 *Pater, qui dotauit filiam, si vltra dotem expendit in nuptiali festiuitate, potest expenditum imputare filiæ habenti proprium patrimonium.*

1 §.Legatum est ita. † Qui est in fuga, videtur esse in loco, à quo
recessit, & quod iuris est de principali, est etiam de accessorio.
h.d. & sunt duæ decisiones. Secunda ibi, huic consequens est.
¶Not. 1. quòd seruus fugitiuus videtur esse in loco, vnde aufugit, vt voluntas testatoris seruetur, & ne fuga seruorum officiat voluntati testatoris. l. 1. C. de ser. fug. facit text. in l. Titius.
2 ff. de ser. expor. Istum text. inducunt Bart. Ang. & Saly. † quòd
repræsaliæ concessæ contra ciues Perusinos, possunt exerceri contra Perusinos à sua ciuitate exbannitos, qui dicuntur esse in fuga, & consequenter videntur esse in loco, vnde aufugerunt. de quo tamen Bart. se remittit in suo tractatu repræsaliarum in septima quæstione principali, licèt Bar. ibi non videatur specificè tangere istam quæstionem. ¶Vltra Bart. confirmatur duplici fundamento, quia iste exbannitus propter delictũ, ex delicto suo non debet consequi liberationem de repræsalijs. l. relegatorum. ff. de interdic. & rele. & l. si hæreditaria. in fin. ff. de
3 nego. gestis. † Secundò, quia licet bannitus desinat esse ciuis. l.
amissione. §. qui deficiunt. ff. de capi. dimi. procedit quo ad suũ
commodum, secus quo ad incommodum, quia quo ad in-
commoda non desinit esse ciuis, secundum Bart. in l. tutelas. §.
fin. ff. de capi. dimi. vbi etiam Bart. dicit istud facere, ꝙ exban-
nitus possit capi pro repræsalijs. & de ista. q. Bartol. vide etiam
per Ioann. And. in addit. Spec. in titu. de iniur. super rub. Bald.
in Auth. & omnino. in 7. col. C. ne vxor. pro marito. ¶Secun-
dò facit iste text. secundum Dyn. Iacob. de Aren. Bald. Imo &
4 Flori. ad quæstionem. † Plebanus debet habere decimas om-
nium pecorum, quæ sunt in sua villa, sed propter guerram pe
cora sunt aliò traducta, & alia ibidem nata, certè Plebanus vn
de recesserũt debet habere decimas, & non Plebanus loci, quo
sunt traducta, ne mens canonis lædatur ex casu superueniente
præter propositum Plebani, vt hic. Faciunt, quæ notantur in
capi. cùm sint. & c. pastoralis. de deci. Item, quia pecora viden-
tur esse in loco, vnde recesserunt, vt hic, & d. l. Titius. ff. de seru.
expor. & l. nihil. ff. de capti. Facit. l. fundi. ff. de actio. empti. & l.
quæsitum. §. idem respondit. ff. de fun. instr. tamen iste text. non
videtur facere ad prædicta, vt etiam dicit Raph. Cum. quia lo
quitur in his, quæ dependent ex voluntate nostra, vbi res vide-
tur in loco destinato, vt hic, & l. ex facto. magna. ff. de hæred.
institu. secus vbi agitur de iuris dispositione, tunc non atten-
ditur destinatio nostra, prout contingit in ista quæstio. l. cæte-
5 ra. §. fina. supra eod. ¶Secundò not. ex isto text. † quòd sufficit
conditionem impleri iuris fictione, licèt non impleatur in for-
ma specifica, nec veritate attenta. iste tex. est notabilis hic: nam
ista verba, quæ in fundo erunt cùm moriar, faciunt conditio-
nem, quia relatiuum, quæ, iunctum verbo futuri temporis im
portat conditionem. l. Stichum, qui meus erit. supra eod. & im
pletur iuris fictione, quia existens in fuga fingitur esse in loco,
à quo aufugit, quod not. ad regulã, quæ habet, quod conditio
nes debent impleri in forma specifica. l. qui hæredi. & l. Me-
uius. ff. de cond. & demon. nam hic habes egregium tex. quòd
sufficit impleri iuris fictione, licèt non impleatur in forma spe-
cifica, nec veritate attenta. Adde, ꝙ similiter sufficit conditio-
nem impleri in forma æquipollenti, quando non potest in for
6 ma specifica, vt est text. in §. si ita cui. vbi dixi. s. ead. l. ¶† Tertiò
not. ex text. ibi, esse consueuerat, & ibi, ac si in eo fundo fuisset.
ꝙ res censetur esse in loco, ad quem destinata est, vel vbi stare
debet, aut consueuit, & sic appellatione eorum, quæ in loco
erant tempore mortis testatoris, continentur ea, quę ibi esse cõ
sueuerũt, & quæ destinata sunt, vt ibi essent, licèt casualiter ali-
bi reperiantur, non vt ibi perpetuò sint, sed ad tempus. facit
tex. in l. quæsitum. §. fina. & in l. si ita legatum. ff. de lega. 3. & in
l. penul. §. 1. ff. de aur. & argum. leg. & in l. cùm delanionis. §. Sa
binus. ff. de fun. instr. quod planè procedit, quando testator lo-
quutus est per verba de futuro, quæ erunt, sicut hic, secus si per
verba de præsenti, scilicet, quæ sunt, & sciebat ibi non esse, per
iura præallegata, secundum Pau. de Cast. & Ang. de Perillis, &
vide etiam tex. in l. cùm ita legatur. in prin. j. de leg. 2. vbi poni-
tur casus ècontra, si legatur quicquid in horreo meo erit tem-
pore mortis, & plus reperiatur quàm consuetum fuerit, an de-
7 beatur, & ibi Bar. † notat illum tex. contra dominas, quibus te-
stator legat omne, qđ habet in camera, ꝙ illata per eas ignorã-
te testatore, non cadunt in legato. Ad idem tex. no. in l. nomen.
§. filio. ff. de leg. 3. & ista sunt notanda ad quotidianas quæstio-
nes, quãdo maritus legat vxori cameram cum omnibus, quæ
ibi erunt tempore mortis mariti, & tunc plus, vel minus repe-
riatur, quàm consuetum fuerit, an debeatur, & dicit Paul. de
Cast. ꝙ semel vidit istum casum de facto Florentiæ. nam testa
tor existens in villa fecit testamentum, & legauit vxori omnes
massaricias, quę erant in domo Florentiæ, & de illis massaricijs
aliquas portauerat in villam, quousq; staret reportaturus Flo-
rentiam, quia communiter consueuerant stare Florentiæ, quę-
rebatur, an deberentur vxori, & planum est, ꝙ sic, si testator lo
quutus fuisset per verba futuri temporis, quæ erũt. Idem si per
verba præsentis temporis, si testator ignorabat illas massaricias
esse in villa, & hoc ne ex casu, vel ignorantia fraudetur inten-
tio testatoris. Si autem loquutus est per verba præsentis tem-
poris, & sciebat esse in Villa, & non Florentiæ, vt est hic. iste ca-
sus est valde dubius, quia text. præallegatis fortiter faciunt, ꝙ
vxor habere debeat. In contrarium videtur facere mens testa-
toris, qui loquutus est per verba præsentis temporis, & sciebat
tunc illa non esse Florentiæ, & clarè non decidit Pau. istum prę
sentem casum, sed dicit, ꝙ vidit super eo dubitari, quia ex vna
parte vrgebant text. præallegati, ex alia intentio testatoris, sed
idem Paul. de Castr. in alia lectura Bononiensi, quæ non est
impressa, tenet, ꝙ indistinctè debeantur vxori per iura præalle-
gata. ¶Item adde, quod decidit Bal. post Cyn. in l. ex facto, ma-
gna. in vlt. col. ff. de hæred. insti. per illum tex. in ver. rerum autẽ.
8 † ꝙ si testator legauit vxori omnes vestes, quas habet in do-
mo, veniunt etiam vestes, quæ erant extra domum, & fiebant
de nouo, quæ tamen erant destinatæ ad vsum vxoris, quia vi-
dentur fuisse in domo propter destinationem testatoris, & fi-
nale propositum, quod benè no. & vidi de facto. Adde facere
tex. in l. 2. §. 1. ff. de aur. & arg. leg. Item adde tex. no. in l. vestimẽ-
tum. & ibi Bar. ff. de aur. & arg. leg. vbi est tex. ꝙ si testator legat
vxori vestem, venit pannus destinatus ad faciendum vestem,
licèt vestis nondum facta sit, quod no. quia quilibet prima frõ
9 te diceret contrarium. ¶† Quartò not. ex 2. parte text. ꝙ partus
ibi fingitur esse editus, vbi mater fingitur esse, licèt verè non sit,
& per illum tex. determinant Pet. Cy. Nic. de Neap. Bal. Ang. &
Flo. hic, ꝙ si aliquis ciuis Perusinus casualiter transibat per ciui
tatem Florentiæ cum vxore sua prægnante, quæ ibi peperit fi-
lium, ꝙ ibi talis filius non debet censeri origine ciuis Florenti-
nus nec quo ad munera, nec quo ad honores, ex quo in pere-
grinatione natus est, sed debet censeri natus in loco, in quo pa-
a ter habet originem, per istum tex.[a] & sic debet censeri esse ci-
uis originarius Perusinus, qa Perusij natus esse fingitur; vt hoc
tex. ex quo modo quæ peperit, erat ibi in transitu, & sic ad tem
pus, nõ vt ibi perpetuò esset, licèt aliàs quis efficiatur loci ciuis
propter originem. l. ciues. C. de incolis. lib. 10. & l. 1. cum simil.
ff. ad municipa. quæ iura sic debent limitari. Adde Barto. in l.
10 filios. C. de municip. & orig. libr. 10. vbi dicit signanter, † quòd
ad hec, vt ratione originis aliquis sortiatur forum, oportet, ꝙ
sit natus in loco, in quo parentes habent domicilium, & non
in loco, in quo erant transeuntes, per l. 1. C. de capti. quod est
multum singulare, & signãdum si est verum, ibi tamen subdit
Bar.

ADDITIO.

a † Per istum text. Adde Ioan. Crot. in l. si is, qui pro emptore. nume. 33. ff. de vsucap. PANCIR.

Bart.fe iftud non firmare, fed illud exprefsè firmat do. Abb.in c.Rodulphus.de refcrip. vbi dicit illud dictum Bart.effe fingu-
21 lare.& tenendum menti: † Iftud eft valde notabile ad ftatuta, quæ vigent per totam Italiam præcipuè in ciuitatibus, in quibus funt ftudia,& vbi publicè legitur,quibus cauetur,ꝙ nullus poffit effe de collegio Legiftarum, vel Medicorum, nifi fit ciuis originarius loci, quòd fi pater fit ciuis originarius, licèt filius alibi fit natus à cafu, tamen debet cenferi ciuis originarius loci,cuius eft pater, per iftum text.& dicit Pau.de Caftr.quòd iftud vidit de facto Paduæ in filijs cuiufdam Doctoris natis alibi,vbi pater erat conductus ad legendum,vel ad aliud minifterium,puta vicariatus, non propterea minus dicuntur originarij Patauini.Et dicit.d.Fel.Sandeus in c.Rodulphus, in 16.col. & feq.de refcrip. referens prædictam decifio. Pau. de Caftr.ꝙ ita vidit feruari in pluribus Doctoribus,& ꝙ ita fuit feruatum in eo in collegio Ferrarienfi, vbi eft ftatutum, ꝙ non admittatur alius in collegio Doctorum, qui non fit ciuis originarius Ferrariæ, & ipfe cafualiter natus fuit in villa quadam, fcilicet, in Felina oppido Regienfi, tamen origo vtriufque parentis fui erat ex Ferraria,& iftud fufficit, vt etiam ipfe dicatur ciuis originarius Ferrarienfis.Et fi dicatur, quòd ifte non eft verè originarius ciuis,fed fictè, & in ftatutis verba intelliguntur verè, & non fictè.l.3.§.hæc verba.ff.de neg.geft.ergo intelligitur ftatutũ de ciue originario verè. Ad hoc refpondet dupliciter do.Fel.
22 primò † cùm in cafu ifto ius commune æquipararet cafum verum, & fictum, iuxta.l.affumptio.§.filius.ff.ad municipa.ergo idem erit in ftatuto,vt declarat Ioan.de Imo.in cap.ad audientiam.in primo notabili.de cler.non refiden.iuncto.c.cum dilecti.eo.tit.fequitur do.Alex.in l.1.§. lex Falc. in antepen.col.ſ.ad l.Falc.Secundò refpondet ex dictis Sal.in l. fiue poffidetis.in 4.
23 oppofitione.C.de proba.vbi tenet,† ꝙ quando difpofitum ita poteft conuenire cafui ficto ficut & vero, & ratio & mens difponendi ita habet locum in vno, ficut in alio, tunc ftatutum habet locũ in vtroque, fiue difpofitio fit fauorabilis,fiue odio-
24 fa fecundum eum. ¶†Sed non aduertit d.Fel. quòd licèt Pau. de Caft.hic dicat fe vidiffe de facto, tamen poftea determinat contrarium, & in contrarium etiam alibi communiter tenet, vt ftatim referam,& contrarium tenent Ioan.de Imo.Rapha. Cu.Pau.de Caft. do.Alex.& do.Petr.de Bexu.hic, quòd natus in loco,in quo pater, vel mater non erant manfuri, nihilominus dicitur ibi fortiri originem, vbi nafcitur,quia lex difponit,
a quòd ratione propriæ originis quis [a] ibi dicatur ciuis, vbi nafcitur.d.l.ciues.C.de incolis.lib.10.faciunt notata per gl. & Doctor.in l.affumptio.§.1.ff.ad munici.& in d.l.filios. C. de municip. & origi. libr. 10.vbi filius quocunque loco natus, efficitur ciuis illius loci,in quo nafcitur ratione propriæ originis loci, & illius loci dicitur originarius ciuis,& dicit Raph. Cu.fe ita confuluiffe, & ꝙ ita de facto feruatur, quia quo ad difpofitionem legis non attenditur deftinatio hominis.l.cætera.§.fin.ſ.eo.& l. fi nondum.C.de fur.fecus in his,quæ pendent ex voluntate noftra,quia tunc videtur effe in loco deftinato,vt hic.¶Secundò ad iftum tex.refpondent Imo.Pau.de Caft.& d.Alex.ꝙ hic nõ dicitur partus natus in loco fugæ, eo quia fraudaretur mens, & intentio teftatoris, qui cogitauit partum nafciturum in loco,in quo ancilla effe confueuerat, & fieret præiudicium legatario,& fic læderetur mens teftatoris ex cafu extrinfeco prꝑter eius propofitum interueniente, fed in q. noftra non fraudaretur mens l.difponentis,quem effici ciuem loci ratione propriꝗ
25 originis,& non tendit in prꝗiudicium alicuius.¶†Adde,quòd idem,& latius tenet idem Raph.Cu.in l.cætera.§. fed & fi quis ad opus.circa fin.ſ.eo.vbi dicit, quòd habuit de facto iftam.q. & quòd in ea confuluit. Aliquis habet vxorem prægnantem, & cùm effet in aliquo loco,cafualiter ibi peperit,nunquid efficiatur partus ciuis loci, in quo nafcitur ratione originis? Refert Bar.in d.l.filios.dubitantem tamen dicere, quòd filius non nancifcatur ius ciuilitatis,licèt nafcatur in aliquo loco, fi pater non intendit, quòd ibi moretur, quia ex quo non eft intentio patris, vt ibi moretur, videtur potius natus in loco, vbi pater voluit eum deftinare,argumento huius.§. vbi videntur tenere Bal.& Ang.Contrarium dicit fe confuluiffe, & contrarium pu
16 tat feruari,† quia in ifta affumptione originis,quæ fit à natura, attenditur veritas,& non deftinatio patris.d.l.affumptio.§.1. & l.filio quem pater.ff.de liber.& pofthu. Aliàs fequeretur, quòd fi quis tenderet cum vxore fua Parifios,& pareret in itinere, ꝙ effet ciuis Parifienfis,vbi ipfe pater nunquam fuit,quod vide-
17 tur abfurdum.Item † quia deftinatio alicuius attenditur quo ad regulandum difpofitionem fuam, vt hic, non autem quo ad regulandum difpofitionem legis, vt ibi, & l.nudum. C. de furtis.& l.proponebatur. ff.de caftren. pecu. & ita etiam confuluit Raph.Cu.in confi.177.incipiente fuppofitis ftatutis Me-
18 diolani,& Cumarum.¶Aduerte tamen,† ꝙ ille dicitur oriundus de aliqua ciuitate, cuius pater in ea natus eft, & originem ducit,licèt filius alibi nafcatur, ita tenet gl. notabilis.in c.1.§.1. in verbo alienigenas.de vfuris.in fexto. Facit, quod vult glo.in rubr.C.de municipal.& origi.lib.10.quæ vult, quòd quis dicatur originarius ab origine patris, & glo.in d.l. ciues. in glo.1.in
19 princip.C.de incolis.lib.10.¶†Secundò aduerte, quòd ftatuta difponentia de non admittendis in collegium Doctorum,nifi fint ciues originarij,vel nifi habeāt certas alias qualitates, funt benignꝗ, & non rigidè interpretanda, ex quo nullius præiudicium verfatur.Et ex eo,quod neminem lꝗdit,benignior via eft fequenda.l.2.§.item Varus.ff.de aqua plu.arcend. Ita in terminis tenet Bal.in confi.183.fecundi voluminis, quod incipit,ftatuto ciuitatis Veronæ cauetur. & iftam decifionē folitus fum multum allegare cõfulendo in tali materia, & vltra Bal.facit,
20 quòd in fimili dicimus, † quòd vnicus teftis plenè probat,vbi non agitur de alicuius præiudicio,ita not.do. Abb.in c.propofuifti.per gl.ibi.de confecr.Eccle.vel altaris.d.Anto.de But.in c. veniens.primo.de tefti,& eft gl.in c.nuper.eo.tit. de teftib.& ibi per hoc not.infert Bald. quòd per vnum teftem plenè probatur,quòd aliquis fit baptizatus, vel aliquis fit ordinatus, vel ꝙ Ecclefia fit confecrata, & fimiliter facerdotium probatur per vnum teftem, quia per ifta nemini præiudicatur, & fimiliter Doctoratus poffet probari per vnum teftem, & fic limitatur regula.l.iurifiurandi. C.de teftib. quæ dicit, quòd dicto vnius teftis non creditur,etiam fi præclaro curiæ honore præfulgeat.
21 ¶Quintò,& vltimò not.ex fin.tex.† quòd idem iuris cenfetur effe de accefforio,quod eft de principali. Adde.l.emptorem. §.fi quis rem.ff.de actio.empt.& l.2.C. de allu.& pal. & ideo ex quo mater eft in fuga, etiam partus cenfetur effe in fuga, quia partus fequitur in hoc vētrem,vt hic.facit.l.fed addes.§. fi quis mulierem.ff.loc.Facit,quòd vendens equam, vel vaccam, videtur etiam vendere pullum, qui fequitur,tanquam acceffotium,vt per Gul.de Cu.& Bar.in l. fi vt certo.§. non vfq; adeo. ff.commod. per Bald.in c.tranflato.de confti.vbi tenet, quòd qui vendit vaccam prægnantem,vendit fœtum,item vitulum
22 lactantem nondum pafcentem herbam.† Item acceſſorium regulariter fequitur naturam fui principalis. l. fin. & ibi Bald. not.C.per quas perfo.nob.acqui.& l.eos. C. de appel.& l.cùm principalis.ff.de reg.iur.& in reglua acceſſorium.in fexto.bona glo.in c.quod in dubijs.de confecra.Eccleſ.vel altaris. Item acceſſorium fequitur caufam eius, cui accedit.l. item fi fundi.§. huic vicinus.& ibi glo.not.ff.de vfufruct. Item quod eft ftatutum in principali, cenfetur effe ftatutum in acceſſorio. tex. eft in l.3.§.& fi quid.ff.de nego.geft. & ibi glo.dicit, quòd iftud eft ex interpretatione, quam glo.dicit ibi Bald. effe perpetuò no-
23 tandam. ¶Et per hoc infert in practica,† quòd licèt quis petierit fe mitti in poffeffio.bonor. quæ fuerunt defuncti,implorando beneficium.l.fin.C.de edicto diui. Adri.tollen.tamen ille eft mittendus etiam in poffeffionem fructuum poft mortem defuncti, licèt ifti fructus nunquam fuerint propriè defuncti, & ad hoc reputat illum tex. effe bene notandum pro ampliatione.d.l.fi.C.de edic.diui.Adr.toll.Sed aduerte,ꝙ contra prædicta facit,quod volunt Bald.& Ange.in l.fin. circa prin. per illum tex.qui eft valde notabilis ad hoc.ff.de peti.hæred. vbi te-
24 nent, † quòd licèt pater [b] dotando filiam intelligatur dotaffe
b de fuo proprio,quamuis filia habeat hæreditatem maternam, vt eft text.folennis in l.fin.C.de dot. promif. tamen fi extra dotem facit nuptialem feftiuitatem,poteft illud imputare filiæ habenti proprium patrimonium ex hæreditate matris,per illum tex.quem reputat no.dignum, licèt dicat in cõtrarium effe argumentum in l.1.§.fed nonnullos. ff. de tute. & ratio. diftra.& fic non idem iudicamus ibi de acceſſorio, quod de principali.

ADDITIONES.

a ¶Originis quis.Sed an, & quando filius fequatur originem patris, & nepos aui,vel proaui, vel fuperiorum, vide Bart.in l.affumptio.in §.filius.ff.ad municipal.& in l.2.C. de municip. & origi. libr. 10. Et quid de filio adoptiuo? nec poteft mutari origo.l.fin.§.penult.& ibi Docto.ad municip. & origo rei non poteft conferri in tempus,quo debet extingui.l.Iulianus. & ibi Barto.de iure dot. cum fimi.

b ¶Pater.Filia autem fi non habet de fuo, vnde fe dotare poffit, pater tenetur de proprio eam dotare,fi idoneam habet fubftantiam; vide per Alexand.in confi.7.in 2.volu.fed fi maritus fine dote recepit filiam tuam, an poffit amplius eam de domo expellere,nifi dederit dotem, dic, quòd non, per Pau.de Caft.in l.fi focer.ff.folut.matr.& per Alex.in confi.7. in 2.volu.

*SVMMARIVM.*

1 *Si teftator donat eo viuente legatario vnam ex rebus alternatiuè legatis, legatum remanet in alia: fecus in legato fimplici, vt infra num. 5.*

Datio

2 *Datio facta per testatorem de vna re per ipsum ex alternatiuè legatis, non dicitur electio.*
3 *Datio facta per testatorem legatario de vna re ex alternatiuè legatis, non inducit liberationem in vtraque.*
4 *Liberatio an contingat, si testvtor dat in vita illud, quod dando hæres liberaretur.*
6 *Filia, cui pater in testamento legauit fundum, aut mille pro dote, & eo viuente dat eidem mille pro dote, quòd eo mortuo poterit petere fundum.*
7 *Legatarius in alternatiuis habet electionem de iure.*
*Electio in vltimis voluntatibus in alternatiuis est creditoris, in contractibus debitoris.*

1 §.Si Titio Stichus. † Si testator donat le-
gatario vnam ex reb.
alternatiuè legatis, remanet legatum in alia. hoc dicit, & est
pulcher casus secundum Ange. & est singularis casus, & fortè
non reperies alibi, secundum Imol. & dominum Alex. ¶Du-
bium faciebat in isto text. & quidem magnum. nam si testator
in re legata plus potest præiudicare legatario, quàm possit hę-
res, qui præiudicare non potest. l. si fundum sub conditione. in
princip. infra eod. sed hæres dando alterum de alternatiuis li-
beratur etiam ab alio. §. Stichum. s. ead. l. ergo fortius debet se-
qui liberatio ab vtroque, quando testator in vita donat vnum
ex alternatiuè legatis, contrarium deciditur in isto singulari. §.
quia testator viuens vnum ex alternatiuis ipsemet legatario
donando, non videtur tamen per hoc extinxisse legatũ in alio,
nam hoc potuisset facere, si voluisset, sed per vnum ex alterna-
tiuis donatum legatario voluit testator perueniri ad aliud, ita
quòd legatarius vtrunque consequatur, ita est text. peregrinus,
& singularis hic. ¶Not. primo ex isto text. secundum Dyn. Bar.
Bald. Sal. Imol. Pau. de Cast. & alios, quòd si testator in vita sua
dat illud, quod hæres dando liberaretur, non tamen contingit
liberatio, & sic si testator vnam ex rebus alternatiuè legatis do-
nat legatario, non videtur satisfactum legato alternatiuo, se-
cus si hæres vnam ex eis solueret, liberaretur in totum, quia in
effectu vna tantum ex rebus alternatiuis debetur. §. Stichum.
supra ead. l. & sic videtur, quòd datio hæredis isto casu plus
operetur, quàm datio testatoris, & tamen vt statim dixi, testa-
tor si vult potest in re legata plus præiudicare legatario, quàm
possit hæres, & hoc est expeditum, & sic ex isto tex. duo cor-
2 relariè inferuntur. † Primò, quòd illa datio facta per testato-
rem viuentem non dicitur esse electio, quia electio non spe-
ctat ad eum, sed ad hæredem, vel legatarium, aliàs non rema-
neret legatum in altero, vt dicit text. sed fingeretur non esse le-
gata. d. §. Stichum. supra ead. l. Secundò infertur, quòd illa da-
tio facta per testatorem viuentem non habet vim solutionis,
quia per solutionem vnius ex rebus alternatiuè debitis indu-
citur liberatio ab vtraque. l. Stichum, aut Pamphilum. in prin-
3 cip. ff. de solutio. ¶ Tu aduerte, quòd licèt Dyn. Barto. † & alij
* *omnes indifferenter* ita dicant in primo notabili huius text. credo,
quòd non bene loquantur, dum dicunt, quòd non contingit
liberatio, si testator in vita dat illud, quod hæres dando libera-
retur. Credo, quòd errent, quantum ad istum text. quia non est
verum, quòd hæres dando vnum liberaretur ab vtroque, quia
in isto tex. electio erat legatarij, & testator expresè reliquit ele-
ctionem ipsi legatario, vt dicit tex. ibi, vtrum eorum malit, &
quando testator etiam non expressisset de iure, tamen electio
in dubio est ipsius legatarij, vt statim dicam in gloss. ergo for-
tius in isto text. vbi concurrit dispositio testatoris, & disposi-
tio legis, & per vtranque data est electio legatario, ergo in isto.
§. hæres non posset dare vnum ex alternatiuè legatis ipsi lega-
4 tario, quia sic auferret electionem ipsi legatario. † Item hæres
dando vnum, non solùm non liberaretur ab vtroque, prout
dicunt Barto. & Docto. imò nec ab illo, quem dedit, nisi lega-
tarius esset contentus illum accipere, & text. in §. Stichum. su-
pra ead. l. qui fortè decepit Bart. loquitur, quando electio erat
ipsius hæredis, tunc bene verum est, quòd solùm dãdo vnum,
imò solùm eligendo liberatur ab vtroque, vt ibi dixi, & pro-
pterea cogita si Barto. debuit negatiuè dicere, quòd hæres dan-
do non liberaretur, prout affirmatiuè dicit liberari. Et si tu di-
ceres, quòd hæres dando vnum ex alternatiuis legatario vo-
lenti, & sponte recipienti, liberatur ab vtroque, non quòd Do-
ctor. velint electionem esse hæredis, & isto modo saluetur no.
Barto. & Docto. hic. Dic, quòd tunc non induceretur liberatio,
quia hæres daret, sed quia legatarius consentiret, & contenta-
retur. Item tunc istud notabile non colligeretur ex principio
huius tex. vt dicunt Bart. & Docto. sed veniret extra istum text.
cùm iste tex. loquatur, quando testator expresè dedit electio-
nem legatario, vt haberet quem malet, tunc hæres, vt dixi, non
posset vnum dare, sed si ipse legatarius eligeret vnum, planũ



est, quòd induceretur liberatio ab vtroque, quia traheret exe-
cutionem ipso iure. l. apud Aufidium. ff. de opt. leg. Idem si hæ-
res de consensu legatarij daret, quia tunc legatarius consen-
tiendo censeretur ipse eligere, & non hæres. l. qui patitur. ff.
manda. l. si fideiussor. §. pater & ibi glo. magistra. ff. de pigno. Si
autem daret non volente legatario, aut recusante, non credo,
quòd not. Barto. & Docto. sit verum, prout posset dare inuito
legatario, prout est quando electio est ipsius hæredis. d. §. Sti-
5 chum. † Limita istum text. procedere in legato alternatiuo,
in quo si testator viuens donat vnum ex eis legatario, potest
legatarius post mortem testatoris alium petere, vt hic, secus
est in legato simplici, in quo si testator viuens dedit totum,
quod legauit, non potest post eius mortem legatarius aliud
petere. l. Lucius. 1. j. titu. 1. secundum Barto. & alios hic, & not.
Bald. in l. 2. in penult. colum. C. de iure dotium, quia quando
testator eandem rem legatam donat in vita sua legatario, di-
citur satisfactum legato. §. cùm pater. supra ead. l. & l. filia lega-
torum. C. de lega. Sed aduerte, quòd licèt Barto. & omnes ita
transeant, dic melius, quòd in d. l. Lucius. testator viuens ven-
didit illud, quod legauit, & legatario soluit eius æstimationem,
tunc dicitur satisfecisse legato, adeo quòd si postea reemeret
rem legatam, non posset legatarius aliud petere, ita propriè lo-
quitur text in d. l. Lucius. prima, & credo, quòd eadem etiam
in effectu fuerit mens Bart. & Docto. ¶Vltimò per istum text.
6 determinat no. Bald. † quòd si pater in testamento alternatiuè
legauit filiæ suæ duas res pro dote, puta fundũ, aut mille, & po
stea viuens dat tantum vnam ex dictis rebus pro dote filiæ, ꝙ
non intelligitur liberasse hæredem ab alia re, sed post mortem
patris alia debetur filiæ, & peti poterit per istum text. Nec obst.
text. in d. §. cùm pater. supra ead. l. quia ibi in legato erat præ-
cisè idem, quod in promissione, sed hic in donatione non est
præcisè idem, quod in legato, & not. istam decisionem, quia est
valde vtilis in practica, & cum Bald. simpliciter transit Flor.
hic. idem tenet dominus Alexan. hic per istum text. & per not.
per Barto. & Docto. in d. l. Lucius. infra tit. 1. Contrarium (sub
dubio fortè) tenet Ioan. de Imo. hic, cùm vtraque dispositio
fuerit ob eandẽ causam, argum. l. libertis quos, in princip. ff. de
alimen. & ciba. lega. & simpliciter sequitur. dom. Iaco. Puteus
hic. Sed responde tenendo decisio. Bald. quæ vt dixi vtilis est,
quòd in d. l. libertis quos. in princip. interuenerunt duæ dispo-
nendi formæ, & secunda continebat plus, quàm prima, sed in
præsenti quæstione vna tantum præcessit dispositio, postea se-
quuta est executio facta per testatorem viuentem de parte,
secundum Bald. met in dict. l. Lucius. prima. Item ibi non erat
electio legatarij, & causa ibi non erat multiplicabilis, hic au-
tem dos recipit augmentum. l. penul. & in Authen. sed iam ne-
cesse. C. de donatio ante nupt. ¶In glo. prima in verbo, mallet.
ibi, & hic subaudi maximè. poterat glo. congruentius dicere,
quòd hic denotat contingentiam facti, quia etiam si testator
7 non dedisset electionem legatario, † tamen legatarius in alter-
natiuis habet electionem à iure. l. Lucio. vbi glo. & Docto. in-
fra titu. 1. nam in vltimis voluntatibus in alternatiuis electio
est creditoris, & sic legatarij, vt dixi: in contractib. autem ele-
ctio est debitoris. l. plerunque. §. fin. ff. de iure dotium. & l. si in
emptione. §. penult. ff. de contrahend. emptio. ¶In fin. glo. ista
gloss. innuit, quòd si electio esset hæredis, non procederet iste
text. quia si hæredis esset electio, posset eligere Pamphilum
iam donatum à testatore, sed gl. errat, cùm tex. dicat, ꝙ solus
Stichus remanet in obligatione, ergo non est verum, ꝙ posset
eligere Pamphilum. Item hæres non potest eligere illum, per
quem legatum fieret inutile. l. cùm res. §. sed si Stichus. s. eo.

*SVMMARIVM.*

1 *Coniunctio verbalis non inducit ius accrescendi in rebus prorsus diuersis, & ibi quando inducat.*
2 *Dictio distributiua singulos, habet vim separationis.*
3 *Testator si instituat filias suas in centum pro qualibet, inter eas non habet locum ius accrescendi.*
4 *Quantitates adinuicem functionem recipiunt.*

1 §.Quibus ita. † Coniunctio verbalis non indu
cit ius accrescendi in rebns pror-
sus diuersis hoc dicit, & secundum. Angel. not. singularem ca-
sum, & quotidianum contingentem de facto. Ratio est secun
dum Bal. quia hic nulla est coniunctio, patet, quia natura con-
iunctionis verbalis est facere partes ab initio reales per concur-
sum, sed hic non fiunt partes ab initio, nec per concursum, er-
go hic nulla est coniunctio, & per consequens cessat effectus
coniunctionis circa ius accrescendi, quòd autem hic neque
ab initio, neque per concursum fiant partes, patet, quoniam
dictio

dictio singulos, tantum operatur, quantum singularis dinumeratio rerum vnicuique legatario particulariter facta, & sic perinde est, ac si vnicuique seruus de per se insolidum legatus esset, & ideo text. dicit, non concursuros in eundem seruum, & sic inter eos non est locus iuri accrescendi. Nec obstat, si tu diceres, quòd hic adest saltem coniunctio verbalis, prout etiam Barto. & Docto. in summario dicunt, quia aduerte, quòd coniunctio verbalis ita demum inducit ius accrescendi, quando non est omnimoda disiunctio, & diuersitas rei, puta si testator dicit, lego Titio, & Seio fundum æquis portionibus, quia licèt dicat æquis portionibus, tamen fundus non est actualiter diuisus, sed pro indiuiso sunt partes, quarum nulla ad oculum potest demonstrari, ideo cùm ibi non sit omnimoda diuisio, habet locum ius accrescendi. l. re coniuncti. infra titul. 2. Sed quando testator dixit, singulos seruos lego, voluit diuidere ipsos seruos, ita quòd in vno seruo non concurrunt, ideo non habet locum ius accrescendi, sicut si testator legasset vnam rem duobus, puta, fundum factis portionibus pro diuiso, puta, lego Titio talem fundum vsque ad talem locum, puta vsq; ad tale fossatum, & à tali loco vsque ad talem lego Seio, non habet locum ius accrescendi, quia tunc fundus est diuisus per partes, quæ ad oculum demonstrantur. Item tunc tot censentur fundi, quot sunt partes. l. planè. §. fin. supra eod. & voluit Barto. plenè in d. l. re coniuncti. Alberic. de Ros. Rapha. Cuman. & Paul. de Castr. hic. ¶ Item vbi est rei omnimoda disiunctio, prout est quando apponitur verbum, singulos seruos, vt hic, non videtur testator fecisse animo coniungendi, sed vt celerius loqueretur, dixit text. in l. si qs ita hæredes. ff. de hæred. institu. & sic in hoc text. secundum mentem, & veri-
2 tatem nō est etiam coniunctio verbalis in effectu, † quia istud distributiuum, singulos, habet vim separationis. Item ideo inter coniunctos re habet locum ius accrescendi, quia testator vocauit vt in vnum corpus, ita dicit text. in l. vnica. §. his ita. in versic. hoc ita tam variè. C. de cad. tollen. quæ ratio cessat, quando sunt diuersæ res, & diuersa corpora. facit bene text. in l. Lucius. §. quæ habebat. ff. ad Trebel. ¶ Item aduerte, quòd text. æquiparat istos duos casus, vel quòd testator in vna oratione, & in vno verbo dicat, Titio, & Meuio lego singulos seruos, vel dicat in diuersis orationib. Titio lego vnum seruum, Meuio lego alium seruum, quod non videtur prima fronte posse stare, quia quando testator legat Titio vnum seruum, & deinde separatim in alia oratione legat Meuio alium seruum, isti sunt omnino disiuncti, primò re, quia diuersi serui sunt legati, item verbis, quia vocati in diuersis orationibus, & tamen in casu nostro quando testator dicit Titio, & Seio lego singulos seruos, isti sunt coniuncti verbis, quia vocantur ad legatum sub vnitate orationis, quia hic non est nisi vnica oratio, & verbum principale lego, & sic inter istos est coniunctio verbalis. dict. l. re coniuncti. & l. triplici. ff. de verborum signifi. & consequenter similitudo text. nostri non videtur posse procedere. ¶ Breuiter dic, quòd isti etiam non dicantur coniuncti verbis, considerato effectu vt hic, quia testator non tam videtur voluisse coniungere, quàm cito loqui, & modo isto est intelligenda. d. l. re coniuncti. in secundo responso. & facit text. in l. penult. ff. de vsufruct. accres. Item aduerte, quòd iste text. loquitur, quando diuersæ species, & sic diuersi serui sunt singulis legati. Barto. tamen extendit istum. §. vt procedat etiam in quantitatibus singulis relictis, & dicit Barto. se vidisse de fa-
3 cto. † Testator instituit filias in centum pro qualibet, nam licèt videantur coniunctæ verbis propter vnitatem sermonis in eadem oratione factam. l. vnica. §. his ita, in versi. hoc ita iam variè. C. de cadu. tollen. tamen cessat inter eas ius accrescendi, & ideo si vna earum moriatur, portio sua alteri non accrescit propter dictionem qualibet, quia partes pro diuiso separatæ sunt, & singulis relictæ, per istum text. vbi dicit esse casum, & per d. l. 1. in princip. ff. de vsufruct. accrescend. & l. secunda. in princip. ff. quibus modis. vsufruct. amitta. Nota istam decisionem, quia est vtilis, & quotidiana, & vidi pluries in facto practicari, & cum Bart. tenent Bald. Angel. Salicet. Nico. de Neap. & alij omnes hic. Idem latius tenent Barto. in l. re coniuncti. ff. de lega. tertio. in 11. colum. in versic. quæro nunquid inter coniunctos verbis tantum. Bald. in l. si duobus. §. fin. supra eodem. Ioan. de Imol. in l. qui filiabus. §. 1. in princip. & ibi dominus Alex. supra eodem. Ang. in consil. 11. incip. Serbitius notarius. dominus Alexand. in consil. 5. secundo volum. quod incipit, viso titulo quæstionis in secunda colum. Sed aduerte, quòd li-
* cèt *omnes indifferenter* hic, & vbique cum Barto. transeant, tamen iste text. in quo Barto. & Docto. se fundant, non videtur facere, ex quo ad diuersa ex toto erat facta dispositio, hoc est ad singulos diuersos seruos, sed in quæstione Barto. quælibet filia erat vocata insolidum ad centum, & sic quantitas erat tantum varia, sed non prorsus diuersa, prout est in speciebus, pro-
4 ut dicit Barto. in summario, † cùm quantitates functionem ad inuicem recipiant. l. 2. §. 1. ff. si certum petatur, quod nullatenus potest dici in speciebus. Secundò contra Barto. & Scribentes facit, nam illud nomen collectiuum filias, inducit coniunctionem re, & verbis simul, secundum Barto. in dict. l. re
* coniuncti. in 3. quæstio. princip. primæ partis princ. in fin. *& est communis sententia*, secundum Raphael. Cuma. ibi, licèt idem Barto. sibi contrarius ibidem in secunda quæstio. princip. primæ partis princi. teneat, quòd illud nomen collectiuum filias, inducat solùm coniunctionem verbalem, & tunc cessaret ista obiectio, sed primum videtur verius, quòd sint coniunctæ re, & verbis simul, ex quo eas nominum, & rei complexus coniungit. l. triplici. in princip. ff. de verbo. significa. Sed respondeo quòd oppositio procederet, quando nomen collectiuum filias, esset simpliciter prolatum, tunc bene induceret coniunctionem mixtam re, & verbis, sed hic fuit additum pro qualibet earum, quæ verba inducunt disiunctionem realem. ¶ Sequitur. §. si is cui. cum. l. seq. quæ est. l. duobus.

SVMMARIVM.

1 *Si plures petunt simul eandem rem legatam, coguntur in actione concordare: secus si veniunt separatim, & numero 5. & vide numero 10.*
2 *Plures quòd possint simul in eodem libello agere, & eundem conuenire in eodem facto, & ad eandem rem agunt.*
3 *Cumulari possunt in eodem libello contra eundem plures diuersi articuli, & eadem sententia terminari.*
4 *Iudex officium suum non impartitur, si non petitur à parte.*
6 *Collegatarius si est consecutus æstimationem partis rei legatæ, facit partem, ac si totam rem fuisset consecutus.*
*Perceptio æstimationis partis suæ impedit ius accrescendi.*
*Aestimatio succedit loco rei.*
7 *Filia si renunciauit hæreditati paternæ, quia vocat se dote contentam, vel quia aliquid aliud pro sua legitima acceperit, facit partem fratribus in legitima.*
8 *Ius accrescendi ad hoc, vt habeat locum, debet pars ipso iure deficere.*
9 *Statuto excludente fœminam dotatam existentibus masculis, an talis fœmina faciat partem cum fratribus, remissiuè.*
11 *Rei vendicatio si fuit intentata per vnum ex pluribus legatarijs ad rem, & alius intentat actionem personalem ex testamento, istæ actiones dicuntur quodammodo contrariæ in exercitio.*
12 *Iurari in litem potest in rei vendicatione, non tamen in actione personali.*
13 *Iudicium sortis quando sit permissum.*
14 *Vsus sortis in beneficijs Ecclesiasticis perpetuò est prohibitus.*
15 *Pontificis electio non potest fieri sorte.*
16 *Appellari non potest à sententia sortis.*
17 *Ad iudicium sortis recurritur, quando factum est certum, & dubium est in iure.*
18 *Inquisitor deputatus super hæresi, non potest se intromittere de diuinationibus, & sortilegijs non sapientibus hæresim manifestam.*
*Sortilegia quando dicantur sapere hæresim manifestam.*

1 **§. Si is, cui.** † Plures petentes simul eandem rem legatam, coguntur in actione concordare, secus si veniant separatim. hoc dicit. cum l. sequen. & est singularis text. secundum Bal. & dominum Alexan. hic, & differt iste. §. à l. sequenti in duobus: primò, quia hic loquitur de duobus hæredibus vnius legatarij, & sic loquitur in pluribus tenentibus locum vnius: sed l. sequens loquitur de duobus legatarijs principalibus, quibus legata est eadem species principaliter, ita quòd vni debetur species, alteri æstimatio, & in quibus locus est præuentioni. l. si pluribus supra eodem. Secundò hic hæredes vnius legatarij in eodem iudicio volebant diuersas actiones intentare, & non possunt duplici ratione: prima quia isti plures agentes tenent locum vnius: secunda, & meliori ratione, quia pro eadem re, & eadem causa absurdum est diuersas actiones proponi, quæ sunt quodammodo contrariæ, sed l. sequens loquitur in duobus legatarijs principalibus, qui separatim in diuersis instantijs, & diuersis actionibus egerunt. Ita intelligit Bal. istum tex. quando plures hæredes vnius legatarij agebant simul in vno, & eodem libello ad eandem rem diuersis actionib. & diuersis agendi formis, & consequenter diuersi modi concludendi requirebantur, & diuersæ instantiæ, meritò non admittuntur, sed compelluntur per iudicem concordare in eadem agendi forma: sed per diuersos libellos bene admittuntur diuersæ agendi formæ etiam ex eadem

dem causa prouenientes, vt in l. sequenti, & ratio huius. §. est euidens secundum Bald. quia non potest dici idem libellus, ex quo resultant diuersæ concludendi formæ, & ideo ex eadem instantia procedi non potest, vnde qui volunt esse diuersi, debent agere seorsum diuersis instantijs, vt in l. sequenti, aliàs repellerentur, nisi concordent, vt hic, & idem, quòd iste text. intelligatur, quando plures agebant simul in vno, & eodem libello, tenent Paul. de Castr. & domin. Alexand. ¶Et propte-
2 reà notant ex isto text. † quòd plures possunt simul in eodem libello agere, & eundem conuenire, quando ex eodem facto ad eandem rem agunt, & est bonus text. in l. si quis cum procuratorio. §. primo. in versic. vnius litis, & ibi Bartol. ff. de procuratorib. & in l. supra iter. §. officium. in fin. & ibi Bartol. &
3 plenius in §. Cassius. ff. de aqua plu. arcend. † Adde, quòd similiter in eodem libello contra eundem plures diuersi articuli cumulari, & eadem sententia terminari possunt, vt capitul. cum olim, secundo, & ibi domin. Abb. in primo notabili ad hoc notat. de priuilegijs. similiter ècontra plures possunt conueniri in eodem libello super eadem re, capitul. secundo, & ibi dom. Abb. in primo notabili. ad hoc notat. de libell. oblat. Sed aduerte, quòd licèt ista sint vera in se, tamen iste text. parum facit, in quo nihil dicitur de eodem libello, nec de diuersis, nec est curandum, an agant eodem libello, siue diuersis, vt etiam tenet Raphael Cuman. hic, sed solùm si eodem tempore agãt, licèt diuersis libellis, vt vult text. ibi, simul venientes, quia si nõ concordant in actione, seu in forma agendi, semper repelluntur, & istud plus placet ad istum textum. ¶Not. ex text. ibi, vel iudice imminente, cui addit Bartol. ad repetitionem rei, secundum Cyn. in l. final. in princip. C. communia de legat.
4 † Adde rationem, quia iudex non debet impertiri officium suum, si non petatur à parte. l. quarta. §. hoc autem iudicium.
5 cum similib. ff. de dam. infect. ¶† Et sic not. quòd vbi plures discordant in modo agendi ex eadem causa, iudicis officio coguntur concordare, quia iudex non debet admittere varietatem agentium eodem tempore ex eadem causa, & sic not. quòd iudex partes discordantes reducit ad concordiam. facit l. non amplius. §. final. cum l. sequenti. supra eodem. & l. meminimus. C. quando, & quib. quar. pars deb. lib. 11. ꝙ qualiter pro-
6 cedat, dicam in gloss. ¶Item not. ex l. sequent. † quòd si vnus collegatarius consequutus est æstimationem partis rei legatæ, ita facit partem collegatario, sicut si rem fuisset consequutus, quia æstimatio loco rei succedit, & sic no. quod perceptio æstimationis partis suę impedit, ne alteri tota res legata debeatur, & sic impedit ius accrescendi, quia vt dixi æstimatio succedit loco rei, & est ac si partem suam fuisset consequutus. ¶Et per
7 istum textum determinat not. Bal. † ꝙ si filia renunciauit hæreditati paternæ, quia dicat se dote contentam, vel quia aliquid aliud pro sua legitima acceperit, quòd facit partem fratribus in legitima, & sic legitima filiæ fratribus non accerescit, quia non est mera repudiatio, sed quædam satisfactio, cùm loco suæ partis habeat dotem, quod est bene notandum per hanc. l. & cum Bald. simpliciter tenent Paul. de Castro, Floria. Angel. de Peril. domin. Alexand, hic. Adde Bartol. in l. prima. §. quidam filium. in quarta quæstion. ff. de contratab. per text. in l. prima. §. aduersus. ff. si quid in fraud. patron. Sed aduerte, quòd iste text. vt etiam dicit Raphael. Cuman. nihil facit ad ius accrescendi, ex quo legatarius accepit partem suam legati, agendo actione personali ex testamento, vnde post agnitum, & acceptatum legatum non potest tractari de aliquo iure accrescendi. l. prima. §. penultimo. ff. de vsufruct. accrescend. licèt posteà desinat habere. Item dato, quòd etiam æstimationem non habuisset. facit, quod vult gloss. reputata singularis
8 in l. si duo patroni. in princip. ff. de iureiurand. quæ vult, † quòd ad hoc, vt habeat locum ius accrescendi, debeat pars ipso iure deficere, præstereà, vt etiam dicit Bald. in l. pater filium. ff. de inofficio. testamen. materia iuris accrescendi est impertinens ad istas questiones: nam cùm filia renunciauerit hæreditati paternæ, non est quæstio, an fratri accrescat, sed an frater vocetur proprio nomine, ac si filia non superesset in rerum natura. Item adde, quòd contrarium tenet idem Bald. in Authentic. nouissima. in septima quæstio. C. de inoffic. testamen. & in l. vnica. in §. primo. in 3. colum. C. de cad. tollen. vbi in hoc ponit quædam verba, quæ reputat aurea, & subtilia, & vide etiam Bald. in l. vnica, in sexta questione. C. quando non peten. part. Bald. & Angel. in l. Papinianus. §. vnde si quis. de inoffic. testamen. Pau. de Castr. in l. qui superstitis. ff. de acquirend. hæred. ¶Item vide aliam quæstionem, quam posui post Bald. &
9 alios in §. si Titio, & Meuio. supra ead. l. † quando statutum excludit filiam fœminam dotatam existentibus filijs masculis, an talis filia dotata faciat partem cum fratribus in legitima, & an computetur in numero filiorum ad augendam legitimam ipsis filijs masculis. ¶In glos. in verbo in personam
10 opponitur contra text. qui vult, † quòd quando plures hæredes legatarij discordant in modo agendi, compelluntur per iudicem concordare: contra, ꝙ imò iudex non concordat, sed ꝙ repellantur à legato, & legatum extinguatur, vt l. quoties, in princip. ff. de vsufru. Bartol. autem pro sol. distinguit, vt hic per eum. Adde inquantum Bart. circa sol. istius text. dicit, ꝙ hic discordabant in præiudicium tertij. s. hæredis, ideo coguntur per iudicem concordare, vt hic, ibi autem discordabant solùm ad proprium incommodum, ideo se impediunt, & dispositio non habet locum, vt ibi, nisi alter petat, ꝙ sorte dirimatur, vt l. 2. in princip. C. commu. de leg. & l. sed cùm ambo. ff. de iud. cum ista doctrina Bart. tenent Sal. Raph. Cuma. Flor. & Angel. de Peril. hic. Istam sol. Bart. ad istum text. reprobant Imol. & Pau. de Cast. hic, quia modicum est præiudicium hæredis. & dicit Ioan. de Imol. ꝙ non concipit præiudicium, vel interesse hæredis in hoc, quia siue agatur actione personali, siue reali, non potest aliquis istorum cõsequi nisi partem legati. Sed aduerte si hoc esset verum, quod dicunt Imol. & Pau. de Castr. vana, & frustratoria fuisset decisio istius text. & seruiret nobis de vento. Ad quid enim iudex deberet eos reducere ad concordiam, vt vnam actionem intentent, si non præiudicarent hæredi? Item adde, quòd Bald. in l. final. in fine princ. in 1. oppo. C. commu. de leg. dicit, ꝙ in isto text. ideo tractatur de præiudicio tertij, quia interest rei non conueniri diuersis actionibus, ideo petenti reo imminet hic iudex ad concordandũ, & aliter in specie non declarat. Tu dic melius, & planius, quod in isto tex. quãdo vnus ex legatarijs vult agere rei vendicatione, & alius actione personali ex testamento pro eodem legato, istæ actiones dicuntur quodammodo contrariæ in exerci-
11 tio, † quia rei vendicatio præsupponit dominium in agente. l. in rem. & l. officium. ff. de rei vend. & c. examinata. de iud. sed actio personalis ex testamento competit ad dandum, & sic ad dominium transferendum. §. sic itaque. Institu. de act. vnde de magno præiudicio hæredis dicitur tractare, qui diuersas defensiones habet parare, & diuersas probationes facere, & sic diuersos sumptus subministrare, secundum diuersitatem dicta-
12 rum actionum. l. nemo ex his. §. quoties. ff. de regu iuris. † Item in actione in rem, & sic in rei vendicatione potest iurari in litem, sed non in actione personali ex testamento. l. in actionibus, & l. aliàs. ff. de in litem iurand. vnde cùm grauetur hæres, ideo statuit iste text. quòd ad instantiam hæredis iudex compellat legatarios concordare in vna actione communiter per eos intentanda, & ista est propriè mens istius text. Vltimò dũ Barto. tenet, quòd recurri potest ad iudicium sortis altera parte petente, de iudicio sortis an sit licitum, & quando permittatur, aliqua tangit domin. Alexan. hic post Imol. Raph. Cuma. & Paul. de Cast. hic. Adde, quod dicit tex. in capit. sortis. 26. q. 2.
13 † quòd sors non est aliquid mali, sed in humana dubietate diuinam indicans voluntatem, quod est verum considerata sorte in se, sed ex causa aliquando prohibetur, secundum gloss. in c. fin. in fi. de sortilegijs. Ego plura de iudicio sortis tetigi in l. fi. in princip. C. communia de legat. quæ hic non repetam, & vide per Felyn. in cap. capitulum sanctæ Crucis. in 31. colum. & tribus sequen. vsque ad fin. de rescrip. vbi inter cętera ponit, quid in beneficialibus, & quid in papatu, an possit quæstio sor-
14 te dirimi. ¶† Et ad illud, quod dicit in beneficijs, dic, quòd in beneficijs, ecclesiasticis vsus sortis est perpetuò prohibitus, ita dicit text. in c. final. in fin. de sortilegijs, & ibi glo. not. & ratio est, quia in beneficijs ecclesiasticis tradita est specialis forma à iure. in capit. quia propter. de elect. à qua non potest re-
15 cedi. † Et per hoc infertur, quòd si electio aliorum prælatorum non potest fieri per sortes, multò minus electio Papæ, & ita etiam tenet Bald. in dicta l. fina.. in principio. C. communia
16 de leg. & ibidem etiam subdit Bald. † quòd à sententia sortis, & sic fortunæ appellari non potest, quia fortuna non habet superiorem in mundo. Item aduerte, quòd vbi est dubium
17 super facto, nunquam recurritur ad sortem, † quia factum debet plenè probari per eum, qui fundat intentionem ex illo. l. ei, qui. ff. de prob. Sed qñ factum est certũ, & dubiũ est in iure,
a tunc propriè recurritur ad iudicium sortis. [a] gloss. est singul. in l. 1.

ADDITIO.

a ¶Recurritur ad iudicium sortis. Dic, quòd sorte, & fortuna in pluribus casibus facimus iudicem. gloss. in l. final. in versicul. fortunam. C. communia de legat. gloss. alia est in versicul. sortiri. in l. si quæ cautiones. ff. famil. erciscun. vide Imol. & Salicet. in dicta l. final. facit. §. optionis. Institut. de leg. facit. §. itaque. iuncta gl. in ver. partes. Instit. de satisd. tut.

† Et plura not. Catel. versicul. sortis diiudicatio. Et quid sit dirimendum sorte, vide l. sed cùm ambo. ff. de iudic. l. fin. C. communia de legat. Felyn. in capitul. capitulum. nu. 11. de rescrip. vbi materiam examinat. MASVER.

l. prima. in verbo prohibebit, circa fin. C. vti posside. quam ad
hoc reputant singul. Imol. & domin. Alexand. hic. Eam etiam
not. Nicol. de Neapol. Raphael Cuman. & Paul. de Castro hic,
idem tenet Bartol. in l. si duo. circa fin. princip. ff. vti possidet.
Cyn. & Antiqui in dicta l. fin. in principio. C. communia de le-
gat. Bald. in capitul. licet causam. in 14. colum. de probationib.
Angel. notabiliter in l. sed cùm ambo. ff. de iudic. sed dom. An-
ton. de Butr. in capitul. fin. ad fin. de sortilegijs. tenet in hoc
contrarium, & miror, quod Scribentes non faciant de eo mē-
tionē, quòd siue sit dubium super facto, siue super iure, quòd
potest dirimi sorte. allegat de hoc gloss. in dict. capitul. licèt
causam. de probationib. in gloss. in verbo vti possidetis. circa
medium, in versicul. item si constat, quod dicit placere Host.
& ipse domin. Anton. refert in dict. capit. licèt causam, tamen
* Ioan. And. & *communiter alij* ibi tenent primam opinio. & me-
lius, pro qua bene facit text. in dict. l. fin. in princip. C. commu.
de leg. vbi non erat quæstio super facto, quia factum erat pla-
num, sed erat quæstio super iure, ideo dirimitur sorte, vt ibi est
18 text. item in ista materia sortium nota diligenter, † quòd In-
quisitores super hæresi deputati non possunt se intromittere
de diuinationibus, & sortilegijs non sapientibus hæresim ma-
nifestam. text. est not. dignus in capitul. accusatus. §. sanè. de hæ
retic. in sexto. & quando dicatur sapere hæresim manifestam,
multa vide per Oldrad. Lauden. in consilio 228. quem refert,
& sequitur Gemin. in dict. capitul. accusatus. §. final. in vltima
columna, vbi tenent, quòd sortilegia simplicia, & magiæ, quæ
fiunt ad prouocandum amorem mulierum, & inuocatio de-
monum ad tentandum pudicitiam mulierum, & similia, li-
cèt sint illicita, & ab eis sit abstinendum, non tamen sapiunt
hæresim manifestam, & sunt magis superstitiosa, quàm hæ-
retica, vt ibi post Augustinum libro decimo de ciuitate Dei,
& S. Thomam ibi per eum allegatum, & vide text. 26. quæst. 2.
in cap. illud.

*SVMMARIVM.*

1 *Res mea, in qua mihi deficit aliquod ius, potest mihi legari.*
*Res mea, quæ potest à me auocari, potest mihi legari.*
2 *Hæres grauatus in vltima voluntate pro aliquo fideiubere, si soluit, non repetit.*
3 *Obligatus ex contractu pro me fideiubere, si soluit, repetit à me solutum.*
4 *Extraneus si mihi legat rem meam alteri tertio pignoratam, censetur grauare hæredem, vt illud pignus liberet soluendo debitum principale. & vide num. 16.*
*Testator si mihi legat rem alienam alteri pignoratam, an hæres teneatur rem redimere à domino, & etiam eam liberare à tertio, cui erat pignorata.*
5 *Hæres tenetur facere rem legatarij, & tenetur de euictione.*
6 *Testatorem voluisse grauare hæredem duplici onere, quòd non sit verisimile.*
7 *Testator si legat rem suam, quam putabat alienam alteri pignoratam, hæres non tenetur eam redimere, nisi legatum esset factum coniunctæ personæ, & intellige, vt num. 18.*
8 *Voluntas testatoris in legatis seruanda est.*
9 *Creditor, quando legat debitori rem obligatam, videtur solùm legare liberationem, & vide num. 16.*
10 *Legatum factum mihi de re mea à testatore ignorante eam esse pignori obligatam, non valet.*
11 *Actus agentium non operantur vltra voluntatem eorum.*
12 *Si testator legat mihi rem meam, quæ non erat actualiter pignori tradita, sed sola conuentione obligata, legatum non tenet, & an hæres teneatur redimere.*
13 *Creditor, qui habet rem meam pignoratam, si eam mihi legat, hæres non tenetur luere, & quid contineat legatum, num. 16. & 17.*
14 *In casu huius legis agitur actione ex testamento, non ad illud, quod legatum est, sed ad factum.*
15 *Libellus procedit, in quo ago vt luas, vel vt vendas, vel vt emas.*
19 *Testator, qui legauit chirographum, in quo debitum continetur, intelligitur ipsum debitum legasse, & non liberationem.*
20 *Remisso principali, sequitur remissio accessorij.*
21 *Legatum rei meæ mihi factum propter ius alteri debitum, quando valeat.*

## LEX LXXXVIII.

SI tibi homo. Si res mea alteri pigno-
rata mihi legetur ab alio
extraneo, tenetur eius hæres soluendo debitum pi-
gnus liberare. hoc dicit. & istud principium nō est
alibi in iure secundum Dy. Bal. Ang. & Imol. & alios hic, & po
terat esse duplex ratio dubitandi in isto text. ¶Prima, quia vi-
debatur, quod res propria ipsi domino legari non posset. l. proprias.
C. de leg. & l. cætera. in princip. s. eod. & ideo videbatur legatū
non valere, sed illud procedit, nisi res propria esset alteri obli-
1 gata, seu pignorata, & sic habes notare ex hoc tex. † quod res mea,
in qua deficit mihi aliquod ius, potest mihi legari, quia intel-
ligitur mihi legatum illud ius, quod mihi abest. Alius est casus,
in quo res mea potest mihi legari, quando non est mea irreuo-
cabiliter, quia potest à me auocari iure dominij. l. non quocū-
que. §. si ex bonis. vbi dixi. s. eod. & l. in bello. §. si quis seruum.
ff. de capti. & l. ex sextāte. §. Latinus. ff. de excep. rei iud. ¶Secū-
da principalis dubitatio potuit esse in hoc text. posito pro fir-
mo, quòd legatum valeat, vt dixi: nam dubitatur, in quo con-
sisteret substantia illius legati, videlicet, an tantum in hoc, vt
res pignorata ab obligatione pignoris liberaretur, quòd hæres
facere potuisset, submittēdo aliā rem in pignus, an verò hæres te-
neatur soluere debitum principale, determinatur legatum va-
lere, & hæredem teneri totum debitum soluere. ista est pro-
priè mens, & intentio huius text. Sed aduerte, quod hæres soluens
tale debitum, non poterit repetere à legatario illud, quod soluit
per actionem negotiorum gestorum, vel per actionem man-
2 dati, sicut † quando hæres est grauatus in vltima voluntate pro
aliquo fideiubere: nam si soluit, non potest solutum repetere,
vt est text. sing. in l. tribus. ff. de vsufruct. ear. rer. quæ vsu consu.
qui text. non reperitur alibi in iure, secundum Bal. qui dicit, quod
interrogauit quendam in priuato examine, qui respondit cō-
tra illum text. & eum reputat mirabilem idem Bald. in l. inde-
bitam. s. de cond. indebit. eum etiam reputat sing. Ang. in l. si
quis mandato. ff. de neg. gest. eum etiam no. Bal. in l. si pro ea. in 1.
col. ad fin. C. man. in l. vnica. §. ne autem. in 2. q. vbi limitat. C.
3 de cadu. tollen. & l. si fideiussor. in princip. s. eo. † Secus in eo,
qui tenetur ex contractu pro me fideiubere, quia si soluat, po-
test solutum à me repetere, quia in vltimis voluntatibus fit la-
tior interpretatio, quàm in contractibus. l. in testamentis. ff. de
regul. iur. & capit. cùm dilecti. de donat. in quo tamen dic, vt
subtiliter not. Bald. in l. sancimus. C. de verbor. signific. & sim-
4 pliciter tenet Paul. de Castr. hic. ¶Not. 1. ex text. † quòd quan-
do extraneus legat mihi rem meam alteri tertio pignoratam,
censetur grauare hæredem, vt illud pignus liberet soluendo
debitum principale. Amplia istum text. not. vt etiam proce-
dat, quando testator legat mihi rem alienam, puta Titij, quæ
erat pignorata Seio, nam hæres tenetur redimere talem rem à
domino, & etiam liberare à Seio habente pignus, & sic tene-
5 tur duplici onere. Ita innuit Bar. hic, † eo quia hæres tenetur fa-
cere rem accipiētis, & sic legatarij. l. huiusmodi. §. qui seruum.
in fi. s. eo. taliter, quod non possit ab eo euelli. l. si rem meam. ff. de
euict. Item tenetur de euictione. l. si domus. §. de euictione. s.
eod. & l. cùm alienam. C. de leg. & est magna ampliatio ad
istum tex. si est vera. Adde, quod cum Bar. tenet Raph. Cum. hic, &
in l. si res obligata. s. eod. & cum Bart. etiam simpliciter tenent
Pet. de Anch. & Io. de Imol. in c. filius. de test. sed ipsemet Io. de
Imol. hic intelligit esse verum, quando testator sciuit vtrunque.
s. rem alienam, & alteri obligatam, secus si tantum sciuisset eam es-
6 se alienam, cùm non sit † verisimile, voluisse grauare hæredē
duplici onere. s. redimendi à vero domino, & luendi à credi-
tore. l. Titia. §. qui inuita. j. tit. 1. sed Pau. de Castr. Angel. de Pe-
ril. & do. Alex. hic tenent indistinctè contra Bart. quia, vt est di-
ctum, non est verisimile, quod testator voluerit hæredem duplici
onere grauare, vnde si res valebat 10. & erat pignorata pro
quinque, non tenebitur hæres ad 10. prædicta nisi domino, &
Titius tenebitur liberare eum à pignore, & si Titius dominus
vellet decem pro re, & vellet, quòd adhuc hęres solueret quin
que pro pignore, non tenebitur hoc facere tanquam immodi-
co pretio velit vendere. l. non dubium. §. fin. & l. qui concubi-
nam. §. fin. infra de leg. tertio. vnde tantum tenebitur legatario
ad dandum decem, & sic ad iustum pretium rei, vt ibi, & l. si
domus. §. qui confitetur. supra eod. & non tenebitur aliter lue-
re, & hoc modo intelligendo non grauaretur hæres dupli-
ci onere. ¶Item quando hæres redimit rem à Titio domi-
no, tunc Titius tenetur liberare à vinculo pignoris, & liberam
tradere. l. ex prædijs, & ibi not. C. de euict. & l. creditor. §. præ-
dium. ff. de actionibus empti. & si traderet non liberatam, &
euinceretur à legatario, legatarius haberet regressum de eui-
ctione contra hæredem. l. si domus. §. de euictione. supra eo-
dem, & ipse hæres haberet regressum contra venditorem.
dicta l. ex predijs, & ita declara mentem Bartol. ¶Limita
nunc istum textum quatuor modis, & totum ordinatè ha-
7 bebis. Primò limita, vt procedat, † quando testator sciebat
rem esse alienam. Si autem putasset rem esse suam, & sic er-
rasset, non valeret legatum, nisi esset factum coniunctæ per-
sonę. l. cùm alienam. C. eod. s. de leg. Ita videtur limitare istum
text.

text. Bartol. in sua theorica ibi, & prędicta omnia intelligo. Istam limitationem sequuntur Raphael Cuman. & Paul. de Castr. & dom. Alexand. hic, & dicit dom. Alex. quòd cum Bar. in hoc transeunt alij, quia quando testator putauit rem esse suam, hęres non tenebitur creditori soluere debitum, & pignus liberare, quia testator verisimiliter noluit grauare hęredem tali onere redimendi in casu, in quo errauit credens esse suam. ¶Sed tu caue, quia si testator credat rem esse suam etiam legando eam coniunctæ personæ, adhuc non valeret legatum contra Bartol. & alios, quia videretur legasse respectu dominij, sed respectu dominij legatum non valebat, quia legatarius erat dominus. l. proprias. C. eod. ergo etiam valere non potest respectu luitionis pignoris, cùm illud veniret om-
8 nino præter propositum, † & voluntatem testatoris, quæ in legatis seruanda est. l. si tibi, & mihi. §. in legatis. supra eodem. & dicam statim in sequenti limitatione Bartol. & hoc si illa verba Bartol. nisi esset factum coniunctæ personę, referantur generaliter ad istum textum. ¶Item aduerte, quòd ista limitatio Bartol. potest referri ad istum text. scilicet ad l. 1. §. primo. ff. de
9 lib. leg. de qua opponit gl. secunda, † videlicet, quando creditor legat debitori rem obligatam, vt videatur solùm liberationem legare ab hypotheca, vt ibi, vt procedat, quando testator sciebat rem esse debitoris, secus si putabat rem esse suam, tunc nō valeret legatum, nisi legatarius esset coniuncta persona, & ita Bartol. intelligunt Imol. Paul. de Castr. domin. Alexand. & an tunc talis limitatio sit vera, dicam super gloss. secunda in se-
10 cunda limita. Secundò limita istum textum, † quando testator sciebat rem esse meam, tamen ignorabat eam esse pignori obligatam, tunc legatum non valet, nec iste text. procederet secundum Bartol. hic circa fin. quia debemus inspicere illud, quod testator cogitauit. l. quo loco. ff. de heredib. instituen. & l. in conditionibus primum locum. ff. de condi. & demonst. & l. seruo manumisso. ff. de condi. indebit. & istam limita. sequūtur Nic. de Neapol. Raphael. Cum. Paul. de Castr. & domin. Alexā. hic. testator ergo legando rem, quam sciebat esse meā, sed nesciebat alteri obligatam, voluit legatum derisorium facere, non enim voluit liberari pignus, quia istud ignorabat, vt l. si res obligata. supra eodem. Et debemus inspicere illud, qđ testator cogitauit secundum Bartol. non etiam voluit legare rem ratione dominij, cùm sciret eam esse meam, & sic non
* posse legari. ¶Sed aduerte, quia licèt omnes *ita transeant cum Bart.* tamen caue, quando testator sciebat rem legatam esse meam, licèt noluerit legare rem ratione dominij, quia non potuit, quia res erat mea, quæ mihi legari non potuit, tamen debemus capere præsumptionem, quòd legatum valeat in eo, quod potuit, per regul. l. si quando. in princ. ī. cod. & l. quoties. ī. de reb. dub. quia testator in dubio præsumitur voluisse facere legatum validum, & vtile. l. Titia cum testam. §. 1. & l. Meuius, in prin. ī. tit. 1. ergo vt legatum valeat, præsumimus, qđ testator voluerit pignus debere liberari, tamen cùm testator ignoraret obligationem pignoris, potius actus redditur nullus, quàm quod hæres teneatur ad illud, ꝙ testator ignorauit, secundum Bar. & alios, quod reputo bene notabile, & facit tri-
11 ta regula, † ꝙ actus agentium non debent operari vltra eorū voluntatem. l. non omnis. in prin. ff. si cer. pet. & l. obligationū
12 substantia. §. fi. ff. de actio. & oblig. ¶† Tertiò limitat istum tex. Raph. Cum. procedere, quando res erat actualiter pignori tradita, vt probat iste text. in verbo pignus, ꝙ dicitur à pugno, & sic realem traditionem importat. l. si rem alienam. §. propriè. ff. de pig. act. & §. item seruiana. Inst. de act. secus si non esset tradita, sed sola conuentione obligata, vt l. 1. ff. de pig. act. tunc nō procederet iste text. quia quando res est obligata alij per traditionem, tunc testator voluit eam mihi tradi, & sic necessariò voluit eam lui, & liberari, cùm aliter mihi tradi non posset, & hoc modo procedit iste text. sed quando legatarius habet dominium, & etiā rem penes se, tunc potest dici, quòd testator legauerit, vt liberaretur, ex quo rem habet penes se, & verba hoc important. Istam limitationem reprobant Ang. de Peril. & d. Alex. hic: nā s̄m Ange. de Peril. ista vr̄ extranea limitatio, q̄a ēt facta traditione, verba nō ꝯuenirent, vt teneatur hr̄s luere, & tñ tunc tenetur, vt hoc tex. Item s̄m d. Alex. testōr sciens rem esse obligatā, & legando eam, vr̄ voluisse facere legatum validum, & vtile, vt in iurib. in præcedenti limitatione allega-
13 tis. Quartò limita istum text. vt ꝓcedat, † qñ extraneus legaret mihi rem meam alteri pignoratā, secus esset, qñ creditor, qui rem meam habet pignoratam, eam mihi legaret. l. 1. §. 1. ī. de li-
14 ber. leg. & hic in glo. 2. vbi dicetur. ¶† Scđo principaliter not. ex isto text. in fi. ibi, vt pignus luatur, hic esse tex. no. quòd in casu huius. l. quis seruus meus sit mihi legatus, tñ ago actione ex testō ꝯ hęredem, non ad illud, quod mihi legatum est, sed ad aliud. s. ad factum, & sic res est in legato, & tñ agitur ad factū, & sic directò petam hæredem ꝯdemnari, vt pignus luat, quod Bart. hic in fi. reputat not. non ergo agam ad rem, nec petam, ꝙ hr̄s det mihi pecuniam pro luendo pignus, sed agam ad factum, vt hr̄s pignus luat, & sic legatarius debet esse cautus in
15 modo agēdi, † & sic valet libellus in quo ago, vt luas, sicut valet libellus, in quo peto, vt emas, vel vendas. l. & si æquo. vbi dixi, & l. si sic. §. fi. s̄. eo. Contra istud notabile, & istum tex. vr̄ stringere tex. in l. Meuius. in §. fundo. in 2. responso. ī. tit. 1. de quo gl. fin. opponit, sed ad aliud propositum, vbi si res legata est pignori obligata, potest ipsa res legata peti, vt sibi tradatur, & q̄a hoc fieri non potest, venit etiam luitio. Potes pro nunc rn̄dere ex mente Raph. Cum. ꝙ ideo hic non petitur res legata, eo quia erat ipsius legatarij, nec hoc respectu poterat ipsa legari, & sic cùm legatum non valeret circa rem principalem, quia erat sua, ideo legatarius petit solam luitionem, & sic egit ꝯ hęredem ad factum, vt res sua luatur, ita propriè loquitur iste text. sed in contrario legatum valebat circa rem principalem, quia erat aliena, & alteri obligata, ideo ibi legatarius potest petere rem principaliter legatam, & petendo rem consequitur luitionē. ¶ In gl. 2. in verbo dederas, habes līitationem ad istū text. vt procedat, qñ extraneus, qui non habebat rem pignoratam, legauit mihi rem meam alteri tertio pignoratam, tunc censetur grauare hęredem suum, vt illud pignus luat soluēdo
16 debitum principale, † secus quando creditor, qui habet rem meam pignoratam eam mihi simpliciter legaret, & tunc in dubio censetur mihi solùm legare liberationem pignoris, non autem remissionem debiti principalis, & sic hæres non tenebitur aliquid soluere, nec debitum personale remittere, sed solùm tradere rem liberatam à pignore. l. 1. ff. de lib. leg. Ratio diuersitatis est, quia qñ creditor legat debitori, pōt hr̄s remittere solùm ius pignoris remanēte substātia debiti principalis, ideo illud solùm vr̄ in dubio legasse, & sic sufficit liberare pignus remanente actione personali, quia testator in dubio præsumit̄ minus grauare hæredem, q̄ sit possibile. l. vnum ex familia. §. si rem. ī. tit. 2. sed qñ extraneus legat rem tertio pignoratam, non est verisimile, ꝙ ille tertius eam liberet, nisi mediante solutione, ergo testōr vr̄ grauasse hæredem, vt debitum soluat, & pignus luat. ¶Istam limitationē gl. & sic. l. 1. §. 1. ff. de lib. leg. Bar. limitat in doctrina sua trib. mod. & ita habebis ordinatam istā
17 materiam. Primò limitat Barto. qñ † res esset pignorata pro maiori quantitate, quàm valeret, secus qñ esset pignorata pro minori quantitate, vel pro tanto, quantum valet, nam qñ pignus esset pro tanto obligatum, ꝙ luitio non speraretur, tunc creditor legando talem rem, videtur legare liberationem debiti principalis, eo quia res pro tanto pignorata iuris interpretatione videtur esse ipsius creditoris, & sic tunc videtur legare rem propriam, vt est text. reputatus singularis. in l. qui habebat. in princip. ī. titul. 2. circa quem text. multa dixi. in l. manumissiones. ff. de iustit. & iur. & cum ista limitatione transeunt simpliciter Nicol. de Neapol. Saly. & Raphael. Cuman. hic. Petr. de Anchar. & Imol. in capit. filius. de testamen. sed contrarium tenet, & melius Ang. Imo. & Pau. de Cast. Ang. de Peril. & do. Alex. hic, eo q̄a istud legatū pōt multū operari in restōne talis rei pignoratæ absq; eo, ꝙ intelligatur remissum debitum principale, quia potest afferre vtilitatem in vsu rei pignoratæ: nam magnum est commodum, ꝙ res sua sit libera ab hypotheca, vt de ea possit liberè disponere, & ipse tñ sit personaliter obligatus, vt ēt in d. l. 1. §. ī. ff. de lib. leg. facit. l. Labeo. & l. post q̄. cum ibi notatis. ff. de pact. Nec obst. d. l. qui habebat, quia s̄m eos loquit̄ in casu diuerso, qñ legabat̄ nō ipsi debitori, sed alij extraneo, & sic ibi nō pōt videri legata liberatio pignoris. nā ibi testōr legauit alteri oīa quæcunque habebat in p̄rimonio, tunc ēt venit illa res obligata pro tanta q̄titate, q̄tum valebat, nam & illa censetur esse testōris, quia non ēst verisimile, ꝙ debitor eā luat, vt ibi est text. sing. nec ibi pōt dici, ꝙ videat̄ legata sola liberatio, q̄a hoc nihil proficeret legatario, cuius res non erat,
18 sicut qñ legatur debitori. ¶† Scđo limitat Bart. qñ testōr sciebat rem nō esse suā, sed esse sibi obligatam, tūc ꝓcedit. d. l. 1. §. 1. secus si testōr putasset rem esse suam, tunc legatū non valet in aliquo ꝑ errorem testatoris, vt nec importet liberationem pignoris, nisi esset factum coniunctæ personę, per d. l. cū alienā. C. de leg. Istam limitationem reprobant, & bene Imol. Pau. de Cast. Ang. de Peril. & do. Alex. hic, quia si testator habuit animum legandi extraneo dominium rei, in casu, in quo perfectè esset sua, multò fortius videtur legasse ius pignoris, quod in ea habuit, & sic liberationem ab hypotheca, presertim cùm hæres non grauetur alteri quid præstare, vt præstet legatario illud, quod alteri legatum est, vt l. vnum ex familia. §. si rem. in ratione sui. ī. titul. 2. & per hoc non obst. d. l. cùm alienam, quia ibi propter opin. testatoris hæres grauaretur redimere ab alio, quod secus est hic in casu isto, vbi nihil venit redimendum.

19 ¶† Tertò limitat Bart.in d.l.1.§.1. vt procedat, quando teſtator legauit rem ſibi obligatam, ſecus qñ teſtator legaſſet chirographum, in quo debitum continetur, tunc intelligitur ipſum debitum legaſſe.l.ſeruum filij.§.eum,qui chirographum.ſ. eo. Ratio diuerſitatis eſt duplex, vnam aſſignat text.in l.Labeo. ff. de pact. quia legatum chrirographi nihil operaretur, niſi debitum intelligeretur legatum,& ſic remiſſum, ſecus quãdo legatur res obligata, quia magnum eſt commodum, quòd res obligata liberetur à nexu hypothecę, quamuis debitum prin-
20 cipale duret.† Secunda, & melior ratio eſt, quia ad remiſſionem principalis ſequitur remiſſio acceſſorij, ſed non ècontra, vt l.1.§.1.ff.quib.mod.pig.vel hypo.ſolui. & l. ex pupillari.ſ.de vulg.& pup. vnde legando pignus, ꝙ eſt acceſſorium, non ſequitur remiſſio debiti, quia eſt principale. ¶Capio gloſſ.fina. in verbo luatur, quæ diuiditur in tres part. In prima aſſignat rationem text.ſecundum Rog. In ſecunda oppo.contra tex.& non ſoluit.In tertia colligit ex text.no. per quod remouet contrarium.l.proprias.C.de leg. de quo dixi. ſ. in princip.text. Secunda ibi,ſed argumentum contra.Tertia ibi,& no.hic, ꝙ valet legatum. ¶ In ſecunda parte dum opponit. de l. Meuius. §.penult. ĩ. titul. 1. vbi non valet legatum rei meæ propter ius ſeruitutis alteri debitum, & ſic quamuis illud ius mihi abſit, hic tamen valet legatum rei propriæ factum legatario propter ius pignoris, quod alius habebat. Reſponde ſecundum glo.ibi,quòd aut domino, cui legata eſt res propria, deficiebat tale ius, quo mediante poterat tota res auocari, vt eſt ius pignoris,& vſusfructus, quia per pignus fit,quominus dominus rem habeat,& tale ius intelligitur eſſe legatum, vt hic. Aut nõ poterat in totum ius auocari, vt in iure ſeruitutis realis, quia ſeruitus non facit, quin rem dominus habeat, & non videtur illud ius legatum, vt ibi, vbi plenius videas.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtator non præſumitur legatum duplicare quantum ad ſolutionem.*
2 *Res eadem ſi vni à pluribus hæredibus ſeparatim relinquitur, non tenentur ſinguli inſolidum, imò ſemel tantum debet legatarius ab omnibus habere, etiam ſi ab vno ex hæredibus fuiſſet ſpecialiter relictum in teſtamento,& ab alijs vniuerſaliter in codicillis,fallit,vt ibi, & num.6.*
3 *Voluntas teſtatoris, quando eſt clara interpretatio verborum,nuſquã tantum valet, vt melior ſenſu exiſtat.*
4 *Si vnus ex pluribus hæredibus in certa ſpecie ſimpliciter grauatur, ille tenetur inſolidum.*
5 *Vna ſolutio non poteſt parere ſolutionem,& repetitionem.*
7 *Hæres grauatus in vna re hæreditaria, in qua habet partem, intelligitur grauatus in illa parte, ſecus ſi res non erat hæreditaria, quia tunc in totum grauatus cenſetur, & quando videatur grauatus inſolidum,vide num. 9.*
8 *Verbum vendicare, ponitur hic pro verbo petere.*
9 *Actione perſonali quis teneri poteſt etiam pro re aliena.*
10 *Solutio æſtimationis rei legatę facta ab vno ex hæredibus, liberat omnes alios ipſo iure.*
11 *Negatiua poſtpoſita ſigno vniuerſali, facit æquipollere ſuo contrario.*
12 *Si vnus ex pluribus hæredibus ſpecialiter grauatus ſoluit ęſtimationem ipſius rei legatę, non repetit ab alijs cohæredibus.*
13 *Per generale legatum iniunctum omnibus hæredibus in codicillis non videtur receſſum à ſpeciali legato iniuncto vni ex heredibus in teſtamento.*
14 *Collectam ſi impoſuit Papa clericis vnius communitatis pro ſoluendo aliquo debito alicuius Eccleſię, & deinde generaliter toti prouincię, poteſt creditor vti ſpeciali impoſitione,& etiam generali.*
15 *Species non recipit multiplicationem, & bis pręſtari non poteſt.*
16 *Generi per ſpeciem quando derogetur.*
*Genus non derogat ſpeciei.*
17 *Per ſecundum legatum factum in diuerſa ſcriptura, quando videatur receſſum à primo.*

§. Si teſtamento. Iſtum.§.reputant difficilem,& meritò Bart. Angel.& Paul. de Caſtro, & erit multum ſubtilis, vt ex infra dicendis apparebit. Qui conſequutus eſt æſtimationẽ totius à grauato ſingulariter, nihil debet conſequi à grauatis vniuerſaliter.h.d.ſecundum Bart. & Sal. vel ſic, & notabilius. Perſona ſpecialiter grauata non intelligitur liberari per legatum poſteà ab omnibus hæredibus factum de eadem re: legatarius tamen vnica ſolutione debet eſſe contentus.h. d. ſingulariter, ſecundum Bald.Imol.& dom. Alex. vel ſic, & tertiò proprius ad literam. Legatarius,qui ab vno hærede ſpecialiter grauato æſtimationem rei legatæ habuit, non poteſt eandem rem ab omnibus hæredibus poſteà in codicillis grauatis petere.h.d. Ratio eſt,quia qui legat rem ab vno hærede,& poſteà ab omnibus,non intelligitur duplicaſſe legatum, ſed voluiſſe, ꝙ vnica præſtatio ſufficiat. ¶Dubium faciebat in iſto tex.quia ſi in teſtamẽtis diuerſorum idem Stichus eſſet vni legatus, ex quolibet deberetur mero iure, & ſi eſſet conſequutus æſtimationem ex teſtamento vnius, non prohiberetur agere ad rem ex teſtamento alterius, vt l. planè. §. ſi duorum. ſupra eod. ergo idem videbatur, quando idem Stichus fuit relictus vni ab hærede in teſtamento, & poſteà fuit eidem relictus ab omnibus hæredib. in codicil. Sed contrarium deciditur in hoc text. in
1 vno teſtatore, † qui non præſumitur voluiſſe duplicare legatum ſpeciei quantũ ad ſolutionem, vt hic,& l.Meuius. §. eum qui.ad fin.ĩ. titul. 1. licèt eam relinquat eidem à diuerſis hæredibus,& in diuerſis diſpoſitionibus. Idem,ſi eſſent diuerſi teſtatores,tamen haberentur pro vno.l.huiuſmodi.§.1.ſ.eod. ſecus ſi eſſent diuerſi teſtatores, & diuerſa teſtamenta, ex quo quilibet eorum voluit, quòd debeatur, & ſoluatur inſolidũ, vt d.in §.ſi duorum. ¶Not.primò ex iſto tex.ſecundum Bart.
2 tria.† Primò, quòd ſi eadem res relinquitur vni à pluribus hæredibus ſeparatim, non tenentur ſinguli inſolidum, imò ſemel tantum debet legatarius ab ombus habere, etiam ſi ab vno ex hæredibus fuiſſet ſpecialiter relictum in teſtamento,& ab alijs vniuerſaliter in codicillis, quia poſtquam ab vno tantum teſtatore legatum eſt, non præſumitur voluiſſe duplicare legatum, ſed quòd ſemel tantum ad eum pertineret, vt hic, & l. Meuius. §. eum qui.& ibi gloſſ. ĩ. titul. 1. fallit, quando teſtator expreſsè dixit,quòd quilibet hæredum teneretur inſolidum,& ſic expreſsè voluit ſolidum præſtari, ita loquitur text. in l. quid egro.§.primo.ſupra eodem.quicquid ad illum text.dicat gloſſ.1. hic, & malè, & ſine ratione, eo quia in claris, & certis non eſt opus coniecturis. l. continuus. §. cùm ita. ff. de vebor.
3 oblig.& l.pediculis.§.argento.ff.de auro,& argento leg. † Item
a quando voluntas teſtatoris eſt clara [a] interpretatio verborum nuſquam tantum valet, vt melior ſenſu exiſtat. l. tertia ad fin. C.de liber.præterit.¶Secundò not.ex iſto text. ſecundum Bar.
4 † quòd quando vnus ex pluribus hæredibus grauatur in certa ſpecie ſimpliciter, quòd tenetur inſolidum.iſtud probat Bart. per iſtum text. vbi ſi codicilli non fuiſſent facti, in quibus poſteà ab omnib. eadem res legata fuit, ille ſpecialiter grauatus teneretur inſolidum. Sed vltra Bart. iſte text. poteſt,& fortius, & ſubtiliter induci ex mente Raph.Cu.& Paul.de Caſt.quia ſi ille hæres ſimpliciter grauatus teneretur pro parte, & non inſolidum, certè ſoluendo æſtimationem, non liberaſſet cohæredes, vt dicit text. quia quicquid ſoluiſſet vltra ratam pro illis indebitum ſoluiſſet, & poſſet repetere pro parte illorum per conditionem indebiti.l.ſi teſtamento.§.1.ff.de fideiuſſor.& ſic
5 non liberaret cohæredes, † quia vna ſolutio non poteſt parere contrarios effectus.ſ.liberationem,& repetitionem. l. quæ hominem.§.fin.ff.de ſolut.& l.cùm is.§.1.ff.de cond.indeb.¶Cõtra iſtam inductionem ſic ſubtiliter factam de iſto text. arguit alibi Are.quòd non ſit bona,in l.planè.§.1.in vlt.colum.ſ. cod. quia ſi primus hæres videretur grauatus inſolidum, ergo licèt ſolueret æſtimationem rei legatæ, alij cohæredes non liberarentur à præſtatione illius rei pro rata eorum, ſicut quando duo hæredes ſunt grauati inſolidum, & vnus ſoluit totam
6 ęſtimationẽ.l.quid ergo.§.1.ſ.eo.† Sed ad hoc facile eſt reſpondere,quòd ille text.in d. l. quid ergo. §. 1. vt dixi in præcedenti notabili,loquitur quãdo fuit ſpecialiter à teſtatore expreſſum, quòd quilibet hæredum teneretur inſolidum,hic quando ſimpliciter,& ſic ſumus in dubio ſecundum Bart.& omnes hic,in 1. opp. & ſic inductio huius text. eſt bona. Contra iſtud ſecundum notabile, & ſic contra iſtum textum. fortiter obſtat text.in l.ſi fundum ſub conditione.§.ſi libertus.ſ.eod.vbi vnus ex pluribus hæredibus grauatus ſimpliciter in vna ſpecie, non tenetur inſolidum, ſed ſolùm pro hæreditaria portione, ergo
* contra iſtum text. *Communis ſolut. Antiquorum* eſt Dyn. Petr. & Rayn. hic. & Gul. de Cun. in l.ſeruus. ff. de pact. & ſequuntur Bar.Bald.Ang.Sal. Raph. Cum. Paul.de Caſtr.& Alexand. hic. Bart.& communiter Doct.in d.§.ſi libertus. & in d. l. Meuius. §.eum qui.Are.in l.planè.§.1.in vltim.colum. ſ. eod. quòd hic Stichus legatus nõ erat hæreditarius,ſed erat hæredis,vel tertij: nam ſi fuiſſet teſtatoris primus, hæres grauatus non teneretur
7 niſi pro parte ſua hæreditaria tantum, vt ibi. ¶† Ratio eſt, quia quando grauatur heres in re hęreditaria,in qua habet partem,

ADDITIO.

a ¶Clara. Voluntas teſtatoris ſequi debet per iudicantem, & ſi dubia eſt, ex coniecturis,præſumptionib. & indicijs eſt declaranda. l. hæredes palàm. §. ſi quid poſt.ff.de teſt.l.ſi ſeruus plurium.§.ſi.ff.de leg. 1. vide per Alexand. de Imol.in conſi.100.in 4.vol.ibi,ex conditione perſonæ,cui,&c.

partem, intelligitur in illa parte grauatus vt ibi. Sed qñ res nõ erat hærediteria, ſed hæredis, vel alterius tertij, ceſſat ratio prædicta, quia in ea non habet partem hæreditariam, ideo in totũ videtur eſſe grauatus. Sed ꝙ iſte text. loquatur in re non hæreditaria, oſtendit text. dum dicit, litis æſtimationẽ conſequutus fuerit, nam ſi fuiſſet res hæreditaria, debuiſſet conſequi rem de neceſſitate. Sed aduerte, licèt communiter omnes ita tranſeant, tamen contra iſtam communem ſol. quatuor multum vrgent. Primò, quia dicere, quòd hic Stichus non fuit hæreditarius, ſed hæredis, vel alterius, eſt manifeſta diuinatio, & profecto Iuriſcon. fuiſſet diminutus dimittere illud, in quo conſiſtit ſubſtantia huius text. Secundò oporteret & aliud ſecundum diuinare. ſ. quòd in iſto text. teſtator ſciret rem eſſe hæredis, vel alterius, aliàs legatum non valeret, niſi fuiſſet factum coniunctæ perſonę. l. cùm alienam. C. eod. Tertiò & fortius obſt. iſte text. in verbo vendicari, nam ſi non fuiſſet teſtatoris, nullum fuiſſet dubium, quòd vendicare non potuiſſet, etiam nulla facta ſolutione æſtimationis, & tamen tex. vult, quòd ſi non fuiſſet conſequutus æſtimationem, potuiſſet vendicare, ergo non erat hæredis, & multo minus alienus, ex quo non tranſiuiſſet dominium in legatarium. l. ſi hæredis ſeruus. ſ̃. eod. Item text. in l. Meuius. §. eum qui. j̃. tit. 1. vbi ponitur idem caſus, loquitur expreſsè de dominio, ergo erat teſtatoris. ¶ Sed ad iſtum text. reſpondet Raph. Cum. Pau. de Caſtr. & d. Alex.
8 † quòd verbum vẽdicare, in hoc tex. de neceſſitate ſtat impropriè, & largè pro verbo petere, cùm ſ̃. dixerit, litis æſtimationẽ ſoluerit, vt prędixi, & ita etiam exponit iſtũ tex. Raph. Cum. in d. §. ſi libertus. & Aret. in l. planè. §. 1. in vlt. colum. ſ̃. eo. ſed iſta expoſitio deſtruit iſtum text. Item confunditur per text. ſimilem huic in d. l. Meuius. §. eũ qui. in verbo dominium, in quo non poteſt iſta expoſitio cadere, & ſic vides per quas amaritudines tranſit iſta communis ſol. Doctorũ. ¶ Quartò obſt. tex. in §. ſi fundus. j̃. ead. l. vbi quando legatur fundus vnius hr̃dis non propterea tenetur inſolidum, ſed pro hæreditaria portione. Sed reſponde, quòd ibi loquitur, quando fundus vnius ex hæredib. fuit ſemel relictus ab omnibus hæredibus, tũc ille hr̃s cuius eſt fundus, nõ tenebit̃ niſi pro parte ſua, & cæteri in reliquas partes, vt ibi, hic autem, quando pluries à diuerſis hæredib. fuit legatus, & ſic ab alio hærede, cuius erat ſpecialiter, deinde ab omnibus generaliter, & virtute ſpecialis grauaminis tenetur inſolidum. ¶ Secunda principalis ſol. eſt Iacob. de Are. quòd ibi loquitur quantum ad agendum rei vendicatione, & ſic actione reali, in qua legatarius non poteſt vendicare niſi partem hæredis grauati, non autem pro partibus aliorum, à quib. noluit teſtator auferre dominium, cùm eos non grauauerit, ſed iſta lex loquitur, quando teſtator grauauit vnum ex hæredib. ſimpliciter in ſpecie hæreditaria, quo caſu videtur grauari reſpectu totius, ideo actione perſonali ex teſtamento poteſt ad totum conueniri, etiam pro partib. aliorum, vt eas redimat, argum. l. cùm quæſtio. §. ſi plures. ff. de fideicommiſ.
9 liber. † quia etiam pro re aliena poteſt quis teneri actione perſonali, & ſecundum iſtam ſol. text. planè procederet in ſeruo hæreditario, & ſic in ſeruo teſtatoris, & verbum vendicare, ſtaret propriè. Iſtam ſolu. Iac. de Are. ſequuntur Imol. do. Pet. de Bexu. d. Iac. Puteus hic, & Cyn. in l. vnica. §. ſed vt manifeſtetur. ad fi. C. de cad. tol. ſed aſſumptum iſtius ſol. non videtur eſſe verum, quòd teſtator ſimpliciter grauando vnum ex hæredib. in certa re hæreditaria, videatur inſolidum grauare, vt etiam teneatur redimere partes cohæredum, iſtud non eſt verum, imò legatum reſtringitur ſolùm ad partem hæreditariam ipſius grauati, per text. in d. l. cùm quæſtio. §. ſi plures, quem pro ſe allegat Imol. ſed facit in contrarium, quia ibi eſt ſpeciale fauore libertatis. §. pen. Inſti. de dona. ergo contrarium in alijs eſt ius commune. Item ibi vnus hæredum fuit grauatus ad quid indiuiduum. ſ. ad libertatem. ¶ In tanta difficultate conſiderabam, quòd iſti duo text. poſſunt aliter, & planè concordari, nã ſi bene aduertatur, ſunt diuerſi, & non aduerſi, & ponunt caſus diuerſos: nam in dict. §. ſi libertus. teſtator inſtituerat hæredem patronum in ſeptem vncijs, & quoſdam alios in cæteris, & ſic in quincunce, deinde grauauit ſimul in vna diſpoſitione, & in vna clauſula omnes hæredes per iſta verba, quiſquis mihi ex ſupraſcriptis cum patrono hæres erit, ſeruos illos Titio do, lego. Ibi non poteſt capi coniectura, quòd aliquis eorum fuerit grauatus inſolidum, nec magis vnus quàm alius, ideo ex quo oı̄bus fuit ſimpliciter onus iniunctũ, intelligitur pro portionibus hęreditarijs, & ſic ibi non fuit grauatus vnus hæredũ ſpecialiter in certa ſpecie, ſicut hic, nam in iſto text. & in d. l. Męuius. §. eum qui. vbi eſt idem caſus, grauamen fuit iniunctum in diuerſis diſpoſitionibus. nam in teſtamento Stichus, qui fuit ſpecialiter legatus ab vno hærede, intelligitur inſolidum duplici conſideratione. prima, quia poſteà hoc in codic. mutauit, & voluit omnibus hæredibus pariter deberi: ſecunda, quia vterque text. dicit, quòd antequam codicilli aperirentur, hæres primò grauatus ſoluit totam æſtimationem Stichi, quam certè non ſoluiſſet, ſi nõ fuiſſet grauatus in totum, quia nemo præſumitur iactare ſuum. l. cùm de indebito. in princ. ff. de prob. ideo tex. hic decidit, quòd ex codicillis ipſo iure nihil vendicare poterit, quando teſtator eum ſemel ad legatum venire voluit propter mutationem, & declarationem, quam in codicillis fecit. Et ſi diceres, quòd iſte intellectus confunditur per ea, quæ ſupra proximè dixi contra intellectum Iac. de Are. vbi dixi, quòd teſtator grauando ſimpliciter vnum ex hęredibus in certa re hęreditaria, non videtur grauare inſolidum, arguendo à ſpeciali per d. l. cùm quaſi. §. ſi plures. Reſpondeo, & dico, quòd illud procedit, quando eſt vna diſpoſitio teſtatoris. hic ſunt duæ. ſ. teſtamentum, & codicilli. Et ſi iterum diceres, ꝙ d. Alex. j̃. videtur impugnare iſtam differentiam, an in eadem ſcriptura, an in diuerſa, & ſic an in eadem voluntate, an in alia, quia dico d. Alex. malè dicere, vt j̃. in fin. dicam. & Bald.
* Imol. *& communiter alij* iſtam differentiam tenent, & licèt in d. §. ſi libertus. teſtator reliquerit ſpecialiter ſeruos ab alijs hæredib. excepto patrono, & ſic ibi alij hæredes ſpecialiter grauati deberent teneri inſolidum ad illos ſeruos legatos, & tamen text. ibi decidit, quòd tenentur ſolùm pro pertionibus hæreditarijs, dic, quòd ibi eſt diuerſus caſus, quia ibi non concurrunt ea, quæ hic, quia hic fuit grauatus ſpecialiter vnus hæredum in vna certa ſpecie, ibi non, licèt ibi alij fuerint indefinitè grauati ſub illa clauſula, quiſquis mihi alius ex ſupradictis. Item hic mutauit in codicillis, & voluit ab omnibus hæredibus pariter deberi, & ſic declarauit, quòd primus ſpecialiter grauatus in teſtamento tenebatur inſolidum, quod non eſt ibi. Tertiò antequam aperirentur codicilli, hæres primò grauatus in teſtamento ſoluit totam æſtimationem Stichi, erat ergo grauatus in totum, vt ſ̃. dixi, ſed iſta omnia ceſſant, vt ibi dixi, ergo
10 relinquitur, quòd ſunt caſus diuerſi, & non aduerſi. ¶ † Tertiò principaliter not. ex iſto text. ſecundum Bar. quòd ſolutio ęſtimationis rei legatę facta ab vno ex hæredibus, omnes alios hęredes ipſo iure liberat. contra iſtud videtur obſtare tex. in l. Męuius. § eum qui. j̃. tit. 1. de quo gl. fi. opp. & ſe remittit ad ibi notata, vbi ponitur idem caſus, qui hic, quando ab vno ex hæredib. grauato legatarius æſtimationem rei legatæ obtinuit, & poſteà codicilli ſunt aperti, in quibus ab omnibus hæredib. eadem res fuit relicta, ſed licèt ſit idem caſus, tamen in determinatione videtur diſcordare, & ſic eſt idem caſus, ſed diuerſa deciſio, nam iſte text. vult, quòd per ſolutionem æſtimationis factã ab vno hęrede ſpecialiter grauato, alij omnes ipſo iure liberentur, ibi autem videtur velle contrarium, quòd licèt vnus ſoluerit totam æſtimationem, tamen res poſſit vendicari pro partibus aliorum, non eius, qui ſoluit, nam dicit ibi tex. ab omnibus hr̃dibus dominiũ non quærere, ergo innuit, quòd ab aliquibus poterit, licèt non ab omnibus, quia non licèt ab illo, qui ſoluerit æſtimationem. Bart. pro ſolutione dicit, quòd ille text. poteſt dupliciter intelligi, vt hic per eum, tamen vt dixi in præcedenti notabili, dicere, quòd in iſto text. res non erat hæreditaria, res tranſit ſine diſcrimine. Similiter ſi ibi fuiſſet hæredis, ineptè diceretur ab omnibus hæredibus dominium non quærere. Illud de dominio non poſſet ſtare, ſed ſi intelligis illum tex. in ſpecie hæreditaria legata, non continet diuinationem, & tunc reſponſio ad illum text. in vno verbo erit, dum text. ibi dicit, ab omnibus dominiũ non quærere, intelligitur
11 ideſt à nullis, † quia negatiua poſt poſita ſigno vniuerſali, facit æquipollere ſuo contrario. l. legitimos. §. an ergo, & ibi glo. & Bart. ff. de legi. tut. & l. nec quicquam. §. vbi decreto. ff. de offic. proconſ. & leg. & ſic cùm ibi primus grauatus ſoluerit totam æſtimationem, dominium rei legatæ ab omnibus non quæreretur, ideſt à nullis, & hoc modo concordat cum iſto text. reiectis his, quæ dicit Bartol. Vel potes dicere, ſecundum Pau. de Caſt. quòd verbum ab omnibus, determinet verbum relictæ, non autem verbum quærere, & erit ſenſus, quòd vna res, quæ fuit in teſtõ ab vno hæredum legata, poſteà in codicillis fuit ab omnibus hæredibus relicta, ſi legatarius recipit æſtimationem à primò hærede grauato, non poteſt ab alijs dominiũ quærere, quia teſtator videtur ſæpius loqui, & non ſæpius legare, vt ibi ſæpius dicitur in litera. ¶ Succeſſiuè quærit Barto.
12 † an in caſu huius. §. hæres ſpecialter grauatus, qui ſoluit totam æſtimationem, habeat regreſſum contra alios cohæredes, & tenet, quòd ſic, ex quo etiam alij fuerunt grauati, imò plus ſecundum eum eo caſu quo teneretur ſolus inſolidum, debet partes à cohæredibus redimere. l. cùm quaſi. §. cùm plures. ff. de fideicom. liber. ¶ Tene contrarium, ex quo prius erat inſolidum obligatus, & ex cauſa lucratiua. Similiter etiam erant grauati alij cohæredes in codicil. etiã ex cauſa lucratiua

gratiua. Ideo ſoluens non debet poſſe repetere, per text. in l. in lege falcidia hoc obſeruandum. ff. ad l. falcid. not. Bartol. in l. reos. in tertia quæſtio. ff. de duobus reis, & ita tenent Raphael Cuman. & domin. Alexan. hic ad fin. Paul. de Caſtro, & domin. Alexan. in l. ſi ex toto. §. primo. ſupra eodem. Nec obſt. dict. l. cùm quaſi. §. ſi plures, quia loquitur quando ab vno ex hæredibus fuit relictum quid indiuiduum ſcilicet libertas. ¶ Quartò principaliter vltra Bartol. not. ex iſto
33 text. ſecundum intellectum ſingularem Bald. † quòd per generale legatum iniunctum omnibus hæredibus in codicillis non videtur receſſum à ſpeciali legato iniuncto vni ex hæredibus in teſtamento, & ſic iſto caſu generalis diſpoſitio non derogat ſpeciali, eo q͂a fuit poſterior & in diuerſa diſpoſitio-
34 tione, ex quo infert not. Bald. † quòd ſi pro ſoluendo aliquo debito cuiuſdam Eccleſiæ, Papa impoſuit collectam clericis cuiuſdam cõmunitatis, deinde generaliter toti prouinciæ, quòd eſt in poteſtate creditoris vtrum ſpeciali, an generali impoſitione vtatur, & ſic facere gratiam cui velit, quia neutra derogat alteri, per iſtum textum, quod Bald. reputat eſſe bene notandum. Iſtud notabile vltra Bald. inducitur fortius per hunc text. ſecundum Imol. Raphael. Cuman. Paul. de Caſtro, & domin. Alexand. quia ſi per ſecundum legatum vniuerſale tolleretur primum legatum factum à primo hære. certè ſolutio facta à primo hærede eſſet facta indebitè, & ſoluens repeteret, ergo alij cohæredes non eſſent liberati, quod eſt contra iſtum text. cẽſentur ergo iſti tanquam duo rei debendi, ſcilicet ille vnus ſpecialiter grauatus, qui tenetur inſolidum, & alij omnes cohæredes, qui loco alterius habentur, & omnes ſimul inſolidum tenentur, ſed inter ſe pro hæreditarijs portionibus, & perinde eſt ac ſi teſtator alternatiuè grauaſſet illum vnum ex hæredibus, aut alios omnes, quia cenſetur multiplicare obligationem, ſed non exactionem, quia
35 fuit legata ſpecies, quæ non recipit multiplicationem, † cùm bis eadem ſpecies non poſſit eidem pręſtari. l. planè. §. 1. ſupra eodem. & l. Lucius. §. impuberem. infra titul. 1. & ſic in effectu voluit teſtator ſemel tantum legatum peruenire ad legatarium, vt dicit iſte text. in fin. & in dict. l. Meuius. §. eum qui, infra titul. 1. vnde vno ſoluente totum alij liberantur, ergo cenſentur vt duo rei debendi, quia contra quemlibet agi poteſt inſolidum, & vno ſoluente totum, alij duo liberantur, vt l. ſi ex toto. §. 1. ſupra eodem. & l. 2. & 3. ff. de duobus reis, & in hoc conſiſtit ſubſtantia, & conſideratio intellectus iſtius. §. & ita etiam tenent Imol. Paul. de Caſtro, & domin. Alexan. &
16 domin. Iacob. Puteus hic. † Nec prædictis obſt. regula, ge-
a neri per ſpeciem [a] derogatur, vt in regula generi. de regul. iur. in ſexto. & l. vxorem. §. fœliciſſimo. ff. de legat. 3. & in capitul. ſecundo. de offic. leg. & capitul. quamuis tibi. de preben. in 6. quia ad hoc not. reſpondeo altero de quatuor modis. ¶ Primò dico, quòd hic præceſſit grauamen ſpeciale ab vno hærede, & poſteà generale ab omnibus, vnde nunquam reperitur in mundo, q̃ ſpeciei derogeṫ per genus, ſed beneècontra, ita ad literam dicit text. in capitul. dudum. circa mediũ. de præbend. in 6. & Bartol. non recordatus de illo text. in not. q. in l. ſed & poſteriores. ff. de legi. poſt Dyn. in d. reg. generi. & in l. talis ſcriptura. ſupra eo. Secundò poteſt dici, q̃ hic vtraque fuerit ſpecialis, licèt vna directa ad vnum hæredem, alia ad omnes. nam hic in vtraque diſpoſitione fuit relicta eadem ſpecies, & eidem, & ſic vtraque fuit diſpoſitio ſpecialis. l. ſi ex toto. §. 1. cum ibi notatis. ſupra eodem. ¶ Tertio, quia hæres primo grauatus in ſpecie, continetur in generali grauamine poſteà facto omnibus hæredibus. l. ab omnibus. §. ſi Titio. infra eodem. & firmant in ſpecie ad iſtum text. Raphael. Cuman. & Paul. de Caſtro hic, non obſt. regula. l. doli clauſula. ff. de verb. oblig. ergo hic non cadit regula, quòd ſpecies derogat generi. ¶ Quartò dicta regula procedit in rebus, non autem in perſonis grauatis, per iſtum text. dict. l. Meuius. §. cum qui. ſecundum Imol. & Paul. de Caſtro hic, & vide de iſta materia omnino plenè Bartol. in l. quæſitum. §. ſi quis fundum. ff. de fund. inſtru. & in l. ſi pluribus. §. 1. & in l. Meuius. §. eum qui. infra. titul. 1. ¶ Nec obſt. text. no. in l. legatorum. §. qui plures. ĩ. tit. 1. q͂a licèt ibi ſcripſerit codicil. ad oẽs hr̃des, non tñ ibi dr̃, q̃ oẽs hr̃des grauauerit, vt ibi no. ¶ Vltimò, vt nihil omittatur, do. Alex. in vno reprehendit Bal. & Imo. dũ vult, quòd ideo in iſto
17 † tex. non videtur per ſecundum legatum receſſum à primo, eo quia ſ͂m fuit factum. in alia diuerſa ſcriptura, & hoc non putat d. Alex. verum, nec ratione probari, & dicit, quòd Dy. & Bartol. in d. l. ſi pluribus. §. 1. ĩ. titul. 1. & in d. l. quæſitum. §. qui fundum. ff. de fund. inſtru. non admittunt hanc diſtinctionem, an in eadem ſcriptura, vel in diuerſis. Tu dic, quòd imò iſtam differentiam facit expreſsè Barto. in l. libertis quos. in princip. ff. de ali. legat. poſt Dyn. in dict. regula generi per ſpeciem. & in d. l. doli clauſula. & Bal. Imo. *& communiter alij* hic, ita etiam tenent, & ita habes bene, & vtiliter expeditum iſtum. §.

ADDITIO.

a ¶ Generi per ſpeciem. Adde l. ſeruis vrbanis, in §. final. ff. de legat. 3. & eſt bona gloſſ. in l. quæſitum. §. penultim. ff. de fund. inſtru. in gloſſ. magna. Adde etiam tex. in §. fi. eiuſdem legis quæſitum, probatur in l. ſanctio legum. ff. de pen. qui text. ſemper allegatur.

*SVMMARIVM.*

1 *Legatum ſi fuit agnitum, cenſetur fuiſſe legatarij à die aditæ hæreditatis. & idem ſeruatur in acceſſorijs rei legatæ.*
2 *Seruus non habet ſtatum.*
3 *Dominium rei legatæ à die aditæ hæreditatis tranſit in legatarium verè, fictè à die mortis teſtatoris, & irreuocabiliter à die acceptationis.*
4 *Verbum intelligitur, denotat fictionem, & nu. 5. vbi quòd in his, quæ ſunt iuris, ſonat veritatem, ſecus in his, quæ ſunt facti.*
6 *Dominium rei legatæ quæritur fictè à die mortis teſtatoris, intellige, dummodo poſteà ſequatur aditio hæreditatis.*
7 *Fictio tranſlatiua de tempore ad tẽpus debet habere extrema habilia, ſcilicet à quo, & ad quod.*
8 *Dominium rei legatæ verè tranſit in legatarium à die mortis teſtatoris in caſibus, in quibus aditio non requiritur.*
9 *Dominium rei legatæ ſub conditione quando tranſeat in legatarium.*
10 *Conditio in legatis non trahitur retrò, ſicut trahitur in inſtitutione, & contractibus.*
11 *Puri, & purificati idem eſt iudicium.*
12 *Acquiſita poſt aditam hæreditatem, & poſt acceptationem legati per rem legatam, ſeu propter rem legatam, acquiruntur legatario, & verè ſunt legatarij.*
13 *Legatum factum de re cum commodis ſuis, comprehendit acquiſita per rem, vel propter rem ante mortem teſtatoris.*
14 *Vſurę debitæ occaſione ſortis legatæ ante mortem teſtatoris, debentur legatario.*
15 *Legatũ factum de pecunijs exiſtentibus ſuper monte Florentiæ, comprehendit reditus dictarũ pecuniarum, ſeu pagas, quæ cucurrerunt viuo teſtatore, & nu. 16.*
17 *Reſidui appellatione totum continetur.*
18 *Acquiſita per ſeruum legatum efficiuntur hæredis incommutabiliter, niſi hæres moram fecerit in adeundo.*
19 *Acquiſita per rem alienam legatam non debentur legatario, nec fructus ex tali re, niſi à tempore moræ hæredis.*

1 §. Cùm ſeruus. † Legatum cenſetur fuiſſe legatarij à die aditæ hæreditatis, ſi fuit agnitum, ſed repudiatum nunquam eius fuiſſe cenſetur, & idem in acceſſorijs rei legatæ ſeruatur. ¶ In text. ibi, cùm ſeruus, intellige ſcilicet teſtatoris, & quòd fuerit purè, & ſimpliciter legatus, non ſub conditione, nec alternatiuè, quia tunc non tranſiret dominium recta via à morte teſtatoris, vel ab adita hæreditate, vt declarat plenè Bartol. in l. 1. in vlt. colum. vbi dixi. ſupra eodem. ¶ In text. ibi, ſerui ſtatus, intellige, ſcilcet dominium. & Iuriſconſul. impropriè loquitur
2 ſecundum Angel. & domin. Petr. de Bexu. † quia ſeruus non habet ſtatum, cùm habeatur pro mortuo quo ad ea, quę ſunt iuris ciui. l. quòd attinet. ff. de regul. iur. & idem dicunt Rapha. Cuman. & Paul. de Caſtro. Tu dic melius, quòd ideo bene exponitur ſtatus, ideſt dominium, quia de ſtatu ſerui hic non agitur, quia conſtat eum eſſe ſeruum, ſecundum Dyn. Saly. & Flor. In text. ibi, in ſuſpenſo eſt, intellige inſpecto futuro euentu, & quantum ad acquiſitionem irreuocabilem, quia poteſt legatarius repudiare legatum, ſed inſpecto præſenti ſtatu, & veritate non ſunt in ſuſpenſo, cùm adita hæreditate dominium ſerui ſit verè legatarij. l. cùm pater. §. ſurdo. infra titul. primo. licèt reuocabiliter, & idem quo ad quæſita per ſeruum eadem ratione: ſed ſi legatarius repudiat, cẽſentur non quęſita, & hac ratione dicuntur in ſuſpenſo & vide gloſſ. in l. cùm pater. in fin. ff. de nego. geſt. & ſic non obſt. l. final. in fin. ff. communia præd. quæ dicit, quòd vltimæ voluntates non poſſunt eſſe in ſuſpenſo, & hic in veritate non ſunt in ſuſpenſo, & dixi. in l. huiuſmodi. §. Stichum. ſupra eodem. ¶ Not. 1. ex text. ibi, ex die aditæ hæreditatis. illud, ad quod
3 ſemper allegatur, quòd † dominium rei legatæ à die aditæ hæditatis tranſit in legatariũ. ſ. verè fictè, autem à die mortis teſtatoris. vt l. à Titio. in fin. ff. de furt. & ita declarat hic gloſſ. 2. magiſtra. & gl. in l. ſi hęredis ſeruus. ſ. eo. irreuocabiliter aũt à die acceptationis legati, vt eſt gl. no. in l. ſi quis ita hęreditatẽ. ff. de condi.

condi. in ſti. & primum,quod notaui ex hoc tex.latè diſputat
* do. Alex. hic, arguendo ad vtranque partem, & dicit *iſtam eſſe*
a *communem opin.* a & vltra d.Alex.adde duos tex.no.in l.legatum
ita.ff.de l. 2.qui dicit,quòd recta via dominium ad legatarium
tranſit,non per factum hæredis.& text. in l.ſed & ſi damnum.
§.ſed & ſi creditor.ff.de pec.vbi text.dicit, quòd hæres in lega
to puro nullo momento diminium habuit,pondera illud ver
bum,nullo momento.Sed aduerte,licèt iſte text.vt predixi,ita
communiter allegetur,tamen poteſt fortiter retorqueri in op
poſitum,vt contrarium probet dupliciter inducendo. Primò
4 cùm text.dicat ex die aditæ hæreditatis eius intelligitur.† Nam
verbum intelligitur,denotat fictionem , vt l.qui à ſeruo.in fin.
& ibi gloſſ. ff.de actio & oblig.& l. vnica verſi. 1.cum trib. ſeq.
C.de rei vxo.act.vbi hoc pluries probatur. & §.ſed ſi in bello.
in verſi.per gloriam viuere intelliguntur , & ſic fictè. Inſti. de
de excu.tut.gloſſ.in l.hæres quandoque.ff.de acq hæred.& in c.
ex ſtudijs. de præſumpt. Bar. in l. ſi is qui pro emptore. in 12.
colum.vbi dixi.ff.de vſucap.& ſic probat iſte text.quòd etiam
poſt aditam hæreditatem dominium rei legatæ fictè non aũt
verè intelligitur eſſe legatarij . Secundò cùm iſte text. dicat ,
quòd omnia ſunt in ſuſpenſo, quia pendent ab euentu, an le-
gatarius agnoſcat legatum, vel repudiet,ergo reb.ſic in ſuſpen
ſo manentib. non poteſt dici trãſire dominiũ verè in legatariũ
à die aditæ hæreditatis,& ſic iſte tex. nõ videtur probare illud,
ad quòd quotidie allegatur.¶ Sed ad primum de verbo intel-
ligitur , potes dupliciter reſpondere. primo , & planius quàm
reſpondeãt Imo.Paul.de Caſtr.domin.Alexan.& domin.Petr.
de Bex.hic,ꝙ iſte tex.loquitur,quando legatarius acceptauit le
gatum,ibi,ſi non repulerit, & tunc text. bene ſubiungit ex die
aditæ hæreditatis eius inteligitur , & ſic per fictionem , quia
quando legatarius acceptauit legatum, fingitur eius eſſe irre-
uocabiliter à die aditæ hr̃ditatis,& ita loquit̃ iſte tex.nam verè
nõ dicitur irreuocabiliter habere niſi ſequuta acceptatione le
gati, & ea ſequuta fingitur vſque retrò ſuũ à die aditæ hæredi-
tatis. Secundò potes notabiliter reſpondere vltra Scribentes ,
5 † quòd verbum intelligitur, in his quæ iuris ſunt , vt,hic ſonat
veritatem, ſecus in his , quæ ſunt facti.ita notabiliter declarat
Bald. in c. bonæ memoriæ. in penultim. colum. de appel. Sed
caue,per tex.in d.l.qui ſeruo.in fi. cum gloſſ. ff.de act.& oblig.
cum alijs iurib. s̃. allega. quia videntur loqui in his , quæ iuris
ſunt,& tamen important fictionem.¶ Ad ſecundum dum in
text. dicit in ſuſpenſo. reſponde vt s̃. dixi , declarando text.
quòd attento præſenti ſtatu , & in veritate legatum non eſt in
ſuſpenſo,& cùm iſte tex. loquatur,quando legatarius accepta
uit legatum , & tunc ſubiungat. ſ. ex die aditæ hæreditatis eius
intelligitur, certè tunc acceptato legato non dicitur eſſe in ſu-
6 ſpenſo. ¶† Item quod dictum eſt dominium tranſire fictè à
morte teſtatoris. d. l. à Titio. in fi.ff. de furt. intellige ex mente
Petr.de Bellaper. & Bald.hic , dũmodo poſteà ſequatur aditio
hæreditatis , quæ tanquam vnum extremum dictæ fictionis
cauſat dictam fictionem, & eam efficacem reddit, quia diſpo-
ſita in teſtamento non poſſunt habere robur & effectum , niſi
ſequatur aditio hæreditatis.l.ſi nemo.ff.de teſt. tut.& l. filium.
§. ſed cùm exhæredatio. ff. de contratab. vnde cùm ad con-
firmationem legati requiratur aditio hæreditatis , antequam
legatum ſit confirmatum per talem aditionem hæreditatis ,
non poteſt fieri eius executio per translationem dominij , ſed
a aditam tranſmittit [a] ad quoſcunque,vt dixi.ſ.in 5 .not. tamen Raph.loquitur cum grano ſalis, eo caſu quo non tranſmitteret,& licèt non declaret, tu declara, quando filius renunciaret hæreditati paternæ, quia volebat prælegatum, vt dicit iſte text. in fin. vbi qui non agnouit hæreditatem, tunc non tranſmittit.l.filius,qui ſe paterna. ff. de acquir.hæred. & l. vnica. in ver.ſi tñ hæreditatem non recuſant.C. de his, qui ante aper.tabul. quia tranſmiſſio nunquam fit, quando hæreditas recuſatur, vel quando eſſet filius emancipatus, qui hæreditatem patris non aditam ex potentia ſuitatis non tranſmittit, dixi. ſ. in 5 not. ¶Capio glo. in verſ.petitionem, quam diuide in tres part.In prima declarat tex. & alleg. quatuor concordantes. In ſecunda oppo.& ſol.& eſt fortis,& difficilis oppoſitio,vt ĩ. patebit.In tertia etiam opp.& de ſol. ſe remittit. Secunda eſt ibi, ſed contra.ĩ.tit.1.Tertia,& vltima eſt ibi,item contra.ĩ. de excep. dol. ¶In ſecunda parte gl.ibi,nō extitit conditio eo viuo.
* Iſtam ſol. gl.tenent Barto.& *communiter Doct.* gl. & Doct. in l.ſi.
30 ſ.eo.& in d.l.miles.§.pro parte. ĩ. tit.2.† ꝙ hic ſolus pro parte inſtitutus repudiauit in vita hæreditatē patris, ideo ꝯſequitur totum prælegatum ab hęrede, ibi autem pro parte inſtitutus mortuus eſt antequam repudiaret hæreditatem, vnde hrs eius non poteſt ꝯſequi integrum prælegatum, vt ibi, eo quia prelegatum pro portione tangente ipſum inſtitutum habet tacitam ꝯditionem, ſi repudiauerit hæreditatem, quia à ſeipſo ſibiipſi pręlegari non potuit.l.legatum.§.hæredi. ĩ. eod. l. & quidem,& l.planè.§.ſi duobus.ſupra eodem.† vnde ſi decedat
31 non repudiata expreſsè hæreditate, certè in extremo mortis articulo deficit ꝯditio,quia tūc repudiare nō poteſt, ſicut nec adire,vt eſt glo. reputata.ſing. in l.final. ff. quando dies leg.ced. nimirum ſi illa portio pręlegati nō tranſmittitur ad heredem. Contra iſtam communem ſol. gloſſarum, & Doctor. fortiter facit, quia quando pro parte inſtitutus moritur ante aditam hrditatem, dr in vita conditionem extitiſſe, cùm in vita deſinat eſſe hrs, quia vltimo vitę ſpiritu adire non poteſt, per glo. ſing.in d.l.fi.ergo pręlegatū debet in totum deberi eius heredi. Huic difficultati rñdet Bar.in d.l.miles. §.ꝑ parte, ꝙ licet conditio ſi hrs non erit,de qua loquit.d.l.fi. dicatur impleri in vita in vltimo vitę ſpiritu, vt ibi eſt text. apertus in l. ab omnib.§. cùm quidam.in fi.ĩ. eo. tñ ꝯditio ſi heres repudiauerit, ꝗ Bart. dicit ineſſe pręlegato, non pōt impleri vltimo vitę ſpiritu, cū neceſſe ſit,ꝙ expreſsè repudiet.Sed aduerte, quia dicere,prout dicit Bar.ꝙ ꝯditio tacita, quę ineſt pręlegatis factis inſtituto ꝑ parte eſt illa,ſi repudiauerit, & non illa ſi heres non erit, neſcio vnde ſomniauerit Bar.Iſta eſt quędam diuinatio.Raph. Cu. ex alio reprehendit Bart. ꝙ imò ēt non ſubintelligatur illa tacita conditio,quam dicit Bar.ſi repudiauerit hęreditatem, quia legatum eſt de ſe omnino purum, & ſemper valet, dummodo legatarius nunquam adeat,ſi autem adiret, bene corrueret legatum pro parte ſua, quia eſt impoſſibile à ſeipſo ſibi legari, & propterea dicit Raph. ꝙ nunquam vidit aliquam bonam rñſionem ad d.l.miles.§.1. tñ rñdet, quòd ibi verbum portiones,importat totum,vt l.cohęredi.§.fi.ff.de vulg.& pup. & ſic dum text.dicit, ꝙ trāſmittit portiones,intelligitur totum pręlegatum,capiendo portionem pro ipſo toto, & hoc modo concordat cum iſto text. & dicit, quòd ita etiam intelligunt Iac.de Are.& Alber.de Roſ.in d.l.miles.§.pro parte,ſed iſta ſolutio impropriat illum text. vnde eſt reijcienda. Et ſic tenendo ſolut.Barto. & communem non obſtat impugnatio Raph. dum dicit, ꝙ iſtud legatum ſemper eſt purū, & non ineſt iſta tacita cōditio ſi repudiauerit hęreditatem, hoc nō eſt verum, patet, nam ſi poſteà inſtitutus repudiaret hæreditatem, legatum non valeret pro ea parte, pro qua erat inſtitutus, & pro qua à ſeipſo ſibijpſi legari non potuit,quia obſtaret reg. Cato. quę impediret ex poſt facto propter repudiationem reconualidari legatum pro illa parte inſtituti, pro qua ab ibinitio non valuit,vnde neceſſe eſt dicere ab initio ineſſe tacitam conditionem,ſi repudiauerit. nam pręlegatum factum inſtituto pro parte, valet in totum,ſi repudiat hęreditatem, ſi verò adeat, redditur nullum pro parte, pro qua eſt heres, medio autem tempore pendet ſub conditione tacita, ſi hęreditatem repudiauerit, ideo ceſſat regula Cato. quę non habet locum in legatis conditionalibus.l.cętera.in princip.ſupra eod. & l.pen. ff.
32 de regul.Caton.† & conditio tacita,quę impedit legati ceſſionem,& tanſmiſſionem, vt hic, facit ceſſare regulam Cato. ſm Bart.in l.1.in 2.colum.ff.de reg. Caton. in l. ſi domino Stichus. poſt gl.ibi.ĩ.eod.& in l.ſi optio.ff. de opt. leg. Bald. & Flor.in l.
33 ſeruum filij.in princip.per illum tex.ſ.eod.¶† In glo.ibi, ſol.vt ſ.dicit,ꝙ in d.l.fin.de excep.dol.pręlegatum habebat in ſe aliā conditionem, quàm iſtam tacitam ſi heres non erit, vel ſi repudiauerit, quia ibi filia erat inſtituta in parte ſub conditione, ſi cohęredes ab actione tutelę liberaſſet, & illa cōditio appoſita in inſtitutione intelligitur repetita in pręlegato, ideo ea deficiente deficit etiam legatum. ¶In ver.planè. l. quid ergo.gl. 1.& 2.ineptè figurant caſum, & dicit Bart. ꝙ neſciunt quid dicant.Item poſteà ſoluendo cōtrarium, ꝙ hic filius habet iſtud pręlegatum à lege, ideo non poteſt illud ſeparare ab hęreditate,ſed in l.qui filiab.§.fi.ſ. eo. habet pręlegatum à teſtatore, eſt expreſsè contra iſtum tex. dum dicit, ꝙ teſtator verbis legatorum bona inter filios diuiſit,ergo illa pręlegata habent à teſta-
34 tore.Item text.ſubdit voluntatis † ratione, ergo iſta pręlegata prohibentur ſeparari ab adita hereditate propter pręſumptā voluntatem teſtatoris,cùm talia legata ſint poſita loco portionum hęreditariarum,prout gloſſ.dixit in gloſſ.penult.& etiam glo.fin.declarando,vt plenius dixi ſupra in text.in vlt.not.

ADDITIO.

a ¶Aditam tranſmittit. Nunquid hæreditas paterna delata filio infanti tranſmittatur ex potentia ſuitatis cum facultate abſtinendi, vide per Alexand. in conſil. 115.in 3.vol. per totum.

SVM-

### SVMMARIVM.

1 *Verbum assignare, quot modis capiatur.*
2 *Pretium iustum rei immobilis probatur secundum æstimationem redituum, qui inde percipiuntur.*
*Practica probandi verum valorem rei.*
3 *Respectus ad fructus, & reditus rei potius habetur, quàm ad valorem, vt exactio fiat inquantum aliquis facere possit.*
4 *Domus pretiosæ sunt quodammodo steriles.*
5 *Pretium iustum fundi, vel domus est, quantum capiunt eius reditus in 20. annis, vel in 25.*
6 *Sola præsentia non indicat consensum.*
7 *Præsentia, & taciturnitas non præiudicat, vbi contradicendo actus non potest impediri ne fiat.*
8 *Consentiens alienationi rei suæ, sibi non præiudicat in pretio.*
9 *Fideicommissarius in casu huius. l. quando possit petere pretium ab hæredibus.*
10 *Mutuans pecuniam simpliciter non adiecto tempore, quo debet remanere penes debitorem, videtur quòd incontinenti possit repetere.*
11 *Qui diu pro alio stetit obligatus, potest agere vt liberetur.*
*Dictio diu, intelligitur arbitrio iudicis.*
12 *Quando quis tenetur ad quantitatem respectu rei, soluendo ipsam rem, liberatur.*
13 *Obligatus ad quantitatem respectu certè speciei, illa specie perempta liberatur etiam à quantitate.*
14 *Emens rem communem cum alio, intelligitur etiam partem suam emere.*
15 *Donare videtur ille, qui non opponit exceptionem, quam opponere potest.*
16 *Hæres si vendidit rem legatam de consensu legatarij, an legatarius habebit saltem pretium, vel sibi etiam in pretio prẹiudicauit.*
17 *Creditor si consensit debitori vt vendat pignus saluo iure suo, sibi non prẹiudicat.*
18 *Fideicomißarius consentiens alienationi de re sibi legata, quẹ fit ex necessitate, sibi non præiudicat.*
19 *Donandi animus non præsumitur, vbi potest capi alia leuis coniectura quàm donationis.*
20 *Causa limitata consensus præstiti in contractu, limitatũ debet producere effectum.*
21 *Donatio magis præsumenda est in consentiente, quando alienatio fit ex causa necessaria, quàm quando fit voluntariè.*
*Donatio præsumitur, quando quantitas datur indigenti, & est modica, vel eßet data coniunctæ personæ, ibi nu. 28.*
22 *Res si legatur, vt ex ea percipiatur annus reditus, res ipsa videtur legata, & annus reditus.*
23 *Legatarius, qui vltra legatum erat consequutus aliam liberalitatẽ à testatore, si consensit alienationi factæ per hæredem de re legata, videtur donare.*
24 *Ius patronatus libertorum transit etiam ad hæredes extraneos.*
25 *Prohibitio alienationis facta fauore personarum, si consentiunt alienationi, nihil operatur.*
26 *Testator relinquẽdo rem pluribus, & vetando alienari, eo ipso videtur fideicommissum vicissim relinquere, si contingat alterum eorum alienare.*
27 *Consentiens alienationi rei suæ, quam non possidebat, an videatur sibi prẹiudicare etiam quo ad pretium.*
29 *Fideicommissarias consentiens alienationi rei, quæ ad eum erat peruentura in casu, quo alienaretur, sibi præiudicati.*
30 *Si vendens rem alienam dicat, vendo rem istam Titij, videtur vendere nomine ipsius Titij, & Titius poterit ratum habere.*
31 *Consentiens alienationi rei suæ, regulariter quando sibi præiudicet.*
32 *Dominus si consentiat vasallo, vel emphyteutẹ alienanti feudum, vel fundum emphyteuticum, sibi in totum prẹiudicat.*
33 *Dominus sciens, & patiens vasallum feudum alienare, videtur consentire, nisi erraret.*
34 *Primogenitus, ad quem debet deuenire feudum, si consentit secundo genitum inuestiri, sibi præiudicat.*
35 *Consentiens alicui donanti rem suam, sibi in totum præiudicat.*
36 *Donatio præsumitnr ex coniunctione personarum, & sup. nu. 18.*
37 *Consentiens testatori leganti rem suam, an videatur donare. Et an possit consensum illum reuocare, nu. 45.*
38 *Filiusfamiliàs de consensu patris an possit legare rem patris pro anima.*
39 *Legatario, cui fuit per testatorem res Titij legata, ipso Titio consentiente an detur actio ex testamento contra Titium.*
40 *Testator sicut potest stipulàri hæredi, ita etiam potest stipulari legatario.*
41 *Hæres potest pro re Titij legata Seio, Titio consentiente agere contra Titium actione mandati, vel de dolo, vt det legatario rem legatam.*
42 *Legatum est quædam donatio.*
43 *Præsens, & tacens legato facto de re sua, sibi præiudicat.*
44 *Consentire non videtur, qui patitur aliquem testatri de rẽ sua.*
45 *Qui consentit expressè testatori legare rem suam, non potest consensum illum reuocare, nec per pœnitentiam actum impedire.*
*Quæ ab initio sunt volun. ex post facto reducuntur ad necessitatem.*
46 *Legatum factum de re, quam testator ignorabat alienam sciente, & consentiente domino valet, & datur actio hæredi contra consentientem.*
47 *Dominium rei extranei legatæ de expresso eius consensu, non transit ipso iure in legatarium.*
48 *Pretium in vniuersalibus succedit loco rei.*

### LEX XCIIII.

SI fundum per fideicommis. Legatarius consentiens alienationi rei à testatore sibi purè relictæ, præiudicat sibi in re, non in pretio, quod adhuc potest petere. Item hæres, qui est debitor quantitatis respectu rei alienatẹ, soluendo rem legatam liberatur à debito pretij. h. d. & est difficilis, secundum Bart. & secundum Raph. Cum. est text. multum sing. & Paul. de Cast. in 1. colum. in duobus locis reputat istum text. sing. & nõ esse alibi. ¶ Diuiditur in tres part. In prima ponitur thema, ex quo de duobus dubitatur. In secunda respondetur primæ dubitationi. In 3. respondetur alij dubitationi. Secunda ibi, placet. Tertia ibi, Marcelus not. & dum text. in illa tertia parte dicit, Marcellus notat, dic determinando, non autem reprehendendo, nec corrigendo, prout etiam effectualiter tenet glo. fin. hic. ¶ In text. ibi, propter æs alienum hæreditarium. intellige, quòd tamen non absorbebat patrimonium defuncti, imò hæreditas erat soluendo pro debitis, & pro legatis, aliàs fideicom. fuisset inutile. l. si vniuersæ. C. eo. & l. pater filium. ad fi. prin. ĩ. tit. 2. & vendebatur fundus legatus de consensu fideicommissarij, quia forsan in hẹreditate non erant aliẹ res, ex quibus ita facile posset redigi pecunia exoluẽda creditoribus vrgentibus. ¶ In
* text. ibi, præsente, & assignante. *communiter Docto.* exponunt assignante. i. consentiente, sed mihi non videtur congrua expo-
1 sitio, † quòd verbum assignare, [a] importet solùm consentire.
a vnde Angel. de Peril. exponit assignante. i. subscribente. Ista expositio procederet, si text. diceret subsignante, nam subsignare, idem est, quòd subscribere, vt inquit tex. in l. subsignatum. in princip. ff. de verbor. signific. sed cùm text. dicat assignante, ista etiam expositio non est bona, vnde ego intelligo assignante. i. tradente. l. qui officij. §. fi. cum gloss. ff. de contrahen. emp. vel etiam dante, seu transferente illum fundum in hæredem, cuius fundi primo erat ipso iure translatum dominium in ipsum fideicom. etiam ignorantem. l. à Titio. in fi. ff. de fur. l. cùm pr̃ fundo. ff. de leg. 2. & l. si partẽ. §. 1. ff. si ser. ven. nam sm diuersas materias diuersimodè capitur verbũ assigno: nã in tit. de assi. lib. assignare libertũ est testificari, cuius ex liberis libertũ patronus esse voluit, vt dicit tex. in l. assignare. ff. de verb. sig. facit. l. assignare. ff. de assi. lib. Itẽ assignare est ꝯferre, qñ alicui assignatur beneficium ecclesiasticum. c. proposuit. in prin. & in fi. in verb. assignetis. & ibi gloss. de conces. præbend. not. Gemi. in capitul. si beneficia, per illum text. de præbend. in 6. vbi notat quòd verbum assignare, denotat totalem beneficij ecclesiastici collationem, quòd dicit esse notandum pro executoribus Apostolicis, qui dicunt assigno tibi tale beneficiũ, quia idem importat, quod conferre. Item assignare est rem tradere ad custodiendum. l. 1. §. fi. & ibi gloss. ff. naut. caup. stabu. & capitul. cùm pater. §. pater pluribus ff. de legat. 2. vbi assignare claues, est tradere custodiam rerum, quæ sub illis clauibus clauduntur. Item assignare importat translationem dominij. l. si pluribus. in verbo assignatur. & ibi Aret. in 3. not. ad hoc not. s̃. eodem. & in l. si verberatum. §. pen. ff. de rei vendi. & l. Lucius. ff. de euic. & declarat not. Bartol. in l. si constantẹ. in princip. in secunda quæstio. 4. q. princip. ff. solut. mat. Bald. in capitul. constitutus, in secunda colum. de rescript. & dicit magistraliter Bald. in l. secunda, in secunda col. C. com. de legat. ꝙ per verbum assigno, interdum datur possessio, interdũ titulus, interdum quẹdã administratio. Nam si interuenit actus corporeus, assignare, ponitur pro tradere. l. si quid earum. §. final. & ibi per Iacob. de Are. infra titul. secundo Si autem assignatio verbalis fiat in testamento, importat legatum. l. quidam. in princip.

### ADDITIO.

a ¶Assignare. Adde, quòd hoc verbum importat dominij translationem, teste Neuizan. consil. 84. num. 7.

princip. C.de neceſ.ſer.hæred.inſtit. & l.pen.C.de leg. ſi autem
inter viuos,tunc ſi pater aſſignat filio in poteſtate,dicitur ſolū
concedere in peculium.l.fi.ff.de pec.leg. Si autem aſſignat filio
emancipato,videtur ei donare.l.ſi donatione.C.de collat.quia
cùm ſit ſui iuris, non poteſt habere peculium. l. fi. in fi. C. de
inoffic. teſtament. & ſi teſtator in teſtamento aſſignat bona
ſua plurib. an dicatur teſtari vel codicillari,vtilitas eſt euidens,
quia teſtamentum rumpitur agnatione poſthumi præteriti. l.
poſthumo.C.de contratab. Secus in codicillis.l.pen. C.de iure
cod.& l.1.C.de cod. De hoc vide not.Bald.in l.quoties. C.fam.
erciſcun. per gloſſ.ibi,quam ad hoc reputat notabiliorem alia
de corpore iuris.¶ Not. 1. ex text. ibi,ſecundum reditum eius
2 fundi, prout etiam not. gloſſ. 1.† quòd iuſtum pretium rei
immobilis probatur ſecundm æſtimationem redituum, qui
inde percipiuntur,vnde quando expedit probare valorem rei,
modus probādi in practica eſt,quòd tantum annuatim com-
muniter percipitur ex ea,& res ex qua tãtum percipitur com-
muniter valet tantum ad rationem tot pro cẽtenario, ex quo
ſequitur,quòd teſtis deponens rem tantum valere,eo quia de
ipſa percipiuntur tot fructus ſingulo anno, qui aſcendunt ad
tantum,bonam rationem reddit,& eſt text.quem gloſſ.alleg.l.
ſi quos.C.de reſcin.ven.in ver. redituum quantitas æſtimetur.
Ad idem text.in l.pen.in verbo,pro fructuum modo pretium
inuentum ſit.idem tenent Bart. & alij in l.2.ad fi. poſt gloſſ.ibi.
C.de reſcind. vend. Bartol. in l. pretia rerum. §.1.ff. ad l.falcid.
3 ¶† Item adde text.in l.qui bonis. ff.qui bo.ced.poſ. quem Bar.
ibi reputat ſing. & mirabilem, quòd in exigendo quantum
aliquis facere poſſit, debet haberi reſpectus ad fructus, & ad
reditus rei potius, quàm ad valorem, quem text. etiam dicit
non eſſe alibi Ang.& Imol.in l.ſi maritus.ff.ſolu.mat.Imol.in l.
apud Iulia. §. hæres.ſ. eod. † alibi not.Bart. in l.fi.§. ſinautem
4 legata.per illum text.C.de bon.quæ lib.quòd domus pretioſæ
ſunt quodammodo ſteriles,quia non reſpondẽt reditus pretio
domorum.ſimiliter vna turris multū valet, & parum reditus
habet. ¶† Item adde,quòd iuſtum prætium fundi,vel domus
5 eſt, quantum capiunt eius reditus in 20. ann. & ſic multipli-
cando reditus per 20.ann.illud,quòd in illis 20.ann.percipitur,
eſt, iuſtum pretium, ideo ſi domus locetur pro quinque in
anno,valet centum, vt eſt text.not. ad literam in §. ſi verò ali-
cuius Eccleſiaſtici.& ibi gloſſ. in Auth. de non alienan. collat.
2.& gloſſ.in Auth.perpetua.C.de ſacroſan.Eccle.in gloſſ. final.
Ludouic. Roman. in conſil. 423. incip.pro pleniori diſcuſſio-
ne.in 1.dub.alibi tenet gloſſ.quòd iuſtum pretium rei ſit quan
tum capiunt fructus in 25. ann. ita gloſſ. 10. q. 2. §. hoc ius. in
verſicul. ſinautem. in verbo diſtinctè. de quo etiam habetur
in capitul.cauſam quæ inter œconomum. de teſtamen. quod
nota ad probandum iuſtum pretium rei, puta ſi ageretur re-
medio.l.2.C.de reſcind.ven. & capitul.cum cauſam. de emp.
6 & vend. ¶† Secundò not. ex text. ibi præſente, & aſſignante,
quòd ſola præſentia non inducit conſenſum, quamuis gloſſ.
mag.hic notet ex iſto text.contrarium, & malè, & ideo text.
cautè ſubdit,& aſſignante. vnde dato, quòd fideicom. fuiſſet
præſens alienationi fundi ſibi legati, & non contradixiſſet, per
hoc non præiudicaſſet ſibi in fundo, quia adhuc poſſet ipſum
fundum petere.Ita loquuntur iura alleg.in glo. ſ. l. Caius.ff.de
pig.act.& l.Titia.§.Lucio.ſ. tit. 1. Nam qn̄ contradicendo non
poſſum impedire, ne actus fiat, tunc præſentia, & taciturnitas
7 nihil præiudicant. † Nam rem meam pōt quis vendere me in-
uito. l. rem alienam.ff.de ꝯh. emp. ideo tunc taciturnitas nihil
præiudicat,vt eſt doct.gloſ. cōiter approbatæ in d.l. Caius, &
ibi Bar.& gl.16.diſt.c.1.Bar.latè in l.quæ dotis.ff.ſol.matr.& do.
8 Abb. in c. nonne. de præſump. ¶† Tertiò not. tex.ibi, ſed pre-
tium eius reſtitui debere. ꝙ licèt quis conſentiat alienationi
rei ſuæ,non tamen ſibi præiudicat in pretio,imò videtur man-
dare venditori, vt vendat, & pretium habeat loco rei. l.in fa-
miliæ.C.fam.erciſcun.l.mater.C.de rei vend.& l.ſi ab eo. C.de
neg. geſt. & pōt eſſe ratio, quia iſta venditio non fuit facta fa-
uore fideicōmiſſarij,cuius erat res vẽdita, qa fideicōmiſſarius
non habebat rem vendere, ſed fuit facta pp fauorem hr̄dum,
9 pp æs alienum exoluendum.† Iuxta iſtum text. moueo no-
uum dubium non tactum à gl.nec à Doct. ſ. qn̄ fideicōmiſſa-
rius poterit iſtud pretium petere ab hr̄dibus,quia in effectu vr̄
quoddā mutuum, qa pecunia redacta ex venditione rei lega-
tæ vr̄ mutuata hr̄dib. & ſic breui manu eis numerata. l. ſingu-
10 laria. ff. ſi cer. pet. † Et qn̄ quis mutuat pecuniam ſimpliciter,
non adiecto tpe, quo debet remanere penes debitorem, vr̄ ꝙ
incontinenti poſſit repeti,ſm gl.in l.ſi pœnam.in gl.fi.ff.de ver-
bor. oblig. ſed iſto modo non bene conſuleretur hæredib. in
exoluendo æs alienum, ſi incontinenti deberet fieri reſtitutio
fideicom. nullam vtilitatem haberent hæredes ex tali vendi-
tione,vt l.qui ſic.ff.de ſol.& l.fin.C.de bon. quæ lib.vnde vide-
retur imputādum fideicommiſſario, quare legem apertius nō
dixerit, & ſic quare non limitauerit tempus ſolutioni pretij. l.
veteribus.ff.de pact.& l.Labeo ſcribit.ff.de ꝯhen. emp. vel vi-
deretur dicendum,& fortè melius, ꝙ ex quo tempus ſolutio-
nis non fuit taxatum à partib. nec reperitur limitatum à iure,
ꝙ debeat relinqui arbitrio iudicis,per reg. l.1. in fin.C.de iure
delib.& c.de cauſis.de offi.deleg.& c.fi. de tranſ. Breuiter tene,
ꝙ fideicō. poterit agere ad pretium, qn̄ diu fuerit in ſolutione
ceſſatum,vel qn̄ facilis fuerit ſolutio hr̄dib. ſm gl. ord. quæ ita
tenet,in l.pen.C.commo.per text.bonum in l. Lucius.ff. man.
11 vbi eſt text.† ꝙ qui obligauit pro alio pignus ſuum,vel ſe, pōt
agere, vt liberetur,ſi diu ſtetit in obligatione, & gl.ibi declarat,
ꝙ illud,diu, non intelligitur pro decennio, put alibi ſm ſubie-
ctam materiam capitur,ſed intelligitur arbitrio iud.& cum il-
* la gl.tenent Bart.& *magis communiter* alij in d.l.ſi pœnam.in fi.vbi
12 plenè dixi.idē tenet d.Abb.in c.fi.in 2.& 3.col.de præc.¶† Quar
tò not.ex ver.Marcellus, ꝙ vbi quis tenetur ad pretium, & ſic
ad quantitatem reſpectu rei, ſoluendo ipſam rem liberatur.
Adde text.in l.ſi verò.§.fi.ff.ſol.mat.hic alleg.in gl. fi.& ibi Bar.
vbi etiam per hoc not.caſum,in quo aliud pro alio poteſt ſol-
ui creditori inuito. Ad idem tex.in l. fideiuſſor euictionis, vbi
13 Bartol.ad hoc not.ff. de excep. dol.† Imò fortius obligatus ad
quantitatem reſpectu certę ſpeciei, perempta illa ſpecie, libe-
ratur etiam à quantitate.l.Titiæ textores. §. fin. ſ. eod. & l.qui-
dam teſtamento.§.ſi tibi.& l.filiusfam.§.fi.ſ.eod.& l.1.§.fi.cum
l.ſeq.ff.ſi cui pluſquam per l. fal. & iſtud per alia quinque iura
tenet Bar.in l.quod te.in 1.opp.ff.ſi cer.pet.vbi latè examinaui,
an hoc vltimum ſit verum, quia eſt articulus latus, & diſpu-
14 tabilis.¶Glo.1.expediui.ſ.in 1.not.¶† Glo.2.in verbo,merca-
tus ſit.notat ex text.,ꝙ ſi vnus cohæredum emat ab alijs cohę-
redibus rem ꝯmunem hæreditariam,poterit etiam cum parti-
bus aliorum partem ſuam emere, & ſic licèt regulariter non
valeat emptio rei ſuæ.l.rei.ff.de contrah.empt.Tamen qn̄ quis
emit rem communem, intelligitur etiam partem ſuam eme-
re,quam habet in illa communione, vt dicit text. in l.ſi vno. §.
fin.ff.de in diem addic.allegatus in glo.Sed iſta glo.errat quan-
tum ad iſtum tex. quia hic fundus per fideicom. relictus non
erat ꝯmunis hr̄dum, imò nec alicuius eorum, cùm eius do-
minium eſſet ipſo iure tranſlatum in fideicommiſſarium. l. à
Titio.in fin.ff.de furt.vnde glo.verum dicit in ſe, ſed quantum
ad iſtum text.non procedit.¶In glo. in verbo, propter æs alie-
num. in fin. hæc glo. non bene dicit propter duo.Primò,quia
non eſt veriſimile,ꝙ ſi æs alienum diminuiſſet legatum, ꝙ nō
15 fuiſſet allegatum per hæredes, † quia qui non opponit exce-
ptionem,quam poteſt opponere, videtur donare.l. ſi quis de-
legauerit.ff.de noua.Bar.in l.fi.in princip.ff.de his, quæ in frau.
creditor. ſed donatio non præſumitur. l. ſi cùm aurum. ff. de
ſolut.imò potius præſumitur fatuitas, & ſtultitia quàm dona-
tio,ſm Bald.in l.generaliter.in 3.col.C. de non num. pec. ergo
non eſt veriſimile, ꝙ ſi hæredes habuiſſent exceptionem æris
alieni contra legatarium,ꝙ eam non oppoſuiſſent. Secundo ſi
fuiſſet æs alienum abſorbens facultates hæreditatis, non va-
luiſſet fideicommiſ.l.ſi vniuerſæ.C. de leg. Vnde dic, vt dixi.ſ.
in appoſtillatione text. ꝙ licèt immineret aliquod æs alienum,
tamen hæreditas erat ſoluendo pro debitis,& legatis, ſed fortè
non erant in hæreditate aliæ res, ex quibus ita de facili poſſet
redigi pecunia pro ſoluendo creditoribus, ſicut ex venditione
fundi per fideicommiſ.relicti. ¶Glo.in verbo, reſtitui debere,
diuidit in ſex par.In prima oppo.ꝯ tex.& ſol.& eſt difficile cō-
trarium.In ſecunda idem facit.In tertia idem. In quarta notat
ex text. & non bene. In quinta contra illud notabile oppo. de
duabus legibus,& de ſolut.ſe remittit. In ſexta, & vlti. colligit
aliud notabile, & non bene. Secunda ibi, & eodem modo rn̄-
de. Tertia ibi, item codē modo. Quarta ibi, item nota hic
præſentiam nocere. Quinta ibi, ſed argumentum contra. Se-
xta, & vltima eſt ibi, item nota, quòd pretium ſuccedit loco
rei, &c. In prima parte gloſſ. iſtud primum contrarium eſt
16 difficile. Nam in dict.l.codicillis. §. 2.† teſtator legauit inſu-
lam libertis, & eorum reditum, poſtea hæres vendidit talem
inſulam de conſenſu libertorum, decidit text. quòd liberti nō
habebunt nec rem, nec pretium, & ſic nec inſulam, nec eius
pretium,ergo de directo contra iſtum textum,& in ſolut. hu-
ius contrarij ingenia Doctorum multum laborarunt. ¶Pri-
mò reſpondet glo. ibi eo animo hic conſenſit, vt non perde-
ret fideicommiſ.quaſi dicat gloſſ.quod hic conſenſit ſaluo iu-
re ſuo, ideo ſibi non præiudicat. Et intellige ſecundum Bar-
tol.quando dixit ſaluo iure ſuo, ſcilicet in pretio. Nam ſi ſim-
pliciter conſenſiſſet ſaluo iure ſuo, non præiudicaſſet ſibi etiā
in fundo,quia talis conſenſus in effectu habetur pro non con-
ſenſu,& videtur quædam nugatio,vt dicit gloſſ.in l.ſi debitor.
§.primo.& in l.ſicut.§.non videtur.ff. quib. mod.pign. vel hy-
pothe.

17 pothe. solu. † quæ vult, quòd si creditor consensit debitori, vt
soluat, seu vendat pignus saluo iure suo, ista est quædam nuga
tio, quia creditor in nullo sibi præiudicat. facit, quòd vult
gloss. in l. si quis à filio. in princip. supra eodem. & istam solu.
sequuntur Dyn. & Oldr. Laud. sed ista solut. non est tenenda,
quia diuinat ad istum text. vbi de ista protestatione nihil
apparet. Item secundum protestationem gloss. eo animo con
sensit, vt fideicom. non perderet, ergo hoc modo non præiudi-
cat sibi etiam in fundo, quod est contra text. Et dicere, prout
dicit Bartol. quòd talis protestatio non fuit concepta, prout
dicit glos. scilicet, vt non perderet fideicom. sed fuit concepta,
vt solùm saluum esset ius in pretio, esset facere etiam aliam
diuinationem ad istum text. Item secundum istam diuinatio-
nem iste text. non haberet dubium, quia si expressè consensis-
set saluo iure in pretio, esset sine dubio, quòd sibi non præiu-
dicaret in pretio, vnde iste text. debet realiter intelligi, quando
fideicõmissarius consensit absque aliqua protestatione. Sed
aduerte, inquantum Bart. & Docto. volunt, quòd si fideicom.
consensisset saluo iure suo simpliciter, ꝙ non præiudicaret
sibi in aliquo, nec in proprietate nec in pretio, certè istud non
videtur verum, quia eo ipso, quòd consentio, quòd rem meã
vendas saluo iure meo, sum contentus de venditione, & sic
sum contentus præiudicare mihi in re, & per illa verba saluo
iure meo, volo quòd saluum sit ius quo ad pretium, non aũt
quo ad rem, ex quo expressè consensi, quòd venderetur. facit
18 bene. l. mater. C. de rei vendica. ¶† Secundò modo respondet
subtilis Pet. de Bellaper. quòd hic fideicommissarius consensit
alienationi, quæ fiebat propter æs alienum hæreditarium, &
sic ex necessitate, sed in contrario liberti consenserunt aliena-
tioni, quæ fiebat voluntariè, & non ex necessitate, & cum ista
* solu. *transeunt communiter alij*, excepto solo Bartol. eam tenent
Bald. Angel. Imo. Raphael. Cum. Pau. de Cast. & alij commu-
niter, vt dixi. dicit Pau. de Cast. quòd ista est vera secundum
omnes, & istam teneo declarãdo eam, vt statim subijciam, &
pro ista solutione bene facit, quia iste tex. cum mysterio dixit,
quòd ista venditio fuit facta propter æs alienum hæredita-
rium, quasi secus si ex causa voluntaria. ¶ Item pro ista solu.
facit duplex ratio. Prima, quia hic suberat alia causa consen-
19 tiendi, scilicet propter necessitatem æris alieni. † Vnde quan-
do potest capi alia præsumptio quàm donationis, ibi non
præsumitur animus donandi. l. si cùm aurum & ibi Bart. ff. de
solu. & l. campanus. ff. de ope. lib. imo etiam vbi caderet alia
leuis occasio, vel coniectura, ibi non præsumitur donatio, se-
cundum Bald. in l. 1. C. ad Trebel. sed in cõtrario nulla suberat
necessitas, ideo præsumitur animus donandi, nisi contrarium
probetur. ¶ Secunda ratio est, quia in necessitatibus nemo
liberalis existit. l. rem legatam. ff. de adimend. leg & l. fideicom.
§. si rem. ff. de legat. tertio. vnde fideicommissarius, qui cõsensit
alienationi necessarię, fecit, vt subueniret necessitati hęredum,
vt ex pretio fundi legati venditi possent satisfacere credito-
ribus, non autem fecit animo donandi, vt in totum iuri suo
præiudicaret, ideo datur sibi regressus ad pretium, vt in litera,
20 † quia limitata causa consensus præstiti in venditione, limita-
tum debet producere effectum. l. in agris. ff. de acquirend. rer.
domi. & l. age. vbi dixi. C. de transac. ideo fideicommissarius
consentiens amplius non potest petere rem venditam, sed
solùm pretium. sufficit. n. si cui, vel in paucis per amici laborẽ
consulatur, vt inquit text. in l. tutori. C. de nego. gest. & in l. tuto
res. §. qui se negotijs. in fin. ff. de admin. tuto. Et si tu subtilis di-
ceres, quòd necessitas alienandi propter æs alienum hæredita-
rium incumbebat solis hæredibus institutis, non autem ipsi
fideicommis. qui est singu. successor in fundo legato. l. 1. §. si
hæres percepto. ff. ad Trebel. ergo non sumus in prædicta re-
gula, quòd in necessitatibus nemo liberalis existit, cùm ex
parte fideicõmissarij nulla subesset necessitas. Responde inhæ-
rendo supradictis, quòd fideicommissarius videns necessita-
tem hæredum pro exoluendo ære alieno, consensit huic alie-
nationi necessariæ hæredum, vt eorum necessitati subue-
niret, non autem, vt actum liberalitatis, & sic donationis in
hac necessitate exerceret, cùm possit capi alia præsumptio
quàm donationis, vt prædixi, & sic tene solut. Petri, quæ
communiter tenetur, licèt solus Bartol. eam reprobet vno
21 fundamento, † quia maior est causa præsumendi dona-
tionem, quando alienatio fit ex necessitate, quàm quando
fit voluntariè. allegat nota. per gloss. in l. cùm quid. in gloss.
magna, in verbo, pro cauto. ante fi. ff. si certum peta. quæ gloss.
parum facit, quia loquitur, quando quantitas, quæ datur,
est parua, & quando datur indigenti, tunc præsumitur do-
natio, quod non est hic, vt statim dicam. Præterea vt dixi,
quando imminet æs alienum, potest capi alia coniectura con
sentiendi quàm ex causa donationis, s. quòd consentiat, vt
tali necessitati subueniatur, quæ ratio cessat, vbi alienatio fit
voluntariè, & sic nulla subsistente necessitate. Paul. de Cast.
etiam dicit se admirari de ista reprehensione Bartol. nam be-
ne verum est, quòd necessitas. s. paupertas illius, cui traditur,
facit præsumi animum donandi in eo, qui tradit, si est modi-
cum illud, quod datur, ita propriè loquitur gl. in d. l. cùm quid.
alleg. per Bart. sed hic non suberat paupertas, quia, vt dictum
est. s̄. ista l. intelligitur, qñ hæreditas erat soluendo, & debitis, &
legatis, aliàs fideicom. non valuisset. Ang. vt dixi, etiam tenet
istam solu. Petri, quòd hæc alienatio facta fuerit ex necessita-
te, sed eam restringit, ꝙ tantum procedat in casu huius legis,
quando fideicommissarius consensit, quòd fundus legatus
venderetur vni ex hæredibus per alios cohęredes, & in hoc se-
cundum eum redditur ista lex singularis, secus si consensisset,
ꝙ vni extraneo venderetur. ¶ Sed istam restrictionem repre-
hendunt, & bene Ioan. de Imol. & Ang. de Peril. quia nulla. l.
probatur, & non habet bonam rationem diuersitatis. Item,
quia necessitas alienationis, de qua in isto text. ita excludit prę-
sumptam donationem, quando alienatio fit vni extraneo, si-
cut, quando fit vni ex hæredibus, per ea, quæ. s̄. dixi. Duas alias
solutio. tradit hic Bart. Prima est, ꝙ in l. contraria non erat le-
gata res, sicut hic, sed erat legatus reditus annuus insulæ, vnde
consentiendo alienationi dictæ insulæ, non potest ibi intelligi
remissum nisi ius recipiendi illud annuum reditum, sed ista
solutio nihil valet, & est contra multa iura, & eam in specie
reprehendunt Imol. Raph. Cuman. & Ange. de Peril. & bene,
quia ibi testator legauerat insulam, vt ex ea liberti reditum
annuum perciperent, ergo ipsa insula erat in legato, & non re-
22 ditus, quia quando relinquitur res, † vt ex ea percipiatur re-
ditus, tunc videreẽ legata res, & non annuus reditus, vt est text.
in l. quarta. & ibi Bartol. met, ad hoc not. ff. de adimen. leg. &
& in l. cùm hi. § si vni fundus. ff. de transactionib. Bene facit tex.
not. cum gloss. in l. donationes in concubinam. §. species. ff. de
donat. & glo. in l. cùm mulier. C. de iure dotium. ¶ Aliam, &
23 quartam solutionem posuit Bartol. † quòd ibi legatarij, qui
consenserunt alienationi, erant liberti testatoris, ideo facilius
per consensum præsumitur donatio. l. si verò. §. idem Papi. ff.
mandati. & l. si seruus communis. ff. de donat. inter virum, &
vxorem. hic verò erat quidam extraneus, & dicit Bartol. istam
solutionem sibi placere, & eam etiam firmat Bartol. in l. con-
traria, & sic vult Bartol. si bene aduertis, quòd vbi vltra libera-
litatem rei legatę legatarij erant etiam consequuti aliam libe-
ralitatem, scilicet libertatis, & tunc consentiendo alieanatio-
ni rei legatæ bene sibi præiudicant, vt ibi, secus quando lega-
tarius non est consequutus nisi legatum, vt hic, sed Raphael
Cuman. qui perpendit istam esse intentionem Bartol. repro-
bat, & dicit Bartol. facere nouum, & mirabile castrum in aere.
Sed tu caue, quia hoc nihil obst. cùm verum sit præsuppositũ
Bartol. quòd ibi esset duplex liberalitas testatoris, hic tantum
vna. Ang. reprehendit ex alio, quia d. §. idẽ Pap. allegatus ꝑ Bar-
tol. loquitur, quando donatarius consensit ei, qui donauit, tũc
bene præsumitur, consentire animo donandi. Sed in l. con-
traria liberti non consenserunt patrono iam defuncto, à quo
ↄsequuti sunt libertatem, sed cõsenserunt hæredibus eius, qui-
bus tanta reuerentia, aut remuneratio non debetur. argum. l.
quia tale. ff. solut. matrimon. Sed tu caue, quia hæres censetur
eadem persona cum defuncto, vt in Auth. de iureiuran. à mo-
ri. præsti. in princip. collat. 5. & gloss. not. in l. 2. §. fin. ff. de prætor.
24 stipul. ¶† Item ius patronatus libertorum transit etiam ad
hæredes extraneos. l. venia. vbi Bald. notat, & ibi dixi. C. de in
ius vocand. Ioan. de Imol. etiam dicit, quòd licèt solutio Bart.
sit in se notanda, tamen tex. l. contrariæ non videtur fundari ex
illo, quia ibi essent liberti, & sic, quia essent consequuti liberta-
tem à defuncto, & illud, quòd essent liberti, videtur denotare
potius facti contingentiam, & ita etiam reprobant Imol. &
Ludouic. Rom. in l. quæ dotis. ff. solut. mat. & ibidem do. Alex.
in 14. colum. Tu etiam aduerte, ꝙ secundum solu. Bart. vide-
retur inferri, ꝙ si huic fideicommissario fuissent legati duo
fundi, & sic collata duplex liberalitas, quòd posteà ex simpli-
ci consensu alienationis vnius fundi sibi præiudicaret etiam in
pretio, quo ad illum fundum, quòd esset multum restringere
istum text. nisi dicas Bartol. loqui in eo, qui erat libertus de-
functi, & sic cui libertas fuit prius separatim relicta à legato,
secus quando simul, quasi tunc vna tantum obligatio antido-
ralis dicatur esse contracta. Item idem Bartol. in distinctione
quam infra ponit, videtur aliqualiter variare. nam dicit, quòd
dict. §. idem Papin. procedit, quando ille, qui donauerat mihi
rem meam, vendidit, tunc videor consentire animo donan-
di, vt ibi. Si autem, qui vendidit, non donauerat, sed auctor,
vel prædecessor suus, & tunc si ille, qui consensit, erat libertus
auctoris legantis, & consentiendo sibi pręiudicat in totum,
vt in

vt in contrario.¶ Quintam ſolu.ponit Bar.in contrario,quòd
ibi teſtator expreſsè prohibuerat alienari inſulam legatam , vt
dicit text.ibi,eam quam alienari vetuit.Ideo liberti conſentiē-
tes alienationi hæredis faciunt contra prohibitionem teſtato-
ris, ideo non poſſunt aliquid conſequi de pretio , vt dicit text.
ob pretium nullam fideicom. petitionē eſſe. ſed in hoc text.
nulla fuit prohibitio de alienando, & iſta ſolutio videtur qua
drare ad vtrunque tex. Et eam ſequitur , & dicit ſibi multum
placere d.Iac.Puteus hic.Adde, ꝙ iſtam ſol.videtur ēt ponere
25 Bar.hic in ſeq.contrario gl. ¶† Iſtam ſol. reprobat Io.de Imo.
quia qñ prohibitio alienationis fit fauore perſonarū,quæ con
ſentiunt alienationi,nihil operatur.l. quoties. C. de fideicom.
Raph.Cu.etiam reprobat ex alio, quia ibi præceptum teſtato-
ris de non alienando erat nudum,quia non adiecerat cauſam,
ideo non valet,vt l.filiusfa.§.diui.ĵ.co. vel ēt vltra eum , ſi vo-
lumus dicere , ꝙ ibi præceptum de non alienando erat factū
fauore ipſorū libertorū , vt inde haberent reditus , tunc ēt tale
præceptum non ligat,quia eſt potius conſilium,& fauor pro-
hibiti,cui alienando poteſt renunciare, ſm Bar. & alios in d.§.
diui.in 1.col.in duob.locis:ſed ad reprobationem Raph.potes
reſpondere,quod qñ ſunt plures legatarij,& ſunt prohibiti alie
nare,vt ibi,talis prohibitio non eſt ſine cauſa,quia vnus intelli
gitur prohibitus cauſa alterius, & ſi vnus contraueniat,intelli-
gitur fideicom.relictum alijs.l.peto.in prin.& §.fratre.ff.de leg.
26 2. ¶† Item teſtator relinquendo rem plurib. & vetando alie-
nari, eo ipſo videtur eis fideicommiſſum viciſſim relinquere,
ſi contingat alterum eorum alienare , & eſt gl.reputata ſingu-
laris in l.codicillis.§. inſtituto.in verbo filijs meis.ĵ.tit. 1.quam
Imol.ibi dicit eſſe diligenter notādam,& fortè meliorem non
27 reperiri.de qua plenius dixi in d. §.diui.¶† Sextam ſolutionē,
ponit Iac.de Are.ꝙ in l.contraria quis conſenſit alienationi rei
quam non poſſidebat,tunc conſentiendo ſimpliciter, videtur
etiam pretium remittere , vt ibi, ſecus ſi rem ſuam quis poſ-
ſideat,& alius vendat eo conſentiente,tunc non videtur remit
tere pretium , vt hic , quia nemo præſumitur donare , & ſic
iactare ſuum.l.cùm de indebito. in prin. ff. de probatio. Ratio
diuerſitatis eſt,quia vbi quis non poſſidet conſentiendo aliena
tioni,videtur alienantem liberare ab obligatione,qua ſibi tene
batur.Sed vbi ipſe poſſidet,non videtur donare pretium ſecun
dum eum. refert Pau. de Caſt. hic in fi. & reputat ſingulariter
28 tenendum menti. Iſtam ſolu. impugnant Bald. & Flo.† quia
indiſtinctè non debet præſumi donatio niſi ex coniunctione
perſonarū,& modicitate rei,vt l.ſi ſeruus cōmunis.ff.de dona.
inter virum, & vxorem.& l. Procula. ff. de probatio. & notat
Bart.in l.quæ dotis.in pen. col. ff. ſolu. matri. Item ſecundum
Imo.confunditur iſta ſolutio per l.ſi eum ſeruum.ff.ſi cer.pet.
per quem text.Bart.ĵ. reprobat illā ſolutionem Iac. de Arena
ad l.mater. C. de rei vendica. ¶ Septimam , & vltimam ſolu.
ponit Raph. Cum. hic per verba prolixiora, ſed ego ſtrictius,
& clarius ponam, quod iſte text.cum myſterio dicit pręſente,
& aſsignante, & ſic loquitur, quādo fideicommiſſarius pręſens
aſſignauit ſibi fundū legatum vt venderetur , & tunc habet re
greſſum ad pretium,vt hoc tex. ſecus quando legatarius con-
ſenſit ſolùm hæredi alienanti , & tunc non habet regreſſum
etiam ad pretium, vt in contrario. Ratio diuerſitatis eſt , quia
quando legatarius aſſignat fundum legatum vt vendatur , vi-
detur legatum agnoſcere,& ſic legatum efficitur ſuum irreuo
cabiliter, & ꝯſequenter hæredes vendunt rē propriā legatarij,
vnde legatarius conſentiendo alteri,vt rē ſuam propriā vēdat,
intelligitur velle habere pretiū , vt no.in l.mater.C. de rei ven.
Sed qñ legatarius conſenſit ſimpliciter heredi vendēti,tunc vr̄
legatum repudiare, quia cōſenſit actui ꝯrio legato. Ideo tunc
non habet regreſſum ad pretium , quia non alienatur tunc vt
ſua,ſed vt heredis.Iſta ſol. Raph.licèt ſubtilis, mihi nō placet ,
quia non videtur eſſe verum aſſumptum Raph. ꝙ legatarius
ſimpliciter cōſentiendo alienationi rei legatæ videat per hoc
legatum repudiare,imò potius vr̄ agnoſcere,ex quo conſentit
diſpoſitioni,quę fit de re ſibi legata.l.ſi auia.C.de iure delib.Prę
tereà iſta ſolutio diuinat ad ꝯrium, quòd ibi liberti non agno
uerint legatum inſulæ,nec reditus ex ea perceperint,antequā
conſentirent alienationi , quia ſi prius agnouiſſent , legatum
fuiſſet irreuocabiliter effectum eorū, ſecundum gl. in l. ſi quis
ita hæreditatem. ff. de condi. inſti. ergo non potuiſſent tacitè
repudiare. vnde teneas ſolutionem Pet. de Bellaper. quæ eſt
tutior cæteris,declarando eam vt ſ.declaraui. & ita habes ple-
nè , & ſubtiliter expeditum primum contrarium gloſſ. ¶ In
eadem glo.ibi.l.cùm pater. §. libertis.dic melius ad iſtud con-
29 trarium, & præcedens, † quòd hic fideicommiſſarius cōſenſit
alienationi rei , quæ ſibi erat purè , & ſimpliciter legata . Sed
in contrarijs , conſenſit alienationi rei quæ ſibi purè legata
non erat , ſed erat ad eum peruentura in caſu, in quo aliena-
retur in pœnam alienantis, & tunc conſentiendo præiudicat
ſibi in totum , qa pp conſenſum facit , ꝙ alienans non delin-
quit,nec incidit in pœnam priuationis.¶Extra gl. quartò op-
ponit Bart. de l. mater. C. de rei vend.vbi conſentiens non ha-
bet etiam pretium niſi re amiſſa,vel præſcripta,& rñdet nota-
biliter,vt hic pet eum.Ex qua ſolu.dicit Io.de Imo. eſſe ſingu-
lariter notandū , qa fortè alibi clarius non inuenies ſm eum ,
30 † ꝙ ſi vendens rem alienam dicat , vendo iſtam rem Titij , vr̄
vendere nomine ipſius Titij, & ſic etiam re non perempta po
terit Titius habere ratum, ꝙ nota ad limitationem d.l.mater.
Facit,ꝙ ſi aſſerens ſe procuratorem vel tutorem , aliquid ſim-
pliciter faciat,licèt non dicat ſe facere procuratorio,vel tuto-
rio nomine,tñ intelligitur dicto nomine facere, vt not. glo.&
Doct.in l.ciendum.§. tutores.in verb.habet.ff.q ſatiſd.cog.&
probatur in l.quacunque.ff. de procur. Tu vltra eum vide de
hoc vltimo plenè Bart.in l.1.§.nunciatio.ff. de oper.no. nun.in
2.col. & in ſeq.in verſ.qd ſi procurator nunciat , cum ſequentib.
vbi latè dixi. Sed mirandum eſt de Imola , q dicit hoc non re-
periri alibi,mirandū eſt , ꝙ non viderit Bart. iſtud dicentem in
d.l. mater.in antepe.q.& ibidē Bal.ad fin. & alij , vbi tenent , ꝙ
a ſemper vendens [a] rem vt alienam, vr̄ vendere alieno nomine
illius,cuius eſt. Et ideo ille ſemper pōt ratificare,per d. l. ſi ab
31 vno.C.de neg.geſt.& d.l.in familiæ.C.fam.ercíſ. ¶ † Succeſſi-
b uè tangit Bar. an & qñ conſentiens [b] alienationi alicuius rei ſi-
bi præiudicet,& diſtinguit,vt hic per eum.Et iſtā diſtin. ſimpli
citer ſequuntur Ang. & Flo. hic. & in effectu Io.de Imo. eam
ēt reaſſumit.idem Bart.in l.q̄ dotis.in antepe.colu.ff.ſol. matr.
Sed Pau.de Caſt.dicit,ꝙ iſta diſtin.Bar.eſt ſatis cōfuſa,& diſtin
guit alio modo,vt hic per eum,cuius diſtinctio eſt longior, &
confuſior.Tene diſt.Bart.vno excepto,licèt eam ſimpliciter te
neat.d.Alex.in d.l. q̄ dotis.in 13.col. vbi ſolùm addit Bald.in l.
cùm proponas filios poſt gl.ibi.C.de pact.& l.ſi ſine.C.ad Vel-
le.Cyn.& Bal.in l.mater.C.de rei vend.& verba Cyn. & Bal.in
d.l.mater.ēt refert Io.de Imo.hic ſolùm.Adde circa.l.codicil-
lis.§.1.ĵ.tit.1.melius eſſe dicendum ſm intellectū Pet.de Bella-
32 per.quem.ſ.tenui.† Item adde,ꝙ ſi vaſallus, vel emphyteuta
alienat feudum,vel fundū emphyteuticum,& dñs conſentiat,
ſibi præiudicat in totū,& quo ad rem,& quo ad pretium , ſm
Iac.de Are.Bart. & Imo.in l. dotalē.in ſecundo notabili per il-
lum text.ſ.ſol.matt.& Cyn.in l.fin.C.de iure emphy.& ſimpli-
citer ſequitur d.Alex.in d.l.q̄ dotis. in 14.col. ad fin. & in conſ.
33 188.2.vol.ꝙ inc.viſo, & maturè diſcuſſo. in 5.col. † Similiter,
ſi vaſallus alienat ius ſuum feudi dño ſciente, & patiente, cen-
ſetur dñs conſentire, niſi erraret gl. eſt valde notabilis in c.1.in
verbo permiſſu.& ibi Bald.de prohi.feu.alien.per Lotharium.
34 ¶ † Item adde,ꝙ ſi ad primogenitum Regis,vel Baronis per-
tinebat regnum,vel feudum , ſi conſenſit inueſtiri ſecundoge-
nitum,ſibi præiudicat.c.1.§.præterea.& ibi Bal.quib.mod.feu.
amit. Et eſt expreſſum in c. quam periculoſum. 7.q.1. Prædi-
cta,q̄ dicit Bart.in ſua diſtin.procedunt, qñ quis conſentit cō-
tractui oneroſo de re ſua. Sinautē conſentiat titulo lucratiuo
rei ſuæ , puta, ꝙ conſentiat alicui donanti rem ſuam , tunc in
totum ſibi præiudicat,& nihil repetit,vt l. 2. C.ſi aduer. don.&
l.ſi ſeruus communis.ff.de don.inter virum, & vxorem.Ita te-
nent Bart.& Raph. Cum.hic. & Bart. in l.quæ dotis.in antepe.
* col.ad fi.ff.ſol.matr.Sed aduerte, licèt *omnes indifferenter* ita tran
ſeant hic , & ibi , tamen iura allegata per Bart. nihil probant ,
35 qa text.in l.2.C.ſi aduer.don.loquitur † quando quis conſentit
donanti rem ſuam , & conſentit illi , à quo ipſam rem dono
prius habuit,tunc ſibi bene præiudicat,quia tunc vr̄ conſenti-
re animo donandi.l. ſi verò.§. idem Papi.ff.mand.Bart.ſ.in ſua
diſtin.in primo membro,ꝙ non eſt in iſta quæſtione.Similiter
text.in l.ſi ſeruus communis.ff.de don.inter vir.& vxo.nihil fa-
36 cit , † quia ibi loquitur propter coniunctionem perſonarum ,
quæ facit præſumi donationem , ſecundum Barto. in dicta. l.
quæ dotis. in penul. colum. quæ coniunctio perſonarum ceſ-
ſat in quæſtione iſta . Vnde pro iſta deciſione Bartol. melius
facit text. in l.in ædib.§.pen. ff.de dona. vbi eſt text.quòd ſi ali-
quis

## ADDITIONES.

a ¶Vendens.An vendens rem alienam. alicui ſcienti rem ipſam eſſe alienam ,
& dictum venditorem non habere facultatem rei tradendæ ,teneatur de
euictione , & an cogi poſſit ad cauendum de euictione, dic , quòd nō. vide
per Alex.de Imo.in conſ. 69.in 4.vol.per totum.

b ¶Conſentiens.Adde,quæ ſcribit Rom.conſi.87.col.1.& dic , quòd aliud eſt
conſentire facienti,aliud ſe obligare,teſte Alex.conſi.131.nu,4.lib.2.& con
ſentiens alienationi rei,in qua habet ius de futuro,non videtur illud remit
tere,vt not.idem Alex.conſi.176.nu.5.lib.7.ſed quòd conſentiens venditio
ni ſeu alienationi rei ſuæ ſibi præiudicet, vt ipſam alienationem reuocare
non poſſit,& per talem conſenſum perdat iura ſua,no.Aym.conſi.14.col.2.
circa fin. MASVER.

quis donaret rem meam alteri suo nomine mea voluntate,& me consentiente,ego dicor donare,& ideo mihi præiudico,& illum tex.ad hoc melius allegat ipsemet Bart.in d. l. quæ dotis.
37 in antepe.col.ad fin. ¶†Quid si consentio testatori leganti rem meam? Iste casus est dubius,ſm Bar.& distinguit,vt hic per eũ, alij non tangunt,& quia est subtilis,& quotidianus passus,intendo bene examinare. Adde,ꝙ idem,quod hic,in effectu tenet, & plenius idem Bart.in d.l.cùm quis decedens.in princ.vbi bonus tex.ff.de leg.3.& in consi.211.quod incip.quidam sibi filios hæredes instituit.in 1.dubio. ¶Item adde inquantum Bart.tenet,ꝙ si consentio tibi leganti rem meam,& eam possidenti,ꝙ non est dubium, ꝙ datur exceptio contra me consentientem, per l.Caius.ff.de pign. actio.& l.sicut.§.venditionis.ff.qui.mod. pig.vel hypo.sol.Ista iura nihil videntur facere, quia d.l.Caius. solùm dicit, ꝙ si debitor subscripsit se tanquam testis in testamento,in quo creditor fundum illius debitoris sibi pignoratũ legauit vni ex filijs,quem asseruit se ab ipso debitore emisse,ꝙ istud non præiudicat in aliquo ipsi debitori,ergo non præiudicat etiam quo ad exceptionem. Bart.in d.l.cùm quis decedens. in prin.& in d.consi.211.de hoc perpendens dixit,ꝙ ideo ibi nõ præiudicat, quia solùm se subscripsit in testamento vt testis, & aliter expresse non consensit testatori leganti,vnde si se subscripsisset tanquam expresse consentiens,tunc contra expresse cõsentientem si agatur hypothecaria,inducitur exceptio,ſm Bar. ibidem,sed certè nec istud bene probatur in illo text. Similiter text.in d.l.sicut.§.venditionis.non videtur etiam facere, prout etiam fatetur Bar.in d.l.cùm quis decedens. in prin.& in d.cõsi. 211.quia loquitur quo ad hoc, vt pignus tantum liberetur, & creditor agens hypothecaria, exceptione repellatur, quia hoc potest nudo pacto fieri,vt l.si tibi.§.de pignore.ff.de pact. tamẽ per hoc debitum principale non extinguitur,nec in eo consentiens sibi præiudicat,vt ibi, & l.si probaueris. C.de remis.pigno.
38 Bar.in d.l.quæ dotis.in antepe.col.in fin. ¶†Alibi Bald.in l.1.in lect.in 3.col.C.de sacrosan.eccle.quærit, an filiusfa.de consensu patris possit legare rem patris pro anima. primò dicit videri,ꝙ sic,per d.l.sicut.§.venditionis.vbi si consentit testamento,ita sibi præiudicat, ac si consentiret in contractu.postea dicit, ꝙ ibi loquitur quo ad excipiendum contra consentientem,hic quantum ad agendum ex nudo consensu.Sed aduerte,ꝙ in d.§.venditionis.dum tex.ibi dicit & si legare permisit,valeat,quod concessit,est tex.vnicus & sing.in iure de eo,qui alicui consentit, vt de re sua testetur.notat Bald. in infinitis locis in c.1.§.præterea. quib.mod.feud.amit.& in c.1.§.donare. in 2.col. qualiter olim feu.pote.alie.& in l.venditioni.C.de vsuc.pro emptore.& in l.si tibi homo.§.de pignore.ff.de pact. & in l. quoties ab omnib.C. de fideicom.& in l.fi.in 10.col.in princ. C.vnde legi.& in l.cùm alienam.in 3.col.& ibi Saly.C.de lega. Sed tu adde alium concordantem tex.in c.1.in prin.& ibi Bal.in pen.col.ad hoc notat.
39 de prohibi.feu.alien.per Fede.¶†Secundò principaliter aduerte,inquantum Bart.tenet, ꝙ legatario non datur actio contra consentientem,per d.l.cùm quis decedens.in prin.nam Bar.ibi in d.consi.211. tenet, ꝙ actio ex testamento ꝯ consentientem non detur nec legatario,nec etiam hæredi, quia cùm nõ sit honoratus,non potest etiam grauari, vt dicit ibi tex.& sic non poterit ibi conueniri actione ex testamento,per reg.l.ab eo. C. de fideicom.& l.1.C.communia de leg.Item à legatario,cui iussus est dare,non debet posse cõueniri aliqua penitus actione, quia cum eo nihil est gestum,licèt sit gestum cum testatore.non est ergo materia,ex qua oriatur actio, nec obligatio.l. quæcunque
40 gerimus.ff.de actio.& oblig. ¶ † Sed tu caue,quia istud procedit,quando ille simpliciter consensit.si autem promisisset testatori, ꝙ illam rem daret legatario, tunc legatarius posset agere ex promissione facta testatori per illud,quod tenet Bar.in l.nemo potest.s̃.eo.in 1.col.in 2.oppo.per d.l. quidam cùm filium. ff.de hæredi.insti.& l.Spadonem.§.1. ff.de excusa. tuto.& ratio est,prout etiam ibi dixi, quia sicut testator potest stipulari hæredi.l.si tibi.§.si pactus.ff.de pac.latè traditur in l.quod dicitur.ff. de verbo.oblig.quia tunc non dicitur stipulari alteri,ex quo hęres censetur eadem persona cum defuncto, vt in Auth. de iureiuran.à mor.præsti.in prin.colla. 5.ita etiã testator potuit stipulari legatario, quia in re legata censetur esse hæres.l. id tem-
41 pus.§.1.ff.de vsucap.¶ † Tertiò prin.inquantum Bart.tenet,ꝙ hæres,qui tenetur legatario in solidum,põt agere actione mandati,vel de dolo contra consentientem,quia fortè testator aliàs non fuisset legaturus,arg.l.quidam cùm filium.ff.de hære.insti. Adde,ꝙ idem Bar.plenius in d.l. cùm quis decedens. in fi.prin. & in d.consi.211.tenet, quòd si consentio testatori leganti rem meam,talis consensus inducit mandatum.l.1.& 2.ff. mandati. præsertim cùm aliter testator non fuisset relicturus,nisi ille consensisset.Vnde cùm hæres teneatur ad legatum.l. si duob.§.1.s̃. eo.habebit actionem mandati ꝯ consentientem,quam poterit

42 cedere legatario.d.l. quidam cùm filium. † Sed pro certo mirãdum est,ꝙ cùm legatum sit donatio quædam.l.legatum ita. ȷ̃.tit.1.& Bar.in q.præced.& in d.l.quæ dotis.in antepe. col.ad fi. tenuerit,ꝙ consentiens donanti rem suam indistinctè sibi præiudicat, quare non ita sit in consentiente leganti rem suam, ita vt sibi indistinctè præiudicet, & propterea Bal.in l. cùm alienã. in ver.sed pone.cum seq.C.de leg.tenet, ꝙ idem sit in consentiente leganti rem suam, qđ in consentiente donanti, & idem tenet Lud.Ro.in d.l.quæ dotis.& ibi simpliciter do.Alex.in 15.
43 col.ad fi.idem etiã ibi tenet Io.de Imo.in vlt.col.in prin. † Vbi subdit secus esse,qñ quis esset solùm presens leganti rem suam, & taceret,quia tunc sibi non præiudicaret, vt no.gl.in l.si fideiussor.§.pater.ff.de pign.& in d.l.Caius.idem tenet. d.Alex.licèt de Imo.non faciat mentionem,in consi. 203.vol.incip.ponde-
44 ratis his,quæ in themate narrantur.in 6.col.Et vltra eos † adde quod vult idem Bal.in c.1.in prin.de prohi.feu.alie. per Lotha. vbi quærit, quid si patior de re mea testari, an videar consentire? & determinat,ꝙ non per l.si qñ.§.fin.de inoffi testa. & quia patientia non præstat auctoritatem extra iuris dispositionem. quæstio ergo nostra procedit, qñ quis expresse consentit testatori leganti rem suam,prout etiam dicit Barto.in d.l.cùm quis decedens.in prin.& in d.consi.211.secus,qñ solùm esset presens,
45 & taceret ac pateretur de re sua testari.¶†Item ad istam materiam pro eius ampliatione adde, ꝙ si aliquis legaret rem meã alteri me expresse consentiente,cùm ex hoc esset sibi ius legandi quæsitum,non posset per pœnitentiam illud impedire, nec consensum præstitum reuocare, secundum Bal.in l.senium.C. qui testa.fac.poss.per multa iura ibi per eum allegata. Et vltra eum facit trita regula, quia quæ ab initio sunt voluntatis, ex post facto reducuntur ad necessitatem.l. in commodato.§. sicuti.ff.commo.& l.sicut.C.de act.& oblig. & c.licèt. & ibi not. d.Abb.de voto.¶Secundò amplia,ꝙ prædicta, & text.in d.l.si-
46 cut.§.venditionis.† procedunt etiam si testator,qui legat,ignoret rem esse alienam, dummodo dñs consentiens sciat. ita notabiliter tenet Bal.in l.cùm alienam.in 3.col.& ibidem Sal.C.de
47 leg.¶ † Aduerte etiam, ꝙ si testator legat rẽ extranei de ipsius expresso consensu, tñ dominium ipso iure non transit in legatarium.ita notabiliter tenet Ange.in l.1.circa fin.C.communia de leg.& ibi vide per Bal.in 5.col. quid si testator legat rem hæredis de expresso eius consensu, an tunc transeat ipso iure dominium in legatarium,dixi de vtroq; plenè in l.1.s̃.eo.ad ibi dicta me remitto.¶In ea.gl.ibi.Item not.hic præsentiam nocere. Istud notabile non bene colligitur ex isto tex. vbi nõ solùm interuenit præsentia, sed etiam assignatio ipsius fundi, vt aliena-
48 retur,vt dixi in tex.in secundo notabili. ¶†In vltima parte glo.
a ibi.Item not.ꝙ pretium [a] succedit loco rei. Istud notabile non est verum ad istum tex.quia procedit in vniuersalibus, puta in petitione hæreditatis, prout loquitur.l. si & rem & pretium.ff. de pet.hær.allegata per gl.secus est in singularib.prout loquitur iste tex.& plenè dixi de hoc in l.si cùm seruum.ff.si cert.pet. Ad ibi dicta me remitto. Et in isto text.quia fideic.consensit,ꝙ res ei relicta venderetur per hæredem,vt subueniret necessitati hęredis, cui imminebat æs hæreditarium alienum exoluendum, ideo pretium sibi debetur non ex natura obligationis,sed quia isto casu consentiens alienationi fundi sibi legati intelligitur sibi pretium reseruasse,vt dixi.s̃.in gl.magna in 1.parte declarando intellectum Pet.de Bellaper.quem ibi tenui.

ADDITIO.

a † Pretium. Adde,quòd idem dicit,& sequitur gl. in l. si quis pro eo. in prin.ff. de fideiuss.Bal.in l.cogi.C.de pet.hære.Idem,quòd pretium succedat loco rei in vniuersalibus,secus in singularibus, no.Alex.consi.58.col. fin. circa fi.lib. 3.Quam conclusionem declara,vt per eunde Alex.consi.124. num 10.lib.4. consi.108.col.pen.circa fin.lib.5.Rom.sing.615. vbi quid in personali, quid in reali,quid in hypothecaria. MASVER.

*SVMMARIVM.*

1 *Modus mixtus adiectus legato si deficiat per factum alienum, vel casum fortuitum, legatum tamen debetur, & intellige vt nu. 4.*

2 *Assessor debet habere salarium à partibus statutum,licèt ipsæ deueniãt ad concordiam.*

3 *Salarium si debetur iudici post latam sententiam, & per eum non stet, & ita protestetur, licèt non dederit, tamen debet illud habere.*

4 *Modus mixtus si adijcitur mero executori, si deficit per casum, facit deficere executionem.*

5 *Modus potestatiuus adiectus legato, si deficit per casum, non facit deficere legatum.*

6 *Factum tertij,& casus fortuitus mortis purificantur in defectione modi mixti.*

7 *Legatarius, cui relicta ſunt centum, vt ſeruum alienum manumittat, licèt ſeruus non valeat niſi quinquaginta, & dominus vult habere centum, tenetur dare illa centum ſibi legata.*

8 *Arguere licet de conditione ad modum.*

9 *Conditio mixta facit deficere legatum, ſi deficit caſu fortuito, ſecus in modo.*

*Dictio, vt, facit modum, & nu. 15.*

10 *Modus donec pendet, non impedit ortum, & natiuitatem actionis, ſed executionem.*

11 *Legatum dotis habet in ſe tacitam conditionem, ſi matrimonium ſequatur.*

12 *Modus reſpiciens commodum tertij ſemper dicitur eſſe cauſa fin. ſecus ſi commodum legatarij.*

13 *Differentia eſt inter modum, & fideicommiſſum.*

14 *In diſpoſitione modali cauendum eſt de modo implendo, aliàs legatarius non admittitur.*

16 *Grauamen caſu deficiens cedit lucro eius, qui eſt grauatus.*

*Fideicommiſſum quando præſumitur cauſa fin. legati.*

*Lex non debet cenſeri impoſita verbis.*

17 *Mens legum non eſt diſputare verbaliter, ſed realiter determinare.*

18 *Mens teſtatoris magis attenditur, quàm verba.*

## LEX XCV.

1 SI Titio. ¶†Si modus mixtus adiectus legato deficiat per factũ alienum, vel caſum fortuitum, tamen legatum debetur. hoc dicit *ſecundum communem lectu.* vel ſic. Fideic. deficiens facto alieno, vel caſu mortis cedit lucro legatarij, à quo relictũ eſt. h. d. ſm aliam lect. & de iſtis lecturis dicetur. ĩ. extra gl. ¶Diuiditur in tres part. In prima ponitur deciſio. In ſecunda ratio deciſionis. In tertia cõprobatio. Secunda ibi, quia per eum non ſtat. Tertia ibi, nam & ſi mortuus. No. 1. ex iſto tex. ſm communem lecturam, ꝙ modus mixtus pendens ex facto honorati, & alterius tertij, ſi deficiat per factum illius tertij, vel per caſum fortuitum mortis, non facit deficere legatum. Ratio aſſignatur in tex. quia cùm non ſtet per legatarium, quominus adimpleat voluntatem defuncti, & ſic fideicom. ſibi iniunctum, nõ debet ei imputari, & ſic non debet priuari cõmodo legati, vt hic, & l. pater. §. tuſculanus. ff. de lega. 3. & in regula imputari, & in reg. cùm non ſtat. de reg. iu. in 6. facit. l. iure ciuil. ff. de condi. & dem.

2 † Sicut alibi aſſeſſor, vel cõſultor debet hẽre ſalarium ſtatutum à partib. licèt partes deueniant ad concordiam, quia non ſtat per eum, vt eſt gl. ordi. in qua multi decipiuntur pp eius ignorantiam, in c. ſtatutum. § aſſeſſore. in verbo cõiter. de reſcr. in 6. Idem tenet Spec. in tit. de ſalario. §. 1. ex quo conſuluit egregiè

3 Lud. Ro. in conſ. 85. qđ inci. euidenter oſtenditur, † ꝙ ſi ex forma ſtatuti non debetur ſalarium iudici, niſi poſt latam ſniam, ſi non ſtet per iudicem, & ita proteſtatur, tunc ſalarium ſibi de-

4 betur, ſicut ſi ſñiam protuliſſet, qđ no. ¶† Limita iſtum tex. pcedere, qñ modus mixtus adijcitur legatario, ſecus ſi adijceretur mero executori, quia tunc facit deficere cõmiſſionem executionis, ſi deficiat per caſum mortis. l. ſi quis quos. ĩ. tit. 1. & no. in l. ſi quis eum. ff. de condi. & dem. ſm Bald. Pau. de Caſt. & Ang. de Perillis hic. Item intellige iſtum tex. procedere in ſeruo alieno, prout propriè loquitur tex. quia tunc pendet ex voluntate

5 dñi, an velit eum manumitti, & ſic ẽt ex facto tertij, † cùm ſeruus alienus non poſſit manumitti inuito dño. l. ſeruo alieno. C. de teſta. manu. & dñs non poteſt cogi vendere ſeruum ſuum, vt manumittatur. l. alieno. §. ſi is cuius. ff. de fideicom. lib. ſecus ſi fuiſſet ſeruus ipſius teſtatoris, quia tunc non eſſet modus mixtus, ſed poteſtatiuus, cùm per alium fieri non poſſet, quominus ſeruus manumittatur, quàm per ipſum legatarium, nã ſeruus ipſe non poſſet libertatem recuſare. l. fi. C. de manumi. teſta. & tunc etiam ſi onus manumittendi eſſet appoſitum per viã conditionis, nõ deficeret relictum, etiam ſi per caſum mortis ſerui deficeret conditio, cùm ſit poteſtatiua. l. quæ ſub conditione. §.

6 quoties. ff. de condi. inſti. ¶†Secundò diligenter no. ex iſto tex. ꝙ paria ſunt modum mixtum deficere per factum tertij, vel per caſum fortuitum mortis. nam factum tertij, cui de iure reſiſti non poteſt, æquiparatur caſui fortuito. l. ꝯtus. ff. de regu. iur. & ſic factum tertij, & caſus fortuitus æquiparantur, qđ vr̃ eſſe cõtra diſtinctionem Io. approbatam per glo. & Doct. in l. 1. C. de inſti. & ſubſti. Sed ibi loquitur in relicto ſub conditione, hic aũt ſub modo, vt ſtatim dicetur. ¶In gl. 1. ibi, idem ſi velit, ſed immenſo pretio. Raph. Cu. intelligit. d. l. non dubium. §. fi. ff. de leg. 3. allegatam in gl. loqui in relicto pecuniario, vbi æſtimatio dari poteſt. ſed iſte tex. loquitur in libertate, vbi æſtimatio dari nõ

7 poteſt. † vnde tunc videt̃, ꝙ legatarius teneatur redimere vſq; ad vires ſui legati. Et ſic vult Raph. Cu. ꝙ ſi teſtator legauit Titio centum, vt manumittat ſeruum alienum valentem quinquaginta, & dominus non voluit eũ vendere niſi pro centum, ꝙ legatarius tenebitur tota centum erogare pro emẽdo talem ſeruum manumittendum, licèt non valeat niſi quinquaginta, ſed iſtud reprobant. d. Pet. de Bexu. & d. Iac. Puteus, quia teſtator fideicommittendo legatario, vt manumittat ſeruum alienum, vr̃ illum grauare, vt illum ſeruum emat iuſto pretio. l. ſi fideiuſſor. §. fi. ſ. eo. ergo ſi legatarius offerat iuſtum pretium dño ſerui, & dñs velit immẽſum pretium, eſt excuſatus legatarius, ſi non vult erogare vltra iuſtum pretium ſerui, per d. l. non dubium. § fi. & l. qui concubinam. §. fi. ff. de leg. 3. Tene limitationẽ Raph. Cu. & licèt ipſe nihil alleget, tu allega bonum tex. in l. generaliter. §. ſi quis alienum, in fi. ff. de fideic. liber. vbi eſt text. ꝙ ſi legatarius ſit grauatus manumittere ſeruum alienum, tenetur indiſtinctè tñ redimere, quantum ex iudicio teſtatoris eſt conſequutus, & ſic quantum ei legatum eſt, & ita etiam no. gl. in l. deberi. in gl. mag ad fi. C. de fideicom. lib. Non aperit tñ ibi text. an eſſet vltra iuſtum pretium, vel ne. ¶Extra glo. opponitur ꝯ iſtum tex. de l. legatum. C. de condi. inſer. licèt Bart. opponat de l. 1. C. de inſtit. & ſubſti. quæ potius concordat cum iſta. ſed Bar. habuit reſpectum ad gl. ibi, nam in d. l. legatum cõditio mixta pendens à facto debẽtis implere, & à facto tertij ſi impediatur per caſum mortis illius tertij, habetur pro defecta, & legatum non debetur. ergo ꝯ iſtum tex. qui vult totum ꝯrium, ꝙ grauatus manumittere ſeruum alienũ, ſi impediatur per caſum mortis ſerui, tñ debetur ei legatum, & concordat text. in l. pater. §. tuſculanus. ff. de leg. 3. hic allegatus in gl. & ſicut ibi ꝯditio mixta deficiẽs caſu facit deficere legatum, ita hic caſus mixtus de-

8 ficiens caſu fortuito deberet facere deficere legatum, † cùm bonum ſit argũ. de conditione ad modum. l. 1. & 2. C. de his, quæ ſub modo. & tñ in hoc text. deciditur totum ꝯrium. Timore huius contrarij glo. mag. ſtra in d. l. 1. C. de inſti. & ſubſt. & in l. in teſtamento. ff. de condi. & dem. Bar. *& cõiter Doct. hic*, & ibi ſoluunt iſtud contrarium, faciendo differentiam inter conditio-

a nem, & modum. a Nam † conditio mixta deficiens caſu fortui

9 to bene facit deficere legatum, vt in ꝯrio, & in l. in teſtamento. 2. & l. cum ita datur. ff. de condi. & demonſt. ſecus eſt in modo mixto, caſus eſt hic, & ſic modus, & conditio non per omnia æquiparantur, per glo. in d. l. 1. C. de inſti. & ſubſt. qđ autem in iſto tex. eſſet modus, apparet per dictionem, vt, quæ facit modum. l. demonſtratio falſa. § fi. & l. quib. dieb. §. Termilius. & ibi Bar. ff. de condi. & dem. gl. in l. 1. C. de his, quæ ſub modo. Ratio diuerſitatis inter conditionẽ, & modum eſt, quia conditio pendens impedit ortum, & natiuitatem actionis, & obligationis. l.

10 cedere diem. ff. de verb. ſign. † Sed modus donec pendet, non impedit, ꝙ oriatur actio, & obligatio, ſed bene impedit executionem. d. §. Termilius. & ibi plenè per Bar. vnde ſi deficiat conditio, facilius impeditur orti obligatio ad legatum, quàm tollatur iam orta, quando eſt modus, per reg. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſui vel ali. iur. & c. quemadmodum. de iureiur. ¶Contra iſtam communem ſolutionem fortiter facit tex. in l. Titio centum. §. Titio genero, in ver. ſed cùm ante nuptias. ff. de condi. & demon. vbi legatum erat relictum ſub modo. ſ. vt matrimonium contrahatur, & tamen ſi matrimonium morte alterius, & ſic caſu fortuito impediatur, non debetur legatũ. Bar. hic, & ibi in d. l. 1. C. de inſtit. & ſubſtit. reſpondet, ꝙ ibi re vera

11 erat conditio, & non modus, & ſequitur Ang. hic, † quia legatum dotis habet in ſe tacitam conditionem, ſi nuptiæ ſequantur. l. ſtipulationem. & l. promittendo ff. de iur. dot. & Bar. ibi allegat. §. ſed hoc in præſenti, in Auth. de ſanct. epiſ. colla. 9. Iſtam ſolutionem reprobant Rapha. Cuma & do. Petr. de Bexu. hic. Rapha. Fulgo. & Moder. in d. l. 1. C. de inſti. & ſubſti. Rapha. Cu. in conſ. 79. incip. teſtator legauit vxori ſuæ. in vlti. col. per tex. in ver. ſed cum ante nuptias. vbi tex. ad literam dicit tale legatum eſſe purum, & conſequenter erat ibi modus, & non conditio. Bar. ibi multum ſe inuoluit, & dicit, ꝙ ibi mutat caſum, & ſic deſtruit illum tex. Secundo modo reſpondet Dyn. ꝙ in d. verſi. ſed cum ante nuptias, modus erat cauſa fina. relicti, quia relictum nomine dotis intelligitur relictum ob cauſam finalem, vt matrimonium contrahatur, & nuptiæ ſequantur, ſed in iſto tex. modus fuit cauſa impulſiua, & iſtam ſequuntur Rapha.

12 Cu. & do. Iac. Put. hic. Sed Bar. reprobat, † quia quotieſcunque modus reſpicit commodum tertij, vt hic, ſcilicet, cõmodum ſerui

### ADDITIO.

a ¶Conditionem, & modum. Adde, quę ſcribit Azo in ſumma. C. de his, quæ ſub modo, & titu. ſeq. & qualiter dignoſcatur modus à conditione, not. Bald. in l. cùm eorum. nu. 5. C. de ſent. & interlocuto. omn. iudi. & quando modus faciat conditionem, vide no. per Doct. in l. fin. C. de reuoc. don. & quæ ponit Nicol. Moron. Trac. de fid. treuga & pace. part. 1. q. 20. num. 7. Et ibi etiam quid, vbi modus eſt finalis, de quo per Aym. conſi. 59. nu. 8. Quæ autem verba importent modum, dic, ꝙ verba, hac lege, hoc pacto, & ſimilia, teſte Neuiz. conſ. 55. nu. 7. Iaſ. in l. debitori. col. 2. C. de pact. MASVER.

ſerui manumittendi,tunc ſemper dicitur eſſe cauſa fin.ſecus ſi
ſolùm reſpiceret commodum legatarij , vt eſt text.in d.l.Titio
centum.in prin. Subtilitatum princeps do. Chriſtopho.de Ca-
ſtil. hic aliter intellexit iſtum tex.ꝙ non loquatur de legato mo
dali , neque de modo , prout eum intellexerunt communiter
Doct.Sed hic legatum erat ſimplex cum onere fideicommiſſi,
vt manumitteret ſeruum alienum.Nam hic fuit duplex diſpo-
ſitio.Prima continet legatum purum ,quia teſtator legauit pu-
ram pecuniam Titio. Secunda continet fideicom. quia poſteà
per fideicommiſſum grauauit, vt ſeruum alienum manumit-
13 teret, & ſic ſunt duæ diſpoſitiones. † vnde differentia eſt inter
modum, & fideicommiſſum. nam modus eſt vna oratio , &
vna diſpoſitio qualificata , puta lego tibi centum , vt manu-
mittas ſeruum alienum. l.3. §.item ſi quis ex his. & §. ſequent.
ff.de lega.præſtan.hic enim eſt vnica oratio, & vnica diſpoſitio
qualificata ſub iſto modo. Et ideo tunc qualitas deficiens bene
facit deficere legatum,& ita procedit text.in d.verſic. ſed cùm
ante nuptias.vbi legatum bene erat modale,vt nuptiæ contra-
hantur,vnde deficiente illo modo, bene deficit legatum . Sed
qñ ſunt duæ orationes , & duæ diſpoſitiones teſtatoris , vna eſt
legatum,ſecunda eſt fideicõ. & ſic non eſt vna qualificata, ſed
duæ ſeparatæ, & tunc licèt deficiat fideicommiſſum facto ter-
tij,vel caſu fortuito mortis,non ťñ deficit legatum,& ita ꝓpriè
loquitur text.hic,& in d.l.pater.§.tuſculanus, & ita ſuperius ſe-
14 cundo loco ſummaui iſtum tex.ſm iſtam ſecundam lect.† Itē
inter iſtas diſpoſitiones magna eſt differētia, quia in diſpoſitio-
ne modali eſt cauendū de modo implendo,aliàs legatarius nõ
admittitur in effectu ad agendum. l. ſi tibi purè legauero. ff. de
leg.3.Secus qñ ſunt duæ diſpoſitiones.ſ.legatum, & fideic.quia
legatarius capit legatum ſimplex, licèt nõ caueat de fideicom.
implendo.l.ſi cui legatum.ff.de condi.& dem. Iſte fuit ſubtilis,
& peregrinus intellectus dõ.Chriſtoph.de Caſtil. licèt ipſe eum
non ita ponat,nec ita probet , quem intellectum etiam habuit
Argentinus filius Ray. prout referunt Albe. de Roſ.& Rapha.
Cu.hic.Et idem etiam vř voluiſſe Bar.in d.l.quib.dieb.§.Termi
lius.in 1.q.idem tenet Pau.de Caſt.hic,licèt de do.Chriſtoph.&
alijs.ſ.relatis non faciat mentionem.nam dicit Pau.de Caſtr.ꝙ
re vera iſte tex.nõ loquitur in modo, ſed in onere iniuncto per
15 viam fideicommiſſi.† Nam modus fit per, vt, vt.ſi diceretur,
lego tibi centum,vt ſeruum alienum manumittas,ſed hic pri-
mò fuit legata pecunia , & poſtea iniunctum onus fideicom-
miſſi, ꝙ ſeruum alienū redimeret,& manumitteret, bene tunc
ſm eum æquiparatur onus iniunctum per viam modi , & in-
iunctum per viam fideicommiſſi, quando ambo ſunt in eadē
oratione,vt colligitur ſm eum in l.huiuſmodi.in prin.ſ.co. Ita
reſidet Pau.de Caſtr.hic. Modo in propoſito,quando legatum
eſt alicui ſimpliciter,& poſtea grauatus eſt per fideic. facere ali
quid,puta,manumittere ſeruum alienum,tunc ſi fideic.deficit
16 caſu fortuito,& ſic eſt quaſi caducum,ſtat reg. † ꝙ grauamen
caſu deficiens cedit lucro eius,qui eſt grauatus.l. ſi quis eum.ff.
de condi.& dem.& l.vnica.§.in primo , & §.pro ſecundo. C.de
cad.tol.vnde in caſu iſto ſi moritur ſeruus alienus , quem lega-
tarius erat per fideicom.grauatus emere,& manumittere, lega
tum pecuniæ remanet penes ipſum legatarium, nec poteſt di-
ci,ꝙ hic fideic.fuerit cauſa finalis legati , imò èc contra legatum
fuit cauſa fideic.l. Pamphilo.in fi.ff.de leg.3. quia ſi iſti Titio nõ
fuiſſet legata pecunia , non potuiſſet ab eo fideicommitti de
emēdo, & manumit.ſeruo alieno impediēte regula,Quē non
honoro, grauare non poſſum.l.ab eo.C.de fideic.Tamen, ꝙ fi-
deicõ.præſumatur cauſa fin. legati,eſt optimus tex.quem val-
de ſigna in l.filio.§.1.ff.de adi.leg.¶Iſte peregrinus intellectus.d.
Chriſtoph.præſupponit,ꝙ ſi in iſto tex.fuiſſet modus,non pro-
cederet iſte text. & in hoc reprobat iſtum intellectum Rapha.
Cu.per tex.in l.non tantum.§.ſi alienum. ff.de fideic.lib. vbi ſa-
tis probatur, ꝙ hic ſit modus, & tamen idem deciditur,ꝙ hic.
Tu autem dic , ꝙ ibi ponitur ferè idem caſus , qui ponitur hic
non ſolùm, qñ expreſſerat modum , ſed etiam qñ fideicom.&
pecuniam prius de per ſe legauerat, ſicut & hic. vnde ibi idem
deciditur,ꝙ ſi ſtat per tertium, & ſic dominum ſerui, qui nolit
ſeruum vēdere , ꝙ legatarius retinet legatum ex voluntate de-
functi,& ſic in aliquo non obſtat. ¶Sed iſte intellectus do.Chri
ſtopho.mihi non placet ex alio, quia vt etiam dicit do. Pet.de
17 Bex.† iſta eſt differentia verbalis, & non realis, & iura non de-
bent eſſe impoſita verbis,ſed reb.l.2.in fi. C. communia de leg.
& c.commiſſa.§.1.de elect.in 6.quia mens legum non eſt diſpu
tare verbaliter,ſed determinare realiter,ſm Bal.in rub. ff.de rer.
diuiſi.circa fi, quid enim aliud eſt effectualiter dicere , lego tibi
centum,vt ſeruum alienum manumittas, vel dicere, lego tibi
centum,& fideicommitto , vt ſeruum alienum manumittas ?
certè quantum ad mentem teſtatoris idem eſſe debet vtroq;
caſu , & ſecūdum mentem teſtatoris ſi modus in eadem ora-
tione eſt cauſa fi.ergo & fideicom. quod immediatè ſequitur
primum legatum,& dicere , ꝙ modus, & fideicom.de manu-
mittendo in alia oratione non ita afficit legatum, ſicut ſi in alia
18 oratione fuiſſet adiectus †,certè hoc non videtur fuiſſe ſecun-
dum mentem teſtatoris , quæ magis attendi debet , quàm ipſa
verba.l.cùm virum.C.de fideicom.& l.3.C.de libe.pręt.& l.pa-
ter Seuerinam.in prin.ff.de condi.& demon.poſtquam ſimul,
& continuatiuè illud incontinenti adijcitur.

*SVMMARIVM.*

1 *Fideicommiſſum poteſt relinqui à ſuccedentibus ab inteſtato filio pupillo,quod expirat adueniente pubertate,dummodo pupillus non ſit exhæredatus,& venientes ab inteſtato non ſint à patre inſtituti.*

2 *Quilibet poteſt grauare onere fideicommiſſi ſibi ab inteſtato ſucceſſuros de iure ciuili , vel prætorio.*

*Succedens ab inteſtato dicitur ſuccedere ex tacita voluntate defuncti.*

3 *Subſtitutio facta, ſi filius deceſſerit ſine liberis,& filij filiorum ſine filijs,deueniant bona ad Titium , an valeat in filijs filiorum poſitis in conditione.*

4 *Succedere ab inteſtato,propriè dicuntur venientes de iure ciuili ex præſumpta voluntate defuncti.*

5 *Succedens de iure prætorio dicitur habere tacitam voluntatem defuncti, & ſic poteſt fideicommiſſo grauari, contra glo.*

6 *Pater poteſt grauare fideicommiſſo legitimos hæredes filij ſui impuberis,& ibi de ratione.*

7 *Captatoria diſpoſitio non dicitur,quando in voluntatem alterius ſolùm committitur electio perſonarum.*

8 *Pater non poteſt grauare fideicommiſſo legitimos hæredes filij puberis, vel emancipati, & nu.14.*

9 *Fideicommiſſum relictum à legitimis hæredib. impuberis , an habeat locum etiam ſi ex teſtamento patris non adeatur hæreditas.*

10 *Subſtitutio pupillaris corruit , ſi ex teſtamento paterno hæreditas non adeatur.*

11 *Filius pupillus à patre in bonis ſuis proprijs grauari non poteſt.*

12 *Fideicommiſſum ex quo eſt onus , & grauamen, non poteſt in legitima filij apponi.*

13 *Fideicommiſſum in dote filiæ quando non eſt vltra legitimam , apponi non poteſt.*

15 *Subſtituto pupillari poteſt iniungi fideicommiſſum per teſtatorem etiã in legitima filij, & nu.17.& 30.*

*De legitima filij non reijcitur grauamen impoſitum,quando deuenit ad eius ſubſtitutum pupillarem.*

16 *Fideicommiſſum relictum à legitimis hæredib.pupilli,vel ab eius ſubſtituto,eſt potentius quàm relictum ab ipſo pupillo , & nu.30.*

18 *Subſtitutio pupillaris eſt honor.*

19 *Pater poteſt facere codicillos filio ſuo pupillo, licèt ipſe non teſtetur, ſcilicet,grauando venientes ab inteſtato,nu.21.*

20 *Clauſula codicillaris appoſita in teſtamento , porrigitur ad pupillarem ſubſtitutionem.*

22 *Fideicommiſſum relictum à legitimis hæredib. pupilli expirat adueniente pubertate.*

23 *Diſpoſitio huius text.non habet locum in milite teſtante , ex quo poteſt filio ſuo directò ſubſtituere quandocunque, & ſic fideicom.iniunctum legitimis hæredib. erit perpetuum.*

24 *Fideicommiſſum,de quo in l.Scæuola. infra ad Treb.non valet poſt pubertatem,quando ſubſtitutio pupillaris fuit facta in codicillis.*

25 *Subſtitutio non extenditur vltra tempus conſtitutum.*

26 *Pater non poteſt à legitimis hæredib. filij pupilli exhæredati fideicommiſſum relinquere,niſi ipſi ſint hæredes patris.*

27 *Pater filio pupil.exhæredato poteſt pupillariter ſubſtituere , & nu.31.*

28 *Fictio non cadit,vbi veritas locum habere non poteſt.*

29 *Legitimi venientes ab inteſta. impuberi , quando poſſint grauari fideicommiſſo.*

1 **§.Sicuti.** ¶†Poteſt fideicommiſſum relinqui à ſucce-
dentib.ab inteſt.filio pupillo,qđ.expirat adue
niente pubertate,dummodo pupillus non ſit exhæredatus,niſi
venientes ab inteſt.eſſent à patre inſtituti. hoc dicit cum l. ſeq.
& princ.ſecundæ.l.ſeq.vſq; ad §.qui rogatus. & eſt caſus valde
ſin.qui non eſt alibi in iure ſecūdum Bar.& omnes hic, & Ang.
in l.eam quam.in 4.col.C.de fideic.& intendo eum ſolenniter,
& vtiliter legere,quia tota die allegatur. ¶Iſte text.diuiditur in
tres partes. In prima ponitur deciſio. In ſecunda vna limitatio.
In tertia alia limitatio. Secunda eſt in l.qđ fideic. Tertia eſt in l.
2 planè.in prin.¶†No.1.ex iſto tex.ꝙ quilibet poteſt grauare one
re fideicommiſſi ſibi ſucceſſuros ab inteſta. de iure ciuili , vel
præto.quia cùm potuerit facere teſtamentum , & alios hære-
des inſtituere,non faciendo teſtm̄, videtur eis tacitè hæreditatē
ſuam relinquere.Et ex hoc dicimus, ꝙ ſuccedentes ab inteſt.di
cuntur ſuccedere ex tacita volun.defuncti,vt l. cõficiuntur.in

prin.ff.de iure codi. quia qui poteſt adimere, non adimendo,
videtur tacitè dare, & intellige iſtum text.ꝙ iſte teſtator facie-
bat ſolùm codicillos,in quib.grauabat venientes ab inteſta. vel
eos grauare intelligitur.l.ſi quis cum nullum. & l.ab inteſt.ff.de
iure codi.& ſic ita poſſum grauare fideicommiſſo illos, quib.
adimere potui, & non ademi, ſicut & illos quos expreſsè ho-
noraui. Ad idem eſt tex.no.in l.1.§.ſciẽdum. in verbo vel dum
eis non adimitur.ff.de leg.3.& ita limitatur, & declaratur reg.l.
ab eo.C.de fideic. Et iſtud facit ad illam arduam,& difficilem
quæſtionem,quam ponit Bar.in l.Centurio.in pen. char.in vlt.
3 q.3.q.prin.ff.de vulg.& pup.& de hoc pluries conſului, † quan-
do teſtator dixit,ſi filius meus deceſſerit ſine liberis, vel filij fi-
liorum ſine filijs,vult omnia bona ſua deuenire ad talem,an ta
lis ſubſtitutio valeat in filijs filiorum,& ſic an filij filiorum, qui
non fuerunt expreſsè honorati,ſed ſolùm poſiti in conditione,
potuerint expreſsè grauari onere fideic.Bar.ibi tenet,ꝙ ſic,quia
ex quo filios filiorum grauauit, videtur eis tacitè reliquiſſe.l.
denique.§.interdum. ff.de pec.leg. ſecus qñ eis nullum graua-
men impoſuiſſet,prout tenet gl.no.in l.Lucius. ff.de hær.inſti.
quæ vult,ꝙ filij poſiti in conditione, non videntur tacitè inſti-
tuti,& certè licèt paſſus iſte ſit dubius, vt ibi latè examinaui,ta
a men pro opi.Bar.[a] multum facit notabile prædictum,ꝙ colle-
gi ex iſto tex.& ratio.ſ.aſſignata,ꝙ ex quo illis filijs filiorum te-
ſtator adimere potuit eis hæreditatem,ergo non adimendo vr̃
eis dare,ergo eos grauare potuit fideicõ. ¶ Ad idem facit, quia
ex quo teſtator poſuit filios filiorum in conditione, tacitè co-
gitauit hæreditatem ad eos debere venire ab inteſt.vt dicit tex.
not.in d.l.Lucius. in verbo prudens conſilium teſtatoris. vnde
poſtea adijciendo grauamen fideicommiſſi,ex iſta tacita noua
voluntate,debet induci,& relictum, & fideic. quaſi ex duplici
tacita voluntate honoris,& fideic. vt ibidem plenius dixi,& ad
4 ibi dicta me remitto. † Secundò no.ex tex.ibi,vel bonorũ poſ-
ſeſſio peruentura eſt.hic eſſe tex.contra illud, qđ tenet gl.mira-
bilis in l.1.§.vel maximè.ff.de colla.bon.quæ vult,ꝙ tm̃ venien-
tes de iure ciuili dicũtur ab inteſtato ſuccedere ex præſumpta
voluntate defuncti,& ſic illi tantum poſſunt grauari fideicom-
5 miſſo,& ita intelligit.d.l.cõficiuntur.in prin. † Ille ergo,qui ſuc-
cedit de iure prætorio,non dr̃ habere tacitam voluntatem de-
functi,& ſic non poteſt grauari onere fideicõmiſſi,& hoc mo
do eſſet multum vtile poſſe venire de iure præto. tm̃,quam gl.
Barto.ibi dicit eſſe mirabilem,ſed eam reprobat,quia ita habet
tacitam volũtatem defuncti,qui ſuccedit ab inteſt.de iure præ-
torio,ſicut qui ſuccedit de iure ciuili.ad hoc allegat tex.in l.ſcri
pto.§.fin.ff.vnde liberi. in verbo parentum commune votum.
vbi probatur, ꝙ qui veniunt de iure prætorio tm̃, veniunt ta-
men ex voto,& voluntate parentum.Sed ille tex.in d.l.ſcripto.
§.fi.licèt loquatur in filio,non tñ aperit,ꝙ veniat de iure præto.
tm̃,& ſic non aperit, ꝙ loquatur de filio emancipato, niſi pro-
pter ſubiectam materiam,& ſic ille tex.non vrgenter probat ꝯ
illam gl.ſed contra illam gl.eſt tex.hic,& tex.in d. l.1.§.ſciendũ.
ff.de leg.3.& in l.ſi pater.§.fi.in fi.ff.de fideic.lib.& in §.prætereà
inteſtatus. in verbo honorario iure.Inſti.de fideic.hær.quæ iura
volunt,ꝙ veniens ab inteſt. de iure prætorio dicitur venire ex
tacita voluntate defuncti, & illam gl.etiã reprobat Io. de Imo.
in l.ſi Titio.§.mulier.ff.de leg.2.licèt eam reputet ſing.& videa-
tur ſequi Bal.in l.nõ iuſtam.in 4.opp.C.ad Treb. de qua gl.vide
omnino Bal.in rub.C.qui admitti.in vlt.q.& ibi.d. And.Barba.
6 in repet.in 94.col.& quatuor ſeq. ¶ † Tertiò no.ex iſto tex.ꝙ ſi-
cut pr̃ poteſt grauare fideic. legitimos heredes ſuos ſibi ab inte-
ſtato ſucceſſuros,ita poteſt grauare fideic.legitimos heredes fi-
lij ſui impuberis.Ratio eſt ſm gl.Bar.& omnes,quia cùm pater
potuerit teſtari pro filio ſuo pupillo, & ſic ei ſubſtituere pupil-
lariter extraneum,& excludere venientes ab inteſtato,etiam ſi
eſſet mater ipſius impuberis.l. Papin.§.ſed nec impuberis.ff.de
inoffi.teſta.& c.ſi pater.de teſta.in 6. ergo non ſubſtituendo vi-
detur dare legitimis hæredib.venientib.ab inteſtato.l.cõficiun-
tur.in prin.ff.de iure codicil.ergo poteſt eos fideic.grauare,ve-
nientes ergo ab inteſtato videntur habere hæreditatem impu-
beris à patre, qui potuit ab illis auferre, dando extraneum pu-
pillarem ſubſtitutum, ergo non auferendo videtur eis conce-
* dere. Reperio,ꝙ *iſtam communem rationem* gl. Bar.& Doct.repro-
bat ſubtiliter Are.in l.1.§.fi.in 2.char.ff.de vulg. & pup.per text.
in l.vnum ex familia.§.ſi Falcidia.iuncto prin. & quod ibi Bar.
no.ff.de lega.2.vbi probatur,ꝙ ſi teſtator reliquit prædium vni
ex libertis,quem hæres elegerit, ꝙ nec liberti electi, nec alij,ſi
hæres non eligat,videntur habere cauſam ab hærede, ſed à de-
functo.vnde detrahitur falcidia ſicut de teſtamento primi te-
ſtatoris, ergo eodem modo in propoſito, licèt teſtator de ſub-
ſtitutis pupillarib.hæreditatem pupilli, quam potuit non dare,
vel èontra, relinquat venientibus ab inteſtato, quibus potuit
au ferre,quia tamẽ agitur de ſucceſſione alterius, & de alterius
hæreditate,non videtur poſſe dici, ꝙ iſta ratione hæreditas di-
catur haberi à defuncto.vnde dicit, ꝙ melior ratio eſt, quam
ſentit hic Iuriſconſultus,licèt non eam explicet totaliter, vide-
licet, ꝙ teſtator ideo poteſt per codicillos ab inteſtato grauare
legitimos hæredes filij impuberis, quia regula ponitur in l.2.ſ.
eod.ꝙ cui licèt teſtari, licèt codicillari, ſed patri licet teſtari in
bonis filij impuberis, ergo licebit nomine ipſius filij codicillari,
& grauare fideicommiſſo venientes ab inteſtato ipſius impu-
beris,ſed quando pater grauaret fideicommiſſo ipſium filium
impuberem,nõ poteſt dici conficere codicillos pro filio, quia
ex codicillis non grauatur faciens codicillos,ſed hæres eius.Tu
tene rationem glo.& Bar.& communem,quæ eſt vera,& fun-
damentalis ratio.Et ad fundamentum Are.licèt ſubtile,reſpõ-
7 deo in forma, † ꝙ quemadmodum dicitur diſpoſitio captato
ria, quando ipſa eſſentia teſtamenti confertur in voluntatem
alterius,& iſta eſt reprobata à iure.l.captatoriæ.ſ.eo. & l.capta-
torias.C.de teſta.mili.& vtrobique dixi.ſecus quando in volun
tatem alterius committitur ſolùm electio perſonarum, iſta nõ
eſt captatoria,nec reprobata à iure,vt declarant Bart. & Doct.
in d.l.captatorias.& in d.l.captatoriæ.Ita in propoſito, quando
pater facit,vel non facit ſubſtitutionem pupillarem, certè ſub-
ſtantia teſtamenti committitur in voluntatem patris, & iſtud
ius permittit fauore pupilli, ergo qui admittũtur,dicuntur vo-
cati à patre,ideo poſſunt à patre grauari fideicommiſſo,vt hic.
ſed in caſu.d.l.vnum ex familia.in princ.& d.§.ſi de Falcid.alle-
gati per Aret.ſolùm committitur electio perſonæ de certis,ſci
licet, libertis. ſubſtantia ergo ipſius diſpoſitionis non venit ab
ipſo eligente perſonam, vt ibi dicit text.ſed ſolùm prouenit ab
ipſo teſtatore.& iſta eſt veritas. ¶ Sed vltra Aret. contra iſtam
cõem rõnem glo. Bar.& Docto.fortiter vrget text.in l.planè.in
prin.ĵ.immediatè ſequenti, vbi reſeruo de hoc in ſpecie dicen-
8 dum.¶ † Et ſic ex prędictis habes colligere limitationem ad iſtũ
tex.& eius rationem,quam ſupra adduxi, ꝙ procedat,quando
filius eſt impubes,& in poteſtate patris.ſecus ſi eſſet pubes,vt in
l.ſeq.vel eſſet emancipatus, quia filio puberi, vel emancipato
non poteſt pater ſubſtituere pupillariter.l.2. in princ.ff.de vulg.
& pupil.ſubſtit. & conſequenter ceſſat ratio ſupra aſſignata ad
9 iſtum text.¶ † Item ad iſtum tex.pro eius ampliatione, vt nihil
omittatur, adde, ꝙ fideicommiſſum relictum à legitimis hæ-
redibus impuberis,de quo loquitur iſte text.cum l.ſeq.& princ.
ſequentis,habet locum etiam ſi ex teſtamento patris nõ adea-
tur hæreditas.Ita ſingulariter tenet Raph. Fulg.in l.eam quam.
C.de fideicom.in 5.col. per illum text. ſecundum vnum ſuum
nouum intellectum, quem ponit ad illum text.quod reputat
no.dignum.Nam iſte tex.licèt propriè loquatur, quando pater
fecit ſolùm codicillos, vt ſupra dixi in 1.notab. tamen poteſt
procedere,etiam quando pater feciſſet teſtamentum, vt patet
in l. planè. in princ.immediatè ſequenti, quæ loquitur,quando
pater exhæredauit filium impuberem, ergo quando facit te-
ſtamentum.l.non codicillum. C.de teſt. & tunc procedit am-
pliatio Rapha.Fulg. ſed ego in d.l.eam quam. reprobaui illum
intellectum Rapha. & pro certo eſt admirandum de iſta eius
ampliatione,quia contra eam videtur eſſe tex.in l.2.§.quiſquis.
10 ff.de vulg.& pupil.vbi eſt tex.formalis, † ꝙ ſi non adeatur hæ-
reditas ex teſtamẽto paterno, corruit ſubſtitutio pupillaris tan
11 quam eius acceſſoria.¶ † Quartò not.ex iſto text.ꝙ licèt ipſe fi-
lius pupillus non poſſit grauari à patre per fideicommiſſum
in bonis ſuis proprijs.l.ex trib.vbi gl. & Doct. C.de inoffi.teſta.
ſed ſolùm poteſt ei pupillariter ſubſtitui, quia eſt prouiſio, &
teſtamentum ipſius pupilli.l.2.in prin.ff.de vulg. & pupil. Item
licèt à filio impubere inſtituto in legitima tm̃ non poſſit fidei-
committi,nec vniuerſaliter,nec particulariter,nec legari dupli-
12 ci ratione. † Prima, quia fideicom.eſt onus & grauamen.l. co-
hæredi.§.cum filio. ff.de vulg. & pup. & omne grauamen ipſo
iure reijcitur de legitima filij.l.qm̃ in priorib.C.de inoffi.teſt.Se
cunda ratio,quia filius habet legitimam ſuam non à teſtatore,
ſed à lege,vt l.ſi arrogator.vbi dixi.ff.de adop.Ideo cùm nõ ha-
beat legitimam à teſtatore, non poteſt in ea grauari per fidei-
13 cõmiſſum,per regulam.l.ab eo.C.de fideic.† Eodem modo nõ
poteſt iniungi onus fideicommiſſi in dote filiæ, quæ nõ eſt vl-
tra legitimam ſuam,ſm Cy.in l.vnica.§. videamus. in fin. C.de
rei vxo.act. Io.And.in addi.Spec. in tit.de inſtr.edi.§. vt autem.
in additione quæ incipit. ſed incipit. facit text. in l.fin.§. filiæ.&
ibi

ADDITIO.

a † Opin.Bar.Adde,quòd contra Barto.inclinant ferè omnes. Sed eum nititur
ſaluare Clar.in §.teſtamentũ.q.78.vbi diſtinguit tres caſus ſatis eleganter,vt
opin.contrarias concilicet,de quib.vide,quæ ſcribit idem Iaſ.in l.Centurio.
nu.56.ff.de vul.Rub.Alex.in l.cum filiofamilias.hoc tit.Alex.conſi.64.col.2.
lib.5.conſi.185.nu.21.lib.2.conſi.13.lib.4. MASVER.

ibi Bar.no.ff.de leg.2.Bar.in l.Lucius.§.maritus.per illum tex.ff. ad Treb.Bal.& latius Saly.in l. quoniam nouella. vterque in 2.
14 q.C.de inoffic.testa.† Tamen bene possunt grauari fideicommisso vniuersali, vel particulari legitimi hæredes ipsius impuberis venientes ab intestato, per rationem, quam dixi.s.in præcedenti notabili, quia pater potuisset excludere veniẽtes ab intestato, substituendo alium extraneum pupillariter, ergo non adimendo vr̃ eis dare,ergo potest eos grauare fideicommisso,
15 & ad hoc tota die allegatur iste.§.† Eodem modo per eandẽ rationem potest iniungere fideicommissum substituto pupillari,non solùm in legitima filij,quam pater sibi reliquit, sed ẽt in alijs bonis proprijs filij,per istum tex. & ita etiam tenent Cy. Bart.*& communiter* alij in d.l.ex trib.Barto.& alij in l.1.§.fin.ff.de vulg.& pupil.& Bar.in consi.13. quod incip.ex facto proposito plura dubia oriuntur.in pen.col.Cy & Bal. in l.cùm virum. C.de fideicõ. d.Mathesil.in no.164. Confirmatur optimè,quia licèt omne grauamen, & omne onus, & omnis conditio ipso iure reijciatur de legitima filij.d.l.qm̃ in priorib.tamen si postea legitima filij deueniat ad eius substitutũ, veniet cum eius onere,nec tunc reijcietur, eo quia mutatione personæ desinit esse legitima.tex.est no.in l.cùm patronus. & ibi no. Pau.de Cast.in vtraque lectura.ff.de lega.2. Et idem tenet Pau. de Castr.in d.l. qm̃ in priorib.in vlt.col.vbi dixi.Raph. Cu.hic circa fi.& d.Pet.
16 de Bexu.† Et sic pondera, ꝙ potentius est fideic.relictum per patrem à legitimis, vel à substituto pupilli, quàm relictum ab ipso pupillo, quia in persona legitimorum, & substitutorum pupilli valet grauamen in legitima pupilli, & etiam in bonis proprijs ipsius pupilli,sed neutrum valet in persona ipsius pupilli.¶Sed aduerte,ꝙ alibi deciditur totum ècontra,ꝙ si pater exhæredat filium ab hæreditate,& ei relinquit legatum,& filio exhæredato substituit pupillariter, ꝙ non poterit legari, nec fideicommitti à substituto, quem honorauit, sed bene ab ipso filio exhæredato, vt est tex.in l.cùm quidam.C.de leg.l.qui fundum.§.qui filios.vbi Bart. & Mod. laborant in reddendo rationem.ff.ad l.Fal.& in l.ab exhæredati.quę est.l.antep.ſ.eo.& istud procedit etiam in testamento militis.l. miles ita.§. si miles.ff.de test.milit.Et per ista iura subtilis Raph. Fulg.in d.l.ex trib.tenet contra communem sententiam, ꝙ etiã à substituto impuberis non possit relinqui fideicom. sicut nec ab ipso pupillo. Item si non possum grauare hæredem meum,ergo nec hæredem hæredis.l.si fuerit.§.fi.ff.de leg.3.Et ad istum text.respondet,ꝙ hic filio erat relictum plus legitima,ideo potest substitutus grauari,sicut etiam potuisset ipse filius. sed iste intellectus diuinat, & redderet istum tex.indubitabilem,vnde teneas cõmunem sententiam,quæ est vera. Et ad iura cõtraria licèt difficile sit ratio-
17 nem assignare,dic vt dixi in d.l.cùm quidã.† Et si dicas retenta cõi sententia, planum est, ꝙ pater potest substituere pupillo in omnib.boni pupillariter pupilli, & etiã in legitima habita à patre,quia ad substitutum pupillarem pertinent omnia bona pupilli vndecunque prouenientia.l.sed si plures.§.ad substitutos.ff. de vulg.& pup.& tñ non potest per fideicommissum relinquere, vt in iurib. præalleg. cùm in effectu non videatur referre,an substitutus admittatur ex pupillari, an ex fideicõmissaria substitutione. Et si diceres,ꝙ fideicommissaria est onus,& grauamen.l.cohæredi.§.cum filio.ff.de vulg. & pup.secus est in pupillari substitutione:nam vr̃,qđ imò sit minus onus,cùm in fideicõmissaria detrahatur quarta Treb. per legitimos impuberis,
18 secus in pupillari.Dic,† ꝙ ratio diuersitatis est,quia substitutio pupil.est honor,& prouisio pupilli,ꝙ pupillus habeat hæredẽ. sed fideicommissaria est onus,vt dixi,& per eam succeditur testatori, & non ipsi pupillo.d.l.cohæredi.§.cum filio. ¶Quintò pondera, ꝙ iste tex.loquitur de venientib. ab intest.tam patris, quàm ipsius impuberis, qui possunt grauari onere fideicommissi,ergo loquitur,qñ pater non fecit testm̃,sed solùm codicillos,ergo pondera hic esse tex.no.prout etiam ponderat gl.Bar.
19 & Doct.† ꝙ pater potest facere codicillos filio suo pupillo, licèt neq; sibi,neq; filio testetur,& licèt etiam,codicillos sibi non faciat,secus in testamento, & pupillari substitutione, nam pater non potest soli filio facere pupillarem substitutionem, nisi prius sibi faciat testm̃.l.1.§.fin. & l.2.§.quisquis. & §.prius. ff. de vulg.& pup.& istud qđ habes hic,alibi non inuenies in iure,sm̃ Bal.Imo.Raph.Cu.Pau.de Cast.& Flo.& sic nota,ꝙ licèt pater non possit testari filio suo pupillo,nisi sibi testetur, vnde eo casu quo pater decedit intestatus, non potest facere filio testm̃, & sic pupillarem substitutionem,vt in iurib.præalleg.eo quia testamentum filij habet dependentiam à testamẽto patris, vnde non valet,nisi pater fecerit testm̃, vt ibi, tamen pater potest facere solos codicillos pupillo, quia tunc non habent dependentiam,qñ nullum factum est testamentum,vt l.3.ff.de iure cod.
20 ¶†Et per istum tex.dicit Bar.ꝙ clausula codicillaris,[a] quę cõmuniter apponitur in testamentis.s. si non valet iure testamẽti, valeat iure codicillorũ, porrigitur ad pupillarem substitutionem,ꝙ reputat Bar.notandum,& sequitur simpliciter Raph. Cu.hic in fi.Sed tu dic,vt latius per Bar.in l.1. in 16.q.ff.de iure codi.per Bal.Ang.Imo.& alios in l.verbis ciuilib. ff. de vulga.&
21 pup.cum multis cõcor.ibi traditis per d.Alex.in 1.no. ¶†Subdit etiam Bar.se intelligere istud notabile,ꝙ pater potest codicillari filio suo pupillo,verum est grauando venientes ab intestato,non autem filium in suo proprio.Adde, ꝙ ratio est,quia qñ pater in codicillis grauaret fideicommisso ipsum filium impuberem, tunc non posset dici facere codicillos pro filio ipso, qa ex codicillis non grauatur faciens codicillos,sed hæres eius.
22 ¶†Sextò no.ex l. qđ fideicommissum, ꝙ fideicom.relictum à legitimis hæredib. pupilli expirat adueniente pubertate, & sic non durat adueniente pubertate,sic expirat pupil. substitutio.l. in pupillari.ff.de vulg.& pupil.& §.masculo.Insti.de pupil.substi.& ista lex non est alibi in iure sm̃ Dy.Bar.& alios.& sic habes notabilem casum,& signandum, in quo substitutio fideicom. expirat in 14.ann.& sic finit̃ adueniente pubertate, qñ est facta legitimis hæredib.impuberis,aliàs autem est perpetua,& durat etiam post pubertatem.l.præcib.C.de impub.& ratio est secundum Bart.quia infra tempus pubertatis videntur venientes ab intestato habere ex dispositione defuncti, qui alium extraneũ poterat substituere,vt dixi.s.in 3.not. postea verò videntur habere ex casu,ideo non possunt per defunctum grauari, vt l.sed & si sic.§ fin.ff.de leg.3. ¶Adde, ꝙ istam rationem etiam ponit Bar.in l.1.in prin.in pe.q.ff.de vul.& pup. ¶Hinc ex ista ratione infertur limitatio ad istum text.vt ꝓcedat in testatore pagano,
23 † secus si testator esset miles,qui potest substituere filio suo directò qñcunque etiam post pubertatem in bonis prouentis ab ipso patre milite.l.Centurio.ff.de vulga.& pup.& l.precib.C.de impub.& alijs substi.& l.in testamento. C. de test.milit.tunc fideicommissum relictum à testatore milite successuris ab intestato filio suo, esset perpetuum, eo quia perpetuò poterat priuare istos successuros ab intestato filio suo,substituendo ei etiã post pubertatem per directam militarem,ergo eos semper videtur honorare eo ipso,ꝙ non ademit,ergo semper durabit fideicom.etiam post pubertatẽ, & ita etiam limitant istum text.
24 Ang.Imo.& Raph.Cu.hic,& bene. ¶†Per istum tex.dicũt Dy. & Barto. ꝙ fideicommissum, de quo loquitur.l. Scæuola.ff.ad Treb.non valet post pubertatem,quando substi.pupi.fuit facta in codicillis,in quib.fieri non potuit,tamen ex æquitate cõuertitur in fideicommissariam, vt ibi.nam sicut euanesceret pup. substi.adueniente pubertate, si valeret iure directæ militaris.d. l.in pupillari.& d.l.masculo.ita debet euanescere fideicommissum,quod iuris interpretatione loco eius succedit,& est singularis limitatio ad d.l.Scæuola.& sequuntur etiam Ray.de Forli. & Bald.hic,idem tenet Bart.in d.l.Scæuola.& in l.si frater. C.de fideicom.Cy.in l.præcib.in pen.q.C.de impu. Ioan. And.in c.si pater.de test.in 6.in nouella. Ista conclusio secundum Pau.de Cast.procedit in pupillari expressè facta in codicillis,quæ conuertitur in fideicommissariam,tunc illud fideicom.bene expirat adueniente pubertate, quia substitutio limitato tp̃e facta, vltra illud tempus non extenditur.l.si quis ita. ff.de vulg.& pu-
25 pilla.& hoc etiam tenet Raph.Cuma.† Sed quando compendiosa esset facta filio pupillo in codicillis per verba cõmunia, vt quandocunque filius meus decesserit,talem substituto,quia text.in d.l. Scæuola. simpliciter dicit,ei quoque codicillis substituerit,& sic non aperit ibi text. quæ substitutio fuerit, licèt in dubio debeat præsumi directa.c. si pater.de testa. in sexto.tunc licèt aliàs in compendiosa facta per verbum commune comprehendatur directa pupillaris, si decedat in pupillari ætate, & postea fideicommissaria, vt latè per Barto. in l. Centurio. in tertia quæstio. princip. ff. de vulgari & pupillari, tamen quia vbi est facta in codicillis, non potest valere iure directæ pupillaris,etiam intra pupillarem ætatem, sed solùm iure fideicommissi, tunc si filius decedat in pupillari ætate in fideicommisso contento sub compẽdiosa, quod succedit loco pupillaris substitutionis, venient omnia bona & patris, & filij. sed si filius moriatur post pupillarem ætatem, tunc in fideicommisso veniunt solùm bona, quæ habuit à patre, non autem bona propria ipsius pupilli, nec eius legitima, per ea quæ fundamentaliter

ADDITIO.

a ¶Clausula codicil. Dic, quòd huius clausulæ codicillaris virtus est, quòd filij, vel nepotes præteriti, & ab intestato succedentes propter testamentum ruptum per præteritionem videantur tacitè à testatore grauati de restituendo hæreditatem hæredib.scriptis in testamẽto debita naturę retenta.ita Alex. Imo.in consi.42.in prin.in 2.vol.& posito, ꝙ eis debeatur legitima, an possint ratione grauaminis tanquam grauati detrahere etiam Treb. vide ibi.
† Qua in materia vide,quæ scribit Math.sin.140.Rip. Respons.128.num.19.& quando locũ habeat, & de eius vi,ac effectu,Guid.Pap.q.323.& 513.Neuiz. consi.53.nu.15.

liter dixi.ſ.in 4.not. Et dicit Pau.de Caſtr.ꝙ iſta eſt veritas, licèt malè declarata per Doct. Idem tenet Ang.de Peril.hic,& tenet eſſe multum notá. Sed tu aduerte, ꝙ licet iſta in ſe poſſint eſſe vera,tamen nō videntur poſſe procedere ad d.l. Scæuola.cùm tex.ibi in ſi.dicat,totum accipiunt,& ſic in dicto fideicommiſſo non ſolum veniunt bona paterna, ſed etiam bona propria ipſius filij,vt ibi,& l.cohæredi.§. cum filio. ff.de vulga.& pupil. Raph.Cu.hic reprobat iſtam determinationem Dy. quā Bart. & omnes ſequuntur,& cum Rapha.ſimpliciter tenet.d.Pet.de Bex.hic.Sed ego clarius eo loquar,& ordinatius, quia iſte text. in quo ſe fundant Docto. ad limitandum, d.l. Scæuola.loquitur, quando fideicommiſſum fuit relictum à legitimis pupilli, tunc non durat vltra pubertatem, ſecundum rationem, quā ſupra dixi ſm Bar.& Docto. quia eueniente pubertate tales legitimi non dicuntur poſtea amplius habere hæreditatem filij ex beneficio patris, ergo vltra non poſſunt à patre grauari fideicommiſſo,quia poſt pubertatem videntur habere à fortuna,& à caſu,vt dicit Bar. ideo non poſſunt per patrem grauari. d.l.ſed & ſi ſic.§ fi.ff.de lega.3.vel melius poſt pubertatem tales legitimi dicuntur habere ab ipſo effecto pubere, qui cùm eſſet effectus pubes,poterat condere teſtm̄, & alijs hæreditatem ſuā relinquere,& cum non fecerit,videtur tacitè reliquiſſe venientib.ab inteſtato.l conficiuntur.in prin.ff.de iure codi. Sed in d.l. Scæuola.vbi ſubſtitutio facta in codicillis trahitur ad fideicommiſſum,illud fideicom. non fuit relictum à legitimis pupilli,vt hic,ſed fuit relictum ab ipſo pupillo, quē teſtator videtur grauare,& non eius hæredes,vt not Bart.& Doct. in l.cohæredi.§. cum filio.ff.de vulga.& pupil. ergo videtur, ꝙ tunc non extinguatur pubertate,cùm ipſe potuerit etiam poſt pubertatem grauari,& fideicommiſſaria facta ipſi filio, qn̄ ei fieri poteſt,durat etiam poſt pubertatem,vt l.præcibus. C.de impub. & alijs
26 ſubſti.† Septimò & vlt.no.ex l.planè, ꝙ à legitimis hæredibus filij pupilli exhæredati non poteſt pater fideic. relinquere, niſi ipſi ſint hæredes patris,vt hic,& l.in ratione.1.§.fin.ff.ad l. Falc. quia tunc cenſentur grauati,vt hæredes patris,& non vt legitimi impuberis ei ab inteſt.ſuccedentes.Et ſic pondera,ꝙ per illū tex.videtur ineuitabiliter confundi ratio gl.Bar. & communis, quam poſui.ſ.in 3.no.nam licèt pater exhæredauerit filium,tn̄
27 filio † pupillo exhæredato potuit pupillariter ſubſtituere.l.1.§. pen.& l.ſed ſi plures.§.ad ſubſtitutos.ff de vulg.& pupil.& §.nō ſolùm.Inſt de pupil.ſubſt.Ergo ſubſtituendo pupillo exhrdato extraneū,potuit adimere à legitimis hr̄ditatē pupillo, ergo nō adimendo videtur eis dare,ergo debet poſſe eos grauare fideicommiſſo ſm prędictam communem rationem,& tn̄ contrarium expreſsè dicitur in iſto text.ergo.d.ratio. communis non videtur eſſe vera,nec generalis. ¶Huic difficultati reſpondent Raph.Cu.& do.Pet.de Bex.hic, ꝙ licèt pater poſſit pupillo exhæredato ſubſtituere pupillariter extraneum, & conſequenter poſſit adimere bona à legitimis hæredibus pupilli, qui veniTent ab inteſtato, tamen extraneus, qui eſſet ſubſtitutus filio
28 exhæredato, non videtur illa bona habere à patre, † quia vbi non poteſt habere locum veritas, ibi non poteſt cadere
29 fictio. l. qui ad certum. ff. loc. † Ad hoc ergo, vt quis poſſit ſibi grauare legitimos venientes ab inteſtato, oportet, ꝙ poſſit ſibi auferre bona,& ꝙ illa bona fuerint auferentis.aliàs fideicōmiſſo grauare non poſſet.ita procedit ratio glo.Bar. & Docto. quam poſui.ſ.in 3.no. Ad hoc ergo vt legitimi poſſint fideicō miſſo grauari, non ſufficit, ꝙ potuerit adimere,ſed requiritur, ꝙ filius habeat bona patris, quia in illis ſolis poteſt grauari fideicommiſſo.l.in duplicib.& l.in ratione.§. quod vulgò.ff.ad l. Falc.ſed filius exhæredatus nōn habet bona patris, vel ſi habet, quia forſan in querela inofficioſi teſtamenti obtineat,illa habet contra voluntatem patris, ergo legitimi non poſſunt grauari, quia requiritur,ꝙ habeant ex tacita, vel expreſſa voluntate patris.¶Sed tu aduerte, ꝙ ſi verum eſſet eorum præſuppoſitum, ꝙ pater non poſſit grauare fideicommiſſo venientes ab inteſtato impuberis,niſi in bonis,quę ab ipſo patre in filium impuberem peruenerunt, tunc clara eſſet eorum reſponſio, ꝙ cùm ad filium impuberem exhæredatum nulla bona paterna peruenerint,ex quo eſt exhæredatus,ergo venientes ab inteſta.im-
* puberis non poſſunt fideicom.grauari.ſed *communis opin.*glo.&
54 §. ſi rem depoſitam. ſ. depoſ. †Sic etiam videmus in emphyteuta, qui non priuatur iure ſuo ſi alienat, & non tradit: nam requiritur traditio, vt priuetur, & ſola alienatio non ſufficit, ſecundũ Spe. in tit. de loca. §. nunc aliqua. in ver. 55. Sali. & alios in l. fin. C. de iur. emphy. vbi ordinariè dixi. D. Ant. de But. & Imo. in c. potuit. de loca. Modo in propoſito noſtro ſiue teſtator prohibens ſit vſus futuro indicatiui, ſi alienabis, ſiue ſit vſus futuro ſubiunctiui ſi alienaueris, nunquam dicitur alienans contraueniſſe ꝓhibitioni, niſi actualiter tradiderit rem prohibitam alienari, ergo non debet conſtitui differentia in forma verborum prohibendi, ſed an ſit ſecuta traditio, vel non, & ſic an alienatio fuerit perfecta cum traditione, & translatione dominij. traditio ergo eſt illa, quæ attendi debet, & nõ formalitas verborum. ¶Eſt verum, ꝙ cõtra aſſumptum, quod feci in terminis noſtris multum fortiter obſt. tex. in d. l. quidam in teſtamento. in verb. quoquo modo vendere tentauerit, & non dicit aliquid de traditione. tex. ille valde vrget, niſi intelligas illum tex. quoquomodo. ſ. per quem tamen transferatur dominium. patet, quia text. ille ſtatim ſubijcit, nec prodeſt hæredi, ſi eum redemerit, & ſic denotat dominium prius fuiſſe tranſlatum, & hoc non poteſt dici niſi mediante traditionẽ. l. traditionib. C. de pact. vel poſſet dici, ꝙ illud ibi ſit ſpeciale fauore libertatis, vt quoquomodo hęres prohibitus ſeruum vendere tentauerit, poſſit confeſtim peti libertas, vt ibidem dicit tex. ¶Nec obſt. huic ſecundæ difficultati ſi reſponderetur ſuſtinendo Bar. quòd Bar. vellet facere differentiam hoc modo, nam ſi teſtator vtatur futuro ſubiunctiui, ſi hæres alienauerit Stichum, volo, ꝙ ſit liber, & tamen ſi hæres alienaret, & traderet, non impediretur tranſlatio dominij. Si autem teſtator vteretur futuro indicatiui, ſi alienabit, & tunc hæres tradendo non transferret dominium. Dico, quòd iſtud ſtare non poteſt, quia ſiue vtatur futuro ſubiunctiui, ſiue futuro indicatiui, ex quo in d. l. Stichus ſeruus. prohibitio fuit taci-
55 ta, †illa neutro caſu impedit tranſlationem dominij, prout expreſsè firmat Bar. met in 2. opp. per gl. in l. cùm pater. §. libertis.
* de leg. 2. Tenendo doct. Bar. *communiter approbatum*, limita † no.
56 d. l. Stichus ſeruus. non procedere, nec habere locum, quando teſtator incepit à præcedenti prohibitione, puta, quia primò prohibit purè ſeruum alienari, licèt poſtea ſubiungat futurum ſubiunctiui, & ſi alienauerit, tunc prohibitio valet, & alienatio eſt nulla, propter prohibitionem puram præcedentem, quo caſu ceſſat ratio d. l. Stichus. & ita tenet gl. ſing. ibi. D. Chriſtoph. de Caſt. & D. Pet. de Bex. hic. & Are. in conſi. 18. incip. viſa & di-
57 ſcuſſa conſultatione. Vltimò inquantum Bar. tenet, † ꝙ tacita prohibitio licèt non impediat tranſlationem dominij, vt eſt gl. no. in l. cùm pater. §. libertis. in glo. 1. ꝟ. de leg. 2. no. Scriben. in l. ſeruo legato. in prin. ſ. eo. tamen ipſi fideicommiſ. cuius contẽplatione facta eſt prohibitio, debetur æſtimatio, per glo. in d. l. ea lege. C. de conditio. ob cau. ¶Adde rationem eſſe ſm̃ Raph. Cuma. Nam quando teſtator vſus eſt verbo ſubiunctiui ſi alienaueris, reperitur per fideicom. in caſum alienationis reliquiſſe rem alienam, nimirum ſi debetur æſtimatio. §. fin. Inſti. de leg. l. rem alienam. C. eo. & l. non dubium. §. fi. ꝟ. de lega. 3. ¶Aduerte
58 diligenter ad practicam, †ꝙ quando eſt expreſſa prohibitio, poteſt ille, in cuius fauorem facta eſt prohibitio, propria authoritate rem apprehendere gloſſ. eſt ſolennis in §. de cætero. in verbo licentiam damus. in Auth. vt de cætero commu. non fiant. colla. 5. quam gl. ſequitur Ang. in l. nemo poteſt. ſ. de pact. Lud. Rom. in l. qui abſenti. §. 1. de acq. poſ. Bal. qui eam reputat ſing. in cap. cæterum. in 4. col. de re iudi. & per illam glo. dicit Barto.
59 †ꝙ ſi vaſallus illicitè feudum alienauit, dominus ſua propria authorit. poteſt recuperare, quod bene no. & ita tene quamuis Ang. ſibi contrarius in d. §. de cætero. reprobet illam glo & non bene. Et per iſta habes perfectè expeditam hanc gl. & omnia dicta Bar. ¶Antequam expediam ſequẽtes gl. reaſſume duas reg. tex. vt clarè & perfectè materiam habeas. Prima reg. eſt, ꝙ pro
60 hibitio teſtatoris de non alienando certas † res ſine cauſa, nec reſpectu certæ perſonæ dicitur eſſe nuda, & ſic non valet, & nõ impedit dominij tranſlationem. Ad iſtam regu. ex dictis ſupra maximẽ per Barto. habes aliquas limitationes, quas breuiſſimè
61 reaſſumam. ¶†Limita primo, niſi talis prohibitio fiat conditionaliter, tunc valet ſine expreſſione alicuius cauſæ. tex. eſt no. dignus in l. 3. §. 1. & ibi Bal. ad hoc valde no. ſ. de condi. inſti. dixi de hoc. ſ. in tex in 1. no. ¶Secundò limita, ꝙ licèt talis prohibitio non valeat quantum ad ipſum prohibitum, quin non ob-
62 ſtã. prohibitione poſſit alienare, †valet tamen quantũ ad hoc, vt tutores, vel curatores minoris prohibiti alienare non poſ-
63 ſint. l. 2. C. de vſucap. pro empt. ¶†Tertiò limita, quando talis prohibitio reſpiceret ẽt fauorem alterius, qui ex tali alienatio-
64 ne læderetur. l. 3. §. ſi quis ita. ꝟ. de adim. leg. ¶†Quartò limita, quando prohiberetur alienari ſeruus hereditarius, & ſic res animata. l. generaliter. §. ſi petitum. ꝟ. de fideicom. libe. iſtas tres vltimas limitatio. tradidit Bar. hic in 1. colu. dixi. ſ. de ſingulis, non
65 repeto. ¶†Quintò limita, quando res legata tranſit directò in legatarium, tunc nuda, & ſimplex prohibitio de non alienãdo non valet neque tenet, vt hoc tex. ſecus quando debet capi de manu hæredis, quia tunc hæres tradit legatario ſub illa conditione, ſi non alienauerit, & iſto caſu bene valet. l. Titio. in princ. & ibi Bar. ꝟ. de condi. & demon. Idem Bar. hic in 6. opp. quia ſicut nuda conuentio contrahentium prohibitiua alienationis valet, & tenet. l. ea l. & ibi gl. C. de condi. ob cauſam. ita ꝑceptũ teſtatoris de non alienando nudum, valet, qñ eſt exequendum
66 via contractus per heredem. ¶†Sextò limita, quando talis prohibitio alienationis nuda fieret ſuper rebus aliàs prohibitis alienari, & ſic concurreret prohibitio teſtatoris cum prohibitione. l. tunc valet, quamuis ſit nuda, & impedit tranſlationem dominij, d. l. 2. C. de vſuca. pro emp. ſm̃ alium intellectũ Imo. Raph. Cu. & D. Alex. hic, facit tex. in §. ſanctiſſimas. in Authen. de non
67 alie. collat. 2. & dixi latius ſ. ¶†Septimò limita, qñ prohibitioni de nõ alien. factæ ſine cã, nec reſpectu certæ perſonæ teſtator adijceret certam pœnam, tunc licèt alienatio valeret, tamen alienans incideret in illam pœnam. Ita limitat ſolus Raph. Cu. hic ꝑ tex. in §. fi. Inſti. de leg. & in l. vni. C. de his, quæ pęnę nom.
68 vide tamen quod dicam in ſeq. limit. ¶†Octauò limita, qñ teſtator vetat rem alienari, & alienantem priuat, tunc valet prępceptum prohibitiuum alienationis. Ita tenet Ang. in conſi. 168. incip. teſtator in omnib. bonis ſuis. in vlt. col. in prin. Contrarium, & melius tenuit idem Ang. ſibi contrarius in conſi. 154. incip. Andreas Petri Monaldi. Motus, quia licèt teſtator priuauerit alienantem in caſu, quo alienauerit, tamen quia teſtator non deſignauit perſonam, cui applicari vellet, ſi ꝯ fieret, tale præceptum eſt nudum, ideo non valet, neque tenet, vt hoc tex. ¶Se
69 cũda reg. tex. eſt vtilis, & quotidiana. † Prohibitio teſtatoris de non alienando certas res facta cum cauſa, vel contemplatione certæ perſonæ, valet & tenet, & impedit tranſlationem dominij. Amplia iſtam reg. vltra ea, quæ dixi in tex. trib. no. modis. Poſtea eam limita 12. vel 13. modis. ¶ Amplia primò iſtam regu. multum no. vt procedat etiam, qñ alienatio fieret inter ignorãtes, quia in re expreſsè per teſtatorem prohibita alienari, nõ ſuſtinetur alienatio ex ignorantia partium, ſicut ſuſtinetur in prohibitione tacita, quæ reſultat rõne fideicommiſſi, illa bene ſuſtinetur inter ignorantes. tex. eſt de hoc valde ſing. in l. fi. ꝟ. de lega. 2. & ꝙ ille tex. non procedat, quando res eſt expreſsè prohibita alienari, tenet ibi Pau. de Caſt. ſub dubio tamen fortè. Sed
b ego addo Pau. de Caſt. iſtud clarè firmantem in conſi. 17. [b] incip. in cã quæ vertitur Parmæ. in 11. col. idem tenet D. Alex. in
70 l. Marcellus. §. res quæ. ꝟ. ad Treb. ¶Secundò not. amplia, † ꝙ ſi aliquib. eſt relicta certa res, puta domus, vel fundus, & cuilibet eſt prohibitum partem ſuam alienare, adiecta cauſa, vel perſona, cui acquiri debet, ꝙ etiam vr̃ prohibitum alienari partem, q̃ alicui obuenerit per ius accreſcendi, & ſic non ſolũ pars, quã expreſsè habet ex teſtõ teſtatoris, ſed ẽt alia pars repudiantis, q̃ ſibi accreſcit. Ita egregiè no. Cy. Bal. Ang. Imo. & D. Alex. in l. ſi in teſtamento. per illum tex. ſ. de vulg. & pup. vbi dicunt per illum tex. ita fuiſſe determinatum Floren. Idem tenet Bal. & Do.
71 Alex. in l. ſi mihi, & tibi. in prin. vbi dixi. ſ. eodem. ¶†Tertiò no. am-

ADDITIONES.

a ¶L. qui abſenti. Vbi vide gl. in §. 1. ver. extiterit. & ibi Bart. docet caut. quando venditur vel donatur res, quòd dicatur ſic, dono vel vendo hoc pacto, vt non liceat alienare, & ſi ad aliquem actum alienationis peruenerit, tũc dominiũ ad me revertatur, & in eum caſum ex nunc conſtituis te meo nomine poſſidere, de quo per Prac. Pap. for. lib. Act. real. ver. veris, num. 39. Rolan. conſ. 56. num. 12. lib. 1. poſt Ruin. conſi. 129. colum. 2. libro ſecundo. Cæpol. cautel. 32. MASVER.

b ¶In conſil. 17. Adde, quòd eſt conſil. 257. in 1. par. ſecundum impreſſionem Papienſem.

amplia, ꝙ prohibitus cum causa alienare fundum, non potest
etiam eum habere pro derelicto, quia esset quædam donatio,
quæ faceret illum occupantis. l. quod seruus. & ibi Bar. ff. de stip.
72 ser. ¶† Limita istam reg. sic ampliatam. Primò, quando aliena-
a tio fieret ex causa necessitatis [a] propter æs alienum, & sic vt sa-
tisfiat creditoribus, quando non subsunt alia bona ad soluen-
dum, vt hoc tex. in vlti. parte, vbi latè, & no. dixi, & l. peto. §. præ
73 dium. ff. de leg. 2. ¶† Secundò limita, quando testator, qui ve-
tuit rem alienari contemplatione certæ personæ, vsus est futu-
ro subiunctiui, tunc non impeditur alienatio, & sic translatio
dominij. Ratio, quia tunc cùm est perfecta alienatio, & sic res
in alium translata, tunc prohibita est alienari, quod fieri non
potest. l. Stichus seruus. ff. de manumis. testa. quæ limitat omnes
ll. de hac materia loquentes, secundum Barto. hic in 7. opp. se-
74 cundum vnam eius sol. ibi latè dixi. ¶† Tertiò limita, quando
testator prohibet expresè rem alienari, & si alienauerit, dispo-
nit, quòd deueniat ad Titium, & sic ad certam personam, talis
prohibitio expressa bene impedit translationem dominij, ita
loquitur tex. hic. Secus si fiat prohibitio tacitè, puta lego tibi ta
lem fundum, & si eum alienabis, volo ꝙ deueniat ad Seium,
quo casu tacitè prohibeo, vt nō alienes, tunc tacita prohibitio
alienationem, & sic translationem dominij non impedit. gloss.
est not. in l. cùm pater. §. libertis. in glo. 1. ff. de leg. 2. & ita loqui-
tur d. l. Stichus seruus. secundum solu. Bart. vbi dixi.
75 ¶† Quartò limita, quando prohibitus alienare rem, puta do-
mum, vel fundum extra familiam, alienaret cum pacto, ꝙ in-
continenti debeat restitui alicui de familia, quia non dr̄ alienatio
extra familiam fieri, quæ momento est penes extraneum dura
tura, arg. l. fi. §. fi. vbi tex. no. C. de bonis quæ liberis. secundum
Ang. in l. voluntas. in fi. C. de fideicom. Tu confirma vltra Ang.
per tex. valde no. in simili in l. cogi. §. hi qui solidum. ff. ad Treb.
76 ¶† Quintò no. limita, quando prima alienatio fieret in perso-
nam permissam, puta in vnum de familia, tunc secundo loco
posset postea simpliciter alienari etiam in extraneum, ex quo
res semel est effecta alienabilis. l. pater. §. quindecim. ff. de leg. 3.
77 ponit Bar. s. in 1. q. extra glo. vbi plenius dicam. ¶† Sextò not.
limita, quòd res expresè prohibita alienari per testatorem re-
spectu certæ personæ, vel causæ, potest tamen alienari ex cau-
b sa dotis, [b] vel donationis propter nup. Authē. res quæ. C. com.
de leg. Ita tenet Bar. in qō. 2. & cum eo omnes ibi indifferenter
transeunt. ego ibi latè disputabo istum arti. & tenebo contra-
78 rium contra omnes. ¶† Septimò no. limita, quando alienatio
fit contra verba prohibitiua testatoris, sed tamē ratio, & mens
ipsius prohibentis non offenditur, prout in no. casu determinat
Ang. in consi. 169. incip. super puncto. s. scripto. in 1. & 2. colu.
79 ¶† Octauò limita, quando prohibitio alienationis esset expres-
sè facta fauore & contemplatione familiæ, & omnes de fami-
lia consentirent alienationi, & sic renunciarent eorum fauori,
tunc valeret alienatio. tex. est in l. nihil. §. omnib. ff. eo. & in l. pa-
80 ter. §. quindecim. ff. de leg. 3. ¶† Nonò limita, quando quis est p-
hibitus alienare extra familiam, nam illis de familia, quib. fue-
rit denunciatum nolentibus emere, potest postea vendere ex-
traneo, per tex. reputatum sing. in l. qui Romæ. §. cohæredes. ff.
de verb. obl. quod intelligit ibi Bar. sing. esse verum, si solùm es-
set prohibitus alienare extra familiam, secus si esset adiectum,
vt familiæ relinqueretur, vel similia verba, tunc nullo modo
posset illud facere. de quo tamen vide ibi plenius per Mod. præ
sertim per D. Alex. & Are. & per Io. de Ana. in consi. 47. incip. il-
81 lud præsupponitur. ¶† Decimò limita, quando esset relicta ali-
qua res sita in tam longinquis partibus, quòd legatarius non
posset de facili ea vti, aut ex ea commodum percipere, tunc nō
obstan. prohibitione testatoris, potest eam alienare. tex. est not.
in §. finautem annale legatum. in Auth. de ecclesia. tit. coll. 9. p
quem tex. ita limitat Bal. in lec. antiq. in l. voluntatis. C. de fidei-
commis. ¶ Sed caue, quia ibi videtur casus valde specialis, ex
quo non videtur posse argui ad præsentem casum. Itē ibi text.
requirit etiam consensum obligati, nec ibi interuenit prohibi-
tio testatoris de non alienando sicut hic, sed l. simpliciter pro-
hibuit alienari res relictas Ecclesiæ, quæ lex non habuit notitiā,
quòd aliquæ res essent in tam longinquis partibus. Sed in casu
nostro, quando testator scit suam rem, quam legat, esse in tam
remotis partibus, & tamen expresè prohibet eius alienationē,
non videtur, ꝙ tunc ratione distantiæ contra voluntatem te-
82 statoris possit alienari. Cogita tamen super illo tex. ¶† Vndeci-
mò limita, quando alienatio esset prohibita per testatorem cō
templatione familiæ, & non superesset nisi vnus de familia, qa
tunc res prohibita alienari extra familiam posset per ipsum
alienari, ex quo non superest, qui alienationem possit reuocare,
c secundum Pau. de Cast. in consi. 45. [c] incip. videtur dicendum,
ꝙ Dom. Christoph. de Vbertis. nihil tamen ad hoc alleg. Tu al-
leg. tex. in l. mutatione. in fi. ff. de condi. & demon. quem allegat
83 Bart. hic in 2. oppo. ¶† Duodecimò limita, quando prohibitus
alienare, venderet fructus, vel reditus, seu commoditates rei
prohibitæ alienari pro toto tempore vitæ suæ, certè hoc po-
test facere, secundum Barto. in l. codicillis §. instituto. ff. de leg. 2.
84 Vltra Bar. tu confirma per simile. Nam similiter † vasallus pōt
alienare fructus, seu commoditates rei feudalis pro toto tem-
pore, quo feudum est penes eum duraturum etiam irrequisi-
to consensu domini, secundum And. de Iser. & Iac. Alua. in c.
imperialem. in prin. de prohi. feu. alie. per Fede. & in c. 2. §. ex ea-
dem. de lege Conra. Bald. in c. 1. §. aut si liuellario. in pen. col. qui
bus mod. feu. amit. in c. quæ in ecclesiarum. in 7. & 8. col. de cō-
85 sti. & in l. communi diuid. in fi. prin. s. cōmu. diui. ¶† Tertiodeci
mò limita, quando alienatio fieret præsente illo, & non ꝯdicē-
te, cuius respectu facta est prohibitio, & in quem debet trans-
ferri res si alienetur, quia sibi præiudicat, ex quo est præsens, &
non contradicit, prout est glo. ordin. in l. cùm proponas. 1. C. de
pact. per quam gl. ita in specie tenet Lud. Ro. in consi. 457. inci.
circa propositam consultationem. ad fin. Sed tu caue, ꝙ illa gl.
* *communiter reprobatur*, prout ibidem dixi. & dicit Bal. in l. 1. in vl-
ti. col. C. de bon. mater. ꝙ illa glo. est communiter reprobata.
86 ¶† Quartodecimò & vlti. limita dictam regulam procedere
in alienatione effectuali, quando secuta esset traditio, aliàs se-
cus, prout dixi. s. in tantum, quod Bal. in d. c. 1. §. aut si liuellario.
in vlt. col. tenet, ꝙ etiam per hypothecam sine traditione non
dicitur ꝯ fieri prohibitioni alienationis. facit tex. in l. in quorū.
s. de pig. sed ꝯ istud vltimum vr̄ facere tex. in l. 1. C. de reb. alie.
non alie. & in l. fi. §. sed quia. C. commu. de leg. & in l. quidam in
testamento. in prin. ff. de fideicom. lib. & in c. nulli. de reb. eccle.
87 non alie. ¶† Vltra prædicta, quando reuocantur res alienatæ ꝯ
prohibitionem testatoris, quæ & qualia melioramenta sint sol
uenda alienanti, declarat Pau. de Cast. in præalleg. consi. 247. li-
bro 1. incip. in cā quæ vertitur Parmæ. in pen. & vlt. col. ¶ In gl.
in vers. nam si heredis. Inquantum Bar. reprobando vltra gloss.
88 sm intellectum facit tale assumptum, † ꝙ testator non pōt pro
hibere alienationem rerum hæredis, sicut rerum propriarum
per tex. in l. hæres seruum proprium. ff. qui, & à quib. & in l. si qs
inquilinos. §. 1. s. eo. Gl. in d. l. hæres seruum proprium. intelligit
hoc esse verum, ꝙ testator non potest prohibere alienationem
rerum heredis, verum est, vt per talem prohibitionem impe-
diat translationem dominij, tamen talis prohibitio valet, vt p
hæredem prohibitum debeatur æstimatio, cuius contempla-
tione facta est prohibitio, prout etiam in simili dicit Bar. s. in 7.
opp. d. l. Stichus seruus. ff. de manum. testam. Ratio, quia tunc fi-
deicommissum fit super re hæredis, & sic super aliena, ergo de-
betur æstimatio, prout etiam ibi dixi, & firmat etiam Raphael
Cum. hic. ¶ Sed aduerte, ꝙ contra istam conclusionem Barto.
stringit fortissimus tex. in l. si quis ita sit legatus. §. quod constitu
tum. ff. de manum. test. vbi testator potest prohibere manumis
sionem serui heredis, sicut serui proprij, & illū tex. alleg. Raph.
Cum. hic ꝯ Bar. Alij nihil tangunt. ¶ Ego aliàs saluando Bar. re-
spondebam ad illum tex. altero de duob. modis. Primò dicebā
concordando d. §. quod constitutum. cū d. l. si quis inquilinos.
§. 1. quòd ille. §. quod constitutum. procedit quo ad hoc, vt hæ-
res prohibitus teneatur ad ęstimationem, & ita declarat glo. in
d. l. hęres seruum proprium. non aūt, ꝙ hęres prohibeat trans-
ferre

ADDITIONES.

a ¶ Necessitatis. Adde Bar. in l. 1. §. nunciatio. de ope. no. nunc. in Auth. si quis. C. de testa. & dic, quòd res prohibita alienari, potest propter maximam vtilitatem, puta, vt recuperet quis meliorem, alienari, quia magna vtilitas æquiparatur necessitati, teste Abb. in c. venerabilem. col. fi. de elec. & vide Doct. in l. q̄ propter necessitatem. de reg. iur. & ad hanc limit. Ias. hic, adde Alex. consi. 123. li. 2. vbi ponit tres modos, quibus alienatio rei prohibitæ valebit. Quartum modum vide in l. fi. §. fi. ff. de leg. 2. BELLOT.

b ¶ Ex causa dotis. Adde, an testator possit expresè prohibere alienationem ēt ex causa dotium constituendarum, vel restituendarum, & dic, ꝙ in expressa prohibitione generali procedit Auth. res quæ. C. communia de lega. vbi Ias. nu. 24. Qua in re plura no. Aymo consi. 291. num. 4. Rip. hic. num. 70. Gozad. consi. 97. num. 9. Didac. resol. lib. 3. c. 6. Sed contrarium, quòd imò stante expressa prohibitione, non valeat alienatio, scribit Alex. consi. 101. lib. 7. Aret. consi. 37. Soc. cons. 75. nu. 7. lib. 1. Guid. Pap. q. 611. in fi. Retenta tamen prima opin. magis communi per Alex. consi. 56. lib. 1. limita, eam non procedere, quando testator expressit etiam ex causa dotium. Ias. d. Auth. res quæ. nu. 24. consi. 157. lib. 2. Rol. consi. 75. nu. 23. lib. 1. cuius contrarium videtur sensisse Rip. hic, nu. 73. Guid. Pap. q. 96. Ias. d. Auth. circa fi. ver. 13. limita. Boer. quęst. 129. nu. 5. Bellon. consi. 83. nu. 6. Villal. inter comm. opi. lib. 1. ver. alienari. Est tamen aduertendum, quòd in q. Guid. præsupponitur, ꝙ aliunde dotari non posset, at in casu contrario aliud legitur ex no. per l. mulier. §. cùm proponeretur. infra ad Treb. no. Syl. consi. 90. num. 11. & ideo dic, vt per Bero. qō. 110. MASVER.

c ¶ In consi. 45. Adde, quòd est consilium primum in 1. vol. consi. secundum impressionem Papiensem.

ferre dominium rei propriæ. Secundò dicebam, quòd dict. §. quod constitutum. loquitur in expressa prohibitione. sed l. si quis inquilinos. §. 1. loquitur in tacita, quæ venit in consequentiam, & istud erat quantum poterat dici saluando Bar. ¶Nunc neutra sol. placet, nec tex. patiuntur, eo quia tex. in §. quod constitutum. prohibet seruum hæredis ab ipso hærede manumitti, quando hæres fuit à testatore prohibitus manumittere, & sic prohibetur transferre dominium. Nec ad illum text. potes aliquid dicere de æstimatione, prout dicit glo. in d. l. hæres seruum proprium. Istud ostendo ineuitabiliter. Nam si verum esset, quòd ibi potuisset seruus hæredis manumitti, non obst. prohibitione testatoris, ibi non posset tractari de aliqua æstimatione soluenda per hæredem, quia nemo est, cui deberet solui æstimatio. Non quidem ipsi seruo, quia ipse non est in aliquo damnificatus ex manumissione, imò consequutus est maximum commodum libertatis. Non etiam ipsi hæredi, qui manumisit, eo quia ipsi hæredi à seipso deberi æstimatio non potest, & sic in illo tex. posito, quòd hæres posset manumittere seruum contra prohibitionem testatoris, non posset tractari de aliqua æstimatione, quia nullus ibi est, cui æstimatio illa præstari possit, & sic ille tex. stringit fortiter ꝯ Bar. ꝯ Bar. etiam facit illud, quod tenet ipsemet Bar. in l. nemo potest. in 1. col. ff. eo. dum oppo. de l. 1. C. de vsufru. & de l. pen. C. vt in pos. lega. & reprehendit primam solu. gl. in d. l. pen. dum dicebat gl. †quòd cautio de vtendo & fruendo arbitrio boni viri erat interponenda fauore hæredis ideo non potest per testatorem remitti. Bar. ibi reprehendit, quia testator ita potest disponere de rebus hæredis, sicut de suis proprijs. l. vnum ex familia. §. si rem. ff. de leg. 2. Confirmatur, quia sicut bona testatoris sunt tacitè hypothecata legatarijs. l. 1. C. communia de leg. vidimus in l. 1. ff. eod. Ita potest testator facere, vel in vltima voluntate, vel per contractum, quòd bona hæredis sint hypothecata pro legatis, secundum Cy. Bald. & Ang. in l. assiduis. C. qui potio. in pig. hab. & in l. 1. in vlti. col. ff. sol. matrim. D. Alex. in l. si hæredis seruus. ff. eod. quamuis contrarium in hoc vltimo teneant Imo. & Pau. de Cast. in d. l. si hæredis seruus. ¶Glo. sequens in verbo, fideicommissarij. diuiditur in tres partes. In prima declarat text. In 2. oppo. & soluit. In tertia allegat concor. ad tex. ¶Extra glo. circa materiam huius §. Barto.

89

90 format 13. q. Prima q. est, †an prohibitione facta respectu certæ personæ sit aliquod remedium, per quod possit fieri alienatio, & ponit duo remedia, quæ effectualiter impugnat, vt hic per eum, & in l. peto. §. prædium. per illum tex. ff. de leg. secúdo.

91 ¶†Adde dictis Bar. circa primum remedium, inquantum Bar. (sub dubio forte) tenet, quòd sententia lata contra prohibitum nõ præiudicabit illis, quorum contemplatione facta est prohibitio, nisi sint citati, per l. in concedendo. & melius in l. sequẽ. quæ incipit in diem. ff. de aqua plu. arcen. ¶Contra Bar. in hoc tenet * *indifferenter omnes hic*, & Ang. & Lud. in d. l. in diem. vbi etiã Bart. met sibi contrarius, & Imo. in l. decem. ff. de verb. obli. eo quia jus defensionis principaliter spectat ad prohibitum alienare, vnde non sunt citandi, qui in consequentiam, vel secundariò lædi possunt, vt est gl. reputata sing. in l. de vnoquoque. in princ. in glo. 2. ad fi. ff. de re iudi. Confirmatur secundum Raph. Cuman. quia isti, quorum contemplatione facta est prohibitio, censentur legatarij, seu fideicommissarij, vt hoc tex. in fin. Sed

92 †legatarij vel fideicommissarij non sunt citandi, quando iudicium agitur contra hæredem. l. si suspecta. & l. qui de inofficio so. ff. de inoffic. testam. l. si superatus. ff. de iudi. Ad idem facit, quia in sententia, quæ fertur contra institutum, non est necesse citari fideicommissarium, vt est tex. in l. si patroni. §. fin. secundum vnam lecturam. ff. ad Treb. & in l. 1. §. penu. & fi. ff. de ven. inspi. Sicut, quando iudicium agitur cum hærede, substitutus nõ est citandus, secundum Bar. in d. l. in diem. & est tex. de hoc melior de iure in l. ex contractu. ff. de re iudi. & ita aliàs legendo istam partem tenui hanc communem opin. contra Bar. & cumulaui quædam alia similia ad idem. ¶Potes saluare Bart. quamuis ab omnibus reprobatum, & dicere, quòd omnia alleg. in contrarium procedunt quo ad validitatem actus. Nam si valent actus, valet sententia, licèt non citentur illi, quorum secundariò interest, d. l. si patroni. §. fin. & d. l. 1. §. pen. & fi. ff. de ven. inspi.

93 cum alijs in contrarium adductis. Aut †quærimus, an fiat præiudicium illis, quorum secundariò interest, qui non sunt citati, & dicendum est, quòd non, & ita propriè loquitur Bart. hic, qui dicit, quòd eis non facit præiudicium, & ita formaliter limitat, & distinguit Dom. Alex. in d. l. de vnoquoque. in vlti. fallen. & no. & plenius idem D. Alex. in consi. 83. 3. vol. inci. in causa, quæ vertitur inter agentes. in 4. colu. & licèt ipse non alleget, idem no. tenet Io. Fab. in §. licèt autem. Insti. de adop. Lud. Rom. in l. peregrè. §. quibus explicitis. ff. de acqui. pos. Can. in c. humilis. de maio. & obed. ¶Contra tamen istam fallen. & istam saluationem allego tex. fortiter stringentem in l. ex cõtractu. ff. de re iudi. vbi sententia lata contra institutum, non solùm valet contra substitututum non citatum, imò contra eum mandatur executioni, & facit præiudicium, quamuis citatus non sit. D. Alex. hic respondet ad illum tex. quòd ille tex. intelligatur, quando substitutus fuit citatus. Sed pro certo ista est truffa. Primò est manifesta diuinatio ad illum tex. Secundò, & fortius ille tex. esset penitus de indubitabili, si substitutus fuit citatus, quòd sententia mitteretur executioni contra eum. Dic ergo, quòd ibi loquitur in pluribus hęredibus eiusdẽ testatoris, vel in vno hęrede, & alio substituto, vbi gesta cum vno hęrede debent confirmari per alium siue cohæredem, siue substitutum, nisi culpa hæredis cõ-

94 demnati arguatur, quãdo agitur pro credito testatoris. ¶†Circa secundum remedium Bar. quòd primò faciat vnam alienationem in personã permissam, postea poterit simpliciter alienare per l. pater. §. quindecim. ff. de leg. 3. Tamen subdit Bar. quòd alio casu loquitur ille. §. vt ibi patet. nec aliter declarat Barto. Ego aliàs declaraui Bar. velle dicere, & adhuc ita declaro, quòd in d. §. quindecim. est prohibitio non respectu certæ personæ, prout Barto. hic format quæstionem, sed respectu certi generis personarũ, vt l. peto. §. fratre. ff. de leg. 2. vñ hic non esset persona, quę posset prima vice licitè accipere, prout in d. §. fratre. quando prohibitio fit respectu familiæ. posset primò alienari licitè in vnum de familia, quod non cadit hic, vbi non est nisi vna persona, cuius contemplatione fit prohibitio. ¶Reperio, quòd quidam, qui viderunt scripta mea, reprehendunt istam declarationem subtili & colorato fundamento. Nam dicunt, quòd si. §. quindecim. procedit, quando prohibitio fit respectu certi generis personarum, puta respectu familiæ, ne possit alienari extra familiam, si alienetur vni de familia, & sic personæ licitæ, poterit postea passim simpliciter alienari, à fortiori istud debet procedere in quæstione Bar. quando prohibitio fuit facta respectu certæ personæ, puta Titij, quia si alienatio fiat Titio, & sic licitè, & postea prohibitus ab eo redimat, poterit à fortiori alienare, ex quo semel vendidit illi personæ particulari, cuius contemplatione facta est prohibitio. Dic, quòd iste nullatenus est casus Bar. quãdo prima alienatio fieret ipsi Titio, cuius respectu particulariter facta est prohibitio, & quòd ista non sit mens Barto. ostendo euidenter. nam Bar. mouetur, quia ille, cui debet acquiri, potest dicere, quòd prima alienatio facta est fictè, & sic sibi non præiudicat. l. nuda. ff. de contrahen. empt. & l. emptor. ff. de aqua plu. arcen. Certè istud non posset allegare, quando sibimet fuisset facta, quia sic allegaret turpitudinem suam, contra l. aliàs. ff. de iureiu. & sic Bar. loquitur, quando prima alienatio non fit in eũ, cui debet acquiri, sed fit alij. Sed istud non potest fieri in casu præsenti, cùm hic non sit alius, in quẽ possit licitè alienari, nisi ille cui, debet acquiri in casum alienationis, ergo Barto. optimè

95 dixit, quòd ille §. quindecim. non facit ad casum nostrum. ¶†Aduerte etiam, quòd ille. § quindecim. loquitur, quando prohibitio alienationis esset personalis, & limitata ad portionem vniuscuiusque. Ideo si semel portio vnius sit alienata vni de familia, illa pars exiuit causam prohibitionis, ideo ille, in quem est alienata illa pars, potest. postea eam etiam in extraneum alienare, ex quo non est prohibitus alienare, nisi partem suam. Ita propriè loquitur. d. §. quindecim. secus quando prohibitio esset simpliciter, vel in rem, quando plures essent simpliciter prohibiti alienare talẽ fundum, quia quilibet censeretur prohibitus non solùm de parte sua, sed etiam de illa, quam habebit à cohærede, & ita illum tex. declarant Bar. & Imo. in d. l. peto. §. fratre. Bar. in l. voluntas. C. de fideicom. Idem Bar. in l. Scæuola in fin. infra ad

a Treb. & no. Pau. de Castr. in d. l. voluntas. vbi dicit[a] se ita aliàs de facto consuluisse. meritò ergo Bar. hic dixit, quòd ille §. quindecim. alio casu loquitur, vt ibi patet, & sic non facit ad propositum nostrum, & ita habes expeditam primam quæstio. Barto.

96 ¶†Secundò quærit Bar. an res prohibita alienari respectu personæ vel causæ, possit alienari propter dotem, vel donationẽ propter nup. determinat simpliciter, quòd sic, post Iac. de Are.

* per tria iura hic per eum alleg. & cum Bar. *transeunt indifferenter omnes hic*. Idem tenent Bal. & Sali. in l. fi. in pen. q. C. de reb. alien. non alien. Cy. Bald. & Sali. in l. voluntas. C. de fideicom. Pau. de

b Cast. in consi. 13.[b] incip. quia per suprascriptum eximium consultorem. vbi pro ista opi. addit illam satis persuasiuam rationem, de qua ibi per eum. Idem tenet D. Alex in consi. 56. 1. vol. incip.

ADDITIONES.

a ¶Vbi dicit. Adde, quòd Pau. de Cast. hoc etiam tenet in consi. 77. inci. Visis, & cõsideratis omnibus, quæ in puncto, in 1. par. consiliorum antiq. secundum impressionem Papien. & duplicato in 2. vol. in consi. 300.

b ¶In consi. 13. Adde, quòd est in consi. 80. in 1. par. consi. antiquorum secundũ impressionem Papien. & adde, quòd hanc opi. sequitur etiam Fran. Cur. in consilio 25. col. 5. circa med.

incip.consideratis verbis testamenti, quod est errore duplicatũ
a in cõsi.175. [a] lib.2. vbi limitat, nisi in indiuiduo esset facta prohibitio etiam ex causa dot.facit.§ sanctissimas.in Auth.de alie. & emphy.colla.9.¶Intendo istum artic. bene, & diligenter ex-
97 cutere.†Pro ista communi opin. soleo allegare, quod in fortioribus terminis tenet Alb.de Ros.in 1.parte stat.in q.148.quę incip.statuto Regis, & Regni Aragoniæ.vbi refert de facto fuisse aliam qõ. longo tempore ventilatam in curia Romana sub istis terminis. Statuto iurato inclyti Regni Aragoniæ cauebat, quòd Rex non posset alienare aliqua immobilia Regni, nisi ꝓ inclytis filijs infantibus, vel nisi ex causa necessitatis Regni, postea Rex, qui ita iurauerat, pro matrimonio contrahendo multa immobilia donauit Reginæ, fuit dubitatum an potuerit. Et quantum attinet ad præsens propositum determinat Alber. de Ros.quòd sic, per tex.in d.Auth.res quæ.& in corpo. vnde sumitur.C.comm.de leg.quod est valde no. ad ampliationem illius Auth.quia in prædicto casu erat expressa prohibitio alienationis à statuto etiam iurato, & sic tamen permittitur alienatio causa matrimonij, ergo idem erit in casu præsenti.¶Secundò pro ista communi sententia fortiter facit, quia ista quæstio, & iura alleg.per Bar. procedunt, quando non erant alia bona, ex quibus mulier posset dotari, nisi ille fundus, qui esset expressè prohibitus alienari, secundum Cyn.& Saly.in l.voluntas.C. de fideicom.Saly.in l.fi.C.de pac.inter empto. & vendi. & Domi. Alex.hic. Si ergo non posset constituere dotem de fundo prohibito alienari, & non essent alia bona, ista mulier remaneret indotata, & consequenter sine dote non de facili reperiret maritum, quod non est præsumendum fuisse de mente testatoris
98 prohibentis alienationem, †quia in quacunque generali prohibitione facta per testatorem non præsumitur eum cogitasse de isto casu speciali dotis, quę casum testator verisimiliter in specie non prohibuisset, arg.l generali. C. ne fideiuss. do. den.& qđ vult gl.in l.tale pactum.§.fin.ff.de pact. ad hoc confirmandum solebam aliàs quædam addere, quæ non curo nunc repetere.
* ¶Ista *est communis sententia*, & habet magnam æquitatē, ne mulier indotata remaneat. Ideo etiam si articulus esset dubius, in ambiguis pro dote est iudicandum.l.in ambiguis.ff.de iur. dot. quanto fortius in casu præsenti, in quo communis opin.est pro dote. Contrariam opi.tenet solus Bald. pro more suo sibi contrarius in c.1.§.donare.qualiter olim feu.pote.alie. Motus bono fundamento, quia dispositio.d.Auth.res quæ.non habet locum in rebus expressè prohibitis alienari per testatorem, prout est quæstio nostra, & credo, ꝙ in hoc dicat veritatem, quia cũ
99 illa Auth.sit exorbitans† à regulis iuris communis, non debet extendi extra casum suum.l.ius singulare.ff.de leg. quamuis ad hoc vltimum respondeat D.Alex.ꝙ cùm contineat causam fauorabilem, debet extendi ad casus similes, per gl.Bar.& Doc.in l.si constante.in 9.q.1.partis.ff.solu.matr.¶Ista sunt, quę reperio tacta in hoc quotidiano articulo. Ego tenui, & teneo cõtra istã communem sententiam, ꝙ quando testator expressè, & nominatim prohibuit alienari talem fundum, quod non possit per prohibitũ alienari ex causa dotis, vel donationis propter nupt. eo quia tria iura alleg.per Bar.non loquuntur in expressa prohibitione, sed in tacita, quæ resultat propter grauamen fideicom. ergo illa iura nihil penitus faciunt ad præsentem q. Nam clarũ
100 est, ꝙ†fortior est expressa prohibitio testatoris, quàm tacita, patet, quia prohibitio expressa testatoris reddit alienationē ipso iure nullam, & impedit translationem dominij, & alienantē tanquam indignum repellit à reuocatione rei alienatæ. Secus est in omnibus istis, quando solùm est tacita prohibitio ratione fideicommissi.gl.est ordinaria, & approbata in l.cùm pater. §.libertis.in gl.1.ff.de leg.2.Bar.hic in 2.col. Confirmo, quia prohibitio tacita, quæ resultat ratione fideicommissi, facit vt alienatio inter ignorantes facta valeat, vt est tex. reputatus sing. in l.fi.§.fi.ff.de leg.2.& tamen secus est, quando est expressè prohibita alienatio, tunc non valet etiam inter ignorantes, secundũ Pau.de Cast.ibi, & expressè in consi.17.incip.in causa, quæ vertitur Parmæ.in 40.col.& D.Alex.in l.Marcellus.§.res quæ. ff. ad Trebel. Cùm ergo fortior, & efficacior sit expressa prohibitio testatoris, quàm tacita, ergo tria iura alleg. per Bar. quæ solùm loquuntur in prohibitione tacita resultante ratione fideicommissi, nihil faciunt ad q.nostram, quæ loquitur, quando fundus est prohibitus expressè alienari, & nulla lex in mundo permittat alienationem ex causa dotis, quando alienatio est expressè prohibita.¶Et per hoc apparet nõ obstare illud, quod dicebat D.Alex.ꝙ dicta Auth.res quæ.continet casum fauorabilē dotis, ergo debet extendi ad istum casum, quia istud dici non potest, nam isto modo fieret extensio à minori ad maius, à tacita prohibitione ad expressam, quod nullatenus est dicendum, & sic apparet, quòd tres leges allegatæ per Bar.nihil faciunt. ¶Secundò, quòd nihil faciant, ostendo (& ista est mera veritas) qa illa tria iura loquuntur, quando prohibitio fit generaliter & tacita, propter grauamen de restituendo hæreditatem, vel partē, propter quod grauamen tacitè prohibetur alienatio, sed qõ Bar.loquitur, quando prohibitio de non alienando fuit specialis, & non in genere. Item fuit expressa in certo fundo, ergo talis prohibitio specialiter, & expressè facta in certa re, debet longè plus operari quàm generalis, & tacita, secundum Barto.in l. quidam.§.fin.ff.ad Treb.¶Tertiò, quòd tria iura alleg. per Bart. nihil faciant, ostendo, quia loquuntur in ipsis liberis institutis, & immediatè grauatis fideicom. & sic tacitè prohibitis alienare, quibus bene permittitur alienatio ex causa dotis, vel donationis propter nup.ita propriè loquitur Authen.res quæ.& alia duo iura Bar.sed quæstio nostra loquitur de dote, vel donatione propter nupt.non quidem personæ prohibitæ alienare, sed eius filiæ, quod ostēdo, quia si pater, vel alius qui tenebatur dotare filiam, eam instituisset hæredem, & prohibuisset alienare certum fundum, certè talis mulier posset alienare pro dote, qñ non haberet alia bona ad dotem. Istud probo, non per ll. Bart. quæ nihil faciunt, sed per tex.expressum in isto §.nostro in fine, vbi est tex.quòd propter æs alienum, & sic propter creditores testatoris possunt alienari res specialiter, & cum causa prohibi-
101 tæ alienari. Sed sic est, quòd†pater tenetur dotare filiam saltē officio iudicis.l.qui liberos.ff.de rit. nup. l. obligamur. §.lege.& ibi Bar.ff.de act.& obl.& l. fin.C.de dot.promiss.& ideo pater dicitur esse quasi debitor filiæ in dote, vt est gl.ordin. in l. mulier. §.cùm proponeretur. in glo.fina.ff.ad Treb.& talis dos est sicut æs alienum respectu patris, secundum Bar.in l.à filia.in princ.ff. ad Treb.ergo apparet, quòd in istis terminis non procedit quæstio Bar. quia esset casus hic. & ll. Barto. non tendunt ad hoc.
102 ¶†Confirmatur per illud, quod dixi in tex.in no.de legitima, quam filius potest detrahere de re prohibita alienari, quando non supersunt alia bona, & bonum est argumentum de dote ad legitimam, vt per Bar.in l.Titio centum. §. Titio genero. in vlti.col.ff.de condi.& demon. Et sic ex istis tribus fundamentis apparet, ꝙ iura alleg.per Bar.nihil faciunt ad quæstionem præsentem.¶Et si tu subtilis diceres, quòd fortè Bar.voluit ponderare rationem illorum iurium, videlicet rationem. l. mulier. §. cùm proponeretur.ff.ad Treb. ibi, quod mulieris pudicitiæ, & patris voto congruebat. & rationem quam assignat tex. in dicta Auth.res quæ.ad fin.ibi, ea enim quæ omnib. communiter prosunt, his, quæ quibusdam specialiter vtilia sunt, præponenda sunt, quia dico, ꝙ etiam illæ rationes non faciunt ad præsentem quæstionem Bar.eo quia fundantur in præsumpta voluntate defuncti, ergo non loquuntur in præsenti casu, quando expressè apparet de voluntate testatoris expressè prohibētis alienari certum fundum, quia in claris non est locus coniecturis. l.
103 continuus.§.cùm ita.in fi.ff.de verb.oblig.¶†Confirmo optimè per illud, quod dicit Bald.in l. nulla. C. de iu.dot.dum dicit glo.ibi esse notandum, ꝙ contractus inter viuos non recipiunt interpretationem.d.Auth.res quæ.ergo vult, quòd d. Authē. sit fundata in præsumpta mente testatoris.¶Pro eadem sententia
104 contra Bar.& omnes adduco forte fundamentum.†nam fortior est prohibitio alienationis, quæ fit à testatore in vltima voluntate, quàm illa, quæ fit per contractus inter viuos. istud assumptum probo dupliciter: nam prohibitio alienationis expressa facta à testatore impedit alienationem, & translationem dominij, per glo. ordin. & approbatam in l. cùm pater.§.libertis.ff.de leg.2.& dixi supra latè.sed prohibitio alienationis, quæ fit per viam contractus, non impedit translationem dominij, vt tenent glo.Bar.& omnes in l.si ita quis.§.ea lege.ff.de verbor. oblig.& in l.ea lege.C.de condi.ob cau.Bart.statim.ff. in 4.q.vbi dicam. Secundò probo assumptum. Nam res subiectæ restitutioni per viam vltimæ volun.in effectu alienari non possunt. l. 2.§.penul. C. commu.de leg.l.Marcellus.§.res quæ.vbi no.ff.ad Trebel. & tamen res subiectæ restitutioni per viam contractus possunt effectualiter alienari.l.& si dotis.vbi Bar.& alij.C.de iu.
105 do. Tunc sic.†Res expressè prohibitæ alienari per viam contractus inter viuos tali prohibitione, quæ impediat translationem dominij, non possunt alienari etiam ex causa dotis pro danda dote filiæ.glo.est ordin.& approbata in l.nulla.C.de iure dot.quam ibi sequuntur Cyn.& Bar.& dicit ibi Bald. quòd illa glo.est multum signanda, quia vult, quòd contractus inter viuos non recipiant interpretationem, secundum d. Authen. res quæ. Illam gl.etiam sequitur Bal.in c.1.§.donare.qual.olim feu. pote.alie.Dom.Alex.hic.in 6.col.vbi dicit, ꝙ illa gl. non est ali-
bi

ADDITIO.

a ¶Consi.175.Adde, quòd est in consi.23.in 2.vol.
† Vbi res prohibita alienari, potest pro dote alienari non extan. alijs bonis, idem tenet Sali.in l.fi.C.de reb.alie.non alien.

a bi ad hoc in iure.& idem D.Alex.in conſi.265.i^a incip. viſis ſcripturis mihi tranſmiſſis,in 8.col.ergo multo fortius, quando eſt expreſſa prohibitio alienandi per viam vltimæ volunta. debet impedire,ne poſſit in dotem dari,& iſtam puto eſſe veritatem
106 contra communem ſententiam.¶†Tertio quærit Bar.an valeat ſtatutum prohibens alienationem immobiliũ in non ſubiectum,& tenet, ꝙ valeat quo ad laicos forenſes, ſed non quantum ad clericos,ſeu eccleſiaſticas perſonas.¶Circa primum,ꝙ tale ſtatutum valeat,ne bona immobilia poſſint alienari in forenſes laicos,*eſt communis opin.*cum Bar.præſertim per text.quẽ ipſe alleg.in l.ſi in emptione.§.1.in verb.vel mores ciuitatis cõmercio exuerunt.ſ.de contrahen.empt.& ibi Bar.Bal.Salice. ad hoc no.illum tex.& in l.dudum.C.eo.Bal.in l.2.in fi.ſ.de iuriſd.omn.iudi.& in d.l.ea lege.& diffuſè D.And.Bar.in repe.rub.extra de reb.eccle.non alien. vbi ponit multas limita. ad dictum ſtatutum.¶Licèt omnes ita tranſeant, & ita indubitanter ſit tenendum,in contrarium tamen allego tex.in l.2.in princip.C.de præd.& alijs reb.nauicu.lib.11.vbi circa princ.dicit tex. quoniã intercipere contractum emendi, & vendendi ius prohibet, & ſic non eſt licitum per ſtatutum tollere facultatem emendi, & vendendi.Bar.ibi ad hoc ponderat illum tex.contra iſtam communem deciſio.Scriben.hic, & reſpondet, quòd illa fuit cauſa impulſiua,quare Imperator ibi noluit annullare contractum de rebus nauiculariorum,quia non eſt fas, nec eſt licitum per ſtatutum tollere facultatem emendi & vẽdendi,nõ tamen negat ille tex.quin per ſtatutum potuiſſet annullare, ſi voluiſſet, d.l.ſi in emptione. §. 1. Sed non inſiſtam in hoc, quia intendo
107 plenius excutere ſequentem paſſum.¶†Circa ſecundam conclu.Bar.in qua tenet Bar.non valere ſtatutum laicorum prohibens alienationem immobilium in eccleſias, vel monaſteria, eo quia eſſet contra priuilegia indulta eccleſijs,quæ habent, ꝙ ſolo contractu transfertur dominium ſine traditione.l.fi.C. de ſacroſan.eccle.ergo tale ſtatutum dicitur contra libertatem eccleſiaſticam,& per conſequens eſt nullum.Et cum Barto.*tranſeunt indifferenter omnes hic*,& Bar.in d.l.fi.C.de ſacroſ. Eccl. & in l.fi.C.de exac.tri.lib.10.cum alijs hic adductis per D.Alexan. & non eundo per mendicata ſuffragia, pro iſta concluſione Bart. & communi videtur tex.factus propter hoc in c.fi.de immun. Eccle.in 6.¶Sed ratio Bar.non videtur bona,prout eam reprehendunt Raph.Fulg & Pau.de Caſt.in d.l.fi.C.de ſacroſ. Eccl. Nam quòd poſſit vendi Eccleſiæ,iſtud non eſt priuilegiũ, imò eſt de iure communi,ſed ꝙ ex venditione transferatur domi-
108 nium ſine traditione,iſtud eſt bene priuilegium.† Ideo ſi fiat ſtatutũ, ꝙ res immobiles nõ poſſint alienari in Eccleſias, iſtud non eſt contra priuilegium Eccleſiarum,vt dicit Bar.nam eſſet contra priuilegium,quando fieret ſtatutum,quòd in Eccceſiam non tranſeat dominium ipſo iure ſine traditione, & licèt ipſi non dicant,ante eos iſtud fundamentum ꝯ Bar. adducit Ang. in conſi.48 inci.quidam Franc.de Flo. ¶ Sed ab iſta impugnatione ego defendo Bar.dupliciter reſpondendo,& primo dico Bar.cogitaſſe,ꝙ iſtud priuilegium ſaltem venit in conſequentiam contractus,emptionis & venditionis, ſi ergo prohibeatur contractus ne poſſit vendi Eccleſiæ,ergo etiam prohibet̃ iſtud priuilegium in conſequentiam veniens.Secundò & fortius defendendo Bar.ſi illa dicuntur eſſe contra libertatem eccleſiaſticam,quæ ſtatuuntur contra priuilegia competentia Eccleſijs, quanto fortius quæ ſtatuuntur contra ea, quæ competunt Ec-
109 cleſijs de iure communi,cùm ſit regula trita,† ꝙ fortius ſit illud,quod competit de iure communi,quàm illud,quod competit de iure ſpeciali.§.quia verò veriſimile.in fi.in Auth.de nõ alien.coll.2.ſi ergo dicitur contra libertatem Eccleſiæ,quando ſtatuitur contra illud,quod competit Eccleſijs ex priuilegio,& ſic de iure ſingulari,quanto magis,quando ſtatuitur contra Eccleſias in eo,quod habent de iure communi, quia fortius eſt illud,quod habent de iure communi,quàm illud, quod habent de iure ſingulari,& ita habes defenſatam ſententiam Barto. & communem,à qua in conſulendo, & iudicando durum eſſet
110 recedere,†cùm in dubijs tenenda ſit opi. quæ fauet Eccleſiæ. l.ſunt perſonæ.ff.de relig.& ſump.fune.c.fi.de re iudic.¶ Licèt iſta ſit communis ſententia, ego ſemper tenui contrarium , ꝙ imò tale ſtatutum valeat prohibens alienari res immobiles in non ſubiectum poteſtati,& ſic in Eccleſias, vel eccleſiaſticas ꝑſonas,& referam omnes, qui tenent contrarium. Contrarium in primis tenet Iac.But.in l.aſſiduis.C. qui pot. in pig. hab.& in d.Auth.caſſa.Motus viuo & claro fundamento,quia tale ſtatutum non diſponit de directo in clericos, ſed diſponit in ſubditos laicos prohibendo,ne ſubditi laici poſſint alienare res immobiles in Eccleſijs,ergo cùm ſtatutum directò diſponat in ꝑſonas laicas,ergo debet valere.Tamen ad iſtud fundamentum reſpondent Ang.& Flo.hic in fi.eo quia tale ſtatutum videtur fieri in fraudem eccleſiaſticæ libertatis,& ad eam comprimendam,quod non videtur poſſe fieri,per no.per Bar.in l.1.§. quæ onerandæ.ſ.qua.re.act.non da.per Inn.in c.nouerint.de ſen.excommu.Super iſto fundamento non facio magnum capitale.
111 †Addo etiam,ꝙ contrarium in terminis tenuit Bal.in c. clerici.de iudic.vbi quærit, an ſtatutum expreſsè prohibens res immobiles poſſe alienari in eccleſiaſticas perſonas,valeat,& an cẽſeatur contra libertatem Eccleſiæ: Refert ꝙ in hac quæſtione laudabilis memoriæ Do. Sign. de Homod. de Mediolano poſt prolixas allegationes pro,& contra,finaliter conſuluit in conſ. 19.ꝙ tale ſtatutum valeat,& ſit iuridicum,& nullatenus ſit cenſendum contra libertatem Eccleſiæ, eo quia fuit conditum ꝓpter publicum,& commune bonum, ne immobilia trãſeãt ad Eccleſias,cùm non poſſint poſtea alienari pro neceſſitatib. ciuitatis,nec publicis functionibus grauari.Auth. Item nulla communitas.C.de Epiſcop.& cler.cap.non minus.de immu. Eccle.
112 ¶†Secundò,quia quilibet priuatus poteſt imponere legẽ rei ſuæ, ne tranſeat in Eccleſiam.l.ſi ita quis.§.ea l.cum gl.ſ.de ver.obl.ergo multo fortius ſtatutum,vt eſt glo.in rubr. C.de decre.dec.lib.10.allegat etiam text.in c. 1. §.donare.in verbo,aut pro anima iudicare,quali.olim feu.pot.alic. Ego cõfirmo illud fundamentum D.Sign.melius quàm ipſe adducat. Nam priuatus poteſt per pactum facere ne fundus, quem vendit,vllo vnquã tempore efficiatur ſacer, vel religioſus, & ſic ne vllo vnquam tempore tranſeant in Eccleſiam.tex.eſt in l.fi. C.de pact. inter emp.& vendi. Si ergo iſtud poteſt fieri per pactum priuatorum,ergo longè fortius debet poſſe fieri per ſtatutum laicorum,quia non eſt dubium,ꝙ longè plus poteſt ſtatutum, quã conuentiones priuatorum.l.non eſt ſingulis.ſ.de reg.iu.Bar.in l. alia.§.elegãter.ff.ſol.mat.¶Tñ aduerte,ꝙ Bal.in d.l.fi.C.de pac. inter emptorem & venditorem.perpendit de illo tex. & rñdet, ꝙ Auth. caſſa.habet locum in ſtatutis vniuerſorum, & vniuerſaliter factis in derogationem libertatis eccleſiaſticæ, & illa nõ valent, ſecus eſt in pactis priuatorum factis ſuper vna re immobili,vt ibi. Tu potes aliter rñdere,ſm gl.*communiter approbatam* in d.l.fi.quæ intelligit illum tex.& vult, ꝙ non obſtante tali prohibitione poterit illa res alienari pro conſtruenda Eccleſia, licèt ꝯueniens teneatur ad intereſſe,ita intelligit illum tex. Bal. ibi,& oẽs ſequuntur,& ita illum tex.in illa.l.fi.in alio propoſito intelligit.D.Alex. hic in 9. col.in prin.vbi ſimiliter rñdet non in iſta qõne,ſed in alia,ꝙ non obſtante tali pacto poterit talis fundus alienari in Eccleſia,vel pro Eccleſia faciẽda,ſed tñ ꝯfaciens tenebitur ad intereſſe,& dum Bal.allegat D.Sign.in conſ. 19.eſt in conſ.91.inci.ſtatuto ciui.Mediolani cauet,ꝙ nullus. eandem opi.tenuit Bal.in repe.magna.l.cunctos populos.in 12.col.C.de ſum.Tri.& fi cath.& ibi rñdet ad l.fi.C.de ſacroſ. Eccl. allegatã per Bar.ꝙ vbi Eccleſiæ conceditur priuilegium poſt ꝯctum factum cum Eccleſia, tunc eſt priuilegiata in acquiſitione dñij ſine traditione. Sed qñ ꝯctus non eſt validus, vt in caſu præcedenti ꝑꝑ ſtatutum annullans,tunc Eccleſia non hẽt priuilegiũ, ergo ſtatutum non vr̃ ꝯ libertatem eccleſiaſticam. ¶ Adde ꝓ iſta parte bene facere illud,qđ no.tenet Bal.in rub. extra de cõ-
113 ſtitutioni.in 2.col.vbi tenet valere ſtatutum laicorum,†quòd Eccleſię nullo tp̃e poſſint preſcribere res immobiles laicorum, ne ciuitas perdat datia,& collectas,ad quas non tenentur Eccleſiæ,quia tale ſtatutum reſpicit quærenda, ſecus eſſet in iam q̃ſitis ante ſtatutum,ſm eum. ¶Ad idem facit,qđ tenet idem Bal. in c.quæ in Eccleſiarum.in 3.col.in fi.de conſti.ꝙ licitum eſt laicis defendere ſuas iuriſdictiones in acquirendis,ſed non in acq̃ſitis Eccleſiæ,& ideo poſſe laici per eorum ſtatutũ prohibere alienationem rerum tributariarum, vel collectariarũ in clericos, vel Eccleſias,ne fiſcus careat ſubſidio collectarum. Facit,quod tenet Bar.in l.reſcripto.§ fi.ff.de mune & hon.& qđ tenet Bal.in
114 c.cũ veniſſent. in 4.col.de eo, qui mit. in poſ.& ſemper puta-
b ui,ꝙ iſta opi.ſit verior in iure.¶†Quartò q̃rit Bar.an ꝑ ꝯctum^b poſſit

ADDITIONES.

a ¶In conſi.265,Adde,quòd eſt conſi.103.in 2.vol.

b ¶An per contractum.Adde,quòd licèt alienatio ſit prohibita per contractũ, non tamen cenſetur prohibita alienatio,quæ fit per teſtamentum tit.vniuerſali. ita Io.de Imo.in l.ſi ita quis.§.ea lege,infra de verb.obl.& ſequitur Alex. in conſi.120.incip.ſuper eo quod quæritur.col.2.ver.non obſt.ſi diceretur.in 1.vol.& quando alienatio per teſtatorem eſſet prohibita etiam in caſu neceſſitatis,quando poſſit fieri in teſtamento,vide Soc.in conſi.251.inci. quoniam in præſenti conſultatione.per totum.Et quid de pacto de non alienando cum hypotheca generali,an impediat translationem dominij, & dic, ꝙ ſic,ſecundum Rol.conſi.62.nu.35.lib.2.quem vide etiam conſ.6.nu.35.& 54. lib.1.& quæ ſcribit Grat.conſi.95.nu.12.lib.1.Vbi dicit communem, ꝙ ſufficit generalis hypotheca ad impediendam alienationem. Quæ omnia plenè habẽtur per Iaſ.d.l.ſi ita quis promiſerit.§.ea lege.vbi Caſtr.col.2. ff. de ver. oblig. ſed ꝙ in contractu prohiberi poſſit alienatio, no.Dec.conſi.265.nu.3. MASVER.

possit prohiberi alienatio, & an sit dare remedium, per quod prohibitio in contractu impediat translationem dominij, dic vt per Bar. hic, & in l. qui absenti. §. 1. ꝟ. de acq. pos. cum concor. traditis per D. Alex. hic, & ibi, & hēs tex. in c. Raynaldus. in verbo, transferendæ in alium, & ibi D. Anto. ad hoc no. de test. Tu
115 ex dictis Bar. habes regulam, & tres fallen. Regula est, † ꝙ in contractibus prohibitio alienationis non impedit translationē dominij, quamuis contrafaciens incidat in pœnam conuentā, vel teneatur ad interesse. Ratio huius regulæ est, quia voluntas contrahentium sola non est sufficiens ad translationem dominij inducendam. l. traditionib. C. de pac. per consequens nō ēt est sufficiens ad impediendum translationem dominij, sed qa acquirens promisit non alienare, & sic promisit factum, ergo si contrafaciat, succedit obligatio ad interesse, per regulam. l. stipulationes non diuiduntur. in ver. Celsus. ꝟ. de verb. obligatio.
116 ¶ † Hinc infertur, ꝙ cùm in vltimis voluntatibus transferatur dominium sine traditione. l. à Titio in fi. ꝟ. de fur. & l. cùm hæredes. ꝟ. de acq. posses. certè similiter per prohibitionem alienationis in vltima voluntate factam impeditur translatio dominij, vt est glo. ordi. in l. cùm pater. §. libertis. ꝟ. de leg. 2. & dixi. s. eod.
117 ¶ † Hinc etiam est, ꝙ licèt in contractibus per conditionē extinctiuam non transferatur ipso iure dominium, secus tamen est in vltimis voluntatibus per rationem prædictam. Ita no. tenet Bar. in l. 1. ꝟ. de condi. & demon. in 6. col. vers. 2. princ. quæro de natura aduerbiorum. Duas alias rationes assignaui alias le-
118 gēdo istam partem, potes per te videre. Ista plus placet. ¶ † Limita istam regulam. Primò secundum Bar. hic, quando alienatio est irreuocabilis, vt est in libertate, tunc per contractum impeditur translatio dominij, & sic datio libertatis, quia sicut difficilius reuocatur semel data, ita facilius impeditur, ne prestetur. tex. est in l. ea quidem. C. si manci. ita fue. alie. & text. in l. seruus hac lege. ꝟ. de man. & tex. in l. ille seruus §. fi ꝟ. qui & à quib. & ꝑ hoc dicit Bar. se putare idem esse in quacunque alienatione irreuocabili per eandem rationem, & aliter non declarat. Tu declara in specie, prout declarat idem Bar. in d. l. si ita quis. §. ea lege. in 1. q. ad fi. & in l. ea lege. C. de condi. ob cau. si alienans faceret pactum ementi de non faciendo rem vēditam sacram, vel religiosam, vel de non faciendo ibi Ecclesiam, quia ista est irre-
119 tractabilis, † quia res semel effecta sacra, non potest amplius ad profanos vsus reduci. l. inter stipulantem. §. sacram. infra de verb. obli. Ideo tunc impeditur translatio dominij, quia est
120 eadem ratio prout in libertate. ¶ † Adde, quòd contra istam illationem Bar. vrget fortiter tex. in l. fi. C. de pac. inter emp. & vē. in ver. humano iure eximere, iūcta gl. ibi *communiter approbata*, quę dicit non obstante tali ꝓhibitione potest res alienari, vt efficiatur sacra, vel religiosa, licèt alienans tunc teneatur ad interesse, secundum Dom. Alex. hic, qui dicit, quòd ad tex. in d. l. ea quidem. potest responderi, vt ibi per gl. vel vt per Bal. in d. l. ea lege. Tu adde vltra Dom. Alex. generalius exemplū, quod tradit Sali. in d. l. ea lege. in quarta fallen. vbi generalius dicit, quòd prohibitus ex pacto alienare, non potest rem sacram, vel religiosam facere. Et sic Sali. intelligit etiam quando pactum fuit simplex, & non in specie fuit dictum, ne possit rem sacram, vel religiosam facere, tunc etiam non poterit rem sacram facere, vel religiosam, prout propriè loquitur. d. l. ea quidem. sed istud etiam videtur reprobare Sali. per tex. quem sibi ascribit Domi. Alex in d. l. fi. C. de pac. inter empt. & vend. item quia non est propriè alienare, sed potius Deo assignare, cuius proprium est,
121 & super hoc reliquit cogitandum. ¶ † Secundò fallit secundū Bar. quando apponens pactum de non alienando in cōtractu, reseruaret sibi ius reale in re prohibita alienari, quia reseruatio illius iuris realis impedit translationem dominij, per l. si creditor. §. fi. secundum lectu. Pisa. s. de distra. pig. qui tex. est ad hoc sing. secundum Imo. hic, & in l. qui Romæ. §. cohæredes. infra de verb. oblig. ¶ Ex hoc sumit Io. de Imo. bonum remedium
122 in practica ad l. emptorem. cum simil. C. loc. vbi dicitur, † ꝙ emptor, & sic singularis successor nō tenetur stare colono. Nā istud est verum, nisi conductor apposuerit pactum, ꝙ non debeat talis res locata in alium alienari, & si contrafiat, alienatio sit nulla, & pro obseruantia promissorum obliget omnia bona, & specialiter illam domum conductam, nam tunc non poterit transferri dominium in emptorem ad præiudicium conductoris non ꝯsentientis, & ideo non poterit expelli de domo conducta. & dicit Imo. se allegasse, & obtinuisse in practica. idē tenent Imo & Mod. in l. qui absenti. §. 1. ad fi. ꝟ. de acq. pos. Pau. de Cast. in l. si merces. §. 1. s. loc. D. Alex. in l. filio. §. fi. in 4. colu. in
123 fi. supra solu. matr. ¶ † Tertiò fallit secundum Bar. quando pactum prohibitorium alienationis appositum in contractu habet naturam resolutiuam contractus, & traditionis, tunc impedit translationem dominij, vt quando emptor promittit venditori nullo vnquam tempore alienare rem venditam, & si cōtingat eum deuenire ad aliquem actum alienationis, eo ipso res reuertatur ad venditorem, pro quo constituit se in illum casum prædictam rem precario nomine ipsius possidere, tunc quamprimum emptor incipit alienare, dominium reuertitur ad venditorem, ergo patet, quòd non potest in alium transferri, per doc. glo. no. in l. 1. & ibi Bar. ꝟ. de don. idem tenet Barto. in d. l. qui absenti. §. 1. ¶ Tu aduerte, inquantum subdit Bar. ꝙ verba Odof. non sunt necessaria, quòd si deueneris ad aliquē actū alienationis. &c. Nam dicit Bart. ꝙ si solùm diceretur, si alienabis, quamprimum incepit alienare, statim transfertur dominiū in emptorem. Ad hoc corruptè allegat. l. fideicommissa. §. fina. ꝟ. de fideicom. lib. debuit alleg. tex. in l. cùm fidei hæredis. & in l. quidam in testamento. eod. tit. facit. l. interdum. s. quibus mod. vsusfruc. amit. secus si in pacto diceretur, si alienaueris, tunc requiritur perfecta alienatio. l. Stichus seruus. ꝟ. de manumis. test. ¶ Aduerte, quòd istam differentiam Barto. in proposito nostro inter verbum, si alienabis, & verbum si alienaueris, reprehendit Dom. Alex. & bene in d. l. qui absenti. §. 1. ꝟ. de acqui. pos. vbi per te videas. Tu autem vltra Dom. Alex. & Scriben. ibi, & hic attende, inquantum Bar. ibi dicit, quòd remedium Odof. est bonum, tamen non est necessarium, quòd ita exprimatur, si ad aliquē actum &c. sed satis est dicere, si alienabis, quia te incipiente alienare, dominium reuertitur ad me venditorem. Licèt Doc. non
124 dicant, credo quòd istud nullatenus sit verum, † quia sicut ꝑ contractum inter viuos non transfertur dominium absque traditione. d. l. traditionibus. C. de pact. ita etiam non potest dominiū retrò transferri sine traditione, licèt secus sit in vltimis voluntatibus, secundum Bar. in d. l. 1. in 6. col ꝟ. de condi. & demō. quem retuli supra in regula huius quæstio. Confirmo optimè: nam quando ex titulo contractus, & traditione simul iunctis transfertur dominium, tunc licèt titulus annulletur, non transfertur tamen dominium sine traditione. gloss. est de hoc valde no. in l. 1. in glo. fin. in fi. C. de inoffi. dona. & ibi Bal. in fi. eam sequitur, & reputat multum no. & idem Bald. in l. 1. in 6. q. C. si q d in frau. pa. vbi dicit illam gl. esse subtilem ad hoc. Ideo intellige sanè Bar. ꝙ non sunt necessaria illa verba. s. si ad aliquem actum alienationis, vel venditionis deuenerit, quia dicendo solùm, si alienabis, quamprimum incipis velle alienare, contrafacis conuentioni, iurib præalleg. Istud est, quod propriè dicit Bart. tamē bene sunt necessaria alia verba resolutiua, & transferentia dominium ipso iure. s. ꝙ tunc, & eo casu res ipso iure reuertatur ad me, & in illum casum constituis te meo nomine possidere, ista sunt bene necessaria, nec istud voluit negare Barto. vt patet ex prædictis. ¶ Vltimò circa istam fallen. dum Bart. subdit se ita intelligere quæstionem de proposita facièda per Capitaneum,
125 declara Bar. hoc modo. † Statutum disponit, quòd si Capitaneus in consilio ciuitatis faciat propositam de rebanniendo aliquem bannitum puniatur in centum. Nunquid statim, ꝙ incipit proponere, incidat in pœnam statuti, & Bar. considerat, an statutum vtatur verbo, si proponatur, vel si propositam faciat, & statim quòd incipit proponere, incidat in pœnam, si autem dicat, si proposuerit, & tunc requirit propositionem perfectā,
126 istud est, quod voluit dicere Bar. ¶ † Vltra Bart. & Scriben. tu quarto modo, & quidem valde no. limita prædictam conclusionem, ꝙ in contractibus prohibitio de non alienando nō impedit translationem dominij, quando essemus in casu, in quo ex solo contractu sine traditione transfertur dominium, vt est in Ecclesia. l. fin. C. de sacrosanc. Eccle. cap. ex parte. de consuet. & in alijs casibus enumeratis per glos. magistram in l. si ager. s. de rei vendi. tunc prohibitio de non alienando impediret translationem dominij, sicut in vltima voluntate, secundum Bald. in l. peto. §. fratre. in 5. oppo. & ibidem Imo. infra de leg. 2. & pro ista limitatione bene facit, quia tunc cessat ratio præsentis regulæ, quare in contractibus prohibitio alienationis non impedit translationem dominij, quam superius assignaui, & istam li-
127 mitatio. bene signa, quia habet multas sub se. ¶ † Quintò quærit Bar. an per sententiam arbitri prohibentis alienationem impediatur translatio dominij, & tenet, quòd non, secutus Innoc. in c. Rayn. de testi. vbi est tex. de hoc, & ibi glo. in verbo. neutra pars. Idem tenent Bald. & Dom. Alex. hic, Imo. & Mod. in l. si ita quis. §. ea lege. ꝟ. de verbo. obl. Tu confirma fundamentum Bar. quo mouetur, ꝙ potestas arbitri pendet ex pacto partiū. d. l. non distinguemus. §. nunc de officio. supra de arbi. ergo arbiter non plus potest prohibendo impedire translationem dominij, quàm possint ipsæ partes per pactum, vt in præcedenti q. Bar. Confirma, quia compromissum secuto laudo arbitri, dicitur esse quædam translatio, vt est gl. in §. si verò. in Authen. vt diffe. iudi. colla. 9. no. Bar. & Doc. in Auth. si verò contigerit. C. de iudi. & sic censetur contractus inter viuos. Sed sic est, quòd per contractum non impeditur trāslatio dominij, vt tenet Bar. in præcedenti q. ergo nec per sententiam arbitri. ¶ Adde etiam illud,

illud,quod tenet Bal.in l.1.in fi.C.commu.diui. vbi per hoc di-
128 cit vnum no. verbum, † quòd vitium litigioſi non inducitur coram arbitro,iuxta l.fi.cum Auth.ibi poſita. C. de litig. eo q̃a pendentia litis coram arbitro non plus operatur quàm ſi eſſet lata ſententia.l.Iulia.reſpon.ſ.de condi.indebi.ſed ſententia arbitri non impedit alienationem,vt dixi, ergo nec pendentia litis.Facit bene tex.in cle.fi.in verbo,coram iudice competenti, extra vt lit.pend.& ita etiam ſequitur Sali.in d.l.1.C.communi diui.& Dom.Alex.hic.¶Adde etiam illud, quod not.tenet idē
129 Bal.in l.fi.§.fi.C.communia de leg.†ꝙ emphyteuta faciens cō promiſſum in arbitrum non dicitur alienare, licèt arbiter adiudicet illam rem parti,eo quia per ſententiam arbitri non perditur dominium.d.c.Ray.de hoc dixi latè in l.fi.in 9.q.C.de iu-
130 re emphyt.non repeto hic.¶†Sextò quærit Bar.an præceptū iudicis impediat alienationem,& ſic tranſlationem dominij,& concludit,ꝙ ſic,per l.ſciens.vbi etiam Bar.idem not. ſ. de contrahen.empt. & per l. ſeruus hac lege.ĵ.de manu.quam Barto. corruptè allegat.& l.Iulia.ſ. de cur. fur. quam etiam corruptè alleg.Bar.Idem tenet Bal.in l.fi.in princ.C.de pact.inter emp.& vendi.Imo.in l.ſi ita quis.§.ea lege.ĵ.de verbo.oblig. ¶ Intellige concluſionem Bar.eſſe veram ſecundum Imo.& Dom. Alex. quandò prohibitio iudicis de non alienando fit cum cauſa legitima,puta ratione prodigalitatis.l.is cui bonis ĵ. de verb. obli. & d.l.Iulia.& d.l.ſi ſciens,vel cauſa litis pendentiæ, vt l. diuus.ſ. de peti.hære.vel ex ſimili cauſa,vt eſt gloſſ. no.in l.proſpexit. in prin.in glo.1.ĵ.qui & à quib.& glo. in l. ſi ab eo.ĵ.de vſucap.Similiter propter ſuſpicionem fugæ iudex poteſt interdicere alienationem alicui,vt eſt tex.in l.de pollicita. in fi. & ibi Barto.ad hoc no.ĵ.de pollici.& illum tex.ad hoc reputat ſing.Bal.in l.per
131 diuerſas.in 9.q.C.man.& per illum tex.no.Bald.†ꝙ iudex poteſt confinato interdicere alienationem bonorum. & idem tenet Bal.in l.1.in 3.q. C.de contrahen.emptio.Bal. & Alber. in l. ſi fideiuſſor.§.fi.ſ.qui ſatiſd.cog.Secus ſi iudex ex abrupto,& ſine cauſa præciperet,tūc tale præceptum nihil valet, vt ꝑ Bar.
132 ĵ.in vlt.q.&†quia ſententia iudicis nihil operatur circa dominium,vt eſt glo.magiſtra.in §.fi.Inſti.de offi.iudi.Bar.& Doc.in l.ex hoc iure.ſ.de iuſti.& iur.& ita etiam tenet Cyn.in l.fin.C.de reb.alie.non alien.Bald.& Salic.in l.ea lege. C.de condi.ob cau.
133 ¶†Fallit in libertate,quæ eſt irreuocabilis, nam ſicut poteſt ꝑ pactum prohiberi,vt tenet Bar.ſupra in 4.q. vbi dixi, ita etiam per ſententiam,ita propriè loquitur tex.in l.ſeruus ea lege. ff.de
134 manum.quam corruptè alleg.Bar.¶†Septimò quærit Barto. an prohibita alienatione, videatur prohibita heredis inſtitutio, & conſequenter titulus vniuerſalis hæredis. Et quia materia eſt frequens & vtilis,intendo eam plenè examinare. Bart. in l. ſi ita quis.§.ea lege.ĵ.de verb.oblig.& plenius in l.peto.§.fratre. infra de lega.2.tenet,ꝙ ſi prohibitio ſit in certas ſingulares perſonas, puta prohibeo ne poſſis alienare in Titium , aut in Seium , & tunc videtur prohibita etiam inſtitutio, & ſic nec per hæredis inſtitutionem,nec per ſucceſſionem ab inteſt. poterit res prohibita deuenire ad illas perſonas.l.codicillis. §. matre. ff. de leg. 2.& eſt ratio,quia inſtitutio dicitur eſſe alienatio.l.prioris.§.cæterum.vbi glo.Bar.& alij.C.de ſecun.nup.l.ex hoc edicto.§.alienare.ſupra de alie.iudi.mu.cau.fa. Si verò prohibitio eſt reſpectu certarum perſonarum,puta vt non alienes extra familiam, tunc talis prohibitio non extenditur ad eum , qui venit ab inteſt.vt heres legitimus.l.cùm pater.§.cùm inter.ĵ. de leg. 2. no. gl.in l.peto.§.fratre.eod titu.& in l.pater.§.Iul.Agrippa. ĵ.de lega.3.Secus ſi veniret ex teſtamento,& ſic vt hæres teſtamentarius.d.l.peto.§.fratre.¶Tu pro confirmatione prædictorū not.
135 diligenter regulam valde vtilem in iſta materia , † ꝙ quando quis eſt prohibitus à teſtatore alienare extra certum genus perſonarum,puta extra familiam,vel deſcendentes , tamen poteſt ex teſtamento transferre in eum,qui aliàs ſibi eſſet ab inteſtato ſucceſſurus,dato ꝙ non eſſet de familia illa , & iſtud contingit quotidie , quandò prohibitus alienare extra familiam non habet niſi filias fœminas,quæ nupſerunt extra familiam, pōt non obſtante prohibitione eas ex teſtamento hæredes inſtituere,ex quo erant ſibi ab inteſt.ſucceſſuræ.glo.eſt de hoc valde ſing.in
* d.l.pater.§.Iul.Agrippa.& illa gl.eſt *communiter à Doc. approbata*, ſecundum Imo.& Raph.Cuman.in l.cùm pater. §. cùm inter. infra de leg.2.eam ſequitur Bart. in d. l. peto.§ fratre.& in d.l.ſi ita quis.§ ea lege.vbi etiam Io.de Imo.& D.Alex. in pleriſq; cō ſilijs aliàs per me hic allega.¶No.quia fortis eſt deciſio. nam teſtator fauore agnationis,& familiæ prohibuit ne bona poſſent alienari extra familiam , ſi prohibitus ex teſtamento inſtituat vnum,qui non ſit de familia,dato quod ſibi ſit ab inteſta. ſucceſſurus,videtur facere contra voluntatem primi teſtatoris, &
136 tamen valet.glo.eſt ibi communiter approbata.¶†Confirmatur, quia prohibito alienare extra familiam ſuccedit ab inteſtato legitimus eius hæres,dato quod non ſit de illius familia. l.cū pater.§.cùm inter.& ibi Bar.ad fi.ĵ.de leg.2.eo quia talis prohibitio intelligitur,caſu quo prohibitus vellet alienare in penitus extraneos per actum inter viuos,vel etiam per actum teſtandi, vt declarat D.Alex.in l.qui Romæ.§.cohæredes.in 4.col.ad fi.ĵ. de verb.obl.Non examino pro nunc iſtum vltimum articulū, quia eſt articulus valde latus,& diffuſus, & multi Doctores reperiuntur pro & contra.aliàs conſului in ciuitate Aſtenſi,& ſecutus ſum illam deciſ.Bar.¶Limita iſtam not.regulam quam
137 dedi duobus nota.modis.¶†Primò limita, niſi in prohibitione de non alienando eſſent verba vniuerſalia , maximè geminata,puta,ꝙ talis fundus,talis domus non poſſit alienari extra familiam aliquo titulo,vel quocunque titulo, tunc non poſſet talis legitimus ſuccedere ex teſtamento illius prohibiti, ad hoc vt illa verba geminata quocunque titulo aliquid operentur. l. Baliſta.ĵ.ad Treb.Ita limitat Are.in l.Pantonius.§.1.in 2.colu.ĵ. de acq. hære. Alij nihil tangunt. Ego tamen contra iſtam limita-
a ta. ᵃ alleg.doct.Ang.in conſi.57. quam ſtatim infra proximè referā.¶Secundò valde no.limita ꝑdictā regulā, vt ꝓcedat in ꝓhibito alienare , q̃a illi ꝓhibito alienare pōt ex teſtō ſuccedere extraneus,qui ei eſſet ab inteſtato ſucceſſurus: Ita procedit ꝑdi-
138 cta regula:Secus autem eſt in prohibito acquirere.vnde†ſi ſtatutum ciuitatis diſponat,ꝙ nullus forenſis poſſit aliquo titulo acquirere aliqua bona in territorio, & aliquis forenſis ſit proximior conſanguineus defuncto,& ſic de ſuccedentib.ab inteſta. tamen non etiam poterit ex teſtamento ſuccedere,quod bene no.ad intellectum & ampliationem dicti ſtatuti, quod eſt vbique in partib.Italiæ.Ita videtur eſſe de mente Bar.in l.ventre. ſupra de acqui.hæred.in 3.col in ver.tertius caſus. & ibi expreſsè ponderat,& firmat Are.in 16.col.& ſeq.& idem Are.in d.l.Pantonius.§. 1.in 2.col.¶Alij nihil tangunt.ego pondero Barto.qui mihi videtur contrarium tenere in d.l.ſi ita quis.§.ea lege.in vlti.colum.in ver.Per hoc formo tibi.q.valde no. vbi quærit formaliter Bart. Stante prædicto ſtatuto,quòd nullus poſſit relinquere forenſi non allibrato aliqua bona,quę ſint in ciuitate,vel in territorio,nunquid forenſis poterit ſuccedere per viam vltimæ voluntatis:Glo.in l.vnica.C.non lic.habita.metroco. libro 11.videtur tenere,quòd ſic.Bar.dicit,ꝙ non intelligit illam glo. ſed ꝙ in iſta quæſtione prohibetur alienatio in incertum genus perſonarum.ſ.in forenſes,& ideo debet diſtingui, an ille forenſis tanquam proximior ab inteſta. & ſic tanquam legitimus velit venire, an ſolum ex ſimplici teſtamento,prout diſtinguunt gl.præallegatæ.ergo vult Bar.ꝙ ſi ille forenſis eſſet legitimus,& proximior ab inteſt.ſi inſtitueretur hæres poſſet ex teſtamento ſuccedere.Alibi etiam examinat iſtum paſſum Sali.in l.ea lege. in pen.col.C.de condi.ob cau.vbi arguit ad partes,poſtea videtur tenere,quòd in caſu prædicto æſtimatio debeatur illi forē-
139 ſi,vt ibi plenius per eum.¶†Secundò prin cipaliter in hac materia adde egregiam,& valde vtilem deciſionem Ang.in conſilio 57.incip.Domina Andrea condidit teſtamentum, & ſuum hæredem fecit quoddam hoſpitale &c.vbi tenet,quòd ſi teſtator prohibuit hæredem, & eius deſcendentes alienare certam domum,vel certum fundum,& quoquo modo,vel quouis titulo in alium transferre,& ſi ſecus fecerit,voluit eius bona peruenire ad Titium,decidit egregiè Ang.ꝙ non obſtante tali prohibitione poteſt inſtituere hæredem omnino extraneum, motus,quia talis prohibitio intelligitur de alienatione voluntaria inter viuos,quæ non trahitur ad hæredis inſtitutionem ,cùm ſit neceſſaria alienatio.l.1.ſ.de fund.dot.iuncta l. ex hoc edicto. §. alienare.ſ.de alie.iudi.mut.cau.fac.nec ſecundum eum debet imputari prohibito,ſi inſtituat quem vult,quia libera debet eſſe teſtandi facultas,& non debet reſtringi per metum pœnarū, vel amiſſionis iuris,aut hæreditatis.l.ille autem. ſupra de hære. inſtitu.l.ſtipulatio hoc modo concepta.ĵ.de verb. obli. Fortius ſubdit ibi ſing.Ang.& eſt ſolennis deciſio, quòd ſi teſtator , qui prohibuit bona hæreditaria alienari , voluiſſet etiam dicta bona adimere hæredi ſuo, ſi hæredem extraneum inſtituiſſet, & hoc expreſsè adieciſſet in teſtamēto, quòd iſta talis prohibitio
140 de inſtituendo alium hæredem non valeret,† eo quia fideicō miſ.relictum,vel iniunctum in defectum conditionis , quæ de iure reijcitur,vel reprobatur,non debetur.l.vnica.C.de his,quę pœ.nomi.not.in l.quoties ſub conditione.ĵ.de condi.& demō.
141 ¶†Et ſic vult ſingulariſſimè Ang.quòd teſtator non poſſit hęredi

ADDITIO.

a ¶Ego contra iſtam limita.Adde pro hac limitatione Card.in conſi.135.inci. Redēptoris poſtulato ſuffragio, puto filias prædictas,vbi ſi alienatio eſt prohibita per ſtatutum,per verba geminata in non ſuſtinentibus onera,tunc nō poterit fieri in filias nuptas extra territorium,etiā ſi eſſent ab inteſt. ſucceſſuræ,& an alienatione prohibita cenſeatur prohibita ſucceſſio ab inteſta. vide per Soc.in conſi.293.col.1.& fin.

redi expressè prohibere, ne ipse institutionem hæredis etiam extranei faciat. Illam deci. Ang. formaliter prout iacet, refert, & sequitur Dom. Alex. in consi. 154.2.vol.incip. visis. & accuratè consideratis his, quæ in themate continentur. Istud idem, quod testator, qui prohibet bona sua alienari, non tamen possit prohibere, ne alius hæres etiam extraneus instituatur, tenet etiam ipsemet Angel. in consi. 7. incip. ex dicto themate plura dubia possent oriri, & ita aliàs in contingentia facti consului in ciuitate Paduæ, dum ibi legerem, & ita fuit iudicatum. ¶ Nunc te-
a neo contrarium, [a] & si casus nunc mihi occurreret, contrariũ consulerem, & iudicarem, eo quia contrarium in terminis tenet Bart. in d. l. peto. §. fratre. in vltimo membro suæ distinctionis, & ibi clarè Bal. in 6. opp. & idem Bar. in d. l. si ita quis. §. ea le-
* ge. cum quo *alij communiter transeunt* ¶ Et ad ita tenendum moueor, quia extraneo ex testamento prohibitus alienare, solùm potest venire quando est legitimus, & aliàs successurus ab intestato, prout firmaui supra in regula præcedenti, ergo in alio extraneo non procedit decisio Ang. ¶ Secundò addo, quòd vult gl. valde no. in l. quemadmodum. in verbo, vendicatione. circa med. C. de agric. & censi. lib. 11. vbi glo. valde no. quærit, nunquid prohibitus alienare extra certum genus personarum, posset extraneum in testamento hæredem instituere, & determinat illa no. gl. quòd non. ¶ Tertiò pondero facere tex. valde no. in l. pater. §. fundum. in fin. ff. de leg. 3. vbi decidit tex. quia prohibitio de non alienando fuit facta ad tempus quoad prohibitus viueret, ideo tunc habet testamenti factionem, & potest etiam extraneum hæredem instituere, ergo secus esset, quando prohibitio esset simplex, aut perpetua. ¶ Quartò facit, quia testator potuit non relinquere talem fundum, vel talem domũ instituto, ergo fortius potuit limitare, ne in eo possit extraneum institue re, contra decisionem Ang. per regulam. l. videamus. §. pe. s. de in lit. iuran. attento, quòd voluntas testatoris cum causa est lex. §. disponat. in Auth. de nup. collat. 4. & dixi supra in tex. & tenẽdo istam partem, quam puto veram, non obstant fundamenta, quibus mouetur Ang. dum dicit, ꝙ prohibitio de instituendo alium hæredem non valet, eo quia propter metum priuationis iuris, vel hæreditatis non debet restringi libera facultas testandi. d. l. ille autem. in princ. s. de hære. insti. & l. stipulatio hoc modo concepta. ff. de verb. obliga. Item fideicommissum relictum in defectum conditionis, quæ de iure reprobatur, reijcitur. l. vnica. C. de his, quæ pœ. no. quia dico, quòd ista fundamẽta nihil penitus ad propositum faciunt, quia habent fallaciam in pœnam procederent in bonis proprijs ipsius testatoris, & in illis non potest restringi libera facultas testandi, nec metu pœnæ, nec in defectum conditionis fideicommis. valet. Secus autẽ
142 est in bonis alienis sibi relictis cum prohibitione alienãdi, † sicut quando aliquis est institutus hæres vniuersalis, & per fideicommis. grauatus alteri restituere hæreditatem, nam per istud grauamen inducitur tacita prohibitio de non alienando, vt est glo. in l. cùm pater. §. liber. ff. de leg. 2. & tamen non potest in præiudicium fideicommis. & sic tacitæ prohibitionis, quæ est minus testari, & alium substituere, toto titu. ff. & C. ad Treb. l. fi. §. sed quia. & Auth. res quæ. C. commun. de leg. & tamen per hoc non dicitur sibi auferri, nec restringi libera facultas testandi. Et si tu subtilis diceres, posito quòd fundamenta Ang. non faciant ad propositum, tamen pro decis. Ang. & D. Alex. videretur fortius facere, quia testator, qui est priuatus, non potest facere, ꝙ hæres suus decedat pro parte bonorum testatus, & pro parte intestatus. l. ius nostrum. infra de reg. iur. quod certè sequeretur, si hr̃s de talibus bonis prohibitis alienari, testari non posset, nã decederet pro parte testatus, & pro parte intestatus, quia hæres postquam adiuit hæreditatem, illa bona sunt effecta sua propria. l. sed si plures. §. quos possum. s. de vulg. & pup. glo. in l. 1. §. veteres. vbi aliquando plenè dixi. infra de acq. pos. Potes dicere, ꝙ argumentum cessat, eo quia talis res prohibita alienari transibit ad illos, quibus debetur ex causa fideicõmissi, vt hoc tex. in fi. sicut in bonis subiectis fideicommisso, in illis testari nõ potest, quia primus testator testatus est, & ita habes perfectè ex
143 peditum istum articulum. ¶ † Octauò quærit Bar. an prohibi-
b ta venditione, [b] videatur prohibita donatio, & quæuis alia alienatio, & concludit, quòd sic, secutus gl. in l. 2. C. de vsucap. pro empt. quæ glo. non est alibi secundum Bal. in rub. extra de pac. in 3. col. & in c. literæ. in vlt. col. de dila. & illa gl. allegat text. meliorem de iure ad hoc in l. statuliberi à cæteris. §. fi. infra de statulib. facit tex. in c. 1. in princ. iuncto. §. donare. quali olim feu. pot. alie. cum multis concor. & authoritatibus adductis per D. Alex. hic. ¶ Limita secundum Imo. & Dom. Alexã. procedere conclusionem Bar. quando est eadem ratio in omni alienatione, puta ne res exeat familiam. d. l. voluntas. à contrario sensu. C. de fideicom. aliàs secus, vt l. sicut. §. sed & si permiserim. ff. q. b. mod. pig. vel hypot. solu. & l. fina. cum glo. C. de iure emphyt,

144 ¶ † Secundò limita, & intellige nisi communis vsus loquendi se habeat in contrarium, quia tunc appellatione venditionis non comprehenduntur alij contractus, secundum Domi. Abb. in c. 1. de his, quæ fiu. à præla. sine consen. cap. Bal. in l. 1. C. de rer. permu. & Dom. Alex. hic, facit tex. vulgatus in l. librorũ.
145 in ver. quid ergo. cum glo. ff. de leg. 3. ¶ † Tertiò limita, nisi fiat mentio de pretio, tunc terminus venditio, vbi fit mentio de p̃tio, capitur strictè pro sola vendi. glo. est quæ quotidie allegatur ad hoc in l. fin. C. de præd. cur. lib. 10. & gl. in l. apud Celsum. §. si cum legitima. infra de excep. do. & glos. in l. si cùm dotem. & ibi no. Bal. C. de iur. dot. Abb. in d. c. 1. in 1. no. de his, quæ fiu. à præla. & idem Dom. Abb. in c. fin. in vlti. no. de accus. quod semper intellige, quando pretium est conueniens rei, tunc intelligitur de venditione strictè, aliàs secus, gl. est no. in l. 1. §. 1. in verbo, agendo. infra de superficie. quam ad hoc reputat sing. Bald. in c. literæ. in 3. colum. de dila. ¶ Et secundum has limitationes etiam distingue in seq. q. Bar. quæ est nona, an prohibita donatione comprehendantur alij contractus, per d. l. sicut. §. in con-
146 trarium. secundum Imo. & Dom. Alex. hic. ¶ † Decimò quærit Bar. an prohibitio de non alienando facta filijs extẽdatur ad nepotes, & concludit, ꝙ non, per §. nos igitur. in Auth. de resti. fideicommis. coll. 9. & ibi glo. ordi. expressè hoc no. & ibidem Iaco. de Belu. & Ang. Illam glo. etiam sequuntur Ray. Bal. Imo. & Dom. Alex. hic, qui dicunt, illam glo. esse ad hoc sing. Cy. Bal. & Sali. in l. voluntas. C. de fideicom. Bar. in l. Lucius. §. 1. de leg. 3. Bal. in l. Titius. in prin. s. de lib. & posth. & in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. Dom. Alex. in consi. 56. volum. incip. Aldrouãdus. bene facit, quia appellatione filiorum non cõtinentur propriè nepotes, nisi ex quadam interpretatione. l. iusta. infra de verbo. signifi. & l. quòd si nepotes. s. de test. tute. quæ interpretatio nõ videtur procedere in odiosis. l. cùm quidam. s. de lib. & posth. odiosum autem videtur, interdicere liberum arbitriũ rei suę. l. in re mandata. C. mand. & l. pen. supra de pact. & dixi. supra in tex. Tu autem aduerte, quòd tex. in d. §. nos igitur. in quo solo se fundant Bar. & Doc. nihil videtur facere, quoniam ibi prohibitio fuit facta filijs per nomina propria filiorum, vt patet ex princ. illius tex. & ita ibi illum tex. intelligunt Iacob. de Belui. & Bar. si tamen est lectura Bar. Facit, quod dicam in seq. arti. in pri
* ma limitatio. ¶ Tenendo tamen *communem conclusionem*, quòd prohibitio facta filijs non extendatur ad nepotes, limita no. q̃n ratio prohibendi ita comprehenderet nepotes, sicut filios, puta quia prohibuit filios alienare turrim, quæ est propugnaculum totius familiæ. iuxta gl. in l. quoties ab omnibus. C. de fideicom. eo quia tunc ratio ampliat prohibitionem, prout statim latè,
147 & valde no. dicam. in sequen. qõ. ¶ † Item retenta communi conclusione, quòd prohibitio facta filijs non extendatur ad nepotes, pulchrum dubium esset, quid si prohibitio de non alienando esset facta filijs filiorum, & sic nepotibus, qui non essent instituti, nec aliter honorati, sed solùm positi in conditione, an talis expressa prohibitio in talibus nepotibus non honoratis valeret necne? Dubium facit, ꝙ non valeat, ex quo talis prohibitio de non alienando est grauamen, & sic odium, vt dixi supra proximè, & confirmatur, quia talis prohibitio inducit fideicõmissum, vt est tex. hic in fi. sed fideicommissum est onus, & grauamen. l. cohæredi. §. cùm filiæ. supra de vulga. & pup. ergo nepotes, qui non sunt à testatore honorati, non possunt etiam grauari. l. ab eo. C. de fideicom. Istam difficultatem mouet Ang. & super ea dubitat, & nihil decidit in consil. 7. incip. ex dicto themate plura dubia possent oriri, in primo dubio. posses dicere, ꝙ prohibendo filijs filiorum alienationem, videtur ex hoc eis tacitè relinquere illum fundum prohibitum alienari, arg. l. deniq;. §. interdum. ff. de pec. lega. & l. Proculus. de vsufruct. & in simili firmat Bar. in l. centurio. s. de vulg. & pup. in vlt. q. 3. qõ. princip. An tamen illud, quod ibi tenet Bar. sit verum, est latus & diffusus articulus. ibi latè examinaui, & ex veritate illius articuli pẽ
148 det difficultas proximè mota. ¶ † Vndecimò quærit Barto. an prohibitio facta hæredi, videatur facta heredi heredis, & de permissione est tex. ꝙ sic in l. sicut. §. si debitori. s. quib. mod. pign. vel hypo. solu. Tamen Barto. idem putat esse in prohibitione, arg. ff. proxi. & l. pater. §. fundum. de leg. 3. ista duo iura parum, vel

ADDITIONES.

a ¶ Contrarium. Adde, ꝙ Doct. in apostil. ad Alex. consi. 155. dicunt Alexan. ibi malè consuluisse, nec illud consi. saluari posse, ex clausula, de qua ibi. d. consi. nu. 4. lib. 2.

b ¶ An prohibita venditione. Adde, quòd licèt in testamento sit prohibita venditio, non tamen dicitur esse prohibita permutatio. Pau. de Cast. in consil. 170. inci. dubitatur, nunquid hospitale. in prima parte. consi. antiquorum secundum impres. Papien. quod no. pro limitatione huius conclusionis. Et ꝙ donatio comprehendatur etiam in statuto appellatione alienationis, adde Card. in consi. suo. 15. incip. quòd maritus possit donare.

vel nihil facere videntur,quia in illis iuribus prohibitio nō fuit
facta ſub noīe hæredis,nec dubitatur,an tranſeat ad hrdē hære
redis niſi defendendo Barto.dicas,ꝙ illa iura faciant in argumē
tum hoc modo:nam in §.ſeq.declaratur,quando alienatio di-
catur fieri contra prohibitionem teſtatoris, & quando ſecun-
dum permiſſionem.in d.l.pater.§.fundum.tex. arguit de prohi
bitione ad permiſſionem hoc modo. Nam cùm ibi prohibitio
eſſet temporalis, quoad filius viueret, ergo poſt illud tempus
cauſat permiſſionem,ergo ibi arguitur à permiſſione ad prohi
bitionem,vel ècontra.fortè,quòd ita voluit inducere Barto. ta
men re vera illa iura parum faciunt:præterea ſecundum Imo.
non videtur aſſumptum Bar.eſſe verum, ꝙ idem ſit in prohibi
tione,quod in permiſſione,cùm permiſſio ſit fauorabilis,& cō
ſeruet arbitrium homini in re ſua.Secus eſt in prohibitione, ꝗ
eſt odioſa,vt dixi in articulo præcedenti. ¶ Vera tamen eſt de-
* ciſ.Barto.& *communiter approbatur*,eo quia hæres hæredis cenſe-
tur teſtatoris hæres,dicit tex.in l.fin.C.de hæred.inſti. cum con-
149 cor.quas ibi dedi.†Item appellatione hæredis [a] comprehen-
a ditur hæres hæredis ex propria ſignificatione.l. hæredis appella
tione,& ibi glo.ꝭ.de verb.ſignifi.Bal.in d.l.fi.in 21.q. Hinc eſt, ꝙ
conditiones,quæ debent impleri in forma ſpecifica, tamen di-
cuntur impleri dando hæredi hæredis, quando quis eſt grauа-
tus ſi dederit hæredi.tex.eſt in l.cùm ita datur.§.fin.ꝭ.de condi.
& demon.in l.ſi peculium.§.hæredi.& in l.ſi ſtatulibera. §. non
ſolùm.& §.ſi filius.& in l.ſi ſeruus hæredi.in prin. ꝭ.de ſtatulibe.
* *& iſta eſt communis concluſio*,quòd prohibitio facta hæredi,cenſe
150 tur etiam facta hæredi heredis.¶†Limita iſtam communem
concluſionem,niſi teſtator fecerit prohibitionem hæredi no-
minatiuè,ipſum nomine proprio nominando, puta Titiū hæ-
redem prohibeo alienare, tunc non venit hæres hæredis.text.
eſt in l.Lucius.§.1.& ibi Bar.ff.de leg.3.Ray.Imo.& D.Alex.hic.
Ludo.Roman.in l.ſi quis filium.§.fi.ſ.de acquir. hære. Domin.
Alex.in conſi.56.1.vol.incip. conſideratis verbis teſtamenti. in
2.colum. facit text. in l. ſi ſeruus communis.ꝭ.de ſtipul.ſeruor.
151 ¶†Pro ampliatione huius limita.aduerte multum ſing.quòd
dictio,ipſi hæredes,facit prohibitionem eſſe perſonaliſſimam,
vt non veniant hæredis hæredes,propter dictionem ipſi, quæ
non ſolùm eſt relatiua , ſed etiam ad oculum demonſtratiua.
Ita ſing.tenet Bal.nec alibi vnquam ſcriptum legi,in conſ.303.
5.volum.incip.nobilis vir Do. Guid. de S.Nazario.& ſi vera eſt
hæc ampliatio,eſt valde ſingularis,& apud me multum mira-
152 bilis.¶†Iſtam limi.quæ habet,ꝙ quando prohibitio fit nomi
natim hæredi,tunc non venit hæres hæredis, nec alij ſucceſſo-
res , limita multum vtiliter ad practicam,niſi teſtator adijciat
prohibitioni rationem , quia velit talem rem remanere in fa-
milia,vel non exire de ſuo nomine,aut de ſuo genere.Tunc at-
tendi debet ratio,quę eſt generalior,& quę declarat,& ampliat
ipſum dictum.l.cùm pater.§.dulciſſimis.ꝭ.de leg.2.vt ſic prohi
bitio cenſeatur eſſe merè realis,acſi verba eſſent in rem conce-
pta,& ſic includit omnes hæredes,& deſcendentes.ita no. limi
tat Bar.in l.pater.§.fundum.ꝭ de leg.3.quia ratio prohibitionis,
quæ eſt generalis,facit quòd ampliatur prohibitio,& cenſeatur
realis præter verborum ſignificationem, vt ibidem tenet Dyn.
& Ray.de For.quos in d.§.fundum.refert & ſequitur Flo. idem
tenet Lud.Rom.in conſi.457. incip. circa propoſitam conſul-
ta.de tribus dubitari contingit.in 2. dub.& no. Pau. de Caſtr.in
conſil. 234. incip. viſis & conſideratis omnibus diligenter. in 2.
dub.& ita aliàs in contingentia facti conſului,& ita obtinui, &
ita fuit iudicatum. ¶ Confirmo iſtam limitatio. duplici bona
153 conſideratione.†Primò,quia ratio adiuncta facit recedi à pro
prio ſignificatu verborum antecedentium.Ita no. egregiè Bal.
in l.ſi ſeruus legatus.§.qui quinque. per illum text. ſupra eodē.
154 ¶†Secundò confirmo,nam qui repudiat bono. poſ.& ſic re-
medium prætorium,poteſt tamen venire de iure ciuili,eſt ve-
rum niſi renuncietur in ſpecie vni iuri, adiecta tamen cauſa ge
nerali , puta, ideo renuncio bono.poſ. quia hæreditas eſt dam
noſa.Iſta ratio pariter infert circa vtrunque remedium exclu-
dendum,& ex ratione intelligimus dictum,vt not. glo. in l.ſi is
qui animo.ſupra de acquir.hæred. ita ad literam dicit ſignãter
155 Bal.in l.ſuum hæredem.ad fi.C.de iu. delibe.¶†Secundò prin
cipaliter pro limitatione adde,ꝙ ſi hæres ſit prohibitus aliena-
re rem , vt in familia perpetuò remaneat, iſta prohibitio licèt
comprehendat hæredem hæredis,tamen non durat vltra quar
tum gradum,ſeu vltra quartam generationem poſt teſtatorē,
tex.eſt de hoc ſing.in §.1.in Auth.de reſti.fideic.coll.9. & ibi Ia
cob.de Belui.& Ang ad hoc no.& Dom.Alex. hic, & vltra eos
etiam no.Bar.in illo.§.1.ſi eſt lec.Bar.¶Quod limita ſingu. niſi
teſtator in prohibitione adiecіſſet cauſam , quia vult talem rē
perpetuò tranſire ad omnes deſcendentes, tunc iſta prohibitio
extenditur vltra quartum gradum,& deinceps in infinitū pro-
pter illum terminum deſcendentes,quia nomen deſcendentiū
in infinitum extenditur.§.1.in Auth.de hære.ab inteſt.colla.9.&
l.fi.infra de ſuis,& legi.Et ſic illud , quod non operantur illa ver
ba,vt in familia perpetuò remaneat,operatͬ illa dictio, ad om-
nes deſcendentes.Ita ſignanter limitat Iac.de Belui.in d. §. 1. in
Auth.de reſti.fideic.quem refert,& ſimpliciter ſequitur Domi.
Alex.in conſi.59.3.vol.inci.attentis verbis teſtamenti,in 3.colu.
& in prælleg.conſi.56.1.vol.in 2.colum.& licèt ipſe non dicat,
iſtud idem formaliter,& ad literam ponit,& no.Bar.in d.§.1.ſi
156 tamen vt dixi eſt ſua lectura.¶†Duodecimò quærit Barto.an
res prohibitæ alienari poſſint vſucapi,vel pꝛæſcribi, & conclu-
dit,quod ſic,& cum eo tenet ſimpliciter Raph.Cuman. hic,&
latius Dom.Alexan.iſta conſideratione,quia res quæ poteſt in-
terueniente aliqua ſolennitate alienari,illa poteſt præſcribi, ſe-
cundum Bar.& alios in l.fin.per illum tex.C.in quib.cau. in in-
teg.reſtitu.non eſt neceſ.Bald.in l.1.in 8.colu. C.de ſer.fugi.Sed
res prohibita per teſtatorem alienari,poteſt alienari ſeruata cer
ta forma.ſ.interueniente conſenſu illorum,quorum fauore ꝓ-
hibitum eſt. l. nulli. §. 1.infra eod.l.cùm pater. §.libertis.infra de
leg.2.& ſic requiritur eorum ſcientia,ergo debet poſſe præſcri-
bi.¶Sed ad iſtud fundamentum Dom.Alex.poteſt reſponderi
ex mente D.Abb.in c.cùm non liceat.in 4.colu.de præſcrip. ꝙ
in d.l.fina.iura non ſimpliciter prohibent alienationem rerum
minoris,ſed prohibent ſi ſine cauſa, & certa ſolennitate , & ſic
iura non ſimpliciter reſiſtunt alienationi,ſed in caſu noſtro te-
ſtator expreſsè prohibuit alienationem, ergo etiam prohibuit
vſucap.d.l.alienationis verbum.infra de verbo.ſignifi. vbi dicit
tex.alienationis verbum continet vſucap. Contrariū tenet idē
Bar.in l.vbi lex.ꝑ illū tex.cū gl.ꝭ.de vſucap.latè Imo.hic, Ange.
in l.1.C.de præſcrip.long.temp.D.Abb.in d. c. cùm non liceat.
in 4.col.& pro certo mirandum eſt,quòd Barto. alleget pro ſe
tex.in l.fi.§.pe.C.commu.de leg.qui decidit totum contrarium
ibi,nec vſucapio,nec longi temporis præſcrip. & ibi,nullo ob-
ſtaculo eis opponendo,prout etiam reprehēdit Bart. Imo.hic.
¶Alij non tangunt.Sed tu ſalua Barto. qui bene alleg. tex.d. §.
pen.nam conſiderauit Bar. ꝙ ideo ibi non præſcribitur contra
legatarium vel fideicom.non valentem agere pendente condi
tione,vel die incerta,per regulam.l.1.in fine.C. de anna. excep.
ſed hic valebat agere,ergo currit præſcrip. Similiter alius text.
quem allegat Bar.in l.qui hæredi.§. ſi pars.ſ.de condi. & demō.
non videtur obſtare,eo quia ſecundum Imo.poteſt intelligi,ꝙ
ibi illa pars legati fuit vſucapta viuo teſtatore, prout ibi tangit
Flo.Et licèt gl.ibi etiam videatur intelligere, quando poſt mor
tem teſtatoris fuit vſucapta,dicit Imo. iſtud non poteſt proce-
dere per proximè dicta.Tu potes melius reſpondere , quòd ibi
non loquitur text.de re prohibita alienari, ſed de re legata ſim-
pliciter.¶Tenendo iſtam partē contra Bar.poſſet limitatio pro
cedere in vſucapione,vel præſcriptione longi temporis. d. l. 2.
C.de vſucap.pro empt.eo quia in tali præſcrip. requiritur titu-
lus. l.diutina.C.de præſcrip.long.tempo.ſed talis titulus aliena-
tionis eſt nullus,& habetur pro non titulo,vt hic,& l. pater. §.
Iulius Agrippa.infra de lega.3. tamen non prohibetur præſcri.
triginta vel quadraginta annorum, in qua non requiritur aliqs
titulus,ſed currit ſola negligentia non petentis. Ita tenet Pau.
de Caſt.in d.l.fin.§.pen.C.commu.de leg.& latius Dom. Alex.
b in prælleg.conſi.59. [b] 3.volum.incip.attentis verbis teſtamen-
ti.in 6.colum.Sed aduerte , ꝙ etiam iſtud non eſt verum con-
tra Bar. quia dato, quòd venditio non valeat propter prohibi-
tionem alienationis, tamen ex quo emptor eſt in iuſta cauſa er
roris,quia ignorat heredem prohibitum alienare,talis error ha
betur loco tituli,& valet quo ad præſcribendum.tex.habes, &
exemplum in l.2.§.ſi à pupillo.& §.ſi à furioſo. infra de vſucap.
pro empt.vbi Bar.& idem Bar.in l.Celſus.infra de vſuca. ¶De-
157 cimotertiò,& vltimò quærit Bar.†an præceptum iudicis nu-
dum ſine cauſa,vel ſine cauſæ cognitione factum valeat,& dic
vt per eum.Aduerte tamen,inquantum Barto. dicit, quòd iſte
tex.nihil facit,quia præceptum teſtatoris continens ſolum fa-
uorem prohibiti cenſetur eſſe conſilium. Adde , quòd in hoc
Bar.aliter eſt locutus,& ſic fortè melius in l. pr̄. §. Iulius Agrip-
pa.infra de leg. 3. Nam ibi dicit , ꝙ ſi præceptum iudicis eſt fa-
ctum in fauorem partis tantum,& tunc eſt nudum,& ſic nihil
valet,vt hoc tex.ſecus ſi eſſet factum in fauorem tertij, vel alte
rius,quoquo modo intereſſet, tunc non eſſet nudum, & vale-
158 ret.¶†Confirmo optimè,quia præceptum iudicis,& præce-
ptum

ADDITIONES.

a ¶Hæredis. Adde q idem Iaſ.ſcribit in l.ſi quis filium.§.in omni.ſupra de acq·
hære.Rip.reſpon.183.nu.15.& 16.Catel.ver.hæredis.

b ¶In prælleg.conſ.59.Adde,ꝙ illud conſilium allegat etiam Soc.in cōſ.251.
inci. quoniam in præſenti conſultatione ſupra alleg.col.penul.verſ.ſuccedit
nunc.& vide eundem Soc.in conſi.266.col.16.ver.amplius dico. & Fely.in c.
cùm non liceat.col.4.ver.inquantum.D.Abb.de præſcr.

ptum teſtatoris in prohibendo alienari rem æquiparantur. tex. eſt in l.ſeruus hac lege.ī.de manum.Item iuſſus iudicis,& teſta toris æquiparantur.l.non eſt mirum.& ibi Bar. ita ad hoc no.ſ. de pig.act item factum iudicis, & teſtatoris æquiparantur.l.2. & ibi Bal.ad hoc no.C.de diuid.tut.& l.1.§.ſi pupillus.in verb. ergo.& ibi Bal.ad hoc no.ſ de tut.& ratio. diſtra. Item licitum eſt arguere à verbis prætoris, ſeu iudicis ad verba teſtatoris. l. ſi quis legauerit.ſ.eod.tit.l.qui filium.§.Sabinus.ī.ad Treb. l. ſi ita
59 fuerit.§.fin.ī.de manumiſ.teſta.† Item bonum eſt argumentū de iudicijs ad vltimas volunta.l.qui teſtamento.§.nec furioſus. & ibi Bar.ad hoc no.ſ.de teſt.Et propterea in hoc diſtinguè, prout dixi ſupra in 6.quæſt.Bar. quòd ſi præceptum iudicis prohibens alienationem eſt cum cauſa legitima prohibiti, puta cauſa prodigalitatis,vel fugæ , vel ſimili , & tunc valet tale præceptum iudicis.Secus ſi fiat ex abrupto, & ſine cauſa , & tunc nihil valet, prout etiam vult Barto. hic in fi. Et per iſta cum laude Dei eſt impoſitus perfectus finis, vt arbitror , huic ſolenniſſimo.§. diui.

## Sequitur repetitio notabilis.l.Re coniuncti. de legatis tertio.

### SVMMARIVM.

1 *Diſiuncti dicuntur,qui ſunt ſeparati,& vide nu.4.*
2 *Coniuncti propriè dicuntur illi,qui ſunt coniuncti verbis teſtatoris,quibus eadem res æquis portionibus,& non inſolidum relinquitur.*
3 *Res ſi eſt relicta pluribus,& cuilibet prohibitum alienari partem ſuā, videtur etiam prohibitum alienari partem, quæ ei obuenit per ius accreſcendi.*
4 *Onus impoſitum rei diſiunctim legatæ, vno ex ipſis repudiante non trāſit ad alium.*
5 *Ius accreſcendi propriè habet locum in coniunctis, ſed ius non decreſcendi in diſiunctis.*
6 *Ius non decreſcendi habet locum , etiam quando aliquis venit de iure ſpeciali.*
7 *Ius accreſcendi non habet locum,quando quis venit de iure ſpeciali.*
8 *Ius non decreſcendi,ſeu non diminuendi competens diſiunctis , competit eis inuitis.*
*Ius accreſcendi competens in legatis,competit volentibus,ſecus in hæreditate.*
*Caſus in terminis ponitur in iſta lege.nu.9.*
10 *Coniunctus re tantum dicitur, quando duobus eadem res in ſpecie ſeparatim, & ſic in diuerſis orationibus legatur , ſecus in quantitatibus , quia vterque habebit ſua decem,& latè infra nu.56.& 65.*
11 *Coniunctus verbis tantum dicitur,quando diſtributio partium in eadē re,& in eadem oratione ponitur,& etiam vide infra nu.74.*
*Coniunctio verbalis fit per nomen collectiuum. & num. 78. & vnitatem orationis.num.33.& vide etiam infra nume.74.& 86.& in numero 109.*
12 *Coniuncti re,& verbis dicuntur,quando in eadem oratione plures copulantur,partibus non aſſignatis.*
13 *Coniunctus re,& verbis ſimul præfertur cæteris in portione deficientis collegatarij.& nu.35.*
14 *Ius accreſcendi habet locum etiam in habente legatum de iure ſpeciali. & de hoc infra nu.152.& 177.quòd non.*
15 *Coniunctus per nomen collectiuū poſitus inter plures coniunctos verbis tantum,vel re tantum,præfertur alteri ſimpliciter coniuncto.*
16 *Si vnus erat coniunctus re tantum,alter rebus tantum, in portione deficientis neuter eorum alteri venit præferendus,ſed ambo ſimul concurrere debent.*
17 *Duo vincula vincunt vnum,data paritate.*
18 *Duæ rationes vincunt vnam.*
19 *Doctor vtriuſque iuris præfertur Doctori, qui eſt Doctor in altero gradu tantum.*
20 *Coniuncti re,& diſiuncti verbis qualiter dicantur.*
21 *Verbum lego,non poteſt regere duos accuſatiuos.*
22 *Tacitus ſenſus non attenditur in verbali coniunctione, vel diſiunctione.*
23 *Si à pluribus teſtatoribus fit legatum pluribus legatarijs, iſti vllo modo non dicuntur coniuncti,ſed omnino ſeparati, intellige niſi duo teſtamenta haberentur pro vno.*
24 *Teſtator legando eandem rem ſecundo,non videtur adimere à primo,ſecundum comm.opi.& vide in nu.71.*
25 *Hæreditas facilius reuocatur per tacitam , & præſumptam ademptionem,quàm legatum.*
26 *Indefinita æquipollet vniuerſali.*
27 *An ſicut in legatis commemoratio primi inducit ademptionem,ita pariter in hæreditatibus.*
28 *Commemoratio primi legati in eadem perſona operatur ademptionem, ſecus in diuerſis.*
29 *Arguere licèt de ſtipulatione ad legatum.*
30 *Nouatio per interuentum nouæ perſonæ paſſiuè inducitur,ſecus ex parte eius,cui acquiritur obligatio.*
31 *Seruus in actu acquirendi poteſt conditionem domini facere deteriorem, non poſtquam fuit acquiſita.*
32 *Soluta in coniunctam reſoluitur,quando plures perſonæ ponuntur in eadem oratione,ſecus ſi in diuerſis.*
33 *Coniunctio verbalis propter diuerſitatem orationum non inducitur,etiā ſi inter eas adeſſet copula,& nu. 42.*
*Copula,&,reſoluitur in item.*
34 *Coniunctus verbis tantum an præferatur coniuncto re tantum , vel ambo concurrant. & in nume.40.tenet intellect. Vgolin. quod præferatur.*
36 *Ordo multum confert ad intelligentiam,& interpretationem legis.*
37 *Dictio,quod ſi,eſt aduerſatiua,& poſita ſine copula ſignificat diuerſitatem in facto,& in iure.*
38 *Dictio,&,auget & includit.*
39 *Ratio non aſſignatur per id,quod eſt idem cum dicto.*
41 *Iaſon more ſuo, & veteri inſtituto ſemper amplectitur reales intellectus congruentes verbis literæ , & qui nullam improprietatem inducunt.*
*Punctus habetur pro copula,ibi in fi.& in nu.81.*
43 *Clauſula ex æquis portionibus,poſita in diuerſa oratione, quòd non poſſit referri ad primum poſitum in oratione ſeparata.*
44 *Inſtituti ſine partibus non dicuntur realiter coniuncti,eo quia non ſunt vocati ad eandem rem ex expreſſa voluntate.*
45 *Copula,&,inducit coniunctionem verbalem,non realem.*
46 *Intellectus ad tex.l.Meuio.in prin.ſupra de leg.2.*
47 *Species non eſt multiplicabilis,ſicut quantitas.*
48 *Aduerſatiua ſi verò,non repetit qualitatem præcedentis.*
49 *Coniunctio eſt triplex,ſ.dictionum,rationum,& locutionum.*
50 *Coniunctio alia hominis,alia legis:& hominis,alia teſtamentaria, alia conuentionalis,& alia mixta.*
51 *Coniunctio legalis dicitur, quando plures coniunctim ad acquiſitionem alicuius rei à lege vocantur.*
52 *Coniunctio legalis duobus modis contingit.*
53 *Coniunctio teſtamentaria eſt triplex,quædam realis,quædam verbalis, quædam mixta.*
54 *Coniunctio conuentionalis eſt , quæ cauſatur in diſpoſitionibus inter viuos.*
55 *Coniunctio mixta quomodo dicatur.*
56 *Coniuncti re vt dicantur,quæ requirantur.*
57 *Diuerſitas perſonarum facilius inducit multiplicationem , quàm vna perſona,& idem operatur quod diuerſitas ſcripturarum.*
58 *Quando eadem quantitas relinquitur ſub diuerſis conceptionibus , tunc intelligitur legatum duplicare.*
59 *Quantitas ſi legatur pluribus ſub nomine collectiuo, an intelligatur coniunctim omnibus relicta,an verò ſinguli ſingulas quantitates habere debeant,remiſſiuè.*
60 *Secundum requiſitum,vt dicantur re coniuncti.*
61 *Coniunctio realis operatur,vt ſi deficiat in perſona vnius,alius habeat rem totam iure ſuo non diminuendi.*
62 *Effectus reſultantes ex coniunctione reali ſunt duo.*
63 *Tertium requiſitum,vt dicantur re coniuncti.*
64 *Inſtituti ſimpliciter,& ſic ſine partibus non dicuntur re coniuncti, quātum ad ius accreſcendi,licèt ſibi faciant partes per concurſum.*
66 *In vltimis voluntatibus tantum debet operari tacitum , quantum expreſſum.*
67 *Si teſtator inſtituit Titium in dimidia, & Semptonium in eadem dimidia inſtituit,in qua Titium inſtituerat,iſti dicuntur re coniuncti.*
68 *Si teſtator vni legauit totum,alij partem,an in illa parte erunt re coniuncti.*
69 *Fundus ſi relinquitur vni , deinde vſusfructus eiuſdem fundi in ſpecie alij relinquitur,ex quo ambo concurrunt in vſufruc. in eo dicuntur re coniuncti.*
70 *Vxore relicta vſufructuaria omnium bonorum, & ſi filius moriatur in pupillari ætate,legatus eſt fundus Titio , mortuo filio vxor concurret in vſufructu fundi legati Titio.*
71 *Si vni primo legatur fundus,deinde alij legatur tertia, vel quarta pars illius fundi,non dicuntur re coniuncti,ſecus ècontra.*
72 *Legatum optionis facta electione dicitur legatum ſpeciei.*
73 *Coniunctio realis quòd etiam fiat mediantibus qualitatibus diuerſis vtrique legatario ſeparatim aſſignatis,in quibus res legatæ communicantur.*
75 *Vnitas orationis complectens plures legatarios, eoſdem loco vnius legatarij facit hæredes.& vide nu.83.*
76 *Coniunctio verbalis vt inducatur,non refert,an ponatur copula , &,an dictio cum.*
77 *Coniunctio verbalis inducitur etiam per alternatiuam poſitam inter perſonas.& nu.78.*
79 *Coniuncti verbis tantum vt dicantur, quid requiratur , vt reputentur,*

vt

*vt vnum corpus.in nu.90.*

80 *Copula poſita inter diuerſas orationes,non inducit coniunctionem verbalem,& eſt communis.*

81 *Duæ orationes ſolutæ non inducunt coniunctionem verbalem, ſed inter eas ponitur punctus loco copulæ.& vide nu.86.*

82 *Expreſſio eorum, quæ tacitè inſunt ſi aliter, & ad aliud exprimatur quàm ineſt,quid operetur.*

84 *Copula poſita inter duas perſonas,operatur, quòd habeantur pro vna.*

85 *Copula poſita inter duas orationes pariter principales,non requirit concurſum copulatorum.*

87 *Coniunctio verbalis inducitur etiam per dictiones diſtributiuas per aduerſatiuam,& alternatiuam.*

88 *Coniuncti re,& verbis ſimul qui dicantur.*

89 *Coniuncti vocati à teſtatore cum alio diſiuncto reputantur vt vnus.*

91 *Coniuncti re,& verbis an dicantur,ſi teſtator dicit,Titio & Seio fundū lego.in nu.88.vbi diſputat.*

92 *Copulæ natura eſt diſtribuere actum verbi cuilibet in uiriles.*

93 *Dictio quaſi,eſt nota improprietatis,& etiam proprietatem, & veritatem ſignificat ,& ibi quando.*

94 *Interpretatio vniformiter ſumitur in contractibus, & vltimis voluntatib.quando diſputatur de ſignificatione terminorum.*

95 *Illud dicitur eſſe ex verbis,quod venit ex vi verborum, vel propria ſignificatione.*

96 *Diuiſio circa grauamen, & implementum conditionis in perſonis grauatorum, quòd facilius præſumatur,quàm in perſonis tantummodo honoratis.*

97 *Ius non decreſcendi habet locum etiam in contractib.etiam in coniunctis re,& verbis.& vide infra nu.150.*

98 *Si teſtator dicit,Titio fundum Cornelianum,& Seio eundem fundū Cornelianum lego,iſti dicuntur re,& verbis coniuncti.*

99 *Coniuncti re,& verbis dicuntur,etiam ſi dicatur,filijs Titij, vel ſeruis, vel cognatis lego fundum.& vide nu.147.*

100 *Nomina collectiua inducunt coniunctionem verbalem tantum, imò mixtam, & ibi quando verbalem, & quando mixtam. & numero 147.*

101 *Coniuncti habentur loco vnius perſonæ.*

102 *Ius non decreſcendi habet locum inter coniunctos re tantum in proprietate.*

303 *Ius accreſcendi propriè habet locum inter coniunctos verbis tantum, niſi inter eos ſit omnimoda diſiunctio rerum.*

104 *Ius accreſcendi non habet locum,ſi teſtator dicat, Titiæ,Caiæ, & Catharinæ relinquo pro dotibus,& cuilibet earum mille.*

105 *Si teſtator inſtituat filias ſuas in mille pro qualibet earum, inter eas non habet locum ius accreſcendi, licèt videantur coniunctæ verbaliter.*

106 *Ius non decreſcendi habet locum inter coniunctos re,& verbis ſimul.et nu.196.*

107 *Si teſtator dicat Titio, & Meuio lego ſingulis ſingulos ſeruos, vel ſi legat Titio, & Meuio talem fundum,Titio à parte ſuperiori vſque ad talem arborem, & abinde infra Meuio, an dicantur verbis coniuncti.*

108 *Cauſa non poteſt eſſe ſine effectu,ne fruſtratoriè inducatur.*

110 *Fundus quando habet partes diuiſas viſibiliter,tunc quælibet pars fundi dicitur vnus fundus deſtinatione patrisfamilias.*

111 *Ius accreſcendi,quod competit cum onere iniuncto deficienti, an habeat locum inter coniunctus re,& verbis,ſicut in coniunctis uerbis tantum, an verò ius non decreſcendi,ſicut in coniunctis re,qui veniunt iure ſuo, & ſic non tenentur ad onus iniunctum deficiēti, vbi quòd veniant per ius non decreſcendi,& quod eſt communis.*

112 *Ius accreſcendi in legato inter omnino diſiunctos non habet locum. & in num.117.*

*Ius accreſcendi in hæreditatib.habet locum inter omnino diſiunctos, & ibi rationes,nu.203.*

113 *Ius accreſcendi habet locum etiam in ſucceſſionibus ab inteſtato,& latius infra nu.217.*

114 *Decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus quis poteſt ex poſtfacto.*

115 *Ius accreſcendi habet locum in contractibus.*

116 *Hæreditatem pro parte acceptare, & pro parte reſpuere eſt abſurdum.*

117 *Hæres repræſentat perſonam defuncti.*

118 *Cortina cortinam trahit.*

119 *Ius accreſcendi non habet locum in fiſco hærede,& ibi tenet, quòd ſic, contra Rom infra nu.216.*

120 *Deportatus poteſt habere hæredem,ſi fiſcus non vult eius bona.*

121 *Fiſcus non habet aliquas ſpecialitates magis quàm priuatus, niſi in lege expreſſè dicatur.*

122 *Ius accreſcendi habet locum in hæreditatibus,& legatis ad pias cauſas.*

123 *Ius accreſcendi an tranſeat ad ſucceſſorem.*

124 *Succeſſorem ſingularem an quis poſſit habere in vſufructu.*

125 *Ius accreſcendi an tranſeat ad emptorem, & ſic ſingularem ſucceſſorem,qui ab vno ex hæredibus emit partem,an remaneat vēditori, qui adhuc remanet hæres.*

126 *Venditor hæreditatis adhuc hæres remanet, & conuenitur à creditoribus hæreditarijs, & eſſe hæres deſinere non poteſt, in numero 128. & 39.*

127 *Ius accreſcendi dicitur eſſe tacita ſubſtitutio.*

129 *Pretium in vniuerſalibus ſuccedit loco rei, & hæres, qui habet pretium hæreditatis venditæ,hæreditatem habere videtur,& vide numero 133.*

130 *Actiones quæ ſunt in hæreditate vendita etiam in habitu, & potentia tranſeunt in emptorem.& vide nu.134.*

131 *Ius accreſcendi non habet locum in ſuccedente diuerſo iure, etiam in hæreditate, niſi ſuccedens diuerſo iure ſubrogetur in locum eius, qui ſuccedit eodem iure, & infra numero 211. & pro limitatione 214.*

132 *Fiſcus auferens hæreditatem ab indigno habetur tanquam ſucceſſor vniuerſalis,& in eum tranſeunt omnia iura actiuè,& paſſiuè.*

134 *Emptor hæreditatis obtinet vicem hæredis.*

135 *Iura vtilia vniuerſalia,& iura vtilia particularia differunt.*

136 *Lucrum, & damnum occurrens hæreditati tranſit ad emptorem, & ibi qualiter hoc intelligatur.*

137 *Portio accreſcit portioni in iure accreſcendi, & non perſonę. & nume.193.*

138 *Alluuionis augmentum tranſit in emptorem.*

139 *Hereditas non tranſit pleno iure in emptorem hæreditatis, quinimo omnia iura actiua,& paſſiua remanent penes venditorem.*

140 *Ius accreſcendi,quod competit ex repudiatione hęredis,facta reſtitutione partis hæreditatis,quòd ſpectet fideicommiſſario.*

141 *Iura vtilia tranſeunt in fideicommiſſarium actiuè & paſſiuè ex diſpoſitione teſtatoris.*

142 *Opinio communis dicitur illa, quæ pluriū authoritate iuuatur, ſeu quæ habet plures Doc.pro ſe.*

143 *Ius accreſcendi tranſit ad vniuerſalem ſucceſſorem.*

144 *In iure accreſcendi quis ex coniunctis præferatur.*

145 *Si teſtator dicat,Titius in dimidia,& fratris mei filij in alia dimidia, hæredes ſunto,an dicantur coniuncti,& qua coniunctione.*

146 *Illatio particulariter ad ſingula non poteſt fieri ex collectiuis.*

147 *Si teſtator dicat,Titius,& fratris mei filij hæredes ſunto, iſti dicuntur re,& verbis coniūcti,& portio vnius ex filijs deficiens accreſcit alijs filijs.*

148 *Si ille,cuius portio deficit,habet vnum coniunctum re tantum, alium verbis tantam,quis eorum præferatur,& non ambo æqualiter admittantur,vbi quòd coniunctus verbis præferatur coniuncto re, & in nume.153.*

149 *Coniunctus re tantum an præferatur coniuncto verbis tantum.*

150 *Ius accreſcendi quòd inducitur ex coniunctione verbali inter coniunctos verbis tantum,non habet locum in contractibus,ſed ius non decreſcendi ſic.*

151 *Proprietas verborum attenditur in contractibus, nec per præſumptiones à verbis receditur.*

154 *Coniunctus veniens per ius accreſcendi,vel non decreſcendi, an præferatur ſubſtituto, vel è contra.*

155 *Prouiſio hominis expreſſa facit ceſſare prouiſionem legis.*

*Ius accreſcendi dicitur tacita ſubſtitutio.*

156 *Subſtitutio tacita impedit ius accreſcendi.*

157 *Subſtitutio tacita non impedit ius accreſcendi,quando perſona veniens per ius accreſcendi eſſet magis dilecta teſtatori.*

158 *Subſtitutio inualida ex cauſa præteritionis filij, vel inefficax impedit ius accreſcendi.& infra nu.164.*

149 *Subſtitutus à teſtatore præfertur vocatis à lege.*

160 *Coniunctus ex coniecturata,vel præſumpta voluntate defuncti præfertur ſubſtituto.*

161 *Quando ſubſtitutio eſt facta pluribus copulatiuè,vel coniunctim, tunc ille qui adiuit,habebit partes aliorum per ius accreſcendi,& ſubſtitutus excludetur per eius aditionem.*

162 *Ius accreſcendi non impeditur,quando coniunctos in inſtitutione teſtator adinuicem ſubſtituit.*

163 *Ius accreſcendi ꝙ eſt potentius,quàm ſucceſſorium edictum.*

164 *Subſtitutio ſi non habuit effectum propter repudiationem ſubſtituti, vel aliam cauſam,an reuertatur ad coniunctum venientem per ius accreſcendi,vel ad hæredem ſcriptum, à quo relictum eſt legatum in teſtamento,vel hæreditas vadat ad venientem ab inteſtato.*

165 *Facultas,quæ eſt in actu inutili,ita eſt in vtili.*

166 *Legatum adimitur per inutilem donationem.*

167 *Contractus præcedens per contractum ſequentem inutilem non tollitur nec ab eo receditur.*

168 *Quando eadem perſona eſt coniuncta in inſtitutione,& etiam ſubſtituta,ſi ſubſtitutio eſt nulla,vel ſubſtitutus repudiat ex ſubſtitutione,poteſt venire ex iure accreſcendi.*

169 *Legitimus hæres,cui hæreditas defertur à lege, hæres inſtitutus poteſt*

*repu-*

repudiare ex testamento, & sucedere ab intest.ex dispositione legis.

170 Cohæres substitutus cohæredi potest portionem cohęredis deficientem repudiare ex substitutione,& eam habere iure accrescendi.

171 Testator substituendo cohæredi voluit eius ius augere , & non minuere.

172 Substituto est conditionalis institutio.

173 Ius accrescendi quando habeat locum.

174 Quando pluribus est relictum in causam alimentorum,tunc inter eos non habet locum ius accrescendi , etiam si sint relicta ad pias causas. nu.176.

175 Ius accrescendi an cesset in legato vestimentorum.

178 Dispensationes sunt stricti iuris,& odiosæ.

179 Dispensatio si est facta patri , quòd possit legare duobus filijs spurijs , quòd inter eos habeat locum ius accrescendi.

180 Quando plures filij primi matrimo. extant,qui poßunt reuocare relictum factum à patre secundæ vxori,& aliquis ex eis repudiat , quòd non accrescit cæteris.

181 Argumentum à contrario sensu etiam in statutis sumitur,& ad correctionem iuris communis,ne verba reddantur frustratoria.

182 Statutum,quòd non extantib. masculis fœminæ ab intest. patri succedant , quòd ex eo arg.à contrario sumatur , quòd stantibus non succedant.

183 Dictio quandiu,non importat conditionem.

184 Ius accrescendi cessat , quando legatum petitur de iure speciali à succedente contra voluntatem testatoris, secus si succederet secundum voluntatem testatoris,& nu.177.

185 Minor , qui repudiauit partem suam legati,si posteà restituitur ad eandem,licèt veniat de iure speciali,tamen sibi accrescit portio alterius coniuncti deficientis.

Restitutio reponit omnia in pristinum statum.& in nu.235.

186 Veniens ex edicto si quis omissa causa testamenti , habet ius accrescendi.

187 Qui venit contra voluntatem testatoris , minus tenetur ad legata , quàm qui venit secundum voluntatem.

188 Veniens præter voluntatem testatoris, debet eße melioris condilionis, quàm qui venit contra.

189 Dictio,sed,cum copula denotat diuersitatem in facto,& identitatem in iure.

190 Filiusfa. si de voluntate patris fecit testamentum ad pias causas pro parte,& pro parte ad non pias causas,an portio ad non pias causas, quæ est pro non scripta,accrescat pię causæ.

191 Ius accrescendi in hæreditatibus habet locum,licèt quis veniat ad portionem suam de iure speciali,& contra voluntatem defuncti.

192 Stante statuto,quòd masculis existentib.filiæ fęminæ non succedant , si extant duo filij, qui totum habent, & vnus repudiat partem suam , vel aliter excludatur , an eius portio accrescat in totum alteri masculo.

194 Bonor.pos.contra tab. competens patrono non rescindit testamentum liberti in totum,& non præsupponit hæreditatem aditam,& per eam patronus consequitur tertiam.

195 Ius non decrescendi habet locum,licèt quis veniat de iure speciali.

197 Verba taxatiua non impediunt ius accrescendi.

198 Si filia fuit instituta in dote tantum,& iussa,quòd plus petere, nec habere poßit in bonis patris instituto masculo in vniuerso , si masculus repudiat,vel prædecedat viuo testatore, quòd filia habebit totum.

199 Ius accrescendi non habet locum in dispositionib.limitatis.

200 Ius accrescendi non habet locum , quando quis perfectè non excluditur à parte sua,sed sustinetur aliqua naturali ratione.

201 Ius accrescendi non habet locum, quando portio non deficit ipso iure, sed ope exceptionis.

202 Relictum in testamento imperfecto extraneo,ei debetur naturaliter.

203 Ius accrescendi habet locum in caducis, & pro non scriptis.

204 Obligatio naturalis tollitur per iuramentum.

205 Obligatio ciuilis sola,quæ semel fuit iuncta cum naturali,est potens ad inducendam actionem.

206 Ius accrescendi non habet locum in substitutione fideicommiss. vno ex fideicommissarijs repudiante partem suam.

207 Ius accrescendi non habet locum, quando testator illud prohibet , & quando hoc sit verum.

208 Testator dando tacitè substitutum vulgarem, impedit ius accrescendi.

209 Ius accrescendi videtur prohibitum,quando testator instituit filium in legitima,& prohibuit,quòd aliud petere non poßit.

210 Mater pupilli , cui in testamento aliquid fuit per testatorem relictum, & prohibuit, quòd de bonis suis plus petere non poßit , & iußit eam eßè tacitam,& contentam,an excludatur per tacitam pupillarem remissiuè.

212 Ius accrescendi non habet locum in diuersis hęredibus , nec in diuersis legatarijs,quando diuersis hæredibus relinquitur.

213 Ius accrescendi non habet locum inter venientes ex diuersis capitibus edicti.

215 Stante statuto,q; existentib.masculis fœminæ non succedant:si testator haberet bona in diuersis territorijs , in quib. esset diuersum ius ; bona existentia in alio territorio non accrescerent filijs masculis , & filiæ fœminæ pręteritæ in testamēto pro earum rata haberent ab intestato.

218 Dictio legitimus hæres,intelligitur ab intestato.

219 Ius accrescendi cessat in pœnis.

220 Portio iam acquisita si deficit, non facit locum iuri accrescendi.

221 Ius accrescendi non habet locum post emolumentum acquisitum.

222 Ius accrescendi quare habet locum in vsufructu etiam post emolumentum acquisitum.

223 Ius accrescendi etiam post emolumentum acquisitum habet locum in donatione imperiali , & latè disputat , quando in feudis , & vide etiam in num.233.

224 Ius accrescendi habet locum in feudo, vel in marchionatu concesso duobus, altero eorum deficiente sine filijs.

225 Ius accrescendi non habet locum in feudo conceßo ab inferiore Imperatoris

226 In feudis quando non reperitur aliquid specialiter decisum, statur dispositioni iuris communis.

227 Feudum potest appellari gratia,attento principali proposito concedentis.

228 Lex vnica. C.si libera. imperia.socius.lib.10. habet locum in liberalitate imperiali nemine petente.

229 Lex vnica.C.si lib.impe.libera.10. procedit, quando alter socius eßet exclusus ipso iure.

230 In feudo conceßo per Principem Petro, & Ioanni, & cuilibet eorum, portio vnius deficientis accrescit alteri.

231 Ius accrescendi in feudo habet locum, si inuestitura ducitur de vno in alterum.

232 Ius accrescendi an habeat locum in feudo indiuiduo.

234 Ius accrescendi habet locum etiam quando portio deficit ex post facto quæsita per restitutionem in integrum,intellige volenti.

236 Ius accrescendi habet locum post acquisitionem perfectè factam ex legis dispositione,habet etiam locum ex dispositione testatoris post agnitum legatum.

237 Si hæres est compulsus adire hæreditatem ad instantiam fideicom.cui ob aliquam causam hæreditatem restituere non poßit , an habeat illam portionem per ius accrescendi cum suis oneribus.

238 Ius accrescendi habet locum in querela inofficiosi , si post agnitionem renuncietur, & num.246.

239 Hæreditas pro non scripta transit cum onere,& sic accrescit cohæredi, secus in legato,& ibi tenet cum Imol.contrarium.

240 In iure non decrescendi in coniunctis re,& verbis simul,onus vni adiectum,videtur in personam alterius repetitum.

241 Ius accrescendi an habeat locum in legitima filiorum, quòd sic, & est magis communis opinio.

242 Legitima,quæ debetur patrono in bonis liberti, an dicatur quota bonorum, vel hæreditatis.

243 Conditio si hæres non erit,deficit in eo , qui est bonorum possessor de iure prætorio.

244 Legitima , quæ debetur filijs,dicitur quota bonorum, non quota hæreditatis.

245 Petitio hæreditatis an detur filio pro legitima.

246 Ius accrescendi habet locum in actione ad supplementum legitimæ.

247 Ratio,quare legitima filiorum augetur, quando sunt plures quàm quatuor.

148 Inter filios natos ex diuersis matribus si vnus eorum repudiat, quòd omnes per ius accrescendi pariter admittantur , nec frater vtrinque coniunctus præfertur, remissiuè.

249 Ius accrescendi an locum habeat in dispositionib.inter viuos.

250 Ius accrescendi an inter plures emphyteutas locum habeat.

251 Ius accrescendi locum habet in donatione causa mortis.

252 Ius accrescendi non habet locum in mortis causa capione.

253 Ius accrescendi in iurisdictione ordinaria inter colligas locum habet.

254 Idem in executorib.vltimæ voluntatis à testatore deputatis.

255 Vno ex Ambasciatorib.decedente,vel aliàs officiū non implente, salarium decedentis, vel non implentis accrescit ei , qui solus adimpleuit.

256 In vocib. habet locū ius accrescendi, morte,priuatione, vel suspensione.

257 In plurib.tut.testamentarijs vno eorum mortuo,vel bannito, eius officium cæteris non accrescit, sed alius tutor debet per iudicem dari.

258 Ius accrescendi an locum habeat inter duos fiscos super bonis delinquentis existentibus in diuersis territorijs.

259 Ius accrescendi non habet locum in contractibus lucratiuis.

## LEX LXXXVII.

RE coniuncti. In commento huius difficilimæ legis, quæ materiam habet latam, profundam, & inuolutam, non audeo illud Apulei Madaurēsis in commune iactare.Lector intēde lętaberis.Nō venit à musa paupe

re diues opus Audeo tñ fidele ſtudium, & curam peruigilem pro communi ſcholaſticorum vtilitate citra oſtentationem, & ambitum polliceri. Qui in aliqua diſciplina diutius laborarunt, aſtringunt ex profeſſionis debito, quæ vſui futura mēte conceperunt, inſtar ſeminis in lucem proferre, ſecundum Bal. in prælu. feu. in prima colū. Iſtam l. pauci admodum Scriptores commentarunt, vt meritò illud Virgilianum occurrat.

*Apparent rari nantes in gurgite vaſto.*

Eam Bar. iuris illuminator pleno, & acutiſſimo ſtylo repetijt. Ego cōmentarijs Bar. vt par eſt inhærens, eius veſtigia, & ordinem quantum fieri poterit, obſeruabo. Quamplures nodoſos huius iuris articulos latè, & ſubtiliter, vt ſpero. j. diſputaturus.

Ad euidentiam Duo præmitte, vnū generale ad totā materiā, aliud ſpeciale ad intellectum tex. Primò, præmitte ad euidentiam totius materiæ, qui dicantur coniuncti, & qui diſiuncti, quam differentiam magis quàm Iuriſconſulti conſiderauit Imperator in tota illa ꝯſtitutione. C. de cadu. tol. & præſertim in §. his ita. cum ſeq. & in §. vbi autem. & ſeq. & declarat in ſpe-
1 cie Bart. hic in 4. oppo. ſed ego longè plenius proſequar. † Et aduerte, ꝙ diſiuncti apud Imperatorem in locis præalleg. per Iuriſconſultos appellantur ſeparati, vt hac l. in princip. in verbo ſeparatim. & l. ſi plurib. ſ. de legat. 1. & l. ſi ſeparatim. j. de cond. & dem. & l. 1. in prin. §. idem ait. & §. interdum & l. pe. ſ. de vſufr. accreſ. & l. Meuio. in prin. ſ. de leg. 2. Et de diſiunctis, vel ſeparatis facit mentionem gl. mag. in d. l. 1. §. pen. de vſufr. accre. & tu capias pro ſynonymis idem importantibus diſiun-
2 ctos vel ſeparatos. † Coniuncti propriè dicuntur illi, qui ſunt coniuncti verbis teſtatoris, quib. eadem res æquis portionib. & non inſolidum relinquitur, & ſic quilibet habet ius in parte tantum, vt in exemplo huius text. in ſecundo dicto, & ſic, qui coniunguntur verbis, propriè appellantur coniuncti, & in iſtis habet propriè locum ius accreſcendi. Nam vno repudiante, alius non admittitur ad illam partem repudiatam iure ſuo, ſ. iure non diminuendi, ex quo ſunt diſiuncti re, & ſic non habet ius niſi in parte ſibi relicta, ergo aliam partem habet iure alieno, & ſic iure accreſcendi, & ſic habet cum onere impoſito repudianti, vt dixit text. in l. vni. §. ſinautem ad deficientis. C. de
3 cad. tol. & ſi aliquib. † eſt relicta certa res, & cuilibet eſt prohibitum partem ſuam alienare, etiam videtur prohibitum alienare partem alicui obuenientem per ius accreſcendi. l. ſi in teſtamento. ſ. de vulg & pup. & ibi. Cy. Bal. Ang. Imo. & d Alex. dicunt per illum text. ita fuiſſe determinatum Florentiæ. Bald.
4 & d. Alex. in l. ſi mihi, & tibi. in princip. de legat. 1. † Diſiuncti verò, ſeu ſeparati dicuntur illi, quos verba teſtatoris in diuerſis orationibus diſiungunt, vel ſeparant, ſed tamen eadem res cuilibet inſolidum relinquitur. Nam ſi eadem res legatur Titio in vna oratione, & poſtea legatur Sempronio in alia, iſti ſunt diſiuncti ac ſeparati verbis teſtatoris, & ſi vnus eorum repudiet legatum, alius habet ſolidum, & ſic totam rem iure ſuo. ſ. non diminuendi, & ſic per ius non decreſcendi. d. l. ſi mihi, & tibi. in prin. in verſi. vel ex meo legato. & ibi gl. & l. ſi Titio, & mihi. in princip. in verſi. vel ex mea propria cauſa. ſ. de legat. 2. quia ſi alius repudians non vult ſecum concurrere,
5 partem non facit. d. l. vni. §. vbi autem. cum ſeq. † Et ſi aliquod onus illi repudianti erat impoſitum, nō tranſit ad alium, quia nullum lucrum habet ex eius perſona, ſed ex proprio legato, prout expreſsè dicit text. in d. §. ſinautem ad deficientis, & ſic habes duas differentias inter coniunctos, & diſiunctos, ſeu ſe-
6 paratos. † Nam in coniunctis habet propriè locum ius accreſcendi, & ſic cum onere impoſito repudianti, ſed in diſiunctis ſeu ſeparatis habet propriè locum ius non diminuendi ſeu non decreſcendi, & ſic onus impoſitum repudianti non tranſit ad eum, vt in iurib. prealleg. de hoc tamen an ius accreſcendi, vel ius nō decreſcendi habeat locum cum onere, vel ſine onere, dic vt latè per Bartol. in vltim. char. in 2. q. quartæ quæſtio-
7 nis princip. ¶† Adde tertiam differentiam, quia ius non decre-
a ſcendi, [a] & ſic obtinendi totum, quod competit diſiunctis, indiſtinctè habet locum, licèt quis veniat de iure ſpeciali. l. 3. §. ſed & ſi coniunctim. cum gloſſ. & l. filium. §. final. infra de legat. præſtan. Secus eſt in iure accreſcendi competente coniunctis, illud non habet locum in veniente de iure ſpeciali. l. mulieri, & Titio. infra de condi. & demonſtr. cum diſtin. tamen, quam latè ponit Bartol. in pen. char. in 3. quæſtio. princip. vbi Bartol. ponit in ſpecie iſtam differentiam inter coniunctos, & diſiunctos, & huius differentię ratio clarè colligitur
8 ex prædictis. ¶† Quarta differentia eſt, quia ius non decreſcendi, ſeu non diminuendi competens diſiunctis competit eis inuitis. Ratio eſt, quia non poteſt ſcindi vnum legatum. l. neminem. ſupra de legat. ſecundo Sed ius accreſcendi competens coniunctis in legatis competit volentib. ſecus eſt in hæreditatib. vt l. vnica. §. vbi autem. C. de cad. tol. & ibi Bar. & alij ponunt rationem diuerſitatis, quia in hæredibus non pōt teſtator decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus. l. ius noſtrum. infra de regul. iur. quæ ratio ceſſat in legatis. Cùm nemine volente pars legati repudiata remaneat apud hæredes inſtitutos. Iſtam differentiam inter coniunctos, & diſiunctos ponit Bartol. j. in penult. char. in 1. quæſt. quartę queſtionis princ. Sed an dicta ratio diuerſitatis inter legata, & hr̃ditates ſit vera, quia Bar. bis eam reaſſumit, ſ. in pen. char. in 2. q. quartę queſtionis prin. & in vlt. char. in 5. q. prin. in prin. dicam. j. latè in loco ſuo, & aliā rationē diuerſitatis aſſignabo. ¶ Secundo præmitte, quia prima pars prin. huius. l. non habet veritatem aliquam lecturarum. ſecunda verò pars prin. in verſi. præferatur. legitur varijs modis, ſed duob. principaliter. Primo modo ſecundum
* Io. & Azo. *iſte intellectus eſt magis communis*, & eum ſequuntur communiter Citramon. Bart. & Ray. ibi Iuriſc. ponit vnū dictum, & illud comprobat in verſi. ꝙ ſi re tātum, vſque in fi. à ſufficienti partium enumeratione. Et iſto modo duo caſus, qui ſequūtur in litera, ſunt ſolùm declaratio præcedentis dicti. Primò. n. dicit, ꝙ coniunctus re, & verbis præfertur omnino cæteris. Iſtud probat in verſi. ꝙ ſi re, exponendo, ꝙ pro quia. quia ſi re tm̃ coniunctus eſt, cōſtat nō eſſe potiorē. ſ. cōiuncto re, & verbis. deinde in ver. ſi verò verbis. comprobatur, quia ſi eſt coniunctus verbis tantū, etiam iſte non eſt potior coniuncto vtroque modo, licèt in eo videretur maior dubitatio, ex quo in vna oratione eſſet copulatus cū cōiuncto re, & verbis, ideo erat quæſtio, an coniunctus re, & verbis ſimul ſit etiam tunc potior coniuncto verbis tantum, & hoc deciditur in tex. ibi, & magis eſt, vt & ipſe præferatur. ſ. cōiuncto verbis tm̃, & ita tranſeunt Bart. & magis communiter Doct. Iſta lect. communis eſt vera in ſe, tñ non eſt de mente literæ, nec verbis tex. congruit, & pro certo tex. redderetur ſuperfluus, quia illud, ꝙ eſt dictum in verſi. præfertur. repeteretur in verſi. quòd ſi re, & in verſi. ſi verò verbis. Item iſta ratio ſi bene ꝯſideres, eſſet eadē cum dicto. Item dictio, quòd ſi re, quæ verè eſt aduerſatiua, impropriaretur exponendo pro quia, & multa alia obſtant, de quib. j. in loco ſuo dicetur. Alius eſt intellectus, ꝙ in verſi. præfertur igitur. vſque in fin. ponantur tres deciſ. Prima, ꝙ coniunctus re, & verbis ſimul præferatur omnino cæteris. Scḋa, ꝙ cōiunctus re tm̃ non præferatur coniuncto verbis tm̃. Tertia, ꝙ ꝯiunctus verbis præferatur coniuncto re. Iſte intellectus vr̃ eſſe planior, & magis ꝯgruere verbis literæ, & nihil eſt ſuperfluū in text. ꝯ iſtum ſm̃ intellectum obſtant multa, præſertim ille difficilimus tex. in l. Meuio. in prin. ſ. de leg. 2. & duo vltima aſſumpta ſunt valde dubia, & diſputabilia, & ea examinat Bar. in 2. q. prin. & vtrunque. j. latè diſputabo, & text. iſte in neutro caſu clarè deciditur, vt j. dicetur. Iſtos intellectus examinat Bart. in duob. locis, ſcilicet in ſex opp. & latius in 3. char. in 2. q. prin. quis autem etiam ſit verior intellectus ad hunc tex. diſcutiā. j. multum latè. ¶Iſtis ſic ad euidentiam præmiſſis, diuide iſtam l. in duas par. prin. In prima loquitur de ꝯiunctis declarando duas ſpecies ꝯiunctorum. In ſecunda ponit de effectu coniunctionis, & ſic de iure prælationis in iure accreſcendi. Secunda ibi, præfertur igitur. Primam princ. ſubdiuide magiſtraliter in tres par. In prima ponit, qui dicantur re coniuncti tm̃, declarādo illud per viam regulæ, & non ponendo aliter exemplū, ꝙ ꝯiuncti re tm̃ dñr, cùm duob. ſeparatim in diuerſis orōnib. eadem res. ſ. in ſpecie, & ſimpliciter legat̄. Hos. n. rei tm̃ ꝯplexus cōiungit, vt Titio lego talē fundū, eundē fundū Sempronio lego. In 2. ibi, et verbis, ponit, q̃ dicant̄ coniuncti verbis tm̃, ponendo ſolùm exemplum, & non declarando p̄ viam regulæ, vt fecit in parte præcedenti. In 3. aſſignat rōnem ſcḋi dicti, q̃m ſemper partes habēt, q̃a vocātur ad partes tam ab initio, q̃ ex poſtfacto, & non inſolidum, ergo apparet, ꝙ non ſunt coniuncti re, quia tunc vocarentur inſolidum ſaltem à principio, licèt poſteà faciant ſibi partes per concurſum. l. ſi pluribus. ſ. de leg. 1. & l. coniunctis. ſ. eod. & hic in glo. prima. Aduerte, ꝙ Iuriſc. in tota iſta 1. parte prin. ſolùm declarat duas ſpecies coniunctorum,

ADDITIO.

a ¶† Decreſcendi. Differentiam inter ius accreſcendi, & ius non decreſcendi vide per Imbertum in Enchiri. iur. Galliæ. verſicul. abſenti, & præſenti. colū. ſecunda. vbi ponit exempla notab. & ibi etiam quæritur, an ius accreſcendi habeat locum in donatione cauſa mortis. Qua in materia iuris accreſcendi, vide Catel. verſi. ius accreſcendi. Practic. Papien. for. libel. ſubſti. verſi breuiloquæ. columna ſeptima. & ſequen. Matheſ. ſingul. 252. 154. Nat. conſ. 323. col. 2. Alexan. conſil. 109. 162. lib. 2. eundem Iaſ. in l. planè. §. ſi coniunctum. num. 4. de leg. 1. Io. And. ad Spec. tit. de teſt. §. 1. in apoſtilla. litera c. Rom. ſin. 524. Bar. in l. ſi duobus. §. 1. de legat. 1. in l. vnica. §. his ita. in fin. C. de caduc. tollen. & in §. ſeq. Iaſ. in l. qui duos. in princip. de vulgar. Dec. conſil. 163. Roman. conſil. 1. & conſil. 315.

ctorum, & ſic qui dicantur coniuncti re. Item, qui dicantur
coniuncti verbis,non autem declarat, qui dicantur coniuncti
mixtim re,& verbis ſimul, & ſic omittit tertiam ſpeciem. De
quibus coniunctis vtroque modo poſtea loquitur verſi. præ-
fertur igitur. & qui ſunt illi declarat tex.in l.triplici.j̃. de verb.
ſig.& gl.magi.in l. 1.§.pe.s̃.de vſufr.accre.ſed Iuriſc. hic pręſup-
ponit, quòd cognitio ſimplicium inducat cognitionē mixti.l.
2.in prin.& ibi gl. & Scrib.j̃.de verb.obl. erant ergo coniuncti
re, & verbis ſimul, cùm duob. eadem res ſimpliciter in eadem
oratione legatur ſine partium aſſignatione. Ratio, quia iſtos
rei,& verborum complexus coniungit.ita dicit text.in d. l.tri-
plici.& ſic dicuntur vtroque modo cōiuncti. An tamen iſtud
ſit verum.j̃.latè diſputabo in 3. q. prin. Bart. ¶ Secunda pars
prin.ſubdiuiditur in duas, tenendo communem intellectum.
In 1.ponit dictum.In 2.illud probat per arg.à ſufficienti diui-
ſione. Secunda ibi, quòd ſi re tantum. Vel ſecundum alium
intellectum ſubdiuiditur in 3. par. prout tres ponuntur deciſ.
Nam in 1.ponit effectum coniunctorum duplici coniunctio-
ne.In 2. ponit effectum coniunctorum re tantum. In 3.ponit
effectum coniunctorum verbis tantum.Secunda ibi, quòd ſi
re tantum. Tertia ibi, ſi verò verbis. Iſta l. communiter non
ſummatur, quia propter multiplicationem verſi. congruè
ſummari non poteſt. Caſum in terminis figurat Bartol. vt
hic per eum, vt in 1. part. princip. clarius patet caſus ex diui-
ſione, quam feci, quam explicat Bartol. in 2. part. princip.
ibi præfertur igitur. ¶Pone caſum. Vidimus, qui ſunt con-
iuncti re tantum, & qui verbis tantum, ex quibus etiam ſatis
percipitur, qui dicantur coniuncti mixtim vtroque modo,
ſcilicet re, & verbis. Modo quęritur, quis erit effectus harum
9 coniunctionum. † Pone,vnus legatarius, cuius portio defecit,
habet alios collegatarios ꝯiunctos in re legata, vnū ꝯiunctū
re, & verbis ſimul, alium coniunctum re tantum, & alium
cōiunctum verbis tantum.Quæritur,cui accreſcit portio de-
fecta & ſic quis illorū triū pręferatur in iure accreſcendi: exem
plum, Titio, & Seio pro æquis portionib. talem fundum, &
eundem Caio lego.Item Sempronio eundem fundum lego,
duo primi ſunt cooniuncti verbis tantum, vt patet ibi, ęquis
portionib.Tertius vtroque modo. Quartus re tantum. Pone,
quòd Titius portionem ſuam repudiet,aut viuo teſtatore prę
deceſſerit, quæritur cui ex trib. iſtis accreſcat,an primo. ſ.Seio
verbis tantum cōiuncto,an ſecundo,& ſic Caio, qui eſt vtro-
que modo coniunctus,an verò tertio, & ſic Sempronio re tm̃
ꝯiuncto,& ſic qs eorū in iure accreſcēdi p̃fertur? Rñdet Iuriſc.
ꝙ ꝯiunctus re, & verbis omnino cęteris pręfert. iſto modo
dictio igitur,in iſta 2.parte ponitur inceptiuè, & nō illatiuè, ꝙ
aūt iſta deciſio ſit vera,probat à ſufficienti diuiſione in verſ.ꝙ
ſi re,vt hic per Bar.& declaraui.s̃.in ſecundo euidentiali. Iſto
modo dictio, ꝙ,exponitur pro qa, cū ibi aſſignetur rō pręce-
dentiū, & hoc modo omnia erunt plana ſ̃m Bar. Tu aduerte,
quia iſta rō ſic declarata, vt per Bart. nihil neceſſario conclu-
deret,& in effectu eſſet eadē cum dicto. Itē iſto modo Iuriſc.
decideret caſum minus dubitabilem.ſ.ꝙ ꝯiunctus re,& verbis
ſimul præferatur cæteris, & omitteret alios duos caſus, qui
ſunt magis dubitabiles,videlicet,an coniunctus re tantum prę
feratur coniuncto verbis tm̃,vel ècontra,an coniunctus verbis
præferatur ꝯiuncto re, ideo alius intellectus magis applaudet
verbis literæ,ꝙ hic ponantur tres deciſiones, vt dixi.s̃.in tex.&
10 de veritate. j̃. latius dicetur. ¶† No.1. ex prima parte text.per
viā regulę,quis dicatur ꝯiunctus re tm̃. Nā vbi duob. eadē res
in ſpecie ſeparatim,& ſic in diuerſis orationib.legat̃,inducitur
ꝯiunctio realis tm̃, quia ſolū rei cōplexus hos coniungit.con-
cordat tex.in §.ſi eadem res.Inſt.de leg.& in d.l.triplici.& dicet̃
latius. j̃.in 1. q.prin. Bar. Iſta regula non ꝓcedit in quantitatib.
quia ſi legentur Titio decem,& Seio legentur decem, iſti non
ſunt coniuncti re, ſed quilibet habet ſua decem. Nec obſt.
ꝙ imò vna decem tm̃ vñr eſſe relicta.l.ſtipulatio iſta.§ eum q.
& l.eū q ita.in prin.vbi gl.& l.ſi mihi & Titio.in prin.j̃.de verb.
obli.'qa illud procedit,qñ pluribus.legant̃ 10.ſub eadē cōceptio
ne verborum.l.ſi quis teſtō.in prin.s̃.de leg 1.ſecus ſi in diuerſis
conceptionib.verborum,vt in caſu propoſito, & ita intelligit
Bart.poſt Pet.de Bellaper.in 1.q. 1.q. prin. vbi dicit Bart. iſtud
videri ſibi de mente iuris.ibidem dr̃ de hoc.¶ Secundò not.in
11 verſi.item verbis. per viam exempli † quis dicatur cōiunctus
verbis tantum:nam diſtributio partium in eadem re,& in ea-
dem oratione coniunctionem verbalem inducit. concordat
tex.in d.l.triplici.in prin. & in l. ſi quis ita hęredes. s̃. de hæred.
inſti.ſimiliter coniunctio verbalis fit per nomen collectiuum,
vt lego filijs fratris mei,vel libertis, vel cognatis meis: omnes
enim qui cōtinentur ſub nomine collectiuo, dicuntur verbis
coniuncti.l. interdū.in prin.s̃.de hęre.inſt.ſ̃m Bar. j̃.in 2.q.1.q.
12 prin. ¶.Tertiò ex hoc tex. poteſt tacitè coligi,† qui dicantur
eſſe coniuncti mixtim.ſ.re,& verbis ſimul; quando in eadem
oratione plures copulantur partib.non aſſignatis.nam ex co-
gnitione ſimplicium inducitur cognitio mixti, vt dixi.s̃. in di-
13 uiſione tex.¶† Quarto no.in ver.præfertur, ꝙ coniunctus re,
& verbis ſimul, præfertur cæteris in portione deficientis colle
gatarij,& ſic præfertur coniūcto re tantū, vel coniucto verbis
tm̃.Ex hoc no.plura correlariè inferuntur.Primo, ꝙ ius accre-
ſcendi, ſeu nō decreſcendi cauſatur ex coniunctione:patet,ex
quo in hoc tex. tractat̃, quis ꝯiunctus in portione deficiente
præferatur, ergo patet, pro indubitato, quod iſta portio defi-
cientis non debet remanere penes hęredem ſcriptum, ſed cō
iunctis accreſcere,ergo bene ſtat,ꝙ ex ꝯiunctione cauſatur ius
14 accreſcendi. † Et ex hoc infertur, ꝙ etiam in habēte legatum
de iure ſpeciali procedit ius accreſcendi, cùm ſit inductum
ex coniunctione,& ſic in eo ēt militat ratio coniunctionis, de
quo latè per Bar.j̃.in 3.q.prin.circa prin. dum ponit intellectū.
l.mulieri & Titio.j̃.de cond.& dem. ſuper quo dixit ſe ſemper
dubitaſſe. ibidem reſeruo plenius dicendum. Tertio infertur
15 ex iſto no.† ꝙ ſi inter plures cōiunctos verbis tantū,vel re tm̃,
ſunt aliqui ꝯiuncti nomine collectiuo, quòd talis ꝯiunctus
per nomen collectiuum debet præferri alteri ſimpliciter ꝯiun
cto in portione deficiente, ex quo ꝯiunctus per nomen colle-
ctiuum habet duplicē ꝯiunctionem, vnam ex vnitate oratio-
nis,aliam ex vnitate verbi collectiui,& ſic eſt fortius coniun-
ctus,ergo debet pręferri,vt in hoc exemplo.Titius in dimidia,
& fratris mei filij in alia dimidia hæredes ſunto, & contingat
vnum ex filijs fratris repudiare, debebit accrſcere alijs fratrib.
& non Titio,de quo plenius per Barto.j̃. in 2. q. prin.ſecundæ
quæſtionis prin.vbi latè dicetur.¶Quintò ſubtiliter no. ex eo-
16 dem verſic. præfertur.tenendo cōem intellectum, † ꝙ ſi vnus
erat coniunctus re tantum, alter verbis tantum,ꝙ in portione
deficientis neuter eorum alteri venit præferendus, ſed ambo
ſimul concurrere debent. Iſtud non probatur ex hoc text.du-
pliciter inducendo. Primò, cùm in hoc text. Iuriſc.ſolùm de-
cidat,ꝙ coniunctus re,& verbis ſimul cæteris præferatur,& de
hoc ſolo in text.erat dubitatio ſecundum cōem ſenſum, ergo
ſequitur, ꝙ inter alios ſimplices ꝯiunctos iſta dubitatio circa
prælationem non cadebat Secundò, quia coniunctus vtroq;
modo præfertur ex eo, quia duo vincula vincunt vnum, igi-
tur ex quo inter coniunctum re tantum, & coniunctum ver-
bis tantum vnum ſolum vinculum reperitur in vtroque, nul-
lus alteri debet præferri, ſed ambo ſimul admitti, quia tamen
iſte text. ſ̃m alium intellectum magis amicum literæ,quem.s̃.
retuli,vr̃ probare ꝯ̃rium,ex quo ponit tres deciſiones, reſeruo
de hoc latè diſputandum. j̃. poſt Bart. in 2. quæſtio. prin.¶Se-
xtò & vltimò not.ex eod.verſi.præfertur.ſecundum Raph.Cu.
17 duas tritas regulas. † Prima eſt, quòd duo vincula vincunt
vnum data paritate. ſecundum illud vulgare Ouidianum.
*Et quæ non proſunt ſingula multa iuuant.*
vt eſt gl.in l.1.C.q num.tute.Ad primā regulā, ꝙ duo vincula
vincunt vnū,adde,ꝙ ad hocēt alleg.iſtū tex. Pau.de Caſt. ſæpè
p̃ſertim in l.1.C.de legi.hær.Adde text.in Auth.de ꝯſan.& vte.
fra.in prin.collat.6.& in Auth. itaq;.C.com.de ſuc.& in Auth.
poſt fratres.C.de legi.hære.& in l.cùm in adoptiuis. in princ.&
Bald.ibi in 2.col. ad hoc not. C. de adop. & in c.1.& ibi glo. &
18 Cano.de treu.& pac.¶† Secundò adde,ꝙ duæ rationes vincūt
vnam.Ita not.Bar.& alij in d.Auth.itaque per illum text.quem
dicit Bart.ad hoc tota die allegari,& eſt glo.in §.item vetuſtas.
Inſtit. de hære. quæ ab inteſt. & text.in d.l. cùm in adoptiuis.in
prin.& ibi Bald.in 2. col.ad hoc not. ¶† Tertiò adde,ꝙ ſimili-
ter duo iura vincunt vnum. l. ſed & milites.in princ.s̃.de excu.
tut.& ibi ad hoc not. Bart.Et per hoc infert, quòd ſi aliquis ſit
Marchio, & Comes ſimul,quod præfetur illi,qui eſt Marchio
tantum, vel Comes tantum facit,quòd qui eſt Theologus,&
Canoniſta ſimul,præferendus eſt ſimplici Theologo,& ſimpli
ci Canoniſtæ, ita tenet dom. Abb.in cap.1. de conſan.& affini.
19 † Item, qui eſt Doctor vtriuſque iuris, debet præcedere eum,
qui eſt Doctor in altero gradu tantum, ita tenet domin.Abb.
in capitul. clerici.de iudic. ¶Quartò adde, quòd ſi ſunt duæ,
vel plures gloſſ. vincunt auctoritatem vnius, ita tenet Bald. in
l.precibus, in 12. colum. in fin. C. de impub.& alijs ſubſtitut.
per l.Emilius Largianus.ſupra de minor.¶Quintò adde,quòd
ius ſubſtitutionis iunctum cum iure accreſcendi eſt poten-
tius,quā ſimplex ſubſtitutio,& illi præfertur, text.eſt in l. cohæ-
redi. §. qui diſcretas,& ibi Bald. Imol. & Modern. ad hoc not.
de vulgari & pupillari, & ibi dixi. ¶Capio glo. primam. in
20 verbo ſeparatim. † Habes ex gloſſ. exemplum ad primum di-
ctum text.de coniuncto re tm̃, videlicet,Titio fundum talem,
Sempronio eundē fundum lego. iſtud exemplum glo. repre-
hendit ſolus Raph.Cu.hic,& bene,eo quia iſtud exēplum cō-
uenit coniunctis mixtim, & ſic re,& verbis, ex quo ſit ſub vna

conceptione vnius verbi, & ſic ſemel poſuit verbum lego, vnde iſti ſunt coniuncti re, & verbis re, quia ambobus eadem res eſt legata inſolidum, ſunt etiam coniuncti re, & verbis, qa vnum verbum poſitum in oratione, ſcilicet lego, deſeruit ambobus legatarijs, vnde relinquitur, quod iſti ſunt coniuncti re, & verbis, cùm ſint poſiti ſub vno, & eodem verbo, iſtud expreſsè vult Bartol. ꝟ. in 3. q. 1. q. princip. in verſi. final. Tertio loco principaliter quæritur, qui dicantur coniuncti re, & verbis, vbi Barto. approbat exemplum Pet. de Bellaper. de coniunctis re, & verbis ſimul, quod exemplum eſt tale, Titio lego talem domum, & ſimiliter Sempronio, eo quia ſecundum Bartol. vnus eſt ſermo, cùm verbum lego ſit poſitum ſemel tantum in oratione, vnde dicit Raphael. Cuman. & bene, ſi vis ſaluare exemplum gloſſ. debes addere aliud verbum lego, & ſic ponere exemplum hoc modo, Titio fundum talem lego, Sempronio eundem fundum lego, iſti bene ſunt coniuncti re, & diſiuncti verbis, quia ſunt diuerſæ orationes, & ita eſt tex. formalis in §. ſi eadem, in verſi. coniunctim. Inſti. de lega. ſubtilis do. Pet. de Bexu. in ſua ſubtili repeti. huius. l. in 2. char. defendit exemplum gloſſ. duabus rationibus. Prima, quia in exemplo gloſſ. duæ ſunt orationes. Nam cùm teſtator dicit, Titio fundum talem, ſtatim intelligitur verbum lego, aut do, aut relinquo, aut ſimile. l. 1. §. 1. & fin. ꝟ. de hæred. inſti. & eſt bonus text. in l. ſi in teſtamento. ꝟ. de lega. 1. ergo ſunt duę orationes diſiunctæ, vel ſeparatæ, & per conſequens ſunt diſiuncti verbis.

21 † Secundo mouetur, quia verbum lego, non poteſt regere duos diuerſos accuſatiuos, quia hoc eſt ſpeciale in quibuſdã alijs verbis, quæ bene poſſunt regere duos accuſatiuos. l. ſucceſſores, & ibi per gloſſ. enumerantem. C. ad l. falcid. facit l. eam quam. C. de fideicom. ergo cùm dixit, Titio fundum talem, Sempronio eundem lego, neceſſe eſt primæ orationi ad eius perfectionem ſubaudire verbum lego, & ſic erunt duæ orationes. do. Iac. de Put. dicit, quòd ratio do. Pet. de Bexu. non bene concludit, quia imò iſtud verbum, lego, poteſt regere plures accuſatiuos, qui ex eadem natura reguntur, vnde poſſum dicere, lego Titio fundum talem, & vinum, & vineã talem, illud verbum lego, totum regit omnes iſtos accuſatiuos, ſed errat. d. Iac. quia in exemplo per eum tradito omnes illi accuſatiui referuntur ad eandem perſonam, ſed nos loquimur, quando ad diuerſas perſonas. Tu autem dic, quòd prædictæ rationes do. Pet. de Bexu. nihil valent, quia vt in propoſito noſtro dicit egregiè Bald. in l. ſi fortidianum. C. de lega. quãdo dico, Titio ſundum talem, licèt tacitè ſub intelligatur verbum relinquo. l. cùm pater. §. cum interfecta. ꝟ. de legat. 2.

22 † tamen tacitus ſenſus non attenditur in verbali coniunctione, vel diſiunctione, aliàs legatarij ſemper eſſent diſiuncti, cùm enumeratione perſonarum tacitè videatur diuiſum inter eos. l. cùm fundus. ꝟ. de cond. & demon. quod eſt falſum, cùm reperiantur plures coniuncti re, & verbis, vt hac l. ¶ Circa primam par. huius l. Bartol. format 4. oppo. Prima oppo. eſt dictę. l. penultim. ꝟ. de vſufru. accre. & tripliciter ſoluit, vt hic per eum. Circa primam ſolu. inquantum Bartol. dicit, quòd ibi loquitur, quando à diuerſis teſtatoribus fit le-

23 gatum † pluribus legatarijs, tunc non dicuntur vllo modo cõiuncti, ſed omnino ſeparati. Limita valde not. niſi duo teſtamenta haberentur pro vno. l. patris, & filij. ꝟ. de vulga. & pupil. vnde ſi vni relinquatur eadem res in tabulis paternis ab impubere inſtituto hærede in teſtamento patris, deinde eadem res legetur alijs in tabulis pupillaribus, & ſic à ſubſtituto pupillari, iſti tamen dicuntur re coniuncti, & faciunt ſibi partes per concurſum, & inter eos habet locum ius non decreſcendi. text. eſt not. in l. planè. §. ſi coniunctim, & ibi Bartol. in 2. oppo. Pau. de Caſt. & alij Scriben. ꝟ. de lega. 1. & text. in l. cohæredi. in §. cohæres. & ibi Angel. ad hoc not. illum text. ꝟ. de vulga. & pupil. quod bene not. ad ampliationem præſentis materiæ.

24 ¶ † Secundum contrarium eſt quod legando ſecundo, videatur adimere à primo. l. ſicut. infra de adimend. lega. *Communis opinio* videtur eſſe, quod legando ſecundo nõ videatur adimi à primo totum, ſed ambo per concurſum admittantur, propterea ſunt coniuncti re, ita tenet gloſſ. in d. l. ſicut. in gloſſ. 2. & gloſſ. in l. 1. ꝟ. de his, quæ pen. nom. ſiue ſecundum legatum fiat ſub commemoratione primi, ſiue ſimpliciter, & ſic contra Dyn. ſiue loquamur in hæreditatib. ſiue in legatis, & ita tenet Bartol. hic, & vbique, & idem Bartol. in dicta l. ſicut, & in l. quod traditũ. ꝟ. de cond. & dem. & idem Bart. in l. ſi fortidianũ, & ibi latius. d. Alex. & Mod. C. de leg. Io. de Imo. in l. Iul. quoq; ꝟ. de her. inſt. & in l. nõ ad ea. ꝟ. de cond. & dem. Raph. Cu. in l. quod traditũ, & ibidem Pau. de Caſt. idem Pau. de Caſt. in l. ſi plurib. ꝟ. de leg. 1. & in l. 3. C. de codic. d. Alex. latè in conſi. 169. 5. vol. inc. viſo themate, & ſcripturis mihi exhibitis. & iſta, vt dixi, eſt communis opi. ¶ Pro iſta cõmuni opi. ſtringunt duo text. hic alleg. per Bart. in d. l. Iul. quoque. & in d. l. triplici. ad fi. Nam in l. Iul. quoque. eſt caſus, quod ſi teſtator inſtituit ſecundum ex eadem parte, ex qua inſtituit primum, videtur primũ & ſecundum coniungere, & coniunctim inſtituere, non autẽ videtur recedere à prima inſtitutione, ſeu à primo adimere partem hæreditatis, & tñ ſecundo relinquitur hæreditas ſub cõmemoratione primæ inſtitutionis, & iſta duo iura videntur valde ſtringere in propoſito, idcirco ea bene diſcutiamus. ¶ Ad iſta duo iura reſpondebant quidam Antiqui relati per Bart. quòd loquuntur in hæreditate, quæ facilius adimitur quàm legatum. l. ex parte. ꝟ. de adimen. leg. Bart. reprobat iſtã ſolu. & volens reſpondere ad l. ex parte. dicit, quòd illa. l. loquitur in voluntate imperfecta, nec ſolenni, vnde in voluntate teſtatoris ſolẽni, prout loquimur nos, ita de facili adimitur hęreditas ſicut legatum, ad hoc allegat text. in l. 2. ꝟ. de iniuſt. rup. ſed certè ille text. non videtur in aliquo facere, quia loquitur in ademptione, quæ fit faciendo ſecundum teſtamentum, quòd ſecundum non patitur aliquo modo ſtare primum, ſed ipſo iure reuocat. §. poſteriore. Inſti. quib. mod. teſt. infir. l. ſancimus. C. de teſta. nos autem loquimur in tacita, ſeu preſumpta ademptione, prout dicit text. in d. l. ſicut. in fin. in verbo taci-

25 tam ademptionem continet. † ſed ſic eſt, quòd per tacitam, & præſumptam ademptionem facilius reuocatur hæreditas, quàm legatum, vt probatur in d. l. ex parte. & ponit gloſſ. in l. 3. §. fi. ꝟ. de adimen. lega. ¶ Confirmatur iſta ſolu. Antiquorum per text. in l. ſi te ſolum. ꝟ. de hære. inſti. iuncta. d. l. non ad ea. ꝟ. de condi. & demon. Nam in d. l. non ad ea. commemoratio facta in legatis in eadem perſona, facit vt cenſeatur receſſum à prima diſpoſitione legati, ſecus eſt in hæreditate. text. eſt in d. l. ſi te ſolum. Bart. in l. quod traditum. ꝟ. de cond. & demon. vbi tenet idem, quod hic, & ad probandum aſſumptum ſuũ, quod idem ſit in hęreditate, & legatis, allegat alium text. æquiparantem in l. Titius, & Seius. cum l. ſeq. & ſeq. ꝟ. de hære. inſti. Sed aduerte, quia illa iura etiam non faciunt in propoſito, quia loquũtur in admiſſione, & ſic in tacita ſubſtitutione, quę eſt fauorabilis. In illa materia, quæ eſt fauorabilis ad admittendum, bene fit æquiparatio de hæreditate ad legata, ſed nos loquimur in ademptione, & ſic in priuatione, quæ eſt magis odioſa. l. cùm quidam. ꝟ. de lib. & poſthu. ergo ab alia materia fauorabili non bene arguit Bartol. ad materiam noſtram, quę eſt odioſa. Tu ergo pro aſſumpto Bartol. alleg. tex. loquentem in ademptione, & in hæreditatibus, qui melius videtur facere, in l. ſi ita ſcriptum fuerit Titius. in princip. ꝟ. de hæred. inſti. Tamen ſi quis diſputando vellet tenere opin. Dyn. contra Bartol. & omnes, iſta reſponſio Antiquorum, quam Bartol. impugnat, facillimè defenderetur, quòd iura Bart. loquuntur in hæreditate: videamus an alia reſponſio poſſit dari ad illa iura Bart. d. Iac. Put. aliter reſpondet ad d. l. Iul. quoque. quòd ibi ideo non videtur facta ademptio à primo, eo quia ibi fuit factą commemoratio præcedentis inſtitutionis repetitiuè, & nõ aduerſatiuè. Dixit. n. teſtator, ex qua parte Titium inſtitui, ex eadem inſtituo Caium, certè dicendo ex eadem, videtur repetere, & non aduerſari, ideo nõ videtur ex tali commemoratione receſſum à prima inſtitutione, ſed ſecundò inſtitutus videtur realiter coniunctus cum præceden. iſtam ſol. etiam in effectu voluit ſubtilis d. Pet. de Bex. hic, qui dicit, quòd illa verba ex qua parte, ſapiunt magis incluſionem, quàm tranſlationem. l. obligationum ferè. in fin. infra de act. & oblig. pro iſta ſolu. domin. Iacob. Put. adducas text. in l. Meuio. in princip. ſupra de legat. ſecundo. & in §. ſi eadem res. Inſti. de legat. in quibus iuribus dicitur, quod ſi lego fundum Titio, & poſtea dico, eundem fundum lego Seio, & ſic per dictionem eundem, facio commemorationem primi legati, quòd non videtur adimi à primo, ſed inducitur coniunctio, & illũ tex. põderauit Ioan. Fab. excellens Doctor Inſt. de adi. leg. in fi. & in d. §. ſi eadem res. diſtinguẽdo tamen, vt ibi latè per eum. Iſta ſol. d. Iac. Put. prima inſpectione ſatis applaudet illi literæ. d. l. Iul. quoque. ſed non eſt bona ſol. eo quia tollitur in totum per text. in d. l. triplici. ad fin. vbi non fuit appoſita illa dictio repetitiua eadẽ. Et tñ ibi idẽ deciditur, & ꝙ plus eſt tex. ibi referens illam deciſi. Iul. non appoſuit illã dictionem eadẽ, ergo apparet, ꝙ deciſio illa ex alio proceſſit, & ideo iungẽdo ſimul d. l. Iul. quoque. cũ d. l. triplici. in fi. ſtringunt fortiter, & ſol. d. Ia. Put. nõ valet, nec eſt bona, & ita habes defenſatam cõem opi. gl. Bar. & Doct. ſi tamen diſputatiuè velles tenere opi. Dy. contra Bar. & Doct. ꝙ legatum factũ ſecundo ſub commemoratione primi legati, videatur ademptũ inſolidũ à primo, & non pro parte, & conſequenter, ꝙ non inducatur cõiunctio realis, potes pro opi. Dy. fortiter inducere tex. in d. l. ſicut. tripliciter eum inducendo, ſecundum ꝙ ſubtiliter inducit ſubtilis dom. Pet. de Bexu. in ſubtili repeti. huius. l. in 6. char. vbi tenet iſtam

opin.

opin.Dy.pro vera,quam etiam tenet Cy.in d.l.si fortidianum. C.de leg.Primo,quia illa.l.sicut,venit continuatiuè ad præcedentes. ll. & ideo per præcedentes declararatur.l.si seruus plurium.§.fin.& l.qui filiabus,in prin. supra de leg.1.sed in præcedentib. ll. loquitur Iuriscon.de dotali ademptione,ergo etiam in d.l.sicut.Sed huic inductioni tu rñde, ꝙ etiam in præcedentibus ll.loquitur de ademptione partis.l.3.§.cum Titio.qui est. §.pen. ̄j.de adim.leg. ergo ista prima inductio non concludit. ¶Secundò ponderat.d.Petr.de Bexu.in illo text.relatiuum,ꝙ, l.quod Titio legaui, id Seio do, lego: nam illud relatiuum, ꝙ, refert totum.l.Stichum,qui meus erit.s̄.de leg.1. Tu dic, quòd ista inductio tollitur per text.in d.l.Iul.quoque, & in d.l. triplici.ibi etiam est relatiuum , qui. f. ex qua parte Titium institui, &c.Et tamen à primò non admittitur , nisi pro parte suæ partis,ergo non facit relationem in totum. Tertiò modo inducit. d.Pet.de Bexut.d.l.sicut.iuncta.l.seq.quæ incipit translatio, vbi declarat in text.quòd translatio legati fit quatuor modis, & in tribus modis ibi positis fit translatio in totum , & in totum admitur à primò , ergo idem debet esse in primo casu, qñ fit translatio de persona ad personam,de qua loquitur. d.l. sicut, quæ præcedit , & istam inductionem etiam facit Aret.in d. l.si pluribus.s̄. de leg.1. Sed certè in primo casu,qñ fit translatio à persona in personam,ibi nihil deciditur,ergo de illo text. non potest fieri fundamentum stringens. Tu quarto modo vltra d. Petr.de Bexu.inducas realiter.d.l. sicut. pro Dyn. dicitur ibi,sicut adimi legatum potest, ita ad alium transferri, ibi loquitur de ademptione totali, & non de ademptione partis legati, pa-
26 tet, quia simpliciter dicit,sicut adimi legatum pōt: nā † indefinita æquipollet vniuersali.l.si pluribus.s̄.de leg.2.& l.si plures. de leg.3.glo.magistra.in c. vt circa.de elect.in 6. egro dicendo, ꝙ potest adimi legatum,intelligitur de toto,sicut etiam in l.& si transferatur.eod.titul.& in §.transferri. Insti. de adempt. leg. vbi etiam est bonus text.pro opin. Dy.cui non potest sine violentia rñderi : posteà subijcitur in d.l. sicut, exemplum,veluti, ꝙ Titio legaui,id Seio lego,quæ res in personam Titij tacitam ademptionem inducit,ergo patet, ꝙ text.ille loquitur de totali ademptione,& intelligere, vt faciunt glo. Bartol. & Doct. ꝙ loquatur solùm de ademptione in parte,est manifesta violentia,& destructio illius text.Istam opin.Dyn. ꝯ Bart.etiam tenet Sal.hic in 2.opp.per d.l.sicut.cum l.seq.& ad d.l. Iul. rñdet Sal. prout.s̄.retuli respondere d.Iacob.Put.& d.Pet.de Bexu. ꝙ ibi testator non habuit animum adimendi , quia ibi locutus est per verba quotitatiua,& per relatiuum veram,& propiam relationem faciens , quod est ibi, f. ex qua parte,per quod apparet , ꝙ voluit solùm demonstrare in qua parte secundum faciebat hæredem , & refert Sal. ꝙ ita pridie dicebatur in quodam priuato examine super d. l. si fortidianum , in quo ventilatum fuit istud contrarium de d.l.Iul.quoque. an aliquid obstaret Dy.Tu dic, ꝙ ista sol.similiter reprobatur per d.l. triplici. vbi non fuit apposita illa dictio repetitiua eadem , & tñ idem deciditur,prout.s̄.latius dixi. Raph. Cu.hic in rep. in 4. col.dubitat,& tandem dicit, ꝙ in veritate si res esset de facto, satis esset locus gratificationi, & sic disputando posset optimè teneri opi.Dy.quæ fortè est verior,& magis amicatur legibus præalleg. Tamen in iudicando, & consulendo non esset tutum recedere à communi opin. secundum quam etiam dom. Alex. consuluit,vt supra retuli,& ita habes hunc articulum bene di-
27 scussum. ¶† Secundò inquantum Bart. & Scribentes volunt in isto proposito non esse drīam inter hæreditatem, & legatū, ꝙ imò sit drīa,ostenditur,quia licèt in legatis commemoratio primi inducat ademptionem. d. l.sicut.& d. §. transferri,tñ secus sit in hæreditate.d.l.Iul.quoque.& d.l. triplici.in fin. iunctis his, quæ circa hos text. superius addidi. Et pro ista opin. contra Bart.& Scribentes adde bonum text.in l. 1. §. sed consulto. in ver. & cùm hæreditatis. de his, quæ in testam. delen.supra. vbi text.dicit, quoniam hæreditas semel data adimi facile non potest,& ibi glo.fin. magnam dicit esse differentiam inter hæreditatem,quæ difficilius adimit,& legatum,quod facilius ipso iure adimitur , & in aliū transfertur. Tamen pro ista æquiparatione Bart.vltra text.quem. s̄. alleg. addo nunc alium text. loquentem de ademptione in diuersis personis , æquiparantē hæreditatem,& legata in l.cùm quæstio.C. de leg.ad idem tex.
28 in l hac scriptura.§.fin.infra de condi.& demonstr.¶† Vltimò inquantum Bartol. constituit differentiam , an simus in eademet persona , & tūc commemoratio primi legati operatur eius ademptionem , ita propriè loquitur text. in l. non adea. ̄j. de condi.& demonstr.secus si in diuersis personis, per text.in l. prima.§. final.cum gl.infra de stipul.ser. Tu confirma declarata, quia faciendo quis secundam stipulationem in eadem persona sub commemoratione primæ,videtur in totum recedere à prima.l.obligationum ferè. §. fin.infra de actionib. & ob-

lig. Sed si fiat secunda stipulatio in alia diuersa persona, non in totum receditur à prima ipso iure , sed ope exceptionis: nam si seruus duorum dominorum stipuletur primo domino , & si intra certum tempus non detur primo, stipuletur secundo, non tollitur prima stipulatio,nisi ope exceptionis.dicta l. 1. §.fi. cum gl.ita dicamus in legatis,quòd commemoratio primi legati operet ademptionē in eadem persona.d.l.nō ad ea,secus
29 in diuersis personis.dict.l.1.§.fi. cum glo. cùm bonum † sit argumentum de stipulatione ad legata.l.seruum filij.§. cum qui chirographum.& l.quæ de legato.supra de leg.1. & l. si chirographum. supra eod. Ita voluit arguere Bartol. licèt non ita
30 clarè inducat. † Et si diceretur , quod per interuentum nouæ personæ facilius deberet induci nouatio primi, per l. quoties. infra de nouat.§.prætereà.Institut. quibus modis toll. oblig.& l.final.C.de nouatio.Respondet not.Bartol.in dicta l.quod traditum.in vltim.opposit.& in dicta l.prima.§.final. quod interuentus nouæ personæ ex parte eius, qui passiuè obligatur, bene inducat nouationem, ita loquuntur ll.præallegatæ: sed nos loquimur ex parte eius , cui acquiritur obligatio, ideo non inducitur nouatio.dicta l.1.§. final. domin.Iacob. Put.respondet ad dict. l.primā. §.fi. ꝙ ideo ibi non fit nouatio,eo quia ibi tractatur de præiudicio primi creditoris, & sic primi domini, cui ius erat acquisitum ex prima stipulatione facta per seruum, sed in casu dictę l.sicut,non agitur de aliquo præiudicio primi legatarij , cui nullum ius potest dici quæsitum viuo testatore. Ista solutio non est vera, quia vt dicit Bartol.& bene in dicta l.
31 prima.§.final. licèt seruus † non possit facere deteriorem conditionem domini sui post acquisitionem iam perfectam , tamen donec est in fieri,& sic in ipso actu acquirendi,prout erat ibi, bene potest seruus facere deteriorem conditionem domini,& domino præiudicare.l. contra iuris ciuilis regulas.§. fin.s̄. de pact.& l.apud Celsum.§. in hac.infra de except. dol.Tu tamen potes dicere secundum Bartol.in l.prima.§.final. quòd ibi non potest præiudicare ipso iure, sed ope exceptionis, vt ibi dicit litera. Sed in legatis testator potest ipso iure præiudicare primo legatario, & sic in persona diuersorum legatariorum.l. si legatum purè.§.fina.infra de adimen.leg.¶Contra istam differentiam Bartol. & communem videtur fortiter facere text. in l.translatio. infra de adim. leg. vbi Iuriscon. æquiparat translationem legati , quæ fit de vna persona ad aliam diuersam personam , & eam, quæ fit in eademmet persona de legato primo purè,secundo sub conditione, sicut in dicta l. nō ad ea. Ergo ꝯ istam differentiam Barto. & cōem. Secundò,quia vbi sumus in diuersis personis,magis videtur probari animus testatoris in adimendo , quàm vbi sumus in eadem persona. istud assumptum probatur per tex.in l.quod si alij. ̄j.de adimen. leg. vbi si vni legatur purè, posteà legatur alteri sub conditione, secundum legatum præualet, & adimit primum , & tamen in eadem persona si vni primò legatur purè, posteà eidem sub conditione,fit illa distinctio, an incontinenti, an ex interuallo. text. est in d.l.non ad ea , ergo apparet, ꝙ magis videtur facta ademptio,vbi sunt diuersæ personæ, quàm vbi est vna , & eadem. si ergo in eadem persona commemoratio primi legati inducit eius ademptionē.d.l. nō ad ea.ergo idem , & fortius in diuersis personis, & sic contra differentiam Bart. & Doctor.& per ista habes latè,& subtiliter discussam.2.oppo.Bart. & ex dictis supra potes per te elicere tres conclusiones disputabiles contra Bart.& communem opin.¶Tertia opp.Bar.est,quam tu clarius inducas,ꝙ si testator dicat, lego Titio talem fundū, eundem fuundum lego Sempronio,isti sunt coniuncti re, vt hoc text.in prin.cum gl.& clarior tex.in §. si eadem res,in ver. coniunctim. Insti. de legat. Contra,istæ solutæ resoluuntur in coniunctam.l.triplici.§.videamus, & l.sæpè. infra de verb.sign. ergo est perinde ac si dixisset, lego Titio , & Sempronio eundem fundum, quo casu essent coniuncti verbis, vt hoc text.in secundo dicto, ex quo sunt in eadem oratione. Responde se-
32 cundum Barto.† & bene, ꝙ soluta in coniunctam resoluitur, & sic inducitur coniunctio verbalis, quando plures personæ ponuntur in eadem oratione.l.cùm in testamento. §. hæc verba.s̄. de hæred.instit.ita loquitur contrarium, secus si in diuersis orationib. solutis plures personę ponerentur, tunc nō fit resolutio in coniunctam , nec inducitur coniunctio verbalis, vt hoc text.& est clarior text. in dict. §.si eadem res. in versi. con-
33 iunctim.etiam si duę † orationes ponerentur copulatiuè,quia inter eas adesset copula , & adhuc nō induceretur coniunctio verbalis propter diuersitatem orationum , quod fortè videbitur tibi mirabile secundum Bar. & copula,&, resoluitur in item , quia coniunctio verbalis fit per vnitatem orationis. l. vnic. §. his ita.in versic. hoc tam variè. C. de caduc. tollend.& dicta l.triplici.& probatur in l. Lucius. §. qui habebat. infra ad Trebellian. Hic autem non est vnitas, sed diuersitas orationis.

l.1.§.1.ſ. de vulg. & pup. Et ita etiam tenet Raph. Cum.in repe. huius l. in 2. colum. quamuis illa repetitio non fuerit impreſſa.¶ In 4.oppo. dum Bar. facit dñiam inter coniunctos, & diſiunctos,ſeu ſeparatos,dixi latè, & magiſtraliter. ſ. in primo euidentiali.tres ſequentes oppo.Bar. vide per te.¶Capio gloſſ. magnam in verſi.ꝙ ſi re, quam diuide in quatuor part.In prima timore contrarij, quod ſtatim formabo, ponit primum intellectum ad text. Ioan. & Azo. *qui eſt communis*. In ſecunda ponit ſm intellectum Rog. In tertia ponit tertium intellectũ, qui eſt Vgo. In quarta gl. duos vltimos intellectus præcedentes reprobat.Secunda eſt ibi,ſed Rog.dixit.Tertia eſt ibi,tertij vltimò hoc dicunt.Quarta,& vltima eſt ibi,ſed neutra placet.

34 ¶Pro expeditione huius glo. oppo. contra fi. huius text.† qui videtur innuere, ꝙ verbis tantum coniunctus ſit potior re cõiuncto.Contra,imò videtur ambos pariter debere admitti,vt l.ſi ita quis hæredes.ſ.de hæred.inſtit.& l. Meuia.in prin. de leg. 3.quæ iura allegat iſta glo.in fin. Timore huius contrarij intellectus iſtius l.variatur in gl.trib.modis. In primis Ioan. & Azo negarunt aſſumptum, ꝙ in iſto text.decidatur, ꝙ verbis tantũ coniunctus præferatur coniuncto re tantum, iſtud non eſt verum, & ſic ceſſat contrarium : nam iſte text.in verſi.prefertur. ſolùm decidit, ꝙ coniunctus re, & verbis ſimul cæteris duob. preferatur,poſteà in verſ.ſi re,& in ver.ſi verò verbis,illud probat à ſufficienti diuiſione,vt declaraui in text. An autem coniunctus re tantum ſit potior coniuncto veibis tantum, vel ècontra, an coniunctus verbis tantum præferatur coniuncto re tantum, non facit mentionem hæc litera. Vnde iſti duo caſus, qui non ſunt deciſi in hac. l. relinquuntur diſpoſitioni iuris communis,per regulam.l.ſi extraneus.ſ.de cond.ob cauſ.& c.ſuſceptum. de reſcrip. in 6. ſed de iure communi neuter eorum præfertur, ſed ambo pariter admittuntur. d. l. ſi ita quis hæredes, & d.l.Meuio.in prin.Nec obſt. ſecundum iſtũ intellectum,ꝙ Iuriſcon. videatur idem repetere in verſi.ꝙ ſi re. & in verſi. ſi verò verbis, ꝙ iam erat dictũ in ver.præfertur, cùm tamen in iure noſtro nihil debeat eſſe ſuperfluum.§.quib.in prima conſtitutione.C.Reſpondet Barto.in 6.opp.quòd nihil eſt ſuperfluum,intelligendo verſi.ꝙ ſi re.cum ſeq. vt veniant per viam probationis exponendo.ꝙ, pro quia, vt declaraui in tex. Iſtum primum intellectum ſequitur Bartol. hic in trib. locis. primò in 1. colum. in figuratione caſus, vbi dicit, ꝙ eum ſequuntur omnes Citramon.Idem Bar.in 6.oppo. & latius in 3. char.in 2.q primæ quæſtio.prin. cum etiam ſequuntur Ray.de For.& Florian. hic.idem Rayn.in rep.l.1.§.interdum.ſ.de vſufru.accreſ.vbi Ray. repetijt totam materiam huius. l. & iſtum intellectum ſequuntur omnes Citramon.ſecundum Bart. ſm

35 † iſtum cõem intellectum habes,ꝙ coniunctus re,& verbis ſimul præfertur cæteris omnib. Item coniunctus re tñ, & verbis tñ pariter admittuntur, & neuter præfertur alteri. Iſtum primum intellectum impugnant ſubtiles Vltramon. Petr. de Bellaper.Iac.de Ra.Sal.Raph.Cum.in lect. & in repe. do. Pert. de Bexu.& d. Iac.de Put. & ſic, licèt Bart.tempore ſuo potuiſſet dicere iſtum eſſe cõem intellectum, ex auctoritatib.ſ. relatis,apparet cõiter reprobari.In primis ergo Raph. Cu.in lect. huius.l.in 5. col. dicit, ꝙ iſte intellectus cõis non congruit literæ.Primò, ꝙ exponatur, ꝙ,pro quia, cùm illa dictio,ꝙ ſi,propriè ſtet aduerſatiuè. Secundò, quia non bene ſequitur ex text. conſtat non eſſe potiorem, ergo nec eſſe parem, iſtud non ſequitur. Tertiò, quia eodem modo non congruit ad fin. huius text.Similiter Raph.Cum. in repe. huius.l.in penul.colum. reprehẽdit iſtum cõem intellectum,quia non videtur congruere literę.Secũdò,quia probatio,quam dicit Bart.fieri à ſufficiẽti diuiſione in verſi.ꝙ ſi re,& in verſi. ſeq.non eſſet conueniens Iuriſcon qui non fuiſſet ita ineptè loquutus,nec tam ineptam rationem aſſignaſſet. iſtum cõem intellectum etiam pleuius reprobat ſubtilis,dom. Petr.de Bexut. in ſua ſubtili repe.huius l.in 3.char.vbi dicit,ꝙ nulla lect.peior eſt iſta prima, quæ quãuis multis, & magnis ſit auctoritatib. ſuffulta, leuibu. tamen eſt munita rationibus,falſitatem communis lecturæ dicit ſe

36 primò deducere ex ordine text. qui † ordo multum confert ad intelligentiam, & ad interpretationem.l. ſi ſeruus plurium. §.fin.cum materia. ſ. de legat.primo. Nam Iuriſcon.in prima parte huius. l. coniuncto principio ſecundæ partis fecit mentionem de tribus ſpeciebus coniunctorum. Poſteà in 2. parte cœpit tractare de effectibus omnium illarum trium ſpecierum, ſi ergo poneret vnum caſum tantum de coniunctis re, & verbis ſimul, quòd cæteris præferantur cum aſſignatione rationis, vt vult cõis intellectus, certe ſufficienter, & diminutè Legiſlator proceſſiſſet, & omiſiſſet decidere de alijs duabus ſpeciebus coniunctorum. Secundò, quia in iure noſtro nihil debet eſſe ſuperfluum. dict. §. quibus.in 1. conſtit. C.ſed Iuriſc.in verſi.præfertur. decidit, quòd coniunctus mixtim re, & verbis præfertur omnib. alijs coniunctis, ergo ſuperfluò iſtud idem repeteret in verſi.ꝙ ſi re,& in verſi.ſeq. & eſſet quędam nugatio, & ſuperfluitas aliena à mente Iuriſcõſultorum. Nec ob.reſponſio Bar.in 6.opp.ꝙ nihil ſit ſuperfluum, ex quo primò ponit vnum dictum circa effectum coniunctorum. Secundò illud probat à ſufficiẽti diuiſione exponendo,ꝙ, pro

37 quia.nam iſta expoſitio ſm eum deſtruit text. † quia dictio,ꝙ ſi, eſt dictio aduerſatiua, quæ poſita ſine copula ſignificat diuerſitatem in facto, & in iure.l.quod ſi alij. ĵ. de adimen. leg.l. quid ergo. verſi, ꝙ ſi hæres, & verſi. fin.ſ.de leg.1.l. Titia.§.qui inuita.verſi.ꝙ ſi in ſumma. de leg.2. ergo apparet,ꝙ illa aduerſatiua, ꝙ ſi, non ſtat in virtute reddendæ rationis, eſt bene verum,ꝙ aliqñ dictio ꝙ, exponitur pro quia, qñ venit per modũ redditionis cauſæ.l.ſi ancillam.§ ſi pater.in verbo,ꝙ inter eos, & ibi glo. ff. pro ſuo. & l.ſi cõis ſeruus ſtipuletur.in fin.ibi,ꝙ ſi dominorum.ĵ.de ſtipul.ſer.non autem qñ ſtat aduerſatiuè, vt hic.¶Tertiò ꝯ cõem lect. ponderat iſtum text.in fi.ibi, & ma-

38 gis eſt, vt ipſe præferatur.† Nam dictio,&, auget,& includit.l. ea tamen adiectio.ſ.eod.q. d. text.non ſolùm præfertur coniũctus re, & verbis ſimul, de quo dictum fuerat, ſed etiam coniunctus verbis tantum præfertur coniunctio re tñ, & iſtam tertiam ponderationem ante eum facit etiam Salic. hic in 2. char. poterat ad idem ponderare illud pronomen demonſtratiuum, & relatiuum ipſe, ꝙ debet referri ad coniunctum verbis tñ, de quo ſtatim dixit,& erit ſenſus, non tantum coniunctus re,& verbis prefertur,ſed etiam coniũctus verbis tantum, Mihi quoque iſta cõis lect. nullatenus placet, quia nullatenus congruit verbis literæ,& text. redderetur ſuperfluus. Item inepta eſſet ratio,quam aſſignaret text.in verſi. ꝙ ſi re, & in verſi. ſeq.declarando eam, prout facit Bartol. & talis ratio nihil concluderet.Item talis ratio eſſet eadem cum dicto, ꝙ eſt ineptũ.

39 † Ratio.n. non aſſignatur per id, ꝙ eſt idem cum dicto, vt eſt gloſſ.in l.fin.& ibi Bartol.ſ.de offic.procur. Cæſa. & gl. in l.Labeo, & Neratius. infra de vſucap. Bartol.in l.qui interrogatus. ſupra de peti.hæred.Item Iuriſconſul. decideret caſum minus dubitabilem, ſcilicet quòd coniunctus mixtim re, & verbis præferatur ſimplicibus,& ſic coniuncto re tantum,& coniuncto verbis tantum, & omitteret duos caſus magis dubitabiles, videlicet,an coniunctus re tantum præferatur coniuncto verbis tantum, vel cum eo æqualiter admittatur, ita ècontra an coniunctus verbis præferatur coniuncto re. Præterea ex quo ſupra erat deciſum, quòd re, & verbis coniunctus præferatur omnino cęteris, fruſtratroria, & vana fuiſſet dubitatio Iuriſc. in verſic. quòd ſi re, dubitare, an coniunctus re tantum ſit potior coniuncto re, & verbis ſimul. Secundus fuit intellectus Rog. relatus in glo. quòd in verſicul. ꝙ ſi re, primò quæratur, an re tantum coniunctus præferatur re, & verbis coniuncto, & reſpondetur, quòd non. poſteà in verſi.ſi verò verbis, quæratur ſecundò, an coniunctus re tantum præferatur coniuncto verbis tantum,& reſpondetur, ꝙ ſic. ¶Tertius fuit intellectus Vgo. relatus in gloſſ. in quo dicitur totum contra ad lecturam Roger.videlicet,quòd in vltimo reſponſo quæratur, an verbis tantum coniunctus præferarur re tantum coniuncto,& rñdet,ꝙ ſic,& hoc magis ſonat lřa,vt dicit gl. tñ gl. ambas iſtas vltimas lect.reprobat per d.l.ſi ita quis hřdes.& d.l.Meuio.in prin.q.b.vř decidi,ꝙ ambo ſimul admittatur. ¶Quartò modo extra gl.intelligit Iac.de Ra dictum verſi.ſi. Si verò verbis,vt refert Bar.in 6.oppo. vt ibi quæratur,an coniunctus verbis tñ ſit potior eo,à quo legatum eſt relictum,& deciditur,ꝙ ſic. q. d. ꝙ portio coniuncti deficiens potius vadit ad ꝯiunctũ verbis,ꝗ remaneat apud hřdem.Bart.& Raph.Cuma. in repe. in vlt.col.reprobant, & bene iſtum quartũ intellectũ, qa iſte text. loquitur de prælatione inter ipſos legatarios coniunctos, & de hærede nihil dictum erat in text. & ſic iſte quartus intellectus non conuenit literæ. ¶Quid tenendum in tanta varietate? Tene tertium intellectum Vgo. relatum in gl. ꝙ text.in

40 ver. fin. velit, † ꝙ coniunctus verbis tñ præferatur coniuncto re tñ,& ſic tenet,ꝙ in verſ.præfertur,vſque ad fin. legis ponãtur tres deciſiones. Prima,ꝙ coniunctus mixtim re,& verbis præferatur omnino cæteris.Secunda,ꝙ coniunctus re tñ non præferatur coniuncto verbis tñ,ſed quia poſſet dubitari,an eſſet ei par, & ſic æqualiter ſuccederent, ideo ſubijcitur tertia deciſio, quòd coniũctus verbis tantum præferatur coniuncto re tantum, & ſic coniunctio verbalis proueniens ex verbis teſtatoris,eſt potior coniunctione reali tantum, quæ videtur eſſe incidens, & præter mentem teſtatoris, & eius verba.Iſte intellectus, quòd hic ponantur tres deciſiones, eſt planior cæteris, & multum applaudit literæ, ſecundum quam nulla fit

41 impropriatio, & nihil eſt ſuperfluum in text. & ego † pro more meo, & veteri inſtituto ſemper amplector reales intellectus congruentes verbis literæ,& qui nullam improprietatẽ inducunt.

inducunt.Istum intellectũ tenent Petr. de Bellaper. & subtiles Vltramon.Saly.Raph.Cu. in lect.& in repet.d. Pet.de Bexu.& d.Iac.de Put.duę primę decisi.planè procedunt.Tertia, quòd coniunctus verbis tantum præferatur coniuncto re tantum, est magis dubia, & disputabilis, quam examinat Bart.j.in 2.q. 1.q.prin.ibi reseruo latè disputandum, vt sequar ordinem Bar. & verè pro opin.Vgo.est tex.hic in versi.fi.Iste intellectus planissimè procedit ad verba literæ huius l. nisi fortissimè refragaretur text.in d.l.si ita quis hæredes.s.de here. insti. & dicit Bart. j.in loco proximè allegato,quòd ille tex.destruit istam opi.& istum intellectum Vgo.& Pet. per quem tex. etiam gl.hic in fi.reprobat istum intellectum. Nam. in d. l. si ita quis hęredes. Titius fuit institutus simpliciter de per se in vna oratione, vnde alijs posteà institutis est re coniunctus: Caius & Meuius ex æquis partib. instituti sunt inuicem coniuncti verbis tantũ, quia positi in vna oratione,non autem sunt conĉti re propter diuisionem portionum, vt hoc text. quantum ergo ad illum, cuius portio deficit, sunt duo,quorum vnus est coniunctus re tantum,alter verbis tantum,ibi deciditur, quòd pariter admittuntur,ergo ibi videtur esse casus expressus contra istum intellectum,& intelligitur ille text.quòd decessit vnus ex illis duobus institutis ex æquis partib.vel Caius, vel Meuius, aliàs si intelligeremus,quòd decessit Titius, nulla esset dubitatio in illo text.quòd Caius & Meuius pari modo instituti eidem pariter succederent.Pet.de Bellaper. vt refert Bart.in loco.s. proximè alleg.vt effugeret illum text.dicit,quòd ibi omnes sunt coniuncti verbis,& ꝙ inter primam institutionē, & secundam debet esse punctus, qui ponitur pro copula, & copula facit coniunctionem verbalem. l.triplici.j. de verb. sig.¶ Ista solu. est falsa secundum Bar.per duo fundamenta.Primò, quia ibi sunt duę
42 orationes solutę, ergo non sunt cōiuncti verbis,vt hic.† Adde tu, quia copula cadens inter diuersas orationes non facit coniunctionē verbalem,vt tenet Bar.s.in 3.oppo.& latius Bar.j.in 2.q.prin.1.q.prin. ergo minus faciet punctus, qui habetur pro copula.¶ Secundò, quia si ibi primus esset coniunctus verbis, vt vult Pet.de Bellaper.esset etiam coniunctus re, cùm primo assignauerit totum, secundo totum per partes, & sic primus tanquam re, & verbis coniunctus præferetur, quod est contra illam.l.Alio, & secundo modo respondet Sal.hic, quòd in d.l. si ita quis hæredes.ratio, quã ibi assignat text. in fin. facit vt ibi videatur tex. pro Pet.de Bellaper. vnde est aduertendũ secundum eum,quòd aliquando testator pręmittit coniunctum re, & posteà sequuntur hi, qui verbis tantum sunt coniuncti, vt Titio lego talem fundum, Caio & Meuio lego eundem fundum pro æquis portionib.& tunc pariter veniunt. Ratio,quia lex præsumit, quòd non tam coiunxerit quã celeriter dixerit, vt dicit ibi tex. Et quòd ista sit præsumptio legis,probat verbũ videatur,quod improprietatem notat, positum in ratione ibi assignata, vt sic sit ibi perinde, ac si omnes. re coniunxisset. Aliquando ècontra testator pręmittit verbis coniunctos, vt Caium,& Meuium instituto pro æquis portionib.Titium hæredem instituo, tunc quia non pōt cadere præsumptio huius accelerationis, prefertur cōiunctus verbis,arguendo à ratione cessãte,& quia ratio ibi posita,quę est remotiua obiecti, hoc implicat, & ita secũdum eum habes declaratum finem illius. l.quando testator videatur voluisse coniungere,& quando celeriter dicere. sed certe ille text. non se fundat in ordine, sed in celeritate dicendi,vt j.latè declarabit.¶ Tertio loco subtilis.d. Pet. de Bexu. in sua subtili repetitione posuit duos alios intellectus ad d.l.si ita quis hæredes.In primis dicit,quòd licèt Bart. quem.s.retuli,dicat, quòd ille text. destruat istam opi.Vgo. & Pet.de Bellaper. tamen secundum eum magis confundit opi. Bart.& communem, & sic retorquet illum text. ad opp.licèt Pet.de Bellaper. non bene intellexerit illam legem secundum eum,& non sciuerit bene respondere, vt s.proximè retuli. nã in illa l.est casus à contrario sensu contra Bart.& communem opi.quòd si testator voluisset eos coniungere, non accresceret portio deficiens omnibus, sed coniũcto verbis tantum, & sic coniunctus verbis præfertur primo. s. Titio, qui erat tantum re coniunctus,sed quia testator voluit eos ibi coniungere,ideo non præferuntur,sed fecit,vt celerius diceret.nam testator ibi volebat facere tres orationes separatas, & dicere, Titius hæres esto,Caius hæres esto,Meuius hęres esto, sed vt celerius se expediret de duabus orationib.vltimis fecit vnam copulato extremo: vnde licèt ibi sint in figura verborum Caius, & Meuius coniuncti, tamen illa coniuncta accipitur pro disiuncta ex voluntate testatoris, qui voluit celerius dicere, vt ibi, & l.sæpè.j.de verb.sig.& licèt ibi esset copula, &, inter Caium & Meuium ex æquis partibus institutos, ergo viderentur verbis coniuncti, vt hac.l. secundo responso & l. triplici. j.de verb.signi.tamen copula &, quæ aliàs coniunctiones facit, in casu illo non facit, quia non est ibi de mente testatoris velle coniungere,sed celerius dicere,ita benè respondet Iuriscon. Et si dicis, quòd ille text. in verbo non tam. stet compatatiuè, & sic duo importet.s. ꝙ voluerit coniungere, & celeriter dicere, sed tamen magis fecit, vt celeriter diceret. Respondet Bexu.ꝙ imò illa dictio stat electiuè, vt etiam ibi dicit gloss. & Doctor. quia aliàs Iurisconsul. non respondisset ad oppositionem sibi factam:fuit. n. sibi oppositium, ꝙ copula,&, faciebat coniunctionem,& ꝙ Caius, & Meuius erant coniuncti, & per consequens coniunctus hic debebat præferri. Ad hoc Iuriscon. voluit negatiuè respondere, videlicet,ꝙ in casu illo non facit cōiunctionem, quia non tam coniunxisse quàm celeriter dixisse videtur,si.n.Iuriscon. præsupponeret ibi fieri coniunctionem, adhuc remaneret argum.sibi factum insolutum,quod non est credendum in Iurisc.Et si iterum dicas,quis reuelauit Pompo. auctori illius legis, qui non fuit præsens illi testamento, ꝙ ibi testator voluerit facere tres orationes separatas, & ꝙ voluerit celerius dicere? Respondet Bexu. ꝙ istud perpendit ex duob. Primò, ex initio verborum testamenti, quæ dant intelligere sequentia, vt l. si seruus plurium.§.fi. de leg. 1.nam testator ibi incepit ab oratione soluta, dicendo, Titius hæres esto.deinde clausula sequens ibi æquis portionibus,dat intelligere,ꝙ testator non curabat coniungere Caium, & Meuium in eadem portione, sed disiungere, eo quia præcedens oratio disiuncta facit coniunctam accipi pro disiuncta, si subijciantur verba etiam disiunctionem verbalem significantia. Et si iterum, & tertiò,dicas, (& istud stringit plus,) ꝙ illa verba æquis portionib.bene important disiunctionem realem,non autem verbalem, vt hac. l. secundo responso. Respondet Bexu. ꝙ ibi duo concurrebant ad probandum, ꝙ ibi testator noluerat ipsos ēt verbis coniungere, quia præmiserat disiunctam verbis, & subiecit disiunctam re,videlicet ęquis portionib.vt ergo Meuius participet de extremis, erunt disiuncti re, & verbis.iste fuit primus peregrinus,& acutus intellectus Bexu.ad d.l.si ita quis hęredes,s'm quem ille text.retorquetur ꝯ gl.Bar. & magis cōmunem opin.& subdit Bexu.ꝙ non potest aliter intelligi ille text. sine violatione literę, & sine interpretatione Iurisc. ibi. ¶Alio, & secundo modo intelligit,ꝙ in d. l.si ita quis hæredes. Titius primo loco separatim de per se institutus non videtur re cōiunctus, quia licèt aliàs videretur sibi hæreditas insolidum assignata.l.vnic.§.si verò non omnes. C.de caduc. tollen. tamen clausula subiecta ex æquis portionibus, etiam ad eum refertur, postquam potest congruè ad omnes referri, vt l.interdum. in prin.s.de hæred.insti. vbi secundum eum expressè probatur ad omnes referri, & sic cùm omnes tres essent ex æquis partibus instituti, ergo apparet, ꝙ primus non erat coniunctus re, & sic, quòd ibi non erat aliqua coniunctio realis contra omnes. Non quoque ibi inter eos erat aliqua coniunctio verbalis, quia testator non tam coniungere, quàm celeriter dicere voluit,vt supra dixi,& sic secundum eum in illo text. nulla penitus erat coniunctio nec realis, nec verbalis contra omnes Doctor. & subdit, quòd iste secundus suus nouus intellectus datus vltra omnes sibi magis placet, quàm præcedens, & quòd de eo fuit allocutus dominum suum domin. Christophor. de Castillio. qui sibi dixit tenere istum vltimum intellectum in repeti.sua,in l.licet Imperator. supra de legat.primo. vbi succinctè tangit secundum eum. ¶Tu aduerte, quòd text.in dicta l.si ita quis hæredes,ad fin.dum dicit,non tam videtur coniunxisse, intelligitur.s.realiter, verbaliter autem bene sunt coniuncti, vt etiam ibi intelligunt glo. Dyn. & communiter Scribentes, ꝙ patet, quia etiam si illi duo secundò instituti non essent coniuncti mediante copula, tamen ex quo in vna, & eadem oratione fuerunt vocati, dicuntur coniuncti verbis, etiam detracta copula,dicta l.triplici,& cùm text.dicat non tam coniunxisse, apparet, ꝙ voluit vtrunque facere,tunc sic, si Caius & Meuius non sunt coniuncti verbis, vt vult Bex. ergo nec etiam re possunt vllo modo dici coniuncti, ex quo sunt ex æqualibus partibus instituti. Ergo Titius solus deberet habere totam portionem repudiantis per ius non diminuendi, ex quo solus erat coniunctus re, aut solus insolidum institutus, cuius contrarium ibi decidit text. ergo apparet intellectum Bex.non posse procedere. Et si diceres, prout dicit Bexut. in secundo intellectu, quem ibi dicit sibi plus placere quàm primus, scilicet, Titius non erat etiam ipse re coniunctus,propter dictionem ex æquis portionibus, quæ debet etiã ad eum referri, dic, ꝙ istud nullo modo potest procedere ex
43 duobus fundamentis.† Primò, quia ex quo illa verba ex æquis portionibus, sunt posita in diuersa oratione, non possunt referri ad primum positum in oratione separata. l.cùm vulgari.de dote prælega.l.cohæredi.§.qui patrem. & ibi Imol. & dom.Alex.supra de vulgar. & pupillar.capitul. cum dilecti.

& ibi do.Card.& Imol.not.de dona. per hoc apparet non obſtare.d.l. interdum,in princip. quia ibi dictio æquè,eſt poſita in vna,& eadem oratione, ideo ad omnes perſonas refertur, ſed in dict. l. ſi ita quis hæredes, ſunt diuerſæ orationes, & ſic ille text.nihil facit,quamuis Bexu. dicat ibi eſſe text. expreſſum de hoc, & malè. Secundò ſi verum eſſet, quòd omnes illi tres fuiſſent inſtituti ex æquis portionibus,vt vult Bexu. certè text. in dicta l. ſi ita quis hæredes, qui dicit omnibus pro portionibus hæreditarijs accreſcere; dicendo pro portionibus hærediarijs, oſtendit, quòd non erant æquales portiones,quia primus erat inſtitutus hæres ſimpliciter, & ſic inſolidum, & alij duo pro æquis portionibus, ergo primus debet habere duplum magis quàm ſecundus. Ego quarto, & vltimo loco reſpondeo valde not. & planè ad d. l. ſi ita quis hæredes, quòd ibi Titius primo loco ſimpliciter inſtitutus non erat coniunctus re Caio, & Meuio, quantum ad ius accreſcendi. Iſtud aſ-
44 ſumptum probo dupliciter.† Primò, quia inſtituti ſine partibus non dicuntur coniuncti realiter, eo quia non ſunt vocati ad eandem rem ex expreſſa voluntate defuncti, text. eſt ad literam in l.item,quod Sabinus.ſupra de hæred.inſti.vbi formaliter ſic dicit text. nam quantum ad ius accreſcendi non ſunt coniuncti, qui ſine parte inſtituuntur, & ibi Bartol. ad hoc multum not. illum textum. Iſtud idem per illum text. tenet Barto. hic in 2.queſt.1.queſtio.princip.¶Secundò probo,quia ex quo primus. ſ. Titius erat inſtitutus hæres ſimpliciter,videbatur inſtitutus inſolidum in tota hæreditate, tacitè tamen. l. vnic.§.ſi verò non omnes.C.de caduc.toll.gloſſ. in dicta l.ſi ita quis hæredes.in gloſſ.prima.& probatur in l.ſi ita fuerit.§. 1.ſupra de hæred.inſti.Ex quo ergo primo inſtituto erat relicta tota hæreditas, & ſic totus as attributus, igitur inſtituendo poſteà Caium,& Meuium, videtur tranſire ad dipondium, & ſic eos inſtituere in alio aſſe. text. eſt in d.l.item, quod Sabinus, in §.ſed ſi aſſe. ergo non poteſt dici, quòd Titius dicatur re coniunctus cum illis duobus, cùm ſint in diuerſis aſſibus inſtituti. ſtat ergo aſſumptum, quòd ibi Titius primo loco ſimpliciter inſtitutus non erat coniunctus re Caio, & Meuio ſecundo inſtitutis, quantum ad ius accreſcendi. Similiter etiam ſecundi, licet propter celeritatem dicẽdi teſtatoris fuerint poſiti in vna oratione, tamen quia teſtator etiam de eis volebat facere duas orationes, & ſic eos ſeparate, nimirum ſi etiam ipſi non cenſeantur coniuncti, vt ibi dicit litera, & ſic nimitum portio deficiens vtrique accreſcit pro portionibus hæreditarijs,ne teſtator decedat pro parte bonorum teſtatus, & pro parte inteſtatus,contra l.ius noſtrum. infra de regul.iur.ex quo ibi nullus eſt propriè coniunctus, cui ſoli accreſcat, vt eſt text. not.in l. hæredes ſine partibus.ſupra de hæredib.inſti. vbi eſt text. quòd ſi teſtator inſtituit plures hæredes ſine partibus, & ex cõiunctis decedat aliquis, eius portio ad reliquos coniunctos pertinet, ſi autem ſeparatim, ad omnes, qui eodem teſtamento ſcripti ſunt hæredes, eius portio pertinet, ita ibi dicit text. vnde ſi in dicta l. ſi ita quis. illi duo ſecundi fuiſſent coniuncti verbis, portio vnius eorũ deficiens alij ſoli accreuiſſet.d.l.heredes ſine partibus. ſed contrarium ibi decidit text. ergo apparet, quòd nec ipſi erant ɔiuncti,& ſic relinquitur, quòd omnes ibi erant disiuncti, & propterea Iuriſcon. ibi non diſtinguit, nec conſiderat,quis eorum primò moriatur, ſed ſimpliciter dicit,ſi quis ex coniunctis decedat,& ſic patet,quòd ille text.quamuis fortiſſimus, non tamen obſt. contra intellectum verum, quem ſupra tenui ad iſtum textum, nec poteſt dici, quòd text.ibi ad fin. in verb. non tam coniunxiſſe, intelligatur ſcilicet realiter, ſed bene verbaliter,prout gloſſ.& Doctor. ibi communiter intelligunt, quia iſtud ſtare non poteſt duplici ratione. Prima, quia cùm text.dicat, quòd erant inſtituti ex æquis partibus, erat prorſus indubitatum, quòd realiter non poterant dici cõiuncti,vt hac.l.in primo,& ſecundo reſponſo, ergo ſolùm du-
45 bium erat de verbali coniunctione.Secundò,quia text.† dicit, quamuis &, ſyllaba inducat coniunctionẽ,ſed ſyllaba &,inducit coniunctionem verbalem,& non realem,ergo patet, quòd ille text. ſolùm dubitat de verbali coniunctione, & intelligere de reali, eſſet ineptum, & nugatorium, & ita habes bene diſcuſſum, & enucleatum ſenſum.d.l. ſi ita quis hæredes,& credo dixiſſe verum, & proprium intellectum illius legis, quamuis fortiſſimæ. ¶Secundò principaliter contra iſtum intellectum multum fortiter vrgere vr̃ text.in l.Meuio.in princ. ſ̃.de leg.2.quem text.in ɔ̃rium alleg. iſta gl. in fi.licèt alleget in arg.
46 † ibi teſtator dixit,Meuio fundi partem dimidiam,Seio partẽ dimidiam lego, eundem fundum Titio lego, Seio decedente eius portio vtrique pro portione legati accreſcit, tunc ſi Meuius, & Seius vocati fuerunt ad partes fundi dimidias, & ſic in viriles, ergo ſunt re diſiuncti, ſeu ſeparati, ſed quia in eadem oratione ſunt poſiti, & ſub vno verbo lego, ideo ſunt verbis coniuncti, vt hac l.in primo,& ſecundo reſponſo.Titius verò ex quo fuit vocatus ad eundem fundum ſeparatim à primis dicitur eſſe re coniunctus, ſed non verbis, quia in diuerſa oratione eſt poſitus, ergo ibi eſt caſus, q̃ re tantum coniunctus admittitur ſimul cum coniuncto verbis tantum, & neuter eorum eſt potior alio,nec alium excludit, ergo ibi videtur eſſe fortiſſimus text. contra intellectum, quem tenui, & ita illum text.intelligit ibi glo. in primo intellectu, quem ibi ſequitur Bart.poſt Oldr.ille text. eſt valde difficilis, & patitur varios intellectus,in tantum,q̃ Cyn.Bal.& Pau.de Caſt.in d.l.Meuio. in princip.referunt ſubtilem Petr.de Bellaper.dicere,q̃ legerat octo vicibus.illam l.antequam poſſet illud prin. intelligere legitur ibi per gl. primam altero de tribus modis. Tene tertiam lectur.glo.ibi, quam ibi approbat Dyn.& dicit Bartol. hic in 2. quæſt. princip. ſecundæ partis princip. quòd illa tertia lectur.
* *communiter tenetur.* eam etiam finaliter poſt multa tenet Bexut. hic in ſua repet. in ſecunda char. & ſequent. & iſto tertio modo intelligendo illa lex nihil obſt. ſ. q̃ loquatur in pluribus re tantum coniunctis.Nam dum text.dicit, Meuio fundi partem dimidiam,Seio dimidiam lego,intelligitur de eadem dimidia, & ſic in illa dimidia Meuius, & Seius ſunt re coniuncti, & ſimiliter Titius eſt re coniunctus, quia ſibi totus ille fundus fuit relictus, ibi ergo eſt ſola coniunctio realis inter eos, ergo nihil facit contra intellectum,quem tenui ad iſtum text. Et licèt teſtator ibi videatur velle tranſire ad dipondium, legando duobus primis dimidiam fundi, & poſteà legando Titio totum fundum.d.l.item,q̃ Sabinus.§.ſed ſi expleto.ſupra de hæredib.inſti.& ita in ſpecie ad illam.l.Meuio, q̃ ibi teſtator tranſiuit ad dipondium,tenet Bexu. in ſua repe. in ſuo nouo intellectu, quem ad illam l.tradit. Et ſic licèt aliàs tranſitus ad dipondium impediat coniunctionem realem propter diuerſitatem aſſium,vt dixi in intellectu, quem poſui ad contrarium præcedens, tamen in dicta l.Meuio. non impedit coniunctionem realem propter dictionem eundem, quia ibi dicit eundem fundum Titio lego,argumen.l.Iul. quoque. ſupra de hæred. inſtit. ¶Contra iſtum tertium intellectum, quem Bartol. dicit communiter approbari, & quem tenui, duo videntur obſtare.Primò ille text. dum dicit,cùm ſeparatim partes fundi, & totus legatus ſit, pondera partes fundi, ergo diuerſæ partes, & non eadem dimidia ibi fuerunt legatæ,cùm dicatur in plurali partes, ergo non fuerunt re coniuncti, vt ibi opponit Bart. reprobans iſtum tertium intellectum, & exponere partes,ideſt partem,prout ibi exponit gloſſ.eſt violentia literæ. ¶Secundò in contrarium fortiter facit, vt etiam ibi dicit Bart. quia ſi ibi Seius, & Meuius eſſent re coniuncti, prout vult iſte tertius intellectus, certè præferretur Meuius in portione Seij decedentis, quia ille etiam erat coniunctus verbis, ex quo in eadem oratione,& ſub eodẽ verbo lego, erat poſitus,vnde eſſet re,& verbis ſimul coniunctus, & ſic excluderet Titium, vt hac.l.in verſic.præfertur, cuius contrarium ibi decidit text. qui ambos admittit, ergo iſte tertius intellectus ad illum text. non videtur poſſe procedere. Defendendo iſtum tertium intellectum dic,quòd tex.ibi loquitur de fundo legato,& ſic de ſpe-
47 cie, † ſpecies autem non eſt multiplicabilis, ſicut quantitas. l. planè. §. ſi duobus. ſ̃. de legat. 1. ergo debet intelligi de eadem dimidia, imò fortius etiam in quantitatibus, ſi dico, promittis mihi,& Titio.10.intelligitur facta promiſſio de eiſdem.10.l. ſi ſtipulatio iſta.§.eum qui,& l.eum qui ita.in princip. vbi glo. & l. ſi mihi,& Titio.ſ̃.de verbor.obligationib.firmat Bart. hic in 1. quæſtio. primæ partis principa. ſi ergo in quantitate, quæ eſt multiplicabilis, intelligitur de eadem quantitate, ergo fortius in d.l. Meuio. in princip.in fundo, & ſic in ſpecie, quæ non eſt multiplicabilis, intelligetur legatum ſpeciei de eadem dimidia.¶Non obſt.quòd ibi Seius,& Meuius erant poſiti in eadem oratione,ergo erant verbis coniuncti. Reſponde, quòd text. ibi in duobus locis præſupponit pro conſtanti, quòd eſſent verbis ſeparati. Primò dum dicit, quòd ſeparatim, & partes fundi, & totus fundus legatus ſit.partes ergo fundi erant inter Meuium, & Seium ſeparatim legatæ. idem dicit ille text. in fin.ibi, quibus fundus ſeparatim legatus eſt, ergo præſupponit text.pro coſtanti Seium, & Meuium fuiſſe ſeparatos,& ſic diſiunctos, & ſic poſitos in diuerſis orationibus. Quartum intellectum ad d.l.Meuio.ponit Petr.de Bellaper.quem refert,& reprobat Bexu.hic in repe.in 2.& 3.char.& ibidem Bex.per plura verba tradit alium quintum nouum intellectum,poſteà ipſemet in fi.ingenuè fatetur,q̃ iſte ſuus intellectus, licèt ſit ſubtilis,tñ non eſt magna auctoritate ſuffultus,ideo dicit,q̃ ipſum tenet ſolũ diſputando. Decidẽdo aũt non recedit à ſupraſcripta.3.lect.gl.q̃ eſt vltima in d.l.Meuio. Iõ de iſtis duob. intellectib. nõ facio aliter in ſpecie mẽtionẽ,qa non ſunt reales, nec veri. Per iſta remanet expeditus intellectus huius difficilimæ.l.

¶Tamen

¶Tamen,vt nihil intactum prætermittatur,non omitto,ꝙ quidam ex vobis egregius scholaris Placentinus,cui, intellectus quem tenui, visus est continere aliquid superfluitatis ad hunc text. cùm velit coniunctum verbis tantum præferri cõiuncto re tantum, & istud decidatur in versi. si. ergo superfluus erit versi.quòd si re.Item secundum intellectum quem tenui erūt solū duę decisiones in text. & non tres, & tñ ego dixi tres esse decisiones. Ideo misit ad me in scriptis alium suum intellectū ad versi.ꝙ si re,ꝙ ibi decidatur, quòd inter ipsos cõiunctos re tantum non sit locus prelationi, & dum text.dicit re tantum coniunctū non esse potiorem, intelligit ipse alij similiter re cõiuncto,quod ẽt presupponit Bar.esse verum in 2.q.prin.secūdæ partis prin.circa princip.vbi simpliciter dicit Bar.ꝙ si sunt coniuncti eadem coniunctione reali tantum, ꝙ neuter alteri prefertur.Ratio dubitādi ſm eum poterat esse duplex.Primò, quia legādo secundo eandē rem, videbatur adimere à primo. l.sicut.& l.seq.ꝟ.de adim.lega. vidimus latè.ſ.in 2.opp.Bart.Secundò poterat esse dubitatio,quia ille,cui primò erat factum legatum, videbatur preferendus tanquam primò nominatus in testō à testatore.arg.l.quoties.ſ.de vsufr.& quę not.Bar.in l. qui duos.ſ.de leg.1. Istis tamen non obst.Iuris. in versi. ꝙ si re. decidit ꝯrium.s.ꝙ inter coniunctos re tantū non sit locus prelationi,& hoc modo ſm eum posteà in vers.si.bene deciditur, ꝙ coniunctus verbis tantum preferatur coniuncto re tantū,& hoc modo nihil erit superfluū in illo text. Iste intellectus quis acutus,& qui conueniret ẽt Doctori, iudicio meo nullatenus pōt procedere ad istum tex.quia qua ratione in vers.ꝙ si re,diceretur, ꝙ coniunctus re tantum non præferatur alteri similiter coniuncto re tantū, eadem rōne in versi.si.si vero verbis. deberet decidi, quòd coniunctus verbis tantum non preferatur alij similiter coniuncto verbis, & probatur istud assumptum,
48 quia † per aduersatiuam si verò verbis,positam in vers.si. repetitur qualitas precedentis versi.prout valde not.tenet Bal.in d. l.omnes populi. in 12. col. ſ.de iusti.& iur.vbi per hoc decidit pulchram,& no.quæstionē, de qua ibi per eum allegando gl. in §.item lapilli.Inst.de rer.diui.Cùm aduersatiua ẽt copulam in se contineat,vt ibi per eum,& istam doct. Bal.refert, & sequit d.Alex.& dicit non reperiri alibi in l.filius à patre.in prin. in 12.col.in fi.ſ.de lib.& posth.sicut ergo in vers.ꝙ si re,decideretur, ꝙ coniunctus re tantū non preferatur alteri similiter cõiuncto re tñ:idem deberet decidi in ver.si.si verò verbis, ꝙ cõiunctus verbis tñ non præferatur alteri ꝯiuncto verbis tñ,ad hoc,vt illa aduersatiua si verò,quę ẽt habet in se copulam, repetat qualitatem eiusdē verbi,& tamen istud stare non pōt ad illū vers. si. clarè patet ex verbis illius literæ, ergo similiter iste sensus ad versi. ꝙ si re. procedere non pōt. Vnde tene intellectum quem tenui,ꝙ ponātur tres decisiones in tex. sicut sunt tres species coniunctorum,& ſm ordinem tex. non est aliqua superfluitas.Primò.n.decidit,ꝙ coniunctus re, & verbis simul cæteris omnino prefertur. Secundò, ꝙ coniunctus re tñ non præfertur coniuncto re, & verbis simul, nec coniuncto verbis tñ, ita deciditur in versic.ꝙ si re.Sed quia posset dubitari, an saltem coniunctus re tñ sit æqualis cõiuncto verbis tantum, & simul cum eo admittatur iuxta.l. si ita quis hæredes. ſ. de hære.insti.& l. Meuio.in prin.supra de legat. 2. ideo subijcitur versi.si. Si verò verbis. vbi deciditur, quod coniunctus verbis tantum præferatur coniuncto re tñ, & sic nihil est superflui in isto text. ¶ Et per ista cum laude Dei habes expeditas omnes gl. huius.l. & ꝯñr intellectū text. in quo ꝯsistit magna pars huius apparatus.¶ Extra gl.Bar.duo principalia princip. examinat. Primò materiam coniunctorum. Secundò de effectu coniunctionis, scilicet iuris accrescendi. Et sic pondera, quòd Bartol. sequitur ordinem Iurisconsul. in hac l. qui Iurisconsultus primò posuit de coniunctis, secundo de effectu coniunctionis, & sic de iure accrescendi, prout dictum fuit in diuisione huius text. Item dicit Bartol. ex prædictis patere,quòd coniunctio est duplex,alia est hominis,alia est legis. Item coniuncti coniunctione hominis, alij sunt coniuncti re tantum, alij coniuncti verbis tantum,alij re,& verbis simul coniuncti, & ideo de singulis est videndum secundum Bart.
49 Adde tu, † quòd triplex est coniunctio, quædam est coniunctio dictionum, quædam orationum, & quædam locutionū, vt est gloss.in l.quidam.ꝟ.de pecul.lega.Et licèt illa gloss. aliter non declaret, dic, quòd coniunctio dictionum est, quando vnus actus verbi regit duas diuersas dictiones, vt lego Titio, & Seio talem fundum : coniunctio orationum est, quando sunt duæ oratines cum copula, vt lego Titio fundum cornelianum. Item lego Seio eundem fundum: coniunctio locutionum est de diuersis rebus, vel personis, vt lego Titio fundum. Item Seio domum. In tali specie declarat istas tres species coniunctionum Bald. in consil. 362. primæ partis,inci.

Quæritur à me vtrum copula. quod consilium est errore duplicatum in consil. 211. secundæ partis. ¶ Item dum Bartol.
50 † dicit, quòd duplex est coniunctio, alia est homins, alia est legis,& de vtraque ponit gl.in l.1.§.idem ait.in vesi.socium.ſ. de vsufru.accrescen.quam gl.alleg.Bart.ſ.in 7.oppo.ita etiam dicit Bald.in l.vni.§. his ita.in prin.C. de cadu. tol. Ista videtur esse bona diuisio,quia quælibet diuisio debet esse bimembris, aut reducibilis ad bimembrem, secundum Boetium, tamen dic plenins,quod coniunctio est quadruplex,legalis, testamentaria,conuentionalis, & mixta, & licèt testamentaria, & conuentionalis ambæ dicantur hominis,vt vult Bart.tamen diuido in quatuor species gratia commodioris doctrinæ, & intel
51 ligentiæ. ¶† Coniunctio legalis dicitur, quando plures coniunctim ad acquisitionem alicuius rei à lege vocantur,puta si testator legat seruo plurium dominorum, illi plures domini vocantur ad acquisitionē legati facti seruo. l. si seruus cõmunis.ſ.de acquirend. hære.l.verò.§. si duo.ſ.pro soc. & l.1.§.idē ait.de vsufru. accresc. & inter istos non videtur, quòd habeat locum ius accrescendi in proprietate, vt est text. not. in l. & Proculo. de lega. 2. & illa l. est ad hoc melior, quæ sit in iure secundum Ang.in l.Item, quòd Sabinus.in princ. ſ.de hæred. insti.Secus est in vsufr.d.l.1.§.idem ait.de vsufr.accre Similiter si moriatur legataius relictis plurib.hæred.l.legatarius.de leg.1. Item quādo plures ab intestato beneficio iuris ciuilis, vel pretorij, vel statuti, vel consuetudinis ad aliquam hæreditatem, vel successionē coniunctim admittuntur.l.vni.vbi latè Bal.& Sal. C. qñ non peten. part.l.si plurib.ꝟ.de suis, & legi.l.1.§.si nemo.ff.ad Tertul.& ista declarat latius Bart.ꝟ.in 4.q. prin.huius primæ partis. Et de ista ꝯiunctione legali format Bart. aliquas not.quæstiones.ꝟ. in 5. quæst.princip. secundæ partis principa.
52 vbi dicetur. ¶† Ista coniunctio legalis contingit duob. modis.Vno modo ex verbis legis, vt quando duo nepotes in potestate coniunguntur inuicem respectu nepotis emancipati. Alio modo, quando per vnam personam ex legis dispositione descendit ius in plures.dicta l. & Proculo, sicut quando ex vno stipite descendit feudum in plures filios. Isti possunt dici coniuncti coniunctione consuetudinis, quia ex vno fonte oriuntur,vt in c.1.§.cùm verò Conrad.qui feud.da.poss. in vsi. feu.secundum Bar.in l.vni.§.his ita.circa princip.C. de cad.tol.
53 ¶† Coniunctio testamentaria, vt dixi,est triplex,quædam est realis tantum,quædam verbalis tantum,quędam mixta,& sic realis,& verbalis simul.l.triplici.ꝟ.de verb.signifi.& ista est propriè materia nostra,de qua loquitur ista lex,& de ista plenè di-
54 cetur.¶† Coniunctio conuentionalis est, quæ causatur in dispositionibus inter viuos,puta in contractibus, quando duob. vel pluribus conceditur feudum, vel emphyteusis. Et de ista coniunctione conuentionali tractat Bartol.ꝟ.in 6.q.princi.quæ est vltima secundæ partis princip. traditur ordinariè per Bart. & omnes in l. si mihi, & Titio. infra de verborum obligatio-
55 nibus.¶† Coniunctio mixta potest esse vel ex legali, & testamentaria simul,vel ex legali,& conuentionali simul. Ex testamentaria, & conuentionali, quando conuentio fieret in testamento. l. hæc sententia. supra de test. tut. glo. in l.hæredes palàm. §. final.& ibi Bartol. & alij. supra de test. Cyn. & alij in l. cùm antiquitas.C.eodem.Item relictum potest transire in cõtractum, quando non subest fraus. l. in tacitis, & ibi Bald.in 2.
56 not. supra de leg. 1. ¶† Assumo nunc coniunctionem testamentariam triplicem, quæ vt dixi est est propriè materia nostra.Primò ergo videndum est, qui dicantur coniuncti re tantum,dicit Bartol.ꝙ sunt illi,quib.eadem res separatim legatur, vt hic,& §.si eadem.Insti.de leg.& d.l.triplici.Ista diffinitio, seu descriptio Bart. est diminuta, vt statim infra dicam.circa istos coniunctos re tantum Bar. format quatuor quæstiones. Tu tamen ordinatè procedendo ex duabus primis quæstionibus Barto.collige tria requisita necessaria,quæ requiruntur ad hoc,
57 vt dicātur re cõiuncti. Primò † requiritur,quòd res, quæ pluribus relinquitur consistat in specie, secus si consisteret in quātitate, vel in genere, tunc non dicuntur re coniuncti, puta, si testator dicat,lego Titio.10.& Seio lego. 10. Isti non sunt coniuncti re,sed quilibet de per se debet habere sua.10. ſm Bartol. hic in prima quæst.Mouetur subtiliter Bartol. quia si ex diuersis voluntatibus præsumitur multiplicatio legati consistentis in quantitate eidem personæ facti.l.quingenta.supra de proba. ergo multò magis hic facit diuersitas personarum, quibus in eodem testamento quantitas relinquitur, quia diuersitas personarum facilius inducit multiplicationem, quàm si esset vna persona. l. omnes.& l. si is, qui. infra de actio.& obligat.l. quid ergo.§.primo.de leg.primo.not.in l.huiusmodi.§. primo. eodē titul. vt idem operetur diuersitas personarum in eadem voluntate, quod operatur diuersitas scripturarum in eadem persona.Ita voluit arguere Barto.hic, & cum Bartol.& eius ratione tran-

ne tranſit ſimpliciter Sal.hic.idem tenet d.Petr.de Bexu. in ſua repe.in 6.char. vbi dicit, ꝙ iſtam determinationem Bart. non deducit in diſputationem,quia non eſt dubitabilis quæſtio.Sed tu aduarte,ꝙ ratio aſſignata per Bart.videtur eſſe fragilis, prout etiam perpendit Raph.Cum.hic in repe.in 3. colum. Nam in eadem perſona non inducitur multiplicatio, qñ fit in eadẽ diſpoſitione.l.planè.§.1.ſup.de leg.1.;ſed bene, qñ fit in diuerſis diſpoſitionib. puta in teſtamento, & codicillis, vel in diuerſis codicillis, tunc loquitur.d.l. quingenta,& ſic Bartol.non videtur concludenter arguere à diuerſis voluntatibus, prout loquitur.d.l. quingenta, ad vnam vltimam voluntatem, licèt in ea relinquatur diuerſis perſonis.Ipſe tamen Raph.ſequitur cõcluſionem Bartol. quam putat eſſe claram, & pro ea adducit text.Inſti.de duob.re.in princip.& in l.Meuio.in princ. & l.qui duos.ſupra de leg. 2. probat etiam ratione. Nam ſi teſtator à diuerſis hæredib. legat eidem eandem quantitatem de 10. intelligitur duplicare,vt 20.habere debeat. l. ſi pluribus. §.1.ſup. de leg. 2. fortius ſi legatur diuerſis legatarijs, non eiſdem, licèt ab eodem ab vno hærede. ¶Item inquantum Bartol.limitat

58 iſtam concluſio. vt procedat, † quando eadem quantitas relinquitur ſub diuerſis conceptionibus,ſecus qñ ſub eadem cõceptione,puta, Titio & Seio lego 10. tunc dicuntur re coniũcti in illis 10.l.ſi quis teſtamento. ſupra de leg.1. adde, ꝙ idem tenent Bald.Rph.Cum.Paul.de Caſt.& do.Alex. in l. ſi plurib. ſ.de leg.1.Raph.Cum.Lud.& do. Alex. in d. l. ſtipulatio iſta.§. cum qui.quamuis aliter videatur ſentire Bart. ponendo tertiũ caſum,qui hic videtur omitti in d.l.ſi quis teſtamento.in prin. de quo perpendunt Moder.præſertim dom.Alex. in d. §. eum qui.Adde etiam,ꝙ cum Bart.hic tenet Sal.in l.vni.§.ſinautem

59 diſiunctim.C.de cadu.toll.† Adde etiam quæſtionem, quam ponit dom.Alex.poſt Ioan.de Imo.in d.l.qui filiabus.§.1.quando plurib. ſub nomine collectiuo relinquitur quantitas, an intelligatur coniunctim omnibus de vna quantitate, an ſinguli ſingulas quantitates habere debeant, puta ;ſi teſtator legat filiab. ſuis mille florenos, an intelligatur coniunctim, & complexiuè de ſolis mille tantum, an pro ſingula filia ſingula mil-

60 le debeantur,ibi videas.¶† Secundo requiritur, vt dicantur re coniuncti, ꝙ eadem res relinquatur pluribus ſeparatim ſimpliciter, quo caſu per concurſum faciunt ſibi partes, & vnus habebit rem, alius æſtimationem, quia impoſſibile eſt, quòd vterque habeat rem inſolidum. iuxta.l. ſi pluribus. de legat. 1. ſecus eſſet, quando eadem res plurib. ſeparatim legatur, hoc expreſsè acto per teſtatorem, vt quilibet eam inſolidum habeat,tunc non dicantur coniuncti,adeo, ꝙ vno repudiante alter habeat rem, & æſtimationem, quia tunc non faciunt ſibi partes per concurſum, & illi dicuntur re coniuncti,quibus eadem res ſeparatim legatur, & faciunt ſibi partes per concurſum.l.coniunctim.ſ.eod.& l.inde Neratius.in princ.ſ. de vſufr. accreſcen.& ſic duo requiruntur ſecundum Barto. hic in 2. q. & ſequitur ſimpliciter Salicet. hic. idem tenet Raph. Cuman. in repe.in 3. colum. ad fin.vbi confirmat opin. Bart. ſubtili ra-

61 tione, † quia coniunctio realis operatur, vt ſi deficiat in perſona vnius, alius habeat rem totam iure ſuo non diminuendi. l.vni. §. ſinautem diſiunctim.C.de caduc.tollen. declaraui.ſ.in primo euidentiali, ſed hic iſtud eſſe non poteſt, cùm totum habeat iure ſuo, ſiue alius concurrat cum eo, ſiue non, ideo coniunctio nihil operabitur, aliàs oporteret, quòd bis deberetur ipſa eadem res ex eodem legato eidem perſonæ, & inſolidum, quod eſſe non poteſt. l. planè. §. ſi coniunctim.ſupra de legat.1.& l.qui bis idem.ſ.de verbor oblig.ſed ſubtilis do. Petr. de Bexu.in ſua repe.in 7.char. iſtud reprehendit, quia quòd legatarij faciant ſibi partes per concurſum,hoc nõ requiritur ad coniunctionem realem producendam in eſſe, ſed eſt effectus reſultans ex ipſa coniunctione reali, ideo ſecundum eum Bar. errat,quia vult,quòd id, quod eſt effectus cauſæ,ſit eius cauſa, quod eſt impoſſibile ſecundum eum.¶Adde, quòd iſtud prima facie ſatis videtur poſſe tolerari, quia pro eſſentia coniunctionis realis requiritur, quòd eadem res pluribus inſolidum legetur ſeparatim,ideſt in diuerſis orationibus, vt hac l.in prin. ¶Effectus autem reſultantes ex iſta coniunctione reali ſunt

62 duo. Primò, quòd † iſti legatarij faciant ſibi partes per concurſum.d.l.coniunctim.ſupra eodem. & l.vnica. §. ſi verò non omnes.C.de caduc.toll. Secundus effectus eſt, quia ſi alij legatarij non veniant ad legatum,ille ſolus, qui venit,habet per ius non diminuendi, ex quo nullus ſecum concurrit, & non per ius accreſcendi, vt declaraui ſupra in princ. in primo euidentiali, tamen determinatio Bartol. videtur eſſe verior, quia per-

63 inde eſt, ac ſi duobus diuerſæ res legatæ eſſent.† Tertiò requiritur,vt dicantur re coniuncti,quòd ad eandem rem, vel partem ſint plures vocati ex expreſſa voluntate teſtatoris, ſecus ſi ſolum ex tacita.l.tertia.cum gloſſ. ſupra de vſufruct. accreſcẽ.

64 † Hinc eſt, quòd inſtituti ſimpliciter, & ſic ſine partibus non dicuntur re coniuncti alijs quantum ad ius accreſcendi, licèt faciant ſibi partes per concurſum, text.eſt not.in l.item, quod Sabinus.in §.vnde idem tractat.ſupra de hæredib.inſtituen. vbi formaliter dicit text. Nam quantum ad ius accreſcendi non ſunt coniuncti, qui ſine parte inſtituuntur, ſecundum Bartol. hic in ſecunda quæſt. & in dicta l. item, ꝙ Sabinus,in princip. per illum text.& hoc tenet gloſſ.in l.vnica.§.his ita.verſi. ſi ve-

65 rò quidam,& ibi Petr.& Cyn.C. de caduc.tollend. ¶† Et proptereà Bartol. alibi plenius ſcribens quàm hic, qui dicantur re coniuncti, dicit, ꝙ illi ſunt, quibus ex expreſſa diſpoſitione teſtatoris tota res cuilibet aſſignatur, ita not. Bartol. in l.vnica. §.vbi autem.C.de caduc.tollen. vbi dicit Bartol.ſe ad hoc ſingulariter not.illum text.huic dicto Bartol. videtur eſſe text. de directo contrarius in l. triplici. infra de verbor. ſignific. Raph. Cuman.in repe.in 5.colum.dupliciter reſpondet ad illum tex. Primò, ꝙ ille text. debet intelligi, portionem ibi fuiſſe expreſſam à teſtatore,ſed iſta eſt diuinatio:vnde ſecundò reſpondet, quòd licèt vbi duo ſeparatim inſtituuntur ſine expreſſione portionis dicantur coniuncti re, vt dixi ſecundum Bartol. tamen vbi inſtituuntur coniunctim verbis ſine adiectione partis expreſſa, tunc dicuntur coniuncti etiam re, vt dicta l.triplici, & hoc modo datur not.limitatio ad doctr.Bartol.hic.Subtilis domi. Petr. de Bexu. in repe. huius legis in ſeptima charta, re-

66 prehendit iſtam deciſio. Bartol.† eo quia in vltimis voluntatibus tantum debet operari tacitum quantum expreſſum, imò interdum plus.l. ſi cui legetur. in fin.& l. ſequen. ſupra de leg.primo.& l.nutu.ſupra eodem. Iſtud eſt fragile fundamentum per ea, quæ latè dixi in l.cùm quid. ſupra ſi cert.peta. vbi latè poſui, an & quando tacitum idem operetur, quod expreſſum. ¶Secundò, & fortius dicit idem Bexut. ꝙ iſta deciſio Bartol. videtur eſſe contra caſum in l. ſi domino Stichus. ſupra de legat. primo. vbi ſaltem tacitè vni eandem rem legauit,& tamen faciunt partes per concurſum,/ergò ſunt re coniuncti.§.ſinautem diſiunctim.C. de caduc. tollend. eo quia effectus præſupponit cauſam ſuam de neceſſitate. Tu dic,ꝙ ille text. parum facit. Nam ibi non erant partes vni aſſignatæ, & alius ſine partibus inſtitutus, prout loquitur dicta l. item quod Sabinus. in princip. & Bartol. hic. Sed ibi erat vni legatus Stichus in ſpecie, alij legata optio ſerui, quo caſu eligendo Stichum,dicuntur in illo Sticho ꝯiuncti re, prout declarat Bart.ſ.proxi.in 4.q.ad fin.& idẽ Bart.in d. l. ſi domino Stichus. & ſic in illo text. vni erat relicta ſpecies iam declarata, alij declaranda per electionem,ſecundum Bal.in c.1.in vlt.col.de reſcrip. & ſic quilibet vocatur ſeparatim ad eandem rem, ideo faciunt ſibi partes per concurſum, & ſic dicuntur re coniuncti.¶Tene concluſionem Bart.quæ eſt vera, & communis,& quam etiam tenet Bald.in d.l.item quod Sabinus. in princip.in 2.no.per illum text.vbi dicit, ꝙ iſte eſt ſubtilior paſſus illius legis.Idem etiam tenet ibi Angel.reputans illum text.eſſe ad hoc mirabilem, & ꝙ eſt melior lex ad hoc, quæ ſit in iure ſecundũ

67 eum.¶† Subdit Bart.in 3.q. ꝙ ſi teſtator inſtituit Titium in dimidia, & Sempronium in eadem dimidia inſtituit,in qua Titium inſtituerat, quòd iſti ſunt coniuncti re. Et intellige de eadem dimidia in ſpecie,per l. Iul. quoque. ſupra de hæredib. inſti.& d.l.triplici.in fin. Secus ergo videtur,ſi ſimpliciter dixiſſet dimidiam, non addendo eandem, vt l. Meuio.in princ. ſupra de leg. 2. De cuius tamen intellectu dixi ſupra ſuper gloſſ. magna.domi. Petr. de Bexut. hic in repe. in 3. charta.ſequitur ſimpliciter Bartol.& dicit,ꝙ iſta quæſtio non meruit formari, quia caſus eſt clarus in dictis duobus iuribus alleg. per Bartol. alij nihil tangunt.Tu aduerte,quòd in d.l.Iul.quoque.bene eſt dictio eadem,cum relatiuo qua, vt dicit Bart. Tamen in dict.l. triplici,ad fin.vbi Iuriſcon.refert deciſionem Iuliani,non eſt dictio eadem, nec aliquod relatiuum, quia ibi ſimpliciter dicit Sempronius ex parte dimidia hæres eſto, prout etiam dixi ſupra in 2.oppo.Bart.Item adde,quòd Bald.in d.l. Iulia. quoque. tenet, ꝙ iſto caſu eſt etiam coniunctio verbalis, non tantum realis,& non bene, vt patet ex prædictis, & ex his, quæ ſtatim dicam, declarando, qui dicantur coninncti verbis tantum.

68 ¶Quartò quærit Bartol.† quando teſtator vni legauit totum, alij legauit partem, an in illa parte erunt re coniuncti. Et diſtinguit totum,& partes tripliciter,vt hic per eum.Aduerte in ſecundo caſu Bartol.quando vni legatur fundus, alij vſusfru. illius fundi, quòd in vſufruct. dicuntur re coniuncti,& ambo admittuntur ad vſumfructum, & faciunt ſibi partes per concurſum. l. ſi alij.infra de vſufruct. legat. l. idẽ Neratius.§. final. & l. proprietas. de vſufruct. accreſcend. eo quia remota nuda parte integrali,ſcilicet vſufruct.non dicitur fundus, ſed nuda proprietas, cùm fundus conſiſtat ex proprietate, & vſufruct. & ideo in vſufructu ambo ſunt re coniuncti, vt hic per Bartol.

¶Contra

¶ Contra istam conclu. Bartol. arguit fortiter, quòd isti duo nullo modo sunt re coniuncti. nam vnus habet vsumfru. formalem, alius habet vsumfru. causalem, & sic quasi sint diuersarum rerum legatarij, non possunt dici re coniuncti, cùm oporteat, quòd eadem res sit eis insolidum legata, vt hoc text. Huic difficultati respon. solus Saly. hic, alij non tangunt, quòd non est vis in hoc, quia licèt leges appellent vnum vsumfru. causalem, quia causatur ipsi domino à proprietate sua, alium formalem, tamen re vera, & in effectu idem est vsusfru. licèt leges eis adijciant diuersas qualitates, vnde cùm primò vni sit legatus totus fundus, posteà alij legatur vsusfru. qui concurrit cum primo, & sibi facit partes per concursum, certè dicuntur re coniuncti, licèt diuersam qualitatem habeat vsusfru. primi, quia vocatur causalis, aliam secundi, quia vocatur formalis, sed quia non potest habere causalem, quin concurrat cum formali, ideo perinde est, ac si sibi formalis fuis-
69 set legatus. ¶† Limita istam conclu. Bar. ex singulari decisione Bald. in qua dicit se consuluisse in l. quoties. in fi. C. fam. ercis. vt d. l. si alij. cum alijs. ll. supra allegatis procedat, quãdo fundus fuit relictus vni, deinde vsufru. illius fundi fuit alij in specie relictus, tunc bene ambo concurrunt in vsufru. & in eo sunt re coniuncti, & ita loquitur doct. Bart. hic, secus quando fundus esset in specie relictus vni, alij autem esset relictus vsusfru. non specialis illius fundi, sed vniuersalis omnium bonorum, prout
70 dicit. Bald. euenisse sibi de facto in testatore, † qui reliquit vxorem vsufructuariam omnium bonorum suorum, & si filius moriatur in pupillari ætate, legauerat fundum Titio, certè in vsufructu illius fundi vxor non concurret cum legatario fundi, cùm vxori nõ sit relictus vsusfr. particularis illius fundi, sed vniuersalis, vnde illi vniuersalitati per speciem intelligitur derogatum. l. quæsitum. §. vlti. infra de fun. instr. & sic vxor nõ debet habere vsumfru. in re alteri specialiter assignata. Et ad hoc dicit Bald. se specialiter allegare. l. fideicommissorum. infra vt in pos. leg. vt ibi latius per eum. Facit, quod dicit Bart. hic in primo membro, quòd generi per speciem derogatur, per reg. l. vxorem. §. fęlicissimo. supra eod. & l. seruis vrbanis. §. fin. supra. eodem. ¶ Tene indubitanter contra Bald. contra quem allega text. in terminis in l. Sempronio. in princip. ff. de vsufru. lega. vbi est text. quòd legato generali vsusfru. non derogatur per legatum speciale domus, vel fundi, & Bart. ibi in fin. princip. dicit, quòd ille text. est tenendus menti, quia quotidie relinquuntur prædia pluribus personis, & posteà testator dixit, vxori lego vsumfru. bonorum, quòd in vsufru. omnes concurrent, quod est tenendum menti, secundum eum. Et per illum text. Paul. de Castr. in consil. 104. incip. viso puncto obscuro. tenet contra Bald. & bene, & dicit, quòd Bald. non meminit de illo text. nec de Bartol. ibi illam decisio. Bart. in d. l. Sempronio in princip. sequitur etiam do. Alexan. in consil. 56. 3. vol. incip. perlectis verbis testamenti. vide etiam aliquid per Bart. in l. si quis seruus. §. fin. in vlt. col. circa medium. ş. de leg. 2. & Bart. in l. quæsitum. §. fin. in vlt. col. ĵ. de fun. instr. ¶ Not. diligenter prædicta ad doctri. Bart. hic, & multi in his facilè errarent in practi. Et secundum hoc habes magnam ampliationem ad istum secundum casum Bart. ¶ In tertio
71 casu Bart. † quando vni primò legatur fundus, deinde alij legatur tertia, vel quarta pars illius fundi, quòd non dicantur coniuncti re, quia quod legatur secundo, videtur ademptum primo. Secus essetècontra, quia si primò relinqueretur vni pars fundi, puta. 3. vel 4. posteà alij relinqueretur totus fundus, impossibile est, ꝙ totum adimatur de parte l. cùm quæstio. cum gl. C. de lega. vbi dixi. Not. ad ea, quæ tene Bart. supra. in secunda oppo. per l. sicut. infra. de adimen. lega. iuncto intellectu gloss. ibi, quòd legando secundo sub commemoratione primi eandem rem, videtur à primo adimere partem illius rei. Deo quo tangit hic Rapha. Cum. in repe. in 5. colum. Item circa contrarium. l. si domino Stichus. supra de legat. 1.
72 de qua l. dixi supra proximè in 2. q. Bartol. † Tu aduerte Bart. hic velle, quòd legatum optionis dicatur legatum speciei facta electione. Et idem tenet Bartol. in l. si domino Stichus. Adde Bald. idem tenentem in l. fin. §. 1. in 4. col. C. communia de legat. & ad dict. l. si domino Stichus. vide per Imol. & Modern. in l. planè. §. si coniunctim. supra de legat. primo.
73 ¶† Vltimò circa istud primum membrum, qui dicantur re coniuncti tantum, adde, quòd etiam fit coniunctio realis mediantibus qualitatibus diuersis vtrique legatario separatim assignatis, in quibus communicantur res legatæ, vt l. Titiæ textores. in princip. in versicul. communes esse. supra de legat. primo. Nam in primo & secundo casu illius. l. Titia, & Plotia sunt re coniuncti, & faciunt sibi partes per concursum in seruis textoribus, & vernis simul, secundum domin. Petr. de Bexu. hic in repetitio. in sexta char. qui dicit, quòd non inuenit ab alio animaduersum. Adde, quòd istud idem no. ibi solus Bexu. alij nihil tangunt, vbi dicit vltra Docto. se notare ex illo text. mirabilem modum coniungendi re propter concursum duarum qualitatum, quæ vnicuique legatario in suo legato conueniunt. Et per ista remanet expeditum primum membrũ coniunctionis testamentariæ. s. de ꝯiunctis re tñ.
74 ¶† Secundò principaliter videndum est de secundo membro coniunctionis testamentariæ, quæ dicitur coniunctio verbalis tantum. Bart. ponit duo exempla, & quatuor quęstiones, & sic Bar. sequutus est morem Iarisc. hic. Nam non ponit diffinitionem, seu descriptionem verbalis coniunctionis, sed solùm ponit exempla, alitèr autem facit in membro præcedenti, sicut etiam text. hic facit. Et secundum Bart. siue sit copula, &, siue copula cum, siue sit soluta, siue sit nomen collectiuũ, est coniunctio verbalis. Tu potes dicere, ꝙ dicũtur ꝯiũcti verbis, qñ pluribus in eadem oratione partes distributæ relinquuntur, vt hic, & §. his ita. C. de cad. tol. & ibi Bar. in fi. multum no. illum text. & dicit, quòd non habes alibi ita clarè in iure, qui dicantur coniuncti verbis, qui in vna, & eadem oratione ponuntur. Illi verò dicuntur disiuncti verbis, qui ponuntur in diuersis orationib. vel sic, coniuncti verbis dicuntur, qui sub vnitate verborum eandem orationem conficientium ad legatum, vel ad hæreditatẽ admittuntur diuersis à testatore constitutis portionib. vel quando testator instituit plures in eadem re, & in eadem oratione, distributis tñ partib. l. si duob. §. fi. in fin. ş. de
75 leg. 1. † nam vnitas orationis plures legatarios complectens eosdem loco vnius facit haberi. l. vnica. §. hoc ita tam variè. C. de cad. tol. & l. planè, in prin. ş. de leg. 1. vt habes exemplum in text. Titio & Seio lego fundum æquis portionib. Et istud procedit etiam si duæ personæ, vel plures ponantur in eadem oratione solutæ, & sic sine copula, vt Titio Seio lego talem fundum æquis portionib vt l. triplici. §. videamus. ĵ. de verb. sig. & l. cùm in testamento. §. hæc verba. ş. de hære. insti. licèt Pet. de Bellaper. voluerit hoc vltimo casu esse omnino disiunctos, vt refert Cyn. in d. §. vbi autem, & malè dicit per iura præaleg. se-
76 cundum Bart. & alios hic. † Subdit Bart. non esse differentiã an ponatur copula, &, vel dictio cum. d. l. triplici. nam inter &, & cum, nulla est differentia in modo coniungendi verbaliter. l. Titiæ textores. §. 1. ş. de leg. 1. & l. si quis Titio. ş. de vsufr.
77 accresc. ¶† Item subdit Bar. ĵ. in 4. q. quæ erit per hoc expedita,
a idem esse in alternatiua[a] posita inter personas, vt si testator dicat, Titio aut Seio talem fundum æquis portionib. lego. Isti sunt verbis coniuncti, cùm alternatiua vel, posita inter personas resoluatur in coniunctam, vt l. cùm quidam. C. de verb.
78 sig. ¶† Secundum exemplum Bart. est, quando testator apponit nomen collectiuum plures personas comprhendens, absque alia expressione propriorum nominum, vt lego fratribus meis, vel filijs fratris mei, vel libertis, vel cognatis talem fundũ æquis portionib. nam omnes, qui vocantur sub eodem nomine collectiuo, videntur esse verbis coniuncti, vt l. interdum. in princip. ş. de hęre. insti. & l. si pater. de vulg. & pupil. & l. qui quartam. §. fina. de lega. 1. Nisi prohibitio alienationis inducat, quòd nomẽ collectiuũ nõ operetur plus quàm specialis enumeratio, vt l. Lucius. de lega. 2. secundum Bartol. ĵ. in 2. q. prin. secundæ partis princip. vbi dicetur. Amplia istud exemplum Bartol. multum signanter, vt procedat non solùm quando apponitur nomen collectiuum de per se, prout loquitur Bartol. hic, sed etiam si in eadem oratione adijciatur nomen proprium vnius, & etiam nomen collectiuum, puta quia testator dicat, Titius in dimidia, & fratris mei filij in alia dimidia hæredes sunto. nam inter omnes istos inducitur coniunctio verbalis tantum, secundum Bartol. ĵ. in 2. quæstio. princip. secundæ partis princip. circa prin. Sed aduerte in hoc vltimo, quòd videretur dicendum, quòd Titius non sit verbis coniunctus singulis filijs fratris, sed bene omnibus collectiuè sumptis. Item filij fratris non sunt inter se coniuncti verbis tantum, vt vult ibi Bartol. sed re, & verbis simul, cùm in eadem re, scilicet in dimidia non distributis partibus sint instituti, & sic nominum, & rei complexus eos coniungit. dicta. l. triplici. Ideo pone clarius exemplum: Titius & filij fratris mei ex æquis partibus hæredes sunto. dicta l. interdum. in princip. de hæred. insti. hic omnes simul erunt coniuncti verbis tantum, ex quo in eadem oratione distributis partibus sunt instituti.
79 ibidem, infra latius dicetur de hoc. ¶† Vltra Bar. aduerte, ꝙ ad hoc, vt dicantur coniuncti verbis tantum, requiritur, quòd expressè partes sint factæ à testatore, vt hic, aliàs dicerentur etiam coniuncti re. dicta l. triplici. Intellige, & hic aduerte,

ADDITIO.

a Adde Soc. Iun. consi. 103. nu. 30. lib. 1. PANCIR.

aduerte, quòd non tantum ita partes expresse factæ sint à testatore, vt ad oculum demõstrari possint, imò est opus, quòd habeāt partes pro indiuiso, iuxta.l.Meuius.§.duobus.§.de lega. 2. nam si partes ita diuisæ essent à testatore, vt ad oculum demonstrari possent, tunc alteraretur coniunctio verbalis, & portio deficiens non accresceret alteri. text.est in l.huiusmodi. §.quib.& ibi Bart. & alij.§.de leg. 1.quia factis portionib. fundi pro indiuiso, tunc quælibet pars diuisa est separatus fundus de per se.l.rectè dicimus. §.fi. ff.de verb. sig. & sic tunc testator videretur legasse duos fundos. Similiter si testator in eadem oratione diceret: Titio, & Meuio lego singulis singulos seruos, non essent coniuncti verbis quantum ad ius accrescendi, secundum Bartol. ponentem vtrunque exemplum. ff. in 2. q. secundæ partis princip. vbi reseruo vtrunque plenius examinandum.

80 ¶† Quærit Bartol. an copula cadens inter diuersas orationes inducat coniunctionem verbalem, & concludit, quòd non per quinque fundamenta, de quibus hic per eum. Et Bar.dicit, quod ita ausus est tenere, qa est opi.sua noua, put ipsemet Bart.dicit in dicta l.sicut in annos.§.1. supra quibus mod. vsusfru. amit. cum ista opin. Bartol. tenent simpliciter Saly. & Raphael.Cuman.hic in repet.in 6. colum.& latius. domin. Petr.de Bexu. hic in repeti. in 8. char. Idem tenet Bartol. in l. Lucius fundi. & in l.liber homo.§.Titius. per illum text.cum gloss. supra de hæred. insti. & in l. vnica. §. his ita. in fin. C. de cadu.tollen.idem tenet Bald. in l. si fortidianum. C. de lega.& in dicto.§. his ita. in vltim. colum. & in consil. 362. 1. volum. quod incip. quæritur à me vtrum copula. quod consilium, vt iam dixi, est duplicatum errore in consil. 211. secundæ partis.Idem tenet Angel.in l.Iul.quoque.in princip.supra de here. insti. & in l. cohæredi. §. cohæres. vbi per illum text. limitat.§. de vulg. & pupil. *Et ista est communis opin.* Si quis vellet disputando tenere opin.contrariam subtilis Vltramo. Pet.de Bellaper.quem etiam sequitur Ray. de Forl.in l.1.§. interdum.§.de vsufru. accres. & si vellet tenere contra communem opin. posset optimè respondere ad omnia fundamenta Bartol. Primum, & præcipuum fundamentum Bartol. est de casu.l. sicut in annos.§.1. supra quibus mod.vsusfr.amit.vbi copula, &, fuit posita inter duas orationes, & tamen text.in fin. dicit, quòd non videntur verbis coniuncti, sed re, Ad illum text. in quo Bar. facit magnum capitale, responde triplitciter. Primò, secundum, quod Bald.ibi respondet & quidem no.quòd ideo ibi copula, &, non inducit coniunctionem verbalem, quia fuit posita inter legatarium, & substitutum.nam text.ibi æquiparat illum, qui ex repetitione habuit vsumfr.à substituto, sed in casu nostro copula fuit posita inter duos legatarios æquè principaliter honoratos, quo casu habet virtutem inducendæ coniunctionis verbalis.l.si ita quis hæredem.in versi.quamuis, &, sillaba.§.de hæred.insti.Secundò potest responderi, quòd in illo text.verba ibi posita cum copula, &, fuerunt verba Iurisc. ponentis exẽplum, non autem verba testatoris. Voluit.n.Iurisc. ibi ostendere, quòd si legatario in casu amissionis vsusfru. legaretur, quòd ius accrescendi locum habet. Et ita respondet Odof.ibi, & eum refert d.Alex.in l.planè.§.si coniunctim. §.de leg.primo. Præcedens tñ solutio est melior, & magis realis. Tertiò, & adhuc notabilius rñde, quod ideo ibi positi in diuersis orõnib. copulatiuis, non sunt coniuncti verbis, eo quia non sunt pariter vocati, sed diuersimodè, qa primus erat vocatus purè, secundus in secunda oratione copulata erat vocatus sub conditione, si vsusfru. capi.dimi. amittatur, vnde nimirum si ibi non dicuntur coniuncti verbaliter vocati in diuersis orationibus, & diuersimodè, & istè est propriè casus illius text. ¶ Quartò aduerte, quòd Bartol. met in dicta l. sicut. §.1. not. ex illo text.de directo contrarium eius, quod hic tenet. Nam notat, quòd quando copula cadit inter diuersas orationes, facit coniunctionem verbalem. Credo, quòd sit corrupta lectu.Bartol. & quòd debeat dicere negatiuè, quòd non facit coniunctionem verbalem, per illum text. qui propriè sic in fin.dicit, & per ea, quæ ibi sequuntur per Bartol. ¶ Secundum

81 fundamentum Bartol. est, † quia duæ orationes solutæ non inducunt coniunctionem verbalem, sed inter eas ponitur punctus, qui est loco copulæ, vt est gloss.in l. pretia rerum. in princip.in verb.eadem. infra ad l.falc.gloss.in l.3. §.duæ autem sunt causæ. in versicul. moliri. infra de Carbonia. edict. gloss. in l. cùm duobus §. in coeunda. in gloss. final. pro soc. sicut ergo tacita copula inter orationes non inducit coniunctionem verbalem, ergo nec expressa, quia expressio eorum, quæ tacitè insunt, nihil operatur, quando insunt de necessitate, vt habetur in l. tertia.supra de leg. primo.sicut de necessitate inest copula, aut punctus loco copulæ:aliàs non esset bona grammatica, quod facere non debemus.l.Plaucius. ff.de aur. & arg. lega. capitul. ad audientiam. de rescrip. Istud fundamentum Bartol.prima fronte videtur coloratum, sed ad illud tripliciter responde. Primo potest negari assumptum Barto. quòd punctus loco copulæ insit de necessitate grammaticæ inter orationes solutas, nec istud assumptum probat Bartol. & bona videtur esse grãmatica, licèt non adsit copula, nec punctus loco copulæ. Secundò respondetur dato etiam pro vero, quòd punctus loco copulæ inesset de necessitate grammati-

82 cæ, † dico, quòd exprimitur aliter, & ad aliud, quã tacitè inest, ergo expressio debet operari. l. si ita legatum. §. illi si volet. supra de leg.primo.Bartol.& Doctor. in d. l.tertia.de leg.1.Hinc dicimus, quod expressa nocent, quæ non expressa non nocent.l.nõnunquam.de condi. & demon.& l. 1.de leg.2. Inest.n.punctus loco copulæ propter bonam grammaticam, vt dicit Bart.sed exprimitur copula, vt fiat coniunctio verbalis: nam testator exprimendo copulam, vult verbaliter coniungere, prout est de natura copulæ.l.si ita quis hæredes.§. de hæred.instit. Tertiò respondetur negando, quod insit de necessitate quo ad coniungendum istos verbis, quia poterat testator eos instituere in diuersis partibus testamenti, & sic facere, quod non essent coniuncti verbis, prout dicebat Iac. de Are. quem refert Bartol.§.in 3. opp.vnde si exprimatur, ex quo non inerat de necessitate quo ad coniungendum istos verbis, ergo non est verum, quod debeat operari coniunctionem verbalem. ¶Non obstat tertium fun-

83 damentũ Bart † quod vnitas sermonis testatoris sit illa, quæ inducat coniunctionem verbalem. per text. in l.vnica.§. hoc ita tã variè. C. de caduc. tollen. qui est melior, & formalior text. de hoc, qui sit in iure, secundum Bald.in §.ita. in vltim.colum. dictæ l.vnicæ. C. de caduc.tollend. sed quando sunt duæ orationes, licèt copulatæ, ibi est sermonis duplicitas, & non vnitas, l.1.§.1.§.de vulg. & pupillar. ergo non est coniunctio verbalis.

84 Respondetur, † quod quemadmodum copula posita inter duas personas operatur, vt habeatur pro vna persona, inquit text.in l.planè.post princip.§.de leg.1.ibi, coniuncti vnius personæ potestate funguntur.Ita copula posita inter duas orationes debet operari, vt habeantur pro vna, & sic erit vnitas sermomonis. Facit text. in d.l. si ita quis hæredes.ibi, quamuis, &, copula coniunctionem faciat, & sic ibi probatur, quòd etiam copula inducit coniunctionem, & non sola vnitas orationis, & sic contra Bartol. quamuis etiam ibi copula ponatur in vna oratione. ¶Quartò Bartol. inducit glo. in l. Meuio.in princip. in primo exemplo. supra de legat. secundo.si quis eam bene intueatur, & non transcursoriè, & aliter in specie non inducit illam gl.Bart.ibidem: nam glo. illa ponit exemplum hoc modo. Meuio, & Seio lego fundum æquis portionibus, & Titio eundem fundum, subaudi secundum Bartol.s.lego, in isto vltimò, vnde ibi fuit posita copula inter diuersas orationes, videlicet inter duos primos legatarios, & Titium, & tamen duo primi tantum sunt verbis coniuncti, Titius re tantum, ideo ibi pariter admittuntur Titius, & Meuius: nam si copula posita inter illas orationes induceret coniunctionem verbalem, certè Titius tanquam coniunctus re, & verbis præferretur Meuio, cuius contrarium ibi decidit text. dic, quòd ista inductio Bartol. est contra illum text.in quo text.non est aliqua copula, & sic secundum Dyn. ibi copula fuit coniunctio glo. & non testatoris, licèt Bartol.hic dicat, quod non fuit de mente illius gloss. sed illa glo. stare non potest per illum text. vbi nulla est copula. Potes aliter inducere illam gloss. quæ ponendo exemplum, ita quod inducatur coniunctio verbalis, ponit vnitatem orationis, licèt text.videatur posuisse duas orationes, ergo sentit, quod si copula esset posita in illo text. & poneretur inter

85 diuersas orationes, non induceretur cõiunctio verbalis.¶† Vltimò non obst. doctr. Iacob.But. in quæstio.per eum disputata de legato facto mercatoribus, & artificibus lanæ, quia respondetur, quod illa doctri. nihil facit ad propositum nostrum, quia aliud est dicere, quòd copula posita inter duas orationes pariter principales non requirat concursum copulatorum, quia ad hoc, vt quis sit infamis, non requiruntur copulatiuè omnia, quæ ponuntur in l.prima.supra de infam. prout latius declarat Bartol. in l. si is, qui ducenta. §. vtrum.circa 5.colum. infra de rebus dub. & in l. prima. in princip. vbi dixi. supra de iustitia, & iure. Aliud est quærere, an copula posita inter duas orationes æquè principales inducat coniunctionem verbalem, & ad hoc nihil obst.doctrin.Iacob. Butr. & ita habes optimè defensatam opin.Petr.de Bellaper. & Rayn. contra Bartol.

86 & communem. Tenendo tamen † communem opin. pro ea aduertendũ est, quod qñ testator vtitur vnico verbo lego, qa dicit, Titio, & Seio lego fundum, tunc coniungit personas, ad vnicum actum legandi, ergo tunc pp vnitatem sermonis inducitur cõiunctio verbalis.d.§. hoc ita tam variè, & tũc coniuncti vnius personæ potestate funguntur, vt inquit text. in d.l.planè. in princip.Secus, qñ sunt duæ orationes, & sic duo verba, tunc

copula

copula interposita non copulat personas, sed orationes, & sic actus,& per cons non inducit coniunctionem verbalem persona rum,& sic non recedas in consulendo, aut iudicando à cōi sen
87 tentia. ¶† Subdit Bart. q etiam per dictiones distributiuas, & per aduersatiuam, & alternatiuam inducitur coniunctio verbalis, data vnitate actus, & sermonis, vt hic per eum,& de dictione distributiua adde not. exemplum Bart. q dicit pluries vidisse de facto,in l.huiusmodi.§.quibus.s. de leg. 1.qn testator instituit filias suas in centum pro qualibet. Nam dicuntur cōiunctæ verbaliter, licèt inter eas non habeat locum ius accrescendi,pp separatam quantitatem cuilibet assignatam.de quo vltimo ponit Bart. j. in 2.q.2. partis princ.vbi opportunè dice-
88 tur.¶† Tertius articulus principalis est, qui dicantur coniuncti re, & verbis simul. super quo assumo dubiū plenè ad vtrāque partem disputandum. Si testator dicat, Titio, & Meuio fundum lego, an isti sint re,& verbis simul coniuncti.gl.magistra.in l.1.§.fi.& ibidem Bal.s.de vsufr.accresc.tenuit, q sic. Nā verbis dicuntur coniuncti pp vnitatem sermonis:re, quia non dr pro æquis partib.ideo cuilibet insolidum,& sic per concursum faciunt sibi partes. idem tenet Bart. hic referens Rayn. de For. & Citramon. idem tenere, & simpliciter sequuntur Salic. & Raph.Cue.hic in rep.in 8.colum.& latius.d.Pet.de Bel.in repe.huius legis.in 8.char.idem tenet Bart.in l. vnic.§.vbi autem. per illum ext.& ibi Bald.C.de caduc.tollen.& gl. in l. si duob. §.fin.in gl.1.& ibi Bald.s.de leg. 1.& gl.in d.l.triplici. Bald.in cōsil.362.1.partis, q incipit,quæritur à me vtrum copul. Angel. in consil. 295. incip. punctus,testator solùm Titium hæredem instituit.in penul.col.Sal.in d.l.vnica.§.sinautem disiunctim.C. de caduc.toll.Ioan.Fab.in §.si eadem.Instit.de leg. dom. Alex. in consil. 109.2.vol.incip. videtur prima fronte respondendū,
* vbi dicit istam esse *communem opin.* a Eam etiam tenet do.Alex.
a in l.stipulatio ista.§.in stipulationib.colum.2.num.4.& seq.quē legit cum §. eum qui.j. de verb.oblig. quamuis alibi Bald.in l. si plures. in 6.col. C. de cond.inser.recitet opin.& nihil firmet. ¶Pro ista cōi opin.dicit Bart. esse casum in §.si eadem.in versi. coniuncti.Institut.de leg.vbi fm Bart. est text. quòd si lego Titio,& Seio Stichum,q sunt coniuncti re, & verbis,& faciunt sibi partes per cōcursum:sed certè secundum Sal.hic,ille text. non necessitat,quia licèt dicat,q sint coniuncti,non tamen dicit, qua coniunctione, nec text. ille dicit, vt refert Bart.q sint coniuncti re, & verbis, & dum text. ibi simpliciter dicit coniunctim legatur,intelligitur.s.verbis, propter vnitatem sermonis.Et ita etiam respondet do.Alex.in l.planè. §. si coniunctim. s.de leg.1.Est verum,q glo. ibi in versi.coniuncti.dicit.s. re, & verbis, & fortè ad illum text. iuncta illa glo. Bartol: habuit respectum, tū pro certo text.ille de necessitate non vr cōcludere. Tu ergo stringe illum tex.fortius.pro cōi opi.iungendo principium illius.§.si eadem.vbi dicitur siue coniunctim, siue disiūctim duobus legetur, & ambo veniant ad legatum, scinditur inter eos legatum,ergo versicul.coniunctim,qui sequitur.non potest intelligi de coniunctis verbis tantū, quia tunc non scinderetur legatum per concursum, imò haberent partes à prin. vt hac.l.secundo responso,ergo necessariò versic.coniunctim, qui venit continuatiuè ad præcedentia,intelligitur de coniunctis re, & verbis simul. ¶Secundò pro ista opin. Bart. adducit text.in l.triplici.j. de verbor. signi. qui dicit, q coniuncti re, & verbis dicuntur, quos & nominum, & rei complexus iungit, sed ita est in exemplo.s. dato. igitur,&c.Et dicit d.Alexan.in d. l.stipulatio ista. §. eum qui. circa fin. q ille text. fortiter stringit pro Bartol.idem,quòd ille text. stringat pro Bart.non cauillando eum,dicit etiam dom.Alexan.in d.l.planè.§.si coniunctim. de legat. 1. Sed ad illum text. responde, quòd in terminis nostris Titius,& Seius non coniunguntur re, & sic illos rei complexus non iungit, quia testator intelligit cuilibet viriles assignare,& sic diuidere rem inter illos.l.1.C.si plu. vna sen.l.legata inutiliter.§.fi.supra de legat.primo. & infra latius dicetur. & dicit do.Alexand.in d.§.si coniunctim, quòd text.in dict. l.triplici.clarè non decidit, si bene inspiciatur, licèt gloss. ibi istud velit, & sic pondera, quod domi. Alexand. ibi est aliqualiter contrarius super illo tex. quia in vno loco dicit, quòd fortiter stringit pro Bartol. non cauillando. In alio dicit, quòd clarè non decidit, si bene inspiciatur. ¶Tertiò pro ista communi opin.Bexut. ponderat esse text. in hac. l. nostra in secundo respons.vbi dicit text.quòd illi dicuntur coniuncti verbis, & nō re,si testator dixit,Titio, & Seio lego fundum æquis portionibus, ergo si non essent apposita illa verba æquis portionibus, dicerētur cōiuncti verbis, & re,aliàs tex.frustra adijceret æquis portionibus. Tu stringe fortius istum textum. nam si verum esset,quòd legando simpliciter Titio, & Seio fundum, dicerētur verbis tantum coniuncti, cui dubium esset, quod quando expressè adijcitur pro æquis portionib. q multò magis dicerentur verbis tantum coniuncti? ergo vana fuisset dubitatio huius text.& illa verba frustratoriè adijcerentur,sed responde, quod Iurisc. in ista secunda parte non ponit regulam,prout in prin.fecit,sed solùm ponit exemplum,& exēpla non restringunt reg.l.damni infecti stipulatio.§. fi.j.de damn.infec. & l.1. §.Labeo.j.de vi,& vi arm.Et dubiū erat,quādo exprimit æquis portionib. quòd tunc intelligatur diuidendo velle eos disiungere, & non coniungere, cuius tamen contrarium deciditur in hoc text.¶ Quarto addit Bexu.rationem.Nam quando testator simpliciter legat Titio,& Seio fundum,isti duo funguntur vice vnius personę,& sic cēsentur vnum corpus, vt inquit Iurisc.in d.l.planè. post prin. de leg.1. sed quando vni soli fundus esset legatus,intelligeretur legatus integer, & indiuisus, & sic sine portionib. ergo quādo legatur duob. sic coniunctim, qui vnum corpus reputantur, debet intelligi vnicuique insolidum assignatus, & non diuisim per partes. Ista ratio prima inspectione videtur colorata, sed non procedit: nam si duo legatarij reputantur vt vnum corpus, ergo non potest dici, q vnicuique assignetur fundus insolidum, sicut requiritur in coniunctis re,& verbis, hic.n. est considerare illos vt duo cor-
89 pora.Nec obst.d.l. planè.in prin. † quia coniuncti vocati à testatore cum alio disiuncto reputantur vt vnus, quia tantum consequuntur illi coniuncti,quantum ille solus disiunctus. l. interdum. in prin.s. de hære. insti. & l. si quis Titio. de vsufru. accresc.& propter hoc dicuntur vnius personę vicē sustinere, vt ibi. Item non est bona consequentia Bexu. Isti reputantur vt vnum corpus, ergo per hoc debet intelligi vnicuique solidum esse legatum:probatur, quia etiam verbis tantum coniuncti reputantur vt vnum corpus.text. est in l.vni.§.his ita.in versi. hoc ita tam variè. C. de cadu. tol. tamen habent partes
90 vsque à prin.vt hac l.in 2.respon. ¶† Quinto pro ista parte adducitur text.in §.vbi autem. in versi. si verò non omnes. C.de cadu. tol. vbi text. vult illos videri esse coniunctos re, quibus sermo testatoris insolidum rem assignauit, & ibi Bart. dicit se ad hoc sing. notare illū text. Igitur in terminis nostris isti erūt re coniuncti,& similiter verbis:nam de hoc vltimo non dubitatur.Ad illum text.respondet do.Alex.in d.§. si coniunctim, quòd etiam ille text. non probat istam communem opi. quia testator legando modo quo.s.non videtur talibus insolidum, imò partes assignare.d.§. si cōiunctim.& l.cui fundus.j. de cōd. & dem.¶ Sexto,& vlt.pro ista parte facit text. in l. sicut in annos.§.1.quib.mod.vsusfr.amit. vbi dicit tex.q si Titio, & Meuio vsusfr.legatus est,q isti,& si non verbis,re tamen coniuncti esse videntur,& sic apparet per illū tex.q in exemplo gl.superius relato inducitur cōiunctio realis,ergo & verbalis,de qua nō est dubiū,& p illum tex. Sal.in d.§.sinautē disiunctim.C.de cad.tol.tenet istā opi. Ad istū tex.respon.d.Alex.in d.§.si cōiunctim.sequēdo Odofr. ibi, q verba illius exempli nō sint verba testoris,sed Iurisc.patet,quia si fuissēt verba testoris, ibi fuissēt sine dubio coniuncti verbis,ex quo sunt in vna oratione vocati,vt hac l.secundo respon.& d.l triplici.Cuius contrarium decidit ibi tex.& pro certo non pōt dici,quòd ibi ponatur exemplum de cōiuncto re,& verbis simul, prout est quęstio nostra, ex quo tex.ibi dicit,q non sunt verbis cōiuncti,ergo super illo tex.non potest fieri fundamentum. Tu responde aliter,& nota bilius ad illum tex. q ibi quęrit de coniunctione inducenda inter Titium, cui secūdo loco vsusfr.legatus est in diuersa oratione ex repetitione, & Meuium primo coniunctum verbis cum Titio in .oratione,quia dixit, Titio & Meuio vsumfru. lego,posteà dixit,& si Titius capite minutus fuerit, vsumfru. eidem lego.Itē scdo loco in repe.vocatur,& sic in diuersa oratione nō vr cōiunctus verbis,sed re,vt ibi clarè dicit litera: alias duas sol.ad illū tex.posui.s.in 1.q.secūdi membri prin. præce.
91 ¶† Contrariā opi.q si testōr dicat, Titio & Seio lego fundū,
b q isti non dicant cōiuncti re,sed tm verbis, b tenuerūt subtiliter Pet.de Bella.& Vltramon.sequitur Cy.in d.§ vbi aūt.idē tenet d.Christ.de Castil.prout eum refert Bexu hic in repe.in 8.char. Idem videtur tenere Io.de Imo.in l.planè.§.si coniunctim.per illum text.in dicta l.si cui fundus. infra de condi. & demonstr. eam sequitur d. Alex.sibi contrarius in d.§.si coniunctim. vbi dicit,q in puncto iuris putat istā opin. Pet.esse veriorem,licèt subijciat

ADDITIONES.

a ¶Communem opin.Pro qua vide,quę scribit idem.Ias.in l.stipulatio ista.§. eum qui ita.quem aliqui legunt pro versicul. cum. §. alteri. infra de verbor. oblig.& in l.eum qui ita.1.respons.eodem titul.& dic,vt per Alex.hic num. 10.& seq.super versi.cum duobus vbi infert ad plura notab. MASVER.

b ¶Sed tantū verbis.Adde,quæ scribit Cephal.consi. 123.& 124.lib.1. vbi qui dicantur coniuncti verbis,& an,& quomodo inter eos procedat ius accrescendi. MASVER.

ſubijciat,ꝙ ꝑꝑ auctoriiatem glo.Bar.& ſequacium difficile, & durũ eſſet obtinere ɔ̃rium. Pro iſta parte fortiter ſtringit fundamentum ſubtilis Petr.de Bellaper.ꝙ illi dicuntur re coniuncti,quibus inſolidum res aſſignatur.dicit text.in d.§.vbi autem: in verſ. ſi vero non omnes. patet è ɔ̃rio, quia illi ſunt re diſiuncti,quib.ab initio portiones diuiſę collatæ ſunt,vt hac.l.ſecundo reſpon.ſed ſi teſtator dicat,Titio,& Seio lego fundum,cer-
92 tè cuilibet vñr partes ab initio aſſignatæ , † quia natura copulæ eſt diſtribuere actum verbi cuilibet in viriles. l. reos. §. cùm in tabuilis.ĵ.de duob.re.l.1.C.ſi plu.vna ſen.& in ſpecie eſt text. in l.legata inutiliter. §. fin. ſ̃. de leg.1.vbi ſi teſtator legat Titio, & Seio fundum ſimpliciter,intelligitur æquis portionibus.Ad iſtud fundm̃ rñdet Bart. ꝙ procedit legatarijs cõcurrentib. ſed verba teſtatoris cuilibet rem inſolidum aſſignant.pro iſta ſolu. Bart.nihil alleg. ego allego tibi text. in l.quidam relegatus.§.fi. iuncta.l.vtrum.in prin.ĵ.de reb.dub.nam in illo.§. fi. fideicom. vniuerſale erat relictum tibi , & poſthumo , dr̃ in d.l.vtrum.in princ.quaſi ab initio tibi ſolido relicto,ergo ibi eſt tex.ꝙ qñ relinquitur Titio,& Seio fundus,ꝙ intelligitur ab initio inſolidũ relinqui,ergo ibi videtur text.pro iſta ſol. Bar. Mod.Sen.in d.l. vtrũ.in prin.in 3.no.notant ex illo tex.totũ ɔ̃rium, & ſic not.ꝙ
93 ibi eſt text.pro opin.Pet.ɔ̃ Bar. hic, † ponderando dictionem quaſi,quæ eſt nota improprietatis.l.3.§.fin.cum ſim.ĵ. de vi,& arm.ergo verè non dicitur ſolidũ à prin. relictum , & ɔ̃ñr non dñr re cõiuncti.Tu dic, ꝙ dictio quaſi, ẽt proprietatem,& veritatem ſignificat.l.1. ſ̃. de tranſa. & l.ſi ante nup.ſ̃.ſol.matr.& ibi Bart. alleg.alios text.concor.ad hoc, & ego tibi plures alios addidi,& ꝙ iſtud ſit verum in propoſito nr̃o, ꝓbo ineuitabiliter ꝑ no.doct. Nã qñ dictio quaſi,ponit̃ ꝑ modũ cauſę, prout formaliter fit in d. l. vtrũ. in prin. tunc exprimit veritatem:ſed qñ ponitur ꝑ modum ſimilitudinis,tunc exprimit fictionẽ,ita egregiè declarat Bal.in l.qui Romæ.§.duo fratres, in vlt. col.ĵ. de verb. obl.Iſta ſol.Bart.ſ̃m Bex. non euacuat vires arg.ſubtilis Pet.de Bell.quia inſtaret.Petr.quare magis teſtator in dubio copulatiuè loquendo aſſignat cuilibet inſolidum , quàm iudex in d.l.1.C.ſi plu. vna ſen. vel ɔ̃hentes in d. l. reos.§.cùm in
94 tabulis. maximè , † quia qñ diſputamus de ſignificatione terminorum,vniformiter ſumitur interpretatio in vlt.volũ.ſicut in ɔ̃ctib. l. ſeruum filij. §. eum qui chirographum,& l.quæ de legato.ſ̃.de leg.1.& ad hoc conatur Bexu. tripliciter rñdere,vt hic latius per eum.Contra iſtam ſol. Bart. fortius vrget text. in d.l.planè.§. ſi coniunctim. ibi,conſtat partes ab initio fieri, ergo ante concurſum legatariorum,& text.ibi ſubdit,ſi Titio,& ſeruo ꝓprio ſine libertate legetur , ergo perinde eſt ac ſi teſtõr dixiſſet æquis portionib.& ſic ſunt verbis tm̃ coniuncti,& ſtringe fortius illum tex. quia ibi vnus tm̃ ex legatarijs erat capax, & alius incapax, & tamen ibi decidit text.ꝙ ille, qui eſt capax, habet ſolùm partem ab initio,ergo ſequitur,ꝙ non erat re cõiunctus . quia tunc habuiſſet totum per ius non decreſcendi, & ſic non fierent partes ab initio, cuius ɔ̃rium ibi decidit text. do Petr.de Bex.hic in repet.& in d.§.ſi coniunctim. exponit illum text. ab initio. ſ. quo incipiunt concurrere , tunc propriè dicuntur fieri partes , & non ante , non autem intelligitur ab initio.ſ.teſtamenti.ɔ̃ iſtam ſol.Bex.& ſic ẽt ɔ̃ ſol. Bart.eſt fortis tex.in l.cui fundus.ĵ.de cond. & demon.ibi,ſtatim à teſtõ diuiſa in ſingulas perſonas videri põt:ſi ſtatim à teſtõ fit diuiſio,vt ibi dicit tex.ego funditus tollit̃ ſol.Bar.& Bex.ibi.n. dr̃,ꝙ ſi plurib. eiuſdem rei fiat legatum ſub eadem condõne , ꝙ ꝑꝑ enumerationem perſonarum ſtatim à teſtatore vr̃ facta diuiſio ꝓ virilib.partib. & rei,& conditionis, & ille text.pro certo ſtringit ɔ̃ Bar.& ſic ɔ̃ cõem opin.Bart. in d.l.cui fundus. volens iſta iura euitare, rñdet, ꝙ ab initio fiunt partes, verum eſt ex mente tacita teſtatoris,ſed non ex verbis. per text.in l.nominis, & rei, §.verbum illud ex legib. ĵ. de verb. ſignifica. vbi etiam ex verbis dicitur prouenire illud,ꝙ venit ex ſnĩa,vt in propoſito noſtro.Iſtam ſol.Bart.reprehendunt Imol.& d.Alex.in d.§.ſi con-
95 iunctim, † quia illud dr̃ eſſe ex verbis , ꝙ venit ex vi verborũ, vel propria ſignificatione.l.non aliter.de leg.3.& dicit Paul. de Caſtr.in d.l.cui fundus.ꝙ Bart.ibi in ſol.iſtius legis muſauit.Tu
96 potes rñdere ad d.l. cui fundus , † ꝙ ibi inducitur diuiſio circa grauamen, & implementum conditionum in perſonis grauatorum,vbi facilius inducitur præſumptio diuiſionis, argum. l. ſi quis in fundi vocab.§.fi.ſ̃.de leg.1.& in l.Titia.§. qui inuita.de leg.2.nos loquimur in perſonis eorum,qui ſunt honorati tantummodo.Ad text.in d.§. ſi coniunctim. reſpondent ibi tertio loco Imol.Raph.Cuman.Paul.de Caſtro. & domin. Alexand, quòd ille text.intelligitur in coniunctis verbis tantum,non autem re , quia teſtator ibi dixit , lego Titio & Seio fundum æquis portionibus , & ita apoſtillant , & ſummant illum text. Iſta ſolut. non videtur poſſe ſtare . Primò , quia euidenter diuinat, nec text. ibi dicit æquis portionibus , & ſi ita diceret ille
tex.eſſet ſine vlla dubitatione,ſi enim ibi fuiſſet res legata duobus pro æqualib.portionibus,vana & ridicula fuiſſet deciſio illius text. ꝙ partes eſſent ab initio factæ, cùm neutri eorum eſſet legata niſi pars fundi. ¶Secundo principaliter pro opin.ſubtilis Petr.contra communem do. Alex.in d.§. ſi coniunctim. adducit text.in l.ſi mihi,& Titio.in princ.ĵ.de verbo.oblig. vbi ſi ſtipulor decem mihi & Titio , ſola quinque mihi debentur, nec portio Titij mihi accreſcit : ſed ſi inter me , & Titium eſſet coniunctio realis, & verbalis , tota decem mihi deberentur
97 per ius † non decreſcendi , quod habet locum etiam in contractibus.l. proprium. ſ̃. commu. prædi.cuius ɔ̃rium ibi deciditur in text. & iſtam inductionem de illo text.ante eum fecit Alb.de Roſ.in d.l.vnica.§.vbi autem.in 25.colum.& ante eum Cyn.ibi.C.de caduc.tollend.& Ioan.Fab.in §.ſi eadem.Inſtit. de leg. quem ſtatim infra referam . Sed ad illum text. reſpondet domin. Alexand. in dict. §. ſi coniunctim. quòd in contractib. inter coniunctos re , & verbis non eſt locus iuri non decreſcendi,prout in legatis,& vltim.volũta.Nec obſt.tex. in dict.l. proprium, quia loquitur in indiuiduis, & ita etiam reſpondet idem domin.Alex. in dicta l. ſtipulatio iſta. §. eum qui, in vlt. colum.quem. §. legit ſub. §. in ſtipulationibus. Iſta ſolut.non eſt vera,quia contrarium tenent Bartol. & Docto. in dicta l. ſi mihi, & Titio, quòd imò etiam in contractibus inter coniunctos re, & verbis ſimul habet locum ius non decreſcendi, ꝓut etiam fatetur domin.Alexan. communiter teneri. ¶Alio modo reſpondet Ioan.Fabr.in dict.§.ſi eadem.in vltim. colum.ꝙ aliud eſt in contractib.in quib.fit ſtricta interpretatio,& verba ſtrictè interpretantur.l.quicquid aſtringendæ.in prin.ĵ. de verbo.oblig. & imputatur contrahentib. quare legẽ apertius non dixerunt.l.veteribus.ſ̃.de pact. & aliud in vltimis voluntatib.in quib.fit latior,& benignior interpretatio.l. in teſtamentis. ĵ. de reg.iur.& c.cum dilecti. de donat. iſta ſol.Io. Fab. effectualiter reincidit in illam do. Alex. vnde eam ſimiliter impugnat. Poſſet tertiò dici,quòd idem in d.l.ſi mihi,& Titio,ꝙ tota decem ſtipulatori non debentur , ex quo ſtipulatio fuit inutilis in illa parte,quam Titio fuit ſtipulatus.Facit bene text.in l.huiuſmodi.§.ſi Titio.ſ̃.de legat. 1.ſed in contrarium facit text.in l.planè. §.ſi duob.eodem titul.¶Tertiò principaliter pro iſta opin.Pet. contra communem videtur eſſe text. in l. ſi duobus. §. fin. de leg.1.ibi,ſed & ſi teſtator Titio, & poſthumo viriles partes dari voluiſſet,vel etiam id expreſſiſſet.& ſic vult text.quòd teſtator velit dari viriles abſque expreſſione, vel etiam id exprimẽdo,ergo vult,quòd ibi non expreſſit,ſed dixit, Titio & poſthumo lego fundum,ꝙ dicantur habere partes viriles,& ſic,quòd tunc ſint coniuncti verbis tantum , & non re , ergo pro opin. Pet.contra communem, ſed reſponde ad illum text. quòd teſtator videtur dare partes , vel velle , ꝙ viriles dentur etiam non exprimendo , legatarijs demum concurrentibus , & non ab initio , quia ab initio ſermo teſtatoris ſolidum aſſignare videtur,& ſic dum text.ibi dicit dari voluiſſe,intellige mediante concurſu. Vel ſecundò poteſt reſponderi ſecundum Bex. hic in repe.in 11.char.quòd text.in d.verſ.ſed & ſi. loquatur de cõiunctis verbis tantum, & de participatione coniecturata, & de expreſſa . ¶Quartò pro opin.Pet.facit text.in l.final.§. Seio.de legat. ſecundo. vbi Seio, & eius vxori legatæ ſunt 15.libræ argenti , excluſo marito per defectum conditionis , vxori dimidia portio debetur , ita decidit ibi text. & tamen ſi eſſent re, & verbis coniuncti, vxor ad totum admitteretur per ius non decreſcendi,licèt gloſſ.Bartol.Imol.& Rapha.Cuman.ibi velint, quòd aliam partem , & ſic aliam dimidiam habeat per ius acſcendi, iuxta dict. l. planè.§. ſi duobus, quod videtur eſſe contra illum textum,qui decidit ſolùm de dimidia, ſcilicet, quòd dimidia portio vxori legatariæ debeatur,& intelligere, ſcilicet iure ſuo , ſed alia dimidia per ius accreſcendi , non videtur eſſe de mente illius text. Tu reſponde not. ad illum text. quòd ibi tale legatum 15. librarum argenti fuit factum marito ſub cõditione,& vxori purè,& ſic diuerſimodè, & ſub diuerſa qualitate, igitur deficiente conditione primi, nõ poſſunt dici re cõiuncti , ſed potius diſiuncti , ita quòd inter eos non habet locum ius non decreſcendi . Facit text.in l.hæc ſcriptura.§.final. & in l.ſi ſeparatim.infra de condi.& demonſtrat.ſecus quando conditio non defeciſſet. l.ſicut in annos.§.primo.ſ̃.quibus modis vſusfruct.amitta. de quo text. dixi ſupra in prima quæſtiõ. ſecundi membri princip. Vel ſecundò poſſet attentari , quòd in illo text. decidatur de dimidia mariti deficiente propter defectum conditionis, nam de dimidia legata purè vxori , quòd ſibi debeatur , non erat vllatenus dubitandum , ſed dubium cauſabatur de dimidia mariti collegatarij , in cuius pſona defecit conditio , an debeatur vxori per ius non decreſcendi , an verò debeat remanere penes hæredem , & ibi deciditur, quòd etiam illa portio debeatur vxori, intellige iure non decreſcendi.d.l.

di dicta l.hæc scriptura.§.fina.& dicta l.separatim, & hoc modo nouiter intelligendo illum textū, nihil obstabit. ¶Vltimò pro ista opin. Pet.ꝯ communem facit text. in l.eum qui ita.in prin.ꝭ.de verbo.oblig.vbi si testator legat Titio, & Sempronio decem,intelligitur vna decem communiter duob.legare. pondera illud communiter,ergo per partes, nō autem insolidum, nisi r̄ndeas,prout Barto.s. r̄ndet fundamento Petr. s. legatarijs concurrentib. de qua sol. an sit vera, & possit procedere, dixi latè.s.proximè.¶Ex prædictis apparet, quòd exemplum gl. & communiter Doct. de coniunctis re, & verbis simul, [a] quando testōr dicit Titio, & Seio lego fundum, non procedit sine
98 maxima dubitatione. ¶† Vnde Petr.de Bellaper. ponit aliud exemplum clarum,& expeditum,quod Bar. & omnes sequūtur. Titio fundum Cornelianum, & Seio eundem fundum Cornelianum lego, tunc expressè assignatur vnicuique res insolidum,ergo dicuntur re coniuncti.Item est vnitas orationis, ergo dicuntur & verbis, & re simul coniuncti, & istud exemplum etiam sequitur Imol. & dicit esse clarum exemplum in
99 d.l.planè.§.si coniunctim. ¶† Aliud tertium exemplum ponit Bart.si dicatur, filijs Titij lego fundum, vel seruis meis, vel libertis, vel cognatis lego fundum.isti sunt coniuncti re, & verbis simul, quia nominis, & rei complexus eos iungit d.l.tripli-
100 ci.¶† Sed tu aduerte, quia Barto.s. est in hoc sibimet ꝯrius, quia Bar.s.in 2.quæst.prin.tenet,ꝙ ista nomina collectiua. s. filijs, libertis, vel cognatis, inducant coniunctionem verbalem tantum, & non mixtam, prout hic tenet, & sic est sibi contrarius, & quæ sit vtilitas in practica huius contrarietatis, an vocati per nomina collectiua dicantur coniuncti verbis tantum, an verò mixtim re & verbis, dicam.ꝭ. in pulchra quæstio.in 2. quæst.secundæ partis princip. Et si tu diceres saluando Bartol. à ꝯrietate,ꝙ Bart.s.in illa.2.q.princip. bene tenet, ꝙ ista nomina collectiua inducant coniunctionem verbalem,non tamen negat,quin etiam inducant realem,& sic mixtam, dico, ꝙ ista saluatio,& concordia nullatenus potest procedere, quia Bart. declarat tres species diuersas coniunctionum. quidam sunt coniuncti re tantum, & de istis loquitur in 1. q. quidam sunt coniuncti verbis tantum, & de istis loquitur in 2.q.princ.& ibi dicit, ꝙ nomina collectiua inducunt talem coniunctionem verbalem,ergo verbalem tantum.Nunc autem hic tractat mixtim de coniunctis re, & verbis simul, & ponit exemplum in nominib.collectiuis, quæ inducunt mixtam coniunctionem, ergo ista saluatio, & ista concordia stare non potest. Credo,ꝙ illud,quod hic tenet, sit verius, ꝙ nomina collectiua inducant coniunctionem mixtam per rationes Bart.quia nominis,& rei complexus eos iungit.dict.l.triplici.¶Non quoque placet alia concordia,si diceretur, ꝙ Bar.s.in 2.q.princ. 1. partis loquitur, quando nomini collectiuo adijceretur æquis portionib. puta, quia testator dicat,lego filijs fratris mei fundum æquis portionib.tunc nomen collectiuum cum illis verbis æquis portionibus,inducit coniunctionem verbalē tantum, ita loquitur Bar. ibi, secus, quando nomen collectiuum poneretur simpliciter absque illis verbis, tunc induceret coniunctionem mixtam re, & verbis, ita loquitur Bart. hic. Ista concordia non placet,eo quia Bart. s.in d.2.q. princ.ponit,quando nomen collectiuum ponitur simpliciter, & de per se, & ponit exemplum, q̄n dicitur, lego filijs fratris mei fundum, non dicit Bartol.æquis portionib. sed simpliciter. Item si ibi diceretur æquis portionibus, non esset nomen collectiuum de per se, quod induceret coniunctionem verbalem, vt ibi vult Barto. sed etiam propter illa verba æquis portionibus. Bene credo verum esse,quòd si nomen collectiuum ponatur cum illis verbis æquis portionibus, quæ disiungunt re, vt hoc text.in 2.parte, ꝙ tunc induceretur coniunctio verbalis tantum. Si autem nomen collectiuum ponatur simpliciter, tunc credo, ꝙ inducat coniunctionem mixtam & re,& verbis,per rationem Bart.hic. ¶Aliud quartū exemplum de coniunctis re, & verbis simul, ponit text.in d.l. triplici.in §.videamus, sed ibi non esset copula. ¶Expeditis speciebus coniunctionum, venio ad earum effectus, & sic ad se-
101 cundam partem principa. Sciendum est, † quòd coniuncti habentur loco vnius personæ, vt l. planè.secundo respon.s.de leg.1.& sic ad vnam portionem vocantur. l. Titius fundi, & l. interdum.in princip.s.de hæred.instit.& l. si quis Titio. de vsufruct.accrescend.dixi latè in l.fin.C. de impub. & alijs substitu. Item substitutio reciproca videtur inuicem facta secundum ordinem coniunctionis. l. cohæredi. §. qui discretas. supra de vulgar.& pupillar. Item & tertio, coniunctio habet effectum iuris accrescendi, vel non decrescendi, & circa istum tertium effectum Bartol. format sex principales quæstiones, & suas accessorias. Prima quæstio est, qui habeant istud ius accrescen-
102 di, vel non decrescendi, † & inter coniunctos re tantum in proprietate habet propriè locum ius non decrescendi, & sic habet totum iure suo,ideo legata ab alio relicta non præstat.l. vnica.§.sinautem disiunctim, & §.sinautem ad deficientis. C. de cad.toll.declaraui latè.s.in primo euiden.huius legis, & licèt.l. scriptura. §.fin.& l.si separatim.ꝭ. de condi.& demon.appellent ius accrescendi,tamen est largè, & impropriè dictum, s̄m Bar.hic in coniunctis re tantum in vsufr.si post eius acquisitionem deficiat,habet locum ius accrescēdi.l. 1.§.interdum. s.de vsufr.accre.& sic tenet ad onus ei impositum, secus si ante acquisitionem vsusfructus alteri accrescat, tunc habet locum ius non decrescendi. Ratio autem quare in vsufru. postquam fuit acquisitus,adhuc habeat locum ius accrescendi, est quia vsusfru.nunquam in totum fuit acquisitus. Nam reputatur quotidie nouus vsusfru.cùm quotidie constituatur per patientiam,& sic habetur perinde, ac si multi essent vsusfr.d.§.interdum,& ibi glo.declarant,ideo semper videtur perinde esse, ac si accresceret ante acquisitionem,tamen in effectu est differentia,vt dixi.¶Circa coniunctos verbis tantum dic,ꝙ propriè
103 habet locum † ius accrescendi.l.vnica. §.his ita. C.de caduc. tollen. Fallit valde not. secundum Bartol. quando in coniunctis verbis esset omnimoda disiunctio rerum, tunc coniunctio verbalis non operatur ius accrescendi, puta si Titio, & Meuio lego singulis singulos seruos. l.huiusmodi. §. quib.ꝭ.de leg.1.vel quando essent assignatæ partes taliter diuisæ, & separatæ,quod possunt visibiliter,& ad oculum demonstrari, puta Titio, & Meuio lego talem fundum, Titio à parte superiori usque ad talem locum, uel usq; ad talem arborem,abinde. ꝭ. Meuio.Nam quælibet pars diuisa est separatus fundus. l. rectè dicimus.§.etiam. ꝭ.de verb.signific. Ideo non est locus iuri accrescendi. l. penultim. secundo respon. de usufruct.accrescen. Secus si partes solùm intellectualiter demonstrarentur, puta Titio, & Meuio lego fundum æquis portionibus, iuxta.l.Meuius.§.duobus.de lega. secundo, tunc ista coniunctio uerbalis bene habet effectum iuris accrescendi, ita nota. determinat Bartol.hic.not.perpetuò, & ualde signa istam doctrinam Bartol.quia est ualde utilis ad practicam,ut statim dicam,& cum Bartol.transit Salycet.hic.idem cum Bartol.simpliciter tenent Radh. Cuman. & Paul. de Castr. in d. l.huiusmodi. §.quibus. ¶Ex ista fallentia singulariter infertur secundum Salycet. ad
104 practicam pro dotibus, quæ relinquuntur filiabus. † Nam si testator dicat Titiæ,Caiæ, & Catherinæ relinquo pro dotibus, & cuilibet earum mille,tunc propter rerum diuisionem, quæ potest ad oculum demonstrari,non erit inter eas locus iuri accrescendi, si unam earum præmori contingeret uiuo testatore,uel antequam maritaretur, eius portio non accresceret alijs filiabus.not.quia casus iste frequenter contingit, & anno præ-
105 terio erat de facto in ista ciuitate Papiæ. ¶† Adde, quòd si testator instituat filias suas [b] in mille pro qualibet earum,licèt videātur esse coniunctæ,verbaliter propter nomen collectiuum,& propter unitatem sermonis,& orationis.l.unic. §.hoc ita tam variè. C. de cadu.tollen. tamen inter eas non habet locum ius accrescendi, quia separata quantitas cuilibet assignatur,ita determinant Bar.Bal.Nic.de Neap.Raph.Cum.& Pau. de Castr.in d.l.huiusmodi.§.quibus. per illum text. & idem tenent ibi Ang.& Flor.& Bald.in l.si duob.§. final.supra de leg.1. Ioan.de Imol.& d. Alexand.in l.qui filiab.§.1.eod.tit. Angel. in consil.11.incip.ser Bitius notarius.d.Alexand.in consi.55.2.vol. incip.viso titulo.q.in 2.colum.d.Mathe.in no.155.vbi istud no. ex ista doctr.Bart.hic,& ab ista decisio.nemo discrepat, & nemo vnquam discrepauit. ¶Contra istam cōem decis.quotidianam in practica ego arguo multò fortius,& est meū nouū fundamentum. Nam illud nomen collectiuum filias, inducit coniunctionem verbalem,& realem simul, secundum Barto. s.in 3.quæstio.princip. primæ partis princip. vbi tenet, ꝙ sunt coniuncti re,& verbis,quia nominis,& rei complexus eos iungit.d.l. triplici, ergo inter eos habet locum ius non decrescen-
106 di, † quia inter coniūctos re,& verbis simul habet locum, vt dixi,ius non decrescendi, ita tenet Bartol.in sequenti quæst. proxima,*& est sententia communis*, secundum Raphael. Cuma. ibi,

ADDITIONES.

a ¶De coniunctis re,& verbis simul. Adde, quæ scribit Alcia.in l.triplici. ff.de verb.sign.vbi hæc omnia disertè suo more explicat, & in materia dic, ꝙ ius accrescendi locum non habet, vbi est coniunctio verbalis, & subest disiunctio realis,& quando est facta discretio per testatorem, secundum Cuman. consi.114.col.2.post prin. & alijs seq. & nisi portio ipso iure deficiat, teste eodem Ias.in l.si duo patroni.col.3.& 4.ff.de iureiu.

b † Filias suas.Adde,ꝙ si testator legat filiab. centum pro qualibet, ꝙ nō erit locus iuri accrescendi,teste Ang.in §.singulis.inst.de pup.per tex.& ibi Bar. in l.huiusmodi.§.quib.ita.s.de lega.1.Quid si fiat legatum duab.n.ptio pro ipsis maritandis, & vna ipsarum mor atur in pupillari ætate? dic, ꝙ habet locum ius accrescendi,vt no.Bal.consi.161.lib.3. MASVER.

ibi,licèt idem Bart.ſibi contrarius ſupra in 2.q prin.primę par-
tis princ.teneat, ꝙ illud nomen collectiuum filias,inducat ſo-
lùm coniunctionem verbalem tantum, & iſto modo ceſſaret
iſtud obiectum, ſed primum vr̃ eſſe verius, ꝙ ſint coniunctæ
& re,& verbis ſimul, per d.l.triplici,& ſic habes magnam vtili-
tatem in practica,an ſit coniunctio verbalis tantùm,an mixta:
Defendendó prædictam communem deciſionem, à qua,vt di
xi,nemo diſcrepat,r̃nde ad iſtud fundamẽtum, ꝙ nomen col-
lectiuum filias, inducit coniunctionem verbalem, & realem
ſimul,eſt verum,'qñ teſtator ſimpliciter inſtitueret filias ſuas in
mille, vel relinqueret fundum filiab. ſimpliciter, illud nomen
collectiuum filiab. faceret coniunctionem tunc mixtam, ſed
in caſu præſenti additur pro qualibet earum, quæ facit omni-
modam diſiunctionem rerum, & iſtud eſt, ꝙ propriè volunt
Bart. & Doct. tam hic, quàm in locis præalleg. & iſta eſt pura
veritas. ¶Item diligenter attende inquantum Bart. hic tenet,
107 † ꝙ ſi teſtator dicat, Titio & Meuio lego ſingulis ſingulos
a ſeruos,vel ſi teſtator legat Titio,& Meuio talem fundum, Ti-
tio à parte ſuperiori vſque ad talem locum, vel talem arbo-
rem, abinde.j.Meuio,ꝙ ibi dñr verbis coniuncti, licèt iſta ver-
balis coniunctio non habeat effectum iuris accreſcendi.Idem,
vt dixi,tenet ſimpliciter Salic.hic. idem tenent Raph. Cum.&
Paul.de Caſt.in d.l.huiuſmodi.§.quib.ſed idem Raph.Cu. hic
in repet.in 6.& in 9.col.tenet ꝯrium,ꝙ iſta non eſt propriè cõ-
iunctio etiam verbalis, ſed ꝙ ſunt diſiuncti omnino quo ad
mentem teſtantis,& ꝙ ita vr̃ dixiſſe teſtator, vt celerius loque-
retur. l. ſi ita quis hæredes. ſ. de hæred. inſtit. & plus non dicit.
¶Ego etiam puto Bart.& Doct. in hoc malè dicere, & teneo
ꝯ eos, ꝙ iſti non dicantur etiam verbis coniuncti:moueor ra-
tione fundamentali. Nam illi dicuntur verbis coniuncti,quib.
eadem res in eadem oratione diſtributis partib. relinquitur, vt
dixi.ſ.in 2.q.prin. 1.partis prin.ſed hic relinquuntur diuerſę res;
ergo non poſſunt dici verbis coniuncti.Facit text.in l. vnica. §.
vbi autem. C. de caduc. tollen. vbi coniunctim dr̃ legari ver-
bis,qñ plurib. aliquid legatur,vt id quiſq; habeat ꝓ ſua portio-
ne.Sed iſto caſu non habent legatarij eandem rem pro parti-
bus, ſed diuerſas res, ergo non poſſunt dici coniuncti verbis.
Ad idem facit text. in hac l. noſtra. in 2. reſpon.vbi verbis con
iuncti dicuntur eſſe, qñ teſtator dixit, Titio & Seio fundum
æquis portionib lego,& ſic eadẽ res relinquitur,faciẽdo partes
pro indiuiſo. ¶Scdó principaliter pondero text. quem Bar.al-
legat pro ſe, & retorqueo in oppoſitum. ſ. in l. huiuſmodi. §.
quib.de leg. 1.vbi dicit text. ꝙ ſi lego Titio, & Meuio ſingulos
ſeruos,conſtat eos non concurſuros in eundem ſeruum,ſicu-
ti non concurrunt,cùm ita legatur,Titio ſeruum do lego: Me
uio alterum ſeruum do lego: pondera, ꝙ Iuriſc.ibi æquiparat
iſta duo, ergo ſicut ſi dico, Titio ſeruum do lego, Meuio alte-
rum ſeruum do lego, proculdubio non inducitur coniunctio
verbalis, ex quo ſunt diuerſæ orationes, & diuerſæ res.Ita etiã
in primo caſu potes dicere ſaluando Bartol.ꝙ ibi æquiparatio
fit quo ad concurſum, & ſic quo ad ius accreſcendi, & iſtud
eſt, in quo propriè ponderauit Bart.illum tex.non autem ibi fit
æquiparatio quo ad coniunctionem verbalem. patet, quia in
primo caſu eſt vna oratio tm̃, & vnum verbum lego,ſed in ſe
cundo caſu duæ orationes. ¶Tertio pro iſta parte ꝯ Barto.&
108 Scrib. facit, † quia cauſa non poteſt eſſe ſine effectu, ne fru-
ſtratoriè inducatur.l.hæc ſtipulatio.§.diuus.j.vt leg.no.cauea.
l.non cogendum. §. Sabinus. ſ. de procur. Item illud, ꝙ caret
effectu,caret ẽt noĩe.l.vni.& ibi Bald.C.de nudo iure quiri.tol-
len. glo. in c.admoneri.33. q.2.tunc ſic,effectus coniunctionis
verbalis eſt circa ius accreſcendi, vt in hac.l.2.reſpon. Bart.ſ.in
3.opp.ſed qñ legantur plurib.ſinguli ſerui,non habet inter eos
locum ius accreſcendi, ergo non debent dici verbaliter con-
109 iuncti.† Non obſt.ſi diceretur,ꝙ vnitas ſermonis eſt illa, quę
inducit coniunctionem verbalem.d.l.vnica.§. hoc ita tam va-
riè.C.de cad.tol.Bart.ſ.in 1.q.2.qõnis princ.in 1.parte, vbi dixi.
Hinc eſt,ꝙ licèt plures ſint ſolutè poſiti in eadẽm oratione, tñ
pp vnitatem ſermonis dicuntur verbis coniuncti.tex.eſt in d.l.
triplici.§.videamus.Bart.ſ.in d.2.q.prin.2.partis prin. ſed in ca-
ſu noſtro plures ſunt facti legatarij in eadem oratione, ergo
dñr verbis coniuncti.Rñdetur,ꝙ iſta ratio procedit,vbi vna, &
eadem res plurib.ꝓ portionib.pro indiuiſo relinquitur,vt dixi.
ſ.in 1.fundamento,ſecus ſi plures res, ita ꝙ ſinguli ſingulas ha-
beant, vel vnam rem factis partib. pro diuiſo demonſtrabilib.
ad oculum,quia tunc dñr duæ res.l.rectè dicimus.§. final. j. de
verbor.ſing .Non obſt.etiam ſi diceretur, ꝙ tpę facti legati res
erat vnita,& erat vnus fundus, & ſic legatarij tempore facti le-
gati ſunt vocati ad vnam rem, ergo debent dici verbis coniũ-
cti,licèt pp verba teſtatoris fiant duę. Reſpondetur,ꝙ licèt an-
110 te factum legatum vnus eſſet fundus, † tñ ex quo per partes
viſibiliter diuiſas ſeparatur à teſtatore, quælibet pars fundi dr̃
eſſe vnus fundus deſtinatione patrisfa.l.qđ in rerum. §. ſi quis.
poſt.& l.planè.§.fi. ſ. de leg. 1. Ideo teſtator dicitur legare plu-
res res,ergo non dicuntur verbis coniuncti:facit.l.1. in princ. in
verſi.cæterum.ſ.de vſufr.accreſ. & ita habes bene defenſatam
iſtam concluſionem ꝯ Bar.& Doct.quam etiam puto veram.
111 ¶† Circa coniunctos re,& verbis ſimul,an habeat locum ius
accreſcendi,ꝙ competit cum onere iniuncto deficiẽti, prout
habet locum in coniunctis verbis tm̃, an verò habeat locum
ius non decreſcendi,ſicut in coniunctis re tantum, qui veniũt
iure ſuo, & ſic non tenentur ad onus iniunctum deficienti, ex
quo hic ambæ qualitates concurrunt, ꝙ ſunt coniuncti re, &
verbis ſimul. Dubium maximum facit, quia coniuncti re, &
verbis tenentur ſubire onus partis deficientis d.l.vnica.§.ſin au-
tem ad deficientis, & ibi glo.hoc expreſſè tenet. C. de cad.tol.
ergo vr̃,ꝙ veniant ꝑ ius accreſcendi.Nam qui veniũt ꝑ ius non
decreſcendi, vt ſunt coniuncti re tantum, non tenentur tale
onus ſubire, vt ibidem eſt tex.Iſtud eſt fortiſſimũ arg.ſm Ra-
ph.Cum.hic in repet.in 9.col.Hoc non obſt.Bar.determinat,ꝙ
veniant per ius non decreſcendi: nam faciunt ſibi partes per
concurſum.§.ſi eadem res.Inſti.de leg.& l.coniunctim.ſ. eod.
ergo habet locum ius non decreſcendi.Nec obſt.ꝯrium.ſ.for-
matum,q a rñdet Bar.j.in 4.q.prin. ꝙ iſtud operatur cõiunctio
verbalis. Nam pp coniunctionem verbalem vr̃ onus adiectũ
vni repetere in perſonã alterius, ſi ad eum totũ legatũ ꝑueniat.
arg.l.Seio.§.Caio. j. de fund.inſtr.cum Bar.ſimpliciter tranſeũt
✱ Sal.& Bex.in rep.in vlt.char. *& iſta eſt cõmunis ſentẽtia*,ſm Raph.
Cu.hic in repe.in 9.col.in fi.ſed ipſe Raph. reprehendi prædictã
ſol.Bar.quia cùm iſte coniunctus re, & verbis veniat ex perſo-
na ſua, & ſic in re ſua, & non ex perſona deficientis, ideo non
debet induci repetitio oneris. Alioqui ſequeretur, ꝙ etiã gra-
uato veniente,coniunctus re,& verbis teneretur ad onus,ſicut
illo non veniente, ꝙ conſtat eſſe falſum, vnde ipſe conſiderat
diuerſis reſpectib. poſſe dici ius accreſcendi, & ius non decre-
ſcendi pp diuerſas qualitates,quę concurrunt,vt hic latius per
eum:ſed certè hoc non diſcrepat in effectu ab opi. Bart.ſi præ-
dicta bene conſideras.Adde pro concl.Bar.ꝙ in coniunctis re,
& verbis habeat locum ius non decreſcendi,glo. ordi.quæ an-
te Bar.idem tenet,in l.1.§.fin.ſ.de vſufr.accreſ.Bald. in d.l. vni-
ca.§.his ita.C.de cad.tol.Imol.in l.ſtipulatio iſta.§.eum qui.j.de
112 verb.obligat. ¶† Circa omnino diſiunctos, qui ſunt ſeparati
verbis,& portionib.& ſic ſunt omnino diſiuncti, conſtat in le-
gatis non eſſe locum iuri accreſcendi.l. 1. in ſecundo reſpon.ſ.
de vſufr.accreſ. & l.à Proculo. de lega. 2. In hæreditatib. ſecus,
niſi ſit miles,qui poteſt decedere pro parte teſtatus,& pro par-
te inteſtatus,ita concludit Bar.& cum eo ſimpliciter tranſit Sal.
licèt in legatis Bexu. in repe. in vlt.col. dicat diſputatiuè poſſe
teneri ꝯrium,& minus bene.Tu not. diligenter rõnem Barto.
quare in hæreditatib. etiam inter omnino diſiunctos habeat
locum ius accreſcendi. Ratio eſt, ne teſtator decedat pro par-
te bonorum teſtatus,& pro parte inteſtatus ꝯ.l.ius noſtrum.j.
de reg.iur.Adde Bart.qui eandem rõnem aſſignat.j. in antepe.
col.in 5.q.princ.circa prin.eam tenet Bar.in l. vnica.§.his ita.C.
de cad.tol.Bald.in l.mihi,& tibi.in prin.de leg. 1. Odofriate in l.
vni.in 5.col.ad fi.& ibidem Lud.Rom.C.qñ non pet.par.& eſt
glo.quæ iſtam rõnem ponit,in l.ſi ſeruus cõis ab extero.in glo.
pen.ad fi.ſ.de acquir.hær.& gl.in l.Celſus.§.fin.de leg. 2.& pro
iſta ratione eſt bonus text. in l.ſi duob. ſupra de teſtamen.milit.
quem text.ad hoc alleg.Raphael Fulgoſ. in dict. §.his ita. Iſta
✱ ratio *communiter tenetur*,ego puto,quod non ſit vera,& ſemper
113 eam reprobaui per quatuor fundamenta. ¶† Primò, quia in
a hæreditatib.[a] habet locum ius accreſcendi,non ſolum in ſuc-
ceſſionib.ex teſtamento,quo caſu dicta ratio poſſet eſſe colo-
rata, ſed etiam habet locum in ſucceſſionibus ab inteſtato,ſe-
cundum Bartol. infra in 2. quæſtio. quintæ quæſtionis princip.
vbi latè dicam: ſed inter ſuccedentes ab inteſtato ceſſat dicta
114 ratio,quia omni caſu ſemper eſt inteſtatus. ¶† Secundò con
funditur iſta communis ratio,quia licèt teſtator à princip.non
poſſit decedere pro parte teſtatus, & pro parte inteſtatus.dict.
l. ius noſtrum. tamen ex poſt facto bene poteſt. text. eſt in l.
circa. ſupra de inofficioſ. teſtamen. & ita per iſtud fundamen-
tum iſtam rationem impugnat Cyn.in dict.§. his ita. in primo
notab.¶ Tertiò confunditur iſta communis ratio per text.mi-
rabilem in l.ſi ſolus.in princip. ſupra de acquiren. hæredit. vbi
ſi aliquis ſit inſtitutus in diuerſis portionibus hæreditatis, & in
aliqbus habeat ſubſtitutum, ſi vnam ex iſtis partibus hæredi-
tatis acceptat,aliæ accreſcũt ſibi inuito:ecce, quòd ibi in omni
[illegible] parte

A D D I T I O.

a Hæreditatibus. Adde, quòd ius accreſcendi in hæreditate non poteſt prohi-
beri per teſtatorem,ſecundum communem per Dec.num.21. vbi etiam Car-
gnol.in rub.C.quando non pet.par. MASVER.

parte sibi erat prouisum per dationem substituti, vt non posset testator decedere pro parte testatus,& pro parte intestatus, & tamen habet locum ius accrescendi. text. est ibi multum solennis de hoc.Nisi respondeas secundum Barto. ibi, quòd illud
115 sit,ne stet in pẽdenti successio.¶† Quartò,& vltimò si dicta ratio esset vera,sequeretur, quòd ius accrescendi non haberet locum in cõtractibus,quia in eis cessat dicta ratio,& tamen istud est falsum , quia etiam in contractibus habet locum ius accrescendi.l.fundus ille.ff.de contrahen.emp.Barto.& alij in l.si mihi, & Titio. cum concord. ibi traditis. ff. de verborum obligat. Albe.Bald.& Saly.in l.vnica.C.quando non peten.part.¶Secũdam rationem assignat text.in l.vnica.§.his ita.ad fin. C.de cad.
116 tollen. † quia absurdum est eiusdem hæreditatis partẽ agnoscere,& partem respuere:& sic ne sit in potestate hẽredis vnam partem accipere,& aliam omittere , & sic scindere hæreditatẽ, quod est absurdum.l.1.& 2. ff. de acquiren. hæred. & istam rationem tenet Barto.in d.l. 1. in 1. colum. de acquirend. hæred.
117 ¶† Tertia ratio est, quia hæres repræsentat personam defuncti,& fingitur eadem persona cum defuncto,vt in Auth.de iureiuran.à mor.præstit.in princip.collat. 5. gloss.in l. cùm à matre. C. de rei vend. ideo non potest repræsentare in parte , & in parte non:vt est glo.no.in l.2.ad fin.ff.de præto.stipu.quod esset, si non haberet locum ius accrescendi. Hinc est, quòd in legatis inter omnino disiunctos cessat ius accrescendi , quia in eis cessat ratio prædicta.Istam rationem tenet Barto. in l. mulieri , & Titio.ff.de condi.& demonstra.& not.Bal.in l. 1. C.de indi. vid. tollat.¶Huic rationi etiam duo obst.ex his , quæ allegaui contra primam rationem.Primo,quia ex postfacto potest testator decedere pro parte testatus , & pro parte intestatus. Secundò, quia sequeretur,quòd in contractibus non haberet locum ius accrescendi , quia cessaret ratio prædicta , quod tamen est falsum.¶Quartam rationem assignat Bald.in l. vnica. §. 1. in vlt. colum.C.de cadu.tollen.ratione vnionis, quia sicut naturaliter euenit,quòd si vnius oculi pupilla clauditur , alterius oculi pupilla dilatatur. Ita quando deficit vnus coniunctorum,alter lo-
118 cupletatur,& hoc propter colligantiam,† quia cortina cortinam trahit,ita ibi Bald.Adde facere text.in d.l.vnica.§.hoc ita tam variè. C. de cadu. tollen. ibi, propter vnitatem sermonis, quasi in vnum corpus redacti:ista ratio non est ad propositum nostrum,quia solùm procedit in legatarijs coniunctis : sed nos loquimur inter omnino disiunctos,præsertim in hẽreditatibus. ¶Quintam rationem assignat breuiter Aret.in d.l.1.ff.de acqu. hẽredit. quia eadem res non debet diuerso iure censeri. l. cum qui ædes. ff. de vsucap. & c. quia circa. de priuileg. Tene secun-
119 dam,& tertiam simul iunctas pro minus periculosis. ¶ † Limita conclu. Barto. & prædictam regulam non habere locum in fisco hærede , in quo non habet locum ius accrescendi , secundum Ludoui. Roma. in l. vnica. C. quando non peten. part. & in d. l. 1. de acquirend. hæredit. allegat ad hoc glo.pro singul.in l.ea sola.ff.de regul. iur. Ista esset conclusio disputabilis , nunquid ius accrescendi habeat locum in fisco hærede.dom. Alexan.in d.l.1 in penul.colum. de acquiren. hẽred. reprobat istam fal. eo quia rationes pręalleg. quare inductum est ius accrescendi,habent locum etiam in fisco hẽrede , & dicit,quòd gl.in d.l.ea sola.non loquitur , quando fiscus veniebat tanquam hẽres,sed aliter. Est bene verum,quòd glo.in d.l.ea so-
120 la.est sing.ad aliud,videlicet ad reg.† quæ habet,quòd deportatus non potest habere heredem;est verum, quando fiscus vult habere bona deportati,aliàs si fiscus nolit habere,bene deportatus habet hẽredem,& ad hoc illam glo.reputat singul. Bald. in l.eam quam.in 6.colum.C.de fideicom. & Ludo.Roma. in d.l. 1.in fin.de acquiren. hẽred. & est text. de hoc in l. si seruus plu-
121 rium.§.si quis ante.ff. de lega.1. ¶† Ego teneo istam opin. do. Alexan.contra Ludo.& moueor,quia in fisco nunquam est aliquid speciale magis,quàm in priuato , nisi in lege istud expressè dicatur.text. est in l. item videndum. §. in priuatorum,& ibi glo.ff.de pet.hẽre.& text.in l.1.& ibi glo. C.eo. ideo in causis fiscalibus ita seruandus est ordo iuris,sicut in causis priuatorum, text.est in l.1.& ibi Barto.& alij ad hoc not.C.de condu.& pro-
122 cur.prædio.fisc.lib.11.¶† Secundò moueor,quia etiam in hẽreditatibus,& in legatis ad pias causas habet locum ius accrescendi,secundum Bald.in repet.l.penul. C.de sacrosan.eccles.in 17.colum.in versic.super quinta videtur, ergo etiam habet locum in fisco. ¶Quinta , & vlt. quęst. Barto.huius.1.quęstionis
123 princip. est , † an ius accrescendi transeat ad successorem , vt hic per Barto. Adde inquantum Barto. primo loco tenet , ꝙ in vsufr. ius accrescendi non transit ad successorem,eo quia vsusfru.accrescit personæ,& non portioni.l. interdum. in fin. ff. de vsufru.accrescen.&l.& an eadem.§.qui cùm partem.ff.de exce. rei iud. Mirandum est de Barto. cùm non possit quis habere in eodem vsufru.nec vniuersalem, nec singularem successorem, dato etiam ꝙ quis acquisiuerit vsumfru. expresè pro se, & hẽredibus, cùm diuersi sint vsusfru.l.stipulatio ista. §. si quis ita stipulatus. ff. de verborum obligat. & sic hẽres egebit tunc noua constitutione vsusfru.secundum Barto.ibi,& in persona hæredis requiritur noua cautio de vtendo,& fruendo arbitrio boni viri, secundum Bald.in l. vnica. §. excepto. C. de cadu.tollen. vnde cùm sit diuersus,& separatus vsusfru.ab eo, cum quo testatoris vsusfr.erat coniunctus,idcirco de eo quæri non potest: respectu iuris accrescendi ; de singulari quoq; successore queri nõ potest,quia vsusfr.non põt alteri pstari, nec cedi titulo singulari,quin statim reuertatur ad proprietatem. text. est not. in l. si
124 vsusfru. fundi. de iure dot. † Duo tamen videntur esse casus, in quibus quis potest habere successorem singularem in vsufr. & in eius persona habere locum ius accrescendi , qui ponuntur in text.l.sicut in annos. §. 1. quibus modis vsusfru.amit. ibi, perinde ac si alius esset in vsufru.substitutus , & sic quando per testatorem esset datus substitut.vsufructuario , isto casu haberet locum ius accrescendi cum eo , cum quo coniunctus erat ille,cui fuit substitutio facta,dato,quòd censeatur alter vsusfru. & hoc est , quia testator substituit. text. videtur ibi esse de hoc, quem tu vide,& bene considera . Secundus casus est in vsufru. ex repet. posteà quęsito eidem vsufructuario , cùm alius esset extinctus capitis diminutione,habet locum ius accrescendi, licèt videatur esse alius vsusfru.ita est ibidem text.not. Considera,si alia fuerit intentio Barto. & aliter saluari possit. Vel aliter posset dici defendendo Barto. quòd licèt alius , & separatus sit vsusfru.apud hæredem vel successorem, quàm esset vsusfruct. primus,tamen istud non habet impedire ius accrescendi , sicut alius est vsusfru.formalis,& alius vsusfruct.causalis, tamen ista diuersitas in qualitate vsusfruct. non impedit concursum, nec ius accrescendi.l.si alij.ff.de vsufru.leg.& l.idem Neratius. §.fin. de vsufru.accrescen.& declaraui sup. in 1. parte.in 4.quæst. pri-
125 mæ quæst.princip. secundum Saly. ibi. ¶† Secundò inquantum Barto. tenet , quòd in hẽreditate , & legato respectu proprietatis ius accrescendi transit non solùm ad vniuersalem, sed
a etiam ad singu.successorem. [a] Pro clariori intelligentia reassumo in dubium , an ius accrescendi transeat ad emptorem , & sic ad singu. successorem , qui ab vno ex hæredibus emit partem suam hæreditatis , an verò debeat pertinere venditori, qui adhuc remanet hæres. Istam quæstionem,quia valde vtilis est, intendo latè disputare ad vtranque partem arguendo , & respondendo.Partem negatiuam,quòd ius accrescendi non transeat in emptorem partis hæreditatis,tenuit subtilis Petr.de Bellaper.hic,quem sequitur Ray.de For. & Flo.in l. 1. §. interdum. in 4.colum.supra de vsufru. accres. Salyc.in l. vni. in 7. quæstio. C.quando non pet.par.Rapha.Cuma.in l.Papi.infra ad Trebel. & istam partem ego aliàs tenui in d.l.vnica.in 2.char. C. quãdo
126 non peten.par.¶†Pro ista parte negatiua facit optimè , quia venditor hæreditatis remanet adhuc hæres, & conuenit actionibus hæreditarijs sicut prius, quibus emptor conueniri non potest.l.2.C.de hære.vel act.vend.& l.2.C.de pact. ergo ad eum debet spectare ius accrescendi , sicut etiam spectat substitutio. l. ex facto. §. Iulius Longinus. supra de vulga. & pupil. & istud
127 fuit fundamentum subtilis Petr. de Bellaper. ¶ † Confirmo istud fundamentum , quia ius accrescendi dicitur esse tacita substitutio.l.si Titio , & Męuio.§.Iulia. supra de leg. 2. sicut ergo substitutio expressa non transit in emptorem hæreditatis, vel in eum cui restituitur hæreditas , sed remanet apud eum , qui solo nudo nomine remanet hæres. d. §. Iulius Longinus. ergo idem dicimus in iure accrescendi , quod dicitur esse substitutio tacita , cùm taciti, & expressi idem sit iudicium.l. cùm
128 quid.supra si cert.peta. ¶†Confirmatur & secundò,quia cùm venditor hæreditatis semel fuerit effectus hæres per aditionem hæreditatis, ergo amplius non potest desinere esse hæres. l. & si sine. §. sed quod Papi. supra de min. gloss. & Docto. in l. in substitutione. de vulga. & pupil. Huic fundamento rñde,ꝙ aliud est in substitutione,quę concernit personã substitutam.l.q liberis.§.hec verba.ff.de vulga.& pup.ideo illa vadit ad personam

ADDITIO.

a ¶Successorem. Adde,quòd opin.Barto. affirmatiua,qua dicit ius accrescendi transire in particularem successorem ; vtpote in emptorem , per l. si totam, supra de acquirend. hæredit. reprobatur per Petr. de Bellapert. & Flor.in l.1.§.interdum.ff.de vsufru.accrescen.quos sequitur ipse Ias.in l.vnica.colum. 4.post med.C.quando non peten.partes.& hic,dum sustinet opinio Pet.contra Barto.esse communem.quam opinio.vti communem sequitur Bertrand. cons.390.viso publico.colum.fina.nume. 8.lib.6.in nou.vbi inter alia inquit, & quamuis Docto.in locis prædictis loquantur in particulari successore, vtpote in emptore hæreditatis,vel simili,idem tamen existimo esse in emptore vniuersalis fideicommissi,cum fideicommissarius vicem hæredis teneat.l. si filiusfamilias.ff.quod cum eo.l.postulante. ff.ad Trebel. & vtrobique videtur esse eadem ratio,inquit ipse. MASVER.

perſonam hæredis inſtituti, licèt indignam hæreditate, aliud
eſt in iure accreſcendi, quod concernit rem, ſeu portionem.
l.ſi ex pluribus.vbi eſt text. de vtroque.infra de ſu. & legi.& di-
cam latius infra in primo fundamento partis contrariæ. ¶Se-
cundò pro parte hæredis facit, ſecundum Salyc. in loco præ-
alleg. Nam licèt venditor hæreditatis non habeat res hæredita-
tis, habet tamen pretium portionis hæreditatis venditæ, & ſic
129 cenſetur habere ipſam portionem hæreditatis,† quia in vni-
uerſalibus pretium ſuccedit loco rei.l. ſi rem & pretium. ſupra
de peti.hæredita.l.2.§. perueniſſe.ſupra de hære. vel act.vendi.l.
Imperator.§ fin.cum l.ſequen.de lega.2.l. Labeo & Sabinus.§.
1.& ibi glo no.infra de verborum ſignificatione. ergo cùm vi-
deatur habere rem, ergo etiam ſibi debet accreſcere,per l.ſi to-
tam.in fin.ff.de acquiren hæredit. Confirmo per text. in l.quia
qui pretio de vſufruct. & quemadmo. quis vta. vbi dicit text.
qui pretio fruitur,non minus habere intelligitur, quã qui prin-
cipali re vtitur.Ad idem adde text. in l.ſi quis pecuniam.§.fin.
ſupra ſi quis omiſ.cau.teſta.vbi dicit text. ſi hæres vendit hære-
ditatem, vtique poſſidere videtur,niſi dolo feciſſet,quominus
poſſideat.Ratio eſt ſecundum glo.& Docto.ibi, quia pretium
habet,quod ſuccedit loco hæreditatis venditæ.Huic fundamẽ-
to reſponde, quòd licèt habeat pretium, non tamen verè ha-
bet res hæreditatis, nec portionem hæreditatis venditæ, ergo
nec debet habere ius accreſcendi, quod portioni accreſcit.d.l.
ſi totam.in fin. Et pro iſta ſolu.pondero text.in dict.l. ſi rem &
pretium. circa fin. in verbo quodammodo, quæ eſt nota im-
proprietatis,vt eſt glo.in l.ſi me in vacuam.& ibi Bar. not.infra
de acquiren.poſſeſſio.glo.in l.1.in princip.de rerum diui.¶Ter-
tiò facit,quia ratio,quare eſt inductum ius accreſcendi,militat
pro hærede,& non pro emptore hæreditatis, quamcunque ra-
tionem teneas ex quinque, quas recitaui ſupra in parte præce-
130 denti. ¶† Quartò facit, quia in emptorem hæreditatis non
tranſeunt niſi actiones,quæ tunc temporis competebant,quan
do fuit hæreditas vendita, non quæ in futurum competunt.l.
hæredem.cum gloſſ. & ibi Barto.ff.manda. quæ lex eſt ad hoc
ſing.ſecundum Bald.in l.ſi in ſolutum. C.de actio.& obliga.fa-
cit bene tex.in l.2.§.1. de hære. vel actio. vendi. vbi dicit text.in
hæreditate vendita in id tempus, quo venditio fit, videtur ve-
niſſe,ergo cùm ius accreſcendi ſit cauſatum poſt venditionem
factam,ergo non debet tranſire ad emptorem hæreditatis.Re-
ſponde, quòd ius accreſcendi tempore venditionis erat in ha-
bitu,& in potentia cohærede repudiante, licèt nõ in actu,ideo
tale ius in habitu, & potentia exiſtens dicitur transferri in em-
131 ptorem hæreditatis. ¶† Quintò,& vltimò facit trita regula,
inter ſuccedentes diuerſo iure non habet locum ius accreſcen-
di,etiam in hæreditate l.ſed cum patrono.in princip.ff. de bon.
poſſeſ.titu.gene.ſed emptor hæreditatis ſuccedit titulo ſing.in-
ter viuos,ergo non debet habere ius accreſcendi, cohærede vẽ
ditoris deficiente,qui veniebat titu. vniuerſali. Ad hoc not.re-
ſponde ſecundum Aret.in d.l. ſi totam. licèt ad aliud propoſi-
tum,quòd illud,quod dicitur, quod inter ſuccedentes iure di-
uerſo non eſt locus iuri accreſcendi,eſt verum,niſi ille,qui ſuc-
cedit diuerſo iure, ſubrogetur in locum eius, qui ſuccedit in
eod.iure, vt in caſu præſenti, quia tunc propter virtutem ſub-
rogationis admittitur ad ius accreſcendi, vbi aliàs non admit-
teretur,& dicit Are.quòd eſt ſuum nouum dictum, & not.li-
mitatio ad regu.d.l.ſed cum patrono. & iſta opin. Pet. videtur
a eſſe multum ſuſtentabilis.¶Contrariam opin.[a] tenet Bart.hic,
per tex.fortem in l.ſi totam.ff.de acquir.hæredit.vbi aliquis ro-
gatus eſt reſtituere totam hereditatem,aut partem, in qua fuit
inſtitutus tacitè, & in fraudem, & ſic non capaci, prout etiam
ibi declarant glo.& Doct.quo caſu, vt ab indigno aufertur ſibi
hæreditas,& applicatur fiſco.l.qui Titij.in fin.& l. cum tabulis.
in fin.infra de his quibus,vt indi.& l.3. ff.de iur. fiſc. licèt rema-
neat heres nomine, & admittatur ex ſubſtitutione.d.l. ex facto.
§. Iulius Longinus. tamen ius accreſcendi ei non competit,
quia rem non videtur habere.ita dicit ibi text. & ſic ius accre-
ſcendi reſpicit rem, & non perſonam, vt ſtatim. infra dicetur.
Aduerte,quòd ille text.ſeruit pro Bart.in duobus. Primò enim
probat,quòd ius accreſcendi tranſit in ſucceſſorem, ſcilicet, in
fiſcum, prout ibi omnes tenent; ergo etiam in quæſtione no-
ſtra debet tranſire in emptore hæreditatis.Secundò ille tex.tol-
lit fundamentum Pet. quòd licèt ſubſtitutio remaneat penes
eum,qui durat heres nomine, licèt ab eo auferatur hereditas,
vt ab indigno, vt eſt text.in d.§. Iulius Longinus. eo quia ſub-
ſtitutio reſpicit perſonam ſubſtitutam. l. qui liberis. §. hec ver-
ba.ſupra de vulga. & pupil. ſecus eſt in iure accreſcendi, quod
non competit ei, qui remanet heres; ſed ab eo aufertur he-
reditas, vt ab indigno, & applicatur fiſco, eo quia rem non ha-
bet, vt dicit ibi text. & ius accreſcendi concernit rem, ſeu por-
tionem,& ideo Bart.hic dicit, quòd dictum Pet.tollitur per d.
l.ſi totam. ¶Secundò diligẽter aduerte circa intellectum illius
text. ſi totam. ꝙ inquantum loquitur in grauato reſtituere to-
tam hæreditatem,non videtur,quòd vllo modo poſſit proce-
dere,quòd tunc poſſit tractari de iure accreſcendi, cùm nõ poſ-
ſit habere cohæredem, ex quo ſolus fuit inſtitutus in tota hæ-
reditate, & ſic inſolidum, & propterea ille text.inquantum di-
cit totam hæreditatem,intelligitur ſecundum Docto.ibi, ideſt,
totam portionem hæreditariam,in qua fuit inſtitutus, & ſic eſt
ſenſus,quòd aliquis fuit inſtitutus in parte hæreditatis, & totã
ſuam partem grauatus eſt reſtituere tacitè, & ſic incapaci.nam
non poteſt intelligi ille tex.in mille annis in inſtituto in tota hæ
reditate, & ſic inſolidum, quia tunc non poſſet habere locum
ius accreſcendi,de quo ſolo loquitur ille tex. Et dum dicit,aut
partem. intelligitur, quando aliquis fuit inſtitutus in parte, &
non fuit rogatus reſtituere totam illam partem, ſed partem
ſuæ partis,vt ſic differat à primo.Sed iſta ſecunda expoſitio vi-
detur contra illum text.dum dicit, quòd nihil ei poterit accre-
ſcere.Nam iſtud,quod dicit tex.non videtur poſſe ſtare,ex quo
enim non priuatur totaliter parte ſua, ſed parte partis, certè
pro rata, quæ remanet àpud eum, haberet locum ius accre-
ſcendi, & ſic non verificaretur illa vniuerſalis negatiua, nihil
accreſcit. ¶Poteſt dici, quòd illa verba intelliguntur reſpectu
partis ablatæ, ac ſi diceret pro portione ſibi adempta nihil ei
accreſcit,& ſic vides, quòd ille tex.non tranſit ſine violentia,&
diuinatione,ſed aliud dici non poteſt.¶Ad illum tex.reſponde
132 tripliciter.† Primò ille tex. loquitur in fiſco auferente hæredi-
tatem ab hærede indigno,qui habetur tanquam ſucceſſor vni-
uerſalis,& in eum tranſeunt omnia iura actiuè,& paſſiuè ſecũ-
dum Bart.& alios in l.ſi conſtante.§.fin.ſ.ſolut.matrimo. quod
ſecus eſt in caſu noſtro in emptore, qui eſt ſing.ſucceſſor. ¶Se-
cundò reſpondetur ſecundum Salyc.in d.l. vnic.in 8. quæſt. C.
quando non pet.par.quòd nos loquimur in hærede, qui ven-
didit hæreditatem,ſeu partem hæreditatis, qui licèt nõ habeat
133 res hæreditarias,habet tamen earum pretium,† quod in vni-
uerſalibus ſuccedit loco rei.l.ſi & rem & pretium.ſupra de pe-
tio.hæred.& dixi ſupra, quòd ſecus eſt in d.l. ſi totam. vbi non
habet aliquod pretium loco rerum hæreditariarum,ideo dicit
ibi text. quòd nihil ei accreſcit, quia rem non videtur habere.
¶Tertò reſponde ſecundum Rapha. Cuman.in d. l. Papin.ad
Trebel. quod text.in d.l.ſi totam. loquitur in accommodante
fidem de reſtituendo incapaci, & ſic in caſu prohibito, vt ibi
per gl.& Doct.nimirum ſi priatur etiam iure accreſcẽdi, quod
non eſt in emptore hæreditatis, qui caſus eſt licitus, & permiſ-
134 ſus à iure,vt toto titulo.ff.& C.de hære.vel actio.vendi.¶†Se-
cundò principaliter pro Bart.facit tex.in l.2.§.pen.de hæred.vel
actio.vend.ibi,emptorem hæreditatis vicem hæredis obtinere.
ergo ſicut hæredi accreſceret, ita etiam deberet accreſcere
emptori hæreditatis, cùm vicem hæredis obtineat, vt ibi dicit
tex. Confirmo, quia omnia iura vtilia transferuntur ex vendi-
tione in emptorem hæreditatis.l.emptor hæreditatis. C.de her.
vel actio.vendi. Ad primum reſponde, quòd ille text. in d.§.
pen.videtur potius facere in oppoſitum. nam cũ dicat empto-
rem hereditatis vicem heredis obtinere, ergo non eſt hæres,
quia aliud eſt eſſe talem, aliud vice talis haberi.l.mercis appel-
latione.infra de verbo.ſignifi.Bar.in l.ſi maritus. §.legis. infra de
adulte. Ad ſecundum reſponde, quòd iura vtilia particularia
actiua,& paſſiua tranſeunt in emptorem hereditatis. ita loqui-
tur.d.l.emptor hereditatis. ſed iura vtilia vniuerſalia non poſ-
ſunt transferri ex contractu, vel ex diſpoſitione inter viuos, vt
135 eſt text.ſolennis in l.ſi mulier.§.ex aſſe.de iure dot.† Eſt enim
differentia inter iura vtilia vniuerſalia, & iura vtilia particula-
136 ria,vt magiſtraliter declarat Bar.in l.ex aſſe.ff.ad Treb. ¶†Ter
tiò facit text.in d.l.2.in princ.de her.vel act.vendi vbi dicit text.
neque amplius,neque minus iuris emptor habeat,quàm apud
heredem futurum eſſet ergo cùm ius accreſcendi fuiſſet penes
hæredem,debet tranſire in emptorem,quia minus iuris eo non
debet habere.confirmo per tex.in d.l.2.§ non ſolũ in ver. ſicuti.
vbi tex.dicit,ꝙ omne lucrũ, & omne damnum reſpicit empto
rem hereditatis,ſed ius accreſcendi eſt lucrũ, ergo debet reſpi-
cere emptorem hæreditatis. Rñde, ꝙ prædicta procedunt,
quo

ADDITIO.

a [a] Contrariam opin.Adde, an ius accreſcendi tranſeat ad emptorem hæredi-
tatis,qui partem hæredis à cohærede emit, vel penes hæredem remaneat, &
dic,quòd Bar.hic.q.1.1.par ver.quarto quæro.num.26. tenet, quòd tranſeat
ad emptorem.Contrarium videtur velle Pet.de Bellapertica hic, & Sal.in l.
vnica.quæſt.8.C.quando non pet.par.vbi idem Iaſ.num.20. & in l. poſt ven-
ditionem.num.1.C.de pact.vſque ad fin. d.l. vbi videtur velle ſaluare Bart.in
vno caſu,ſed Bar.opi.veriorem dicit Crot. hic.nu.44. quas opin. Politus hic
nu.44 49.fœdere diſtinctionis concordat. MASVER.

quo ad portionem hæreditatis venditam, quia omnia peri-
cula, & commoda illius portionis tranſeunt in emptorem hæ-
reditatis, ſecus eſt in portione accreſcendi, quia lucrum eius
partis debet hæredi ſpectare.¶Quartò facit text.in d.l.2.§.illud
poteſt quæri.præſertim in ratione ſui, vbi quæritur, ſi venditor
hæreditatis fuit impuberi pupillariter ſubſtitutus,an illud,quod
ex ſubſtitutione pupillari conſequitur, teneatur reſtituere em-
ptori?determinat quòd non, quia alia eſt hæreditas pupilli, &
alia eſt hæreditas,quam vendidit:ergo ſi eadem eſſet hæreditas,
emptori acquireretur, ſed ius accreſcendi eſt portio eiuſdem
hæreditatis venditæ,quia accreſcit portioni hr̃ditatis,ergo, &c.
Reſponde,quòd ratio illius text. facit in oppoſitum, quia alia
eſt portio hæreditatis,quam hæres vendidit certo pretio,& alia
eſt portio hæreditatis deficiens,quæ accreſcere debet hæredi,&
137 ſic in ea adhuc militat ratio illius tex.¶† Quintò facit, quia in
iure accreſcendi portio accreſcit portioni, & non perſonæ. l. ſi
Titio fructus. in fi. de vſufru. & quemadmodum quis vta. l.in-
terdum.de vſufru.accreſ.l.ſi totam.de acquiren.hæred.& l. hæc
ſcriptura.§.fina. de condi. & demonſtra. ergo debet accreſcere
emptori hæreditatis, quia aliam portionem hæreditatis habet.
Stringe fortius,quia text.in d. l. ſi Titio. in fi. dicit,quòd portio
138 fundi,velut alluuio portioni accreſcit,†ſed ſic eſt,quòd in em
ptorem tranſit augmentum alluuionis.l.id, quod.in princip. s̃.
de peric.& commo.rei vendi.& §.ſed & ſi poſt emptionem.In-
ſtitu.de empt.& vend.ergo etiam in eum debet tranſire ius ac-
creſcendi, quod alluuioni æquiparatur. Reſponde, quòd d.l.ſi
Titio. in fin. loquitur in portione fundi legata, quæ pleno iure
tranſit in ſingu. ſucceſſorem, ideo altera portio deficiens ſibi
acquiritur iure accreſcendi,velut alluuio, quæ accreſcit ei, cu-
ius res eſt,& ita etiam loquitur d. l. id, quod.in princip.& d.§.
139 ſed ſi poſt emptionem. † Sed in emptorem hæreditatis non
tranſit pleno iure hæreditas,ſed omnia iura actiua, & paſſiua re
manent penes venditorem.l.2.C.de hæred. vel actio.vend. & l.
2.C.de pact.& cùm ſemel fuerit hæres per aditionem,non po
teſt amplius deſinere eſſe hæres.d.l.& ſi ſine. §.ſed quod Papin.
de mino.Item cùm habeat pretium,dicitur res hęreditarias ha-
bere.d.l.ſi rem & pretium.de petit.hæred.ideo ſibi debet accre-
140 ſcere.¶† Sextò, & vltimò pro iſta parte facere videtur text.in
l. Papin. j̃. ad Trebel. vbi videtur eſſe text. ꝙ facta reſtitutione
partis hæreditatis ius accreſcendi, quod poſteà competit ex re-
pudiatione cohæredis,ſpectat fideicommiſſario, in quem tran-
ſeunt iura vtilia.§.reſtituta.Inſtit.de fideicom.hæred.& non ſpe
ctat hæredi ſcripto,ergo idem dicendum in emptore hæredita-
tis,in quem etiam iura vtilia tranſeunt.d.l. emptor hæreditatis.
C.de hæred.vel actiò.vend.Reſponde,ꝙ ille tex. poteſt fortiter
retorqueri in oppoſitum. Nam decidit portionem hęreditatis
accreuiſſe ſcripto hæredi,ergo non fideicommiſſario,licèt po-
ſteà tex.in fi.dubitet,an ſit opus noua reſtitutione illius portio-
nis,quæ accreuit,& nihil decidit text.& licèt glo. fina. & Barto.
ibi teneant,ꝙ non, quia ipſo iure accreſcit alteri parti, & ſic fi-
deicommiſſario ſine alia reſtitutione,certè non videtur, ꝙ iſte
ſenſus poſſit procedere ad illum text.cùm ibi dubitetur, an ex
quo portio hæreditatis deficiens accreuerat hæredi ſcripto, qui
prius ex compulſione adiuerat,an ſit opus noua actione, & ſic
compulſione propter illam portionem, quæ poſt reſtitutionē
accreuit,& decidit text.quòd non eſt opus noua compulſione,
& quòd hęres ſcriptus ſecurus eſt.Deinde dubitat,an fideicom
miſſario ſit opus noua reſtitutione portionis,quæ accreuit. cer-
tè ſi ex iure accreſcendi eſſet facta acquiſitio ipſo iure fideicom
miſſario,non dubitaret ibi text.an eſſet opus noua reſtitutione.
Sed dubitat eo,quia in parte præcedenti dixerat hęredi ſcripto
accreuiſſe, & ſic ille text.potius vrget ad oppoſitum. Præterea
etiam tenendo, ꝙ ibi ius accreſcendi tranſeat ipſo iure in fidei-
commiſſarium, prout ibi intelligunt glo. Barto. & Docto. ad-
huc ille text.non obſt.quia loquitur in fideicommiſ.qui eſt ſuc
ceſſor vniuerſalis,& nos loquimur in ſucceſſore ſingu. & ſic in
emptore hæreditatis. Tertiò poteſt reſponderi ex mente Bald.
141 in l.2.in 1.oppo.C.de pact.† quòd aliud eſt in fideicommiſſa-
rio vniuerſali,quia in eum tranſeunt iura vtilia actiuè, & paſſi-
uè ex diſpoſitione teſtatoris,& Senatuſconſul.Trebel.& repræ-
ſentat perſonam teſtatoris,quæ omnia ceſſant in emptore hæ-
reditatis. ¶Quartò poteſt reſponderi, ſecundum Rapha.Cu-
ma.in d.l.Papin.ꝙ ideo ibi accreſcit fideicommiſſario,quia hę-
rès ibi coactus adiuit hæreditatem, & in illo text. ponderatur
coacta aditio,ergo probat,ꝙ ſi hæres ſponte adiuiſſet,ꝙ ſibi cō-
peteret ius accreſcen.& non teneretur illud reſtituere fideicom
miſſario.Per iſta habes pręſentem articulum ad vtranque par-
tem bene diſcuſſum, & ſi caſus contingeret in facto,eſſet quæ-
ſtio pro amico,ex quo ſolus Barto.tenet pro emptore hæredi-
tatis,ſed alij omnes tenent contrarium. Et à communi opin.in
conſulendo,& iudicando non eſt recedendum,ſecundum Bar.
& alios in l.fin.C.de pœn.iudi.qui ma.iudi. Cano.in c.ne inni-
142 tatis.de conſti.† Et illa dicitur eſſe communis opin. quæ plu-
rium Docto. auctoritate iuuatur, ſeu quæ habet plures Do-
cto.pro ſe.l.1.in verſi.& ſanè crebrior,& ibi Bald. ad hoc not.s̃.
de offic.quęſt.& l.diui fratres.circa med.in verſi.plurium etiam
iuris authorum.j̃.de iur.patro. & c. nouimus. in verſi.opinio à
pluribus approbata,& ibi dom. Anto. de But. & dom. Abb.ad
hoc not.de verborum ſignific.& c.de inducijs. in verbo,in quo
plurimi concordant. 3. q. 3. & ita habes expeditam totam pri-
143 mam quęſtionem princip.huius ſęcundę partis.¶† Tertiò in-
quantum Barto.& omnes tenent,ꝙ ius accreſcen.proculdubio
a tranſit ad vniuerſalem ſucceſſorem. [a] l.vni.§.his ita. C.de cadu.
tollen.& l.ſi ex pluribus.j̃.de ſuis & leg.Adde,ꝙ ius coniunctio
nis,quod erat in perſona inſtituti, & conſequenter ius accreſc.
tranſit ad vulgarem eius ſubſtitu. text.eſt in l.cùm ex filio.§.fin.
ff.de vulg.& pupil.& ibi Bal.reputat not.dignum. & in hoc ille
text.eſt ſingu.ſecundum Rapha.Cuma.ibi.Ratio,quia eo ipſo
quòd quis ſubſtituitur alicui, videtur ſubſtitutus ei in omni-
bus,& per omnia.l.cohæredi.in princip.s̃.de vulg. & pupil.& l.
Iulianus.de hæred. inſtit. quia ſubſtitutus cenſetur eſſe quidam
ſubrogatus loco primi inſtituti, ergo in omnibus debet ſapere
eius naturam.l.ſi eum.§.qui iniuriarum.s̃.ſi quis cau.Iſtud pro-
cederet indubitanter,tenendo illud, quod tenet Barto. hic, ꝙ
ius accreſcen.tranſeat ad ſing.ſucceſſorem, quod latè examina
144 ui. s̃. in præcedenti conclu. ¶ † Secundò principaliter viden-
dum eſt, quis præferatur in iure accreſcendi per ſingulas ſpe-
cies trium coniunctionum, & ſi quidem ſunt re tantum con-
iuncti,nemo alteri præfertur, quia nulla ſubeſt prælationis ra-
tio,vt hac l.ver.quòd ſi re tantum,& l.Meuio.in princip.ſecun
dum tertiam lectu.communiter approbatã. s̃. de lega.2. & l. ſi
tibi.de vſufru. accreſcen. Similiter in coniunctis verbis tantum
nulla inter ſe ſubeſt ratio prælationis,niſi ſecundum Bart. vnus
eſſet minus coniunctus altero,vnde coniuncti per nomen col-
145 lectiuum præferuntur coniunctis per copulã,vt in hoc† exẽ-
plo: Titius in dimidia, fratris mei filij in alia dimidia hęredes
ſunto, ſi vnus ex illis filijs repudiat, accreſcit eius portio fratri-
bus ſuis,& non Titio:eo quia Titius eſt minus coniunctus ver-
bis,& quodammodo ſeparatus quo ad illam portionem. Ad
hoc ſpecialiter adducit.l.ſi quis Titio.ſup.de vſufru. accreſcen.
inducendo,vt hic per eum,& cum Barto.tranſit Bald.in l.vnic.
in 7.quæſt.C.quando non peten.part. Adde inquantum Barto.
vult Titium dici coniunctum verbis filijs fratris, eo quia in ea-
dem oratione eſt poſitus cum filijs fratris. Petr. de Bexu. hic in
repet.in vlt.colum,dicit,quòd Titius poteſt dici verbis coniun
ctus filijs collectiuè ſumptis, ſed ſingulis de per ſe nullo modo
eſt coniunctus:quia ſinguli non ſunt vocati à teſtatore, ſed ſub
termino collectiuo,& ideo non accreſceret Titio,niſi omnibus
146 filijs repudiantibus,† quia ex collectiuis non poteſt fieri illatio
particulariter ad ſingul.l.ex toto.§. ſi ita legatum. s̃.de lega.1.&
l.2.cum ſeq.de leg.2.licèt contra hoc ſecundum eum fortiter fa
ciat text.in l.ſi chorus.in princip.s̃.eod.vbi ſi chorus,aut familia
legetur,dicit text perinde eſſe,acſi ſinguli homines legati eſſent,
& reſpondet ſecundum gloſſ. fin. ibi, ꝙ eſt verum quo ad quid
tantum,& non ſimpliciter.Tu autem diligenter aduerte,inquã
tum Barto.vult,ꝙ ſi teſtator dicat, Titius in dimidia, & fratris
mei filij in alia dimidia hæredes ſunto, ꝙ iſti omnes inter ſe
ſunt tantùm verbis coniuncti, credo Barto. malè dicere. Nam
imò filij inter ſe ſunt coniuncti re, & verbis, cùm in eadem ra-
tione, & in eadem re, ſcilicet dimidia non diſtinctis partibus
per nomen collectiuum ſint vocati, & ſic eos nominum, &
rei complexus iungit,ergo dicunt̃ re, & verbis coniuncti. l.tri-
plici.in princip.j̃.de verborrum ſignifi.Facit, quod tenet Barto.
ſupra in 1.parte princip.in 3.quæſt. princip. ad fina. ad idem fa-
cit, quod tenent Barto. & omnes in l. Meuio. in princip. de le-
ga. 2. quòd quando eadem dimidia pluribus relinquitur, iſti
ſunt in illa dimidia re coniuncti, ergo contra Barto. hic. facit
text.in l.Iulia.quoque.in princ.s̃.de hæred.inſtit. Ad idem & be-
ne facit

ADDITIO.

a ¶Vniuerſalem ſucceſſorem. Adde,an habeat locùm in fideicommiſſo vniuer-
ſali diſtincto per teſtatorem, & d c quod non, niſi hæres cogatur adire, ita
Iaſ.conſi.41.num.5.lib.1.Fernand.Vaſq.de iure accreſcen.§.23. nu.103.pag.
132.& vide l.Lucius §.quæ habebat.vbi Caſt.infra ad Trebel. Curt. Iun. in l.
vnic.num.48.C.quando non peten.part.Pract.Papin.for.lib.ſubſtit.§.fi.ſecus
ſi diſtinctum non ſit,Iaſ.hic.num.206.Cagno. in Rub. C. quando non peten.
part.num.54.& hanc diſtin.firmat Curt.Iun.conſi.83.num. 13. Ripa hic num.
179.Nat.conſi.323.nume. 3. vbi etiam quòd inter ſubſtitutos locum habet.
Quid in fideicommiſſo particulari?& dic,vt per Soc.iun.conſi.139.nume.21.
lib.1. MASVER.

ne facit tex.in d.l.triplici.in princ.vbi dicit tex.ꝙ coniuncti ſunt ſcilicet re,& verbis, quos & nominum, & rei complexus iungit,& ponit duo exempla; veluti Titius, & Meuius ex parte dimidia hæredes ſunto; vel Titius cum Meuio ex parte dimidia heredes ſunto:quia in eadem dimidia ſunt re coniuncti,& in eadem oratione verbis,& ſic ſunt ſimul re,& verbis ꝯiūcti, & ita eſt in caſu noſtro.ergo ↄ̃ Bar.¶Secundò, & fortius facit ille tex. in verſ.videamus,vbi dicitur,quòd ſi teſtator dicat,Lucius Titius,Publius Meuius heredes ſunto ex parte dimidia,vel ita;Publius,Meuius,Lucius Titius heredes ſunto;Sempronius ex parte dimidia hæres eſto:& Titius,& Meuius veniant in partem dimidiam, & re & verbis coniuncti vidētur.Ita ibi dicit tex.vnde ibi eſt caſus de directo contra Barto. qui multum fortiter vrget. Nec obſt.ſi diceretur, quòd ibi teſtator inſtituit plures in eadem re diſtributus partibus à teſtatore,& quòd dicuntur verbis tantum coniuncti,& non re,vt hac l. ſecundo reſponſo, & & l.ſi duobus.§.fina.in fine.ſ̃.de leg.1.ſed ita eſt in caſu iſto,quia teſtator inſtituit plures in eadem hæreditate diuiſis partibus, videlicet Titium in dimidia,& fratris filios in alia dimidia,ergo non poſſunt dici coniuncti re. Iſtud eſt, quod credo decepiſſe Barto.Sed reſpondeo, quòd coniunctio verbalis tantùm bene inducitur inter Titium,& filios fratris collectiuè ſumptos,quia inter eos ſunt diſtributæ partes,licèt non ſint diſtributæ partes illius dimidiæ inter filios ipſius fratris,ergo ipſi inter ſe bene ſunt coniuncti re,& verbis,iuribus præalleg.Et iſta concluſio eſt vera,& poteſt optimè defendi contra Barto,& ſequaces,& ideo cùm in exemplo Barto. filij fratris ſint inter ſe coniuncti re, & ſic mixtim, nimirum ſi præferuntur Titio, qui ſolùm eſt coniunctus verbis illi filio repudianti, & iſto modo bene dicuntur coniuncti maiori coniunctione,prout dicit Barto. ſed neſciuit probare,& conſtat,quòd coniunctus re,& verbis ſimul præfertur coniuncto verbis tantùm,vt hoc text.in verſicu. præfertur, cùm duo vincula fortius operentur, quàm vnum, vt dixi in tex.¶Potes ponere aliud exemplum, in quo verificabitur dictum Barto.hoc modo,videlicet Titius in parte dimidia,& fratris mei filij in alia dimidia ex æquis partibus hæredes ſunto, tunc omnes videntur verbis tantum coniuncti, licèt adhuc in iſto exemplo Titius videatur eſſe coniunctus cum alijs collectiuè,& non ſingulariter cum quolibet eorum, vt ſuperius dixi Ideo pone aliud tertium exemplum clarum; Titius, & fratris mei filij ex æquis partibus heredes ſunto,tunc omnes erunt ſimul coniuncti verbis tantum, ex quo in eadem oratione diſtributis partibus ſunt inſtituti,vt hoc text. 2. reſponſo,Item ex eo, quod dixit, ex ęquis partibus,videtur quilibet ſingulariter nominatus,& ſic Titius cuilibet ſingulariter erit verbis coniunctus.l.interdum.in princip.vbi text.ſup.de hæred.inſtitu. ¶Vltimò inquantum Barto. inducit pro ſe text. in l. ſi quis Titio. ſuprà de vſufru.accreſcen.hoc modo inducendo. nam ex quo illa lex ponitur in titu.ff.de vſufru.accreſcen. in quo tractatur de iure accreſcendi,non ponitur ad alium effectum,niſi vt oſtendatur coniunctos per nomen collectiuum vocari in vnam portionem,& præferri alijs in iure accreſcendi,iſta inductio Barto. nihil valet,quia ille text.ſolùm decidit,quòd Titius de per ſe in dimidia,& vocati per nomen collectiuum heredes in alia dimidia admittuntur,& ille text.ponitur in titu.de iure accreſcendi, ad hoc vt oſtendatur,pro qua parte inter eos ſit locus iuri accreſcendi in portione deficiente. nam ex quo Titius habet dimidiam,& aliam dimidiam hæredes,vno ex hæredibus repudiante vſumfru.legatum,eius portio accreſcit Titio pro dimidia,& alijs fratribus pro alia dimidia.Iſto modo oſtenditur in illa lege eſſe locum iuri accreſcendi,ſed quòd vocati per nomen collectiuum præferantur in totum Titio, vt dicit Barto. de hoc de prælatione tali in text. illo verbum nullum apparet, & ſic ille

147 text.potius ſtringit contra Bart.quàm pro eo faciat. ¶† Circa coniunctos re,& verbis,tenet Barto. quòd ſi teſtator dicat, Titius,& fratris mei filij hæredes ſunto, quòd iſti ſunt coniuncti re,& verbis.& portio vnius ex filijs deficiens accreſcit alijs filijs antequam Titio,vt hic per eum. No.iſtam doctri. Barto. ad id, quod tenui ſupra in 1.parte.in 3.quæſt. princip. vbi poſui, quæ coniunctio inducatur per nomen collectiuum, & dixi,quòd ſi nomen collectiuum ponitur de per ſe,puta filijs Titij lego fundum, vel libertis, aut cognatis lego domum, tunc inducitur coniunctio re,& verbis, ſecundum Barto. ibi. Si autem nomini collectiuo adijciatur æquis portionibus,tunc inducitur coniunctio verbalis tantum,ſecundum quod poteſt procedere dictum Barto.in 1. parte in 2. quæſt. princip. circa princip. ¶Iſta doctri, quam dedi, optimè confirmatur ex doctri. Barto. hic. Nam Barto.vult,quòd ſi teſtator dicat,Titius in dimidia,& fratris mei filij in alia dimidia hæredes ſunto,quòd omnes iſti ſunt verbis tantùm coniuncti ꝑꝑ adiectionem dimidia. ſed ſi teſtator ſimpliciter diceret,Titius, & fratris mei filij hæredes ſunto,

148 tunc iſti ſunt coniuncti re,& verbis. ¶† Secundò quærit Barto,pone,quòd ille, cuius portio defecit, habet vnum coniunctum re tantum, alium coniunctum verbis tantum, quis eorum præferatur? & an ambo æqualiter admittantur? Exemplum: Titio lego fundum: Caio, & Seio lego eundem fundum æquis portionibus, Caius repudiat, vel moritur, an eius portio vtrique accreſcat, an Titio re coniuncto, an verò Seio verbis coniuncto? In iſto articulo fuerunt tres variæ Antiquoquorum gloſſatorum opiniones circa intellectum. l. noſtræ. in 2.parte relatæ ſupra in gl.magna, vbi latè poſui. Subtilis Pet. de Bellapert. tenuit ſecundam opin. Hugo. quòd coniunctus verbis tantùm præferatur coniuncto re tantum,& ita intelligebat iſtam legem in verſ.ſi.& ita tenui.ſ̃ in d.glo. magna. ¶ Mouebatur Petr.quatuor fundamentis, quibus reſpondent Barto. Rapha.& Saly.hic.Primò,quia coniuncto verbalis procedit ex voluntate teſtantis,coniunctio realis eſt incidens, & inducitur re ex vnitate rei legatæ,ergo coniunctio verbalis debet eſſe potior propter voluntatem teſtatoris.l.in conditionibus primum locum. in princip. ǰ. de condi. & demonſtra. Huic rationi reſpondent Barto.& alij.ſ̃.relati,ꝙ ſicut coniunctio verbalis procedit ex voluntate teſtatoris, ita etiam realis, ex quo teſtator vtrique rem inſolidum legat,licèt ſeparatim.¶Secundò arguit Petr. coniuncti verbis reputantur vt vnum corpus. l. vni. §.ſinautem ex his.verſi,hoc ita tam variè.C.de cadu.tollen.& l.planè.in princip. de leg. 1. ergo debent reputari magis coniuncti, quàm ſint re coniuncti, quia illi non poſſunt dici vnum corpus,cùm ſeparatim, & in diuerſis orationibus ſint vocati. Reſpondent Barto, & ſequaces ſe non videre rationem differentiæ,quare vnitas ex parte perſonæ operetur plus, quàm vnitas ex parte rei, vnde in coniunctis verbis eſt vnitas ſermonis perſonas coniungens;in coniunctis re eſt vnitas rei;vnde idem debet operari vnitas rei, ſicut vnitas ſermonis perſonas coniungentis.Iſtud reſpon.Barto.impugnat dom. Petr.de Bexu. in repet.& imò videtur,quòd vnitas ſermonis, & ſic coniunctio verbalis plus operetur,& ſtrictior videatur, quàm coniunctio rea-

a lis.Nam verbis coniuncti [a] appellantur propriè coniuncti, & vnum corpus reputantur: ſed re coniuncti appellantur propriè diſiuncti,& ſeparati.l.vnica. §. ſinautem diſiunctim. C. de cadu.tol.& l.1.§.interdum,& §.fin. ſ̃. de vſufr.accreſcen. & dixi latè.ſ̃.in primo euiden. ergo apparet, quòd inter ipſos non eſt tanta vnitas,nec tanta coniunctio ſicut inter coniunctos verbis,imò in coniunctis re tantum videtur teſtator vnicuiq; rem inſolidum aſſignare.d.§.ſinautem diſiunctim, & §. ſi verò non omnes,& per concurſum ſibi partes faciunt,ergo ſunt incidenter coniuncti,& non ex immediata voluntate defuncti, & hoc eſt,quod voluit dicere ſubtilis Pet.quòd incidenter ſunt re coniuncti.Sed tu caue, quia ex quo coniunctis re tantum aſſignatur à teſtatore res inſolidum, & non dicuntur coniungi, niſi per concurſum, igitur de mente teſtatoris eſt, quòd alio non concurrente res apud eum inſolidum remaneat, & ſic debeat præferri coniuncto verbis tantum,niſi dicas,quòd licèt ex verbis teſtatoris coniuncto re tantum ſit aſſignata res inſolidum, tamen ex quo verbis inter ſe ſunt tm̄ coniuncti, cum coniuncto re ſunt etiam coniuncti, ergo ſunt etiam ad eandem rem inſolidum vocati. ¶Tertiò arguit Petr. qui in vno grauatur, in alio debet alleuiari. l. eum qui.in princip. ſ̃. de iureiurand. ſed coniunctio verbalis accreſcit cum onere præſtandi legata ab alio coniuncto relicta, & in hoc grauatur, ergo in alio debet releuari,vt præferatur coniuncto re tantum, cui ſine onere accreſcit. l. vni. §. ſinautem ad deficientis. C. de cadu.tollen.Reſpondent Barto.& ſequaces, quòd voluntas teſtantis tollit contrarium,licèt Bexu.dicat,quòd imò non tollit, nec aliter declarat.Tu dic,quòd imò tollit, quia ſi teſtator voluiſſet deficiente portione coniunctum re ſubire onus, poterat hoc diſponere, vel illum etiam verbaliter coniungere, & quia non fecit, videtur voluiſſe contrarium, vt dicit text. in d. §. ſinautem ad deficientis. Quartò arguit Petr. voluntas defuncti debet interpretari, vt valeat, & non pereat. l. proximè. §. ſed in re dubia.ſup. de his,quæ in teſta. delen. l. quoties. inf. de rebus dub. ſed ſi coniunctus verbis præfertur, onus adiectum portioni

deficientis

A D D I T I O.

a ¶Verbis coniuncti. Adde, quòd ius accreſcendi locum habet inter verbis coniunctos,quando rei non eſt omnimodo diſiunctio, niſi limitatæ ſint partes.l.Lucius.§.quæ habebat.infra ad Trebel.vbi de dictione ita tamen:ſed de dictione videlicet,contrarium videtur tenere Caſtren. conſ. 406. lib. 2. & quòd habeat locum in duobos hæredibus verbis tantum coniunctis, quando non ſunt omnino re deſiuncti, vt quia eadem hæreditas pro indiuiſo relicta fuit,tenet Aym.conſ.62.nu.4. MASVER.

deficienti valet, quia accreſcit ei cum onere. ſed ſi præferatur
coniunctus re, vitiatur, ergo &c. Reſpondent Barto. & ſequa-
ces, quòd iſtud procedit ex tacita voluntate defuncti, qui rem
vnicuique inſolidum aſſignauit. §. ſed & varietatis (eſt ver. ſub.
§. ſin autem ad deficientis. d.l. vnica. C. de cadu. tollen.) Iſta ſolu.
Barto. non tollit rationem Petr. prout etiam perpendit Bexu,
quia bene verum eſt, quòd talis aſſignatio facta per teſtato-
rem de re inſolidum, excludit onus, & ſic grauamen legatorũ,
& hoc cauſatur à voluntate defuncti, ſed non concludit præla-
tionem, nec concurſum, ſcilicet, quòd voluntas teſtatoris velit
coniunctum re præferri, vel non præferri. vnde adhuc militat
ratio Petr. quòd potius debeat interpretari, vt coniunctus ver-
bis præferatur, quia per iſtam interpretationem onus impoſi-
tum valet, & præſtari debet, per aliam ſecus. Teneas iſtam opi.
Petr. ꝙ coniunctus verbis præferatur coniuncto re, per text. in
hac l. verſi. fin. vbi eſt caſus ineuitabilis, niſi fiat maxima violen-
tia literæ, prout latius explicaui. s. in glo. magna, & ibidem plu-
ribus modis reſpondi ad l. ſi ita quis hæredes. s. de hæred. inſtit.
quæ lex ſecundum Barto. hic deſtruit opin. Petr. Ibi etiam re-
ſpondi ad l. Meuio. in princip. de leg. 2. quæ videtur in oppoſi-
tum fortiter vrgere, & iſtam opin. contra Barto. Ray. & Flo. te-
nent ſubtiles Vltramon. & Saly. & Raph. Cuma. in lectu. & re-
pet. do. Petr. de Bexu. dom. Iaco. Pute. hic, & Rapha. Cuma. in
in d. l. Meuio. in princip. ¶Non omitto, ꝙ pro opin. 1. Roger.
149 quæ damnatur ab omnibus, imò deſpicitur, ſcilicet, † ꝙ imò
coniunctus re præferatur coniuncto verbis tantum, & ſic de di
recto contrarium eius, quod tenui, tria ſubtilia fundamenta vi-
dentur vrgere, vt articulum reddam diſputabiliorem. Primò
arguitur, ſic ius non deſcreſcendi in reali coniunctione non im
peditur per ius retentionis, & tamen ius accreſcen. in verbali be
ne impeditur per ius retentionis, iſta probantur in l. planè. §. ſi
coniunctim. iuncto. §. ſi duobus, & ibi declarat Barto. s. de leg. 1.
ergo coniunctio realis videtur eſſe fortior verbali. Reſponde,
quòd imò etiam in reali ius retentionis impedit ius non de-
creſcen. vt eſt tex. in l. huiuſmodi. §. ſi Titio. s. de leg. 1. & ad l. pla
nè. §. ſi coniunctim. reſponde, quòd ideo ius accreſcen. impedi-
tur per retentionem, quia ibi alius collegatarius admittebatur
ad partem aliquo iure, videlicet de æquitate, & ideo eius pars
non accreſcit alteri collegatario. ſed in d. §. ſi duobus. collegata-
rius nullo iure admittebatur, neque admitti ſperabatur, ideo
150 ibi totum pertinet ad legatarium ſibi coniunctum. † Secun-
dò arguitur ſic, ius accreſcen. quod inducitur ex coniunctione
verbali inter coniunctos verbis tantum, non habet locum in
contractibus. l. ſi mihi, & Titio. in princip. j. de verborum oblig.
& tamen ius non decreſcendi, quod cauſatur à coniunctione
reali, habet locum in contractibus. l. proprium. s. com. prædi. &
ita concludunt Barto. & Docto. in d. l. ſi mihi, & Titio. ergo vi-
detur, quòd fortius ius cauſetur ex reali coniunctione, quàm
ex verbali, ergo debet facere, vt coniunctus re tantum præfera-
tur verbis tantum coniuncto. Huic fundamento reſpondet do.
Alexan. in l. ſtipulatio iſta. §. cum qui. in vlt. colum. j. de verbo-
rum obliga. & in l. planè. §. ſi coniunctim. s. de lega. 1. quòd imò
etiam in contractibus non habet locum ius non decreſcendi,
& hoc modo ceſſaret argum. Iſtud probat ſecundum cum
text. in d. l. ſi mihi & Titio. qui loquitur in coniunctis re, & ver-
bis, & tamen non habet locum ius non decreſcendi. Nec obſt.
ſecundum eum. d. l. proprium. quia loquitur in indiuiduis, igi-
tur tunc habet locum ius non decreſcendi. Iſta ſolu. dom. Ale-
* xan. eſt contra *communem opinio.* Barto. & Docto. in d. l. ſi mihi, &
Titio. prout etiam fatetur ipſemet dom. Alexan. Idcirco tu no.
reſponde huic fundamento, quòd non valet conſequentia, In
contractibus habet locum ius non decreſcendi, non autem ius
a accreſcendi,[a] ergo coniunctio realis, quę cauſat ius non decre-
151 ſcendi, dicitur eſſe fortior. Iſta conſequentia non tenet, † eo
quia in contractibus attenditur proprietas verborum, neque
per præſumptiones receditur à verbis. l. quicquid aſtringendæ.
in princip. j. de verborum obl. vnde ideo in contractibus non
habet locum ius accreſcendi, quia qui ſtipulatur ſibi, & Titio
fundum pro virilibus portionibus, propriè ſumendo non ſtipu
latur ſibi niſi partem, ergo pars Titij ſibi non accreſcit. ſed vbi
ſtipulatur ſibi totum fundum, & ſimiliter totũ Titio, ſibi quæ-
ritur totum per ius non decreſcendi, quia ſtipulationis verba
hoc important, licèt ſint ſtricti iuris, ſed in vltimis volunta. in
quibus fit latior, & benignior interpretatio. l. in teſtamentis. j. de
regul. iur. & cap. cùm dilecti. de don. ex præſumpta mente de-
functi inducitur ius accreſcendi in coniunctis verbis tantum,
152 & ſic non obſt. argum. ¶† Tertiò arguitur ſic, nam ius accre-
ſcendi non habet locum, vbi legatum debetur de iure ſpeciali.
l. mulieri, & Titio. j. de condi. & demonſtra. & tamen ius non
decreſcendi bene habet locum, quando legatum debetur de
iure ſpeciali. l. 3. §. ſi coniunctim. cum glo. & l. filium. §. fina. j. de
lega. præſt. & iſtam differentiam firmat Barto. j. in 3. quęſt. prin.
ergo apparet, quòd ius non decreſcendi competens re coniun-
cto, eſt fortius, & validius, quàm ius accreſcendi competens
coniuncto verbis, ergo ſequitur, quòd coniunctus re ſit præfe-
rendus coniuncto verbis. Reſponde per text. in l. 2. §. hoc au-
tem ſolùm. j. de lega. præſta. quòd ideo habet locum ius non
decreſcendi, eo quia totum habet iure ſuo, cùm totum ſit ſibi
relictum, & illud edictum de lega. præſta. conſeruat id, quod
eſt relictum, ſed coniuncto verbis tantùm ſola pars pro indiui-
ſo fuit relicta, & alia ſola iure ſpeciali ſibi conſeruatur, ideo alia
deficiens ſibi non accreſcit. d. l. mulieri, & Titio. de cuius tamen
intellectu dubitat multum Barto. inf. in 3. quæſt. princip. vbi ple
nius dicetur, vnde in illo edicto de lega. præſta. agitur ſolùm de
conſeruando illud, quod eſt relictum & non de prælatione, &
quia coniunctis re totum eſt cuilibet inſolidum relictum, ideo
ibi ius non decreſcendi eſt validius propter verba illius edicti,
153 aliàs ſecus eſſet. ¶† Teneas opinio quam tenui, quæ eſt vera,
* *& magis communis*, quòd verbis tantum coniunctus præferatur
re tantùm coniuncto. Articulus tamen eſt ad omnes tres partes
diſputabilis, ſecundum, quòd ſunt in eo tres principales opin.
quarum duas hic examinaui, & tertiam latè diſcuſſi ſup. in glo.
154 magna. ¶ † Tertiò quærit Barto. an coniunctus veniens per
ius accreſcen. vel non decreſcendi, præferatur ſubſtituto, vel
ècontra. Barto. facit regulam, quam intendo multum vtiliter
examinare, ſcilicet, quòd ſubſtitutus præferatur coniuncto, vt
eſt text. in l. 2. §. ſi duobus. inf. de bonorum poſſeſ. ſecundum ta-
bul. in Authen. hoc amplius, & in corpore vnde ſumitur. C. de
fideicom. & l. vni. §. in primo, & §. pro ſecundo. C. de cadu. tol-
len. & in l. fin. in princip. & ibi glo. fina. s. de vulg. & pupil. & ita
etiam tenet glo. in l. qui patri, & in l. ſi ſeruus communis ab ex-
tero. in glo. fin. s. de acquiren. hæredit. Bald. in l. vni. in 10. quæſt.
C. quando non peten. part. & in l. quidam eulogio. in 2. colum.
C. de iure deliberand. Ratio huius reg. eſt duplex. Prima, quia
ſubſtitutus venit ex expreſſa diſpoſitione teſtatoris, ſed coniun-
155 ctus venit tacitè per ius accreſcendi ex diſpoſitione legis, † vn-
de prouiſio hominis expreſſa facit ceſſare prouiſionem legis. l.
fina. cum vulga. C. de pact. conuen. & l. & habet. §. cùm quis. de
precar. Secunda ratio eſt, quia ius accreſcendi dicitur eſſe tacita
ſubſtitutio. l. ſi Titio, & Meuio. §. Iulianus. de lega. 2. ergo debet
excludi per expreſſam ſubſtitutionem, quia expreſſum facit
ceſſare tacitum. l. cùm ex filio. §. filio. ſup. de vulg. & pupil. Ra-
tio rationis eſt, quia omne tacitum venit ſuppletiuè, ſed ex-
preſſum ſuppletionem non recipit, quia eſt determinato mo-
do expreſſum, ſecundum Bald. in l. fina. C. de don. ante nupt.
Confirmo, quia ius accreſcen. quaſi expreſſum præfertur taci-
to, quod eſt merum ius accreſcen. Vnde ſi ego primò ſum in-
ſtitutus in 4. vncijs hæreditatis, ſecundò in alijs quatuor, deinde
Seius in alijs quatuor, & ego adeo hæreditatem ex primis qua-
tuor, & repudio ex alijs quatuor, non accreſcit Seio, & mihi ſi-
mul, ſed mihi tantum, quia iſtud ius accreſcen. eſt inſtitutio de
me facta, & ego qui ſemel fui hęres voluntarius, ſum deinceps
hęres neceſſarius ex tacito iure accreſ. quod eſt ex teſtamento,
& ex lege Ergo iſtud præfert. ita ſubtiliter tenet Bal. in l. quidam
156 eulogio. in 2. colum. per illum text. C. de iure delibe. ¶† Am-
plia iſtam regulam not. ꝙ non ſolùm expreſſa, ſed etiam tacita
b ſubſtitutio[b] impedit ius accreſ. text. eſt melior de iure in l. fi. in
verbo partem. C. de hęre. inſti. & ibi Bald. in 33. q. ad hoc valde
no. illũ text. ꝙ vulgaris interpretatiua, itẽ vulgaris omnino taci-
ta ex-

ADDITIONES.

a ¶Ius accreſcendi. Adde, quòd in contractibus ceſſat ius accreſcendi. l. ſi mihi, & Titio. de verborum obligat. Ripa hic num. 219. Ruyn. conſil. 120. num. 13. lib. 1. fallit 1. in vſufructu. Ripa hic nu. 224. licèt non firmet pedem. Scđò fal lit in diuiduis Rip. vbi ſup. num. 227. qua de re vide Doct. in d. l. ſi mihi, & Titio. de verborum oblig. vbi de l. fundus ille. ff. de contrahen. empt. & quid in conceſſione emphyteuſis, an in ea ius accreſcendi locum habeat, & dic, quòd non regulariter, ſed bene ius non decreſcendi, ſecundum communem per Dec. conſil. 326. in princip. ſecus in feudo conceſſo à principe. Iacob. in inueſt. ver. princeps. MASVER.

b ¶Subſtitutio. Adde, quæ ſcribit Alexan. conſi. 109. lib. 2. vbi quòd dato ſubſtituto ceſſat ius accreſcendi, tamet ſi illud ius inter ſubſtitutos verbis coniunctos locum habere dicat Nat. conſi. 323. & in fideicommiſſis vniuerſalibus etiam ſub conditione relictis. Qua in materia illud etiam ſcire expedit, quòd ius accreſcendi iunctum cum ſubſtitutione facit vt præferantur illi, in quibus cadit ius accreſcendi, teſte Aym. conſi. 43. num. 2. & an ius accreſcendi tanquam reale tranſeat ad hæredes, dic, quòd ſic, ſecus in iure ſubſtitutionis. l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis, & leg. Iaſ. in l. more. num. 4. ff. de iur. om. iud. & dic, quòd tranſit etiam ius accreſcendi in ceſſionarium, teſte Rip. lib. 3. Reſp. c. 14. nu. 6. Quid in tranſmiſſione, & dic, quòd tranſmittitur ad hæredes. d. l. ſi ex plurib. l. hæc ſcriptura. ff. de condi. & dem. l. vnica. §. his ita. C. de cad. toll. etiam ſi ſit additum cum ſubſtit. pup. l. qui patri hæres, vbi Bar. ff. de acquir. hæredit. MASVER.

ta excludit ius accreſcen. quod Bald. ibi reputat valde notan.
& ibi dixi. Idem etiam tenet Bald. in l.fin. in 1.colum. per glo. ibi.
C. de inſtit. & ſubſtit. & vt ibi dicit dom. Alexan. in 1. colum. ad
fin. Bald. tunc non fuit recordatus de tex. d.l.fi. C. de hæred. inſti.
& tamen prima facie videntur obſtare rationes ſup. adductæ,
157 † Limita, quando perſona veniens per ius accreſcen. eſſet ma
gis dilecta teſtatori, tunc ſubſtitutus in caſu tacito, vel ex taci-
ta ſubſtitutione non admittitur. text. eſt ſing. in l. fina. C. de in-
158 ſti. & ſubſtitut. ¶† Secundò no. amplia iſtam reg. vt procedat,
etiam ſi ſubſtitutio ſit inualida ex cauſa præteritionis filij, ad-
huc impedit ius accreſ. tex. eſt in l. penul. & ibi Bart. ſ. de iniuſt,
rupto teſta. Aret. poſt Bald. in l.fi. C. de inſti. & ſubſtit. de quo po
159 nit latius Bar. j. in ſeq. q. vbi latius dicetur. ¶† Tertiò ad iſtam
reg. adde, quod ſubſtitutus à teſtatore præfertur vocatis à lege. l.fin.
C. de neceſ. ſer. hæred. inſtitu. & faciunt duæ rationes. ſ. proximè
160 aſſignatæ. ¶† Limita nunc iſtam reg. Primò ſecundum Bart.
hic ex coniecturata, vel præſumpta voluntate defuncti, quæ fa-
cit præferri coniunctum ſubſtituto, per tex. no. in l. quidam te-
ſtamēto, vbi etiam Bar. & alij. ſ. de vulg. & pupil. Bar. in d.l. 2. §. ſi
duo. j. de bon. poſſeſ. Bal. in l.fi. C. de impub. & alijs ſubſtitut. Sic
etiam ex præſumpta voluntate defuncti veniens ab inteſt. præ-
fertur inſtituto in teſtamento. l. ſi quis ita hæres inſtituatur ſi le-
gitimus. ſ. de hære. inſtit. quæ lex eſt ad hoc ſing. ſecundum Bal.
161 in l.1. in fi. C. de teſt. tute. ¶† Secundo limita, quando ſubſtitu-
tio eſſet facta pluribus copulatiuè, vel coniunctim, tunc ille, qui
adiuit, habebit partes aliorum per ius accreſ. & excludetur ſub-
ſtitutus per eius aditionem, puta teſtator inſtituit duos, Titiū
& Seium, & dixit ſic: ſi Titius, & Seius hæredes non erunt, ta-
lem ſubſtituo. vel dixit: ſi neque Titius, neque Seius, &c. vel di-
xit, ſi prædicti, &c. tunc vno adeunte deficit conditio ſubſtitu-
tionis, quæ requirit neutrum hæredem eſſe, & ſic ille, qui adiuit
per ius accreſ. admittitur ad partes aliorum. ita determinat not.
Barto. in l.1. in prin. ſ. de vulg. & pupil. in 2. q. quintæ quæſtionis
prin. Tamen caue, quod iſta non eſt propriè limitatio, ex quo ſub-
ſtitutio extinguitur per defectum conditionis, & ſic non con-
162 currit ſubſtitutus & coniunctus. ¶† Tertiò limita prædictam
reg. vt procedat, quando tertius eſt ſubſtitutus cohæredi inſti-
tuto. Nam teſtator ſubſtituendo extraneum, tollit inter cohæ-
redes ius accreſ. l. penul. ſ. de iniuſto rupto teſt. Secus, quando
inſtitutos, & ſic coniunctos in inſtitutione teſtator adinuicem
ſubſtituit, nā talis ſubſtitutio nō impedit ius accreſ. qa teſtator
eos inuicem ſubſtituēdo noluit ius eorum diminuere, ſed ma-
gis augere, & ſic ius accreſ. non ſuſtulit. text. eſt in l. teſtamento,
& ibi Barto. & Docto. C. de impub. & alijs ſubſtit. Iſtam limita-
tionem etiam ponit Bald. in l. vni. in 10. q. C. quando non peten.
part. Ad partem ergo repudiatam competit cohæredibus du-
plex ius, vel ſubſtitutionis, vel iuris accreſ. effectus eſt, quia ius
accreſ. competit indiſtinctè cum oneribus legatorum iniunctis
repudianti. l. vni. §. his ita. & §. ſi autem ad deficientis. C. de cad.
tol. Non ſic, quando obuenit iure ſubſtitutionis, quia tunc lega
ta relicta ab inſtituto non intelligūtur indiſtinctè relicta à ſub-
ſtituto. l. licet Imperator. vbi plenius ponitur. ſ. de leg. 1. & iſtam
vtilitatem etiam tradunt Bald. & Moder. in d. l. teſtamento, &
ante eos eam cōſiderat tex. no. in l. recuſare. §. Titius. j. ad Treb.
163 ¶ † Quartò aduerte, quod licèt ſubſtitutio ſit potentior, quàm
ius accreſ. & illud excludat, vt prædixi, tamen ius accreſcen. eſt
potentius quàm ſucceſſo. edic. ita not. Bald. in l. meminimus. in
fi. C. de legi. hære. per illum tex. vbi dicit eſſe expreſſum. Non ha
bes iſtam regulam alibi ſic examinatam. ¶ Iuxta ſupradictam
164 reg. quærit Bar. de paſſu, quem dubium reputat. ¶† Si ſubſtitu
tio non habeat effectum propter repudiationem ſubſtituti, vel
aliam cauſam, an reuertatur ad coniunctum venientem per
ius accreſ. vel ad hæredem ſcriptum, à quo legatum eſt relictū
in teſtamento, vel hæreditas vadat ad venientem ab inteſtato.
Arguit ad partes, poſteà diſtinguit, vt hic per eum. Et ſic in effe-
ctu quærit Barto. an per ſubſtitutionem inualidam, vel in effica
cem tollatur ius accreſcendi, & ita debuit Barto. formare quæ-
ſtionem. cum Bar. tenet breuiter ſolus Rapha. Cuma. hic in lec.
in 6. colum. & dicit, quod putat Barto. bene dicere, quia ſubſtitutio
non eſt translatio, ſed ſubrogatio in locum deficientis, vnde cō
iunctio, quę eſt in inſtitutione, videtur repetita in ſubſtitutione,
ſecundum Bal. in l. qui cùm plures. ſ. de vulg. & pupil. & plus
non dicit, alij nihil tangunt. Tu aduerte, inquantum Bar. arguit,
quod ad tollendum diſpoſitionem, quam teſtator poteſt ſua vo-
165 luntate tollere, † eadem facultas eſt in actu inutili, ſicut in eo,
qui eſt vtilis. l. planè. in princ. ſ. de leg. 1. & l. & ſi transferam. j. de
adi. leg. & ſic voluntas inutilis eſt æquè potens ad tollendum
actum, qui poteſt ſua voluntate tolli, ſicut actus vtilis. In con-
trarium arguit text. in l. ſi iure. de lega. 3. nec aliter ſoluit iſta con
traria, quæ videntur adinuicem multum contrariari: vnde idē
Barto. in d.l. ſi iure. in 1. oppo. reſpondet, quòd iura contraria lo
quuntur, quando legatum expreſsè adimitur in voluntate inu-
tili, ſecus, quando tacitè adimitur condendo aliam volunta-
tem, tunc ita demum videtur tacitè reuocare, ſi ſequens volun
tas de iure valeat. Ita loquitur. d.l. ſi iure. Iſtam ſolu. ſequuntur
Pau. de Caſt. & dom. Alexan. in d.l. planè. in princip. & ibi limi-
tant ſingulariter ſecundum Barto. in l.fin. §. fina. per illum text.
j. de aur. & arg. leg. Iſta ſolu. Barto. nihil valet, & videtur eſſe
contra. d.l. planè. in princip. & d. l. & ſi transferam. quæ iura lo-
quuntur, quando teſtator voluit transferre legatum de primo
in ſecundum, ſed ſic eſt, quòd per talem translationem dicitur
adimi tacitè, & non expreſsè. l. ſicut. ad fina. in verbo, tacitam
ademptionem. j. de adimen. leg. & ita etiam repræhendit Ra-
166 pha. Cuma. in d.l. ſi iure. † Item contra iſtam ſolu. videtur fa-
cere text. in l. legatum ſub conditione. §. pater hortos. j. de adi-
men. leg. vbi per donationem inutilem reuocatur legatum, &
tamen ibi eſt tacita ademptio. Facit ratio. l. nec inutilem. in fi. ſ.
ex quib. cau. maio. vbi dicit text. quod non intelligitur ablatum il-
lud, quod alteri non eſt datū, tamen ad. d. §. hortos. poteſt dici,
quod loquitur de tacita ademptione, quę fit per actum inter viuos
ſecundum Barto. in d.l.fi. §. fina. in fi. de aur. & argen. leg. & eun-
dem Barto. in d.l. cùm dominus. §. fin. j. de pecu. leg. & ſequitur
167 dom. Alexan. in d.l. planè. in princip. † Sed caue, quia in con-
tractibus per ſequentem contractum inutilem non receditur à
primo. l. certi condictio. §. quoniam. ſ. ſi cert. peta. l. ſi quis ante.
§. fi. de acquiren. poſſeſ. Barto. in d.l. & ſi transferam. quamuis al-
leget alia iura ad hoc, quæ parum faciunt, & ibi aſſignat ratio-
nem diuerſitatis inter contractus, & vltimas voluntates. idem
tenent Imol. & Moder. in l. ſi cùm dotem. in princip. & ibi do.
Alexan. in 3. colum. ſ. ſolu. matrimo. Gemi. in c. ſi duo. in princ.
168 in 3. colum. de procu. in 6. ¶† Secundò principaliter inquan-
tum Barto. tenet, quòd quando eadem perſona eſt coniuncta
in inſtitutione, & etiam ſubſtituta, tunc ſi ſubſtitutio eſt nulla,
vel ſubſtitutus repudiat ex ſubſtitutione, poteſt venire ex iure
accreſ. per text. in l. penul. 2. reſponſo. ſ. de iniuſto rupto. & per
alia, de quibus hic per eum. Idem tenet glo. in d.l. nec is. §. hęres,
& ibidem Bald. de acquiren. hæred. & idem Bald. in d.l. penul. de
iniuſto rup. eſt glo. & Albe. de Roſa in l. teſtamento. C. de impu.
& alijs ſubſtitu. idem tenet dom. Alexan. in conſil. 109. ſecundi
volum. incip. videtur prima fronte reſpondendum. in 2. colum.
vbi formaliter refert iſtam deciſionem Barto. & dicit, quòd in
hoc neminem diſcrepantem reperit. Sed tu aduerte, quòd Bar.
principaliter ſe fundat per caſum d.l. penul. ſecundo reſponſo.
ſ. de iniuſto rupto teſt. Vbi duo erant inſtituti, & inuicem ſub-
ſtituti, & poſthumus à gradu inſtitutionis fuit exhæredatus, &
à gradu ſubſtitutionis præteritus, dicitur ibi, quòd vno eorum
mortuo, vel repudiante poteſt alius adire, & ex aſſe hæres eſſe.
Tunc ſi propter præteritionem poſthumi factam à ſubſtitutio
ne, ſubſtitutio erat nulla, nec ex ſubſtitutione poterat ad por-
tionem deficientis admitti, ergo ſuccedit per ius accreſcendi, er
go ibi eſt text. pro Barto. quòd licèt ſubſtitutio reddatur nulla,
vel aliàs non habeat effectum, tamen habet locum ius accre-
ſcendi, ergo ſubſtitutio nulla non tollit ius accreſcendi. Sed tu
ſubtilius conſidera, quòd ibi tex. non aperit, an cohæres veniat
ex iure accreſcendi, vel veniat ex ſubſtitutione, ſed ſolùm dicit,
me poſſe adire, & ex aſſe hæredem eſſe, ergo poteſt intelligi etiā
ex ſubſtitutione, prout etiam voluit glo. ibi in verbo, puro. Nec
potes dicere, quòd ibi poſthumus præteritus rumpat illum ſe-
cundum gradum ſubſtitutionis, quia ſubſtitutus in ſecundo
gradu fuerat etiam inſtitutus in primo, à quo poſthumus erat
exhæredatus. nam cùm ibi ijdem eſſent inſtituti, & ſubſtituti,
certè etiam nulla facta ſubſtitutione cohæres omnino ſucceſ-
ſiſſet per ius accreſcendi ex diſpoſitione legis, vnde teſtator eun
dem ſubſtituendo, voluit poſthumum cenſeri exhæredatum
etiam ab illo ſecundo gradu ſubſtitutionis. Probo aſſumptum
per primum caſum illius legis, vbi poſthumus præteritus ideo
rumpit, quia ſubſtitutus non fuerat vocatus in primo gradu, à
quo poſthumus erat exhæredatus, & ſic tunc ſubſtitutus non
poteſt vocari in locum inſtituti, vt ibi dicit litera, ergo vbi
idem reperitur ſubſtitutus, qui & fuerat inſtitutus, à quo erat
facta exhæredatio, ſuccedit ex ſubſtitutione, quæ tunc non
rumpitur, ita poſſet ſubtiliter retorqueri ille text. contra Barto.
Sed huic ſolu. obſt. quia licèt poſthumus fuerit exhæredatus à
cohærede, non tamen fuit exhæredatus tanquam à ſubſtituto,
ſed tanquam ab inſtituto. Repræſentat enim duplicem perſo-
nam propter duplicem gradum, & propter præteritionem
poſthumi factam à ſecundo gradu, rumpitur ille ſecundus
gradus ſubſtitutionis, vt probatur in illo text. dum dicit, quam-
uis quaſi in partem ſubſtitutionis exhæredatus non ſit, ergo ēt
tunc requirebatur exhæredatio ab illo ſecundo gradu ſubſtitu-
tionis. ¶ Scđò mouetur Bar. p tex. in l. nec is. §. heres, & ib glo. &
169 Bar. in fi. no. ſ. de acq. hęr. † vbi ltīmus heres, cui à l. deferē hrdi-
tas,

tas,hæres institutus potest repudiare ex testamento, & succe-
dere ab intest.ex prouisione. l. Ergo ita in proposito repudians
ex substitutione potest venire iure accref. à iure inducto . Ad
idem est similis tex.in l.illud.eo.tit.de acquir.hæred. in l. recusa-
re.§.Titius.ℨ.ad Treb.sed ista iura parum faciunt,quia in illis le-
gitimus duplici iure venire poterat, vnde repudiando ex vno
non videtur repudiare ex altero,facit.l.1.§.sed videndum. cum
gl.not.ℨ.de succes.edic.facit bene in arg.l.si domus.de serui. vrb.
præd. Sed in quæstione nostra vno tantum iure admitti pote-
rat, quia substitutio cessabat, vel propter nullitatem, vel pro-
pter repudiationem . Præterea in illis legibus erant duo iura se
inuicem non compatientia,scilicet causa testati, & causa inte-
stati.d.l.nec is.§.1.& d.l.illud.vel iure directo, & iure fideicom-
missi.d.l.recusare.§.Titius. Sed hic ambæ causæ se inuicem cō-
patiuntur,scilicet,ꝙ hæres veniat ex iure accref.causato ex sub-
stitutione,prout etiam dicit Barto. in l. si quis hæres. de acquir.
hæred.¶Tertiò mouetur Bart. per tex.in l.si quis hæres institu-
170 tus.ẜ.de acquir.hæred.& ibi est glo.2.not.de hoc, † vbi cohæ-
res substitutus cohæredi potest portionem cohæredis deficien-
a tem repudiare [a] ex substitutione, & eam habere iure accref.ita
vult ibi text. dum dicit, erit quoque hæres ex substitutione, illa
dictio quoque,implicat,ꝙ etiam iure accref.Caue,quia ille tex.
videtur fortius facere in oppositum, dum dicit,erit quoque hæ
res ex causa substitutionis, quoniam inuito quoq; ei accrescit
portio.Si ergo inuitus efficitur hæres ex substitutione, ergo se-
quitur,ꝙ non potest repudiare ex substitutione, vt habeat tan-
quam coniunctus iure accref.ergo contra Barto.& illa implica
tiua quoque , implicat, ꝙ etiam ignoranti non solùm inuito,
prout etiam ibi declarat glo. quia quod potest fieri nobis inui-
tis,multò magis ignorantibus.l.quod potest.ℨ.de reg. iur. & l.4.
§.illud.ℨ.fideicom.liber.Sed responde ex mente glo.ibi,dum il-
le text.dicit,erit quoque hæres ex causa substitutionis, intelligi-
tur non solùm iure accref. cùm sit cohæres, sed etiam ex causa
substitutionis,& sic vel vno,vel alio iure,& sic ex iure accref.ha
bere poterit repudiando ex substitutione,& ꝙ sit verum,subdit
text. quoniam inuito quoque ei accrescit portio:ponderà ver-
bum accrescit,ergo loquitur expresſè de iure accref. & expres-
sè.ẜ.de substitutione,ergo vel vno,vel alio iure venire potest,&
sic inuitus nedum ignorans efficitur hæres ex iure accref. non
autem dicit text.ꝙ efficiatur inuitus hæres ex substitutione , &
171 ita habes bene discussum illum text.† Quartò mouetur Bart.
ratione,quia testator substituendo cohæredem , voluit ius eius
augere,& non minuere. Ergo voluit , quòd haberet vtrunque
remedium,& iuris accrescen. & substitutionis, ergo licèt repu-
diet ex substitut.debet posse venire per ius accrescen. quod sibi
competebat absque substitutione. Ista ratio Barto. videtur pri-
ma fronte colorata,sed potest facilè euadi, & retorqueri in op-
positum , ꝙ imò ex quo testator fecit expressam substitutionē,
voluit,ꝙ cessaret ius accrescen.quod est tacita substitutio, cùm
expressum faciat cessare tacitum,& prouisio testatoris expressa
facit cessare dispositionem.l.in casu tacito,vt dixi.ẜ.Nec est ve-
rum assumptum Barto. ꝙ testator substituendo cohæredem
istud fecerit ad augendum ius ipsius hæredis, quia dico, ꝙ imò
testator hoc fecit ad prouidendum sibi de hærede , ne decede-
ret pro parte testatus , & pro parte intestatus , contra l.ius no-
strum.ℨ.de reg.iur. ¶Vltra Barto. pro eius conclusione tu adde
quintò bonum text.in l.si ex pluribus. ℨ.de suis, & leg.vbi si co-
hæres substitutus moriatur,antequā ex substitutione adeat par-
tem cohæredis repudiatam , talis substitutio extinguitur , quia
172 † cùm substitutio sit conditionalis institutio. l. in ratione. §. si
filio.& §.quod vulgo.ℨ.ad l.fal.ergo non transmittitur ad hære
des.l.vnica.§.sinautem sub conditione. C.de cad. tol. & tamen
eius hæres potest venire de iure accrescen.ergo ibi est text.ꝙ an-
nullatio substitutionis per mortem substituti non tollit ius ac-
crescen.¶Sextò adde text. in l. testamento. C. de impu.& alijs
substit.vbi institutis plurib.heredibus,& inuicem substitutis dr̄,
ꝙ adeuntib.suam portionē accrescit repudiatium portio ēt in-
uitis.ergo per ius accrescen.& non iure substitutionis,ergo sub-
stitutio facta ad augendum ius cohæredum , non tollit neque
173 impedit ius accrescen. ¶ † Tertiò principaliter quærit Barto.
quando habeat locum ius accrescen. & istam quæstionem, vt
ordinatè procedam,diuidit Barto.in duas materias prin.In pri-
ma ponit in effectu tres casus, in quibus cessat ius accrescen. In
secunda ponit regulam,& quinque fallen.in quibus post acqui-
sitam portionem habet locum ius accrescen. Assumo primam
materiam,& omnia hic dicta per Bart. Istam primam materiā
reassumit formaliter idem Barto.in l.mulieri,& Titio ℨ.de con
di. & demonstra. Sal.in l. vni.in 9. q. C. quando non peten.par.
174 ¶† Primus ergo casus Barto. in quo cessat [b] ius accrescen. est,
b quando pluribus est relictum in causam alimentorum , tunc
inter eos non est locus iuri accref. l.dominus. §. 1.& ibi glo.ẜ.de
vsufr. Ratio est secundum Bart. quia causa alimentorum non
est reiterabilis.l.alimēta.§.basilicæ.ℨ.de alimen.& cib.leg. Aliam
rationem assignat Bald. in d.l.dominus.§.1.& in l.certa ratione.
C. quando prouoc. non est neces. quia legatum alimentorum
175 naturaliter est taxatum,& limitatum. † Subdit Bald. in l. do-
minus. §. 1. quòd fortè idem est in legato vestimentorum , in
176 quo etiam cessat ius accrescen. † Amplia istum primum ca-
sum , vt procedat etiam si alimenta essent relicta ad pias cau-
sas,adhuc cessat ius accrescen.secundum Bald.in repe.l. 1.C.de
177 sacrosan.eccles.in 17.colum.ver.super quinta videtur. ¶† Se-
cundus casus est,secundum Barto. in habente legatum de iure
speciali contra voluntatem testatoris,cui non competit ius ac -
cres.in portione coniuncti deficiente,per tex. in l.mulieri,& Ti-
tio.ad fi.vbi etiam glo.& Barto.ℨ.de condi. & demonstra.& illa
lex est ad hoc singu. & non est alibi in iure secundum Paul. de
Cast. ibi. Triplicem rationem illius.l.assignat Bald. in l. 1. circa
178 princi. C. de indi.vid.tol.† Prima est,quia dispensationes sunt
stricti iuris,& odiosæ.c.1.& fi.de filijs presby.in 6.Ergo dispensa
tiuè venienti nihil accrescit.Secunda,quia in singularibus reli-
ctis non habet locum ius accref.contra voluntatem testatoris.
l.quoties.§.si duo.ibi,si modo.ẜ.de hæred.insti. Tertia, quia vbi
existit contraria conditio legato,perinde est,ac si nūquam fuis-
set legatum,sed id,quod non est in legato,non accrescit.l. in te-
stamento ita.ℨ.de condi. & demonstra. Alibi dicit Bald. in l.se-
nium.in fin.C.qui testa.face.posses.ꝙ in d.l.mulieri, & Titio.di-
spensatio ius accref.non recipit,ne multiplicetur inconueniēs.
Alibi Bald.in l.vni.§.vbi autem.in penu.colum.de cad.tol.dicit,
ꝙ in d. l. mulieri , & Titio. mulier admittitur ex dispensatione
contra ius commune , & quia dispensationes sunt odiosè, non
habet locum ius accref. vel ideo quia ibi non est coniunctio ,
quia conditio, sub qua admittitur mulier,est aduersatiua con-
ditionis alterius legatarij , vel ibi ideo, quia contra voluntatem
testatoris non habet locum ius accref.d.l.dominus.1. cum glo.
ẜ.de vsufr.¶Et iuxta hoc quærit ibi oportunè Bal. & fortè non
179 inueniens alibi.† Pone, dispensatum est cum patre, quòd pos-
sit legare duobus filijs spurijs , nunquid inter eos habeat locum
ius accrescendi?videtur, ꝙ non, quia dispensatio vt odiosa est
restringenda.Contrarium determinat, quia voluntas testatoris
fauorabilis est amplianda , & de hoc secundum eum minimè
esset dubitandum,si essent legitimati,nam de hoc priuilegio se-
quitur ius commune, scilicet habilitatio. Alibi idem Bald. in l.
vni.in 5.q.C.quando non peten.par.dicit, ꝙ in d.l.mulieri,& Ti
tio, quæ admittitur ex mera dispensatione contra ius generale,
ideo non habet ius accrescendi,quia ibi discrepantia modi , &
formæ capiendi legatum alterat ibi coniunctionem testatoris.
Alibi idem Bald.in l.si plures.in 5.colum.C.de condi.inser.dicit,
quòd ideo in d.l. mulieri , & Titio. non habet locum ius accre-
scendi,quia fieret contra voluntatem testatoris,& quia priuile-
gium non habet ius accrescendi,quod est not.secundum eum.
Alibi idem Bald.in l.hac edictali.in ver. omni circunscriptione.
circa fin.C.de secund.nupt.per d. l. mulieri, & Titio.not. deter-
180 minat , † quòd si plures sunt filij primi matrimonij , qui pos-
sunt reuocare relictum factum à patre secundæ vxori,& aliqui
ex eis repudiant,quòd cæteris non accrescit, quia cùm veniant
ex quodam priuilegio,non debent habere ius accrescendi, vt d.
l.mulieri.& Titio.limitando,vt ibi per eum. Pau.de Cast.in d.l.
mulieri,& Titio.dicit, quòd ex quo mulier ibi admittitur spe-
ciali beneficio legis, non debet admitti cum iniuria hæredis,
apud quem aliàs remanet legatum l.2. §. merito, & §.si quis à
principe. ne quid in loco publi. & capitu. super eo. de offic.
delega. Stat ergo communis intellectus glossarum , & Do-
ctorum ad d. l. mulieri , & Titio , quòd ibi ille , qui admitti-
tur ad legatum de iure speciali contra mentem testatoris,non
habet ius accrescendi , & ita etiam ad illum text. tenet Saly. in
l.vni.in 9.q. C.quando non peten. par.¶Sed pro certo iste com
munis sensus videtur esse contra mentem, & rationē illius text.
qui

ADDITIONES.

a ¶Repudiare.Adde,quòd ius repudiatum accrescit omnibus , licèt in fauorem vnius tantum facta fuerit repudiatio,teste Aym.consi.288.nu.2.

b ¶Cessat.Adde,quod cessat etiam ius accrescendi post aditam hæreditatem quo ad illius portionem.gl.in l.mater decedens. ver.remissem.ff.de inoff.test. in l.ex contractu.ff.de re iudi.Rip.hic,nu.156. vbi ponit 9. fall. idem est post agnitum legatum,teste Nat.cons.306.nu.1.Quid in feudo?Ruin. cons.8.nu.3. consi.154.nu.2.lib.2.consi.11.nu.4.consi.14.36.nu.15.eodē lib.Quid in emphyteusi?vide Rui.consi.151.num.15.259.num.1. & 15.lib.1.Quid in mortis causa capione?eundem Rui.cons.204.nu.5 .lib.1.illud autem quod dicitur ius accref.non habere locum post aditam hæreditatem in proprietate.l. 1.in fi. ff.de vsufr.accref.dic , secus esse in vsufructu.Ang.in cons.153. Are.in §. finitur.Insti.de vsufru.& fac.Cur.Iun.consi.14. MASVER.

qui potius videtur probare cōtrarium in omni ſui parte. Nam
primò ille tex.vult,ꝙ quamdiu Titius viuit & in eod. ſtatu erit,
mulier partem vſusfru.habebit,ergo à contrario ſenſu vult ille
text. ꝙ Titio mortuo,vel capite diminuto, mulier habebit to-
tum vſumfru.& ſic partem Titij per ius accreſcendi:ergo con-
tra communem intellectum, & ita iſto argumento vtuntur
Rapha.Cũma. Pau. de Caſt. & latius Mod.Sen.ibi.Ego ſtringo
fortius illum tex.quia illa verba,quamdiu Titius viuit,& in eo-
dem ſtatu erit, aliàs eſſent fruſtratoria, & ſine effectu aliquid
operandi,ſcilicet,ꝙ mulier interim habeat partem vſusfr.ſibi le
181 gati. Sed ſic eſt, † ꝙ quando verba legis,vel ſtatuti in ſenſu di
recto nihil operantur,tunc de neceſſitate debet ſumi arg.à con
trario ſenſu, etiam (quod eſt fortius) ad correctionem iuris
communis,vt potius corrigatur ius commune,quàm ꝙ verba
legis,vel ſtatuti ſint fruſtratoria. Iſtud probat optimè per duos
tex.ſimul iunctos ſcilicet l.nulla niſi emēſis.iuncta Auth.diaco-
niſſam.C.de Epiſcop.& cler. & ita iſta duo iura ad hoc ponde-
rat Ludo.Roma.in l.ſi cùm dotem.in princ.vbi etiam Imo.&
d.Alex.idem tenent.ſupra ſolu.matrim.idem Ludo.in Auth.ex
teſtamento.in prin.C.de colla.& eſt doct.not. Bald.in l.obſerua
182 re.§.proficiſci.in 3.q.ad fi. de offic. proconſul.& lega.† Ideo in
ſtatuto Florentiæ diſponente,ꝙ non exiſtentibus maſculis filiæ
fœminæ ab inteſtato patri ſuccedant, quia in ſenſu directo ni-
hil operatur,ſumitur argumentum à contrario ſenſu,ꝙ exiſtē-
tibus maſculis fœminæ non ſuccedant:& ita corrigitur ius cō-
mune,ſcilicet l.maximum vitium.C.de lib.prẹte.ita tenent Cy.
Bal.Ang.Imo.& d.Alex.in d.l.ſi cùm dotem.in prin. cum con-
cor.quas dedi in l.1.in prin.ſ̃.de offi.eius,cui manda.eſt iuriſ. Er
go in propoſito,cùm in d.l.mulieri, & Titio, illa verba quam-
diu Titius viuit, & in eodem ſtatu erit, in ſenſu directo nihil
operenť,ergo de neceſſitate debet ibi ſumi arg. à contrario ſen-
ſu,ꝙ Titio mortuo, vel mutante ſtatum, & ſic capite diminu-
to mulier habeat totũ vſumfr.& ſic partem Titij per ius accreſ.
præſertim cùm ita ſumendo arg. à contrario ſenſu, non indu-
183 catur aliqua correctio iuris communis.¶† Pondera etiam di-
ctionem,quandiu,quę importat,ꝙ adueniente caſu mortis,vel
capitis diminu. non duret amplius diſpoſitio.l.1.§.fin.j̃.de ven.
in poſ.mitten.latè Bar.in l.1.in 2.q.in prin. de cond. & demonſt.
Ad idē facit bene tex. in l. 1.§.fi.ad fi.j̃.de aſſigna.liber.vbi filius
excluſus à ſucceſſione liberti propter aſſignationem de eo fa-
ctam a[l]teri filio, dixit ibi tex. quamdiu viuit ille filius excluſus,
& in eodem ſtatu manet,excluditur tertius à iure accreſcendi.
Sed ſi capite minuatur,tunc cauſatur ius accreſ.ita etiam dica-
mus in d.l.mulieri,& Titio in 1.reſponſo.¶Sed cōtra iſtam pri-
mam inductionem poſſet fortius inſtari hoc modo, quia ſi ibi
in portione Titij deficiente haberet locum ius accreſ.certè ſta-
tim accreſceret mulieri, neque deberet expectari mors Titij,
vel ſtatus ſui mutatio,quia ſtatim portio deficit,cùm Titius ſit
conditione defectus,vt ibi dicit tex.in fi.ergo videtur,ꝙ non ha
beat locum ius accreſ.Potes dicere,ꝙ ideo text.ibi vult, ꝙ mu-
lier non habeat portionem Titij, quamuis quo ad eum condi-
tio defecerit quamdiu Titius viuit, vel in eodem ſtatu manet,
eo quia hoc caſu ſi impleta fuiſſet conditio per mulierem, &
iure non decreſcendi in coniunctis re,& verbis ſimul onus vni
adiectum vr̃ in perſonam alterius repetitum pp coniunctionẽ
verbalẽ,per l.Seio.§. Caio.j̃.de fun.inſt. Adde tu pro hoc bonum text.in l.ſi quis legata.§.fin.de cond.& dem.& per Raph.
Cu.iſtud impugnantem in repe.huius.l.in 10.col. & per Mod.
Senen. qui etiam reprobant in hoc Bart. in l. ſi ſeparatim.j̃.de
cond.& demon.¶ Quintò prin.quærit Bart.de coniunctione legali, an inter coniunctos coniunctione legali habeat locum
ius accreſcendi,tam ex teſtõ,quàm ab inteſtato,dic,vt hic latè
241 per eum.† Iuxta cuius dicta eſt videndum de alta, & diſputabili quæſtione, an in legitima filiorum habeat locum ius accreſcendi. Nam qñ ſunt quatuor filij aut pauciores,eorum legitima eſt triens,ſi ſunt plures, eſt ſemis, & ſic dimidia hr̃ditatis,vt in Auth.de trien.& ſemiſ.in prin.collat.3. & in Auth.nouiſſima.C.de inof.teſt.Pone, ꝙ vnus ex quinq; filijs poſt mortem patris ſit etiam ipſe poſtea mortuus, vel ſit exhr̃datus,vel
incapax, puta de ordine fratrum minorum, vel bannitus pro
delicto, vel vnus ex quinque filiorum repudiat partem ſuam,
an legitima quatuor filiorum erit ſimiliter dimidia ſicut prius
pp ius accreſcendi? De qua quæſtione vide per Bart. in repe.l.
pater filium.in 3.& 4.q.s̃.de inoffic.teſt.latè per omnes in l. planè.§.ſi duobus.de leg.1.per Bald.Sal.& alios in d.Auth.nouiſſima.Bald. & Ang. in l.Papi. §.vnde ſi qui. s̃.de inof. teſt.Bald.in
l.vni.in 6.q.& ibi Lud. Ro. in vlt.q.C.qñ non pet.par. & Bal.in
l.vnica.§.in primo.C.de cad.toll.Et circa hoc Raph. Cu.hic in
lect.in antepe.& vlt.col.format duas quæſtiones, in quib. dicit
ſe conſuluiſſe,quas latè,& ſubtiliter examinat, vt hic per eum.
Et ꝙ in legitima filiorum non ſit locus iuri accreſcendi, Bal.in
d. repe. d. l. pater filium.in 3.q adducit rationem fundatam in
doct. Bart. hic. Nam inter coniunctos coniunctione legali, vt
ſunt filij in legitima, ideo non debet eſſe locus iuri accreſcẽdi,
eo quia non agitur de hæreditate, vel de vſufr.l. & Proculo.s̃.
de leg.2.in hæreditate enim ſecus eſſet,ne teſtator decedat pro
parte teſtatus,& pro parte inteſtatus.l. ſeruus cõmunis ab extero.& ibi glo. de acq. hær. & hic latius per Bart. Sed legitima filiorum non eſt quota hæreditatis, ſed eſt quota bonorum, cũ
intelligatur deducto ære alieno. d. l. Papi. §. quarta. ergo in ea
non debet habere locum ius accreſcendi. Iſtud fundamentũ
Bart.non videtur eſſe verum,quia imò in legitima eſt locus iuri accreſcendi,vt eſt text. in l.ſiue.§.ex duobus. j̃.de iure patro.
qui eſt not. & ſing. caſus, ſecundum Bart.ibi. vbi eſt text. ꝙ in
quarta,& ſic in legitima, quæ debetur patronis, eſt locus iuri
accreſcendi,& tamen patroni ſunt coniuncti coniunctione legali,ergo fortius in legitima filiorum, vbi adeſt & coniunctio
legalis,& coniunctio ſanguinis,q̃ ratio ceſſat in legatis, in quibus loquitur. d. l. Proculo. ſecundum Barto. hic. Item etiam
242 † quarta, & ſic legitima, quæ debetur patrono,eſt ſimiliter
quota bonorum,& non quota hæreditatis, patet ,quia patronus pro ſua quota non tenetur ad legata.l. ſi patronus. in prin.
j̃.de don.& l.cùm patronus.de leg.2.& l.4 in prin. cum glo.de
cond.& demon.& §.ſinautem.Inſt.de ſucceſ.liber. & tamen ſi
eſſet quota hæreditatis, teneretur pro ea ad legatum.l.1.& per
totum,& l.Marcellus.in prin.j̃. ad Trebell. Ad idem facit text.
in l.ſi duo patroni.in princ.cum glo. & ibi Bart. de iureiur. vbi
in legitima patronorum ideo non habet locum ius accreſcendi, quia ibi alterius portio non defecerat ipſo iure, ſed ſolùm
ope exceptionis, ergo ſi ipſo iure defeciſſet, habet locum ius
accreſcendi.Ad idem.l.communi liberto.j̃.de bon. lib.quamuis ad iſtum vltimum text.reſpondeat do.Alex.in d.l. planè.§.
ſi duobus. in 5.colu. ¶ Sed defendendo Bart.poſſes ad iſta iura
reſpondere, ꝙ ſecundum iura ſtotum legitima debita patronis erat quota hæreditatis,& ſic erat pars iuris vniuerſalis,nimirum ſi in ea habebat locum ius accreſcendi. Nos autem loquimur in legitima debita filijs,quæ etiam ſm̃ iſta iura erat quota
bonorum, & ſic quoddam ius ſingulare, & non quota iuris
vniuerſalis: nimirum ſi in ea non habet locum ius accreſcendi. Et ꝙ legitima debita patronis eſſet quota hæreditatis, & ſic
pars iuris vniuerſalis, probatur per text.ſolen. in l.in conditionibus.§.Sempronius.j̃.de cond. & demon.vbi hæres grauatus
ad legata ſub conditione,ſi patronus hæres non erit,non teneturilla legata præſtare,ſi patronus per contratab.debitam portionem,& ſic legitimam accipiat. ita ibi eſt text. & ſic vult, ꝙ
patronus ſuccedẽs in legitima dicatur eſſe hr̃s,quem tex.pon-
243 derat Bart.in l.1.§.bonorum.ad Trebell.vbi dicam, † ꝙ licèt
verba conditionum ſtrictè ad literam intelligantur. l. qui hr̃di.
& l.Meuius. j̃.de cond.& dem. tñ ſi ſit dictum, ſi hr̃s non erit,
deficit iſta conditio in eo, qui eſt bonorum poſſeſſor de iure
præto.facit text. in l. is qui in poteſtate. §.fin. j̃.de leg. præſtan.
Ergo apparet, ꝙ patronus in legitima ſua dr̃ eſſe hr̃s, & bon.
poſſ. facit.l.1. C.de bon.poſſ. contratab.lib.ergo legima patro-
244 ni dicitur eſſe quota hr̃ditatis, & non quota bonorum, † ſecus eſt in legitima debita filijs, in qua filij non dcuntur neque
hr̃des,neque bon. poſſeſſores, vt dicit text.in l.2.§.ſi quarta.ff.
fac.erc.¶ Ad idem facit text.in l.quandiu.de bon.lib. vbi quandiu patrono debitæ partis, & ſic legitimæ põt bon. poſſ.ꝯtab.
dari, tandiu hæres agendo ꝯ debitores hæreditarios exceptione repellitur.Ratio eſt, quia quandiu ſperatur ſequi iudicium
vniuerſale,ita ꝙ poteſt aliquod prẹiudicium induci, nunquã
poteſt hæres agere, vt declarat Bartol. in l. ſi quis libertatem.
in vlt.col.de peti. hære. Ergo apparet, ꝙ iudicium in legitima
patroni dicitur eſſe iudicium vniuerſale, & ſic dicir̃ eſſe quota hæreditatis, & non bonorũ,& ꝙ legitima patroni ſit quota
hæreditatis, legitima autem filiorum ſit quota bonorum, tenet ſimpliciter Io. de Imo. licèt prædicta non alleget, in l. ita
tamen.§.patronus.j̃.ad Treb.& ibi d. Alex.in 2. col. ſimpliciter
refert. ¶ Nec prædictis habet obſtare vnum fundamentum.d.
Alex.in d.l.planè.§.ſi duobus.in 5.col. vbi tenet, ꝙ legitima filij
habet conformitates cum hæreditate,& ſic cum tit. vniuerſa-
245 li.patet ſecundum eum, † quia filio pro legitima datur petitio hæreditatis, quia in ea habet nomen hæredis, & iudicium
fam.erc.l.ij.§.j.s̃.fam.erciſ. ita ſignanter tenet Bald.reputans tenendũ menti in l.non eſt ambiguũ. C.fam.erc.& in repe.d.l.pater filium.in 12.col.de inoffi.teſt.qa dico, ꝙ contrariũ eſt verius,ꝙ imò filio pro legitima non competit petitio hæreditatis,prout tenet Ang.in l.Papi.§.ſi conditioni.de inof.teſt.& in l.
quiſquis,ad fi. per illum tex.in verbo, nomine hæredis. C. ad l.
Iu.maie.Sal. in l.ſcimus.in prin.& in l.ſi quis in ſuo.C.de inof.
teſt.vbi Sal.truffatur de tenentib. contrarium. ita etiam tenet
d.Ale.ſibimet contrarius in l. fin. in 3.col.C.de edic.di.Adri.tol.
Nec huic obſt.d.l.ij.§.j. fam.erc. in qua ſe fundat Bal. qa videtur potius in oppoſitum facere, cùm dicat, ꝙ in legitima non
eſt hæres, neque bo. poſſeſſor, licèt filio arrogato detur vtilis
actio.fam.erci. pro diuidenda quarta ſibi debita in bonis arrogatoris. ¶ Tamen aliam partem ſcilicet quòd in legitima filiorum habeat locum ius accreſcendi, licet de prædictis non
faciant mentionem,tenet Bald. & Sal. in d. Auth. nouiſſima.
& Bald. in d. l. vni. in 6. quæſt. C. quando non pe. par. vbi in
ſpecie decidit, quòd ſi ſunt quinque filij, quorum legitima eſt
dimidia hæreditatis paternę, & vnus repudiat, quòd legitima
quatuor liberorum erit ſimiliter dimidia propter ius accreſcẽdi, quia hic agitur de legali prouidentia, vbi attenditur legalis
246 coniunctio. † Item cùm ſit locus iuri accreſcendi in querela.
l.ſi proponas.§.fin.& l.qui repudiantis. in princ.s̃.de inof. teſta.
ergo & in actione ad ſupplementum legitimæ, quæ ſubrogatur loco querelę. ita etiam tenet Bald. in l. non pro numero.
C.ad Senatuſcon.Orfi. ¶ Secundo princ. poteſt aſſumptum
Barto.probari alia euidenti, & efficaci ratione, & multum na-
247 turali. † Nam cauſa quare quãdo ſunt plures filij quàm quatuor, augeatur legitima, vt ſit dimidia hæreditatis, eſt quia ꝓpter concurſum plurium filiorum. legitima reduceretur ad
minimum,& ſic propter concurſum plurium filiorum ſinguli filij redderentur pauperes, qui viuente patre extiterunt idonei,verba ſunt formalia tex.in §.1.in Auth.de trien.& ſemiſ.&
ibi declarat gl.in verbo octuncium.collat. 3. ſed in caſu noſtro
ceſſat iſte concurſus plurium filiorum,qui talem depauperationem inducat, quando vnus eſt mortuus, vel incapax, vel
exhæredatus, vel repudiauit, iſte non concurrit cum alijs quatuor, ergo per locum à cauſa deficiente, iuxta. l. adigere. §.
quamuis.de iurepat. debet ceſſare ius accreſ.in legitima vſque
ad ſemiſſem. Et ita per iſtas rationes tenuit d. Anto.de But.in

conii.

conſi.39.inci. in q.iſta varia ſunt ſcripta. in j. col. & ſic videtur,
quòd in puncto iuris poſſit per prædicta optimè defendi opi.
* Barto.hic, licèt in contrarium ſit magis *communis opin.* vt ple-
nius habetur in locis prælle.præſertim in d.l.planè. §. ſi duob.
248 vbi per omnes, maximè d. Alexan. & Aret.vbi dixi. ¶†Item
inquantum Barto.hic latè concludit, ꝙ inter filios natos ex di-
uerſis vxoribus ſi vnus eorum repudiat, ꝙ omnes per ius ac-
creſcendi pariter admittuntur, nec frater vtrinque coniunctus
præfertur,quia reſpectu patris, de cuius hereditate tractatur,
omnes ſunt æquales ſanguine,licèt diuerſas matres habuerint,
& ſic ſimul, & eadem ratione vocantur ꝑꝑ coniunctionem
legalem,vt hic plenius per eum. idem tenet Bar.in l.Lucius. in
pe.q. de vul.& pup. Et quià ibi diffusè examinaui iſtum articu
249 lum,ad ea quæ ibi ſcripſi me remitto. ¶ †Sextò prin. & vlti-
mò quærit Barto.an in diſpoſitionibus inter viuos ſit locus iu-
ri accreſcendi, & diſtinguit, vt hic per eum, & in l.ſi mihi, &
Titio.in prin.ꝟ.de verb. oblig. Adde dum Barto.tangit,quando
duob. conceditur feudum,vel emphyteuſis, vtrum inter eos
ſit locus iuri accreſcendi, & ſe remittit. Nam de feudo poſui
250 late. ſ̃. in 3.q. prin.huius ſecundæ partis. De emphyteuſi,†an
inter plures emphyteutas habeat locum ius accreſcendi, Bart.
format multas quæſtiones in d.l. ſi mihi & Titio.ibi videas per
Barto.& in l.mortis cauſa capitur.in prin. per illum text. C. de
don.cauſa mor. & in l. Lucius. §. Caio.per illum tex. ad Treb.
& in l.codicillis. ad fi. prin.& in l.ſi quis vſumfr. ad fi.ꝟ.de vſuf.
leg & in conſ.58. quod inci. ex themate prædicto tria dubia o-
riuntur. Et multas queſtiones ponit Bald. in l. vbi. in 11. q. per
totum.C.quando non pe.par.& in l.vni.§.in primo.C.de cad.
tol.& latè in Auth.ſi quas ruinas.in vlt.q. C.de ſacroſ.eccl. Bal.
Flo. Rapha.Cu. & dominus Alex.in l.legatarius. in prin.per il-
lum tex.de leg.j.Bald.& Ang.in l. aquam.per illum tex. queād.
ſerui.amit.Bal.in l.vni. C.ſi Imperia. libera. ſo. deceſ.li.10.Bald.
in c.quę in eccleſiarum.in 13.col.in prin.& ſeq.& in 16. col. ad
finem.de conſt.& in c.1.§.filia verò. in fi.de ſucceſ.feu.& in l.2.
in vlt.col. & ibi latè Sal. C.de iur. emph. Io. de Imo.in ca.2. de
feud.do.Abb. in conſi.210. inci. factum contingens in his con
ſiſtit terminis. Pe. de Anch. in conſ. 245. inci. duo prima du-
bia.do.Alex.in conſi. 103. ſecundi volu. inci. conſideratis ver-
bis dictæ inueſtituræ, & in conſi. 105.quarti vol.inci. viſo the-
mate,& inſtrumento conceſſionis, & in conſ.ſeq. inci.in cauſa
Nicolai de Campegio.& in conſi.13. quinti vol. incip. perſpe-
251 ctis his,quæ in themate narrantur.in vlt. no. ¶ † Vltimò ſub-
dit Barto. ꝙ etiam in don. cauſa mor. habet locum ius accreſ-
cendi, ſi eadem res duobus coniunctim cauſa mortis donare-
tur,& vnus eorum viuo donatore decederet, eius portio alte-
ri accreſceret, per tex.in l. vnica.§.hæc autem omnia. qui eſt.§.
pen.C. de cad. tol. vbi etiam Bart. ad hoc no.illum text.& non
reperitur alibi in iure ſecundum Bal. in §. cùm autem.eadem.
l.Imo.in l.2.de leg.1.Idem etiam tenet Bart.in d.l.ſi mihi,& Ti
tio.& latius Bal.in l.vni.ad fin. in vlti.q.C.quando non pe.par.
252 †Adde ſecus eſſe in mortis cauſa capione, in qua non habet
locum ius accre.vt eſt tex.in l.pe.in prin.ꝟ.de condi. & demon.
per quē tex.ita tenent Imo.Raph.Cum.d.Alex.& Aret.in d.l.ſi
mihi,& Titio.in hoc reprehendentes Bart. & Pau. de Caſt.qui
* ibi tenebant contrarium.& ſubdit ibi d.Alex.ꝙ *communis ſenten
tia* eſt contra Bar.& ibi Are. aſſignat rationem diuerſitatis. idē
tenet Bald.in l.vni.in antepe.col.in ver.ſed quid in patre. C. qñ
non pe.par.& ibi Lud. Rom.in 8.q.Bald.in c.1.§.decedenti. qui
253 feu.da.poſ.do.Math.in no.152. ¶ Vltra Bart. † circa iſtam 6.
q. adde, ꝙ in iuriſdictione ordinaria inter collegas habet locū
ius accreſcendi.l.j.& ibi Bald.de offi.conſu. l. Imperatores. §.ſi
magiſtratus.& ibi Ang.& Imo.de appe.Bald.in l. vnica. in vlt.
q.C.quando non pe.par.Secus eſt in iuriſdictione plurium de-
legatorum,ſeu plurium arbitrorum,ſeu arbitratorum, vbi nō
habet locum ius accreſcendi.tex.eſt in c. vno delegatorum. de
offi.deleg. Ratio diuerſitatis puto ꝙ ſit,quia iuriſdictio ordina-
ria eſt fauorabilis,& extendenda,vt eſt gl.no.in c.j. in glo.ma-
gna,in verbo ꝓceſſus.de reſcrip.in 6.ſed iuriſdictio delegata eſt
odioſa,& ſtrictè intelligenda,vt eſt gl.in cle.2.in glo. pe.de offi.
ord.& gl. in c. ſtatutū.§.ſancimus.in verbo ſedis apoſtolicæ. de
reſcrip. in 6. ¶ Poteſtas arbitrorum, vel arbitratorum pendet
à poteſtate à partibus attributa, & vltra nō poſſunt,quàm par
tes ei tribuerunt.l.non diſtinguemus.§. de offic. ſuprà de arbit.
254 ¶ † Similiter in executoribus vltimæ voluntatis deputatis à
teſtatore habet locum ius accreſcendi, quia vno eorum mor-
tuo, vel in remotis agente, alius ſolus poteſt executionis offi-
cium adimplere.tex.eſt not.in c.fi.§.1.de teſta. in 6. Quem tex.
not. amplia, vt procedat etiam ſi teſtator diceret, ꝙ faciebat
Titium ſuum executorem vnà cum Sempronio, nam licèt ꝑ
dictionem vnà, videatur prima fronte teſtator voluiſſe eos ſi-
mul, & non ſeparatim executoris officium exercere, tamen il
la ſimultas in eo, quod dicit vnà, reſpicit actum diſponendi fa
ctum à teſtatore, ac ſi diceretur, ſimul & vno actu facio talē
cum tali executores meos, quod eſt idem acſi diceret, facio
Titiū & Seium meos executores, vt probatur in l.vlt.in prin.
C.de inſt. & ſubſt. Ita ampliat Bart. in conſ. 147.incip. factum
255 tale eſt,prædictus Mitus fecit teſtamētum. †Similiter ſi vnus
de ambaſciatoribus decedat,vel aliàs officium non impleat,ſa
larium decedentis,vel non implētis accreſcit ei, qui ſolus im-
pleuit. ita ſin. no. Bar. in l.cùm vos. per illum tex.C.de le.li.10.
256 quod reputat Bar.eſſe bene not. ¶† Similiter in vocib. habet
locum ius accreſcendi morte, priuatione, vel ſuſpenſione. l.ſi
legatario.§.j.& quod ibi Barto.ꝟ.de fideic.lib. ſecundum Bal.in
d.l.vni.in vlt.q.C.quando non pe.par.facit tex.in ca.cum nobis
257 olim.de elect. ¶ †Econtra autem in pluribus tutoribus teſta-
mentarijs vno eorum mortuo, vel bannito eius officium cæ-
teris non accreſcit, ſed alius tutor debet per iudicem dari. l.ſi
quis ſub conditione. circa fi. de teſta.tute.& l.2. C.in quib.cau.
258 ha.tu. tu. da. poteſt. ¶†Item ſi habens bona in diuerſis terri-
torijs habentibus diuerſos dominos, & ſic diuerſos fiſcos, cō-
miſit delictum, propter quod omnia eius bona veniunt con-
fiſcanda, ſi alter fiſcus repudiat, alteri non accreſcit, quia inter
iſtos duos fiſcos non eſt ius accreſ. quia ſunt tanquam ſeparati
hæredes diuerſarum hereditatum, propter diuerſitatem terri-
torij.ita no.determinat Bal.in l.ex facto.magna.in vlt.col.& ibi
Imo.in pe.col.ſ̃.de hær. inſti.idem tenet Bal.in l.vni. C.quando
non pe.par.in 9.q.ver.ſed ponamus,quidam habebat bona Pa-
duæ. vbi mouetur, ꝙ ideo inter iſtos fiſcos non eſt locus iuri
accreſ. quia fiſcus non eſt propriè hæres. l.quoties. in fin.& l.
nouatio.de nou. & aliud ſunt bona, aliud hæreditas, ſecundū
Barto.in rub. ff.de acquir. hær. licèt fiſcus habeatur loco hære-
dis.l.tutoris.C.ad l.Iul.de vi. ¶ Vltimò poſſet formari queſtio,
quam ponit Bal.in l.vnica.§.cùm autem.C.de ca.tol.Quidam
conceſſit mihi, & Titio ꝙ poſſimus decoquere in furno ſuo
gratis omni hebdomada. 10.ſtaria frumenti, an Titio mor-
tuo mihi accreſcat eius portio? Videretur, ꝙ ſic, ex quo ſu-
mus coniuncti re, & verbis, & ſic venio per ius non decreſcē-
di,quod in contractibus locum habet. Contrarium determi-
nat ibi Bald.quia cùm ſemel Titius fecerit partem, receſſum
eſt à iure non decreſcendi, & oportet venire per ius accreſ. vt
ſubtiliter dicit no. Barto.in l.in articulo,.de vſufr.& iſtud ponit
259 Bart.hic in 2.par.in j.q. 2.q. prin.†ſed ius accreſ.non habet lo-
cum in contractibus lucratiuis, vt habetur in l. ſi mihi & Ti-
tio. in prin.infra de verbo.obli. & iſtam dicit Bal. eſſe ſubtilem
conſiderationem. Et per iſta cum laude Dei ſit impoſitus finis
huic difficillimæ legi, & huic ſubtiliſſimæ, & profundæ ma-
teriæ.

*SVMMARIVM.*

1 *Trebellianica habet locum, vbicunque habet locum falcidia. & ibi an hoc ſit verum. & in ſecunda nu. 9. & 15.*

*Teſtator hodie poteſt prohibere Trebellianicam. & in 2.nu.10.*

2 *Trebellianica ceſſat in fideicommiſſis ad pias cauſas, ſicut ceſſat in legatis Falcidia, & in 2.nu.11.*

*Hæres non conficiens inuentarium, an perdat Trebellianicam ſicut & falcidiam, & nu.7.quòd non. & in 2.nu.12. & 16.*

3 *Trebellianica an detrahatur de fideicommiſſis particularibus ſicut de vniuerſalibus, & nu. 6.vbi tenet communem opi.contra Raph. & in 2.nu.6.vbi etiam diſputat. & in nu.13.tenet communem.*

4 *Falcidia an detrahatur etiam de fideicom.vniuerſali, ſicut de particulari legato. & vide in ſecunda nu.7. & in nu.14.quòd non*

5 *Idem verbum aliquando propriè, & aliquando impropriè ſtare pōt. & in 2.num.8.*

8 *Legata particularia ſunt æquiparata fideicommiſſis particularibus, & vniuerſalia vniuerſalibus. & in 2.nu.16.*

9 *Actiones, quæ competunt pro legatis, an competant etiam pro fideicōmiſſo vniuerſali.*

10 *Dominium quare ſit ꝙ non trāſit recta via in fideicommiſſarium, ſicut in legatarium.*

11 *Onera hæreditaria non tranſeunt ipſo iure in fideicommiſſarium.*

12 *Rei vendicatio non datur pro vniuerſitate iurium, & rerum, ſeu corporum. & in l.1.infra eo.nu.10.in prima. & 2.nu.21.*

13 *Hypothecaria an competat pro fideicommiſſo vniuerſali ante reſtitutam hæreditatem.*

14 *Actio perſonalis competit fideicommiſſario vniuerſali contra hæredē, qui ſponte adit, vt cogatur reſtituere.*

*Remedia Senatuſconſulti Trebelliani ponit remiſſiuè. in 2. lect. numero 1.*

*Senatuſconſultum Trebel. fuit factum tempore Neronis Imperatoris. in ſecunda num. 2.*

*Senatuſconſultum Pegaſianum fuit introductum tempore Veſpaſiani*

*Impe-*

*Imperatoris, in ſecunda num. 3.*
*Remedia Senatuſconſulti Pegaſiani.*
*Iuſtinianus attribuit remedia Pegaſiani Trebelliano. in 2. num. 4.*
*Remedia Pegaſiani ideo ſunt attributa Trebelliano propter ſtipulationes captioſas, & veteribus odioſas ex Pegaſiano deſcendentes. in 2. numero 5.*
*Maius dignum debet trahere ad ſe minus dignum.*

## Ad Senatuſconſul. Trebel. Rub.

*Hæc Rub. & eius leges ac paragraphi ad vtranque lect. ſummabuntur, prout per Auctorem legitur.*

¶ Pro introitu iſtius tit.& eius intelligentia, necnon & titu.s̃. ad l.
Fal. ante omnia ſe offert noua opi. quam ponit Raph. Cu. in l.
1 j.in vlt.col.s̃.de leg. 1.† ꝙ vbicunq; habet locum falcidia, habet
etiam locum Trebellianica, & ꝙ diſpoſitum in vna, cenſetur
a diſpoſitum in altera,[a] & ꝙ vbi vna ceſſat, & alia, eo quia vbicunque eſt legatum, eſt etiam fideicom.d.l.1.s̃.de leg.1.& aliud non alle. ideo infert, cùm teſtator poſſit hodie prohibere detractionem Falcidiæ. Auth. ſed cùm teſtator. C. ad l.Falc. fatuum eſt dubitare, an etiam poteſt prohibere Trebellianicam, licet in hoc varię ſint ſententiæ, vt per Bar.& alios in l. Marcellus. in prin.j̃.eod. cùm ibi ſit Falcidia, eſt etiam Trebellianica, & vna remota, etiam alia intelligitur remoueri, vt dixi. & patet ex Authē. de hære.& Fal. coll. 1. vbi etiam fit mentio de fideicō. Nec ob. ꝙ diuerſi ſint tit. ad l.Fal.& ad Treb. ergo videtur contrariū dicendum. l.ſi idem. C.de codi. Reſpondet Rapha. ꝙ in titu. ad Treb.& in ti. ad l.Fal. tractatur promiſcuè de vno, & altero. Itē in tit. ad Treb. principalius tractatur de alijs beneficijs Trebellianicæ, quàm de deductione quartæ, ſed in tit. ad l.fal. princ. vr̃ tractare de particularibus, in tit. ad Treb. de vniuerſalib. pp beneficia, quæ dantur ſing. quæ non dantur omnia vniuerſalibus, & econtra, vt patet ex l.1.in prin. infra eo. ita ibi reſidet Rapha.
a Adde ꝙ iſta opi. eſt vera, ex ea etiam ſequitur, † ꝙ ſicut in legatis ad pias cauſas ceſſat falcidia. Auth. ſimiliter. C. ad l.fal.& ita ceſſat treb. & ſic tenet Bart. in d. Auth. ſimiliter. Item etiam facit, ꝙ ſicut hæres non conficiens inuentarium perdit falcidiam. §.ſi vero non fecerit. in Auth. de hær.& fal. colla. 1. ita & trebellianicam. ita tenet Lu. Ro. in d. Auth. ſimiliter. tenendo tex. in d.§.ſi verò non fecerit. in ver. & in fideic. contrarium tn̄
* in hoc vlt. tenet. Bar. *& communiter Doct.* in d.Auth. ſed cùm teſtator. in vlt. col. cum ſuis concor. ¶ Adde etiam pro iſta opi.
b facere, quod fortius,[b] & nouiter tenet idem Raph. Cu. in l.1. in
3 prin. in 2.col.j̃. eo. † ꝙ trebellianica detrahatur nō ſolum de fideic. vniuerſalibus, quod eſt indubitatum, ſed etiam de fideic. ſing. quod probat ſic. Nam Pegaſianum Senatuſc. induxit detractionem quartæ in ſing.& vniuerſalibus. §. ex ſingulis. Inſti. de fideicom. hær. ſed virtus Pegaſiani eſt attributa trebelliano, vt dicit gl. iſtius Rub. niſi reſpondeas ſecundum eum, ꝙ virtus Pegaſiani quatenus reſpicit vniuerſalia, bene eſt attributa trebelliano, ſed quatenus reſpiciebat particularia, fuit attributa legi falcidiæ, per no. in l.1.s̃.de leg. 1. Tu dic, ꝙ pro iſta opi. fortiter ſtringit ille tex. in d.§. ſingulis. qui ad literam dicit, ex ſingulis quoq; rebus, quæ per fideicom. relinquuntur, eadem retentio permiſſa eſt. ecce ꝙ ibi eſt tex. clarus pro iſta opin. ꝙ trebellianica detrahatur etiam de fideic. ſing. nec dicatur, ꝙ ille tex. in verbo eadem retentio, intelligatur de reten. falcidiæ, cùm ille
4 tex.& tit. prin. loquatur de treb. ¶ † Similiter econtra, ꝙ ex fideicommiſſo etiam vniuerſali detrahatur falcidia nedum trebellianica, videtur eſſe fortis tex. in l.filiusfa. ff. ad l.fal. Adde etiam pro prædicta opi. Raph. ꝙ diſpoſitum in vna cenſeatur diſpoſitum in altera, facere tex. in l.1.§. denique. & §. quod autem. s̃. eo. ſimiliter, ꝙ in quibuſcunque ceſſat falcidia, ceſſat etiam trebellianica, eſt text. in l. Marcellus. §. quod autem. infra eo. Pro eadem opi. adde tex. in l.in teſtamento. 2. C.de teſt. mil. qui dicit falcidiam & in legatis, & fideicom. ceſſare. & glo. ibi dicit. ſ.
c generalibus, & ſpecialibus. pondera, quia priuatio[c] præſupponit habitum. l.decem. cum vulg. ff. de verbo. oblig. ergo vult, ꝙ falcidia habeat locum etiam in fideic. vniuerſalibus, & licet d. Ale. ibi dicat, ꝙ verbum falcidia capiatur ibi pro trebellianica, iuxta gl. in Auth. vnde ſi parens. C.de inof. teſt.& probatur in l. cum filio. in verbo falcidiæ. s̃.de leg. 1. certè iſta expoſitio non videtur poſſe ſtare, cùm text. dicat in legatis, & fideicom. ſed in legatis nullatenus conuenit trebellianica, ergo illa expoſitio
5 ſtare non poteſt, niſi tu diceres, † quòd idem verbum aliquando ſtet propriè, & impropriè, iuxta glo. in l.2.ff.de off. procon. & leg. & ſic ibi verbum falcidia, ſtabit propriè reſpectu legatorum, ſed impropriè reſpectu fideicom. ſed non eſt ſine violentia ad illum tex. ¶ Item adde, ꝙ cum prædicta opi. Rapha. Cu. videtur ſe conformare Ang. de Are. in §. ſed quia hæredes. ad fi. Inſti. de fideicom. hę. vbi quærit, an de fideicom. ſingulari detrahatur falcidia, an verò trebellianica, & dicit ibi eſſe tex. in ver. ex ſingulis, ꝙ detrahatur trebellianica. In contrarium dicit videri tex. in l.1. in prin. cum glo.j̃.eo. ipſe tenet, ꝙ cùm ſaltem hodie ſint adæquata per omnia legata fideicom. & econtra. l.2.C.comm.de leg. l.1.s̃.de leg.1.& tantum ſit dicere, lego, quātum fideicommitto, & econtra, l. & fideicommiſſum. ff. de leg. 2. neceſſariò ſequitur, ꝙ quamuis teſtator dicat per verbū fideicommitto, ꝙ facto fideicommiſſo ſingulari detrahatur falcidia, ſicut & de legatis olim poterat, & poterit etiam detrahi trebellianica, quia hoc fuit introductum etiam ex Senatuſcon. Pegaſiano d. §. ex ſingulis. & ſic non vitiaretur ſecundum eum actus, ſeu petitio, ſiue dicatur, ꝙ petit de dicto fideicommiſſo particulari deduci falcidiam, ſiue trebellianicā. quod eſt bene notandum ſecundum eum. ¶ Breuiter iſtis nō
6 obſt. non recedas à communibus concluſionibus, † ꝙ falcidia habet locum in fideic. ſingularibus, vel particularibus, & non trebellianica, quæ habet locum pro fideic. vniuerſalibus, vt eſt tex. apertus in l.1. in prin. infra eod. vbi vult tex. falcidiam pertinere ad fideicom. particularia. facit l.2.§. Quintus. C.de ve. iu. enu. Item diſpoſitum in vno, non ſemper habet locum in alio. patet per l.in quartam. ff. ad l.fal. vbi in falcidia ſolùm imputatur illud, quod capitur iure hæreditario, non autem quod capitur iure prælegati, vel conditionis implendæ, quod ſecus eſt de directo in trebellianica, ut ibi, ita non eſt uerum, ꝙ quę faciūt
7 ceſſare falcidiam, faciant ceſſare trebellianicam. † patet, quia hęres non faciens inuentarium, perdit detractionem falcidiæ. §.ſi verò non fecerit. in Auth. de hęr.& fal. colla. 1.& tamen nō
d perdit detractionem trebellianicæ.[d] *Iſta eſt communis opin.* quam
* Bar.& alij tenent in l.Marcellus. in prin. in vlt. col. infra eo. cum multis concor. traditis per d. Ale. ibi, & in conſi. 29. 5. vol. quod incip. perſpectis & conſideratis. in 3. col. Bart. in d. Auth. ſed cū teſtator. in vlt. col. Io. de Ana. in conſi. 61. quod inci. uiſis & ponderatis. quod conſilium eſt errore inſertum inter conſilia do. Alex. in conſi. 49 in 3. uolu. ¶ Non obſt. d.§. ex ſingulis, quia reſponde, ut ibi dicit d. Chriſto. ꝙ illa uerba, eadem retentio permiſſa eſt, ſunt referenda ad retentionem, quæ fit ex l.falc.& ſic ad proxima, non autem ad ea, quæ fiebant tūc per Pegaſianū,
8 hodie uerò per treb. & ſic ad remota. Non obſt. † ꝙ legata, & fideicommiſſa ſunt æquiparata, quia reſpondetur, ꝙ legata particularia, de quibus detrahitur falcidia, ſunt æquiparata fideicō miſſis particularibus, non autem ſunt æquiparata fideicō. uniuerſalib. uel econtra, ut patet in l. ſi quis omiſſa. ff. ſi quis omiſ.
9 cau. teſta. no. gl.& Doct. in l.1.s̃.de le.1. ¶ † Iuxta prædicta ad eorum declarationem occurrit aliud dubium, quod non reperio in ſpecie tactum in locis communibus. Nam hodie per l.1.& 2.C.commu.de leg. & §.1. Inſti. de leg. eſt diſpoſitū, ꝙ pro legatis, & fideicom. particularibus competūt tres actiones, rei uen. hypothecaria, & actio ex teſtamento, an iſtę tres actiones competant ēt pro fideicō.& legatis uniuerſalibus? Et quidem circa rei vendicationem vr̃ clarè concludēdum, ꝙ competat duplici fundamento. primum eſt, quia in particularibus tranſit ipſo iure dominium. l.à Titio. in fi. ff. de fur. l.ſi tibi homo. §. cùm ſeruus. cum ſi. s̃. de leg. 1. ideo rei uend. competit. l.in rem. in prin. ff. de rei uen. l.unica C.de alie. iud. mu. cau. fac. ¶ Secus eſt in vniuerſalibus ante reſtitutionem factam. l.reſtituta. in prin. & l.facta, in prin.& ibi gl. pręcisè dubitat in terminis, & l. ſi mulier. §. fi.j̃.eo gl. in l.Marcellus. §. res quæ. j̃.eo. Bart. in l.1. in ult. col. s̃. de
10 leg. 1. Et ſi diceretur, † quę poſſit eſſe ratio diuerſitatis, quare in fideic. uniuerſalibus non tranſeat recta uia dn̄ium, ſicut in par-
e ticularibus, dic. ꝙ triplex eſt ratio diuerſitatis. Primam[e] aſſignat

### ADDITIONES.

a ¶ Altera. Adde, quòd falcidia non æquiparatur in omnibus Trebellianicæ, teſte Rol. qui plura de eis ſcribit, conſ. 27. nu. 18. lib. 1.

b Fortius. Adde glo. in l.in teſtamento. la. 2.C.de teſt. mil. PVRPV.

c ¶ Priuatio. Adde l.manumiſſiones. de iuſt. & iur. l.1. in §. cæterum. & ibi Bald. ff. quib. mod. vſusfru. amit.

d ¶ Trebellianicæ. Adde, quòd hic articulus eſt diſputabilis, & vix ſcitur, quæ ſit communis, quam cōtrouerſiam diſertè ſatis, & copiosè examinat Oſaſc. Deciſ. 247. vbi pro negatiua allegat. 48. Doct. pro affirmatiua autem. 61. & tandem rem diſtinctione temperat. nu. 26. vbi dicit Senatum pro affirmatiua pronunciaſſe, quo ad hæredes extraneos, intelligendo tamen per eum ibi, qui paulo poſt negatiuā veriorem exiſtimat, quam etiam ſequitur Rol. vir ornatiſ. conſ. 27. num. 14. & 26. lib. 1. conſ. 26. nu. 26. lib. 3. Miſing. cent. 3. obſer. 60. Natt. conſ. 200. 323. Alex. conſ. 67. lib. 4. Pract. Pap. for. lib. ex teſta. verſ. purè inſtituit. poſt num. 10. vbi dixi. MASVER.

e ¶ Primam. Adde, quæ ſcribit Bart. in l.fin. j̃. ad Tertul. l.in ſubſtitutione. vbi glo. de vulg. l. ex facto. eod. tit. Ruy. in l.1. s̃. de leg. 1. Aret. d.l. in ſubſtitutione. col. 2. Doct. Mod. in d.l.1. de leg. 1. vbi impugnant rationem Iaſ. hic, & vide Alex. j̃. in §. ſed & quoties. & l.ſancimus. §. pen. C. ad Trebell. vbi Alber. Aret. in l.2. col. 7. de leg. 1. BELLOT.

gnat Barto.in d.l.j.in 3.col.ſ.de leg. j. quia in fideicommiſſo v-
niuerſali res non ſunt relictæ principaliter, ſed per conſequen-
tiam,ideo non tranſit ipſo iure dominium,quia ēt in rebus par
ticularibus, quæ per conſequentiam relinquuntur,non tranſit
recta via dominium.l.ſeruum filij.§.fi.vbi gl.& Doc.ſ.de leg.1.
Secundam rationem aſſignat Imo.in l.non amplius. §.fin.ſ.de
leg. 1. quia in fideicommiſſarium vniuerſalem nedū debēt ve-
nire res,ſed etiam iura,& actiones actiuæ,& paſſiuæ.l.1.in prin.
ſ.eo.ideo non fuit conueniens, ꝙ ante tranſiret dominium re-
11 rum,quàm iura & actiones,q̄ rō ceſſat in particularib. ¶ † Tu
aſſigna tertiam rationem, nam in fideicommiſſarium vniuer-
ſalem tranſeunt onera hæreditaria.d.l.1.in prin. §.quamquam.
ſ.eo,§.reſtituta.Inſti.de fideic.hær.ſed onera ipſo iure nō debēt
tranſire,ne quis inuitus reperiatur ipſo iure obligatus, ideo re-
quiritur,ꝙ ſibi fiat reſtitutio,& ꝙ ipſe acceptet reſtitutionem.
Et cùm non tranſeant onera ipſo iure,non tranſit ēt commo-
dum,& ſic dominium ipſo iure,per regulam.l.ſm naturam.ff.
de reg.iu.Et arguit tex.in l.1.in prin.ſ.eo.quæ ratio ceſſat in par
ticularibus, quæ non habent aliqua onera hereditaria annexa.
l.ſi hæreditatem. §.1. ff.manda. Ideo in eis tranſit ipſo iure do-
12 minium.¶†Secundum prin.fundamentum, quare pro fidei-
commiſſis,vel legatis vniuerſalibus non competat rei vendica
tio,eſt,quia rei vend.nō datur pro vniuerſitate iurium,& rerū
ſeu corporum.l.vendicatio.& ibi Bart.ff.de rei vend.l.pe.C.co.
de rei vend.declarat Bar.in rub.ff.ſolu.mat.in vlt.col. quicquid
13 dixerit idem Bar.in l.1.in vlt. col.ſ. de leg.1. ¶†Circa verò hy-
pothecariam breuiter tenet, ꝙ etiam pro fideicommiſſo vni-
uerſali ante reſtitutam realiter hæreditatem competit hypo-
thecaria,ita tenet Bal.in l.1.in 1.no.C.commu.de leg.per tex.in
Auth.contra rogatus. C.ad Treb. adde bene facere,quod vult
Bar.in l.1.ad fi.ſ.de lega. 1. vbi tenet,ꝙ quando legatum,vel fi-
deicommiſſum eſt tale,pro quo non competit rei vendicatio,
ſed actio perſonalis,vt in terminis noſtris, & tunc non eſt du-
bium,ꝙ competit hypothecaria,l.1.in fi.C.comm.de leg.ēt de
iure antiquo,l.creditoribus.ff.de ſepara.idem ſecundum eum,
quando non competit actio perſonalis,vel in rem, ſed ſolùm
officium iudicis,vt in hoc caſu,quia qua ratione hr̄s compel-
leretur,poſſunt eadem ratione res hæreditariæ compelli. l. cùm
hæreditas.ff.de pet.hær.ad hoc dicit bene facere.l.de pollicita-
14 tionibus.in fi.ff.de pollici. ¶†Quantum verò ad actionem p-
ſonalem ex teſtamento, an competat fideicommiſſario vni-
uerſali,breuiter dic,ꝙ ei competit contra hæredem, qui ſpon-
te adit,vt cogatur reſtituere.gl.in l.reſtituta.§.1.ſ. eo.glo.in l.ex
ea ſcriptura.C.eo.Et ita tenet,& declarat no.Bar.in l.ſi legatus,
in prin.& in l.Papinianus.infra.eod.

Sequitur l.Explicito. quæ eſt l.1.ſecundum primam lecturam.

### SVMMARIVM.

1 *Actiones, & iura actiuè, & paſſiuè tranſeunt in fideicommiſſarium facta reſtitutione, & hæredi, & contra hæredem datur exceptio. & in ſecunda nu.2.*

*Verbum reliquum, id eſt in poſterum. & in 2.nu.2.*

3 *Actiones actiuæ ab hærede in fideicommiſſarium tranſeunt ſine ceſſione facta reſtitutione reali, ſiue verbali etiam in minima re. & in 2. lectu.num.6.*

4 *Actiones paſſiuę ab hærede in fideicommiſſarium tranſeunt ipſo iure facta reſtitutione.& in ſecunda num.8.*

5 *Conſtituens procuratorem in rem ſuam ad ſuſcipiendum iudicium, poteſt tamen ipſe etiam inuitus conueniri.*

6 *Creditor non tenetur nouare alium debitorem, etiam ſi ęquè, vel magis idoneus offeratur.*

7 *Actiones actiuę,quę in hęrede facta reſtitutione fideicom.remanent,apud eum fiunt inanes. & in ſecunda num.9.*

*Creditores hæreditarij licèt ante Senatuſconſultum Trebellianum non poſſent agere contra fideicommiſſarium,tamen hodie facta reſtitutione agunt, in ſecunda lectura num.3.*

*Hæres adeundo dicitur quaſi contrahere cum creditoribus hęreditarijs. in ſecunda num.4.*

*Fideicommiſſarius poſt Senatuſconſultum Trebellianum dicitur quaſi contrahere cum reſtituente ſibi hęreditatem, & cum eo tacitè agere de ſatisfaciendo creditoribus, & legatarijs hæreditarijs. in ſecunda numero 5.*

*Caſus, in quibus actiones tranſeunt ipſo iure ſine ceſſione, remiſſiuè. in ſecunda num.7.*

8 *Inſtantia iudicij cœpta cum defuncto, tranſit in fideicommiſſarium facta reſtitutione. ſecus ſi cum hęrede, & in ſecunda nu.10.*

*Translatio inſtantiæ de vna perſona in aliā quot modis fiat remiſſiuè.*

9 *Vſufructuarius dicitur largè ille,qui habet ius vtile,& ſic effectum,& commoditatem. & in ſecunda nume.11.*

*Vſufructuarius omnium bonorum an teneatur ſatisfacere creditoribus hęreditarijs. in ſecunda lect.nu.12.& legatarijs.& in num.14.& vide in nu.19.vbi quid tenendum.*

*Vxor relicta vſufructuaria omnium bonorum, ſi extraneus eſt hęres inſtitutus, non tenetur de vſufructu ſoluere creditoribus hæreditarijs, contra Bar. & eſt communis. in 2.num.13.*

*Cum vſufructuario vniuerſali ex diſpoſitio.l.mitius agitur, quàm cum vſufructuario ex diſpoſitione hominis.in ſecunda nu.15.*

*Vſufructuarius vniuerſalis ex legis diſpoſitione tenetur ſoluere legata annua.in ſecunda nu.16.*

*Teſtator,qui eſt obligatus omni anno ad dandum monaſterio quinquaginta, & habebat duo milia in bonis,ſi legat vxori vſumfructum omnium bonorum, & inſtituat Titium hæredem vniuerſalem,monaſterium omni anno de fructibus duorum mille habebit ad rationē quinque pro centenario. in ſecunda nu.17.*

*Vſufructuarius quartæ bonorum non tenetur ad ſolutionem ęris alieni. in ſecunda num.18.*

10 *Dominium,quod tranſit in fideicommiſſarium facta reſtitutione, an ſit directum,an vtile.& in ſecunda lectu.nu. 20. & vide in prima nume. 14.quod eſt vtile. & in ſecunda nu.22.*

*Actiones directę ſunt inſeparabiles à nobis tanquam characteres impreſſi.*

11 *Domini duo directò eſſe poſſunt,vnus in vniuerſo, alius in rebus particularibus. & in ſecunda lect.num.22.*

*Feuda exiſtentia in regno Apuliæ ſunt de directo dominio Regis, licèt totum regnum ſit feudale Eccleſiæ.*

12 *Bonorum poſſeſſoria hæreditatis petitio vniuerſalis licèt ſit prętoria,tamen ſingulares actiones competentes bonorum poſſeſſori ſunt ciuiles.*

13 *Duo directa dominia an ſimul poſſint concurrere in eadem re in diuerſis perſonis,remiſſiuè. & in ſecunda num.23.*

15 *Vſusfructus cauſalis eſt inſeparabilis, & eo translato efficitur formalis. & in ſecunda num.25.*

16 *Lex loquens de dominio, in dubio intelligitur de directo. & in ſecunda numero 26.*

*Dominium vtile, quod contrariatur directo, vel ei præfertur, dicitur verum dominium. & in ſecunda num. 27.*

*Lex vbi poteſt diſponere propriè, non cenſetur diſponere impropriè.*

*Actiones,quę tranſeunt in fideicom. per Senatuſconſultum Trebel. an ſint ciuiles, vel prętoriæ. in 2.numero 28. & numero 30. quòd ſunt ciuiles.*

*Statutum, quòd nullis actionibus preſcribatur niſi ſpatio 30. annorū, an comprehendat actiones merè prętorias.*

*Princeps ſi mandat Poteſtati, quòd cauſam deleget Titio, Titius dicitur delegatus Poteſtatis, & non principis.in 2.nu.29.*

*Dictio ex, denotat cauſam immediatam.in 2.num.31.*

*Actiones ex edicto ſi quis omiſſa cauſa teſtamen.an ſint ciuiles,an prętorię,remiſſiuè. in 2.num.32.*

*Fideicom.in quem tranſeunt actiones vtiles facta reſtitutio. fideicom. habet etiam exercitium directarum nomine hæredis. in ſecunda lectu. num.53. abſque alia ceſſione.*

## LEX PRIMA.

1 EXplicito. ¶ † Facta reſtitutione fideicom.vniuerſalis,tran
ſeunt actiones,& iura actiuè,& paſſiuè in fi-
deicom.& hęredi,& contra hæredem parat
exceptio.h.d.vſq; ad §. ſublata. ¶ In text.ibi,
idem eſt.iſta eſt quędam interpoſitio,q̄ me-
lius fuiſſet poſita in fi. poſt verbū defuncto-
2 rum voluntates,vt etiam dicunt Imo. & Pa. de Caſt.¶†In tex.
a ibi,reliquum.iſta dictio[a] bene ſignificat hic in reliquum, i.in re
ſiduum,vt in l.reliquorum.ff.de verb.ſign. ſed vult dicere in re
liquum.i. in poſterum. facit l.donationes.in fi. in verb. cęterū.
cum gl.C.de don.inter vi.& vxo. ¶No.1.ſm Rapha.Cu. ꝙ in
iſto tex.habemus tria exorbitantia à iure communi, quæ alibi
3 non reperiuntur in iure ſm eum.†Primum eſt, ꝙ ab hærede in
fideic.tranſeunt actiones actiuæ ſine aliqua ceſſione,facta reſti
tutione reali,vel vèrbali,ēt de minima re. l. reſtituta. & l.facta.
in prin.ſ.eo.Adde ꝙ ratio eſt, quia facta reſtitutione hæres po-
nit fideic.in locum ſuū.l.planè.in verbo, ſuo loco. ff. fam.erciſ.
& l.qui quadringenta.in verbo,quod ſuo loco.ſ.eo.& attingen
do ēt rem minimam hæreditariam,quia ſic dr̄ acceptare fidei-
commiſſum,conſequitur ius fideic. vniuerſalis, iurib. pręal.fa-
cit.l.qđ hęrede.in prin.per totā.l.ff.de acq.hær.ſunt tn̄ ēt plures
alij caſus,in quib.tranſeunt actiones ſine ceſſione, de quib. per
gl.in §.ſi quis alij.Inſti.de inu.ſtip.per Bar.& alios in l. ſtipulatio
iſta.

ADDITIO.

a ¶Dictio.Adde c.innotuit.de elect.in verſ.habito. & in c.per tuas, qui fil.ſint leg.Raph.Cum.in conſ.114.inc.Ant.in 2.col.

4 ista.§.si stipulet. ff. de verbo. oblig.¶†Secundum singulare est,
ꝙ facta restitutione transeunt actiones passiuæ ab hærede ipso
iure in fideicom. quod alibi in iure non reperitur, imò regula
est in oppositum, ꝙ actiones passiuæ ad alium mero iure tran-
sire non possunt.l.1.C.de pac.& l.2.C.de hær.vel act. vend. acti-
uas enim possumus à nobis excutere,& in alium transferre ce-
dendo,quia sunt in ptāte nostra,secus aūt in passiuis, quia non
possumus nos liberare ab obligatione passiua transferendo in
5 alium,iuribus prealleg.¶†Hinc est, ꝙ si quis constituat procu-
ratorem in rem suam ad suscipiendum iudicium, pōt tñ inui-
tus conueniri omisso procuratore.l.si actor.& ibi no.ff.de pro-
6 cur.†Hinc est etiam, ꝙ creditor non tenetur nouare alium de-
bitorem,ēt si æquè vel magis idoneus offeratur,vt est text.not.
in l.si mandato meo.§.1.ff.mand.Bal.& Mod.in l.si pater.C.de
colla. Et tñ hic fideicōmissarius vniuersalis velit nolit,obligat
& non hæres, & sic obligationes passiuæ transeunt in fideicō.
ēt inuitis creditorib.Et istud hic permittitur pp authoritatem
Senatusc.Treb.aliàs aūt non toleratur, vt declarant Bal. & Sal.
7 in d.l.2.C.de pac.¶†Tertium singulare & exorbitans est,quod
ēt alibi non reperitur in iure ſm eum, ꝙ actiones,quæ hæredi
actiuæ dabantur,apud eum fiunt inanes, licèt aliàs actiones, q̄
per cessionem transferuntur apud eum, qui transfert,non so-
leant remanere inanes,nisi interueniat vnum de trib. de quib.
in l.3.C.de noua.no.in l.facta.§.si hæres.& in l.qui quadringen-
ta.j̃.eo.alium tñ casum habes in venditore hæreditatis in l.fi.ff.
8 de transac.¶†Secundò no.in ver.iudicia penderent. secundum
Barto.Ang. & alios, ꝙ instantia iudicij inchoati cum defuncto
transit in fideicom.cui restituta est hæreditas, vt hic,secus si cū
hærede,quia non transiret in fideicommissarium.l.cùm hære-
ditas.in fi.j̃.eo. sicut in simili actiones, quæ cœperunt nasci in
personam hæredis,non transeunt per restitutionem hæredita-
tis,nisi cedantur,vt est tex.no.in l.si hæres pecuniam.in princ. j̃.
eod. & quot modis fiat translatio instantiæ de vna persona in
aliam,dic vt per Bar.hic,& no.in l.post finitam.ff.de suspe. tut.
cum multis concor.traditis per D.Alex.& vltra Scribentes, an
sicut instantia propria transit ad hæredem.l.si eum hominē. ff.
de fideius.idem sit in quasi instantia,puta defunctus se detulit,
& nondum probauit,an hæres succedat in ista quasi instantia,
q̄ non est propriè de contentiosa iurisdictione, quia de plano
talis cā agitur,& sic non propriè dicitur instantia, quæ dicit ab
insistentia partis: Tu dic, adhuc hæredem in illa quasi instantia
succedere,tex.est in l.edicto.§.ad hæredes.ff. de iure fis. de quo
admiratur Bal.in l.vnica.ad fi.C.de his,qui se defe.lib.10.dic,vt
9 ibi per eum.¶†Tertiò no.ibi,ius fructusq́,.ꝙ ille,in quem trāsit
vtile ius,& sic effectus,& commoditas,dicitur vsufr. largo mo
do:propriè tñ, & strictè loquendo non est vsufructuarius.l.1.ff.
de vsufr.facit bene tex.in l.1.§.pe.de superfi.vbi superficiarium,
& sic habentem vtile dñium tex.appellat vsufructuarium non
10 simpliciter,sed cum nota improprietatis quasi.¶†Vltimò ex-
tra gl.quærit Pau.de Cast.in lec.Bonon.de subtili passu,an dñiū,
quod transit in fideicommissarium facta restitutione hæredi-
tatis,sit directum,vel vtile,& vr̃, ꝙ sit vtile, sicut vtiles sunt illæ
a actiones, q̄ transeunt [a] in fideicō.l.pe.in fi.C.eod.§.restituta. cū
seq.Insti.de fideic.hær.¶Contrarium dicit se putare, ꝙ imò trā
seat directum dñium,licèt dicat, ꝙ non reperit ab aliquo tactū.
Motus,quia directum dñium potest quis à se separare,licèt se-
cus sit in actionib.quæ sunt inseparabiles, tanquam quidā cha-
racteres impressi animæ.l.quis ergo casus.cum gl. ff.de pecu.gl.
in l.3.in prin.ff.pro soc.Istud patet,quia dñium potest transfer-
ri ad tps.l.fina.C. cōia de leg.secus in actione.l.nemo pōt.& ibi
no.s̃.de leg.1.& sic ſm eum fideicom.poterit intentare directā
rei vendicationem,non aūt directam hæreditatis petitionem.
l.1.& per totum.ff.de fideic.hęr.peti. ¶ Contrarium tenet Do.
Alex.hic allegans Cy.tenere ꝯrium in l. 1. C. vnde legi. allegat
ēt tex.in l.1.iuncta gl.in ver.dñium.quæ exponit.s.vtile. ff.de bo
no.pos.& Bar.in l.2.eo.tit.in quib.locis hr̃, ꝙ si alius est de dire-
cto hæres,sicut in alium transferuntur vtiles actiones, ita etiā
transfertur vtile dñium non directum,ne duo reperiantur dire
ctò dñi eiusdem rei, ꝯ regulam. l.si vt certo.§.si duob. vehicu-
lum.ff.commo.Istud ēt ſm eum est de mente Bar. in l. si qs vi.
§.dr̃ia,ff.de acq.pos. Quid tenendum? Tu adde, ꝙ idem quod
hic tenet,& plenius idem D.Alex.in d.l.1.in vlt.col.C.vnde le-
gi.vbi quædam alia adducit,& respondet fundamento Pau.de
Cast.ita ēt tenet D.Alex.in l.ex asse.ad fi.j̃.eo.¶Sed aduerte, q
Pau.de Cast.qñ quærit,an in fideicō.transeat directum dñium,
loquitur,& debet intelligi respectu rerum singularium, q̄ sunt
in hæreditate,non aūt loquitur respectu fideicom.vl̃is.istud pa
tet,quia Pau.de Cast.dicit, ꝙ effectus est,quia poterit intentare
rei vendicationem directam, sed rei vendicatio non competit
pro vniuersitate iuris.l.vendicatio.ff.de rei vend. & dixi.s̃.in ru-
bri.¶Isto sic præsupposito cessarent fundamenta D.Alex.præ-
11 cipuè absurdum,† ꝙ duo essent directò dñi, quia non est absur
dum, ꝙ vnus sit directò dñs in vniuerso, alius sit directò dñs in
reb.particularib.tex.est in l.1.§.fi.cum l.seq.& prin.l.seq.& quod
ibi no.Bar.ff.de rei vendi.Facit quod no.Bal.in d.l.1. argu. illius
tex.C.vnde legi. ꝙ singularia feuda existentia in Regno Apuliæ
sunt de directò dñio Regis, licèt ipsa vniuersitas, & sic totum
Regnum sit feudale Ecclesię,& ita ēt tenet Bal.in prin.Digesto
rum.in 4.col.licèt Mod. in hoc vltimo ꝯrium teneant.in d.l.1.
¶Ad idem facit,quod vult gl.reputata sing.in l.2. & ibi Bart. ff.
12 de bon.pos.hær.pet.quæ vult,† ꝙ licèt ipsa bonorum possesso-
ria hæreditatis petitio vl̃is sit prætoria, tñ singulares actiones
competentes bonorum possessori sunt ciuiles: isto modo etiā
pōt tolli tex.in §.restituta.Insti.de fideic.hęr.dum dicit, ꝙ resti-
tuta hęreditate nihilominus qui restituit hæres permanet,si hæ
res,ergo directò dñs.l.itē Mela.§.legis.ff.ad l.Aquil.§.pe. Instit.
de hęre.quali.& diffe.ergo est impossibile, ꝙ in fideicommissa-
rium transeat directum dñium,quia sic duo essent directò dñi,
ꝯ l.si vt certo.§.si duob.vehiculum.ff. commo. de hoc tamen,
13 †an duo directa dominia simul possint concurrere in eadē re
in diuersis personis,vide nouam opi.Are. in l. non solū.ff.solu.
mat.¶Pro eadem opi.Pau.de Cast.facit ſm Moder. Perusinos
in d.l.1.C.vnde leg.quia ex quo interuenit realis restitutio,& sic
actualis traditio rerum, debet dici translatum directū dñium
de iure gentium,per regulam.l.traditionibus.C.de pac.¶Sed tu
dic, ꝙ istud non stringit, quia ista regula procedit præcedente
titulo habili ad translationem directi dominij,aliàs secus.l. nū-
quam nuda.ff.de acq.rer.dom.¶Sed titulus fideicommissi vl̃is
q̃uis sit habilis ad translationem vtilis dñij,tamen non vr̃ habi
lis ad trāslationem directi dñij.Ex quo hæres remanet directò
14 dñs,vt statim.j̃.dicetur.¶Tene ꝯ Pau.de Cast.† ꝙ in fideicom-
missarium facta restitutione transeat solū vtile dñium,non di-
rectum.Et non eundo longius, pondera fortiter stringere istū
tex.in verbo vsusfructusq; transfertur. nam in isto text.dictio
vsusfru.non pōt stare pro vsufru.formali.l.1.ff.de vsufru. & ita
Bar.& oēs hic fatentur,vt dixi.s̃.in 3.no.stat ergo largè & impp-
riè pro commoditate.Tu considera, ꝙ vsusfr. extinguit mor
te,nec pōt transmitti.§.finitur.Insti.de vsufr. l. corruptionē. C.
eo.ergo differt a fideicommisso vl̃i,quod non finitur morte,&
transmittitur.l.cogi.§.idem Metianus.j̃.eo.¶Solùm ergo repe
ritur conformitas in hoc solo, ꝙ sicut vsufructuarius habet cō
moditatē,& sic vtile dñium.l.1.§.non solùm.ff.de arb.cędē.l.in
venditione.in prin.ff.de bo.auth.iu.pos.l.3.ff.de vsufr. Ita fidei-
cōmissarius habet vtile dñium, vnde si diceremus, ꝙ in fideic.
transiret dñium directum, certè nulla esset transformitas etiā
improprijssimè,& sic iste tex.nullo modo posset stare,& ita le-
gendo Pisis aliàs induxi istum tex.in publica disputatione.¶Et
si diceretur, ꝙ tex.loquatur de vsufr.cāli,iuncto cum dominio
directò. Dic, ꝙ istud non potest procedere pp verbum trans-
15 fertur, cū vsusfru.cālis† sit inseparabilis,& quoties transfertur,
vt dicit litera,efficitur formalis,vt per gl.Insti. de vsufr.in prin.
per Bar.in l.qui vsumfr.ff.de ver.ob.¶Secundò adde text.in l.si
filius.§.1.ff.quod cum eo.in verbo effectu.n.quodammodo hę
res est,in l.stipulante.§.pe.j̃.eo. in versi. nam quodammodo in
partem hæreditatis Senatus recipi voluit fideicommissarium,
& haberi hęredis loco.¶Tertiò facit,quia licèt Senatusconsul-
tum,cùm sit pars iuris ciuilis,potuisset trāsferre directū dñium
in fideic.ipso iure,vt est gl.in l.in substitutione.ff.de vulg. & pu
pil.tñ sicut noluit transferre directas actiones, sed solū vtiles.d.
§.restituta.& l.pe.in fi.C. eod. ita nullibi in iure reperitur,quòd
transferat directum dñium in fideicommissarium, & sic opin.
Pau.de Cast.nullo iure probatur,quia ipse arguit de eo, quòd
16 est in potentia ad actum.Et si diceretur, † ꝙ vbicunque lex di-
sponit dominium transferri,debet intelligi de directò,prout te
net Ang.in l.in rem. in prin.ff.de rei ven.quia non est præsumē
dum, ꝙ lex noluerit transferre vtile, quod est impropriè dñiū.
l.1.§.qui in perpetuum.ff. si ager vect. & vbicunque lex pōt di-
sponere propriè,non censentur velle impropriè,vel fictè, vt p
Bar.in l.si maritus. §. legis Iulię. ff.de adul. Rñdetur notabiliter,
ꝙ licèt dñium vtile,qđ recognoscit directum, vt in eo, qđ hēt
emphyteuta,vasallus,& si non sit verum dñium.d.§.q in perpe
tuū.tñ vtile dñiū,qđ ꝯriat directò,vel ei p̄fert,vt ī casu nostro,
quia

## A D D I T I O.

a ¶Transeunt.Adde, quare iura directa non transeant in fideicommissarium.d.§.restituta.& tamē ex dispositione legis qui semel est hæres, potest desinere esse hæres.l.antiqua. in fi.cum l.seq.ff.si pars hær.pet.& l.& si fine.§.sed quod Papinianus.ff.de min.licèt non ex dispositione hominis.l.ei qui soluendo. ff. de hær.insti.respondet Are.in l.in substitutione.vbi gl. de vulg. & vltra Are. fac. quia remanet hæres nudo nomine adhuc ipse grauatus, quia eius interest propter iura sepulchrorum.l.quia perinde.infra eod.gl.in l.precib.C.de impub. BELLOT.

quia eſt potentius,bene dicitur eſſe verum dominium,ita ſing.
dicit Bar.in l.1.in 5.col.vbi notaui.ff.de acq.poſ.¶Tenendo iſtã
partem,non obſt.fundamentum, quod ſupra feci pro Pau. de
Caſt.ꝙ ipſe intelligit de rebus ſing.non autem in vniuerſo ,&
ꝙ non eſt abſurdum,ꝙ vnus in vniuerſo ſit directò dominus,
alius in particularibus, quia dico,ꝙ hic primus heres remanet
directò dominus,non ſolùm in vninerſo,ſed etiam in reb. particularibus,&
ſic non obſt.d.l.1.§.fina.cum l.ſeq.ff.de rei vendi.
niſi aliter reſponderes , ꝙ duo non poſſunt eſſe directò domini
vnius rei,verum eſt efficaciter,ſed vnus vano nomine,alius effectualiter
nihil repugnare videtur.

## Sequitur §. Sublata.ſecundum primam lecturam,

### *SVMMARIVM.*

1 *Lex, vel ſtatutum loquens actionem alicui non dari, non intelligitur ipſo iure, ſed ope exceptionis.& in ſecunda lectura eodem num. Intellige in ciuilibus.in ſecunda nu.2.*

2 *Statutum denegans alicui audientiam , intelligitur ope exceptionis ; & non ipſo iure, & in ſecunda nu.3.& vide nu.18.vbi intelligitur non data inhabilitate perſonæ.*

3 *Actiones nobis competentes non tolluntur ipſo iure, niſi certis modis per legem ſtatutis. & in ſecunda nu.4.*

4 *Statutum diſponens ſuper actu iam perfecto inualidando , intelligitur ope exceptionis.& in ſecunda nu.5.*

5 *Statutum denegans alicui actionem propter ſolennitatem non ſeruatã, intelligitur ipſo iure.*

6 *Statutum,denegans alicui actionem inhabilitando perſonam,intelligitur ipſo iure.& in ſecunda nu.6.*

7 *Statutum dicens in criminalibus actionem non dari , intelligitur ipſo iure,& in ſecunda lectura nu.19.*

8 *Lex vtens verbo futuri temporis, non intelligitur ipſo iure , ſed ope exceptionis.& in ſecunda nu.20.*

9 *Obligatio naturalis oritur etiam ex delictis.& in ſecunda nu.21.*

10 *Actio non oritur in criminalibus , ſed expeditio fit officio iudicis per accuſationem.& in ſecunda nu.22.*

11 *Officium iudicis in criminalibus ſuccedit loco actionis , & præſupponit quaſi obligationem.& in ſecunda nu.23.*

*Stante ſtatuto, quòd banniti non admittantur ad petitionem ſui iuris vllo modo.& quod omnis iniuria, & offenſio facta in perſona, & rebus talis banniti perpetuò remaneat impunita,an proceſſus,& ſententia lata in fauorem talis banniti reddatur nulla , ſi non fuit oppoſita aliqua exceptio.& in ſecunda nu.7.& tenet quod ſit ipſo iure nulla.*

*Cauſa,quæ non debet audiri, nec agitari niſi in certo loco , tamen ſi non excipiatur,proceſſus tenet,in ſecunda nu.8.*

*Iudicium cum excommunicato valet, ſi non opponatur exceptio, in ſecunda nume.9.*

*Bannitus æquiparatur excommunicato. in ſecunda nume. 10. & vide nume.17.*

*Lex , vel ſtatutum , quando aliquid prohibet , licèt vltra non procedat annullando,tamen actus eſt ipſo iure nullus.in ſecunda nu.11.*

*Lex, vel ſtatutum ſemper prohibens dicitur habere clauſulam annullatiuam .*

*Prohibitio legis, vel ſtatuti ſimplex inducit , quod factum ſit ipſo iure nullum. in ſecunda nu. 12.*

*Dictio nullo modo , importat nullitatem actus ipſo iure , ſicut dictio nullatenus . in ſecunda nume. 13. Item intelligitur prohibita omnis diſpenſatio.*

*Bannitus ſi impunè poteſt offendi in perſona & bonis , intelligitur tunc poſitus extra omnem protectionem iuris.in ſecunda nume. 14.*

*Stante ſtatuto,quòd bannitus non audiatur , proceſſus, & ſententia in eius fauorem lata eſt ipſo iure nulla,licèt non opponatur, & eſt communis opinio.in ſecunda nu.15.*

*Albericus de Roſa. fidelis conſeruator antiquitatis.*

12 *Statutum , vel lex diſponens quòd actiones vni competentes , alij dentur,intelligitur de vtilibus,& non de directis.& in ſecunda nu.24.*

*Statutum , quòd alteri per alterum quæratur actio,intelligitur de vtili, & non de directa.*

13 *Lex vel ſtatutum , diſponens aliquid quæri ſine ceſſione , vel traditione, intelligitur de vtili.& in ſecunda nu.25.*

§.Sublata. Per iſtud Senatuſcon. prouiſum eſt hæ
redi,& etiam fideicommiſſario.hoc di
1 cit vſque ad §.hoc autem.†Nota diligenter ex iſto tex. juncto
prin.huius l.ſecundum Bar.quòd verba Senatuſconſulti , quæ
dicunt,non dari actionem hæredi , important hoc eſt hæredẽ
exceptione repelli,& ſic vbicunq; lex,vel ſtatutum dicit actionem
non dari,intelligitur,ſ.ope exceptionis, non autem, ꝙ ipſo
iure repellatur,ꝙ intelligit verum in ciuilibus, ſecus in criminalibus,
quia per illa verba vr̃ ipſo iure denegata poteſtas
accuſandi,per l.1.§.quod ait prætor.ff.de aleato.Ex dictis Bart.
habes duas concluſiones.Prima eſt,quod in ciuilibus, quando
lex,vel ſtatutum dicit actionem non dari , intelligitur ope exceptionis,non
ipſo iure.idem tenent Ang, & alij indifferenter.
adde Bartol.idem tenentem in l.1. in princip.per illum text.cũ
gloſſ.ff.de iureiuran.& in l.cùm lex.in vlti.colum. ff.de fideiuſſo.&
in l.1.in princip.per illum tex.ff.ad Maced. Alber. de Roſa.in
ſecunda parte ſtatutorum,in quæſtio.101.incipiente,quid
ſi ſtatuto cauetur,quod alicui.Item adde pro iſta concluſione
tex.in l.neceſſarijs.in verbo,tamen in eo actio non detur,&
ibi Aret.in 3.not.ad hoc no.ff.de acquiren.hæredit. Item adde
2 Angel.in l.venditori. C. de vſucap.pro empto. †vbi dicit idem
a eſſe in ſtatuto [a] denegante audientiam , quia intelligitur ope
exceptionis,& non ipſo iure.allegat glo.ſingularem in cap.ſtatutum.in
princip.in verbo.committantur.de reſcrip.in 6. juncto
capitu. audien. eodem titu.& lib. ¶ Sed aduerte , quia iſte
text.in quo ſe fundant Barto.& Docto.non videtur aliquid facere
pro not.Barto.prout etiam dicit Rapha. Cuman. eo quia
loquitur,quando lex denegat actionem,quæ iam cœperat cõpetere,&
ſic iam erat quæſita hæredi.l.ita tamen.§.qui ex Trebelliano.
infra eodem,non autem de quærenda , ideo ipſo iu-
3 re non denegatur,quia regula eſt,†quòd actiones competentes
non tolluntur ipſo iure , niſi certis modis per legem ſtatutis.l.obligationum
ferè.§.placet.ff.de actio.& obliga. & Inſtitu.
4 quib.mod.toll,obliga.per totum. ſicut quando † ſtatutum diſponit
ſuper actu iam perfecto inualidando , intelligitur ope
exceptionis,& non impedit tunc translationem dominij , ſecundum
Barto.in l.ſi ita quis.§.ea lege.ff.de verborum obligatio.&
in l.vniuerſa.C.de precib.Imper.offeren. ¶ Similiter pro
iſto not.Doctorum nihil facit text.in dicta.l.nam & poſtea. in
princip.cum gloſſ.licèt Bartol.ibi not.& Angel.hic dicat ibi eſſe
caſum de hoc.nam loquitur in iure prætorio , quod non poteſt
ipſo iure tollere.§.quos autem.Iuſtitu.de bonorum poſſeſ.
¶Item contra iſtam concluſionem Barto.& Docto. facit fortiter
text.in l.mercalem.in fine. C. de condi. ob turp. cau. vbi
tex.dicit,denegandas eſſe actiones,& tamen intelligitur ipſo iure,text.eſt
in l.generaliter.in fine.in verbo,nullius momenti.&
in l.ſi plagij.in princip.ff de verborum oblig. Aret.in d. l. generaliter.in
2.colum.reſpondet,quòd concluſio Barto.& Docto.
hic procedit , quando lex denegat actionem non ſimpliciter ,
ſed per relationem ad leges veteres , in quibus eſt expreſſum,
quòd obligatio eſt nulla ipſo iure. dicta l. generaliter. & l. ſi à
reo.§.fina.ff.de fideiuſ. Tu potes aliter reſpondere, quòd in d. l.
mercalem. illa verba proferũtur in materia turpi, & ſic odioſa,nimirum
ſi intelliguntur ipſo iure,ſicut in criminalibus , vt
per Barto.infra in ſecunda concluſione. ¶Iſtam primam concluſio.limitant
Pau.de Caſtr. in lectura Bono. & Domin. Ale-
5 xan.non procedere,† quando ſtatutum denegaret actionem ,
quando certa ſolennitas in actu ſeruata non eſſet , tunc intelligitur
ipſo iure,allegant not.in l.prima.§. cum qui. ff. de conſti.
pecu.& in l.prima.§. ſi quis ita.ff.de verborum obligatio.& iſta
limitatio eſt indubitabilis , quia non ſeruata ſolennitate , actus
eſt ipſo iure nullus.l.cùm hi.§.ſi prætor.ff.de tranſactio.& l.con
ſtitutionibus.in fine.ff.ad munic. etiam ſi ſit actus fauorabilis,
vt l.qui Romæ.§.Flauius Hermes. ff. de verborum obligat. ſecundum
Bald.in l.teſtamentum non ideo in 2.not.C.de teſta.
& in l.fina.C.ſi manci.ita fue.alie.ne proſt. & in l. 3. C. ſi minor
ſe maio.dixe.& in l.ſi pupillus.per gloſſ. ibi. ff. ſi certum petat.
6 ¶Secundò modo limitat Imo. †quando ſtatutum procederet
inhabilitando perſonam , puta quòd bannitus non audiatur,
& ſibi non reddatur ius , tunc ipſo iure abſque eo , quod exceptio
opponatur,actus erit nullus , ſuper quo inſiſtit Dominus
Alexan.ſed iſta limitatio non eſt ad propoſitum Bart. an actio
tollatur ipſo iure,vel ope exceptio.ſed tendit ad aliud , an valeat
parte opponente , vel non. ¶ Secunda concluſio Bartol.
7 †eſt,quòd in criminalibus,quãdo lex,vel ſtatutum dicit actionem
non dari , vel ſimilia verba , intelligitur ipſo iure , idem
tenent Angel. Pau. de Caſtr. & Raphael. Cuman. hic.& Bart.
Bald.in lectura antiqua.Angel. Raphael.Fulgoſ.Pau.de Caſtr.
& Dominus Alexand. ſibi contrarius in dicta l. nam & poſtea.
in princip. Bartol.in dicta l.cùm lex.in vltima colum. & in l.1.
in princip.ff.ad Macedon.Aret.in conſilio 85.quod incipit,conſiderata
diligenter conſultatione ꝓpoſita,in ſecundo dubio.&
* ſic iſta concluſio eſt *magis communiter approbata*. Pro iſta concluſione
Barto.& Doct.allegant text.in l.1.§.quod autem prætor.
ff. de alea. ſed ille text. prout etiam dicit Imol.nihil facit ,
quia dicit,quòd lex denegans audiẽtiam in cauſa criminali,videtur

ADDITIO.

a ¶Idem eſſe in ſtatuto. Adde Alexand.de Imo.in l.cùm lex. ff.de fideiuſſ. in apoſtil.

detur denegare non solùm quo ad personam, sed etiam quo
ad rem, ex quo simpliciter denegat. ¶ Tu dic, quòd imò ille
text.potius videtur probare contra Barto. & Docto. cùm vta-
tur verbo futuri temporis, videlicet negat se furti actionem
8 daturum. Et quando lex† vtitur verbo futuri temporis, non in-
telligitur ipso iure, sed ope exceptionis.glo.in l.in criminali. C.
de iurisdict.omn.iudi.& in l.iubemus.§.sanè.vbi Bart. C. de sa-
crosan.Eccle.vnde Bar.in d.l.nam & postea, voluit aliam ratio
nem, quam clarius ibi ponunt Rapha.Fulgos.& Dom.Alexan.
nam in criminalibus facilius tolluntur actiones tanquam ma-
gis odiosę, quàm in ciuilibus; patet quia in delictis actiones tol
luntur ipso iure per pactum, secus in ciuilibus.l. si vnus. §. pa-
ctus ne peteret.in ver.sed si pactum.ff.de pac. ergo multò ma-
gis debet impediri natiuitas, per regulam.l. patre furioso. ff. de
ijs, qui sunt sui, vel alie.& c.quemad.de iureiu.si ergo per pactũ
ipso iure tolluntur, ergo fortius per statutum.l.fin.in fi. C.de fi-
deiuss.gl.in l.non impossibile.cum simil.ff.de pac. ¶ Ista ratio, li-
9 cèt sit colorata, non potest tamẽ euadi: nam ex† delictis oritur
naturalis obligatio.§.quia verò Leonis.& ibi Iac. de Beluis. ad
hoc no.in Authẽ.de non alien. collat. 2.l.1.ff.de fur.l.fi.in verb.
maluerit.& ibi Ang.ad hoc no.C.de colla.fun.pat.lib.11. gl. in
l.seruus.ff.de ijs, qui no.infa.Bar.in l.ex hoc iure.in vlt.col.ff. de
iusti.& iur.& in l.non solùm.§.1.circa prin.ff.de iniur.nimirum
si per contrarium pactum, vbi concurrit consensus partium,
tollitur illa naturalis.l.Stichum.§.naturalis.& l.prout. ff. de sol.
& quia iuuatur legis auxilio, tollitur ipso iure.l.1.cum gl. ff. de
pac.quæ ratio cessat in statuto. ¶ Aliam rationem assignat Bar.
10 in d.l.cùm lex.in vlt.col.† quia in criminalib. non oritur actio,
sed totum expeditur officio iudicis per accusationem. Insti de
pub.iudi.in prin. ideo cùm denegetur audientia, totum dene-
gatur.l.fi.C.qui.& aduer.quos, facit.l.si seruus.C.de his, q ad ec-
cle.confu.Istam rõnem impugnant Imo.& D.Alex. quia licèt
causæ criminales expediantur officio iudicis, & officium iudi
cis non præsupponat obligationem.l.qui per collusionem.§.fi.
11 ff.de act.emp.& l.Quintus.ff.de annu.leg. † tamen tale officiũ
succedit loco actionis.c.fi.de off.iudic.& l.ꝙ si minor.§.fi. ff.de
min.Et præsupponit quasi obligationem, vt no.gl.in l. si seruũ.
§.fi.ff.de verb.obl.ergo per illa verba, ꝙ non audiatur, debet so
lùm parari exceptio ꝯ officium iudicis, sicut ꝯ actionem, vnde
Imo.& D.Ale.sibi ꝯrius reprobant istam conclusionem, cùm
non possit reddi rõ diuersitatis inter cãs ciuiles & criminales, &
regulariter æquiparentur.l.absentem. ſ.de pœ. & ita etiã tenet
Bal.in l.non dubium.ad fi.in vlt.q. C.de leg. ¶ Secundò nota ex
12 isto tex.ſm Bar.† ꝙ qñ lex disponit, ꝙ actiones vni competen-
tes alij dentur, intelligitur de vtilibus, non de directis. Et ꝑ hoc
infert, ꝙ vbi statutum disponeret, ꝙ alteri per alterum quærat
actio, vt est in Florentia, & Perusio, intelligitur de vtili non dire
cta, qñ statutum loquitur de actione prius quæsita alteri, secus
si de actione ab initio quærenda. Et cum eo simpliciter tenet
Pau.de Cast.sed Ang.Nic.de Neap.& D.Alex.hic, Alb.de Ros.
in 2.par.statutorum in q.222.quæ incip.sed quid si statutum di
cit, ꝙ pro libera.tenent & melius, ꝙ imò indistinctè semper de
beat intelligi de vtili, per istum tex.& l.pe.C.ad exhibẽ. ¶ Item,
quia excepto filio, & seruo existentibus in potestate semꝑ ac-
quiritur vtilis per alios, vt no.in §.si quis alij.Insti.de inutil. stip.
& in l.stipulatio ista.§.si stipuler.ff.de verb. obl. Item quia vbi-
13 cunque lex† disponit aliquod ius quæri sine cessione, vel tradi-
tione, semper intelligitur de vtili, vt est gl.in l.fi.C.de sacrosanc.
Eccle.& in l.1.C.de don.quæ sub mod. & in Auth. donationẽ.
C.de iure dot.& in c.quamquam.de vsur.in 6. ¶ Nec obst.l.cer
ti cõdictio.§.si nummos.ff.si cer.pet.quam allegat Imo.& dicit
ibi esse casum pro Bar.vbi ex numeratione facta ex causa mu-
tui nomine alterius, quæritur illi directa actio, vt ibi idẽ tenet
Bar circa fi.quia rñ.prout ibi dicit Bar.ꝙ illud est propter singu
laria priuileg.quæ habet mutuum.l.singularia.ff.si cer.pet.

Sequitur §.Hoc autem.secundum primam lecturam.

*SVMMARIVM.*

1 *Hæredes venientes ab intestato etiam grauari possunt fideicommisso, et in secunda lectura nu.4.*

2 *Proximior grauatus si repudiat, vel moriatur, an alius sequens videatur grauatus, & in secunda nu.5.*

3 *Succedens ab intestato de iure prætorio, potest etiam grauari fideicommisso. & in secunda nu.6.*

*Lex, vel statutum loquens de hæreditate ex testamento, habet locum ẽt ab intestato.in secunda lect.nu.1.*

*Voluntas testatoris regulatur, & declaratur etiam per statuta loquentia ab intestato.in secunda nu.2.*

*Voluntas testatoris debet interpretari, vt conformetur legi in successione ab intestato.*

*In dubio venientes ab intestato ad successionem, videntur etiam comprehensi in successione ex testamento.in secunda nu.3.*

*Lex loquens de testamento, intelligitur etiam de testamento valido de iure speciali.in secunda nu.7.*

*Senatusconsultum loquens de hæreditate, habet locum in ea, qua impropriè dicitur hæreditas.in secunda nu.8.*

*Verba legis, vel statuti debent propriè intelligi.*

*Extensio ad casum improprium fit ex identitate rationis.in secũda nu.9*

*Ratio adiuncta facit recedi à proprio significatu verborum antecedentium.*

*Statutum fauorabile extenditur ad casum improprium.*

*Statutum quòd extantibus filijs masculis fœminæ non succedant, tale statutum est fauorabile ex parte masculorum, & extenditur ad nepotes.in secunda nu.10.*

*Filiusfamiliàs potest esse in potestate quo ad quædam, & quo ad quædam non. & in secunda nu.11.*

5 *Pater an possit emancipare filium quo ad vnum actum tantum. & in secunda nu.12. & quòd communis videtur esse quòd non, & nu.14.*

6 *Lex inducere potest fictionem, homo non, & in secunda num.13. & 22. & in prima nu. 11.*

7 *Patria potestas est indiuisibilis. & in secunda nu.15.*

8 *Legitimus quis esse non potest quo ad quid, & quo ad quid non. & in secunda nu.16.*

*Repugnantia non possunt simul stare, nec Deus potest actum repugnantem producere.in secunda nu.17.*

*Filiusfamiliàs licèt in castrensi peculio habeatur pro patrefam. tamen verè non est paterfam.in secunda nu.18.*

9 *Duplex qualitas contraria, scilicet vna verè, & altera fictè possunt concurrere in eadem persona. & in secunda nu.19.*

10 *Adoptio, & emancipatio non possunt fieri ad tempus. & in secunda numero 20.*

*Adoptio in se est fictio.*

*Duæ fictiones ex diuerso fonte procedentes tolerantur.in secũda nu. 21.*

12 *Arguere licèt de re ad personam. & in secunda nu.23.*

13 *Status filij quo ad patriam potestatem non debet esse in pendenti. & in secunda nu.24.*

14 *Emancipatio cùm sit actus legitimus, non debet recipere metas temporum, rerum, vel actuum. & in secunda nu.25.*

15 *Filius absens emancipari potest per rescriptum principis, licèt non habeatur pro emancipato quo ad aliquas personas. & nu.26.*

16 *Filius legitimatus per oblationem curiæ efficitur patri tantũ legitimus. & in secunda nu.27.*

17 *Princeps dicitur lex animata in terris. & in secunda nu. 28.*

18 *Pater potest legitimare filium, hoc acto, quòd non sit legitimus quo ad successionem. & in secunda nu.29.*

19 *Filius natus ex incestuosis nuptijs respectu ignorantis, censetur legitimus, sed respectu scientis illegitimus. & in secunda nu.30.*

20 *Emancipatio potest recipere conditiones.*

21 *Si sunt duo fratres in potestate patris, vnus potest donare alteri bona profectitia patre consentiente. & in secunda nu.31.*

22 *Legata possunt directò in codicillis relinqui.*

§.Hoc autem. Hoc Senatusc. hẽt locum siue
ex testõ, siue ab intestato aliquis
sit rogatus de hęreditate restituẽda. Item habet locum in testõ
filijfam.testantis de castrensi, vel quasi peculio. hoc dicit vsque
ad §.bonorum, vel sic, & breuius. Hoc Senatus.habet locũ siue
ex testõ, siue ab intestato, & siue testm̃ sit factum de iure com-
muni, siue ex priuilegio.h.d. ¶ No. 1. ex hoc text. ꝙ non solùm
1 † hęredes scripti in testõ possunt grauari fideicommisso vniuer
sali, sed ẽt venientes ab intestato. Concordantes sunt in glo. Et
est rõ, quia testator non instituendo aliquos videtur tacitè vo-
care venientes ab intestato, & hoc respectu potest eos grauasse
fideicommisso vt̃.l.si quis cum testm̃ nullum.in prin.& l.confi
2 ciuntur.§.1.ff.de iur.codi.† Hinc infero duo, ꝙ si proximior re-
pudiet bona, vel moriatur, ꝙ alius sequens non vr̃ grauatus fi-
deicom.eo quia tm̃ primus vr̃ vocatus ex tacita voluntate te-
statoris, vt est gl.no.in l.non iustam.& ibi Bal.C.eod.quod si est
verum, esset valde mirabile pro limitatione istorum iuriũ, sed
in ꝯrium vr̃ facere tex.in l.1.§.fi.s̃.de leg.3.& ibi Bart. vbi ẽt vi-
detur tacitè relictum à secundo, nisi à primo sit nominatim re
lictum, & vide de hoc Ang.de Are.in §.præterea.Insti.de fideic.
3 hęre. ¶ † Secundò infert, ꝙ succedens ab intestato de iure præ-
torio tm̃ non vr̃ posse grauari fideicom.quia non dr̃ succedere
ex tacita voluntate testatoris, vt est gl.quam Bar.ibi reputat mi
rabilem, in l.1.§.vel maximè.ff.de colla.bo.dic ꝯrium per text.
in d.§.præterea.in verbo, vel honorario.& d.l.conficiuntur.§.1.
& illam gl.in §.vel maximè.reprobat ibi Bar.& Imo.in l.Titio.
4 §.mulier.ff.de leg.2. ¶ † Secundò no. in ver. in filij, ꝙ filiusfam.

potest esse in potestate quo ad quædam, & quædam non. Nã si habet castrensia, vel quasi quo ad illa censetur paterfam. & sic sui iuris, quo ad alia censetur in potestate. l. 2. ff. ad Macedon.
5 ¶†Iuxta hoc quærit Bartol. de quæstio. quam intendo latius examinare, an pater possit emancipare filium quo ad vnum actum tantum. s. quo ad factionem testamenti tantum, & in cæteris remaneat in potestate. primò arguit, quòd sic, quia lex hoc facit, scilicet, quòd in castrensibus, vel quasi habeatur tanquam paterfam. in alijs secus. d. l. 2. sed ista ratio Bar. non est bona, dicere, lex istud facit, ergo etiam homo potest facere, nõ est
6 bona argumentatio, quia† lex potest istud inducere per fictionem, homo autem non. l. si fortè. ꝟ. de cast. pec. l. codicillis. §. fin. de leg. 2. & in specie Bart. in l. si is, qui pro emptore. in 1. quæst. prin. ff. de vsucap. ¶In contrarium dicit Bar. facere. l. quęsitum. aliàs incipit, si tibi. ff. de adop. vbi text. dicit, quòd lex abhorret
* filios habere temporales, & reliquit cogitandum. *Breuiter com-*
a *munis opin.* videtur esse pro parte negatiua, [a] quòd filiusfamil. non possit emancipari ad vnum actum tantum. ita tenet Bald. in l. senium. in pen. q. & ibi Pau. de Castr. & Ludo. Roman. C. qui testam. face. poss. Raph. Cuman. Pau. de Cast. Imo. & Alex. hic. Imo. in l. tam is. §. 1. ff. de dona. causa mor. & in d. l. si is, qui pro emptore. in 11. col. & ibi Ludo. Roman. in 7. colu. Pau. de Cast. in l. si is, qui in potestate. ff. de test. Ang. de Are. in §. præte-
7 rea. in vlti. col. Insti. quib. mod. ius pat. pote. sol. ¶†Pro ista parte facit secundum Bal. in d. l. senium. quia patria potestas est indiuisibilis, nec quis potest esse in duplici statu contrario. l. vnic. §. primo. C. de lati. lib. tol. ¶Confirmatur, quia lex non admittit in eadem persona duos status. s. quòd quo ad quid sit seruus, & quo ad quid sit liber. tex. est no. in l. si duobus. & l. si pariter. ff. de lib. caus. & in l. fi. C. commu. de manumis. Et ista iura fortius stringunt æquiparando emancipationem libertati, seu manu-
8 missioni. prout facit tex. in l. 1. ff. si quis à pa. fue. manu. ¶†Confirmatur etiam, quia quis non potest esse legitimus quo ad q̃d, & quo ad quid non, quia esset monstrum. glo. est no. in c. cùm inhibitio. de clande. desponsa. ¶Sed istud fundamentum parũ
9 valet secundum Are. in d. l. qui in potestate. in pen. colum. †quia imò in vna & eadem persona potest concurrere duplex qualitas contraria, vna quidem verè, alia fictè, vt per Bar. in l. si maritus. §. legis Iuliæ. ff. de adult. probatur in l. cùm ex oratione. ff. de excu. tuto. & in l. pe. ff. de iur. au. anul. vnde in proposito emãcipatus ad vnum actum erit quidẽ in potestate verè, sed quo
10 ad alium actum fingetur emancipatus. ¶†Secundò facit, quia sicut adoptio non potest fieri ad tempus. d. l. quæsitum. aliàs incip. si tibi. ff. de adop. ita nec emancipatio, & qua ratione non potest fieri ad tempus, eadem ratione non videtur posse ad certum actum fieri, arguendo de tempore ad rem, iuxta l. miles ita. in prin. ff. de testa. mili. ¶Potes dicere, ꝙ cùm adoptio sit in se fictio. §. minorem. Insti. de adop. si permitteretur ad tempus, esset alia fictio, ꝙ fingatur adoptatus, & non adoptatus, sed duę fictiones circa idem concurrere non possunt. l. 2. cum gl. de do. excep. gl. in l. cùm post. §. gener. ff. de iure dot. emancipatio verò est actus verus, ideo si fiat ad vnum actum tantum, non est
11 ibi nisi vna fictio. ¶†Tertiò pro hac parte stringit ratio, quam adducit Imo. hic, nam ꝙ filius quo ad quædam sit in potestate, & quo ad quædam emancipatus, istud non potest esse nisi per fictionem. d. l. 2. ff. ad Maced. & declarat Bart. in d. l. si is, qui pro empt. in 3. q. prin. in ver. item queritur circa prædicta. sed homo non potest inducere fictionem, licèt lex possit, vt superius dixi. ¶Sed huic rationi respondet Are. in d. l. qui in potestate, quòd imò etiam homo non potest inducere fictionem de permissione legis. ita dicit esse casum singularem in l. si ab eo. & ibi not. Ang. C. de leg. hære. vbi quando pater emancipat filium quãuis absentem per rescriptum principis, filius non hr̃ pro emancipato quo ad omnia, sed quo ad quid. si ergo emancipatio cõceditur fieri quo ad quid, quando fit de iure speciali ex concessione principis propter absentiam filij, ergo multo fortius cùm emancipatio fit de iure communi, quia dispositio iuris communis est validior, q̃ illa quę fit de iure spãli. l. eius militis. §. militia missus. de test. mil. tamen subdit Are. ꝙ potestas fingendi cũ sit contra regulas, non est extendenda de vno casu ad alium ca-
12 sum. ¶Quartò vltra Scribentes pro ista parte facit, † quia sicut eadem res non debet diuerso iure censeri. l. cum qui ædes. ff. de vsuca. c. cùm in tua. de deci. ita nec eadem persona debet diuerso iure censeri, arguendo de rebus ad personas, quod arg. est validum. l. qui plures liberos. ꝟ. de vulg. & pup. l. si quis inquilinos. §. si ita legatum. de leg. 1. ¶Quintò facit tex. in l. fi. C. de sent. pas.
13 †vbi status filij quo ad patriam potestatem non debet esse in pendenti, sed debet esse aut omnino sui iuris, aut omnino in pa-
14 tria pote. vt ibi dicit tex. ¶†Sextò facit, quia emancipatio cùm sit actus legitimus. l. actus legitimi. ff. de regu. iur. sicut non recipit diem nec conditionem, vt ibi, sic non debet posse recipere metas temporum, rerum, vel actuum. arg. d. l. miles ita. §. 1. ff. de test. mil. & l. qui certarum. ff. de testa. tutel. ¶In contrarium pro
15 parte affirmatiua, †quòd filius possit emancipari quo ad vnũ actum tantum, refert Imo. se vidisse consilia excellentium virorum, qui mouebantur per tex. in d. l. si ab eo. C. de suis & leg. hære. vbi filius absens potest emancipari per rescriptum principis, sed habebitur pro emancipato quo ad aliquas personas, & quo ad aliquas non, ergo similiter dicẽdum est quo ad aliquos actus, quod arg. valet, vt superius dixi. Ad idem allegabant tex.
16 in l. communium. C. de nat. lib. †vbi filius legitimatus per oblationem curiæ soli patri efficitur legitimus, & non alijs agnatis. Et est similis tex. in §. filium verò. & ibi Ang. no. in Auth. quib. mod. na. effi. sui. collat. 7. & in §. 1. in Auth. quib. mo. na. effi. legi. collat. 6. Et pondera, ꝙ in istis iuribus patet, quòd status eiusdẽ hominis est diuiduus, quia quo ad quædam est legitimus, quo ad quædam non, ergo idem videtur concedi in emancipatione, cùm vtraque istarum qualitatum sit mutatio noui status. ¶Sed ad ista iura respondet Imo. quòd procedunt ex dispositione legis, quæ potest inducere fictionem, quam non põt inducere homo priuatus, vt supra dixi. ¶Sed aduerte, quia in d. l.
17 si ab eo. illud ibi inducitur à principe, † sed dic, ꝙ princeps est lex animata in terris. §. pen. in Auth. de consul. colla. 4. gl. in l. & quia. ff. de iurisd. omn. iud. ¶Item aduerte, ꝙ in illis iuribus tex non videtur illud inducere dispositiuè, sed permissiuè, ergo po-
18 test dici, ꝙ etiam videatur permitti huiusmodi. ¶† Tertiò ad idem facit, quia pater potest legitimare filium, hoc acto, quòd non sit legitimus quo ad successionẽ. c. 1. de filijs na. ex matr. ad morga. contracto. in vsib. feu. cum alijs iuribus supra proximè alleg. per quæ iura ita determinat Domi. Anto. de Butr. in cap. per venerabilem. in 28. colum. qui fil. sint legi. Pau. de Cast. Ludo. & Moder. in l. pactum. C. de pact. cum concor. quas ibi dedi vltra Dom. Alexan. & sic quo ad quid censebitur legitimus, & sic in potestate, & quo ad quid non legitimus, & sic non in potestate. ¶Quartò facit, quod vult Barto. in l. 1. in 1. colum. ff.
19 de condi. sine cau. vbi tenet, quòd filius natus † ex nuptijs incestuosis censeatur legitimus, & illegitimus, & sic in potestate, & non in potestate. legitimus respectu ignorantis, & illegitimus respectu scientis, vt l. qui in prouincia. §. 1. ff. de ritu nup. quamuis aliter dixerit gl. in l. qui contra. & ibi Bald. C. de incest. nupt.
20 ¶Quintò facit, quia emancipatio † potest recipere conditiones, vt qñ pater emancipat filium contracta fiducia, hoc est reseruato sibi iure succedendi. §. fi. Insti. de leg. agna. successio. licèt posset dici, ꝙ hodie semper intelligitur emancipare contracta fiducia, vt ibi est tex. ¶Sextò adde, ꝙ istam partem expresè firmat Dom. Bartho. Veronen. in caute. 157. quę incip. dixi in præcedenti cautela. Ita etiam expresè tenet in caute. 196. quę inci. de iure communi. & ita etiam videtur tenere Are. in d. l. qui in potestate. in pe. col. ¶Septimò adde, quod in fortioribus terminis multum signanter decidit Io. And. in addi. Spe. in titu. de in-
21 stru. edi. §. porro. in ver. quid si filiafam. † vbi singulariter tenet, ꝙ si sunt duo fratres in potestate patris, vnus potest donare alteri bona profectitia consentiente patre. l. si permittente. C. ad Maced. l. tam is. ff. de don. cau. mor. Ratio est secundum eum, quia pater consentiendo videtur emancipare filium quo ad illum actum donationis, & sic vult, ꝙ emancipatio potest fieri etiam tacitè, quanto magis expresè, quod valde no. pro extensione istius arg. Et illam deci. Io. And. reputat singularem, & nouã Ang. licèt de ea dubitet, in l. placet. ff. de acq. hær. Sed tu dic, ꝙ idem & plenius ante eum tenuit Oldr. Lau. in cons. 26. quod
* inci. pater consensit filiæ. Non recedas tamen à prima opi. *quæ magis communis est*, licèt articulus sit valde dubitabilis. ¶Gl. 1. in
22 fi. Cum gl. tenent omnes, sed non omitto, † ꝙ Io. Fab. & Ang. de Are. in d. §. preterea. Insti. de fideicom. hęred. multum dubitant, an hodie legata possint directò relinqui in codicillis, & ꝑ multas rationes, quę tamen sunt leues, inclinant, ꝙ non. Tu potes audacter tenere contrarium, quia in eis cessat ratio, quam assignat tex. in §. fi. Insti. de codic. & in l. si idem. C. de testam. & in l. si quis cum nullum. C. de iure codic. ¶Glo. 2. ibi, sed quid de
b illis aduentitijs. Iste est valde longus, & disputabilis articulus, [b] sed quia plenè eum examinaui in l. 1. C. qui testam. face. poss. ideo hic non repeto.

ADDITIONES.

a ¶Negatiua. Adde, ꝙ hanc sequitur Bal. in l. senium. C. qui testam. fac. pos. Docto. in l. 1. §. 1. C. de lat. lib. tol. in cap. inhibitio. de cland. despons. in c. per venerabilem. qui fil. sint legit. ratio est, quia status hominis est indiuisibilis, & fac. tex. in l. si pariter. §. fina. ibi, vt pro parte quis seruus sit. ff. de libe. caus. MASVER.

b ¶Articulus. Adde, ꝙ pro parte affirmatiua fac. quæ scribit Bal. in l. sacrosanctæ. circa med. C. de epis. & cler. ꝙ clericus quo ad bona temporalia est in potestate, quo ad spiritualia est sui iuris.

Ad Senatusconsultum Trebel. secundum secundam lecturam. Rubr.

¶Ista Rub. dicit ad Senatuscons. Treb. subaudi interpretandū,
1 & declarandum transeamus.†Et quinque remedia Senatuscō.
Treb. enumerat gl. magistra in l. in testō. C. ad l. Falc. & illam gl.
dicit Bar. ibi esse no. & menti tenendam, & melius dicere quā
alibi.¶In gl. Rub. oppo. Bar. ꝙ in Rub. debebat etiam poni de
Senatuscō. Pegasiano, cùm in nigro etiam dicatur de Pegasia-
no. Et respondet ſm gl. quia remedia Pegasiani sunt attributa
Treb. ideo satis fuit rubricare de Treb. Tu aduerte, ꝙ Rub. po
nit de vtroque ad Senatusc. Treb. & Pegasia. ita habent cōiter
oēs libri, & dum Barto. dicit, ꝙ in nigro ēt dicatur de Pegasia.
dic, hoc non esse verum, nisi saluando Bar. dicas, ꝙ etiam in ni
gro tractatur de remedijs inuentis à Pegasiano: puta, vt hæres
inuitus compellatur adire, & restituere. l. quia poterat. ff. eo. Itē
de detractione quartæ Treb. l. 1. §. si hæres. & l. 2. ff. eo. Et ista duo
remedia Pegasiani habes in §. restituta. Insti. de fideicom. hære.
item nullibi in isto titulo fit mentio in specie de Pegasiano.
2 †Et aduerte, ꝙ Senatusc. Treb. factum tpe Neronis Imperato-
ris super fideicommissis vniuersalibus induxit tm̄ translationē
actionum hæreditariarum actiuè & passiuè in fideicommissa-
rium, non autem introduxit detractionem quartæ, vt patet in
l. 1. in prin. ff. eo. & in d. §. restituta. in versi. & in Neronis. Sed po-
3 stea tpe†Vespasiani Imperatoris fuit factum Senatus. Pega. qđ
introduxit tria.¶Primum, ꝙ hęres grauatus restituere hæredi-
tatem posset quartam hæreditatis retinere. ¶Secundò induxit
interpositionem stipulationum inter hæredem, & fideicōmissa
rium pro oneribus, & commodis hæreditarijs vtrinque ꝓ rata
diuidendis.¶Tertiò, ꝙ talis hæres posset inuitus cogi ad adeun
dum & restituendum, vt §. sed si recuset. & §. sed quia hęredes.
Insti. de fideicom. hære. & l. 2. §. Quintus. C. de vete. iur. enucle.
4 ¶†Posteà per Iustinianum Imperatorem omnia remedia Pe-
gasiani fuerunt attributa Treb. §. sed quia stipulationes. Insti. de
fideicom. hære. gl. & Bar. hic, ideo fuit statutum, vt deinceps so
lùm nominaretur Treb. & ideo de Pegasiano non fit vlterior
5 mentio. ¶ † Quare aūt Imperator potius attribuerit remedia
Pegasiani Trebelliano, quàm èc contra, cùm potius debuisset fa
cere oppositum, attento quòd Senatusc. Pegasia. fuit posterius
factum post Treb. vt dicit text. in d. §. sed quia stipulationes. &
ibi gl. in verbo, quod postea, & plura remedia induxit, quàm
Trebellianum, vt prædixi, vnde magis dignum debebat ad se
trahere minus dignum, vt inquit tex. in c. 1. de consecra. Eccle.
vel alta. in 6. gl. in c. quod in dubijs. eo. tit. in antiquis. & glo. 70.
dist. in c. de ieiunio. no. Bal. licèt prædicta iura non alleget, in l.
2. in 1. no. per illum tex. C. comm. de leg. Ad hoc vr̄ responde-
re Imperator in d. § sed quia stipulationes. & clarius in d. l. 2. §.
Quintus. hoc factum fuisse pp stipulationes ex Senatusconsul-
to Pegasia. descendentes captiosas, & veteribus odiosas, quasi
in vno deficiens omnium videatur reddi reus. c. defleat pecca-
tor. de reg. iu. & de pęni. dist. 5. in c. consideret.¶Expedita gl. Ru
bricę, circa istam Rub. pro declaratione terminorum Moder.
Senen. posuerunt aliquas nouas conclusiones ꝯ cōmunes opi.
gl. & Doc. quas ante eos originaliter posuit subtilis Raph. Cu.
in l. 1. in vlti. col. ff. de leg. 1. & idem Raph. Cuman. in l. 1. in princ.
in 1. col. ff. eo. & latius D. Pet. Math. Bonon. Doctor in repe. l. fi-
lium quem habentem. præcipuè in 1. & 2. char. C. famil. ercisc.
6 ¶†Prima conclusio noua est, ꝙ quarta Treb. detrahitur nō so-
lùm de fideicommissis, & legatis vniuersalibus, quod est indu-
bitatum, sed etiam de fideicommissis particularibus, & singu-
larib. Et istam vt dixi ponit Raph. Cum. in l. 1. in prin. in 1. col. ff.
eo. & eam probat sic. Nam Senatusc. Pegasia. introduxit detra
ctionem quartæ, etiam in singularibus, & particularib. fideicō.
vt §. ex singulis. Insti. de fideicom. hære. sed virtus Pegasiani, &
eius effectus est attributa Trebelliano, vt dicit supra gl. Rub. er
go apparet, ꝙ quarta Trebel. detrahitur ēt de particularibus fi-
deicommis. nisi responderes, ſm eum, ꝙ virtus Pegasia. quate-
nus respicit vniuersalia, attributa est Treb. sed quatenus respi-
ciebat particularia, attributa est legi fal. per no. in l. 1. ff. de leg. 1.
Tu dic, ꝙ pro ista noua conclusione stringit tex. in d. §. ex sin-
gulis. vbi dicitur, ex singulis quoque reb. quæ per fideicommis-
sum relinquuntur, eadem retentio quartæ permissa est. ponde
ra illa verba, eadem retentio quartæ. ergo loquitur de quarta
Treb. de qua loquitur ille titulus. Nec dicatur eadem retentio,
s. falcidiæ, cùm tex. & ille titulus, vt dixi principaliter loquātur
de quarta Treb. Item adde, ꝙ cùm ista noua conclusione vr̄ se
conformare Ang. de Are. in §. sed quia hęredes. ad fi. Insti. de fi-
deicom. hære. vbi quærit, an de fideicommisso singulari detra-
hatur quarta Treb. an verò Falc. & dicit ibi esse tex. in d. §. ex sin
gulis, ꝙ Treb. In ꝯrium dicit videri tex. cum gl. in l. 1. in princ. ff.
eo. tandem ipse tenet, ꝙ cùm saltem hodie adæquata sint per
omnia legata fideicommissis, & èꝯ. l. 2. C. commu. de leg. & tā-
tum sit dicere, lego, quantum fideicommitto, & èꝯ. l. & fidei-
com. ff. de leg. 2. necessariò sequitur, quòd quamuis testator di-
cat per verbum fideicommitto, ꝙ facto fideicommisso parti-
culari detrahetur Falc. sicut de legatis, & sicut olim poterat, ita
ēt poterit hodie detrahi Treb. quia fuit ēt introductum ex Se-
natus. Pegasia. d. §. ex singulis. & sic non vitiaretur ſm cū actus,
seu petitio, siue dicatur, ꝙ petit de dicto fideicom. particulari
deduci Fal. siue petat deduci Treb. quod est notandum ſm eū,
si ista opin. est vera, per eam datur magna ampliatio ad istum
tit. & C. eo. quòd quarta Treb. detrahatur etiam de fideicom.
7 sing. seu particularib.¶†Secunda conclusio noua est, quòd Fal.
detrahatur non solùm de legatis particularibus, quod est indu
bitatum, sed ēt de legatis vniuersalibus, imò quod est fortius,
ēt de fideicommissis vniuersalib. Et ista etiam est opin. Raph.
Cum. in d. l. 1. in prin. ff. eo. & latius D. Pet. Math. in d. repe. d. l. fi-
lium quem habentem. Et ꝙ ex fideic. vniuersali detrahatur ēt
Fal. vr̄ esse fortis tex. in l. filiusfa. ff. ad l. Falc. Adde pro ista noua
conclusione tex. in l. in testō. 2. C. de test. mili. vbi dicit tex. quòd
in testō militis Falc. & in legatis, & in fideicommissis cessat, &
gl. ibi expressè dicit. s. generalib. & specialib. pondera ergo ibi vi
deri tex. pro ista noua conclusione, ꝙ Falc. detrahitur ēt de fi-
deicommissis vniuersalib. cùm priuatio præsupponat habitū. l.
decem. ff. de verb. obl. & l. remittit. ff. de iureiu. D. Alex. ibi respō-
det, ꝙ dictio Falcidia in illo tex. capitur pro Trebel. cùm possit
tribus modis capi, vt est gl. in Auth. vnde si parens. C. de inoffic.
testa. & probatur in l. cùm filio. in verbo Falcidiæ. ff. de leg. 1. &
hoc modo posses etiam respondere ad d. l. filiusfamil. Sed ista
sol. D. Alex. non videtur vllo modo posse stare ad illum tex. cū
tex. dicat in legatis, & fideicommissis, sed legatis non conuenit
Trebellianica, ergo exponere Falc. id est Treb. non potest stare
ad primum dictum de legatis, nisi diceres, & est mendicatum
8 suffragium, †ꝙ idem verbum stat propriè quo ad fideicōmis-
sa, & impropriè quo ad legata, iuxta gl. in l. 2. ff. de offi. procon.
9 & leg.¶†Tertia conclusio noua est, quod cùm hodie legata, &
fideicommissa sint in omnibus exæquata. l. 1. ff. de lega. 1. & ple-
nius in l. 2. C. commu. de leg. & §. sed non vsque. Insti. de leg. &
consequenter sint exæquatæ Fal. & Treb. Idcirco Raph. Cum.
in l. 1. in vlti. col. ff. de leg. 1. tenuit, ꝙ vbicunque habet locū Fal.
habet locum Treb. & ꝙ dispositum in vna, censetur dispositū
in altera, & quòd vbi vna cessat, cessat & alia, quia vbicunque
10 est legatum, est etiam fideicommissum, vt prædixi.†Hinc infer
tur secundum eum, quòd cùm testator possit hodie prohibere
detractionem Falcidiæ, Auth. sed cùm testator. C. ad l. Falc. fa-
tuum est dubitare, ꝙ etiam potest Treb. prohibere, licèt in hoc
variæ sint sententiæ, vt per Bar. in l. Marcellus. in princ. vbi dice-
tur. ff. eod. eo quia secundum eum vbi est Falci. est etiam Treb.
vt dixi. & patet ex Auth. de hær. & fal. vbi etiam fit mentio de
11 fideicommissis. colla. 1.†Hinc etiam sequitur vltra eū, ꝙ sicut
in legatis factis ad pias causas cessat Falc. Auth. similiter. C. ad l.
12 Fal. ita etiam cessat Treb. vt tenet ibi Bar. † Hinc ēt sequitur vl-
tra eum, ꝙ sicut hæres non conficiens inuentarium perdit de-
tractionem Fal. §. si verò non fecerit. in Auth. de hær. & fal. col-
lat. 1. ita etiam perdat Treb. & ita tenet Lud. Rom. in repe. dictę
Auth. similiter. ponderando tex. in d. §. si verò non fecerit. in ver
bo, fideicommissarios.¶Nec obst. ꝙ diuersi sint tituli ad l. Falc.
& ad Treb. propter quam diuersitatem ꝯrium videtur esse di-
cendum. l. si idem. C. de codic. Respondet Raph. Cum. ꝙ in ti-
tulo ad l. Fal. tractatur promiscuè. Item in titulo ad Treb. princi
palius tractatur de alijs beneficijs Trebelliani, quàm de dedu-
ctione quartæ, sed in titulo ad l. Fal. principalius videtur tracta-
ri de particularib. in tit. ad Treb. de vlib. pp beneficia, quæ dant
vniuersalibus, & non æquè dantur singularibus, & èꝯ, vt patet
ex l. 1. in princ. ff. eod. ¶Ista sunt subtilia ad acuendum ingenia
scholarium. Sed eis non obst. nullatenus recedas à communib.
13 conclusionib. quæ hn̄t, †ꝙ Fal. habet locum in legatis, & fidei-
commissis particularib. & non Trebellianica: sed Trebellianū
habet locum pro fideicommissis, & pro legatis vniuersalib. &
ita tenent gl. & Doc. in rub. C. eo. ad Treb. & gl. in §. sed quia hę
redes, in verbo, ex l. Fal. Insti. de fideicom. hęre. & gl. in l. mulier.
§. fi. ff. eo. Et ꝯ primam conclu. ꝙ Treb. non detrahatur de fidei-
commissis vniuersalib. est tex. apertus in l. 1. in prin. ff. eod. vbi di-
cit tex. explicito tractatu, qui ad fideicommissa singularum re-
rum pertinet, & sic vult Falcidiam pertinere ad fideicommissa
particularia, non aūt Trebellianicam. facit l. 2. §. Quintus. C. de
vete. iur. enu. licèt Mod. Senen. hic conentur tripliciter rn̄dere
ad illum tex. d. l. 1. in prin. sed nihil boni respondent, non refero.
¶Nec obst. d. §. ex singulis. qui videtur prima fronte in opposi-
tum vrgere, quia respondetur, vt ibidem dicit Do. Christoph.
Por. ꝙ illa verba eadem retentio permissa est, sunt referenda ad
retentionem, quæ fit ex l. Fal. & sic ad magis proxima, non autē

ad eam,quæ tunc fiebat per Senatuſconſultum Pegaſ.& ſic ad
14 remota.¶Similiter ſecunda concluſio redditur falſa,†ꝙ Falci.
detrahatur ēt de legatis vniuerſalibus,imò(quod eſt fortius) ēt
de fideicommiſſis vniuerſalibus,quia iſto modo ſequeretur,ꝙ
de fideicommiſſis vniuerſalib. detraheretur quarta Treb. & ēt
Falcidia.Nec ad hoc obſt.d.l.in teſtō.2.C.de teſta.mili.quia vl-
tra r̄ſionem D.Alex.quam ſæpè reprobaui, r̄ndeo clarè ad il-
lum tex.ſine vlla impropriatione,dum dicit Falcidia,& in lega
tis,& fideicommiſſis ceſſat, r̄ndeo ꝙ loquitur in legatis parti-
cularibus,& ēt in fideicommiſſis particularibus, & tunc nihil
obſtat,quia vtrobiq; hēt locum Falcidia.Tertia noua conclu-
15 ſio ſimiliter non eſt vera, † quia diſpoſitum in vna non ſemp
habet locum in alia. patet per l.in quartam. ſ̃. ad l. Falc.vbi in
Falcidia ſolùm computatur illud, quod capitur iure hæredita-
rio,non aūt illud,qđ capiatur iure p̄legati, vel gratia conditio-
nis implendæ.ſecus eſt in Treb.vbi oē illud,quod capitur ex vl
ti.voluntate,ſiue iure prælegati,ſiue gratia conditionis implen
plendæ,computatur in quartam Treb. vt ibi. Nec eſt verum,
16 ꝙ ea,† q̄ faciunt ceſſare Falc.faciant ceſſare Trebel. patet, quia
hæres non faciens inuentarium perdit Falc.§.ſi verò non fece-
rit.in Auth.de hęre.& fal. colla. 1.& tn̄ per hoc nō perdit Treb.
* *Iſta eſt communis opi.* a q̃ Bar.tenet in l.Marcellus.in prin. in vlti.
a col.vbi dicam j̃.eo, cùm multis concordantijs ibi traditis per
D.Alex.idem tenet Bar.in Auth.ſed cùm teſtator.in vlti.col.C.
ad l.Falc.cum concor.quas ponam in d.l.Marcellus.in princ.j̃.
17 eo.†Nec obſt.ꝙ legata,& fideicommiſſa ſunt æquiparata, q̄a
reſpondetur,ꝙ legata particularia,de quibus detrahitur Falci.
ſunt æquiparata fideicommiſſis particularibus, non autē ſunt
æquiparata fideicommiſſis vniuerſalibus,vel ècontra.ita no.gl.
& Doc.in l.1.ſ̃. de leg. 1. patet in l. ſi quis omiſſa, ſupra ſi quis
omiſ.cau.teſt.Et per iſta remanet expedita præſens Rub.

### ADDITIO.

a ¶Communis opi.Adde,ꝙ hanc ſequitur, & magis communem dicit Corne.
conſi.180.col.6.ver.deueniamus.lib.4.Iaſ.conſi.84.col.2.lib.1.Dilec. de ar-
te teſt.titu.5.cau.37.vbi dicit q.ambiguā, & egere deciſ.Principis.Prædictā
autem magis communem & magis piam dicit etiam Rolan.conſi.27.nu.14.
& 26.lib.1.Nat.conſi.220.col.1.vbi,ꝙ hanc opi.ſeruat conſuetudo,& conſi.
323.col.1.Qua in re plura no Capel.Toloſ.q.314.Oſaſc.deciſ.147.& in legi
tima,an amittatur ob non confectum inuentarium,deciſ.ſeq,quæ eſt 148.cui
adde,ꝙ per omiſſionem inuentarij filius legitimam non amittit,ſecundū ma
gis communem per Alex.conſi.139.lib.1. MASVER.

Sequitur l.Explicito.ſecundum ſecun-
dam lecturam.

1 EXplicito. † Facta reſtitutione fideicōmiſ-
ſi vniuerſalis trāſeunt iura,& ſic
actiones actiuæ,& paſſiuæ in fideicommiſſarium,
& hæredi,& contra hæredem paratur exceptio, ēt
ſi pater hæres ſcriptus rogatus ſit reſtituere filio.hoc dicit nihil
omittendo vſq; ad § ſublata.¶In tex.ibi,ſed idem eſt, & ſi ipſi
filio.Iſta eſt quædam interpoſitio, quæ congruentius fuiſſet po
2 ſita infra poſt verbum defunctorum voluntates.¶†In text. ibi,
in reliquum.Hic non ſignificat in reliquum.i.in reſiduum,pro-
ut ponitur in l.reliquorum.j̃.de verb. ſig. ſed hic intelligitur in
reliquum.i.in poſterum.facit.l.donationes.in fi.in verbo, in cæ
terum.cū gl.C.de don.inter vir.& vxo.¶Itē in text.ibi, in quos
ius,fructuſq; transferretur. illa copulaq;, dr̄ eſſe ſuperflua,&
planior eſt litera,in quos vſusfructus transferretur,abſq; illa co
pulaque, niſi dicas,in quos ius,vſusfructuſq; transferretur, ꝑ-
3 ut ēt in libro meo additum habeo.¶†No.1.ex iſto tex.ꝙ anteq̃
fuerit introductum Senatuſc.Treb.creditores hæreditarij pote
rant ſolùm agere ↄ̃ hæredem ſcriptum, non aūt ↄ̃ fideicom-
miſſarium vl̄em,dato ꝙ ei fuiſſet hæreditas reſtituta. Rō erat
4 duplex.Prima,quia†actiones perſonales competentes credito-
ribus dantur ſolùm ↄ̃ debitorem,vel ↄ̃ illum, qui eo mortuo
eius perſonam repn̄tat.§.ſi hæres.j̃.ea. l. ſed fideicommiſſarius
vl̄is non repręſentat perſonam debitoris.§.fin.j̃.ead.l.& §.& in
Neronis.Inſti.de fideic.hær.ergo non poterat per creditores hæ
reditarios cōueniri.¶Secunda rō erat,quia hęres adeundo hę-
reditatem,dr̄ quaſi ↄ̃here cum creditorib.& legatarijs.l. ex ma
leficijs.§.hæres.j̃.de act.& obl.§.hæres.inſti.de ob.quæ ex quaſi
ↄ̃ct.ꝑꝑ quem quaſi ↄ̃ctum obligatur creditorib. & legatarijs.
l.apud Iulia.§.fi.& ibi Bar.j̃. ex quib.cau.in poſ.ea. & ſic poteſt
per creditores conueniri,ſed cum fideicommiſſario vniuerſa-
li non dicebatur ↄ̃hi,vel quaſi,nam licèt hæres ei hæreditatem
reſtituat,tn̄ cum creditorib.& legatarijs nihil facit,ſ̃m Bar. in l.
qui in aliena.in prin.in 1.opp.ſ̃.de acq.hær.nimirum, ſi per cre-
ditores hæreditarios conueniri non poterat.Sed per Senatuſc.
Treb.fuit diſpoſitum,ꝙ facta reſtitutione hæreditatis, cùm in
fideicommiſſarium tranſeant commoda,etiam debent tranſi-
5 re onera,& ſic actiones tam actiuæ,q̃ paſſiuę,vt hoc tex.†Item
per Senatuſc.Treb.fideicommiſſarius dicitur quaſi contrahere
cum reſtituente ſibi hæreditatem,& cum eo ſaltem tacitè age
re de ſatisfaciendo creditoribus,& legatarijs,licèt abſentib. au-
thoritate Senatuſconſulti,ſ̃m Bar.in d.l.qui in aliena.in prin. in
1.q.& clarius Bal.in rub.C.qui admit.8. q. ad fi. ideo poſt Sena-
tuſc.Treb.fideicommiſſarius vniuerſalis,cui reſtituta eſt hære-
ditas, & in quem authoritate dicti Senatuſconſulti tranſeunt
actiones actiuæ,& paſſiuæ, debet conueniri à creditoribus, &
legatarijs.¶Secundò no.ex hoc tex.ſecūdum ſubtilem Raph.
Cum.hic,ꝙ in iſto tex.habemus tria exorbitantia à iure com-
6 muni,quæ alibi non reperiuntur.†Primum, ꝙ tranſeunt actio
nes actiuæ ab hærede in fideicommiſſarium ſine aliqua ceſſio
ne,facta reſtitutione reali,vel verbali,ēt de minima re.l. reſtitu
ta.& l.facta.in prin.j̃.eo.Adde vltra Raph.Cuma. ꝙ ratio eſt,
quia facta reſtitutione hæres ponit fideicommiſſarium in lo-
cum ſuum.l.planè,in verbo ſuo loco.ſupra famil.erciſ. & l.qui
quadringenta.in verbo,vt te ſuo loco.j̃. eo. & attingendo rem
minimam hæreditatis conſequitur ius fideicommiſſi vniuerſa
lis,iur.prælle.facit.l.pro hærede. in prin. & per totam l. ſupra
7 de acq.hære.†Sed caue,quia ſunt etiam quamplures alij caſus,
in quibus tranſeunt actiones ſine ceſſione,de quib.per glo.in §.
ſi quis alij.Inſti.de inutil.ſtip.per Bar.& alios in l.ſtipulatio iſta.
8 §.ſi ſtipuler.j̃.de verb.obl.¶†Secundum ſingulare eſt, ꝙ facta
reſtitutione tranſeunt ipſo iure actiones paſſiuæ ab hærede in
fideicommiſſarium,quod alibi in iure non reperitur,q̄a actio-
nes paſſiuæ ad alium mero iure tranſire non poſſunt.l.2. C. de
pac.& l.2.C.de hære.vel act.vend.actiuas enim poſſumus à no
bis excutere,& in alium transferre cedendo,quia ſunt in pote-
ſtate noſtra,ſecus autem eſt in paſſiuis,quia non poſſumus nos
liberare ab actione paſſiua transferendo in alium, niſi hoc fie-
ret authoritate Senatuſconſulti,vt hic, & ita declarant Bal. &
9 Sali.in d.l.2.C.de pact.†Tertium ſingulare,& exorbitans eſt,qđ
alibi non reperitur ſecundum eum,quia actiones, quæ hæredi
actiuæ dabantur,apud eum fiunt inanes,licèt aliàs actiones, q̃
per ceſſionem transferuntur, apud eum qui transfert non re-
maneant inanes, niſi interueniat vnum de tribus,de quibus in
l.3.C.de nou.not.in l.facta.§.ſi hæres. & in l. qui quadringenta.
j̃.eo.¶Tertiò no.ex tex.ibi,in verb.iudicia penderent, ſecundū
10 Bar.& Ang.& alios,†ꝙ inſtantia iudicij incepti cum defuncto
tranſit in fideicom.cui reſtituta eſt hæreditas, ſecus ſi eſſet in-
choata cum hærede, quia tunc non eſſet quid hæreditarium,
& ſic non tranſiret in fideicommiſſarium. l. cùm hęreditas.in-
fra eod.ſicut in ſimili actiones, quæ cœperunt naſci in perſona
hæredis,non tranſeunt per reſtitutionem hæreditatis, niſi tales
actiones cedantur,vt eſt tex.no.in l.ſi hæres pecuniam, in prin.
j̃.eod. & quot modis fiat translatio inſtantiæ de vna perſona in
aliam,dic,vt per Bar.hic,& in l.ſi hæres acceptum.in pen.& vl-
ti.col.j̃.iudi.ſolu.& Bar.no.in l.poſt finitam.ff.de ſuſpect. tut.cū
concor.hic traditis per Dom.Alexan.¶Quartò not.ex tex. ibi,
11 ius fructuſque, † quòd ille in quem tranſit vtile ius, & ſic effe-
ctus,& commoditas dicitur vſufructuarius largo modo, pro-
priè tamen & ſtrictè loquendo non dicitur vſufructuarius. l.
1.& ibi no.ſupra de vſufruct.bene facit text. in l. 1. §.pen.infra
de ſuperfi.vbi tex.ſuperficiarium,& ſic habentem vtile domi-
nium appellat vſufructuarium non ſimpliciter, ſed cum nota
improprietatis quaſi. ¶ Quintò iſtum eundem text. in dicto
verbo, ius fructuſque. ponderant Modern. Senen. hic, & di-
cunt hic videri caſum contra Barto.in l.fina.in penul.quęſtio.
12 infra de vſufru.leg. vbi tenet Bar.quòd vſufructuarius†omniū
bonorum tenetur creditoribus reſpondere, & ſic tenetur ad
onus æris alieni.Iſte tex.ſecundum eos facit in oppoſitum.nam
ante Senatuſcon. Treb. fideicommiſſarius habebat vſumfru-
ctum omnium bonorum, & tamen creditoribus reſpondere
non tenebatur,ergo idem dicendum eſt in legatario vſufru-
ctuario omnium bonorum.¶Sed aduerte, quia iſte text. nihil
facit,& fuit ridicula inductio,quia ante Senatuſcon.Trebel. in
quemquam fideicommiſſarium non tranſibant actiones hæ-
reditariæ,nec actiuæ,nec paſſiuæ,vt dicit litera, ideò non tene-
batur creditoribus hæreditarijs reſpondere, ergo nihil facit cō-
tra Bar.ſed contra Bar.fortius vrget tex.in l. fin. §. ſinautem æs
alienum.C. de bono.quæ liber.vbi pater,qui eſt vſufructuarius
vniuerſalis,non tenetur de ſuo vſufruct.ſoluere debita hæredi-
taria,ſed pro eis ſoluendis debet fieri venditio bonorum hære-
ditariorum ſecundum formam ibi traditam,& eſt mirabilis ca
ſus,& mirabilis determinatio ſecundum Pau.de Caſtr. ibi, qui
dicit per illum tex.reprobari deciſ.Bar.in d.l.fi.j̃.de vſufr.leg. in
13 caſu frequenter contingenti,† qn̄ vxores relinquūtur dominę,
& vſufructuariæ omnium bon.alio extraneo inſtituto hærede,
& ſunt debita vel legata, quibus oportet ſatisfieri, dicit hæres,
ſolue

ſolue tu mulier, quæ habes vſumfru.omnium bon.ego aũt nihil habeo, mulier dicit, vendantur tot bona hæreditaria. hæres non vult, ꝙ vendantur, ſed ꝙ de ſolo vſufr. ſoluantur. Bart. ibi tenet, ꝙ mulier vl̃is vſufructuaria habet ſoluere de ſuo vſufru. ſed ibi vr̃ caſus ↄ Bar. per quem ibi ↄ eum tenet Pau. de Caſt. Idem latius per illum tex. conſuluit ↄ Bar. Pau. de Caſt. in cõſ.
4 consue. & l. quæro. §. inter locatorem. s. loca. ¶ † Secundò no. ex isto tex. ꝙ non solùm hæredes scripti in testamēto possunt grauari fideicommisso vniuersali de restituenda hæreditate, sed etiam venientes ab intesta. Concordantes sunt in glo. Et est rō, quia testator non instituendo alios, videtur tacitè vocare venientes ab intesta. & hoc respectu potest eos grauare fideicommis. l. si quis cum nullum. & l. conficiuntur. in prin. s. de iur. co-
5 di. ¶ Hinc ex hac rōne viderentur posse inferri duo. † Primò, ꝙ si proximior ex venientibus ab intest. repudiat vel moritur, ꝙ alius non vr̄ grauatus restituere, cùm primus tantum dicat vocatus ex voluntate tacita, vt est gloss. sing. in l. non iustam. & ibi Bald. C. eod. ꝙ si esset verum, esset mirabile & signandum, sed hoc non est verum, & est ꝯ. l. primam. §. fi. & ibi Bar. s. de leg. 3. vbi etiam vr̄ relictum à secundo fideicom. nisi à primo sit nominatim relictum, & de hoc vide Ang. Are. in §. præterea. Insti.
6 de fideicom. hære. ¶ † Secundò ex dicta rōne videretur inferendum, ꝙ successurus ab intest. de iure prætorio tm̄, non pōt grauari fideicommisso, quia non dicit̄ succedere ex voluntate defuncti, vt est glo. quam Bar. ibi reputat mirabilem, in l. 1. §. vel maximè. j. de colla. bo. Tene ꝯrium per text. in d. §. præterea. in verbo vel honorario. iuncta d. l. conficiuntur. §. 1. & illam glos. in d. §. vel maximè. reprehendit ibi Bar. & bene. Imo. in l. si à Ti
7 tio. §. mulier. s. de leg. ¶ † Tertiò no. ex §. in filij ꝙ Senatusc. Trebel. loquens de hærede instituto in testō, habet ēt locum in testa. quod solùm de iure spāli valet, vt est in filiofam. qui testari non pōt. l. si quæramus. s. de testa. & qn̄ testatur de castrensibus vel quasi, valet iure spāli. l. eius militis. §. militia missus. s. de test mili. Et sic habes, ꝙ leges testamentariæ extenduntur ēt ad testamentum validum de iure spāli. facit. l. 1. §. lex Falc. s. ad l. Falci. per quem tex. Bar. ibi in fi. tenet, ꝙ si statutum concederet gene-

neraliter filioſa. poteſtatem teſtandi, in eo haberent locum le-
ges loquentes de teſta. ¶Quartò diligenter not.ex eo.§. in filij.
8 † ꝙ Senatuſc. loquens de hæreditate habet locum etiam in ea,
quę impropriè dr̃ hæreditas. Nam quando in caſtrenſi peculio,
vel quaſi filij, defertur patri ex teſtamento filij ſucceſſio, prout
loquitur iſte text.impropriè dr̃ hæreditas.tex.eſt in l.2. ad fin.in
verſi.pro hæreditate habetur.j̃.de caſtren. pecul.& tex.in l.pro-
ponebatur.in prin.eo.tit. ibi, quaſi hæreditatem deferri hæredi
ſcripto, ſiue extraneum ſcripſit hæredem, ſiue patrem, not.in
l.filiusfa.s̃.ad l.Falc. Ergo hic eſt text.ꝙ Senatuſc.extenditur ad
caſum improprium, qđ vr̃ eſſe contra communem regulam,
quia verba legis,vel ſtatuti debet propriè intelligi.l.1.§. ſi is qui
nauem.ver.in re dubia.ff.de exer. l.ille aut ille.§. cùm in verbis.
& l.non aliter.s̃.de leg.3.latè Bar.in l.non dubium. C.de legi.&
9 credo,ꝙ iſtud faceret magnam dubitationē in hoc tex.¶† Po-
tes dicere, ꝙ ſaltem largo ſumpto vocabulo dr̃ hæreditas, &
militat identitas rationis. Ideo tunc fit extenſio ad caſum im-
proprium,l.filium habeo.s̃.ad Maced. & tex. in l.libertum.§.1,
s̃.de ritu nup. Item ratio adiuncta facit recedi à proprio ſigni-
ficatu verborum antecedentium, ſecundum Bal.in l. ſi ſeruus
legatus.§.qui quinque.s̃.de leg.1. Item lex, vel ſtatutum fauo-
rabile extenditur ad caſum largum,& improprium.ita ſing.te
net Bar.in l.q ſe patris.in vlt.col.C.vnde lib. & ibi Pau.de Caſt.
10 Lud.Ro.& do. Alex.ad hoc no.& reputant ſingulare. ¶†Hinc
eſt,ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ exiſtentibus filijs maſculis filiæ fœminæ
non ſuccedant, quia tale ſtatutum eſt fauorabile ex parte ma-
ſculorum,quamuis loquatur in filijs, extenditur tamen ad ne-
potes,licèt ſint inferioris gradus, ſecundum Bal.Sal.& Mod.in
l.2.C.de in ius vocan. cum concor.quas ibi dedi. & tamen ne-
pos largè,& impropriè dr̃ filius,ſecundum Bar. in l.liberorum.
in 2.q.prin.j̃.de verb.ſign.facit bene tex.in d.l.filium habeo.Po-
tes etiam dicere,ꝙ iſtud non ſit ex vi,& proprietate verborum,
ſed per interpretationem extenſiuam iuriſd. propter identita-
11 tem rationis,ſicut etiam cōtingit in d.§.libertum.§.1.¶†Quin-
tò not.ex eo.§. in filij. ꝙ filiusfa. poteſt eſſe in poteſtate quo ad
quædam,& quo ad quædam non.nam ſi habeat caſtrenſia, vel
quaſi,quo ad illa cenſetur eſſe ſui iuris.l.2. s̃. ad Maced. quo ad
12 alia cenſetur eſſe in poteſtate.¶†Iuxta hoc quærit Bar.de quę-
ſtione,quam latè diſputare intendo, an pater poſſit emancipa-
re filium quo ad vnum actum tantum,ſcilicet, quo ad factio-
nem teſtamenti tantum, in cæteris remaneat in poteſtate. Pri-
mò arguit, ꝙ ſic, quia lex hoc facit,ſcilicet, ꝙ in caſtrenſib.vel
quaſi habeatur loco patrisfa.d.l.2.in princ.in alijs ſecus.Sed iſta
ratio Bart. non eſt bona.nam dicere, lex poteſt,ergo & homo,
non eſt bona conſequentia. patet, nam ꝙ filius quo ad quædā
ſit in poteſtate,quo ad quædam non,non poteſt eſſe niſi per fi-
ctionem.d.l.2.& declarat Barto. in l. ſi is qui pro emptore.j̃.de
vſucap.in 3.q.prin.in ver.Item quæritur circa prædicta. Sed ſic
13 eſt, † ꝙ licèt lex poſſit inducere fictionē,tñ homo non poteſt.
l.ſi fortè.j̃.de caſtren.pecu.l.codicillis.§.fin.s̃.de leg.2. no. Bar.in
d.l.ſi is qui pro emptore.in 1.q.prin.¶In contrarium dicit Bart.
facere.l.quæſitum.aliàs incipit, ſi tibi.s̃.de adop. vbi dicitur, ꝙ
lex abhorret habere filios temporales,& in hoc Bar.reliquit co
14 gitandum,nec aliter determinat.¶†*Communis opin.* videtur eſſe
pro parte negatiua,ꝙ filiusfa.non poſſit emancipare ad vnum
actum tantum,ita tenet Bal.in l.ſenium.in pen.q.& ibi Pau.de
Caſt.& Lud.Rom. C.qui teſta.face.poſ.Imo. Rapha.Cu.Pau.
de Caſt.& do.Alex.hic,Imo.in l.tam is.§.1.j̃. de dona.cau.mor.
& d.l.ſi is qui pro emptore.in 11.col. & ibi Lud. Rom.in 7.còl.
Pau.de Caſt.in l.qui in poteſtate.s̃. de teſta. Ange. de Are.in §.
præterea.in vlt.col.Inſti.quib.mod.ius pat.poteſtatis.ſolu.dom.
Alex.in conſi.vlt.5.vol.quod incip.perlectis verbis legitimatio-
15 nis.¶Pro iſta parte facit ſecundum Bal.in d.l.ſenium.† quia pa
tria poteſtas eſt indiuiſibilis, nec quis poteſt eſſe in duplici ſtatu
contrario.l.vnic.§.1. C.de lati.liber.tollen. Facit vltra eum, ꝙ
lex non admittit in eadem perſona duos ſtatus contrarios.ſ.vt
quo ad quid ſit ſeruus, & quo ad quid ſit liber. l. ſi pariter.j̃.de
libe.cau.& tex.no.in l.duob.eo.tit.& in l.fi. C.commu.de man.
Et illa iura fortius ſtringunt æquiparando emancipationem li-
bertati, ſeu manumiſſioni,prout facit text.in l.1.j̃. ſi quis à pa.
16 fue.manu.¶†Confirmatur, quia quis nō poteſt eſſe legitimus
quo ad quid,& quo ad quid non,vt eſt gl.not.in c.cum inhibi-
17 tio.de clandeſti.deſpon.† Item confirmatur,quia repugnantia
ſimul ſtare non poſſunt.l. vbi repugnantia. ff. de regul.iur.Imò
etiam ſummus Deus non poteſt actum repugnantem in eſſe
producere,ſecundum Ang.in conſi.187.incip.Hic punctus pri-
18 ma fronte videtur clarus circa fin. ¶† Item facit, quod tenet
Bar.in l.ſi maritus.§.legis Iuliæ. circa med.j̃.de adulte. vbi dicit,
ꝙ licèt filiusfam.in peculio caſtrenſi habeatur vt paterfam.l.2.
in princip.s̃.ad Maced.tamen non eſt verè paterfam.quia non
poteſt eſſe pro parte paterfam.& pro parte filiusfamil,quia ſic
reſultaret contrarietas,quod eſſe non debet.d.l. ſi pariter.in fin.
j̃.de lib.cau.ita ibi Bar. ¶Sed iſtud fundamentum licèt multi-
pliciter corroboratum poteſt euadi ſecundum Are. in d.l. qui
19 in poteſtate.in penult.col.† quia imò in vna,& eadem perſona
poteſt concurrere duplex qualitas contraria, vna quidem ve-
rè,alia fictè, ſecundum Bart.in d.§.legis Iuliæ. quem proximè
retuli,& probatur in l.cùm ex oratione.s̃.de excuſati.tuto.& in
l.pen.j̃.de iur. aure. anulorum. vnde in propoſito noſtro eman
cipatus ad vnum actum tantum, erit quidem in poteſtate ve-
rè,ſed fictè quo ad illum actum cenſebitur emancipatus. ¶Se-
20 cundò principaliter facit,† quia ſicut adoptio non poteſt fieri
ad tempus.d.l.quæſitum.aliàs incipit, ſi ibi.s̃.de adopt.allegata
per Bar.ita nec emancipatio. Et qua ratione non poteſt fieri ad
tempus,eadem ratione non videtur poſſe fieri ad certū actum,
arguendo de tempore ad rem,iuxta.l.miles ita.in prin.s̃.de teſt.
mili. Potes dicere, ꝙ cùm adoptio ſit in ſe fictio.§.minorem.
Inſtit.de adopt.ſi permitteretur ad tempus, eſſet alia fictio,ſed
duæ fictiones concurrere non poſſunt.l.1. cum glo. C. de dot.
promiſ.glo.in l.cùm poſt.§.gener.s̃. de iur.dot. Sed emancipa-
tio eſt actus verus, ideo ſi fiat ad vnum actum,non eſt niſi vna
fictio.ita etiam videtur reſpondere Are. in d.l.qui in poteſtate.
21 † Sed caue, quia duæ fictiones tolerantur, quando ex diuerſo
fonte procedunt, ſecundum Bart.in l.ex facto. in prin.2.char.s̃.
22 de vulg.& pupil.& Bar.in l.ſub conditione.j̃.de ſolu.¶†Tertiò
pro iſta parte ſtringit ratio, quam ſupra retuli, & eſt Imol.hic.
Nam quòd filius quo ad quædam ſit in poteſtate,quo ad quæ-
dam non,iſtud non poteſt eſſe niſi per fictionem,ſed homo nō
poteſt inducere fictionem, licèt lex poſſit, vt ſupra dixi. Huic
fundamento reſpondet Areti.in d.l.qui in poteſtate. quod imò
etiam homo poteſt inducere fictionem de permiſſione legis.
ita dicit eſſe caſum ſingularem in l. ſi ab eo. & ibi ad hoc not,
Ange.C.de legi.hæred. vbi pater poteſt emancipare per reſcri-
ptum principis filium coram iudice,licèt filius non ſit pręſens,
& poterit limitare effectum emancipationis quo ad aliquid,
ita ꝙ filius non habeatur pro emancipato quo ad omnia.Si er-
go emancipatio conceditur fieri quo ad aliquid, quando fit de
iure ſpeciali ex conceſſione principis,quando filius non eſt prę-
ſens,ergo multò fortius,quando emancipatio fit de iure com-
muni, quia diſpoſitio iuris communis eſt validior quàm illa,
quæ fit de iure ſpeciali. l. eius militis. §. militia miſſus. ſupra de
23 teſta.milit.¶Vltra Scribentes quartò facit, † quia ſicut eadem
res non debet diuerſo iure cenſeri.l.eum qui ædes.infra de vſu-
cap.& c.cum in tua. de decim.Ita nec eadem perſona debet di-
uerſo iure cenſeri, arguendo de rebus ad perſonas, quod argu-
mentum eſt validum.l. qui plures liberos.s̃. de ritu nupt. & l.ſi
24 quis inquilinos.§.ſi ita legatum.ſupra de leg.1.¶†Quintò facit.
l.fin.C.de ſenten.paſ.vbi ſtatus filij quo ad patriam poteſtatem
debet eſſe aut omnino ſui iuris, aut omnino in patria poteſta-
25 te.¶†Sextò, quia emancipatio cùm ſit actus legitimus.l.actus
legitimi.j̃.de reg.iur. ſicut non recipit diem nec conditionem,
vt ibi,ſic non recipit metas temporum,rerum,vel actuum,ar-
guendo de vno ad aliud.arg.l.miles ita.§.1.ſupra de teſta.milit.
& l.qui certarum.ſupra de teſta.tutel.¶In contrarium pro par
te affirmatiua, ꝙ filius poſſit emancipari quo ad vnum actum
tantum,refert Imo.hic ſe vidiſſe conſilia excellentium Docto-
26 rum,qui mouebantur † per text.in d.l.ſi ab eo.vbi filius abſens
poteſt emancipari per reſcriptum principis, ſed habebitur pro
non emancipato quo ad coniunctas perſonas, & ſic ibi habe-
tur pro emancipato quo ad aliquas perſonas, quo ad ali-
quas non, ergo ſimiliter idem dicendum quo ad res, ar-
guendo de perſonis ad res, vt ſupra proximè dixi. ¶Moue-
bantur etiam per l. communium. C. de natura. libero. vbi
filius legitimatus per oblationem curiæ, ſoli patri efficitur le-
gitimus,& non alijs agnatis. Ad idem eſt tex.in §.filium verò.
& ibi Ang.not.in Auth.quibus mod.natu.effi.ſui.colla.7. & §.1.
in Auth.quib.mod.natu.effi.legi.colla. 6. Et ſic in iſtis iuribus
patet,quòd ſtatus hominis eſt diuiduus, quia quo ad quædam
eſt legitimus,& quo ad quædam non. ¶Sed reſpon.ſecundum
27 Imo.& Pau.de Caſt.† quòd iſta procedunt ex diſpoſitione le-
gis,quæ poteſt inducere fictionem, quam non poteſt inducere
28 priuatus.vt ſupra dixi. princeps † enim dicitur lex animata in
terris.§. penult.in Auth.de conſul.colla.4.glo.in l.& quia.ſupra
29 de iuriſdi.om.iudi. ¶†Tertiò facit,quia pater poteſt legitimare
filium, hoc acto, quòd ſit legitimus quo ad ſucceſſionem.c.1.
de fil.na.ex matr.ad mor.contra.in vſib.feud.per quem text.ita
determinat dom.Anto.de Butr.in c.per venerabilem.in 27.col.
qui filij ſint legi.Pau.de Caſtr.Ludo.Rom.& dom.Alexan.in l.
pactum.C.de colla.cum alijs concord.quas ibi dedi. & ſic quo
ad quid cenſebitur legitimus, & conſequenter in poteſtate, &
quo ad quid non legitimus. ¶Quartò facit, quod tenet Bart.in
30 l.fi.in vlt.col.s̃.de condi.ſine cauſa.vbi tenet,† quòd filius natus

ex nuptijs incestuosis, censeatur legitimus & illegitimus, & sic in potestate, & non in potestate. Nam censetur legitimus respectu ignorantis, & illegitimus respectu scientis. l. qui in prouincia. §. 1. ſ. de ritu nup. quamuis aliter tenuerit gl. in l. qui contra. & ibi Bald. C. de incest. nup. ¶Istam partem expresse firmat D. Bartho. Veronen. in caut. 157. quæ incip. dixi in præcedenti cautela. & in cau. 196. quæ incip. de iure communi, & videtur tenere Aret. in d. l. qui in potestate. ¶Ego addo in fortioribus terminis supremæ authoritatis Ioan. And. in addi. Spec. titu. de instr. edi. §. porrò. in ver. quid in filiafam. vbi tenet, quòd si sunt duo fratres in potestate patris, vnus potest donare alteri bona profectitia consentiente patre. l. si permittente. C. ad Macedon. & l. tam is. §. 1. infra de don. cau. mor. quia pater consentiendo videtur emancipare filium quo ad illum actum donationis tantum, vt ibi per eum, & sic vult, quòd emancipatio ad vnum actum potest fieri etiam tacitè, quod no. pro extensione huius articuli, & ita ante eum tenuit Oldra. Laud. & plenius in consilio 26. incip. pater consensit filiæ. Et illam decisio. Ioan. Andr. reputat nouam & singularem Aret. in l. placet. supra de acquiren. hæredita. licèt de ea dubitet. Non recedas à prima opinio.
* *quæ communior est*, licèt articulus sit disputabilis ad vtranque partem.

### SVMMARIVM.

1 *Statutum faciens mentionem de hærede, habet locum in bonorum possessore, & est communis, licèt disputet ad partem contrariam, vide nu. 17. & nu. 25.*

*Conditio si hæres erit, verificatur in bonorum possessore, etiam si per cōtratabu. & nu. 15.*

2 *Statutum debet intelligi in casu vero, & non in casu ficto.*

*Bonorum possessor non est verus hæres. & nu. 22.*

3 *Constitutio loquens in casu vero, extenditur ad casum fictum, vbi lex æquiparat casum verum, & casum fictum, infra nu. 24.*

4 *Lex loquens in vno casu etiam in exorbitantibus extenditur ad alium, qui sub lata significatione vocabuli comprehenditur sub expresso.*

5 *Bonorum possessor subrogatur loco hæredis.*

*Extensio de vna persona etiam in exorbitantibus fit ad subrogatum in eius loco.*

6 *Verbum continetur, importat de propria significatione, & non per extensionem.*

7 *Lex si. C. de edic. diui Adria. tol. loquens in hærede, habet locum etiam in bonorum possessore.*

8 *Transmissio hæreditatis, quæ fit beneficio. l. primæ. de his, qui ante apertas tabulas, habet locum etiam in bonorum possessione.*

9 *Transmissio hæreditatis non aditæ, quæ fit beneficio. l. cùm antiquiorib. habet locum in bonorum possessione.*

10 *Agnoscens bonorum possessionem, si in libello dicit se hæredem, sustinetur libellus.*

11 *Procurator, qui habet mandatum ad agnoscendam bonorum possessionem, potest adire, & ècontra.*

12 *Protestans coram iudice, quòd vult amplecti hæreditatem, valet, ac si diceret bonorum possessionem.*

13 *Procurator constitutus ad adeundam hæreditatem coram iudice, quæ iam in annis 30. erat delata, censetur constitutus ad agnoscendum bonorum possessionem.*

*Tempus agnoscendi bonorum possessionem de iure prætorio non currit ignoranti.*

14 *Si ille, qui de iure ciuili succedere non potest, sed de iure prætorio, contra vsufructuarium agit ad sibi cauendum tanquam hæredi de vtendo arbitrio boni viri, per hoc dicitur agnouisse bonorum possessionem.*

16 *Succedens de iure prætorio, si alius non potest nec re, nec spe succedere de iure ciuili, tunc dicitur propriè hæres, & habet omnia iura hæreditaria directa.*

18 *Verbum hæres, propriè significat hæredem directò.*

19 *Patronus si est præteritus à liberto, non habet aliud remedium nisi contratabulandi.*

20 *Conditio debet impleri in forma specifica, si potest, aliàs uerificatur etiā in casu improprio.*

21 *Qualitas personæ, ad quam verba diriguntur, operatur, vt recedamus à proprietate vocabuli.*

23 *Extensio licita est in exorbitantibus propter identitatem rationis de stricta significatione vocabuli ad latam.*

26 *Lex loquens de fideicommissis, & legatis, trahitur ad hæreditatem, & sic ad hæredem directum.*

1 §. Bonorum. ¶Not. primo ex isto. §. ſm Barto. †quòd lex, vel statutū faciens mētionem de hærede, habet locum in bon. pos. & sic in successore de iure prætorio, quod apparet ex hoc tex. relato ad verba a Senatusc. hoc etiam probatur secundum Barto. [a] per tex. not. in l. in conditionibus. §. si patronus. supra de condi. & demonst. vbi conditio, quæ debet strictè ad literam intelligi, si hæres nō erit, deficit in eo, qui est bono. pos. de iure prætorio. Raph. Cuman. hic dicit, quòd iste tex. nihil facit, quia procedit non ex vi verborum, sed per interpretationem extensiuam, vt est text. in l. quamuis. in princip. ʃ. eod. Sed ad hoc potes dicere, quòd statuta loquentia de hærede, recipiunt interpretationem passiuā ab isto iure communi. l. fina. §. in computatione, vbi glo. & Do-
2 cto. C. de iure deliber. Ludou. Roman. hic dicit, †quod contra Bar. facit, quia statuta debent intelligi in casu vero, & non in ficto. l. 1. §. hoc autem interdictū de cisterna, & ibi pulchrè not. Bar. ʃ. de fonte, & l. 3. §. hæc verba. cum glo. & ibi no. Bart. supra de neg. gest. sed bono. pos. non est verus hæres. l. 2. de bono. pos. & §. quos autem. Insti. eo. tamen ipse Lud. saluando Bar. respō-
3 det, †quòd vbi lex æquiparat casum verum, & casum fictum, tunc constitutio loquens in casu vero, extenditur ad casum fictum. cap. cùm dilectus. iuncto. cap. ad audientiam. de cleric. non residen. Sed ista lex in princip. iuncto isto. §. æquiparat hæredem, & bonor. posses. ergo statutum loquens in hærede, habet locum in bono. pos. Dom. Alex. hic refert, quòd Bald. in repet. cap. si pater. de testa. in 6. in 18. colum. in versic. quæro nunquid appellatione hæredis, tenet contrarium, quòd appellatione hæredis non veniat bonor. posses. sed successor de iure prætorio, allegat no. per gl. in l. hæredis. & in l. hæreditatis. ʃ. de verborum significa. & §. quos autem. Insti. de bono. posses. Tamen Dom. Alex. sustinendo Bar. dicit, quòd largo sumpto vocabulo appellatione hæredis venit bono. posses. vt l. 1. & ibi per Bal. C. vnde liber. ideo statutum loquens in hærede, debet extendi
4 ad bonor. posses. †quia etiam in exorbitantibus lex loquens in vno casu, extenditur ad alium, qui sub lata significatione vocabuli comprehēditur sub expresso. l. filium habeo. supra ad Maced. glo. in Auth. vt hi qui oblig. in prin. in verbo ad curationē. Ista sunt omnia, quæ traduntur per Scribentes hic. ¶ Adde, ꝙ cum Bar. tenet etiam Are. in l. 1. in princip. in 2. colum. supra de vulg. & pup. & idem Are. in l. 1. C. vnde liber. & in vtroque lo-
5 co mouetur, †quia bono. poss. subrogatur loco hæredis. l. 2. infra de bon. poss. Ergo virtute subrogationis etiam in materia exorbitanti à iure illud, quod dicitur de vna persona, extenditur ad aliam. l. libertum. §. Senatus. ʃ. de ritu nup. no. Imo. in l. si verò. §. de viro. ſ. soluto matrimon. ¶ Vltra alios pro ista parte adde primò tex. in l. hæredis appellatione, secunda. ʃ. de verbor. significa. vbi dicit tex. quòd appellatione hæreditatis bonorum
6 possessio continetur. †Pondera verbum continetur, quod importat de propria significatione, & non per extēsionem. ita singulariter tenet Bart. in l. cui eorum. §. affinitates. ſ. de postulan. & in simili Barto. in l. hæc verba. in princ. infra de adult. est verum, quòd contra istud dictum Bar. de verbo continetur, multa iura obstant, quæ aliàs deduxi in l. emancipata. C. qui admi. ¶Secundò pro ista parte adde illud, quod tenet glo. ordina. & approbata in l. fina. super verbo legitimo, in tertia parte. C. de
7 edic. diui Adrian. tollen. vbi tenet, †quòd beneficium. d. l. fin. loquens in hęrede de iure ciui. qui debet statim mitti in possessionem ostenso instrumento testamenti, habet locum etiam in bono. poss. eo quia leges etiam nouæ loquentes in hæreditate, habent locum in bonor. poss. & sequitur ibi Barto. in pen. colu. in vers. quæro quid de testa. quod valet de iure prætorio, & ibidem alij sequuntur, & ibi dixi. ¶Tertiò facit, quod tenet gloss.
* no. & *magis communiter approbata*, in l. emancipata. C. qui admit.
8 quæ vult, †ꝙ transmissio hæreditatis non aditæ, quæ fit beneficio iur. ciui. & sic beneficio. l. vnicæ. C. de his, qui ante aper. tab. habet locum etiam in bono. pos. & sic etiam in successionibus prætorijs, quamuis loquatur in hæreditate, & illam gl. post Antiquos sequuntur Barto. Bald. & Modern. in d. l. emancipata.
9 ¶†Quartò facit, quòd transmissio hęreditatis non aditæ, quæ fit beneficio. l. cùm antiquiorib. C. de iure deliber. & sic beneficio iur. ciu. habet etiam locum in bon. pos. & ꝯñr in successionibus prætorijs, secundum Cy. ibi in 1. q. Raph. Fulg. & D. Alex.
10 & ibi de hoc dixi. ¶†Quintò adde tex. no. in l. 1. in verbo hęredes extitisse. C. vnde lib. per quem ibi no. Bal. Sali. & Modern. ꝙ si ille, qui agnouit bon. pos. & sic successit de iure prætorio, dicat se esse hęredem, sustinetur eius petitio. idem etiam tenet Bal. in c. pastoralis. in pe. col. de cau. pos. & proprie. ¶Sextò facit tex. no. in l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit. ʃ. de acqui. hære.

### ADDITIO.

a ¶Secundum Bar. Adde, quòd hanc opin. Barto. sequitur Marian. Soc. in consi. 50. colum. 2. versic. non obstant. & quòd appellatione hæredis veniat bono. posses. in materia stricta, tenet Alexan. in consi. 2. colum. 4. versic. ad idem. in 1. volum.

11 hære.†vbi habens mandatum ad agnoſcendam bono. poſ.po
teſt eius virtute adire hæreditatem de iure ciuili,& ècõtra , &
tamen forma mandati eſt ad vnguem diligenter obſeruanda.l.
diligenter.in prin.ſ.manda.c.cum dilecta.de reſcrip.¶Septimò
adde tex.in l.fi.in verb.amplectendæ hæreditatis. C.qui admit.
12 vbi eſt tex.†quòd ſi aliquis coram iudice dicat,proteſtor quòd
volo amplecti hæreditatem , valet ac ſi diceret bono.poſ.Et p
illum tex.dicit ibi egregiè Raph.Fulgo. ſe in contingentia facti
13 dixiſſe. † Nam in Regno Neapolitano communiter fiunt in-
ſtrumenta coram iudice,aliquis tenens multa caſtra conſtituit
procuratorem ad adeundum hęreditatem , quæ erat delata iã
30.ann.elapſis,opponebatur,ꝙ elapſis 30. ann. erat excluſus,ne
poſſet amplius adire hæreditatem de iure ciuili.l.licèt.C.de iur.
delib.dicit ſubtiliter Raph.Fulg.ſe dixiſſe,ꝙ licèt eſſet excluſus,
ne poſſet adire hæreditatem de iure ciui. tamen non erat exclu
ſus,quin poſſet agnoſcere bon.poſ.de iure prætorio, quia illud
tempus prætorium non currit ignoranti,etiam ſi ſtaret per mil
le annos.l.quamdiu.& l.emancipata.C.qui admit.& ita dicit ſe
defendiſſe illum procuratorem,qui iam erat penè cõfuſus.Pul-
chra,& nota.eſt deciſio,quam etiam tenet idem Raph. Fulgo.
in l.non hoc.per illum text.ſecundum vnum ſuum intellectũ.
14 C.vnde legi.¶†Item per illum tex.in d.l.fin.dicit ibi ſignanter
Raph.Fulgoſ.ſe illo anno de facto reſpondiſſe, cùm alicui eſſet
delata bon.poſ.de iure prætorio,qui non poterat ſuccedere de
iure ciui.vt l.poſthumus.in prin. & in ver. idem & circa. & in l.
filio præterito.ſ.de iniuſt.rup.Deinde relictus erat vſusfructus
Titio in certo fundo hæreditatis.Iſte cui delata eſt bon. poſſeſ.
iuit ad iudicem,& petijt per Titium ſibi caueri tanquam hære
di,quòd ille vſufructuarius vteretur arbitrio boni viri.Nũquid
per iſtum actum dicatur agnouiſſe bono.poſſeſ.coram iudice?
Dicit ſingulariter Raph.Fulg.ſe reſpondiſſe,quòd ſic, quia licèt
petierit ſibi caueri tanquam hęredi,& non tanquam bon.poſſ.
tamen vnum pro alio ſufficit,per illum tex. & licèt iſtam cau-
tionem petierit propter aliud,tamen ſufficit vt inducatur agni
tio bon.poſ.per illum tex.ibi in verbo qualiſcũque teſtatio. iſta
etiam fuit nota.& peregrina deciſio, & eam refert , & ſequitur
15 D.Alex.ibi,licèt alio modo corruptè referat Fulg. ¶ †Octauò
adde tex.no.in l.ſi is,qui in poteſtate.§.fi.ff.de lega. præſtan. vbi
conditio ſi hæredi decem dederit,quæ debet impleri in forma
ſpecifica ſub nomine hæredis,comprehendit bono. poſ. ẽt qui
venit contra voluntatem teſtatoris per contratab. Et ſic eſt ibi
quaſi ſimilis tex.ad dictam.l.in conditionibus.§.ſi patronus.hic
allegatus per Bar.Potes tamen reſpondere ad d.l.is qui in pote
ſtate.§.fi.ꝙ ibi ideo eſt,quia tex.ibi in effectu conſiderauit, ꝙ ex
quo veniens de iure prætorio erat grauatus de præſtando lega
ta coniunctis perſonis ſub conditione,ſi decem dederint hære-
di,ex quo ſentit onus legatorum , debet etiam ipſe habere cõ-
modum implementi conditionis,& ſic commodum dationis.
ita videtur ibi ſe fundare tex.¶Nonò adde bo.tex.in l. item ve
niunt.§.licèt autem.ſ.de peti.hære. vbi eſt tex. ꝙ licèt Senatuſ-
conſ.de quo ibi,de his locutum ſit , qui ſe hæredes exiſtimant,
tamen & ſi bo.poſ.ſe exiſtiment,in eadem erunt conditione. Il
le eſt optimus tex.pro Bar.facit ad idem tex.in l.quãuis. in prin.
j.eo.¶Decimò pro eadem parte pondera tex.in l.2.j.de bono.
poſ.qui dicit,in omnibus enim vice hæredum bono. poſſeſſo-
res habentur.pondera illam vniuerſalem in omnibus , iunctis
his,quæ traduntur per Mod.in l.1.ſ.de leg.1.vbi plura cumula-
16 ui ſuper illa dictione,in omnibus. ¶†Vndecimò accedat not.
doctrina,quòd quando aliquis ſuccedit de iure prætorio , & ſi
alius non poteſt ſuccedere de iure ciuili,nec re,nec ſpe, illa ſuc
ceſſio de iure prætorio facit eum directè,& propriè hæredem,
& habere omnia iura hæreditaria directa , ita declarat magi-
ſtraliter Barto.in l.2.infra de bono.poſſ. & in l. ex aſſe. infra eo-
dem.per glo.ibi,& per l.puberem.C.de iure deliberan. vbi etiã
eſt bonus tex.qui dicit,puberem agnoſcentem bonor. poſ. pro
hærede gerere non ambigitur.Et ita ſingul.limitatur.§.quos au
tem.Inſtitu.de bono.poſſeſ.qui dicit, quòd prætor non poteſt
facere quem directò hæredem . Tamen iſtud fundamentum
non generaliter procederet. Iſta ſunt, quæ faciunt pro deciſio-
* ne Barto.hic *communiter approbata.*¶Contrarium tenet Bal.quẽ
17 ſupra retuli in repeti. dicti cap.ſi pater.in 18.colum.† quòd ap
pellatione hæredis non venit bono. poſſeſ. & ſic ſucceſſor de
iure prætorio.Pro iſta parte contraria ego allego multos text.
ſcilicet tex.in l.1.in verbo,velut hæredes.ſupra de bono.poſſeſ.
hære.petitio. & in d.l.2.in verbo.loco hæredum. infra de bono.
poſſeſ.& in dicto §.quos autem.in verbo loco hæredum, & in
l.cùm emancipatus.in princip. in verbo loco hęredis. infra de
contratab. ¶Ad idem tex. in l. hæreditatis appellatio. infra de
verbo.ſignifica.vbi dicit text. quòd hæreditas nomen iuris eſt,
18 ſicut bono.poſſeſ.Ad idem facit, † quia verbum hæres , ꝓpriè
ſignificat hæredem directò,& de iure ciui.non bono. poſſeſſo-
rem,vel fideicommiſſarium.l.ſtipulatio iſta,in princip. in ver-
bo cæterorum ſucceſſorum.iuncta glo.j.de verbo.oblig.& ibi
Aret.in 4.not.ad hoc not.illum text.¶Item adde,quod Bartol.
met.in l.1.in princip.in 1.oppo.ſupra de vulga.& pupilla.dicit,
quòd appellatione hæredis largo modo ſumendo continetur
bonor.poſſ.per illum text.& d.l.hæreditatis appellatione. ¶Te-
nendo iſtam partem contrariam,poteſt reſponderi ad iura hic
allegata per Bart.Primò ad iſtum text.quòd parum facit, quia
procedit propter extenſionem.l.quamuis.in princip. infra eo-
dem,prout etiam reſpondet Rapha.Cuman.hic , quem ſupra
retuli.¶Ad l.in conditionibus.§.ſi patronus. quæ videtur vrge-
re pro Barto.reſponde not.& dic,quòd illa conditio , ſi patro-
nus hæres non erit, neceſſariò intelligitur de iure prætorio , &
19 ſic per contratabu.† quia patrono præterito non cõpetit aliud
remedium contratabu.& ideo in eo neceſſaria eſt contratabu.
ſecundum gloſſ.in l.fina.C.vnde legi.& ibi clarè Bald.in vltima
colum.& Dominus Alexan.in 10.colum. in fine. Et ideo cùm
illa conditio,ſi patronus hæres non erit,neceſſariò intelligatur,
ſcilicet de iure prætorio,quia aliter verificari non poteſt,nimi-
rum ſi ibi hæres capitur pro bono.poſſeſ.facit.l.ſi vno. in prin-
cip.ſupra loca.& l.fundus qui locatus. ſupra de fund. inſtru. Et
iſto modo ille text. qui videbatur ſtringere pro Bartol. poteſt
20 fortiter contra eum retorqueri.†Et ſic in forma reſpõde,quòd
conditio debet impleri in forma ſpecifica , & in propria, verũ
eſt ſi poteſt , aliàs verificatur in alio caſu etiam improprio , &
ita eſt caſus not.in dicto §.ſi patronus.& ita etiam in effectu ibi
21 reſpondent Imol.& Rapha.Cuman. ¶†Tu confirma per regu
lam not.quia propter qualitatem perſonæ,ad quam verba di-
riguntur, iuxta l.plenum.§.equitij.ſupra de vſu,& habita.rece-
dimus à proprietate vocabuli, & intelligimus in caſu non ſo-
lùm improprio,imò etiam impropriiſſimo,ſecundum Barto.
ſi bene inſpicias in l.prima in princip. ſupra ad legem Falcid.&
ibi Domin.Alexan.in 4.colum.vbi dictio Falcidia,quæ impro-
priè capitur pro Trebellia.& impropriiſſimè pro legitima de-
bita iure naturæ,vt eſt gloſſ.in Authen.vnde ſi parens.C.de in-
officioſo teſtament. ibi capitur impropriiſſimè pro legitima,
propter qualitatem perſonæ,ſcilicet filiæ,ad quam dirigitur.Er
go ſimiliter in dicto §.ſi patronus. conditio ſi hæres non erit ,
capitur non ſolùm impropriè pro bonorum poſſeſſore , imò
poſſet capi impropriiſſimè propter perſonam patroni, ad quã
dirigitur. Et iſto modo etiam poteſt retorqueri ille text. con-
tra Bartol.Et iſta eſt egregia , & bona reſponſio ad illum text.
22 ¶† Quid tenendum? Conclude,quòd bonorum poſſeſſor nõ
eſt verè,neque propriè hæres , quia vnus eſt de iure prætorio,
alius de iure ciuili, vnus habet iura vtilia tantum,alius directa.
Et ad hoc tendunt iura ſecundo loco per me allegata . Sed la-
to ſumpto vocabulo,& ſic impropriè bonorum poſſeſſor po
23 teſt venire appellatione hęredis.† Vnde in materia exorbitan-
ti ex identitate rationis licita eſt extẽſio de ſtricta ſignificatio-
ne vocabuli ad latam.l.filium habeo.ſupra ad Macedon.gloſſ.
in Authen.vt hi qui obli.in princip.in ver. ad curationem. col-
latio.6.& glo.in Authen.minoris debitor.C.qui da. tuto. poſſu.
Item hęres & bono.poſſeſ.à iure æquiparantur,vt hoc tex.iun
cto princip.huius.l.& l.quamuis.in princip. infra eodem. cum
24 alijs ſupra primo loco allegatis.† vnde virtute æquiparationis
illud , quod ſtatuitur in hęrede, intelligitur etiam ſtatutum in
bonor. poſſeſſore , vt eſt gloſſ. in l. ſi quis ſeruo perſuaſerit. ad
finem. C.de fur. & gloſſ. magis expreſſa in l. quod verò contra.
ſupra de legib.Item quando caſus verus, & caſus fictus ęquipa
rantur , vt in propoſito noſtro , ſtatutum in caſu vero habet
etiam locum in caſu ficto.capitu.cùm dilectus.& capit. ad au-
25 dientiam . & vtrobique nota.de cleric.non reſiden. ¶†Ex iſtis
infertur ad deciſionem Bartol. & Doctorum, quòd ſtatutum
loquens de hęredibus,habet etiam locum in bonorum poſſeſ-
ſoribus,cùm ſtatuta recipiant interpretationem paſſiuam à iu
re communi, gloſſ. & Doctor. in l. fina. §.in computatione.C.
de iure deliberan.Ad iſta accedat text.ſingul. in l. filium. §. ſed
etiam ſi portio.in verb.hæreditates. ſupra de leg. præſtand. per
26 quem†not.ibi pulchrè Bartol.quòd leges loquentes de lega.&
fideicommiſſis, trahuntur ad hęreditatem, & ſic ad hęredem
directum , & tamen illa materia eſt exorbitans , & contra iu-
ris communis regulas , & iſta ſunt nomina diſtincta lega-
tum , & hęreditas , vt habetur in l. verbis ciuilibus.& in l.cen-
turio . ſupra de vulgari & pupillari. Ego tamen ſoleo di-
cere rationem illius text. eſſe, quia quando fauor attribuitur
legatis & fideicommiſſis , fortius debet attribui hęreditati-
bus , quia hęreditates honeſtiore , & pleniore titulo tribuun-
tur , vt ibi dicit text. Ideo ſi conceditur minoribus , fortius
maioribus cenſetur eſſe conceſſum, l. cui pacto. in fine. ſupra
de ſeruis expor.

*SVMMARIVM.*

1 *Lex loquens de herede, habet locum in fideicommissario vniuersali.*
2 *Hæredis appellatione in statuto venit fideicommissarius vniuersalis.*
3 *Fideicommissarius vniuersalis habet beneficium inuentarij, sicut hæres.*
4 *Fideicommissarius vniuersalis transmittit fideicommissum, sicut heres.*
5 *Fideicommissarius vniuersalis non potest esse testis in testamento, & ibi quando.*
*Substitutus directò in testamento potest esse testis in testamentis, si non contenditur de ipsa substitutione.*
6 *Fideicommissarius vniuersalis non venit in pœnalibus appellatione hæredis.*
7 *Dictio quodammodo, denotat improprietatem.*
8 *Verbum heres, propriè significat heredem directò.*
9 *Laudum faciens mentionem de hærede, non comprehendit fideicommissarium.*
10 *Actiones vtiles non solùm transfert cedendo ille, qui habet directas, sed etiam ille, qui habet vtiles.*
11 *Actiones de primo fideicommissario in secundum quando transeant sine restitutione.*
12 *Mora, & sic culpa in dubio non debet presumi.*
13 *Correctio legum vitanda est.*

1 §. De illo. †Fideicommissarius vniuersalis restituẽdo secundo fideicommissario, in eum transfert actiones. hoc dicit vsque ad §. sed & quoties. ¶No. ex isto text. iuncto princip. huius legis, vbi ponuntur verba Senatuscons. secundum Barto. quod prouisio legis loquens de hærede, habet locum etiam in fideicommis. vniuersali. ¶†Ex quo
2 correlariè videtur posse inferri, quòd etiam in statutis appellatione hæredis comprehendatur fideicommissarius. per nota. per Bartol. in §. præcedenti. & ita ponderat Domin. Alexand. hic, & postea distinguit, vt hic per eum. Raph. Cuman. hic dicit, quòd non putat not. Barto. procedere nisi per extensionẽ, quæ hic fit à Iurisconsulto, & quia istud fuit additum à compositoribus noui iuris secundum eum. ¶ Vltra Scriben. adde pro isto no. Barto. bonum text. in l. item veniunt. §. licèt autẽ. supra de petitio. hæredi. vbi est tex. quòd Senatuscons. loquens in hærede, habet locum in fideicommissario, cui restituta est
3 hæreditas. ¶†Secundò adde, quòd fideicommissarius vniuersalis ita habet beneficium inuentarij, sicut hæres directus, vt confecto inuentario non teneatur creditoribus, nec legatarijs vltra vires hæreditatis. secundum gloss. in l. in ratione. §. quod vulgò. & ibi Barto. in vltima quæstione. supra ad l. Falcid. cum suis concordan. ibi tradi solitis. ¶†Tertiò adde, quòd sicut hæ-
4 res per ius deliberandi transmittit hæreditatem non aditam beneficio l. cùm antiquioribus. C. de iure deliberan. ita etiam fideicommissarius vniuersalis glo. est not. in l. cum filio. in versi. retenturum. & ibi Bartol. in vlti. colum. vbi dixi. supra de legat.
5 primo. ¶†Quartò adde, quòd sicut hæres prohibetur esse testis in testamento, ita etiam fideicommissarius vniuersalis, qui in effectu est hæres, vt l. ex facto. infra eodem. & l. si necem. §. primo. infra de bon. libe. secundum Bald. in l. dictantibus. circa princip. C. de testa. licèt contrarium in hoc vltimo teneat Angel. in consilio 175. quod incip. Thema super quo consilium petitur tale est. in penult. colum. & ibi plus tenet Angel. quòd etiam substitutus directò potest esse testis in testamento, quando contenditur non de ipsa substitutione, sed de viribus testa-
6 menti, vt ibi per eum, & esset quæstio pro amico. ¶† Limita not. Barto. non habere locum, quando essemus in materia pœnali, & sic odiosa, per text. in l. si autem. cum l. sequentib. supra ad Sylla. vbi pœna, quę imponitur hæredi, non vendicanti mortem defuncti, non habet locum in fideicommissario vniuersali, secundum Aret. in l. 1. in princip. supra de vulgar. & pupillar. ¶Contra istud not. Bartol. & Docto. facit l. si filius. §. primo. supra quod cum eo. vbi dicit text. quòd fideicommissarius effe-
7 ctu quodammodo hæres est. †Illa dictio quodammodo, denotat improprietatem. l. in suis. supra de liber. & posthum. gloss. in l. si me in vacuam. infra de acquir. posses. & in l. 1. in princip. supra de rer. diui. Ad idem bonus tex. in l. si hæres ab eo. ad fi. princip. infra eod. vbi dicit tex. hæredis vice fungi eum, cui fideicõmis. relictum est. Ad idem bonus text. in l. postulante. §. penult. infra eod. ibi dicit text. nam & quodammodo in partem hæreditatis Senatus recipi voluit fideicom. & haberi hæredis loco. Nec posset esse expressior tex. Ad idem tex. §. inordinatum. in verbo ad similitudinem hæredis. in Authen. de hæred. & fal. & tex. in §. restituta. in versi. quasi hæred. Institu. de fideicom. hære.
8 †Item verbum hæres propriè significat hæredem directò de iure ciui. non autem fideicommis. vt no. Aret. in l. stipulatio ista in princ. in 4. no. ℐ. de verbo. oblig. per illum tex. in ver. cæterorũ
9 successorum. cum gl. ¶†Ad idem adde, quod singulariter consuluit Dom. Anto. de But. in consi. 76. inci. viso puncto & quæsitis supra scriptis. circa finẽ. vbi tenet, quòd laudum arbitri faciens mentionem de hęrede, vel adiudicans heredi, non comprehendit fideicom. qui impropriè dicitur hęres. l. 1. supra de fideicom. here. pet. & lauda arbitri sunt stricti iuris, & sic strictè, & propriè intelligeuda. l. non distinguemus. §. vltimo. & l. si cũ dies. §. plenum. supra de arbitr. Quid tenendum? Conclude per omnia, prout conclusi in §. præcedenti in articulo, an appella-
10 tione hæredis veniat bon. posses. ¶†Secundò no. ex isto text. ꝙ non solùm qui habet directas actiones potest cedere, & transferre vtiles, sed etiam ille qui solùm habet vtiles potest eas cedendo transferre, & eo casu quo fideicommissarius restituit secundo, nullæ actiones remanent penes eum, ex quo solùm habebat vtiles, vt est gloss. in l. ex asse. in glo. magna, & ibi Barto. infra eod. & illa glo. est vnica in iure secundum Bal. in capit. ex literis. in 2. colum. de proba. & quod vult glo. in l. emptor. ℐ in gl. fina. C. de hær. vel actio. vendi. & in l. si vt certo. §. si duobus vehiculum. ff. commo. Idem tenet Bar. in l. curatoris. in vlti. colu. C. de nego. gest. & in l. 1. in pen. colum. ℐ. de actio. & oblig. Ang. Imo. & Dom. Alexan. hic, Pau. de Cast. in §. bonorum. s. ead. l. ¶Expeditis textua. capio glo. in ver. actiones. quam diuide in 2. par. In prima respondet tacitæ quæstioni. & ista est clara. In secunda, quæ est ibi, sed videtur contra: C. eod. l. pen. in fi. glo. fortiter opponit contra tex. & dupliciter soluit. Pro expeditione huius secundæ partis opp. cõtra istum tex. dum dicit, ipse quoque restituendo transferat actiones: pondera illud gerundium restituendo, quia innuit tex. & vult, quòd si primus fideicommissarius rogatur restituere secundo, non transeunt actiones
11 in secundum absque restitutione. ¶† Cõtra, imò ipso iure trãseunt absque eo, quod fiat aliqua restitutio, vt est tex. in l. pe. §. j. in fi. C. eod. vbi ponunt tres casus, in quibus non est necessaria restitutio, sed actiones ipso iure absq; restitutione transferuntur, & tertius casus est, quãdo fideicom. cui facta est restitutio, est grauatus restituere alteri fideicommissario. Ergo contra istum tex. Istud est difficillimum contrarium, super cuius solu. Docto. hic, & ibi multum laborarunt. Primam solut. relatam in glo. reprobat gloss. hic, & ibi, quia isto modo non esset differentia inter grauatum restituere, in quo requiritur mora, vt actiones ipso iure transeant, & fideicom. grauatum restituere; si etiam in eo requireretur mora, vt actiones transeant, & tamen tex in d. l. pen. §. 1. constituit differentiam inter primum casum, in quo requiritur mora, & secundum. Sed non obstante hac reprobatione, istam primam solu. approbant Barto. & Salic. hic. & in effectu (aliter tamen declarando) Angel. Imo. Lud. Rom. & Pau. de Castr. hic, quia in hærede grauato, vt actiones ipso iure transeant, duo sunt necessaria, scilicet absentia, & mora, sed in fideicommis. sufficit simplex mora. Istam communẽ solu. fortiter impugnant Raph. Cuman. & Dom. Alexã. hic, eo quia tex. in d. l. pen. in fi. dum loquitur de fideicom. grauato, nullam facit mentionem de mora, sed solùm decidit actiones ip-
12 so iure transire. Et vltra eos † mora, & sic culpa non debet in dubio præsumi. per regulam. l. merito. ff. pro soc. ex quo text. ibi de mora fideicom. verbum nullum facit, & ista est fortis impugnatio. ¶Tu autem salua istam solu. per text. in l. cogi. §. Metianus. infra eod. vbi dicit tex. absentes si velint fideicom. suscipere à præsente petant. Pondera illud à præsente petant, quia ibi tex. no. quòd in casu, in quo actiones ipso iure trãseunt sine alia restitutione, tamen intelligitur si petatur, & sic si alius fideicommissarius in mora constituatur. Ergo etiam ita debet
13 intelligi. d. l. pen. in fin. †Nam licèt simpliciter dicat, quòd quando fideicommis. est grauatus restituere alteri, quòd actiones ipso iure transeant, & nihil dicat de mora, tamen debet intelligi, si ab eo petatur, & sic si mora constituatur, per d. §. Metianus. ¶ Ad idem bene facit text. in §. sequent. vbi licèt ipso iure transeant actiones in fideicommis. purificata conditione, vt ibi dicit tex. in fin. tamen litera dicit, si velit alius fideicommissarius partem suam suscipere, pondera verbum si velit, prout in simili declarat gloss. in l. 2. C. de iure emphyt. & in l. secunda. ff. si ager vectig. vel emphy. peta. Ita tene. Secunda solu. approbata per glo. diuinat secundum Barto. & bene. Nam quòd hic primus fideicommissarius esset grauatus restituere secũdo in diẽ, vel sub conditione, ista sunt facti: Facta non præsumuntur, nisi probentur. l. in bello. §. factæ. ff. de capti. ¶Tertiò modo respon
14 det Barto. in d. l. pen. quòd illa lex corrigit istum. §. Et istam solu. tenet Dom. Alex. hic, sed nihil est, quia vitanda est legũ correctio. l. præcipimus. in fin. C. de appel. l. vni. in fi. C. de inoffi. don. c. cùm expediat. de elect. in 6. ¶ Quarto modo respondet Raphael Cuma. hic, quòd illud, quod hic ponitur, fuit additum à com-

compositoribus noui iuris,& ꝙ d.l.pe. debet intelligi secūdum istum §.quòd ipso iure transeunt actiones. s. mediante restitutione,& ita etiam tenet Raph.Cuman.in §.seq.sed truffa est,& ad istum,& ad illum tex.& expresse contra mentem, & verba illius.l.vt etiam dicit D.Alex.& sic teneas 1.sol. defensatam, vt §.per me.Et per ista remanet expeditus iste no.§.

SVMMARIVM.

1 *Hæres rogatus restituere partem hæreditatis vni purè, & partem alij sub conditione, si adire recusat, potest compelli adire totam hæreditatem,& totam illi restituere, cui erat grauatus restituere partem purè.*

2 *Casus,in quibus actiones in fideicommissarium absque alia restitutione transeunt,remissiuè.*

3 *Fideicommissum vniuersale relictum ecclesiæ,vel pauperibus, vel alijs pijs locis,aut ciuitati,an transeat absque alia restitutione, secundum communem.*

4 *Actiones vt transeant,quando requiratur restitutio.*

5 *Hæres de restituendo grauatus,cogitur adire & restituere.*

6 *Hæres coactus adire,quando possit quartam retinere.*

## §.Sed & quoties.

In fideicommissariū partis purè insolidum transeunt actiones,quæ ipso iure transibunt in alium fideicōmissarium pro eius rata existente conditione.h.d. vsque ad §. si filio.

1 ¶†No.1.ꝙ hæres rogatus restituere partem hæreditatis vni purè,& partem alij sub conditione,si recusat adire , quia hæreditas non pōt adiri pro parte,sed insolidum,vt in gl. & posset cōtingere, ꝙ conditio alterius fideicommissarij deficeret, & sic apud eum remaneret eius portio cum oneribus hæreditarijs, potest compelli adire totam hæreditatem,& illi soli totam restituere,quod vr̄ mirabile,cùm sibi solùm sit relicta pars. l. cogi.§.Metianus.ꝭ.eo.& sic restitutio alio modo fit,quàm testator disposuit,ꝯ regulam.l.sed si ante.ꝭ.eo.Sed istud fuit introductū authoritate Senatusconsulti , & sic authoritate legis, vt hæres scriptus in totum exoneretur oneribus hæreditarijs.l. quia poterat.ꝭ.eo.& si eueniat conditio alterius fideicommissarij,ipso iure actiones in eum transeunt sine alia restitutione,eo quia ille primus cēsetur eius noīe recepisse.Et licèt iste text. loquatur, qn̄ hæres scriptus fuit rogatus restituere duob. vni purè, alteri sub conditione , idem tn̄ est,si ambobus purè restituere deberet,nam altero absente ille,qui est p̄ns,pōt compellere hr̄dem adire,& totum sibi restituere.d.l.cogi.§.Metianus.ꝭ.eo.¶Scdò ex isto text.in fin.cùm dicit transire ad eum ipso iure actiones.

2 †habes vnum casum,in quo ipso iure absq; aliqua restitutione actiones in fideicommissarium transeunt,& ita ēt not.gl.1.hic in fi.Tres alios casus ponit tex.in l.pe.§.cùm aūt.C.eo.& ibi gl. enumerat quosdam alios casus. Vltra quos adde aliū in l. postulante.in prin.ꝭ.eo.cū gl.in ver.recusat.quam D.Alex. hic putat non esse alibi. s. qn̄ institutus fuit coactus adire ad instantiā fideicommissarij,postea fideicommissarius fuit mortuus antequam sibi fieret restitutio,hęres fideicommissarij recusat acceptare restitutionem,tunc ipso iure absq; alia restitutione actiones in eum transeunt.

3 †Nūquid aūt fideicommissum vniuersale relictum Ecclesiæ,vel pauperib.vel alijs pijs causis, vel ciuitati transeat ipso iure absq; aliqua restitutione reali, vel verbali,examinat Do Alex. hic, & *dicit magis communem opi.* esse,ꝙ sic. a Ego istum articulum a plenius examinaui in l.fin.in 5.no.C. de sacros.Eccl.veritas pendet ab intellectu tex.dictæ l.fin.ad ea, q̄ ibi scripsi,me remitto. ¶Gl.in ver.actiones.est sup vltimo verbo istius tex.& sic deberet esse posita in fi.p vltima, & ꝯnr post gl.in ver.vniuersam.& sic Accur.in gl.suis præposterauit verba huius tex.Diuide magistraliter istam gl.ex medulla Bart.in tres partes.In prima remouet,duas opp.In secunda per viam qōnis opponit & soluit.In tertia per viam no.quærit,& se remittit. Secunda est ibi,sed an cōdōnalis fideicommissarius.Tertia ibi.Itē no.casum.

4 ¶†In prima ergo parte opponit ꝯ tex. ꝙ requiratur restitutio ad hoc,vt transeant actiones,vt in §.p̄cedenti. R̄ndet gl.ꝙ in isto.§.fideicommissarius,qui habuit vr̄em hęreditatem, non fuit rogatus de restituendo alteri fideicommissario,sed bene hæres.Sed in §.præcedenti vbi requiritur restitutio, primus fideicommissarius erat grauatus restituere alteri. Sed opponit scdò,ꝙ ēt hoc casu sit necessaria restitutio,vt l. cogi. §. Metianus.ꝭ.eo.gl.& clarius Bar.respondet,ꝙ ibi loquitur in restitutione facti,per q̄ transfertur sola possessio rerum, & illa est necessaria,vt ibi.Sed non est necessaria restitutio iuris,p q̄ transferūtur actiones,quia illæ transeunt ipso iure,vt hic.¶In ead. gl.ibi.

5 R̄nde sic,sed non restituere.†Idem tenet gl.in l.sed si alio.§.fi.ꝭ. eod. Tene,ꝙ imò cogatur vtrunque,& adire,& restituere, vt l. apud Iul.§. fi.& in l.si cui purè.in prin.ꝭ. eo. & ita tenet glo.in d. l.ille à quo.in prin.Dy,Ang.& Scrib.hic,& Bar.in d.l.sed si alio. §.fi.¶Capio gl.in ver.vniuersam,quam diuide in quinque par-

6 tes.†In prima ponit vnum dictum clarum, ꝙ hæres non debet detrahere quartam aduersus fideicommissarium cogentē eū adire.Ratio,quia ex quo non vult spontaneè adire, non debet lucrum aliquod inde sentire,sicut nec vllum damnum.In secūda quærit,an contra alium fideicommissarium nō cogentem adire possit quartam detrahere, & distinguit multū perfectè, f̄m Bar.qui etiam dicit istam gl.esse signandam.Et f̄m Sali. ista gl.est magistra,& facit quatuor casus,& tenet,ꝙ solùm in vltimo casu coactus retinebit quartam ꝯ alium fideicommissarium,qn̄ cogens adire non curat sibi restitui,nisi suam partem, per l.cogi.§.idem Metianus.ꝭ.eo.In tertia ibi,item vt pro parte adeat,cogi,non potest.Istud dictum est clarum. l. 1.& 2. & l. si solus.ff.de acqui.hęr.& l.quidam eulogio.C. de iure deliber. In quarta ibi.Item aliud est in directis. respondet tacitæ quæstioni,de qua per glo.& plenius Barto.& alios in l. planè. §. si coniunctim.ff.de leg. 1. In quinta allegat vnam concordantem ad tex.f.l.ex asse.ꝭ. eod.

ADDITIO.

a ¶Articulum,Pro quo,vide quæ scribit Mathes.sing.43.Prac.Pap.for.libel.act. real.ver.iure dominij.nu.57.& seq.Rol.consi.2.nu.111.lib.1.& dic,quòd dominium hæreditatis,quam quis Ecclesiæ,vel pio loco restituere rogatus est, transit nulla hæreditatis facta restitutione re, vel verbo, teste prædicto Mathes.sing.42.contrarium tamen uerius dicunt Doct.in d.l.fin. vbi artic. plenè examinant. MASVER.

SVMMARIVM.

1 *Senatusconsultum Trebellianum loquens in hærede non solùm habet locum in bonorum possessore fideicommissario vniuersali, sed etiam in eo,qui non est scriptus hæres,nec venit appellatione hæredis.*

2 *Filius,vel seruus si instituuntur hæredes,& per hos hæreditas adita sit, ita acquiritur patri, vel domino, quòd etiam iura directa non remanent penes filium,vel seruum nomine.*

3 *Actiones vtiles non transeunt,quando restitutio fit habenti directas,licèt vano nomine.*

4 *Tutor,vel curator pupilli,vel adulti,aut furiosi quando solus possit restituere hæreditatem.*

5 *Filius,vel seruus quando sunt instituti,& grauati restituere, tunc solus pater,& dominus possunt restituere.*

## §.Si filio.

Siue rogetur hęres scriptus, siue pater, vel dominus,vel administrator hęredis scripti, locus est Treb.quo ad translationem actionum, ēt si pater ro-

1 getur ipsi filio restituere.h.d.totus.§.¶†No. 1. diligenter ex isto tex.ꝙ Senatusconsultum Treb.loquens in hærede, vt in princ. huius.l.non solùm habet locum ēt in bonorum possessore, vt in §.bonorum.s̄.ea.l.& in fideicommissario vniuersali, vt in §. de illo.s̄.ea. l. sed ēt habet locum in eo,qui non est scriptus hæres,nec aliàs venit appellatione hęredis.l.cùm filio.& l.qui liberis.§.hæc verba.ff.de vulg.& pup.sed habet commodum, & ef-

4 fectum hæreditatis mediante persona alterius, & ex dispositione legis,vt est qn̄ filius,& seruus sunt instituti hæredes,& grauati restituere hæreditatem,si pater vel dn̄s restituant, habet locū Senatusc.Treb.in translatione actionū,& ēt (quod est fortius) si pater,vel dn̄s sint grauati restituere ipsimet filio,vel seruo institutis,cū erunt sui iuris,quo casu pater, & dn̄s non censentur grauati vt hæredes, nec veniunt ex persona hęredum, sed ex propria persona tanquam pater,vel dominus,& sic tūc quartam Treb.non detrahunt, vt l.cùm filio.in 3.par.ff.de leg. 1. qa quartam Treb.non detrahit,nisi qui est grauatus vt hæres.l.mulier.§.fi.ꝭ.eo. & tn̄ adhuc habet locum istud Senatusconsultū, casus est hic no.quem ad hoc reputant mirabilem Mod.Senē. hic.¶Secundò istum tex.in ver.idem est,& si ipsi filio.pondera ui in l.cùm filio.ff.de leg.1.pro opi.quam ibi tenet Bar.in 3.par.

2 prin.†ꝙ qn̄ filius,vel seruus instituuntur hæredes adita per eos hæreditate,adeo acquiritur hæreditas patri vel domino,ꝙ etiā iura directa non remanent penes filium & seruum nomine,& sic non remanent directò hęredes ēt nomine.Nam hic filius & seruus fuerunt hæredes instituti,& pater & dn̄s fuerunt grauati ipsis filio & seruo restituere hęreditatem.Dicit iste text. ꝙ restituendo transferunt in eos vtiles actiones,ergo apparet, ꝙ pe-

3 nes filium,vel seruum non sunt directæ actiones,†quia qn̄ restitutio fit habenti directas licèt vano noīe, non transeunt vtiles. l.si hæres institutus.in prin.ꝭ.eo.¶Tertiò no.in ver. Sed & si tu-

4 tor,†ꝙ qn̄ tutor,vel curator pupilli,vel adulti, seu furiosi hæredis instituti fuit rogatus à testatore restituere hæreditatē, licèt in effectu ipse pupillus videatur rogatus,vt l.peto.§.mater.ff.de leg.2.tn̄ solus tutor potest restitutionem facere, qa hoc vr̄ sibi à te-

à testatore permissum. Secus autem si sit grauatus pupillus, vel adultus, tunc solus tutor sine pupillo, nec solus curator sine adulto potest restituere, imò tunc debet fieri restitutio per ipsum pupillum, vel adultum cum auctoritate tutoris, vel curatoris, vt l.restituta.§.2.j.eod. per quem text. declaratur iste.§. secundum Pau.de Cast.& sequitur d. Alex. reputans tenendum
5 menti:† quando autem filius, vel seruus sunt instituti, & grauati restituete, tunc solus pater, & dominus potest hæreditatem restituere, vt in prima parte text. Ratio, quia tunc iura hæreditaria statim sunt acquisita patri, vel domino, per regulam.l.placet.ff.de acquir.hære.& l.cùm filio.ff.de leg.1. quæ iura non acquiruntur tutori, vel curatori. Sed tu aduerte, prout etiam volunt Moder.Sen.hic, ꝙ iste tex. solùm tractat de effectu translationis actionum, qui resultat ex restitutione per Senatusconsultum Trebel. De modo autem, & per quem restitutio fieri debeat, ponitur in d.l.restituta.§.fin. & sic iste text. non videtur probare dictam limitationem Pau.de Castr.& do.Alex. quam tradunt ad l.restituta.§.fin. infra eod.

*SVMMARIVM.*

1 *Pupillus non potest restituere hæreditatem tutori eo auctore, sed adultus curatori suo sic.*
2 *Auctorari nemo potest sibi ad suam vtilitatem.*
3 *Donatio causa mortis facta per filiumfa.patri eo auctorante, & consentiente, quòd non sit nulla, & est magis communis, valet tamen interueniente iudicis auctoritate, in nu.8.*
4 *Stante statuto, quòd mulier vel minor non possit contrahere sine consensu duorum consanguineorum, an sufficiat, si consanguinei contrahentes consentiant, quòd non, & est communis.*
5 *Vxor, quæ probibetur testari à statuto sine præsentia viri, non potest ipsum instituere eo præsente, vel altero pro eo, & consentiente.*
6 *Statutum requirens in contractib. minorum, vel mulierum consensum propinquorum, debet intelligi de propinquis non suspectis.*
7 *Auctorari quando quis valet in facto proprio, hoc debet suppleri per auctoritatem iudicis.*
9 *Stante statuto Episcopi, quòd nulla locatio valeat facta sine consensu Episcopi, si fiat Episcopo valet.*
*Tacitus consensus in facto proprio sufficit.*
10 *Pupillus grauatus de restituendo hæreditatem tutori suo, non potest illi restituere eo auctore.*
11 *Tutor sibiipsi quando restituere possit.*
12 *Dominium ex solo titulo emptionis absque traditione non transfertur.*
13 *Effectus iuris resultant ex contractibus, postquam sunt in esse producti.*
14 *Stipulatio licèt sit quid facti, tamen tutor se auctore à pupillo stipulari non potest.*
15 *Tutor sibiipsi auctorari potest, quando actum facit ex necessitate præcedentis contractus celebrati cum patre pupilli.*
16 *Venditor habens facultatem rei tradendæ, tenetur præcisè tradere.*
17 *Tutor potest sibi propria auctoritate soluere, quando pupillus est ipsius debitor.*
18 *Tutor soluens pro pupillo non transfert dominium, nisi secuta consumptione pecuniæ.*
19 *Auctorari sibimet, & in re propria potest tutor, si palàm, & bona fide hoc faciat.*
20 *Bonafides in tutore emente rem pupilli dicitur interuenire, quando iustum pretium soluit.*
21 *Tutor in contractu vltrò citròque obligatorio an possit sibiipsi auctorari, & est communis, quòd sic.*
22 *Pupillus hæres institutus, & grauatus restituere eius tutori, an eo auctorante possit hæreditatem adire, quòd sic.*
23 *Adultus potest restituere hæreditatem eius curatori sine eius auctoritate.*
*Duo differentiæ inter pupillum habentem tutorem, & adultum habentem curatorem.*
24 *Adultus solus potest hęreditatem etiam extraneo, & sine curatoris auctoritate restituere.*
25 *Ratio legis quando est generalis, licèt casus sit specialis, lex tamen generaliter intelligitur.*
26 *Adultus habens curatorem respectu actus, in quo eius auctoritas non est necessaria, reputatur eum non habere.*
27 *Auctoritas vitiosa interposita vbi non requiritur, non vitiat actum.*
28 *Adultus curatorem habens, an & quando sit similis pupillo.*
29 *Adultus sine decreto iudicis potest soluere pecuniam creditori suo, & in eum transferre dominium, & de hoc infra nu. 39.*
*Pecunia non est de illis rebus, quæ seruando seruari possunt. & vide numero 35.*
30 *Minor hodie non potest etiam cum auctoritate curatoris sine decreto iudicis alienare res, quæ seruando seruari possunt.*
31 *Res dicitur seruando seruari, quando ex ea fructus percipitur, & nihilominus seruatur.*
32 *Pecuniarum vsus videtur esse consumptio, & numeratio, & vide numero 36.*
33 *Res, quæ seruari non possunt, quæ dicantur.*
34 *Decretum, nec auctoritas iudicis non exigitur in solutione debiti facta per adultum, etiam si res immobilis soluatur.*
37 *Pecunia minoris deposita ad emptionem prędiorum non potest alienari sine decreto iudicis.*
38 *Pecunia reposita pro conseruatione, & tuitione patrimonij, vt inde non remoueatur, alienari non potest sine decreto iudicis.*
40 *Adultus habens curatorem, potest facere testamentum, etiam si curator sit præsens, & contradicat.*
41 *Adultus curatorem non habens potest solus adire hęreditatem, & est communis.*
42 *Adultus an possit petere restitutionem in integrum aduersus testamentum à se factum.*
43 *Quando minor dolo fuit inductus, vt alium hęredem institueret, datur actio de dolo venientibus ab intestato.*
44 *Adultus habens curatorem faciens testamentum, potest in eius testamento dare licentiam executoribus suis, vt alienent res immobiles sine decreto iudicis.*

## §.Fuit quæsitum.

¶Iste.§.secundum Bar.est not. & vt j. videbitis, erit
1 subtilis, & difficilis in tex.& in gl.† Pupillus non potest restituere hæreditatem tutori eo auctore, cùm non possit in facto proprio auctorari, sed adultus curatori suo potest restitutionem facere, quia auctoritas eius non est necessaria. hoc dicit. Et ha-
2 bet duas part. Secunda est ibi, curatori tamen.¶†No.1.ex tex. regulam, ꝙ nemo potest auctorari sibi ad suam propriam vtilitatem principaliter, vt hic, & l.1.& l.pupillus.in prin.& l.quod dicimus.s̃.de aucto.tut.& §.fin.Instit.eo.& cle.si vna. in versi. si Episcopus.de reb.eccle.non alie.gl.in l.3.C.de reb.cred.& distin-
3 guit no.Bal.in l.bonorum.in vlt.col.C.qui admit. ¶†Hinc videtur, ꝙ si filiusfa.donat causa mortis patri eo auctorāte, vel consentiente, iuxta.l.tam is.§.1.ff.de dona.cau.mortis. talis donatio causa mortis nihil valet, secundum gl. & Bar.in d.l.1. in prin.ff. auct.tut.Bar.in d.l.tam is.§.1.in 7.q.sequitur latè Io.de Imo.hic, & in l.in ædib.§.q̃d filius.ff.de donatio.Lud.Rom.in l.2.in prin. eo.tit.& Bal.in quatuor locis hic adductis per do.Alex.Contra-
* rium in *hoc magis communiter*[a] *tenetur*, & contrariũ tenent Ang.
a Raph.Cu.& latius do.Alex. ad quem te remitto, cum concordantijs per eum allegatis, & vltra eum adde Lud.Ro.sibi contrarium, vbi consuluit contra Bar.in consi.515.incip.in quæstione qua quęritur, nunquid dicta domina. Idem latè consuluit d. Alex.in consi.106.primi volu.incip. quo ad præsens quæsitum
4 dubium facit.¶†Secundò per dictam regulam vr̃ sequi, ꝙ stante statuto, quo disponitur, ꝙ minores, & mulieres non possunt contrahere sine cōsensu aliquorum consanguineorum, ꝙ talẽ consensum consanguinei præstare non possunt, quando de acquirendo eis directo tractatur, secundum Bar.in d.l.1.in prin.in persi.q.per illum tex.ff.de aucto.tuto.sequuntur Imo.Raph.Cu.
b & latius d. Alex.cum concor.hic adductis per do. Alex.[b] vltra quem adde, ꝙ idem tenet do.Abb.in c. sicut nostris.circa fin.de iureiur.& idem d.Abb.in consi.147.q̃d incip.factum in effectu sic proponitur.ad fin.d.Alex.in præalleg.consi.106.& ita tenet, quamuis contrarium dicat Ang.hic se consuluisse, ꝙ si statutũ disponat, ꝙ mulier non possit ꝯhere, vel testari sine consensu duorum propinquorum, ꝙ sufficiat, si consentiunt illi, cum quib.contrahit, vel quos instituit. Idem tenet Bald.in l.si qñ.§.1. C.de inoffi.testa.Sal.in l.1.C.vnde vir & vxor. Et vltra eos facit, quod in terminis tenet idem d.Abb.sibi contrarius in c.cùm in veteri.in 6.no.per illũ tex.de elect. vbi no. ꝙ si mulier ex forma statuti non potest testari sine consilio consanguineorum, quòd potest in illorum fauorem disponere testamentum. Tene præcedẽtem opi.quæ est communior. Pro qua bene facit text.in §. œconomus.in Auth.de alie.& emphyteusi.colla.9. vbi est tex. ꝙ res Ecclesiæ debent dari in emphyteusim p̃sentibus œconomis, & chartularijs Ecclesiæ, sed œconomi, & chartularij nec p se, nec per interpositam personam possunt accipere illam em-
5 phyteusim, vnde infert ibi Ang.sibi de directo contrarius,† ꝙ si vxor prohibetur à statuto testari sine præsentia mariti sui, non potest eum præsentem, vel alium pro ipso præsente recipientẽ instituere, per illum tex.vbi dicit esse optimum argumentum.
¶Se-

ADDITIONES.

a † Magis communiter. Adde, ꝙ hanc sequitur Catel.ver.filiusfam. not. Crem. sing.70.distingue tñ, vt per Clar.§.donatio.q.6.vbi arti.plenè examinat, & ꝙ filius patri in cuius est potestate, acceden.eius consensu mortis causa donare possit, nõ obstan.ꝙ nemo ad sui cõmodum auctoritatem interponere queat, scribit Rom.consi.512.&.515.Pract.Papien. for.libe.pro dona.ver.ex causa, nu.9. vbi dixi. MASVER.

b † Per dom. Alex. Adde Tiraq.de leg.connub.gl.8.nu.113. PANCIR.

¶Secundò adde, quod decidit Bald. in l. viduæ. circa fin. per
6 illum tex.C.de nup.† ꝙ statutum requirens in contractib.mi-
norum,vel mulierum consensum propinquorum,debet intel
ligi de propinquis non suspectis,qui non procurant propria cō
moda potiusquam cōmoda minorum. ¶Aduerte etiam pro
7 limitatione prædictorum,† ꝙ qñ quis in facto proprio debet
a auctorari,hoc debet suppleri per auctoritatem iudicis,[a] & ita
esset in practica faciendum.glo.est no.in l.si furiosi. C. de nup.
8 per quam gl.Bal.ibi circa finem not.† ꝙ filiusfa.potest donare
causa mortis patri suo,in cuius est potestate nō auctoritate pa-
tris,sed auctoritate iudicis.Quod dicit tenendū menti, simpli-
citer sequitur do.Alex.hic reputans singulare, & perpetuò te-
nendum menti.¶Vltimò aduerte, ꝙ per regulam huius tex.&
prædicta redditur dubia sing.decisio Io.And.in regula, q tacet,
9 in mercuria.vbi concludit,† ꝙ si statuto Episcopi caueatur, ꝙ
nulla locatio valeat facta de re Ecclesiæ sine consensu Epi, ꝙ si
locatio fit ipsi Episcopo,valet, & tenet, quia conducendo vr̄
Episcopus consentire,& sic vult singulariter Io.And.ꝙ tacitus
cōsensus Episcopi in facto suo proprio sufficiat.Refert,& sim-
pliciter sequitur.d.Abb.in c.cū in veteri. in 4.col.de elec.refert,
& simpliciter sequitur.d.Fel. Sandeus in c.edoceri.in 14.col.de
rescr. Sed vt dixi dubia redditur hæc decisio per iura præalleg.
10 præsertim tex.in d.cle.si vna.in ver.1.de reb.eccl.non alie.¶†Se
cundò no.ex hoc text. ꝙ qñ pupillus institutus hæres est graua-
tus de restituendo hr̄ditatem tutori suo,ꝙ non potest illi resti-
tutionem facere eo auctore, cùm nō possit tutor auctorari in
facto proprio,& istud principaliter decidit iste tex. Contra illū
tex.& istud no.obstāt tres difficu. Primò obstat s̄m Bar. ꝙ imò
tutor possit sibiipsi restituere,vt l.fistulas.§.1.ff.de ↄhen.emp. &
11 rn̄det Bart.† ꝙ quædam est restitutio facti, & istam potest sibi
facere tutor de re sibi debita.d.l.fistulas.§. 1. & l. tutor,ad fin. ff.
de fideius.quædā est translatio, seu restitutio iurium, & istam
nō potest sibi facere tutor sua auctoritate. ita loquitur tex.hic.
Istam sol.Bar.sequuntur simpliciter Lud.Ro.& d.Alex.hic. Et
de duplici restitutione facti,& iuris facit etiam mētionem Bar.
in §.sed & quoties.s̄.ea.l. ¶Sed Raph. Cu.hic circa fi.ponderat
Bart.velle, ꝙ in d.l.fistulas.§.1.tutor sibi tradendo non transfert
dn̄ium,sed solam tenutam acquirit,cùm dicat Bar. ꝙ illa sit re
stitutio facti,& plus non dicit Raph.Cu.Addo, ꝙ idem in ter-
minis tenet clarè Bald.in l. singularia.ff.si cer.pet.vbi dicit,quòd
tex.in d.l.fistulas §.1.loquitur quo ad possessionem, nō quo ad
dn̄ium,quia tūc requireretur decretum iudicis. arg.l.pfectitia.
in fi.prin.ff.de iur.do.& l.lex quæ tutores.C.de admin.tut. vnde
dicit Bal.ꝙ in casu.d.l.fistulas.§.1.tutor accipiendo propria au-
ctoritate non facit rem suam,& sic non acquirit dn̄ium,sed be
ne acquirit possessionem. Dic melius,ꝙ ibi ex ↄ̃ctu emptionis
celebrato cum patre pupilli,& sic ex titulo valido habito à de-
functo non fuerat acquisitum dn̄ium,ex quo nō fuerat res tra-
12 dita,† & absq; traditione ex solo titulo emptionis nō transfer-
tur dn̄ium.§.venditæ. Insti.de rer.diui.l.si ager.ff.de rei ven.l.ex
stipulatione.ff.de acqui.pos.& l.traditionib.C.de pac. vnde po-
stea acquirendo possessionem facit rem suam,& sic apprehen-
sio possessionis ibi operatur translationem dn̄ij.l. ex empto. in
prin.ff.de act.emp.& ita tenet, & melius ipsemet Bal.sibi ↄ̃rius
in l.cùm ipse.in vlt.col.C.de contrah.emp.quem refert, & sim-
pliciter sequitur d.Alex. in d.l.singularia. in 7.col. & ex hoc ap-
b paret,ꝙ sol.Bar.ad d.l.fistulas.[b] §.1. *approbata communiter* non est
* bona,dum dicit,ꝙ ibi loquitur de restitutione facti,imò est re-
stitutio iuris,ex quo sequitur translatio dominij.¶Secundò ista
sol.Bar.communiter approbata mihi non vr̄ tollere difficulta-
tem dictæ.l.fistulas.§.1. ad istum tex. nam in restitutione hære-
ditatis duo sunt consideranda.Aut enim consideramus ipsum
restituere hæreditatem, & certè actus restitutionis hæreditatis
est facti,siue restitutio fiat re,siue verbo.l.restituta. in prin.ī.eo.
Aut consideramus effectum restitutionis, & verum est, ꝙ ex
ipsa restitutione sequitur effectus iuris.s.translatio iurium hæ-
reditariorum,vt hac.l.in prin.& §.restituta. Insti.de fideic.hære.
eodem modo idem est in d.l.fistulas.§.1.Nam si nos considera-
mus ipsum contrahere, & illud est facti,quia ↄ̃ctus sunt facti.l.
consilio.in fi.ff.de cura.furio. Similiter si nos consideramus ip-
sum tradere,seu apprehendere possessionem,& istud est etiam
13 facti,sicut etiā restituere hæreditatem. Sed † ↄ̃ctus postquam
sunt in esse producti,ex eis resultant effectus iuris.s.obligatio,&
actio.l.licèt.§.ea obligatio ff.de procur. Ita si consideramus in
d.l. fistulas.§. 1. ꝙ ex possessione rei venditæ vacua tradita, vel
apprehensa acquiratur dominium, vt dixi, si vendens est dn̄s,
aliàs acquiritur vsucapiendi conditio, si vendens nō est dn̄s.l.in
conuentionalib.ad fi ff.de verb.obl.l.clauib.ff.de contrah.emp.
Isti sunt effectus iuris,sicut in restitutione hr̄ditatis, & sic vtro-
bique adest factum,& effectus iuris, & tamen est diuersa deci-
sio.vnde non video quare apprehensio possessionis rei venditæ
possit fieri per solum tutorem, vt ibi, & non restitutio hæredi
tatis,vt hic.nam dicere,vt dicunt Bar.& alij, ꝙ ibi est restitutio
nudi facti,sed hic restitutio iuris,nō videtur bene dictum,quia
vtrunque est facti,& vtrunque habet mixturam iuris.¶Confir-
14 matur ista difficultas contra Bart.& Doct. quia stipulatio † di-
citur quid facti, sicut & alij contractus.d.l.consilio. in fin. & ta-
men tutor se auctore non potest à pupillo stipulari, vt est text.
in l.1.in prin.in ver.se tamen auctore.& in l.pupillus.in princ.ff.
de aucto.tuto. Sed secundum solu.Barto.cùm sit facti,deberet
posse.¶Posses subtiliter respondere,ꝙ in restitutione hæredita-
tis versatur maior effectus iuris, quia agitur de iure vniuersali
hæreditario transferendo. Et ideo, quia restitutio hæreditatis
est maioris præiudicij,iura non sunt ↄfisa de solo tutore, ꝙ eo
auctore sibi fiat restitutio hæreditatis, sed in emptione agitur
de effectu iuris singularis, scilicet, de transferendo dominium
rei venditæ.ista solutio non tollit difficultatem. Nam conside-
ra,quòd tex.iste non se fundat in iure vniuersali,& singulari,sed
in ratione, eo quia tutor non potest in re propria auctorari. Si-
militer iura supra in prin.allegata generaliter volunt, & tradūt
regulam generalem, ꝙ nemo in re propria possit auctorari, &
non constituunt differentiam,an sequatur magnus effectus iu-
ris,an paruus, & secundum hanc solutionem multum restrin-
geretur regula generalis tradita hic,& in locis præalleg.¶Vnde
alibi Bald.in l.bonorum.in vltim.col.C. qui admit.dicit, quòd
in d.l.fistulas.§.1. tutor auctoratur ad præcedentis obligationis
executionem,& istud potest facere,vt ibi,non autem ad nouæ
obligationis inchoationem.d.l.1.in princip. ff.de auctori. tuto.
Sed nec ista solutio satisfacit,quia etiam in hoc tex.auctoratur
ad præcedentis obligationis executionem. ¶Vnde tu potes re-
15 spondere, † quòd text.in d.l.fistulas.§.1.loquitur,quando tutor
emit à patre pupilli,& tunc executio potest fieri sine debita so-
lennitate,eo quia fit ex necessitate præcedentis contractus. Hic
verò est secus,& ita ad illum tex.dicit Barto.in l.2. ad finem.&
ibi Imo.& Raph.Cuma.ff.de stipu.ser.Bal.Sal.& Lud.Rom.in
l.singularia.ff.si cer.peta.Ange.de Are.in §.actionum. in 17.q. in
materia tutelarum.Insti.de actio.Ego pro hoc allego text.bene
not.in l.magis puto.§.si pupillus. secundo, ad fin. ff.de reb. cor.
vbi dicit text.quòd si pater fundum vendiderit, vel quis alius,
cui pupillus successerit, potest pupillus cætera venditionis in-
consulto prætore perficere. Et si dicatur,etiam in hoc text.pu-
pillus fuit institutus hæres,& grauatus à testatore restituere hæ
reditatem tutori, & sic executio restitutionis debet fieri ex ne-
cessitate præcedentis dispositionis testatoris, & tamen pupil-
lus non potest hoc facere tutore auctore. Potes respondere,ꝙ
in d.l.fistulas.§.1.tutor vt dixi emit fundum à patre pupilli, &
sic executio traditionis possessionis fiebat ex necessitate præce-
dentis contractus, quę necessitas erat præcisa, & euitari non
16 poterat,† quia quando venditor habet facultatem rei traden-
dæ,vt ibi,tenetur præcisè tradere.l. ex emptio. in prin.ff. de act.
empti.glo.& Barto.in l 1.in princip. ff.eod. & obligatur de eui-
ctione, & sic ad duplam. Sed pupillus hæres institutus potest
recusare adire,& restituere.l.quia poterat.infra eodem. & si co-
gatur à prætore,eximitur ab oneribus,& vexationibus hæredi-
tarijs,vt hac.l.in prin.& §.1.& 2. Teneas quam solutio.velis, res
non transit sine difficultate. ¶Secunda difficultas contra text.
17 est,† quia quādo pupillus est debitor,potest tutor sibimet pro-
pria auctoritate soluere.l.quoties.§.sicut autem.ff.de administ.
tuto.& d.l.magis puto. §. si pupillus, secundo. Quare non sic
potest sibi restitutionem hæreditatis facere? Nec dicatur,quòd
solutio debiti sit actus necessarius tendens ad vtilitatem pu-
pilli,scilicet,ad eum liberandum, quia idem est in restitutione
hæreditatis,& tamen diuersa est iuris dispositio,vt hoc tex. nisi
dixeris,quòd solutio debiti sit actus necessarius, qui principa-
liter fit ad vtilitatem pupilli ad ipsum liberandum, licèt etiam
tendat ad vtilitatem tutoris, meritò tutor potest tunc aucto-
rari.l.quod diximus.in princip.ff.de aucto.tuto.Sed actus resti-
tutionis hæreditatis principaliter fit in vtilitatem tutoris, licèt
sit actus necessarius,vt pupillus liberetur. Ideo lex noluit tuto-
18 rē posse auctorare restitutioni sibi faciēdę,vt hoc tex.¶†Raph.
Cuma.hic in fi.dicit, quòd quando tutor soluit sibi pecuniam
pro debito pupilli,non transfertur dominium, nisi secuta con-
sumptione pecuniæ, & ita limita dict.l.quoties.§. sicut autem.
Dubitat tamen, & super hoc relinquit cogitandum, remit-
tens se ad ea, quæ dixit in l.1. in princip. ff. de acquirenda pos-
sessio.Ioan.de Imo.aliter respondet, quòd quando tutor soluit
sibi

ADDITIONES.

a Iudicis.Adde Tiraq.de legib.connub.gl.8.nu.121.

b † Fistulas. Adde, quæ scribit Ias.in l.singularia.numer.18. 19. & sequen. ff.si cer. pet.

sibi illud, quod ei debetur à pupillo, ex hoc contingit tantum
liberatio pupilli. Sed si tutor restitueret sibi hereditatem per pu
pillum, non solùm sequeretur liberatio pupilli, sed etiam seque
retur translatio iurium, quæ sol. non videtur tollere difficulta-
tem, quia etiam in solutione vltra liberationem sequitur trāſ-
19 latio dominij. ¶† Tertia difficultas est: nam mirādum videtur
secundum Imo. Lud. & d. Alex. quare in casu istius. §. non possit
tutor sibi auctorari ad suam vtilitatem, considerato, ꝙ vbi pa-
làm, & bona fide interponitur auctoritas, potest etiā in re pro-
pria interponi, non solùm, quando solus tutor obligatur, vt in
mutuo, & in quolibet alio simili actu. l. non existimo, & l. quo-
ties. §. sicut. & §. non tantum. ff. de admi. tuto. & not. gl. in l. cùm
ipse. C. de contrah. emp. imò secundum do. Alex. gl. & Doct.
idem communiter tenent in contractu vltrò citroque obliga-
torio, puta emptionis, si palàm, & bonafide tutor cōtrahat, po
test ipse in re propria auctorari, vt est text. non violando, nec
supplendo literam in l. cùm ipse. C. de contrah. empt. & l. tutor
rerum. & ibi no. gl. ff. de admin. tut. & gl. in l. si in emptione. §. fi.
ff. de contrahen. empt. & plenè tradit Bar. in l. pupillus. §. 1. ff. de
* aucto. tut. *& istam etiam esse communem opinio.* attestatur. d. Alex.
20 in d. l. singularia. in 6. col. Nam pupillus nullum dicitur † pati
damnum, quando tutor contrahit secum palàm, & bona fide.
Et tunc demum dicitur bonam fidem interuenire, si iustū pre-
tium soluatur pupillo, vt no. in l. 1. C. si vendi. pign. aga. declarat
Bart. in d. l. si pupillus. §. 1. Cy. & Saly. in d. l. cùm ipse. ¶Timore
huius difficultatis Imo. & Ludo. Ro. tenent contra cōmunem,
21 † ꝙ in contractu vltrò citròque obligatorio, vt in emptione,
& similibus, non possit tutor sibiipsi auctorari, per regulam. d.
l. primæ. ff. de aucto. tut. & per istum tex. cum vtrobique videa-
tur eadem ratio. Nec obst. text. in d. l. cùm ipse. quia intelligitur,
quando cum auctoritate alterius contutoris emit. per tex. in d.
l. pupillus. in prin. & per text. optimum in §. item ipse tutor. in
ea. l. vbi dicit tex. ꝙ tutor emptoris, & venditoris officio fungi
non potest, & si contutorem habet, eius auctoritas sufficit, &
emere potest, postea subdit text. sed si mala fides interueniat,
nullius est momenti. ergo apparet, ꝙ tutor regulariter non po
test emere à pupillo, quia lege prohibetur. l. si in emp. §. fi. ff. de
contrah. emp. nisi interueniat auctoritas contutoris, & fiat bo-
na fide, iuribus præalleg. & ita necessariò intelligitur. d. l. cùm
ipse. Ista opin. contra communem est sustentabilis, & de mēte
iurium præallegatorum, & mihi placet. Et hoc modo cessat
ista difficultas. ¶Retenta tamen communi, ꝙ etiam in contra-
ctu vltrò citròque obligatorio tutor possit sibi ipsi auctorari,
ad istum tex. respondent secundo modo Imo. Lud. & d. Alex.
ꝙ iste tex. loquitur in restitutione hæreditatis habente mixturā
iuris, per quam etiam fit translatio iurium, & in illa non potest
sibi tutor auctorari, sed prædicta contraria loquuntur in con-
tractu emptionis, & similib. qui dicuntur quid facti. l. consilio.
§. fi. ff. de curat. furio. Ista sol. videntur confundi per ea, quæ dixi.
s. in prima difficultate, vbi Bart. similiter respondet ad d. l. si tu-
las. §. 1. ¶Alio tertio modo respondet. d. Alex. & nihil ineptius
potuisset dici, scilicet, ꝙ iste tex. intelligatur secundum d. l. cùm
ipse. s. quando tutor non palàm, aut non bona fide faceret sibi
fieri restitutionem, & si iste tex. ita diceret, esset ineptus, & sine
dubitatione, & hæc solu. diuinat, & mirabiliter restringit istum
tex. Tertiò principaliter no. ex ista prima parte tex. prout subti-
22 liter ponderat Raph. Cu. † ꝙ licèt pupillus non possit restitue-
re tutori hæreditatem eius auctoritate, tamē eam bene potest
adire eius auctoritate, licèt grauatus sit tutori restituere, hoc. n.
videtur præsupponere iste tex. qui solùm dubitat, an restitutio
hæreditatis possit fieri tutori eo auctore, ergo præsupponere
videtur, ꝙ aditio hæreditatis fieri potuerit eo auctore, quamuis
ista aditio videatur potius facta gratia fideicommissarij, & sic
tutoris, quàm hæredis. l. si seruus legatus. §. cùm quid. ff. de lega.
1. & sic videtur contra rationem istius text. quia, sic tutor fieret
auctor in suum commodum: potest dici secundum eum alte-
ro de duob. modis, vel ꝙ aditio non est immediata vtilitas tu-
toris, sed pupilli, ideo potest fieri eo auctore. d. l. qđ dicimus, in
prin. vel ꝙ hic pupillus adijt hæreditatem auctoritate alterius
tutoris, vel iudicis auctoritate. Sed ista secunda diuinat, & non
est de mente huius literæ. Breuiter dic de hoc esse text. in. l. 1. in
princ. ff. de aucto. tuto. ibi, prima enim ratio auctoritatis ea est,
vt heres fiat, licèt per consequentias contingat debitum subire,
& sic obligari tutori, & istum tex. etiam allegant Mod. Senen.
23 hic. ¶Ex secunda parte huius. §. etiam tria no. † Primò, ꝙ in re-
stitutione hæreditatis facienda per adultum curatori suo, non
est necessaria auctoritas curatoris. Ex quo colliguntur duæ dif-
ferentiæ inter pupillum habentem tutorem, & adultum haben
tem curatorem. Prima est, quia pupillus non potest facere re-
stitutionem hæreditatis sine auctoritate tutoris sui, vt hic, & l.
restituta. §. pupillus. ī. eod. secus est in adulto. Secunda, quia tu-
tor non potest esse auctor in restitutione sibi facienda. Curator
autem sic adulto, quæ nota ad limitationem. l. si curatorem ha
bens. C. de in integ. rest. min. & tangitur in glo. ¶Amplia istum
24 text. vt procedat, non solùm quando † hæreditas est restituen-
da per adultum curatori suo, sed etiam quando esset restituen-
da extraneo, solus adultus potest eā facere, per generalitatem
huius literæ, secundum Imo. Raph. Cu. Pau. de Cast. & d. Alex.
hic. Bene facit ratio generalis, quā tex. hic in fi. assignat ibi, quo-
niam necessaria non est auctoritas ad restitutionem, & non ex-
primit cui faciendam. Ergo ratio generalis ampliat text. etiam
quando restitutio debet fieri alteri quàm curatori. l. cùm pater.
25 §. dulcissimis. ff. de leg. 2. & l. quod dictum. ff. de pac. † Item qn̄
ratio. l. est generalis & casus specialis, tamen lex generaliter in-
telligitur. l. regula. §. sed & si quis. & ibi Bar. & Bal. ad hoc not. ff.
de iur. & fac. igno. gl. in rub. C. etiam ob chirogra. pecu. Bal. in c.
26 secundò requiris. de appel. ¶† Secundò no. ex hac secunda par
te, ꝙ respectu actus, in quo auctoritas curatoris non est neces-
saria, adultus habens curatorem reputatur eum non habere, &
sic non æquiparatur tunc pupillo, & ita etiam limitatur regu-
la. l. si curatorem habens. C. de in integrum restitu. minorum.
27 ¶† Tertiò not. ex isto tex. in fin. ꝙ vbi aliquid non requiritur de
necessitate, si interueniat in actu, qui aliàs esset prohibitus, non
vitiat actum, vnde auctoritas vitiosa tunc non nocet, perinde
acsi non esset interposita, ex quo non requiritur. Facit regula.
l. vnicæ. §. 1. C. de rei vxo. actio. Facit, quod vult glo. not. in l. vi-
num. in glo. mag. ad finem. ff. si cer. pet. pe. cum multis concord.
quas ibi dedi. ¶Expeditis textua. capio gl. fi. magnam in verbo.
necessaria non est. quam diuide in tres partes princip. In prima
declarat tex. & ista est plana. In secunda fortiter opp. cōtra tex.
& soluit. In tertia format quæstionem. Secunda ibi, sed nonne
similes sunt. Tertia ibi, sed nunquid adultus. Rursus secunda
pars principalis subdiuiditur in quatuor particulas. In prima
28 opponit contra text. † ꝙ adultus habens curatorem sit similis
pupillo, & tamen tex. facit differentiam. Nam æquiparatur ei,
cui bonis est interdictum. l. si curatorem habens. C. de in integ.
resti. min. Nam dando ei curatorem, intelligitur iudex ei inter-
dicere administrationem, & ille cui bonis est interdictum, æqui
paratur pupillo. l. certi condictio. §. idem erit. ff. si cert. pet. Ergo
omnibus simul iunctis apparet, ꝙ adultus habens curatorem
est similis pupillo. In secunda glo. soluit vno modo, & ponit
sex similia conferentia ad solutionem. In tertia secundum Bar.
glo. ponit aliam solutionem cum vna opp. ad seipsam, & eius
responsionem, tamen potest cantare Barto. quantum velit, illa
non videtur noua solu. sed est ratio, vel declaratio præcedentis
solu. In quarta, & vltima glo. ponit aliam sol. Ioannis. Secunda
est ibi, sed certè similes sunt. Tertia ibi, & est in casu huius. l.
ratio. Quarta est ibi, vel dic, secundum Ioannem. Teneas ergo,
quòd illa tertia particula glo. non ponit aliam solutio. vt vult
Bart. imò glo. assignat rationem præcedentis solu. prout etiam
tenet subtilis Rapha. Cuma. hic. Dicit enim glo. & est in casu
huius. l. ratio. & sic verba glo. sonant, quòd ista non sit noua so-
lutio, sed potius ratio, & declaratio primæ solu. quasi velit glo.
quòd ideo in prima solutione valet actus restitutionis hæredi-
tatis, qui fit curatori tanquam fit actus liberatorius, & etiam
quia talis actus est necessarius, & ad istud auctoritas curatoris
non extenditur, & quo ad similes actus habetur pro non ha-
bente curatorem. Facit text. in l. procurator ad vnam speciem.
ff. de procurato. & ista est bona solutio, & per eam habes not.
limitationem ad regulam dict. l. si curatorem habens. prout
etiam multum not. Barto. hic. ¶Item aduerte, quòd sex simi-
lia, quæ adducit glo. in prima solutio. sunt bona in genere ad
ostendendum, quòd sit differentia inter pupillum habentem
tutorem, & adultum habentem curatorem, sed non sunt ad
propositum secundum Bar. propter duo. Primò, quia in eis nō
distinguitur, an adultus habeat curatorem, vel non, ad quod
vadit contrarium glo. Secundò, illa similia loquuntur in his,
in quibus lex disponit circa personam pupilli, vel adulti, vel
circa eorum bona sine eorum facto. Sed materia nostra loqui-
tur in his, quæ geruntur, vel agenda sunt per ipsos an valeant,
necne. ¶In eadem glo. ibi, sed hoc non reperitur in adulto. No.
29 diligenter ex hoc quarto simili glo. † quòd adultus sine decre-
to iudicis potest soluere pecuniam creditori suo, & in eum
transferre dominium pecuniæ solutæ. Ex quo singulariter not.
secundum Barto. & alios illud, ad quod quotidie allegatur ista
glo. quòd pecunia non est de his rebus, quæ seruando seruari
possunt, ex quo potest sine decreto iudicis alienari. nam si ser-
uari posset, dato quòd sit res mobilis, non posset alienari etiam
30 cum auctoritate curatoris sine decreto iudicis, eo † quia ho-
die statutum est, quòd minores etiam cum auctoritate curato
ris non possunt sine decreto iudicis alienare res, quæ seruando
seruari possunt etiam mobiles. l. lex quæ tutores. C. de admini.

tut.Et ſi dicatur,ꝙ contrarium patet ad oculum,quia pecunia
repoſita in capſa,vel in muro,poteſt ibi ſemper teneri,& ſic ſer
uando conſeruari. Reſpondent Bart.& Docto. vt hic per eos.
31 † Sed ego plenius declaro,quia illa res dicitur ſeruando ſerua-
ri poſſe,quando ex ea fructus percipitur, & nihilominus ſerua-
tur,vt videmus in prædijs,ſeu poſſeſſionib.noſtris , ex quib.fru-
ctus annui percipiuntur,& tamen conſeruantur. Sed nõ ſic eſt
in pecunia,quæ non affert vtilitatem,ſecundum eum vſum,ad
quem eſt deſtinata.nam pecunia deſtinata eſt ad vſum nume-
rationis.l.1.ff.de contrah.emp.quia vtendo,& ſic expendendo,
non conſeruatur,vt dicit tex.in §.conſtituitur.Inſti.de vſufr.ſed
in alium dominium transfertur,vt patet in tit.ff.de vſufr.ea.rer.
quæ vſu conſumun. & ſic pecunia licèt per tempus non cor-
rumpatur,tamen vtendo, & ſic expendendo quantum ad nos
conſumitur,& ſic habendo reſpectum ad illud,ad qđ eſt deſti-
nata pecunia.ſ.ad expendendum,procedit iſta glo.ꝙ dicitur de
32 rebus,quę ſeruando ſeruari non poſſunt.† Item etiam de facili
iuris interpretatione conſumitur per ſolam commixtionem
33 cum alienis nummis.l.ſi alieni nummi.ff.de ſolu. † Bene facit,
qđ inquit Ariſt.in 4. Ethicorum. vſus pecuniarum videtur eſſe
conſumptio,& numeratio.acceptio autem,& cuſtodia, poſſeſ
ſio magis eſt.Propriè tñ illæ dicuntur res,quę ſeruando ſeruari
non poſſunt , quæ in naturali ſua bonitate non poſſunt ſeruari
vltra triennium,quin tempore corrumpantur, vt ſunt fructus,
puta vinum , frumentum, oleum,& ſimilia. Item veſtimenta,
in quibus eſt præſumptio, ꝙ vltra triennium non poſſint con-
ſeruari,licèt de facto quandoque aliud contingat,vt eſt glo.re-
putata ſing.in l.1.& ibi vide Bal.C.ſi aduer. vſucap. & iſtam gl.
in d.l.1.ad hoc reputant ſing.Ang.Imo.Raph.Cu.hic, & Ange.
in l.procurator tutorum.ff.de procur. & in l.procuratorem.C.
eo.Ang.de Are.in §.ſi quis à non domino.Inſti.de rer. diuiſ.ſed
habes aliam concordantem in l.diuortio.§.interdum.in verbo
reddet.circa prin.ff.ſol.mat.& ibi Imo. Lud.& do.Alex.ad hoc
not.& ibi latius Are.in 5.col.¶Sed aduerte ſubtiliter, licèt Bart.
* & *alij communiter* iſtud notent ex hac gl.ꝙ pecunia [a] ſit de reb.
a quæ ſeruando ſeruari non poſſint, eo quia poteſt per adultum
alienari ſine decreto iudicis,tamen iſta gl. nõ facit ad hoc, pro-
34 ut etiam perpendit Raph.Cu.hic, † eo quia decretum iudicis
non exigitur in ſolutione debiti,nec auctoritas iudicis, etiam ſi
ſit res immobilis,quæ ſoluatur,text.eſt in l.magis puto.§.ſi pu-
pillus,ſecundo.ff.de reb.eo. & in l. quoties. §. ſicut autem. ff.de
admin.tuto nec etiam ibi diſtinguit, ſeruari poſſit res , an non;
eo quia ſolutio debiti, de qua loquitur glo. eſt alienatio neceſ-
ſaria pro executione actus validi præcedentis. Item ſecundum
Ioan. de Imo.etiam certam ſpeciem nedum pecuniam poteſt
adultus ſoluere creditori ſine curatore, quando agitur de libe-
ratione,vt iuribus præalleg.& ſic per hoc non videtur probari
35 in hac glo. † ꝙ pecunia ſit de rebus,quæ ſeruando ſeruari non
poſſint, eo quia glo.non loquitur in alienatione ſimpliciter,ſed
ſolùm in ſolutione debiti. Tenẽdo tamen communem, quòd
iſtud not.colligatur ex hac glo. adde, ꝙ ad hoc iſtam gl.repu-
tat eſſe vnicam,& ſing. & non reperiri alibi in iure Bald.in d.l.ſi
curatorem habens.& in l.ſed ſi ex ſtipulatu. in fi.ff.de verb.obl.
& in l.quod ſi fortè.§.fi.ff.de ſol.& iſta glo.eſt de hoc peregrina,
ſecundum eundem Bald.in l.1.circa prin.ff.de reb.eo.Eam etiã
ad hoc reputat ſing.Ang in l.1.in 2.col.ff.ſolu.matr.¶Sed adde
aliam glo.idem tenentem,in l.interdum. & ibi expreſsè Bart.ad
hoc no.ff.de condi.indeb. & aliam gl.in c.1.de cõmoda.in gl.1.
36 circa fi.quæ dicit, † ꝙ pecunia vſu cõſumitur,& illam ad hoc
ponderat Ioan.de Imo. Idem tenet Bart.in l. poteſt pupillus.ff.
de aucto.tut. Bar.in l.ſi ex legati cauſa.& ibidem latè Lud. Ro.
ff.de verb.ob.Bar.in l.ſi quis pro eo.§.1.ff.de fideiuſ.Bal.in l.etiã.
C.de fideiuſ.& in l.1.C.ſi aduerſus tranſac.Ang.in §.& quia pa-
rum.in Auth.de nup.colla.4.Saly.in l.tutores.ſecunda, in 2.no.
per illum tex.C.de admi.tut.Are.in l.diuortio.§.interdum.in 5.
col.ff.ſol.mat.do.Abb.in c.nulli.in vlt.col.de reb.eccle.non alie.
¶Iſta conclu.gl.ſecundum Bar.& Doct.probatur in Auth.no-
uiſſimè.C.de admi.tut.iuncta.l.lex quę tutores.eo.tit.vbi tutor
ſine decreto iudicis tales res etiam mobiles, quæ ſeruando ſer-
ri poſſunt,non alienat,& tamen ſecus eſt in pecunia. Ergo ap-
paret,ꝙ pecunia non eſt de rebus, quæ ſeruãdo ſeruari poſſint.
Pro iſta concluſione gl.habes bonum tex.in §.cõſtituitur. Inſti.
de vſufru.& in l.Ariſto.§.fi.cum l.ſeq.ff.de iure delib. & in l.Iul.
ff.de pet.hæred.quicquid ad illum tex.dicat.d. Alex.hic.& text.
in c.fin.de pigno. in verbo pecuniam , quæ vſu conſumitur, &
ibi Card.Flo.& Imo.ad hoc ponderãt illum tex. Nec obſt.præ-
dictæ concluſioni tex.in l.tutores.ſecunda. C. de admi. tut.ibi,
aurum argentumque, & quicquid vetuſtate temporis nõ mu-
tatur. Reſpondet.d.Alex.ꝙ ibi loquitur de actuali conſeruatio-
ne , ſed non de fructuoſa. Sed quo ad hoc , vt pecunia afferat
vtilitatem ſecundum vſum,ad quem eſt deſtinata,& ſic ad ex-
pendendum dicitur de rebus, quæ ſeruando ſeruari non poſ-
ſunt.Tu reſponde planius ad illum tex.verum eſſe, ꝙ pecunia
tempore non conſumitur , neque vetuſtate temporis immu-
tatur,vt ibi dicit tex.quia poſſet mille annis conſeruari, ſed be-
ne expendendo, & ſic vtendo conſumitur, quia eius dominiũ
perditur , & propter hoc dicitur ſeruando ſeruari non poſſe.
37 ¶†Limita concluſionem glo.niſi pecunia minoris eſſet depo-
ſita ad emptionem prædiorum , tunc non poſſet alienari ſine
decreto iudicis,vt eſt tex.ſing.in l.3.§.quid ergo. ff.de cõtra.iud.
tute.per quem tex.ita limitant Raph.Cu.& latius do.Alex.hic.
Ludo. Rom.in l.ſi ex legati cauſa. ff. de verbo.oblig.facit bene
tex.in l.à diuo Pio.§.fi.ff.de re iud.per quem tex.ibi dicit Raph.
Cum.ſingulariter probari, ꝙ pecunia depoſita ad emptionem
prædiorum computatur inter immobilia,ſeu inter ea,quæ ſer-
uando ſeruari poſſunt.Facit.l.fideicommiſſum.§. tractatum.in
ver.quid tamen.ff.de iudi.& in l.qui filium.ff.de leg.3.vide quæ
latè dixi in l.cætera.§.fi.ff.de lega.1. vbi plenius examinaui.& ibi
allegaui text.qui fortiter ſtringit contra iſtam limitationem,in
l.cùm in fundo.§.ſi fundus communis.ff.de iur.dotium.in ver-
bo,ſed ita, vt non in vicem corporis habeatur , & ibi reſpondi
ad.d.l.3.§.quid ergo.remitto me ad ea,quæ ibi dixi.¶Secundò
38 limita concluſionem gl.ex mente Raph. Cuma.hic,† quando
pecunia eſſet repoſita pro conſeruatione, & tuitione patrimo-
nij,vt propterea inde non remoueatur,per text.not.in l.ſi cho-
rus.§.1.ff.de leg.3.qui dicit ſæpè audiuiſſe ruſticos ſenes ita dicẽ-
tes,pecuniam ſine peculio fragilem eſſe , peculium exiſtiman-
39 tes,ꝙ præſidij cauſa reponeretur.¶† Vltimò aduerte,ꝙ Bar.re-
ſtringit illud quartum ſimile gl.procedere in adulto non habẽ-
te curatorem,& propterea dicit Bar.ꝙ modicum facit ad pro-
poſitum glo.& ſic Bar.vult, ꝙ ſi adultus haberet curatorem,ꝙ
ſine eo poſſet ſoluendo creditori dominium pecuniæ transfer-
re in creditorem.Sed certè iſtud eſt contra mentem huius glo.
prout etiam tenet Ioan.de Imo.hic , ꝙ ſiue adultus habeat cu-
ratorem,ſiue non,ꝙ ſoluendo creditori ſuo poſſit ſine curato-
re dominium pecunię transferre, & pro glo.videtur caſus hic.
Item tex.in d.l.qđ ſi fortè.in fi.ff.de ſol.loquitur in pupillo hñte
tutorem,& cũ gl.dicat,ꝙ iſtud non reperitur in adulto ergo lo
quit in adulto habente curatorẽ,& pro iſta gl.eſt bonus text.in
40 l.magis puto.§.ſi pupillus.ſecundo.ff.de reb.eor. ¶†In quinta
b dñia glo.ibi , item pupillus [b] non poteſt facere teſtamentum,
adultus ſic. Adde ſecundum Bar.iſtud procedere etiam in adul
to habente curatorem,vt eſt tex.de hoc planus in d.l.Aurelius.
§.Caius,& ibi gl.& Bar.in 1.no.ad hoc no.ff.de lib.leg. Idem te-
nent Ang.Sal.Fulg.& Pau.de Caſt.in l. ſi frater.C.qui teſta.face.
poſſunt,vbi extendunt,etiam ſi curator ſit præſens,& contradi-
cat ne adultus teſtamentum faciat , adhuc præſente curatore,
& contradicente poteſt adultus condere teſtamentum , & eſt
bona extenſio,& pro concluſione gloſſ. eſt etiam tex. in l.cùm
pater.§.curatoris. ff.de lega.2. Ratio differentiæ eſt ſecundum
quoſdam,vt refert Barto.quia vltima voluntas confertur poſt
mortem,& ſic illo tempore erit finita cura.Reprobat Bar.quia
lex reſiſtit initio, ergo futurum tempus non attenditur.l. ſi mi-
nor.ff.de ſer.expor. Tu dic,ꝙ iſtam rationem,quam Bart.dicit
quoſdam aſſignare,ponit gl.2.in d.l.ſi frater.& ibi Bald.in fin.&
Bar.met ſibi contrarius eam ſequitur in repet.l.1.C.de ſacroſan.
eccle.in 2.q.primę q.prin.Magis tamen placet reprobatio Bar.
hic.¶Aliam ergo rationem aſſignat Bar. quia adultus quãtum
ad teſtandum non videtur habere curatorem, quia curator da
tur bonis. l.in copulandis.C.de nup.ad quorum adminiſtratio-
nem teſtamentum non pertinet. Adde tu aliã rationem, quia
inſtitutio,ſeu vltima voluntas nõ debet ex alieno arbitrio pen-
dere.l.illa inſtitutio.& l.captatorias. ff. de hæredit.inſtitu. ¶ In
41 eadem gloſſ. ad fin. † *communiter tenetur* , quòd ſi adultus pro-
* curatorem non habet , poteſt ſolus adire hæreditatem, vt in l.
impube-

ADDITIONES.

a † Pecunia. Adde eundem Iaſ.in l.cætera.§. ſed ſi parauerit. col.3. de leg. 1.in l.interdum.num.2. ff.de condi.indebi.vbi dixi.not.Alexand.hic,& in l.à diuo Pio §.fin.colum.5.de re iudi.Syluest. in ſumma verſi. alienatio immobil.nu. 7.Rom.ſing.104.conſi.188.Crem.ſingu.60. Dilect. de arte teſt. tit.8.caut.5. nume.5. & dic, quòd diſpoſitio loquens de immobil. non verificatur in pecunia ad emptionem prædiorum deſtinata , teſte Roland. de dote. quæſt.91. nume.12.Boer.quæſt.209.& not.Roman.d.conſi.188.colum.fi. In quæſt. autem Iaſ.hic vide Socn.Iuniorẽ conſi.120.lib.1.Syluan.conſi.64.Iaſ.dict.l.interdum. MASVER.

b † Pupillus.Adde,quòd de iure communi teſtari non poteſt , etiam ſi pubertati proximus ſit , quo caſu neque etiam ad pias cauſas teſtari poterit , teſte Bar.in l.1.nu.18.C.de ſacroſ.eccl.Ita not.Clar.§.teſtamentum.q.5.& fac.quæ idem ſcribit.q.34. Quo autem remedio de bonis ſuis diſponere poſſit , vide Dilec.de arte teſtan.tit.1.caut.5. MASVER.

impuberibus.& l.pupillus,in prin.ff.de acqui.hær. Si autem curatorem habeat,debet cum eius auctoritate adire. l. cùm quædam.C.de admi.tut.allegata in gl.quæ in tali casu loquitur.Sed pupillus cum auctoritate curatoris adire non potest, quia pupillo non sufficit curatoris auctoritas ad adeundum. l. cùm in vna.§.tutor.ff.de appel. & ibi gl.rationem diuersitatis assignat.
42 ¶†Extra gl.quærit Bart.an adultus possit petere restitutionem in integrum aduersus testamentum à se conditum, si dicat inconsultè factum, vel minus discretè ad alicuius suggestionem, vel instantiam,& determinat,ꝙ non, per rationem de qua hic per eum.Idem tenet Bar.in l. verba gesserunt, per illum text.ff. de verb.sig.Aliam rationem assignant Ang.Imo. Rapha.Cu.& do.Alex. quia cùm minor possit prouidere de iure communi reuocando tale testamentum indiscretè factum.l.si quis in principio testamēti.ff.de lega.3.& l.posthumus.§.1. ff.de iniust.rup. ergo cessat beneficium resti.in integrum, quod est extraordinarium.l.in causę.secunda,in prin.ff.de mino.Sed tu caue,quia posset contingere,ꝙ minor ratione imbecillitatis ætatis non reuocaret testamentum, & in actu testandi ipse posset dolo decipi.l.1.in fin.ff.de excep.do.secundum do. Alex.met sibi con-
43 trarium.j.in pen.col.in princ.¶†Aduerte tamen, quòd si adultus dolo fuerit inductus,vt alium institueret hæredem,succurritur venientibus ab intestato per actionem de dolo.l. Lucius. §.Sempronia.cum glo.in verbo actione.ff.de lega.2.secundum Bal.Fulg.& d.Alex.in l.si frater.C.qui test.face.pos. Facit text.in l.non est enim.ff.de inoffi.testa.quem Ang. ibi ad hoc no.& dicit per hoc obtinuisse sententiam in quadam magna hæreditate.Idem Ang.in l.fi.C.si quis aliquem testa.prohibue. gl. & Cy. in l.quicquid.in verbo quæsierint. C. arbitri. tute. Adde etiam
44 mirabile,quòd† licèt adultus habens curatorem non possit in vita sua alienare res immobiles sine decreto iudicis. l. lex quæ tutores.C.de adminst.tuto.& l.magis puto.ff.de reb.eo.tamen adultus habens curatorem, & faciens testamentum potest in testamento dare licentiam executoribus suis, vt alienent res immobiles sine decreto iudicis, quia censetur vti iure maioris quo ad testandum, ita signanter tenet Bald.in l.prædium.aliàs est in l.2.C.quando decre.opus non est. vbi dicit, hunc passum non esse ab alijs tactum. Sed adde, quòd idem tenet Bald.in l. 1.in princ. ff.de rebus eorum. quod bene not. ad limitationem iurium præallegatorum. Et per ista cum laude Dei remanet vtiliter expeditus iste solennis.§.

*SVMMARIVM.*

1 *Collegium grauatum de restituendo, potest ex Senatusc. Treb.restituere hæreditatem vni de collegio.*
2 *Aliud est collegium,aliud singuli de collegio.*
3 *Corpus est nomen magis generale, quàm collegium.*
4 *Vniuersitas, seu collegium per suam deliberationem potest facere contractus, & expedire actus sibi incumbentes absque auctoritate alicuius superioris, dummodo non alienet res, quæ seruando seruari possunt.*
5 *Adultus habens curatorem licèt possit sine eo hæreditatem adire, non tamen potest contrahere.*
6 *Vniuersitas quando per seipsam vult actum expedire, non est necesse, quòd constituat syndicum ad illum actum expediendum.*
7 *Iudex potest cogere vniuersitatem ad constituendum syndicum, cum quo omnia facilius expediantur.*
8 *Collegium potest contrahere cum vno de collegio.*
9 *Inter restituentem, & eum cui debet fieri restitutio,debet esse distinctio personarum.Item inter baptizantem, & baptizatum. Item inter præsentantem, & præsentatum.*

1 §.Si autem collegium. † Collegium grauatum de restituendo potest ex Senatusconsulto Treb.restituere hæreditatem vni de collegio. hoc dicit secundum gl. Bar.& *communiter alios.* Licèt Bart.& Doct.sequantur istam positionem casus, vt in glo. solus Sal.hic dicit aliter debere poni casum hoc modo.Instituo collegium, & rogo, vt restituat omnibus de collegio.videbatur non valere fideicommissum quasi sibijpsi sit rogatum de restituendo,sed tamen valet,quia inspicitur persona singulorum,& diuiditur commodum inter omnes. Pro hoc facit iste tex.ibi,in singulis inspecta eorum persona.Et hoc mo-
2 do intelligendo iste text. redderetur notabilior.† Et facit, quia aliud est collegium,aliud singuli de collegio.l.in tantum.§.vniuersitatis.ff.de rer.diui. & l. sed si hac.§. qui manumittitur.ff.de in ius vocan.¶In tex.ibi,si autem. Ista aduersatiua hic ponitur, quia videbatur, ꝙ collegium quodammodo in re propria auctoritatem interponeret, & sic videbatur, ꝙ non valeret,vt in §.præce.sed non est verum,vt patet in fi.huius.§.vbi tex.respondet huic obiectioni.Facit,quod habetur in c.postulasti. de con-
3 ces.præben.¶†In tex.ibi,collegium vel corpus. Ista duo inter se differunt,quia collegium dicitur,quando plures simul cohabitant,sic dctum,quia simul colliguntur. Corpus autem est nomen magis generale plurium, siue cohabitantium simul, siue non,vt declarat gl.in l.1.in prin.& ibi Bar.in 1.q.ff.quod cuiusq; vniuer.gl.& Bar.in rub.ff.de colle.illici. glo.in l.3.§.à municipibus,in gl.1.ff.de bono.pos.& glo. notabilior in c.dilecta. de ex-
4 ces.prela.¶†No.primò ex hoc tex.secundum Bar.ꝙ collegiū, a
a seu vniuersitas per suum decretum, & sic per suam deliberationem potest facere contractus,& expedire actus sibi incumbentes, & non videtur necessaria auctoritas alterius superioris, vel alterius iudicis,licèt contrarium tenuerit glo. in l.nulli.ff.qđ cuiusque vniuersitatis. quæ secundum Imo.procedit, quando agitur de alienatione rerum collegij, quæ seruando seruari possunt,aliàs secus,vt l.1.& 2.C.de ser.Reipub.manumit. dic vt ibi per Bar.& gl.& Bar.in l.actor.ff.rem ratam habe.cum alijs concordan.traditis per do.Alex.& vltra eum vide per Bal.in c.Imperatorem.de iuramen.calum. Sed aduerte subtiliter, ꝙ istud no.Bar.& Doct.nō benè probatur in hoc tex.prout etiam perpendunt Mod.Senen. quia licèt collegium grauatum de restituendo possit hereditatem restituere,vt hic dicit litera,non per hoc sequitur, ergo collegium potest contrahere sine auctori-
5 tate alterius superioris. † Nam adultus habens curatorem potest hæreditatem restituere sine auctoritate curatoris, vt in §. præcedenti,& tamen non potest sine eo contrahere.l.si curato-
6 rem habens.C.de in integ.rest.min.¶†Secundò no.ex hoc text. secundum Bar.& alios,ꝙ quando vniuersitas per seipsam vult actum expedire,non est necesse,ꝙ constituat syndicum ad illū actum expediendum,& ideo si vult emere,vel vendere, nō est necesse,ꝙ constituat syndicum ad sic cōtrahendum, sed ipsum collegium potest principaliter contrahere, quod tene menti.
7 ¶†Adde tamen,ꝙ iudex potest cogere collegium,seu vniuersitatem,vt syndicum faciat, cum quo omnia facilius expediantur,vt est tex.not.in l.4.§.creditoribus.& ibi Bart.ad hoc not.ff. de fideicom.lib.Bar.in l.solent.in fi.ff.de alimen.& ciba.lega. & in l.1.per illum tex.C.de iure Reipub.lib.10.Bal. in l.1.§.quibus. ff.quod cuiusque vniuer. & in l.2. §. hoc etiam. C. de iura. ca-
8 lum.& in l.fin.in princ.C.de testam.manumis. ¶†Tertiò not.ꝙ collegium potest contrahere cum vno de collegio, quod est tenendum menti secundum Barto. Ratio, quia tunc contrahit tanquam cum priuato,vt dicit glo.secunda. ¶Quartò not.ex fine tex.ibi,nec ipse sibi videtur restituere,vbi tex. respondet ta-
9 citæ obiectioni,† ꝙ inter restituētem, & eum cui fit restitutio, debet esse distinctio personarum.Ad idem tex.in l.2. & ibi latè Bar.ff.de stipu.seruo.& tex.no.in l. qui hominem.§. quidam filium. ff.de solu. & in l.legatum est.§.si alienus.ff.de lega.1. ¶Sic etiam debet esse differentia inter baptizantem, & baptizatum. c.debitum.de baptis.Sic inter patronum præsentantem,& præsentatum.c.per vestras.de iurepatro.c.fi.ad fin.de insti. Sic inter donantem,& confirmantem donationem debet esse distinctio personarum.c.inter dilectos, ver.cæterorum. de fide instru.& ibi.d.Abb.in 3.col.ad hoc no. illum tex.

ADDITIO.

a † Collegium. Adde, quòd collegium,seu aliquod corpus non obligatur, nisi simul congregati consentiant,glo.& Doct. in c.cùm omnes.de consti. Bar.in l.omnes populi.col.4.de iusti.& iure.Dec.consi.437.nu.3.& singulorum nomina exprimantur in instrumento,aliàs contractus est nullus,teste Alex.cōsi. 1.lib.4.neque potest procuratorem constituere sine prioris collegij consensu. Rom.sing.281. An autem factum à maiore parte collegij aliquibus contradicentib.possit dici vnanimiter factum? Dic, quòd non, vt per Abb.in c. ad aures.nu.1.de his,quæ met.causa,& plura not.Rom.consi.352. num. 11.& seq.vbi etiam quid possit vniuersitas vno contradicente. Quid autem sit collegium,& quid ad eius esse requiratur,no.Rip. Respons. 19.num.3.& 6.Alex. in l.collegarum.de verb. fig. MASVER.

*SVMMARIVM.*

1 *Res, quæ iussu testatoris remanet apud hæredem, estimatur cum suis qualitatibus, nec cautio interponitur.*
2 *Actiones actiuæ, & passiuę transeunt in fideicommissarium vniuersalem, licèt hęres detrahat quartam Treb.in fundo sibi prelegato,& sic in re particulari.*
3 *Actio personalis quòd non sequatur fundum, & sic successorem singularem, & extende, vt nu.6.*
4 *Executio sententię, vel instrumenti quòd non possit peti nisi contra condemnatum, vel eius hęredem, non contra singularem successorem tenentem bona obligati.*
5 *Statutum, quòd in causis vertentibus super instrumentis guarenti-*

*giatis procedatur, summariè omni exceptione remota; intelligitur si contra principalem agatur, non contra tertium possessorem.*

7 *Remedium l.2.C.de rescin. vendi. quòd non detur contra tertium possessorem.*

8 *Actio personalis quando sequatur fundum, & sic detur contra singularem successorem, ponit tres fallentias ad regulam.*

9 *Res tantum valet, quantum vendi potest, consideratis qualitatibus suis, & subaudi homini scienti, & intelligenti conditionem, & rei qualitatem.*

*Practica ad probandum æstimationem, & valorem rei in remedio. l.2. C.de rescin. vend.*

10 *Res dicitur esse minoris æstimationis, si in venditione est appositum pactum de retrouendendo.*

11 *Res dicitur esse minoris valoris, seu minoris precij ratione mali vicini.*

*Fundus quando æstimatur, debet æstimari totus, & non per partes.*

*Aestimatio partis fundi debet fieri secundum bonitatem.*

12 *Res quando æstimatur, vt soluantur melioramenta, æstimatur prout aliàs fuit impensum, & non prout vendi poterat.*

13 *Res quæ venditur ab implicito multis debitis, quòd dicitur esse minoris, valoris, vt supra, nu.9.*

14 *Res pignorata, & hæredi legata, debet æstimari quanti vendi posset cum illa obligatione pignoris sine cautione, & intellige, vt infra numero 16.*

15 *Aestimatio dubij euentus quòd inducat quandam emptionem.*

## §. Si hæres percepto.

Hucusque tractauit Iuriscō. de vno
remedio Trebelliani. l. Transferēdarum actionū, hic incipit tra
ctare de alio remedio Pegasiani, s. de detractione quartæ, quod
1 remedium est attributum Trebelliano. ¶† Res, quæ iussu testa
toris remanet apud hæredem, æstimatur cum suis qualitatib.
nec cautio interponitur. hoc dicit. ¶ In text. ibi, neq; enim. Ista
est ratio primi, & non versi. nec multum, immediatè præceden
2 tis. ¶† Not. 1. ꝙ licèt hæres retineat quartam Treb. in fundo sibi
prælegato, & sic in re particulari ex voluntate defuncti, tamen
omnes actiones actiuæ, & passiuæ transeunt in fideicommissa
rium vniuersalem, etiam quæ competūt respectu illius rei, eo
quia personales actiones nō sequuntur fundum, prout assigna
tur ratio in versi. neq; enim, & hic hæres in illa re particulari ha
betur loco legatarij, seu particularis successoris. §. si quis vna.
3 Insti. de fideicom. hære. ¶† Secundò no. in ver. neq; enim, illud,
ad qđ quotidie allegatur iste tex. ꝙ actio personalis non sequi
tur fundum, & sic singularem possessorem fundi, sed vniuersa
lem successorem. Et ideo sm Bar. si habes aliquem obligatum,
& bona eius non essent tibi expresè, vel tacitè obligata, nihil
posses dicere contra eum, ad quem illa bona transirent. ¶ Glo.
ad istam regulam allegat multas concordantes, vltra quas ad
de tex. in l. fi. §. fi. ff. de contrah. emp. & in l. æris alieni. C. de dona.
& in l. fi. C. de hæredi. actio. Et sic sm Ang. Imo. & d. Alex. fatui
essent creditores petentes executionem instrumenti guarenti
gionati contra possessores bonorum debitoris obligati, nisi in
tentarent actionem hypothecariam, & sic actionem realem,
quæ bene sequitur singularem successorem. §. item seruiana.
Insti. de actio. & hic in glo. Idem tenet Ange. in l. si debitori. per
illum tex. C. si aduer. credi. & ibi Bal. dicit probari per illum tex.
4 † ꝙ executio sententiæ, vel instrumenti non potest peti nisi cō
tra condemnatum, vel eius hæredes, non autem contra singu
larem successorem tenentem aliqua bona obligati, & dicit Bal.
hoc esse notandum contra ignorantes procuratores, & aduo
catos. Imò fortius tenet singulariter Bal. in l. 1. in 1. col. C. cōmu.
5 de lega. † ꝙ si statutum disponit, ꝙ in causis vertentibus super
instrumentis guarentigiæ, seu confessionatis procedatur sum
mariè, omni exceptione reiecta, ꝙ istud statutum habebit solū
locum, si agatur contra principalem debitorem, secus si agere
tur contra singularem successorem, vel tertium possessorem,
etiam si ageretur hypothecaria, quia confessio priuilegiata po
sita in d. instrumento, non sequitur fundum, seu fundi possesso
rem, vt hic, & l. 1. C. si cer. pet. qđ dictum sequitur, & commen
dat. d. Alex. hic, & dicit perpetuò esse notandum cum concor.
6 hic traditis per eum. Extende istam † regulam tex. etiam si ob
ligatio principalis contracta sit per respectum ad rē transeun
tem, seu respectu rei trāseuntis ad personam singularis succes
soris, vt l. cùm hæreditas ex causa fideicommissi. & l. si hæres in
stitutus. §. fi. infra eod. quamuis contrarium notauerit Ang. in l.
quæ neptis. ff. de acquir. hær. & non bene, vt per Lud. Rom. ibi,
& in consi. 417. incip. in proposito casu aduertendum. in 3. col.
7 Facit l. quædam. §. nihil interest. ff. de eden. ¶† Item ad istam re
gulam adde, ꝙ si vendidi tibi fundum minus dimidia iusti pre
tij, & tu postea vēdidisti illum fundum Titio, ego non possum
a agere remedio. l. secundæ. C. de rescin. ven. contra Titium, [a] se
cundum Cy. in quæstione Bald. in 13. & Sal. in 12. Facit, quod te
8 net Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. in vers. 127. ¶† Ista regula
fallit interdum in subsidium, vt infra proxi. §. & no. plenè glo. in
§. fi. in gl. magna. ī. ea. l. ¶ Secundò fallit secundum Ang. vt pos
sit agi contra possessorem rei feudalis, vt præstetur sacramen
tum fidelitatis, quia illa petitio fit in rem, per. l. 3. §. fi. cum gl. ff.
vsufru. quemad. caue. Sed secundum Imol. Lud. & dom. Alex.
illa gl. loquitur ècontra in successore etiam singulari directi do
mini, qui potest petere à vasallo præstari sibi iuramentum fi
delitatis, per c. si omnes. cum gl. si de feu. feue. contr. inter dom.
& agna. ¶ Tertiò fallit in casu. l. fin. & ibi Bar. ad hoc not. C. quo
quisque ordi. conue. lib. 11. de quo textu gl. hic opponit, vbi di
9 cetur. ¶† Tertiò not. ex hoc text. ꝙ res tantum valet, quantum
vendi potest consideratis suis qualitatibus, & subaudi homini
scienti, & intelligenti conditionem, & rei qualitatem, vt est gl.
solennis in l. mortis causa capimus. §. fi. ff. de donat. causa mort.
quam glo. Ang. & Imo. ibi, & in l. pretia rerum. in prin. ff. ad leg.
Falc. ad hoc reputant sing. ¶ Et propterea Bar. hic tradēdo pra
cticam docet, ꝙ sis cautus, quando agitur de æstimanda aliqua
re, eo quia venditor dicat se deceptum vltra dimidiā iusti pre
tij, ꝙ consideres personam venditoris, si erat implicita debitis,
vel dedit fideiussorem, vel non, vt ex hoc possit concludi, ꝙ ta
lis res existens hominis sic impliciti debitis non reperijsset em
ptorem tantæ quantitatis. Idem in similibus qualitatibus re
rum, quę habent augere, & diminuere pretium, refert, & sequi
tur Ang. de Are. in §. si quis agens. Insti. de actio. Adde bonum
tex. in l. si quos. & ibi Bar. nota. C. de rescinden. vend. in verbo rei
10 qualitas, & redituum quantitas æstimetur. ¶† Item adde benè
facere, quod si in venditione rei, puta prædij est appositū onus,
vel pactum de retrouendendo, dicitur talis res esse minoris
æstimationis propter tale pactum, ideo si postea allegetur par
uitas pretij ad inferendum cōtractum fuisse fictitium, vel vsu
rarium, non debet tunc æstimari verus valor rei, sed debet ha
beri respectus ad onus de retrouendendo impositum, nam tā
tò minus valet prædium propter illud pactum, ita not. tenet d.
Abb. in c. cum aliquibus. in secundo no. de decim. & ibi dicit, ꝙ
ita pluries in facto respondit, & quòd multi errāt in hoc. idem
considerat dom. Abb. in c. ad nostram. de emptio. & vendi. ad
materiam illius text. quod bene signa. facit bene text. in c. cùm
Ioan. eremita. de fide instrum. quem text. ad hoc in specie re
putat sing. dom. Marian. Socin. in consi. 15. incip. visis prædictis
11 publicis instrumentis. in vlti. colum. Item adde, † ꝙ res dicitur
esse minoris valoris, seu minoris pretij, ratione mali vicini. l. qđ
sæpè. §. fi. cum gl. ff. de contrahen. emp. Item fundus debet æsti
mari totus simul, & non quælibet eius pars de per se. l. 1. cum
glo. & ibi Bar. C. commu. diui. l. Meuius. §. fi. ff. fami. ercisc. & no.
Bar. in l. vxorem. §. agri plagam. in fin. ff. de lega. 3. & quando fit
æstimatio partis fundi, non debet fieri secundum mensuram,
sed secundum bonitatem. ita no. tenet Bart. in l. ex falsis. in vlt.
12 col. C. de transa. ¶† Item quando res æstimantur ad mensuram
damni, vt quando soluuntur melioramenta facta, tunc non fit
æstimatio, prout vendi poterat, sed prout in eo aliàs fuit expen
sum. tex. est not. de hoc in l. 2. §. portio. ff. ad legem Rhod. de iac.
& vide, quod not. Bart. in l. in hanc. & in l. cùm emptor. §. fin. ff.
de dam. infect. & no. istum casum, quia frequenter de eo inter
13 rogaberis. ¶† Item no. diligenter illud, quod vult Bar. hic in pra
ctica, quam tradit, & s̄. retuli, ꝙ si aliquis emit rem ab implici
to, & inuoluto multis debitis, qui non potest præstare fideius
sores de euictione, non videtur vendidisse intra dimidiam iusti
pretij, licèt si non esset implicitus debitis secus esset, quia quili
bet carius emeret à securo venditore, quàm ab eo, qui non est
securus. Et istud multum no. & simpliciter sequitur Raph. Cu.
hic, quod tene bene menti ad practicam. Si venditor dicat se
deceptum vltra dimidiam iusti pretij, tu emptor ècontra cà
pitulabis, quòd ipse erat implicitus multis debitis, & non dedit,
nec poterat dare fideiussorem de euictione, & propterea res
multo minoris pretij æstimatur. ¶ Quartò principaliter not.
14 ex hoc text. quòd † res pignorata relicta hæredi, debet æstima
ri quanti vendi posset cum illa obligatione pignoris sine cau
tione, & æstimatio sic facta cum illo dubio euentu compu
tatur hæredi in quartam Trebellianicam, quicquid postea se
quatur de illo fundo, & dato, quòd euincatur fundus, non po
terit hæres agere de euictione quadruplici ratione. ¶ Prima,
quia imputandum est hæredi, vt dicit Paul. de Cast. hic, quare
fundum non vendidit, postquam reperiebat quantitatem suf
ficientem, & licèt emptori fuisset euictus, non teneretur resti
tuere pretium, quia propter illud onus pignoris videtur minus
vendidisse.

ADDITIO.

a † Titium. Adde, quòd idem dicit, & sequitur Alexand. consil. 92. colum. 3 libro primo.

15 didisse. ¶† Secunda ratio est, quia æstimatio dubij euentus inducit quandam emptionẽ. l. litis æstimationẽ. ff. de vsucap. pro empto. Sed in emptione dubij euentus non cadit euictio. l. si iactum retis. ff. de actionib. emp. ¶ Tertia ratio est, quia si fideic. vniuersalis teneretur de euictione, ergo hæredi esset præstanda cautio. l. si domus. §. 1. ff. de leg. 1. cuius contrarium expressè decidit in hoc tex. ¶ Quarta ratio est secundum Raph. Cu. quia etiam si euincatur fundus pignoratus, consultum est hæredi offerendo debitum creditori, iuxta l. mulier. ff. qui po. in pigno. hab. quod debitum postea à fideicom. repetere poterit. l. si res obligata. in prin. cum ibi no. ff. de leg. 1. tamen tres præcedentes
16 rationes plus placent. ¶† Limita istum tex. vt procedat, quando fundus, quem hæres grauatus est retinere, erat solùm pignoratus, ita loquitur tex. hic. Secus si fuisset in totum alienus, quia tunc præstanda est æstimatio per fideicom. & hæres potest tũc vti retẽtione. tex. est no. in l. hæres perceptο. ȷ̃. eo. Ratio est, quia quando fundus est in totum alienus, non potest fieri æstimatio, de qua in hoc tex. & sic tunc cessat dispositio huius text. Itẽ quando mero legatario esset legatus fundus pignoratus, tunc habet locum. l. si res obligata. in princ. cum materia. ff. de lega. 1. super quo Raph. Cu. hic, & ibi latius insistit.

SVMMARIVM.

*1 Hæres restituens hæreditatem retenta certa quantitate, tenetur legatarijs in eo, quod habet vltra quartam, si non possunt exigere legata à fideicommissario, qui non detraxit falcidiam, & nu. 3.*

*2 Fideicommissarius non potest detrahere quartam de relictis ab hærede, vel simpliciter, nec de fideicommisso vniuersali à se relicto.*

*3 Hæres habetur loco legatarij in ea quantitate, quam testator iussit eum deducere de hæreditate per fideicommissarium restituenda.*

*4 Actiones personales de æquitate, & in subsidium sequuntur fundum.*

*5 Hæres in quarta Trebellianica præfertur legatarijs.*

*6 Fideicommissarius vniuersalis non tenetur legatarijs vltra vires hæreditarias, intellige verum, si confecit inuentarium, aliàs secus.*

*7 Ius nouum limitatorum iuris antiqui extenditur ex identitate rationis, licèt non iura correctoria.*

*Hæredis appellatione ex larga significatione venit fideicommissarius, non tamen in materia pœnali. nu. 9.*

*8 Dispositio legis, vel statuti non adaptatur, vbi non possunt adaptari verba.*

*10 Extensio etiam in correctorijs est licita ex identitate rationis, quando ratio est scripta.*

*11 Hæres non conficiens inuẽtarium ideo tenetur vltra vires hæreditarias, quia præsumitur subtraxisse.*

*12 Ratio habetur in lege, vel statuto pro expressa, quando alia assignari non potest.*

*13 Lex quando in assignatione causæ vtitur dictione fortè, illa causa dicitur impulsiua, & non finalis.*

*14 Probatio per confessionem partis admittitur contra præsumptionem iuris, & de iure.*

*15 Inuentarium factum per hæredem, prodest fideicommissario.*

*16 Lex etiam pœnalis habens rationem expressam, vel quæ habetur pro expressa, quando alia assignari non potest, extenditur ad alium casum eandem rationem habentem.*

*17 Constitutio pœnalis extenditur de stricta significatione vocabuli ad latam.*

## §. Si is, qui quadringenta.

1 ¶† Hæres restituens hæreditatem retenta certa quantitate, tenetur legatarijs in eo, quod habet vltra quartam, si à fideicom. qui fal. non detrahit, legata exigi non possunt. hoc dicit totus tex. vsque ad §. denique. ¶ Et aduerte, ꝙ Bar. Ang. & Imo. intelligunt istum text. quando hæres retinet illam quantitatem sub nomine quotæ, & ita summat istum text. & malè, quia si retineret illam quantitatem, & sic ducentum sub nomine quotę, ergo retineret tanquam dimidiam hæreditatis, & sic de rigore iuris teneretur, etiam si portio fideicom. esset sufficiens, vt est tex. in §. si quis vna. & §. sequenti. Insti. de fideicom. hæredi. ideo intellige melius tex. ꝙ illam quantitatem retinet hæres tanquã certam summam sub nomine quantitatis, & non sub nomine quotæ, prout intelligunt Pau. de Cast. & Rapha. Cu. hic. & voluit glo. fi. hic, & ita etiam summat d. Alex. licèt de istis non faciat
2 mentionem. ¶ In textu ibi, quamuis falcidia cesset, † eo quia fideicom. nec de relictis ab hærede, vel simpliciter, nec de fideicommisso vniuersali à se relicto, potest aliquam quartam detrahere, vt per glo. & latius Bar. ȷ̃. in §. seq. Sicut hæres qui potest detrahere Falcidiam, & Trebel. de relictis à se, per hoc tamen fideicom. licèt sit deterioris conditionis, quàm hæres, non tenetur vltra vires hæreditatis, sicut in testamento militis non non detrahitur Falc. nec Treb. & tamen non tenetur vltra vires hæreditatis, vt dicit tex. in §. sequen. qui incipit denique, qui propter hoc fuit continuatiuè positus. ¶ No. primo ex hoc tex.
3 ꝙ licèt hæres habeatur † loco legatarij in ea quantitate, quam testator iussit eum deducere de hæreditate per fideicom. restituenda. d. §. si quis vna. & §. seq. & l. si legatus. §. multum. ȷ̃. eod. Tamen quatenus illa quantitas excedit Treb. tenetur in subsidium ad legata, si id, quod restitutum est fideicom. vniuersali, non sufficit ad legata, & in hoc iste text. redditur singularis, se-
4 cundum Raph. Cu. & dom. Alex. hic. † Et licèt regula sit, quòd actiones personales non sequantur fundum, nec rem certam, vt in §. præcedenti, tamen de æquitate in subsidium hoc per-
5 mittitur, vt hoc tex. ¶ Secundò not. ex hoc tex. ibi, † in hæredẽ autem centum. ꝙ hæres in quarta Trebel. præfertur legatarijs, sed in eo, quod est vltra quartam, ipsi præferũtur, & in hoc iste §. est singularissimus secundum Raph. Cuma. hic. (vtor verbis suis.) sed in creditoribus, qui prætendunt causam onerosam. l. fin. §. licentia. C. de iure deliber. æs alienum præfertur in totum illi quartæ, quæ non detrahitur nisi eo deducto. l. in imponen-
6 da. & l. irritum. C. eo. ¶ Tertiò † no. in ver. neminem enim oporteret. ꝙ fideicom. vniuersalis non teneretur legatarijs vltra vires hæreditatis, vt hic, & l. si vniuersæ. C. de lega. ¶ Istud planè procedit isto iure ff orum, & C. Hodie autem per iura noua
a Authenticorum sicut hæres non conficiens inuentarium [a] tenetur insolidum legatarijs vltra vires hæreditatis. Auth. sed cũ testator, & in corpore vnde sumitur. C. ad l. Falc. idem est hodie in fideicom. vniuersali non conficiente inuentarium, vt similiter teneatur insolidum legatarijs vltra vires hæreditatis, cũ locum hæredis teneat. l. si filius. §. 1. ff. quod cum eo. Et iura loquentia de hærede habent locum in fideicom. vniuersali, vt no. Bar. in §. de illo. per illum text. vbi dixi. s̃. eod. & ita in specie tenent Angel. Imo. & Moder. hic. & Bar. in l. in ratione. §. quod vulgò. in pen. quæst. ff. ad l. Falc. Cy. & Bald. in l. 2. in fi. C. eod. eo
7 quia † dicta iura Authenticorum hoc casu sunt tantum limitatoria iuris antiqui, ergo ex identitate rationis extenduntur, vt no. Bar. in l. si constante. in prin. in 9. q. 1. par. princ. ff. solut. matri. quia iura limitatoria bene extenduntur ex identitate rationis, licèt non correctoria. c. cùm dilecta. §. nos igitur. & ibi do. Abb. ad hoc no. & c. ad audiẽtiam. & ibidẽ d. Abb. in 1. no. ad hoc no. de cler. non resi. & est bous tex. in c. post translationem. in vers. quanquam. & ibi Bald. ad hoc multum no. illum tex. de renun. præsertim ad casum, qui sublata significatione vocabuli continetur. l. filiũ habeo. ff. ad Maced. gl. in Auth. vt hi, q obli. in prin. in ver. ad curationem. & glo. in Authen. minoris debitor. C. qui da. tu. pos. sed appellatione hæredis saltem largo sumpto vocabulo venit fideicommissarius vniuersalis, vt latè dixi in §. de il-
* lo. s̃. ead. l. licèt ista sit *communis opi.* seruanda in practica, tamen contraria opin. potest multum probabiliter, & subtiliter sustineri secundum Moder. Senen. hic. ¶ Primò per tex. in §. si verò non fecerint. in Auth. de hær. & fal. colla. 1. q dicit hoc introductum in pœnam hæredis transcendentis leges, qui potuit nihil damnificari, imò ex leg. Falc. lucrari, sed hoc non cadit in fideicommis. vniuersali, qui non detrahit falcidiam, vt hoc text. Ergo cùm præsupposita in illo textu non possint verificari in fideicom. vniuersali, ergo nec in eo decisio illius text. habebit locum, per glo. quam ad hoc reputant no. dignam in l. mancipia. in verb. aduocandum. C. de seru. fugit. Tu confirma vltra eos,
8 † quia cui non possunt adaptari verba. l. vel statuti, non habet locum eius dispositio. l. 4. §. toties. & ibi Barto. & latius Mod. ad hoc not. ff. de dam. infect. l. ita autem. in prin. & ibi Bart. ad hoc notat. ff. de admin. tuto. & est text. melior de iure in c. indemnitatibus. §. sed cum ea. de elect. in sexto. in versicu. cùm in ipsis hoc locum sibi nequeat vendicare. quem text. dicit esse ad hoc meliorem de iure. Ioan. de Anan. in capit. 2. de maledi. ergo cùm

ADDITIO.

a † Inuentarium. Adde, quòd omissio confectionis inuentarij multum nocet, & facit hæredem teneri non solùm creditoribus, sed etiam legatarijs vltra vires hæreditatis. §. si vero non fecerit. in Auth. de hær. & Falc. & hæres, qui nõ confecit inuentarium solenniter cum solennitate legali, tenetur ad solida legata, saluo, quòd filius, vel alius cui debetur legitima, detrahit legitimam, rationem vide per Alex. consi. 70. colum. 1. lib. 4. vbi plura notat. & dic, quòd quamuis hæres per non confectionem inuentarij perdat Falcidiam, Trebel. tamen non amittit, secundum magis communem per Ias. consi. 84. nu. 4. lib. 1. & licèt respectu creditorum, & legatariorum hæres non conficiens inuentarium obligatus sit insolidum, etiamsi oporteat ipsum de proprio satisfacere, non sic tamen est quo ad fideicommissarium, quia fideicommissum intra modum tantum eius est præstandum, nec transcendere vires hæreditatis pôt. l. cohæredi. §. cùm filiæ. in fi. ff. de vulg. not. Nat. consi. 255. col. fi. Quod quidẽ inuentarium per fideicommissarium confici non debet ante restitutam hæreditatem, re, vel verbo, teste Rol. consi. 73. nu. 18. lib. 2. MASVER.

cùm verba.d.§. ſi verò non fecerint. non poſſint adaptari fideicommiſ. vniuerſali, ergo in eo non habebit locum diſpoſitio
9 illius §.¶Secundò mouetur præfati Mod. Senen. quia † in materia pœnali appellatione hæredis non venit fideic.l. ſi cũ ante. cum.l.ſeq.ff.ad Sylla.dixi in §.de illo.s̃.ea.l.& nos ſumus in materia pœnali, ꝙ teneatur vltra vires hr̃ditatis, ergo iura Authenticorum loquentia in hærede non conficiente inuentarium nō debent procedere in fideicommiſſario vniuerſali. ¶Iſta opin. Mod. Señ.contra cōem eſt valde ſubtilis, & colorata, ſed ego teneo etiam in puncto iuris communem opi. per infraſcripta fundamenta, per quæ apparebunt ſublata ſubtilia arg.iſtorum Moderno. Moueor in primis, quia tex. in §.ſancimus.iuncto.§. ſi verò non fecerint, in Auth. de hæred.& fal.vnde ſumitur d. Auth.ſed cum teſtator.aſſignat rationem, quare hæres non faciens inuentarium teneatur inſolidum legatarijs vltra vires hæreditarias, eo quia lex præſumit eum ſubripuiſſe res hæreditarias, vel occultaſſe, vel aliter malignatum. Iſta ratio etiam militat in fideicommiſſario vniuerſali, cui facta eſt reſtitutio, & nō
10 fecit inuẽtarium.† Sed qñ ratio eſt expreſſa, etiam in correctorijs licita eſt extenſio ex identitate rationis, ſm̃ Bald. & alios in Auth.quas actiones.in 2.col.C.de ſacroſan.eccle. Pau. de Caſt. in l.quamuis.C.de fideicommiſ.facit tex.in l.cùm mulier. & ibi Raph.Cu.ad hoc no.ff.ſolu.mat.ergo fortius debet fieri extenſio in materia noſtra, quæ non eſt correctoria, ſed ſolùm limi-
11 tatoria, vt s̃.dixi.¶†Et iſtam rationem, ꝙ hæres non conficiens inuentarium præſumatur res hæreditarias ſubtraxiſſe, & per hoc teneatur vltra vires hęreditarias, per d.§.ſancimus.tenẽt expreſſè Bar.& Doct.in Auth.ſed cùm teſtator.in pen.col.C.ad l.
12 Fal.& no. Bar.in d.l.in ratione.§.qđ vulgò.in pen.opp.ſed † qđ fortius, etiam quando ille tex.non aſſignaret iſtam rationem, ex quo tamen alia ratio aſſignari non poteſt, quare hæres non conficiens inuentarium teneatur vltra vires hæreditatis, certè illa ratio habetur pro expreſſa, vt eſt gl.in l.quamuis.& ibi clarius Bald.& Pau.de Caſtr.C.de fideicom. cum concor.quas ibi dedi, & in hoc facio magnum fundamentum. Et ſi tu ſubtiliter diceres, prout dicit d.Alex.ad aliud propoſitum reprobando vnam ſing.limitationem Bald.in l.filium quem habentem. in pen.col.C.fam.erciſ.ꝙ tex.in d.§.ſancimus. dicit fortè ſurri-
13 puerint.ergo innuit idem eſſe, ſi non ſurripuerint,† quia quando lex in aſſignatione cauſæ vtitur dictione fortè, apparet illã eſſe cauſam impulſiuam, & non finalem, vt eſt gl.ſing.in cle.1. in verb.& fortè.& ibi d.Ant.& Imo.ad hoc not.de appel.& do. Abb.in c.quoniam frequenter.in princ.in 9.col. vt lit.non conteſta.Et iſtam inductionem de illo tex.contra Bald. etiam facit idem do.Alex.in d.l.in ratione.§. quod vulgò.in 11.col.& ſic in propoſito potes dicere, ꝙ ratio aſſignata in d.§.ſancimus.cùm ſit ſolùm impulſiua, & nō finalis, non debeat attendi, quia licèt iſta inductio do.Alex.ſit valde pulchra, tamen ad eam dupliciter reſpondeo. Primò dico, ꝙ iſta inductio procederet, quando poſſet aſſignari alia ratio finalis, ſed in propoſito noſtro nō poteſt aſſignari alia ratio, niſi pręſumptio occultationis rerum, ergo iſta eſt ratio finalis. Secundò reſpondeo, ꝙ text.in d.§.ſancimus.nō ſimpliciter dicit, fortè ſurripuerint, ſed addit, aut malignantur, & ſic eſt ſenſus, ꝙ hæredes, qui non faciunt inuentarium, præſumuntur aut bona hæreditaria ſurripuiſſe, aut occultaſſe, aut aliter malignari, ideo ille text. primo loco dixit fortè, tamen omnia iſta tendunt ad præſumendum fraudem hæredis non facientis inuentarium, quæ etiam militant cōtra fidei-
14 commiſſarium vniuerſalem. Et hoc † modo etiam defendo ſing.limitationem Bal. in d.l.filium quem habẽtem.in pen.col.
a vbi dicit, ꝙ licèt ſit præſumptio iuris, & de iure, ꝙ hæres, [a] qui non fecit inuentarium, ſurripuerit bona hæreditaria, tñ ſi legatarij confiterentur plura bona non fuiſſe in hæreditate, & ſic, ꝙ hæres nihil occultauerit, contra præſumptionem iuris, & de iure bene admittitur probatio per confeſſionem partis, vt eſt glo.in §.illud.in Auth.de æquali do.colla.7.Doct.in Auth.ſed iam neceſſe.C.de do.ante nup. Et iſtam limitationem ſequitur etiam Pau.de Caſt.in d.§.quod vulgò.& Ludo.Rom.in rub.ff. de acq.hæred.¶Intellige tamen iſtam cōem concl.procedere,
15 † qñ hæres ſtatim reſtituit hæreditatem fideic.vniuerſali, & ſic hæres nullum fecit inuentarium, quo caſu perdit falcidiã, aliàs ſi hæres feciſſet inuentarium, prodeſſet etiam fideicom. quia tunc ceſſaret ratio fraudis, & occultationis bonorum, prout declarat Bar.in d.§.quod vulgò.in pen.q.Dy.& Ange.hic, cum multis concor.hic traditis per do.Alex. ¶Secundo principali-
16 ter moueor,† quia lex etiam pœnalis habens rationem expreſſam, vel quæ habetur pro expreſſa, qñ alia aſſignari non poteſt, extenditur ad alium caſum eandem rationem habentem, text. eſt in l.cùm mulier.ff.ſolut.mat.& ibi d. Alex. ad hoc multum not.illum tex.pro limitatione iurium, quæ dicunt, ꝙ in pœnalib.non eſt licita extenſio ex identitate rationis, limitantur niſi lex pœnalis habeat rationem expreſſam, vel quę habeatur pro expreſſa. Ad idem tex.in c.1.§.porrò.quæ fue.pri. cauſa beneficij amit.& ibi Bal.in 2.col.ad hoc not.illum tex.& dicit eſſe meliorem de iure ad hoc.Facit tex.in l.famoſi.§.pen.in verb.vel ad exemplũ.legis.ff.ad leg.Iul.maieſt.glo. in c.1. in gl. fin. in verbo priuare.& ibi do.Abb.in pen.col.de poſtu.præla.& glo.in l.1.in
17 gl.1.C.quæ res expor.non debent.¶†Tertiò moueor, quia conſtitutio pœnalis extẽditur de ſtricta ſignificatione vocabuli ad latam.ita no.Gem.in c.2.§.2.per glo.ibi in verſi. beneficium.de hære.in 6.ergo dato, ꝙ iſta materia eſſet pœnalis, extenderetur ad fideicom. qui ſaltem largo modo venit appellatione hæredis, vt dixi in §.de illo.s̃.ead.l.tamen huic de directo refragatur ſecundum fundamentum, quod adducunt Mod.Senen. ¶Tenendo communem opin.non obſt.dum dicebatur, ꝙ præſuppoſita, quæ facit text.in d.§.ſi verò non fecerint, non poſſunt adaptari fideicom.vniuerſali, quia dico, ꝙ ille text.duo decidit, ſcilicet, ꝙ hæres qui non facit inuentarium, teneatur vltra vires hæreditatis, & iſtud cõuenit etiam fideicom. vniuerſali, per rationem aſſignatam in d.§.ſancimus.aliud, ꝙ hæres non faciẽs inuentarium perdit falcidiam, & illud verum eſt, ꝙ hæres non conuenit cum fideicommiſſario, ſed non repugnat, quin aliud locum habeat, & ſic in hærede non conficiente inuentarium eſt duplex pœna.ſ.amiſſionis lucri, & ſic detractionis falcidiæ. Item ꝙ teneatur vltra vires hæreditarias. In fideicommiſſario non conficiente inuentarium eſt ſolum pœna, ꝙ teneatur legatarijs vltra vires hæreditarias. Et ita habes hunc articulum plenè diſcuſſum, & per iſta remanet expeditus iſte.§.

ADDITIO.

a † Hæres. Adde, quæ ſcribit Cate.verſic.confeſſio partis, & verſic.inuentarij confectio. Quo autem remedio prouideatur hæredi, ne creditoribus vltra vires hæreditarias obligetur, vide Dilec.de arte teſta.tit.11.cautel.8.Cæpol. cautel. ſeptima. MASVER.

*SVMMARIVM.*

1 *Teſtator de iure Digeſtorum non poterat prohibere detractionem Falcidiæ, nec Trebellianicæ, & nu.4.*
2 *Fideicommiſſarius vniuerſalis non detrahit Falcidiam de legatis relictis in teſtamento militis.*
3 *Hæres etiam directus non detrahit Falcidiam in teſtam. militis.*
5 *Priuilegium militum non debet intelligi cum damno tertij.nu.6.*
6 *In teſtamentis militum debet ſeruari merum ius gentium.*
*Hæres adeundo dicitur cum creditoribus hæreditarijs quaſi contrahere.*
7 *Hæres militis non tenetur etiam creditoribus hæreditarijs vltra vires hæreditatis.*
8 *Fideicommiſſarius vniuerſalis licèt loco hæredis habeatur, & in eius locum ſuccedat, tamen non poteſt Falcidiam, & Trebellianicam detrahere.*
9 *Fideicom. vniuerſalis detrahit Falcidiam à legatarijs, ſi hæres volens facere gratiam fideicom.non detraxit.*
*Teſtator non poteſt prohibere Falcidiam.*
10 *Neceſſitas non habet meritum, ſed voluntas.*
11 *Hæres ſcienter reſtituens totam hæreditatem abſque detractione quartæ, in dubio præſumitur voluiſſe facere liberalitatem fideicommiſſario. Ipſe tenet contra communem.*
12 *Hæres, qui non detrahit quartam, videtur facere, non quia donet fideicommiſſario, ſed ratione pietatis, vt plenius ſatisfaciat voluntati teſtatoris.*
13 *Donatio non præſumitur, vbi alia præſumptio ſumi poteſt, vel alia leuis occaſio, vel coniectura.*
14 *Fideicommiſſarius vniuerſalis primus detrahit Falcidiam à legatarijs, quando hæres coactè adiuit, non tamen quartam à ſecundo fideicommiſſario.*
15 *Fideicommiſſarius vniuerſalis primus non detrahit Falcidiam de legatis ab ipſo fideicommiſſario relictis.*
16 *Fideicommiſſarius primus detrahit à ſecundo quartam, ſi ſecundum fideicom. ſit ab hærede, & non à primo fideicom.*

1 §.Denique. † Licèt Falcidia non detrahatur, tñ non tenetur quis ad legata vltra vires hæreditarias. Item fideicom. non detrahit quartam, niſi hæres liberalitatem in eum exercuerit.h.d. vſq; ad §.ſed ſi.quadringenta in verſic.inde Neratius. Hæres fuit rogatus reſtituere totam hæreditatem non detracta aliqua Falcidia, ideſt Trebel. certè hæres nō tenebatur parere huic præcepto teſtatoris, quia hæres poteſt quartam detrahere cõtra voluntatem teſtatoris.l. Titia.

Titia.in fi. ſ. ad leg.Fal.quia teſtator hoc iure non poterat prohibere detractionem Falc.nec Treb.l.quod de bonis. §.fin.ff.ad leg. Fal.glo.& Bar.hic,tamen hæres ſponte paruit præcepto teſtatoris,& reſtituit totam hæreditatẽ quarta non detracta, certè ſi hoc fecit,vt liberalitatem exerceret in primum fideicom. & ſic vt ſibi donaret, ipſe poterit detrahere à ſecundo fideicõ. quia licet hæres fuerit vſus erga eum liberalitate, ipſe tamẽ nõ tenetur ea vti erga alium. Sicut ècontra , licèt quis ab alio patiatur iniuriam,non tamen per hoc alteri debet eſſe iniurioſus, vt inquit gl.no.in l.ſi te.in gl.fi.& ibi Bald. & Saly. no.C.de iure delib.¶Not.j.ex tex.ibi,nec tamen quartam retinere fideicom.
2 permittitur , † ꝙ fideicom.vniuerſalis non detrahit Falcidiam de legatis relictis in teſtamento militis. Sed aduerte,quia iſtud videtur omnino indubitatum, duplici ratione. Prima, quia ſi fideicommiſſarius vniuerſalis non detrahit Falcidiam in teſtamento pagani, vt eſt tex. in §. præcedenti.ergo longè minus in teſtamento militis. Secunda ratio,& fortior,quia imò ēt hęres directus non detrahit Falcidiam in teſtamento militis.l.in teſtamento.ſecunda.C.de teſt.mili.& in l.teſtamento. C.ad leg.Falc. & tamen hæres benè detraheret in teſtamento pagani. Si ergo hæres in teſtam.mili. non detrahit Fal.ergo indubitatũ videtur de fideicommiſſario vniuerſali,vt dicam.ȷ̃.in 2.no.dic ꝙ dubitatio huius.§.non erat ſuper hoc, ſed erat an ſicut in teſtamento milit.non detrahebatur Falcidia,ita etiam fauore militũ hæres, & fideicommiſſarius vniuerſalis teneretur inſolidum legatarijs vltra vires hæreditatis.Iſtud erat,de quo principaliter du-
3 bitabatur in hoc tex. & deciditur, ꝙ non. † Ratio,quia priuilegia militum non debẽt intelligi cum damno tertij. l. cùm filius §.fi.ff.de teſta.mili.& l.impuberi filio.ff.de admi.tu.ſed pro certo mirandum videtur, cùm Falcidia , & Treb. ſint inductæ ad conſeruationem teſtamentorum,vt Inſt.ad leg. Fal. in prin.ꝗa aliàs hæredes inſtituti , qui nihil eſſent detracturi de hæreditate, nunquam adirent hęreditates,& ſic teſtamenta deſtituerentur. l.ſi nemo.ff.de teſta.tute.& l.eam quam. C. de fideicom.ſed cũ hæredes ſint habituri ſaltem quartam Falcidiam , aut quartam
4 Treb.propter eam inuitantur ad adeundũ hæreditatem. †Hinc eſt, ꝙ teſtator non poterat olim etiam expreſſe prohibere . d.l. quod de bonis.§.fi.& l.Seius & Augerius.ff.ad l.Falc.cùm ergo detractio Fal.& Treb.ſint inductæ fauore teſtatorum, & fauore teſtamentorum,vt effectum habeant,ergo videretur,ꝙ tanquam fauorabiles deberent etiam habere locum in teſtamento milit. cùm omnes leges fauorabiles habeant locum in teſtamento mili.l.ſi Ruffinus. & l.captatorias.C.de teſtamen.mili. ¶Aduerte,ꝙ iſta difficultas ceſſat in fideicõ. vniuerſali, de quo loquitur iſte. §. cùm iam hæres directus adiuerit, & reſtituerit hæreditatem, ſed militat in hærede, qui cum non poſſit detrahere Fal. nec Treb. in teſt. mili. non adibit eius hæreditatem, ex ea nihil commodi percepturus, & iſto modo teſtamenta militum deſtituentur,& annullabuntur,quod vr̃ inconueniens Iſtã difficultatem mouet ſolus d.Chriſt. Por.Inſt.ad l.Fal.in princ.in j.& ij.col. vbi refert ſe mouiſſe iſtam difficultatem in quodam publico examine cuiuſdam ſcholaris, & ꝙ ſibi dabantur duæ ſol.ipſe poſteà dat tertiam . In primis reſpondebatur , ꝙ lex reputat eſſe fauorabile militibus , ꝙ voluntates militum ad vnguem ſine vlla detractione conſeruentur.l.milites ſi teſtamentum.ff.de teſt. mili.ſed ꝙ hæredes non adeant hæreditatem militum, eo quia non poſſunt aliquam quartam detrahere, iſtud eſſet damnoſum militib. ergo nõ debet procedere, ſed iſta ſol. non eneruat difficultatem in aliquo.¶ Secundò reſpondebat, ꝙ hæredes fauore militum inducentur ad adeundum,& ad ſatisfaciendum plenè legatarijs, quamuis quartã non detrahant, ex quo damnum non habent , & faciunt commodum legatarijs, quia illud, quod tibi non nocet, & alteri prodeſt,facile debes concedere.l.ij.§.item Varus.ff.de aqua plu.arcen.Sed ſi iſta ratio eſſet vera, idem deberet eſſe in teſtamento pagani. ipſe d. Chriſt.dat tertiam ſol. & quidem ſubtilem . Et dicit ſe putare, ꝙ ex quo lex diſponit,ꝙ in teſtamẽto mili.ceſſat Falc.& Treb. debet intelligi, ꝙ hæres inuitus poſſit cogi adire fauore militũ, & ſic ꝙ lex mandauerit iudicibus, ꝙ compellant hæredes inuitos adire,argumento eorum quæ habentur in l. quidam conſulebant.ff.de re iudi.¶Confirmo vltra eum iſtam ſol.do.Chriſt.
5 †quia cùm in teſtamentis militum debeat attẽdi,& ſeruari merum iuſgentium circumſcriptis ſubtilitatibus iuris ciuilis,vt inquit tex.in l.j.ff.de teſta.mili.& lex ſtatuerit, ꝙ in teſta.mili.non detrahatur Fal. nec Treb.ad hoc vt voluntas militis pleniorem effectum ſortiatur.l.ſi ſponſus. §. ſi quis rogatus.ff.de donat.inter vir.& vxor.l.pater.ff.de his quæ in frau. credi.in neceſſarium antecedẽs intelligitur ſtatuiſſe , ꝙ hæres inuitus poſſit cogi adire,quamuis nullum commodum reportaturus fauore militũ, quia lex quæ voluit conſequens, intelligitur voluiſſe omne neceſſarium antecedens ad illud.ff.de acquir.hær.l.ad rem.& l.ad legatum. ff. de procu.ſic etiam videmus,ꝙ hæres inuitus cogitur per Senatuſcon. Treb.ad inſtãtiam fideicommiſſarij adire, & reſtituere,vt hoc ti.& §. reſtituta.& §. ſed quia ſtipulationes. Inſt.de fideicom. hær. ita etiam in propoſito hæres inuitus cogetur per l.adire fauore militũ. Iſta ſol.licèt colorata,mihi non
6 placet, †quia priuilegium militis nunquam debet intelligi, vel interpretari in damnum,vel in præiudicium tertij. d.l.cũ filius. §.fi.& d.l.impuberi filio,qđ eſſet, ſi hęres inuitus cogeretur ſine emolumento aliquo adire hæreditatem militis, & ſe illaqueare oneribus hæreditarijs. ¶Ego aliàs reſpondebam in d.l.in teſta-
7 mento.2.C.de teſt.mili.& adhuc ita reſpondeo,†ꝙ in alio hære de ſi adeat, tenetur inſolidum creditoribus hæreditarijs etiam vltra vires hæreditarias de ſuo proprio ſoluere , quia adeundo dr̃ cum eis quaſi contrahere.l.ex maleficijs. §. hæres.ff.de actio. & oblig.ideo ꝓp iſtud periculum nemo vnquã adiret heredita tem,niſi ſaltem ſperaret lucrum Falcidiæ , aut Treb.ſed in hærede militis iſtud eſt ſingulare ,ꝙ vltra vires hæreditatis non teneatur nedum legatarijs, ſed nec etiã creditoribus, vt vult tex. in d.l.in teſtamento. 2. in verſ. ſanè. & ibi expreſsè Pau.de Caſt. quicquid ibi teneat gl. Ratio eſt ſecundum Pau.de Caſt. ibi,ꝗa priuilegium militis non debet eſſe alteri nociuum , vt dixi, ſed ſi hæres militis teneretur de ſuo ſoluere creditoribus,& legatarijs vltra vires hæreditatis, damnificaretur , qđ eſſe non debet. ¶Secũda poteſt eſſe ratio, quia qui in vno grauatur, in alio debet alleuiari.l.eum qui.in prin. ff.de iureiuran. cùm ergo hæres militis grauetur,vt non poſſit detrahere Fal. nec Treb. certè in alio alleuiatur, vt non teneatur neq; creditoribus neq; legatarijs vltra vires hæreditatis . Et ad hoc etiã bene facit tex. hic. cũ ergo hæres militis in nullo ſit paſſurus damnum , nimirum ſi poteſt cogi inuitus adire,ſicut videmus in hærede grauato reſtituere,qui per diſpoſitionem Senatuſcon.Trebel.poteſt inuitus cogi adire,ex quo nullum eſt incommodum habiturus. l.quia
8 poterat.ȷ̃.eo.¶Secundò diligenter no.ex eo.tex.†ꝙ licèt fideicõ miſſarius vniuerſalis habeatur loco hæredis.l.ſi filius.§.j.ff.quod cum eo.& in locum hæredis ſuccedat. l.qui quadringẽta. & ibi Bar.ad hoc no.ȷ̃.eo. & leges loquentes de hærede habeant locũ in fideic.vt no.Bar.in §.de illo.per illum tex.vbi dixi.ſ.ea.l.tamẽ licèt hæres poſſit detrahere Fal.& Treb.tamen fideic. vniuerſalis detrahere non poteſt,vt hic,& in §. præcedenti . ¶Ratio põt eſſe duplex . Prima, quia ad hoc vt quis poſſit detrahere Falc. vel Treb.neceſſe eſt,vt grauetur vt hæres.l.mulier.§. fi.ȷ̃.eo. Secunda ratio, quia Falcidia fuit inuenta, vt per eius detractionẽ hæredes inuitarentur ad adeundum. vt Inſt.ad leg. Fal. in prin. quæ ratio ceſſat in fideicom.vniuerſali cum iam ſit adita hæreditas per hæredem directum,vt dicit tex.in l.ſi patroni.§.qui fideicõ.ȷ̃.eod. Item primus fideicom.reſtituendo ſecundo, omnia transfert in eum.l.ex aſſe.ȷ̃.eo. nimirum ſi tunc nihil retinet. ¶Iſta regula limitatur in gl. mag. duob. mod. quos ibi videas.
9 ¶†Tertiò not.ex hoc text. ꝙ ſi hæres non detrahit Falcidiam à legatarijs volens facere gratiam fideicõ. vniuerſali, tunc fideic. detrahit à legatarijs ex perſona hæredis, qui vr̃ ſibi donaſſe , & ex hoc correlariè no. ex tex. ꝙ teſtator nõ poteſt prohibere de-
a tractionem Fal. [a] vt etiam dicit gl.mag.hic. Aliàs ſi poſſet prohibere, non appellaretur liberalitas hæredis, quia in neceſſitatibus nemo liberalis exiſtit.l.rem legatam. in fi. ff. de adi.leg.& l.ſi
10 ſeruo.& ibi Ang. no.ff.de hære. inſt. neceſſitas † enim nõ habet meritum, ſed voluntas, ſ̃m Bal.in l.ex placito.in 3. col. C.de re. permu. ¶Gl.mag.in verb.ſecundo quartam.timore contrarij.l. pœnales.§.fi.ff.ad l.Fal.ponit diſtinctionem,an & qñ fideic. vniuerſalis,de quo loquitur iſte tex. detrahat Falcidiam . Secundò ponit,quid in legatario,vel ſingulari fideic. de quo loquitur cõtrariũ. Tertiò declarat, de quibus relictis non detrahat fideicõ. vniuerſalis.Secunda ibi,ſingularis verò. Tertia ibi,item nota ꝙ vniuerſalis.& tangitur etiam per glo.ſ.in verbo permittitur. & quia diſtinctio gl.ſ̃m Bar.non videtur eſſe perfecta,ideo Barto. ponit pleniorem, & notabiliorem doctrinam . An & quando fideicommiſſarius poſſit quartam detrahere,vt hic per eum,&
11 eſt ſatis intricata materia.¶†Adde inquantum gl.Bar.*& communiter Doc.*tenent,ꝙ hæres ſcienter reſtituens totam hæreditatem
* abſque detractione quartæ,in dubio præſumitur voluiſſe exercere liberalitatem in fideicom.& ſic ei donare,per regulam legis,cuius per errorem.ff.de reg.iur.& l.j.ff.de cond. indeb. & ita etiam tenet Ang. in §. ſi verò expreſſim . in 7. colum. in Auth. de

ADDITIO.

a † Falcidiæ. Adde ꝙ contrarium ſcribit Neuiz. conſi. 2 . nume. 33. vbi ponit limit.& vide quæ no. Guid. Pa. q. 537. Deci. conſi. 495. nume. 23. Boer. q. 44. num. 32. & ꝙ poſſit in totum Falcidia prohiberi per teſtatorem, ponit Rol.conſi. 65. num.26.lib. 1. qua in materia plura congerit Nat. conſi. 297. colum. 4. MASVER.

de hæred. & Fal.collat.j.¶Subtilis Raph.Cu.tenet contra iſtam
communem opi. & benè, per duo fundamenta. Primò p iſtũ
tex.qui ponit regulam,& exceptionem, ergo quãdo ſumus in
dubio,debemus inhærere regulæ,vt eſt gl.in l. omnis diffinitio.
ff.de re.iur. Tu ſtringe fortius iſtum tex.;quia ſi hæres reſtituens
ſine detractione quartæ,in dubio ſemper intelligeretur exerce-
re liberalitatem,& ſic donare, ergo ſemper in dubio fideicom.
poſſet quartam detrahere,ergo malè poſita eſſet hęc regula ne
gatiua ad oppoſitũ. ¶Secundò,& fortius mouetur Raph. Cu.
12 †quia hęres,qui non detrahit quartam,vr̃ facere,non quia do-
net fideicommiſſario,ſed vt plenius voluntatem defuncti ex to
to exequatur,nihil detrahendo de legatis. l. ſi ſponſus. §.pen.ff.
de don.inter vir.& vxo.l.patrem.ff.de his,quæ in fraud. cred. &
l.j.C.ad leg.Fal.in ver.quo pleniorem fidem exhiberes.ergo nõ
debet præſumi facere animo donandi huic fideicommiſſario,
ſed ratione pietatis,vt plenius ſatisfaciat volũtati teſtatoris. Tu
13 ſtringe fortius iſtud fundamentum, †quia quandocunque po
teſt capi alia cauſa, vel præſumptio, nunquam debet præſumi
donatio.l.ſi cùm aurum.& ibi Bar. ff. de ſol.ergo cùm hic poſ-
ſit capi alia præſumptio, vt hæres plenius voluntatem teſtato-
ris exequatur,ergo non debet capi præſumptio donationis, &
iſtud ineuitabiliter ſtringit contra glo.Bar. & communem ſen-
tentiam : imò vbi cadit alia etiam leuis occaſio, vel coniectu-
ra,ibi nunquam præſumitur donatio,ſm Bal. in l.j. C.ad Treb.
imò fortius ad excludendum præſumptionem donationis, q̃
præſumitur in ſoluente ſcienter indebitũ, ſufficit quęlibet alia
præſumptio,etiam ſi capiendo illam aliã præſumptionẽ actus
ſit inualidus, & inefficax in effectu. ita ſubtiliter colligitur,ex
textu,iuncto no.per Barto.in l.ſi non ſortem.§.ſi quis falsò.ff.de
cond.indeb.Et ita in ſpecie colligit Are. in l.à Titio.in pen. col.
in fin.ff.de verb.obl. & iſta opi.contra communem vr̃ mihi ve-
rior per prædicta, & eſt magis de mente huius text.qui excipit
ſolùm vnum caſum,quando hæres voluit liberalitatẽ ad prio-
rem tm̃ fideicom.pertinere,& non ad legatarios,& ſic quando
ſumus in caſu claro,& non in dubio,& iſta eſt veritas. Secũdò
14 principaliter adde inquantum Bar.conſtituit differentiam,†qñ
hæres coactus adijt,ꝙ primus fideicom. tunc benè detrahit Fal
cidiam à legatarijs.l.Marcellus.in prin.in ver.ꝙ ſi ſuſpecta.j̃.eo.
Et rationem aſſignat text. ibi, quia iniquiſſimum vr̃ legatarios
plus ferre ex eo, ꝙ ſuſpecta ſit hæreditas, quàm laturi eſſent ſi
ſponte adita fuiſſet.Alia etiam poteſt eſſe ratio,quia pp diligẽ-
tiam primi fideicom.hęres perdidit quartam, & ſic primus fi-
deicom.qui compulit hæredem inuitum adire, lucratur quar-
tam,quam hæres potuiſſet detrahere de legatis ab ipſo hęrede,
vel ſimpliciter relictis. Sed iſto eodem caſu qñ hæres coactus
adijt,tunc primus fideicom.non detrahit Trebel. à ſecundo fi-
deicom.vniuerſali.l.ſi patroni.§.qui fideicom.j̃.eod.& ſic ſecun
dum Bar.in hoc differt ſecundus fideicom.vniuerſalis à legata-
rijs,à quibus primus fideic.benè detrahit,ſed non detrahit à ſe-
cundo fideicom.vniuerſali. ¶Tu aduerte,ꝙ tex.in d.l.ſi patro-
ni.§.qui fideicom.aſſignat rationem diuerſitatis, quare primus
fideicom.detrahit à legatarijs Falcidiam,eo quia eam detrahit
ex perſona hæredis,eo quia legata erant relicta ab hærede, vel
15 ſimpliciter. ¶ † Hinc ſequitur, ꝙ primus fideicom.non poſſet
detrahere Falcidiam de legatis ab ipſo fideicom. relictis, eo q̃a
tunc detraheret ex ſua propria perſona, quod facere non põt,
prout etiam tenet glo. magna hic in fi.& ſimpliciter Pa. de Ca.
hic. Cùm ergo ſecundum fideicommiſſum vniuerſale ſit reli-
ctum à primò fideicommiſſario, ergo ſequitur, ꝙ non põt ab
eo detrahere quartam, quia tnnc ex ſua propria perſona detra
16 heret,quod non permittitur.¶†Hinc correlariè infertur, ꝙ ſi ſe
cundum fideicommiſſum fieret ab hærede, & non à primo fi-
deicommiſſario, tunc ex quo primus fideicommiſſarius reſti-
tueret ſecundo ex perſona hæredis, tunc benè quartam detra-
heret, vt ibi eſt tex.& facit ratio,quia cùm tunc hæres, qui coa-
ctus adijt,per talem coactionem perdiderit quartam,certè illa
quarta applicatur primo fideicommiſſario, qui per ſuam dili-
gentiam fecit hęredem quartam perdere : ideo ne ſua diligen-
tia alteri proſit,poteſt pro tunc eam detrahere aduerſus ſecun
dum fideicom.& ſic ex iſtis pondera,ꝙ non eſt verum illud,qđ
dicit Bar.ꝙ ſit differentia,quando hæres coactus adijt inter ſecũ
dum fideicom.vniuerſalem,& legatarios,imò non eſt differẽ-
tia data paritate terminorum. & ita etiã tenet Io. de Imo. hic,
licèt prædicta non ponat.& ita vt puto habes expeditum hunc
ſubtilem.§.

*S V M M A R I V M.*

1 *Hæres grauatus reſtituere dimidiam hæreditatis retenta alia dimidia,te netur ad legata pro rata parte hæreditaria,quatenus habet vltra quartam.*

2 *Hæres grauatus quando aliquid retinet ſub nomine quantitatis vel ſummæ,tenetur legatarijs in ſubſidium, quando portio fideicommiſſarij non ſufficeret.*

3 *Hæres grauatus tenetur ad legata,& non fideicommiſſarius, quando legata fuerunt nominatim ab hærede relicta.*

4 *Hæres grauatus reſtituere hæreditatem deductis centum,quæ ad quartã ſufficiunt,non tenetur legatarijs,ſed legatarij totum habebunt à fideicommiſſario.*

5 *Fideicommiſſarius vniuerſalis detrahit quartam de legatis,quando hæres coactus adijt.*

6 *Hæres grauatus de reſtituẽdo hæreditatem retenta certa re vel ſumma, an teneatur creditoribus,& legatarijs, an fideicommiſſarijs.*

1 §. Sed ſi quadringenta. †Hæres a-
pud quem
remanet dimidia hæreditatis ſub nomine quotæ, conuenitur
ad legata in eo,quod habet vltra quartam. Secus ſi apud eum
remaneat id ſolùm, quod ad quartam ſufficit.hoc dicit vſque
ad finem legis. ¶Not. j. ꝙ hæres grauatus reſtituere dimidiam
hæreditatis retenta alia dimidia,& ſic retenta quota hæredita-
ria, tenetur ad legata pro rata parte hæreditaria,quatenus hẽt
vltra quartam,eo quia quarta hæredis eſt exempta ab onere le
gatorum,& in illa quarta hæres grauari non poteſt. l.Titia.in fi.
2 & l.quod de bonis.§.fin.& l.Seius & Augerius.s̃.ad leg.Fal.†Se-
cus autem,quando hæres grauatus retinet aliquid ſub nomine
quantitatis,vel ſummæ, tunc non tenetur ad legata niſi ex æq̃-
tate,& in ſubſidium, quãdo portio fideicom.non ſufficeret.§.
ſi is qui quadringenta.s̃.ea.l.Ratio, quia tunc hr̃ loco legatarij,
3 §.ſi quis vna.Inſt.de fideicom.hæred.& hic in gl.¶†Item limita
iſtum tex.niſi legata fuerint nominatim relicta ab hærede,quia
tunc hæres,& non fideicom. tenetur. l. poſt emancipationem.
in princ.ff.de leg. 3.quam allega.Raph.Cu.hic,licèt ſuper ea du
bitet.& l.Marcellus.in prin.ſm communem lect.j̃.eod. & p gl.
4 mag.in l.ſeq.¶Secundò no.in §.idem Iulianus,†ꝙ hæres graua
tus reſtituere hæreditatem deductis centum, quæ ad quartam
ſufficiant,non tenetur legatarijs,ſed legatarij habebunt integra
triginta à fideicommiſſario,penes quem nihil remanet. ¶Con
tra iſtud vltimum,ꝙ primò fideicom. vniuerſalis poſſit quar-
tam Fal.deducere de legatis,videtur eſſe text. & eſt in l.prox.in
ver.itaque. Ad hoc reſpondet Bart. in l.Marcellus. in prin. in 2.
opp.j̃.eo.ꝙ iſte tex.loquitur,quando teſtator iuſſit hæredem re
ſtituere hæreditatem deducta certa quantitate, ex qua vr̃ velle
hæredem non teneri ad legata d.§.ſi quis vna.ideo à fideic. au-
fertur totum,quia fideicom.ex perſona propria non põt dedu
cere Falc.de legatis.§.denique.& §.ſi is qui quadringenta. s̃.ea.l.
nec etiam tunc ex perſona hæredis poteſt deducere,quia hęres
ipſe ſibi retinuit quartam, ſed in l. ſeq. hæres fuit rogatus reſti-
tuere ſimpliciter hæreditatem.¶Alio,& ſecundo modo reſpõ
5 det Io.de Imo.in d.l.Marcellus.in prin.†ꝙ tex.j̃.l.proxim.loqui
tur,quando hæres coactus adijt, vnde commodum deducen-
di quartam de legatis tranſit ex perſona hæredis in fideicom.vt
eſt tex.in d.l.Marcellus.in prin.ver.ꝙ ſi ſuſpecta.& glo.in §.prę-
cedenti.& ibi Bar.hic autem hæres ſponte adijt,& ſuam partẽ,
quæ eſt centum,habuit, quæ teſtator iuſſit eum habere de tota
hæreditate,& ſequitur ſimpliciter do. Alex. hic ad fi. ¶ Tu ad-
uerte vltrà Scribentes,ꝙ iſte tex. in fi.ſolùm dicit legatorum a-
ctiones in fideicom.dari,& non contra hæredẽ pro aliqua par-
te.Et ſic ſolùm decidit iſte text. contra quem debeant legatarij
agere,non autem decidit,an legatarij quadringenta legata con
ſequentur integra abſque aliqua detractione, vel non. de hoc
nihil decidit iſte tex. ergo non eſt in contrarium ad legem ſe-
quentem,& propterea glo.fi.mag.addit ad text.ꝙ conſequen-
tur legata.ſ.tota,per l.fi.C.eod.¶Capio gl. fi.in verbo legatorũ.
quam diuide in 3.par.princ. In j.declarat text. In 2. opponit,&
dupliciter ſoluit.In 3.glo.ponit diſtin.Secunda eſt ibi, ſed cõtra
C.eod. Tertia ibi,dic ergo breuiter. In ea. gl.ibi,ſed dic illud re-
ferri ad creditores,non ad legatarios.ita etiam reſidet gl.j̃.in di-
ſtin.& gl.in l.contraria.& licet Bart.hic videatur tranſire cũ iſta
ſolut. tamen iſta prima ſolut. eſt falſa ad iſtum text. & quia lex
contraria expreſsè loquitur etiam in legatarijs,ibi, ſeu legatorũ
præſtationem.& ibi Bart.meritò reprobat iſtam ſolut. ¶ Item
quantum ad iſtum text.eſt falſa,quia creditoribus hoc caſu hę
res non tenetur.§.ſi quis vna.Inſt.de fideicom.hæredi.& §. ſi hæ
res percepto.s̃.ea.l.vnde teneas ſecundam ſol. gl. quam omnes
ſequuntur.& dicit Bar.in l.contraria.ꝙ iſta 2.ſol. non ſolùm eſt
bona,imò eſt neceſſaria.¶In 3.par.prin.glo.ponit diſtin. quæ ſe
6 cundum Bar.eſt ſatis perfecta.†An legatarij, vel creditores agãt
contra hæredem grauatum de reſtituendo retenta certa re, vel
ſumma,an verò agant contra fideicom. vniuerſalem; & quo-
modo, & glo. conſiderat duos caſus prin.aut hæres retinet illã
rem, vel ſummam ſub nomine quantitatis,dato ꝙ capiat dimi
diam

diam hæreditatis,& tunc non tenetur legatarijs nisi de æquitate in subsidium,quando portio fideicom.non sufficit,& quatenus habet vltra quartam. ita loquitur tex.in §.si is,qui quadringenta.s.ea.l.vbi apud hæredem remanent ducentum sicut hic, & sic dimidia hereditatis , & tamen ibi non datur actio pro dimidia contra hæredem , eo quia eam non habet sub nomine quotæ,& sic sub nomine dimidiæ hæreditatis, sicut habet hic. Sed habet sub nomine quantitatis,vel summę,vt etiam hic dicit gl.intellige verum respectu legatariorum . Creditores autē, qui tractant de damno.l.fi.§.licentia. de iure delib.possunt conuenire hæredem etiam si non habeat vltra quartam,eo quia ęs alienum præfertur illi quartæ, quæ non detrahitur nisi eo deducto.l.in imponenda.& l.irritum.C.ad l.Fal.¶Secundum casum considerat gl.quando hæreditas est adita per hæredem,sed nōdum restituta fideic. vniuersali , & tunc tenet, ꝙ teneatur non solùm creditoribus,sed etiam legatarijs. contrarium in hoc vltimo tenet gl.in l.Marcellus.in prin.in gl.4.in verb.onus.j.eod. vbi gl.tenet,ꝙ tunc creditores bene agunt cōtra hæredem, sed non legatarij , quasi testator videatur voluisse legata præstari à fideicom.tantum,per l.fi.C. eo. quæ tamen loquitur facta restitutione. *Communiter tenetur* ista glo.secūdum Bar.& Doc.hic,& ibi Bald.& alij in l.fi.C.eo. ¶Intellige nisi hæres coactus adijsset, tunc habet excep.ante restitutionem,vt l.postulante.in princ.j. eo.nisi actiones essent tempore perituræ , & fideic. esset absens, tunc adhuc compellitur hæres,qui coactus adiit,suscipere iudicium vsque ad lit. contes. & sic vsq; quo actiones perpetuentur,vt est tex.in l.cùm hereditas ex Treb.& ibi glo.& no. Bar. j. eod.Et ita remanet expedita tota ista il.

*SVMMARIVM.*

1 *Fideicommissarius vniuersalis detrahit quartam de legatis ex persona hæredis,quando hæres coactus adijt.*
2 *Ratio legis est, quæ regulat ipsam legem , & est sicut anima , & spiritus legis.*
3 *Hæres non contribuit cum legatarijs id,quod iussus est retinere, licèt legata cum fideicom.vniuersali contribuantur , & ibi rationem ponit.*
4 *Heres in quarta prefertur legatarijs, & fideicommissario.*
5 *Legata particularia simpliciter relicta in computatione falcidiæ contribuuntur cum fideicommissario vniuersali, quod ęstimatur quantum superest in hereditate deductis legatis .*
*Fideicommissarius vniuersalis non tenetur in plus legatarijs , quàm teneretur heres,si spontè adijsset.*
6 *Hereditas transit in fideicommissarium vniuersalem cum onere legatorum , item creditorum , intellige , quando legata fuerunt relicta simpliciter.*
7 *Heres restituendo hereditatem,videtur ponere fideicommissarium in locum suum.*
*Clausula ponens eum in locum suum , importat cessionem iurium , & translationem vtilium actionum , & constitutionem procuratoris in rem suam.*
8 *Clausula,facias de rebus meis prout uis, quid importet .*
9 *Quartam,quam heres perdit per coactam aditionem , quòd prosit tantum fideicommissario vniuersali, cuius lucro cedit, non autem legatarijs particularibus .*
*Legatarij particulares non possunt cogere heredem adire , sed fideicommissarius vniuersalis sic.*
10 *Ius accrescendi non habet locum inter fideicommissarium vniuersalem, & legatarios.*

LEX II.

Qvi quadringenta. Ista l.secūdum Bart. consueuit reputari horribilis , tamen in veritate nō est, si ordinatè legatur secūdum eum . sed certè ista l.videtur horribilis,& intricata,& in tex.& in gl. mag. & similiter.l.sequens Marcellus.in prin.& ita sunt, tamen spero satis claras reddere. ¶Duo principalia sunt, quę videntur istas duas leges horribiles reddere. Primo,quia ista l.videtur sibiipsi de directo contrariari. nam primò vult,ꝙ Titius legatarius debeat habere tota triginta sibi legata . ibi, dicendum est tota triginta te dare Titio debere . & ibi,perfunctis omnibus hęreditarijs muneribus.i.post legatorum dationem.Postea in ver.itaq;. decidit totum contrarium. s. quòd Titius legatarius de triginta sibi legatis non debet habere nisi ducentum vigintiquinque,& fideic. debet habere lxxv. vltra centum,quę restabant.Et sic primò dicit tota triginta debere restitui, posteà dicit, quòd debent defalcari,& tamen ver.itaq;.infert ex immediatè pręcedētibus. ¶Timore huius cōtrarietatis tex.istius l.variatur in intellectu,& legitur altero dequatuor modis . Ego posteà ponam quintum meum intellectum. Primo modo legitur, ꝙ ver.itaq;.corrigat pręcedentia, & sic quòd Celsus seipsum corrigat . Iste intellectus ponitur in gl.in verbo pręsumptum,& in gl.in ver.itaque. Truffa est, quia vitanda est correctio,iuribus vulgaribus . Item & fortius,quia non est pręsumendum, ꝙ Iuriscon. incontinēti seipsum correxerit.l.non ad ea.s.de cond. & demō. ¶Secundo modo legit gl.in verb.itaq;. quòd Iuriscō. dubitans posuit istas duas opi.contrarias recitando,& nullam earum elegit, nesciēs quam eligere. Similiter truffa est,cùm Iuriscon. certitudinariè loquatur. In Iuriscō.non est præsumenda iuris imperitia.l.2.§. Seruius aūt Sulpicius. s. de orig. iur. ¶ Tertio modo intelligit Dyn.quòd primum dictum procedat respectu personę fideic. qui non potest Falcidiam detrahere,vt l.j.§.deniq;.& §.si is,qui quadringenta.s.eo.Secundum dictum in versi.ita, procedit inspecta persona heredis,qui potest Falc. detrahere, & ex eius persona similiter potest fideicom.Sed nec iste tertius intellectus sapit,quia esset imponere legem verbis,& non rebus, contra l.2. in fi.cum vulgaribus.C.commu.de lega.¶Quarto modo legitur secundum Io.de Are.quem Bart. Ang.Saly. Imo.& cęteri Mod. sequuntur . Et ista est communis lectura, quòd primum dictum loquatur inspecta.l.12.tab.de volūtate testatoris , nam secundum l.12.tab.testator poterat vniuersam substantiā particulariter legare,nec heres poterat legata defalcare. l.verbis legis. 12.tab.j.de verb.sign.& Inst.ad leg.Fal.in prin. & sic voluntas testatoris plenè adimplebatur,qui non pręsumitur voluisse, quòd aliqua detractio per Falc.vel Treb.fiat. sed totum,quod legauit,perueniat ad legatarios,vel fideic.l.Titia.in fi.s. ad l.Fal. Et hoc respectu legatarius debet habere tota triginta sibi legata.Sed ver.itaq;.loquitur inspecta leg.Fal.secundum quam defalcatur quarta pars de triginta, & sic 75. quia ex quatuor vicibus. 75. fiunt 300. ¶ Iste communis intellectus mihi nullatenus placet,nec est de mente huius literę,quia tex. s. de l.12.tab. verbum nullum ponit.¶Secundò,& fortius,quia cū l. 12. tab. quantum ad potestatem legandi sit derogatum per l. Falc.l.j.in prin.s.ad leg.Fal.& Insti.eo.in prin.& 2.dist. c.quædam.superuacuè,& frustratoriè fuisset facta mētio de l.12.tab.quę in hoc locum non habet,& est correcta.contra §.quibus.in j.cōst. C. Itē quomodo Iuriscon. in j. parte habuit in hoc respectū ad l. 12. tabu.cùm iam per leg.Falc.esset correcta? quia sic habuisset respectum ad legem iam correctam , quod vr̄ ineptum dicere. ¶Ideo ego quinto loco planius intelligo istam.l. ꝙ primò ponat duas rationes dubitandi, quibus videbatur fideicom. teneri ad tota 300. legata. & istud propriè vult dicere tex. ibi, quia pręsumptum est voluisse testatorem. Et sic prima ratio dubitandi fuit ex pręsumpta voluntate testatoris.Secunda ratio dubitandi fuit,quia heres censetur grauatus solutis omnibus legatis reliquum hæreditatis restituere . sed in ver. itaque . ponitur decisio,& isto modo ista l. procedit planè, & sine vllo scrupulo . ¶ Et aduerte, quòd illæ duæ rationes dubitandi procedunt considerata persona fideic.qui nō potest Fal.detrahere. l.j.§.denique.& ibi gl.& latius Bart.s.eo.decisio autem text.†procedit,
1 quia hæres coactus adijt,quo casu fideicom. ex persona hæredis potest quartam Fal.detrahere,vt in l. seq. Marcel.in princ.in versi.ꝙ si suspecta.& glo.& Bar.in d.§.deniq;. Et istud fortè voluit sentire Dy.cuius intellectum.s.proximè retuli,dum dicit,ꝙ primum dictum huius.l.procedit respectu personæ fideicom. Sed secundum dictum in ver. itaque. procedit inspecta persona hæredis.¶Secunda prin.difficultas est, quia l. sequens Marcellus,quæ videtur continuare eundem casum,& loqui in eisdem terminis eiusdem quæstionis,vt patet ibi in prin. in ver. in hac specie,viderur tamen de directo contrariari hūic.l.quia ibi aliter fit computatio,quàm in ista l.quia ibi æstimatur hæreditas quantum valet computatis legatis. Hic autem æstimatur quantum valet deductis legatis,& sic in ista l.fideicom. reperitur solùm habere. 175.sed in l.Marcellus.reperitur habere multò plus , quia 300. legata debent diuidi in 7. partes , de quibus debet fideicom.habere quatuor partes,& legatarius tres. ¶Propter hanc contrarietatem huius l.& l. seq. facta est glo. magna hic in secunda par. princ.quæ ponit duos intellectus. Primus est verus,& communis,quem etiam sequitur.d. gl.mag.in fi.ꝙ istæ leges non sunt contrariæ,sed loquuntur in diuersis casibus, nam ista l. loquitur , quando legata 300. fuerunt simpliciter relicta,non designando vtrum ab herede, vel à fideicom. quo casu censetur esse onus hereditarium. patet, quia transeunt ad quemcunque,ad quem transit hereditas,& sic legata eximuntur de hereditate,& fideic. non reputatur esse nisi in eo , quod superest deductis legatis. Sed l.Marcellus.in princ.loquitur,qn̄ legata de 300. fuerunt nominatim relicta ab herede expresso nomine ꝓprio heredis,vt ostendit litera illius tex. circa prin. ibi,si ad heredis onus esse testator legata dixerit,& consequenter ad solius heredis onus legata ex voluntate testatoris pertinebant,

nebant, & sic non videntur esse onus hæreditarium, quod ap-
paret, quia si hæreditas vadit ad alium quencunque coniun-
ctum, siue substitutum, non vadit cum onere legatorum. l. 1.
§.id quod ex substitutione.ſ.ad l.Fal.& l.si plures.ſ.de lega.3. &
l.Celsus §.quod alicuius.ſ.de leg. 2. vnde non eximuntur tunc
de hæreditate, ideo fideic. reputatur consistere in tota hæredi-
tate simul cum ipsis leg. ideo perinde habetur ac si testator re-
liquisset fideic. quatuorcētū, & tercentum legasset. Titio.& sic
legata videntur esse relicta vltra vires hæreditatis, sed reducun-
tur ad vires, per modum quem ibi ponit tex. vnde si hæres spō-
te adijt, detrahit quartam, & sic centum, quia quarta hæredis
est exempta ab onere legatorum. & fideic.l.Titia.ad fi.ſ.ad leg.
Fal. vnde remanent tercentū, & de illis debent fieri septem par
tes, ex quibus quatuor debet habere fideic. vniuersalis, cui vi-
dentur relicta quatuorcētū, & tres partes Titius legatarius, cui
videntur legata tercentū. Si autem hæres coactus adeat debet,
perdere quartā, & sic illa.100.quæ debent fideicom.pertinere,
ad cuius postulationem fuit hæres coactus adire, & de.tercen-
tū, quæ restant debet fieri eadem distributio in septem partes,
vt dixi, & sic tunc fideic.habet plus, quia habet 100. & vlte-
rius quatuor partes de tercentū, iste est propriè casus.d.l. Mar-
* cellus.in princ. *& iste est verus, & communis intellectus*, & hunc
tene.¶Secundus principaliter fuit intellectus Azo. & Vgo.po-
situs hic in gl.mag.circa fi.in ver.vel dic secundo casu secundū
Azo.ꝙ conclusio, & decisio huius l.corrigatur per l. Marcel-
lus.sed non corrigantur rationes in hac.l.positæ. & hunc intel-
lectum etiam posuit gl.hic in verbo præsumptum,& gl in ver.
debere.& gl.in d.l.Marcellus.in prin.in gl.1.trusta.est, quia legū
correctio est euitanda.l.præcipimus.in fi.C.de appel.l.vni.C.de
inof. don. c.cùm expediat.de elec.in 6. Itē si rationes positæ in
hac l.remanerent veræ, de necessitate vera esset decisio huius.l.
2 † quia ratio legis est, quæ regulat ipsam legem.l. quod dictum.
ſ.de pact.& l.adigere.§. quamuis.ȷ̃. de iur. pat. quia ratio est si-
cut anima, & spiritus legis, verba autem sunt sicut corpus, &
superficies, secundum Bald. in l.si quis seruo persuaserit. C. de
fur.& in l. 1.in antep.col.ſ.sol.mat.& in l.fin.in 15.q C.de hære.
insti.Et ita istum secundum intellectum reprehendunt Bar. &
omnes indifferēter.¶Sed ab ista secunda impugnatione faciiè
potest defendi iste secundus intellectus tenendo, ꝙ rationes po
sitæ in prima parte.l. fuerint rationes dubitandi, prout tenui.ſ.
in quinto intellectu, quem dedi ad istam.l. vnde stat simul, ꝙ
ista.l.sit correcta per l.Marcellus. & tamen rationes dubitandi
in hac l.positæ non corrigantur, tn̄ nullatenus teneo istum se-
cundum intellectum, propter vitandam correctionem legū,
vt dixi. Ex istis omnib habes verum intellectum ad istam legē,
3 & ad l.seq.Marcellus.in prin.¶†Sed aduerte, ꝙ licèt in hac l.le-
gata contribuantur cum fideicom.vniuersali, tn̄ non fit contri
butio eorum, quæ hæres iussus est retinere cū ipsis legatis. Ra-
tio est, quia illud, qđ retinet hæres, non dicit̄ propriè legatum,
nec fideicom.quia non potest dici propriè ab hærede sibiipsi le
gari, vt l.qui filiab.§.fi.cum l.seq.& l.legatum. §.1.ſ. de leg.1.se-
cundum Ioā. de Imo.in l.1.§.si is, qui quadringenta.in 1.not.ſ.
eo.& ibidem do.Alex. ad fi. ¶Adde tu aliam rationem clario-
4 rem, quia † hæres in quarta est potior legatarijs, & fideic.in qua
quarta præfertur legatarijs, & fideic.l. Titia.in fi. ff.ad l.Fal.ideo
non fit contributio propter disparitatem potentiæ.¶Istis sic ad
euidentiam præmissis Bar.diuidit istā legem in tres partes prin.
In prima ponitur thema, & quæst. In secunda ponitur determi
natio quæstionis inspecta l.12.tabu. antequam esset lex Falc. &
inspecta voluntate testatoris. In tertia ponitur determinatio
inspecta qualitate potestatis legis Falc. Secunda ibi, dicendum
est. Tertia ibi, itaque. ¶Secunda pars prin.subdiuiditur in tres.
In prima ponitur determinatio quæstionis. Secundò ponitur
quædam ratio, qn̄ restitutio fideicōmissi præuenit legatorum
præstationē. Tertiò ponitur alia ratio, quando legatorum præ-
statio præuenit restitutionem fideicom. Secunda ibi, quia præ-
sumptum est, vbi iunge tota.tercentū te dare Titio debere, qđ
est infra proximè, vt sic oratio sit perfecta. Tertia ibi, nam hæ-
res.¶Tertia pars prin.subdiuiditur in duas. In prima loquitur,
qualiter fiat computatio, hærede sponte adeunte. Secūdò qua-
liter fiat hærede coacto adeunte, & sic soluit quæstionem posi-
* tam in prin.l.2.ibi, non ergo plus. ¶Istam diuisionem Bar. *alij
communiter sequuntur*, quæ etiam fuit de mente Iaco.de Are.&
Oldr.vt refert Imo. Ego autem tenendo intellectum, quem.ſ.
posui, diuido istam.l.in 3.par.prin. In prima ponitur thema, &
qō. In secunda ponitur duplex ratio dubitandi. In tertia poni-
tur determinatio. Secunda ibi, dicendum est. Tertia ibi, itaque.
5 hoc dicit in summa.† Legata particularia simpliciter relicta in
computatione Falc.contribuuntur cum fideicōmisso vniuer-
sali, quod æstimatur quantum superest in hæreditate deductis
legatis. Et fideicom. vniuersalis non tenetur in plus legatarijs,
quàm teneretur hæres si spontè adijsset. hoc dicit istud est cō-
mune summarium Bart.& aliorum.¶Vel sic, & clarius, quan-
do legata particularia sunt simpliciter relicta, & hæres coactus
adijt, fideicommissarius vniuersalis habet quartam Trebe.quā
hæres propter coactionem adeundi amisit, & fideicommissa-
rius habens ius eum cogendi lucratur. Item tunc fideicom.
vniuersalis ex persona hæredis potest detrahere quartam Falc.
de leg, sicut detraheretur, si hæres spontè adijsset. hoc dicit tota
ista l.clarè & nitidè. ¶In tex.ibi, deberes. hic fit postea mutatio
personarum secundum gl.magnam in prima parte, quia tran-
sit de secunda persona ad tertiam. Bart. & Doct.dicunt, ꝙ aliàs
est in tex.deberet, & tunc nulla fit mutatio personarum, sed si
habeatur in tex.deberes, prout communiter habetur, tunc be-
ne fit mutatio personarum, vt dicit gl. Tu aduerte, quia iste est
magnus error. primò, quia in tex.non potest stare deberet. cùm
supra proximè dicat ibi. Item ista l.à prin. vsque ad fin.semper
loquitur de fideicommissario in secunda persona, & nunquā
6 in tertia. ¶Not.primò ex ista l. secundum Barto. † ꝙ hæreditas
transit in fideicom. vniuersalem cum onere legatorum.adde,
& multò fortius cum onere creditorum.l.fin. C.eod.Intellige,
quando legata fuerunt relicta simpliciter, & sic onus legatorū
erat onus hæreditarium transiens ad quemcunque, ad quem
transit hæreditas.ita loquitur ista l.secus, quando legata essent
nominatim relicta ab hærede, vt in l.seq.in prin. quia tunc esset
onus solùm hæredis, & non transiret ad fideicommissarium
vniuersalem, nec ad alium quemcunque, ad quem transiret hę
7 reditas, vt declaraui supra in euidentialibus. ¶†Secundò not.ex
tex.ibi, vt te suo loco constituat, ꝙ hæres restituendo hæredita-
tem videtur ponere fideicom.in locum suum, quod est not.se-
cundum Bar.pro verbis notariorum, quæ apponuntur quoti-
die in contractibus, vt puta, ponens eum in locum suum, quæ
verba videntur importare cessionem iurium, & translationē
vtilium actionum, & cōstitutionem procuratoris in rem suā,
ita est tex.hic, iuncta l.1.in prin.ſ.eo.& sequuntur Ang.Imo.&
cæteri hic. ¶Adde bonum text.in l.planè.in verbo suo loco, &
ibi Bar.ad hoc no.ſ.famil.ercis.& in l. sed si tantum.§.1. in ver-
bo loco domini habetur.ſ.de pact. & in l.1.§. cauere. in versic.
quæ in re sua faceret.ſ.vsufruc.quemad caue.& ita etiam tenet
Bar.in l.in prouinciali.§.si ego.ȷ̃.de ope.no.nun.Ita tene, quam-
uis contrarium teneat Lud.Rom.hic, & in d.§.si ego.per tex.in
8 l.creditor.§.Lucius.ſ.mand.† vbi per illa verba, facias de rebus
meis prout vis, licèt videatur constitutus in locum mādantis,
tamen non videtur per hoc cōstitutus procurator in rem suā,
sed procurator simplex cum libera, & ita Bart.ibi in fin.ad hoc
not.illum tex.& idem Bart.in l.procurator cui libera.ſ. de pro-
cur.Sed ille text.loquitur in instrumento mandati, in quo non
videntur cedi actiones vtiles, prout in venditione nominis de-
bitoris, aut hæreditatis, & ita etiam respondet dom.Alex.hic.
9 ¶Tertiò nota ex isto text.secundum Bart. † ꝙ vbi hæres perdit
beneficium quartæ per coactam aditionem, ꝙ istud prodest
tantum fideicommissario vniuersali, cuius lucro cedit, non au-
tem legatarijs particularibus, quorum lucro non cedit, vt not.
per gl.in l.1.§.denique.& ibi Bar.ſ.eo. Ratio diuersitatis est, quia
ius compellendi hæredem inuitum adire, competit fideicom.
vniuersali, non autem legatarijs particularib.l. nam qđ.§.fi.& l.
seq.ȷ̃.eod.& l.si quis omissa.ff.si quis omis.cau.testa. ergo lucro
eius debet illa quarta cedere, per cuius ius, & industriā fuit hæ-
res coactus adire. Item cùm fideicōmissarius succedat in vni-
uersum, & sic in eum transeat periculum hæreditarium, ergo
etiam debet habere commodum quartæ, & satis est alijs lega-
tarijs, ꝙ per talem compulsam aditionem eorum legata sunt
conseruata. Ex his apparet, ꝙ si vnus ex fideic.vniuersalib.com
pelleret hæredem adire, non per hoc posset quartam detrahere.
l.ex asse.ȷ̃.eo.Bar.in l.1.§.denique.ſ.eod. Ratio, quia etiam alius
fideicom.vniuersalis habebat ius compellendi hæredem, quod
non habent legatarij. ¶Hinc etiam infertur secundum Angel.
10 Imo.& dom.Alex. † ꝙ inter fideicom.vniuersalem, & legata-
rios non habet locum ius accrescendi, & ratio est duplex. Pri-
ma, quia inter eos non videtur esse aliqua coniunctio. Secun-
da, & planior, quia inter succedentes iure diuerso non habet lo
cum ius accrescendi.l.sed cum patrono.in prin.ff.de bon.poss.
dixi plenè in rep.mea.l.re coniuncti.ſ.de leg.3. ¶Expeditis text.
capio glo.mag.quæ diuiditur in duas part.prin. In prima ponit
casum in terminis in tota ista l. vsque ibi, quod autem dixi.ibi.
postea ponit casum.l. seq. Marcellus. Assumo primam par-
tem glo. & in figuratione casus huius l. glo. potest in septem
reprehendi.¶Primò dum dicit, ꝙ ab hærede Titio legauit.ter-
centū, istud non videtur verum, quia quando ab hærede lega-
uit, loquitur.l. sequens Marcellus. vt declaraui supra in text.in
euidentialibus. vnde intellige gl. ꝙ legauit ab hærede non qui-
dem nominatim, hoc est expresso nomine proprio hæredis,
sed

sed simpliciter, vel legauit ab hærede sub nomine appellatiuo. ¶Secundò dum glo. dicit, quòd legatarius petebat. 300. sibi legata, & etiam partem de. 100. istud vltimum nō dicitur in tex. nec est verisimile, quòd esset dubium de illis. 100. quæ non erat relicta legatario, sed quòd legatarius petebat. 300. integra sibi legata. ¶Tertiò dicit glo. quòd fideicom. prætendebat se ad nihil teneri, nec ad partem de 100. nec ad 300. legata, vtpote non à se relicta, sed ab hærede. ¶Dic melius, quòd fideicom. dicebat, se non teneri ad integra 300. sed cum diminutione, seu defalcatione, de qua hic in tex. circa fin. ¶Quartò dum glo. dicit, ꝙ hic est mutatio personarū de tertia ad secundā, malè dicit, pro ut etiam dixi in tex. quia tex. semper loquitur de fideicommiss. in secunda persona, & nunquam in tertia. ¶Quintò dum glo. dicit, quòd retineret. 100. contra legatarios, istud est euidenter falsum, secundum Dyn. Ang. Imo. & do. Alex. quia cùm in isto tex. 300. tantum fuerint legata Titio, & 400. erant in bonis testatoris, & sic restabant. 100. & consequenter quarta remanebat apud hæredem, ergo cessabat fal. contra legatarios, cùm non esset legatum vltra dodrantem l. 1. in prin. ff. ad leg. Falc. & & Insti. ad leg. Falcid. in prin. ideo supplent ad glo. fin. si totum, quod habuit testator fuisset legatum, & sic tota 400. Tu autem aduerte, quòd licèt in hoc tex. 300. tantum fuerint legata, & restarent. 100. & sic quarta bonorum testatoris, tamen hæres grauatus restituere fideicommissario, & sic de illis. 100. poterat debere quartam Trebe. & sic. 25. ergo non habebat hæres integrā quartam totius hæreditatis. Propter hoc fuit mota glo. vt credo ad dicendum, quòd hæres retineret. 100. contra legatarios saltem computatis illis 25. quæ detrahit pro Treb. de 100. quæ restabant, & hoc est, quod vult subsequenter ista glo. in duobus locis, dum dicit, quod heres ab vtroque detrahet quartam, scilicet à fideicom. vniuersali, & etiam à legatario, cui sunt legata. 300. ¶Sextò dum gl. in verb. verum. licèt non dicatur in litera, tamen supplendum est, &c. mirabiliter vult, quòd licèt sic fideicom. vniuersalis detrahat. 75. tanquam quartam Falc. de 300. legatis, tñ legatarius postea recuperabit, & auferet illa. 75. à fideicom. & sic in effectu legatarius habebit integra. 300. Ad ita tenendum potuit moueri gloss. duplici consideratione. ¶Primò, vt concordaret cōtrarietatem, quæ est inter primam, & vltimam partem legis hoc modo, scilicet dato, ꝙ fideicom. retineat aduersus legatarium. 75. vt hic circa fin. in ver. itaque. Tamen legatarius illa recuperabit à fideicommissario. Ita loquitur prima pars huius. l. quæ vult, quòd legatarius debeat habere tota 300. Trufta est, *& communiter reprehenditur* glo. quia si illa. 75. quæ detrahit fideicom. de 300. legatis, vt in versi. itaque. postea sibi auferentur per legatarium, ergo illa non haberet in effectu, & sic dictus versic. itaque. esset impositus verbis, & non reb. contra. l. 2. in fin. C. commu. de leg. Item nugatoria esset decisio illius versic. itaque. & seruiret fideicommissario solùm de vento. Vnde dic, non esse verum, quòd 75. auferantur à fideicō. imò ea retinebit vltra. 100. quæ restant in hæreditate, & legatarius non habebit nisi 225. Sicut nec plus habuisset, si hæres sponte adiuisset, ne diligentia fideicommissarij legatario proficiat. Et ita est tex. contra istam gl. in d. ver. itaque. & in versi. seq. & in l. sequen. in princip. & in l. facta. §. si cum suspecta. ꝭ. eod. & contrarietatem huius text. salua, & concorda, prout dixi supra in tex. in euid. ¶Secundò potuit moueri ista glo. per text. in l. 1. §. fi. sup. eod. vbi legatarius habet integra 300. legata, licèt fideicommissario nihil remaneat. Sed ad illum tex. respondet Bart. ꝭ. l. proxima. in secunda oppo. & aliter ibi respondet Imo. Ego vtranque solu. retuli in d. §. fi. vbi etiam tertio modo respondi. ¶Septimò, & vltimò dum glo. dicit, vltimò concludit. Prosequitur glo. opin. quam proximè tenuit, quòd legatarius in effectu habebit integra 300. Sed non est verum, vt statim dixi, & gl. malè ponit istam conclusionem. Ideo melius fac conclusionem in oppositum, quòd sicut si hæres sponte adiuisset, legatarius non haberet nisi 225. ita nec nunc habebit plus, quando hæres coactè adiuit, vt dicit iste tex. in fi. & ita habes expeditam totam primam partem gloss. ¶In secunda parte principali ibi, quod autem dixi. Ista secunda pars glo. vsque ad fi. facta est timore contrarij. l. sequentis Marcellus. in princip. quæ continuans eundem casum decidit de directo contrarium huic legi, quia ibi aliter fit computatio, quam in ista l. & glo. ponit duos intellectus, & sic subdiuiditur in duas particulas. Secunda est ibi, vel dic secundo casu secundum Azo. Primus intellectus est verus, & cōmunis, ꝙ ista l. loquatur, quando legata trecentorum fuerunt simpliciter relicta. Ibi loquitur, quando nominatim fuerunt relicta ab hærede, vt latè declaraui supra in euidentialib. text. & ibi rationem diuersitatis assignaui. Secundus intellectus Azo. & Vgo. ꝙ decisio huius. l. corrigatur per legem seq. sed nō corrigantur rationes in hac l. positæ, reprobatur per omnes, vt supra dixi in euidentialib. huius tex.

*SVMMARIVM.*

1 *Aduersatiua autem, intelligitur repetere qualitates præcedentium, & habet coniunctionem in se.*
*Coniunctio repetitionem præcedentium inducit.*
2 *Legatarius particularis non potest cogere hæredem adire, & numero 44.*
3 *Ea, quæ differunt conditione aliqua tantum, non dicuntur specie differre.*
*Accidentia non faciunt rem differre specie, & conferunt ad cognoscendum, quod quid est.*
4 *Si testator vltra vires suæ substantiæ relinquit, fit reductio ad vires patrimonij.*
5 *Fideicommissum vniuersale æstimatur quantum valet tota hæreditas, etiam legatis non deductis, quando legata sunt relicta ab hærede nominatim, expresso proprio nomine.*
6 *Lex generaliter loquens restringitur, ne quis ad lucrum indebitè admittatur.*
7 *Falcidia, & Trebellianica locum non habent in testamento militis, & infra nu. 14.*
8 *Trebellianica cessat in illis testamentis, in quibus cessat Falcid. & vide infra nu. 16. & 19.*
9 *Legata simpliciter relicta, in dubio censentur esse relicta ab hærede, & non à fideicommissario.*
10 *Legare simpliciter, & legare nominatim ab hærede non sunt paria.*
11 *Hæres grauatus restituere, an conueniatur pro legatis ante restitutionē hæreditatis, an verò fideicommissarius.*
12 *Lex, cum quæstio. C. de leg. non habet locum, quando legata fuerunt relicta sub nomine quantitatis, sed quando sub nomine quotæ.*
13 *Lex, ex asse. infra eo. loquitur in duobus fideicommissarijs.*
15 *Priuatio præsupponit habitum.*
17 *In testamentis militum attenditur merum ius gentium.*
18 *Ver. quod autem, in isto tex. intelligitur de Falcidia propriè, & strictè, quæ detrahitur de legatis.*
20 *Trebellianica an cesset in fideicom. vniuersali relicto ad pias causas, & quòd communis opinio est, quòd sic. vide contrariam opinionem num. 30.*
21 *Falcidiæ appellatione etiam Trebellianica continetur, & intellige, vt nu. 23. & 42.*
22 *Dictio omnis, vniuersalis nihil excipit, & quando ponitur pro tota numero 25.*
24 *Iura correctoria sunt strictè intelligenda.*
27 *Lex noua loquens in vno ex parificatis per legem antiquam, quòd intelligatur etiam disponere in alio, & ibi quomodo hoc procedat, vbi quòd non habet locum in correctorijs, & in nu. 43.*
28 *Extensio non est licita in correctorijs etiam ex maioritate rationis, & nu. 43. & in num. 58. & 67. est tamen licita, quando est expressa ratio in lege. & in nume. 46. & ita quando reditur ad ius commune. numero 47.*
29 *Extensio fit in limitatorijs ex identitate rationis.*
31 *Correctio legum non debet induci per subauditos, vel tacitos intellectus, & nu. 51.*
32 *Argumentum à contrario sensu sumitur à lege, etiam ad inducendum correctionem, quando verba legis in sensu directò nihil operantur.*
33 *Pro pia causa in dubio est iudicandum.*
34 *Hæres grauatus restituere Titio, si Titius postea grauatur restituere piæ causæ, non detrahit Trebellianicam, intellige quando est grauatus restituere purè.*
35 *Trebellianica detrahitur, quando restitutio fieri debet piæ causæ in diē, vel sub conditione.*
36 *Legatum factum Titio coram duobus testibus, grauato tamen de restituendo piæ causæ, vel pauperib. est pro non scriptum.*
37 *Trebellianica an detrahatur de fideicommisso vniuersali relicto piæ causæ, quando alter pius locus est hæres institutus, & grauatus.*
38 *Priuilegiatus contra priuilegiatum quando vtatur priuilegio suo.*
39 *Dispositio expressa testatoris facta ad pias causas, facit cessare tacitam prouisionem legis.*
40 *Testator an hodie possit prohibere Trebellianicam, sicut potest prohibere Falcidiam. tenet communem opi. quòd sic. in nu. 45.*
41 *Trebellianica eadem ratione inducta est, qua & Falcidia, & ad eius instar. nu. 66.*
42 *Auth. sed cùm testator. C. ad l. Falc. est correctoria.*
44 *Fideicom. vniuersalis potest compellere hæredem inuitum adire, & restituere.*
45 *Testator prohibens Falcidiam dicitur etiam prohibere Trebellianicam, & econtra.*
49 *Falcidia, & Trebellianica in effectu sunt idem.*
50 *Lex quando requirit aliquid expressè fieri, eo quia illud venit ad derogationem iuris communis, necesse est, quòd specialiter, & expressè illud fiat.*
52 *Specialia duo in exorbitantib. concurrere non possunt.*

Trebel-

53 *Trebellianica non poteſt prohiberi in filijs primi gradus.& nu.55.*
54 *Pater an poſſit diſponere, quod fructus computentur in Trebellianicam filijs primi gradus.*
56 *Lex noua generaliter corrigens, nunquam intelligitur corrigere leges ponentes caſus ſpeciales.*
57 *Hæres non conficiens inuentarium, an ſicut hodie perdit Falcidiam, ita etiam perdat Trebellianicam de fideicom.vniuerſali, vbi poſt longam diſputationem tenet, quòd non.in num. 68.in fi.*
58 *Extenſio de Falcidia ad Trebellianicam non debet fieri in pœnis.*
59 *Aliud eſt pœna, aliud perdere lucrum.*
60 *Hæres hæredi ſuo non tenetur facere inuentarium, ſed creditoribus, & legatarijs.*
61 *Hæres fideicommiſſario tenetur reddere rationem, & ſic facere inuentarium.& nu. 63.& 64.*
62 *Fideicommiſſarius, & legatarij quòd citari debent in confectione inuentarij.*
65 *Hæres olim tenebatur creditoribus hæreditarijs vltra vires hæreditarias.*
66 *Fideicom. vniuerſale non poteſt excedere ſubſtantiam teſtatoris.*

## LEX III.

MArcellus. Iſtud principium declaraui optimè in l. præcedenti con
cordando iſtum tex. cum l.præcedenti abſq; corre-
1 ctione, vt dicit hic glo.prima, & malè. ¶ †Quando
legata particularia ab hærede grauato reſtituere nominatim re
licta ſunt cum fideicommiſſo vniuerſali, tale fideicommiſſum
tantum æſtimatur, quantum valet tota hæreditas non dedu-
ctis legatis. & fideic.in tantum tenetur ad legata, inquantum te
neretur hæres ſi ſponte adijſſet. Et idem in teſtamentis, in qui-
bus lex Falcidia ceſſat.hoc dicit vſq; ad §.idē Pomponius.¶ Di-
uiditur in tres partes. In prima ponitur determinatio, quando
hæres ſponte adiuit. Secundò, quādo coactè. Tertiò ponit extē
ſionem ſuæ determinationis. Secunda ibi, ꝙ ſi ſuſpecta. Ter-
tia ibi, ꝙ autem in ſuſpecta. ¶ In text. i bi, in hac ſpecie. ſ. quæ
fuit propoſita in ſuperiori.l.ſecundum glo.2.hic.Iſta expoſitio
procedit ſequendo lecturam Azo.quæ vult præcedentem cor
rigi per iſtam, & malè, vt dixi in l.præced.Ideo Dyn.Bar. *& communiter Doct.*intelligunt in hac ſpecie. ſ.quæ ſequitur in hac l. &
ſic iſta l.loquitur in alio caſu, quàm loquatur l.præcedens. Iſte
eſt communis intellectus. Tu autem pro expoſitione gl. pon-
2 dera, ꝙ tex.dicit Marcellus autem.De natura illius † aduerſati-
uæ autem, eſt, vt per eam intelligatur repetita qualitas præce-
dentium. Vnde ſi ſtatutum dicat, ꝙ exiſtentibus maſculis fœ-
mina non ſuccedat ab inteſt. niſi in dote, facto autem teſtamē-
to non ſuccedat, niſi quatenus teſtator ei duxerit relinquendū,
debet intelligi facto teſtamento, & maſculis exiſtētibus, eo qa
aduerſatiua habet etiam coniunctionem in ſe, arg. glo.in §. itē
lapilli.Inſti. de rer.diui Et coniunctio repetitionem præceden-
tium inducit.l.Seiæ.§.Caio.ff.de fun.inſt.Ita ſin.determinat Bal.
in l.omnes populi, in 14.col.ff.de iuſt.& iu.ſequitur d.Alex.& di
cit non reperiri alibi in l.filius à patre.in prin. in 12.col.ad fin.ff.
de lib.& poſthu. Cùm ergo Iuriſ. vtatur aduerſatiua autem, &
dicat in hac ſpecie, videtur, ꝙ melior ſit expoſitio gl. ſ. quæ fuit
propoſita in ſuperiori.l.& ſic ꝙ continuet eundum caſum præ
cedentis legis.Ideo tu intellige iſtū tex. planè, & realiter, prout
etiam Io.de Imo.dum dicit in hac ſpecie. ſ.propoſita in l.ſupe-
riori, quia eo. modo teſtator hîc habebat quadringenta in bo-
nis, & Titio 300. legauit, & grauauit hæredem reſtituere Sem-
pronio hęreditatem, & ſic Marcellus loquitur in eadem ſpecie
eiuſdem caſus, prout loquitur l.præcedens, hoc addito, ſi ad hæ
redis onus teſtator voluit eſſe legata, vt ſequitur hic in litera.&
in hoc diuerſificat, quia iſta l. loquitur, quando legata fuerunt
nominatim relicta ab hærede. Sed in l. præced. fuerunt relicta
non nominatim, ſed ſimpliciter, vel ſub nomine appellatiuo,
vt ēt ibi dixi. & ſic intellige text. ibi in hac ſpecie. ſ. q̄ procedit
in l.præced.ſed ſub conditione, quæ ſequitur hic in litera, & ita
etiam breuiter intelligit Raph.Cu. hic.Iſte eſt verus intellectus
ad hunc tex. & ad illa verba in hac ſpecie, & hoc mō bene ſtat
aduerſatiua autem. ¶In tex.ibi, nam iniquiſſimum eſt. dic, qa
non eſt æquum, ꝙ commodum quartæ, & ſic de centum, qđ
perdit hæres ꝑꝑ coactam aditionem applicetur ei, qui non hēt
ius cogendi hęredem adire, nam legatarius particularis nō hēt
tale ius cogendi hęredem adire.l.nam qđ.§.fi.cum l.ſeq.j̃.eo.&
l.ſi qs omiſ.ff.ſi quis omi.cauſa teſt.Ergo non eſt æquum, ꝙ illa
100. applicenť in aliquo legatario, ſed bene fideic.vniuerſali, q
hēt ius cogendi hr̄dem, & concordat tex.s̃.l.proxi.ad fi.¶No.j.
ex iſto tex.in ver.in hac ſpecie, iūcta expoſitione Imo.& Raph.
3 Cum. poſt gl.ſuperius relatam, †ꝙ ea quæ differunt conditione
aliqua tantum, non dicuntur ſpecie differre. Sicut nec ea, q̄ dif-
ferunt qualitate.Nam accidentia non faciunt rem differre ſpe-
cie, vt eſt glo.no.in l.fi.§.quoties.in ver.an not.ff.de pub. & com
miſ.& glo.in §.fi.in ver.nulla.Inſt.de iur.perſo.expreſsè Bart. in
l.1.in prin.1.char.ad fi.ff.de acq.poſ.Sicut nec ea, quæ differūt ꝑ
plus, & minus.l.fin.ff.de fun. inſtr. Accidentia tn̄ magnam partē
conferūt ad cognoſcēdū, qđ quid eſt, ſm Ariſt. in 1.de Anima.
4 quem refert Bal.in rub.ff.de re.diui.in vlt. col. ¶†Secundò not.
ex hoc tex. ꝙ qn̄ teſtator vltra vires ſubſtātiæ ſuæ reliquit, ꝓut
hic, vbi vr̄ reliquiſſe fideicom. quadringenta, & ſic vniuerſalē
hr̄ditatem, & poſtea Titio legauit. 300. fit reductio ad vires pa
trimonij, diuidendo illa 300. legata, quæ videntur relicta vltra
vires hæreditatis, vt de eis fiant 7.partes, quarum quatuor hēat
fideicom.vniuerſalis, & tres legatarius: quantum aūt ſpecificè
tangat vnicuique eorum, non ponit in ſpecie ſummam Iuriſc.
ſicut fecit in l.præced.vbi dicit, ꝙ fideicō. de 300. legatis defal-
cat 75. & legatarius habet. 225. Sed in hac l. difficile eſt ad vn-
guem ſummare, nec aliquis Scribentium ſummat. Tamen fi-
deicōmiſſario 4.partes de 300. ſunt circa. 172. & legatario tres
partes ſunt circa 128.Eſt verum, ꝙ aliquid parum diſcrepat, vt
non ſit præcisè perfecta computatio. ſimilem reductionem ad
vires patrimonij facit tex. in l.in quantitate.§.fi.ff.ad l.Falc.vltra
5 alias 4.concor.leges, quas glo.allegat. ¶†Tertiò no.ex hoc tex.
ꝙ fideic. vniuerſale æſtimatur, quātum valet tota hæreditas, ēt
non deductis legatis, qn̄ ſunt relicta nominatim ab hærede ex-
preſſo proprio noīe hæredis, vt in hoc tex.eo quia tunc onus le
gatorum eſt proprium hæredis, & non onus hr̄ditarium, vt p̄-
ſtari debeant ex perſona hæredis, vt hic declarat Bart. in 2. col.
6 & dixi.s̃.l.proxi.¶†Quartò not.in ver.nam iniquiſſimum eſt, ꝙ
lex generaliter loquens reſtringitur, ne quis ad lucrum indebi-
tè admittatur.Ita eſt tex.hic.& iſtam regulam tradit Bar.in l.nō
dubium.in 2.col.C.de legibus, & in l.oēs populi.in 2. q.7.quęſt.
prin.ff.de iuſt.& iur.Sicut ēt fit reſtrictio, ne quis indebitè dam
num patiatur, vt eſt gl.no.in l.fin.§. in computatione.C. de iur.
7 delib.quam Bart.ibi ad fi.multum exclamat. ¶†Quintò not.in
ver.quod aūt, ꝙ in teſtamento militis non habet locum Falci-
dia, vt hic, & l.in teſtamento.C.ad l.Fal.& l.in teſtō. 2. C. de teſt.
militis.De Trebellianica autem, an habeat locum in teſtamen
to militis, non reperitur bene l.expreſſum, nec tex.clarus ſm Io.
de Imo.& bene, quia leges ſolùm loquuntur de Fal.vt hic, & iu
ribus pręalle.licèt glo.& Doct.teneant, ꝙ ēt Treb. non habeat
locum in teſtamento militis, glo.in l.1.§.in filijs.s̃.eo.& gl.in l.ſi
à milite.in prin.ff.de teſt.mil.& gl.in d.l.in teſtamento, ſecunda.
¶Sextò, & vltimò no.ex eodem ver. qđ autem, ſm intellectū
8 Bar. †ꝙ in teſtamentis, in quibus ceſſat Fal. ceſſat etiam Trebel
lianica, & iſtud inducit Bart.j̃.ad tres no. quæſtiones.Tn̄ iſte eſt
tex.ſm alium intellectum gl.in verb. dictum eſt. & eiuſdē Bar.
iſte tex. hoc non probat. De veritate ergo, & intellectu huius
ver. quia hoc opus, hic labor eſt, dicam latius ſuper dicta glo.
¶Expeditis tex.venio ad apparatum gloſſarū.Capio gl.in verb.
ad hæredis onus, quam diuide in 2.par.prin. In 1.quia tex.dicit,
ſi ad hæredis onus, vt iſtud cognoſcamus, glo. declarat à quo
intelligantur legata relicta, vel ab hærede, vel à fideicommiſſa-
rio. In 2. per viam no.ponit, quis teneatur ad onera creditorū,
vel legatorum, an hæres, an fideicommiſſarius vniuerſalis. Se
cunda ibi, & no. ꝙ licèt creditorum. Et aduerte, ne æquiuoces
in hac gl.ad cuius onus videantur legata eſſe relicta, & ſic ex cu
ius perſona debeantur, vt ſciamus, an ex perſona hæredis ſit lo-
cus Falcidiæ, an non.l.facta.§.ſed cum ſuſpecta.j̃.eo.& tunc lo
quitur prima pars huius glo. Aliud eſt quærere, quis habeat le-
gata præſtare, ſeu ſoluere, vt ſic ſciamus, contra quem habeant
legatarij agere, an contra hęredem, an contra fideic.Et tunc lo-
9 quitur ſecunda pars huius gl.¶†Ex 1. parte gl. habes, ꝙ legata
ſimpliciter relicta in dubio cenſetur eſſe relicta ab hærede, &
non à fideicom.facit tex.s̃.l.prox.vbi legata fuerunt ſimpliciter
relicta, & tn̄ non cenſentur relicta à fideicōmiſſario: patet, quia
ibi fideicommiſſarius poteſt detrahere Falcidiam, quam detra-
here non poſſet, ſi legata cenſerentur ab ipſo relicta, vt hic in gl.
Intellige iſtam glo.ſanè, ꝙ in dubio legata ſemper præſumunť
relicta ab hærede tanquam ab hærede, & ſic ſub nomine appel
latiuo. & conſequenter, vt tranſeant ad quemcunq; cum tali
onere, ad quem tranſibit hr̄ditas, vt l.ſi pluribus.& l. Celſus.§. ſi
alicui.ff.de leg.2.& l.ſi plures.ff.de leg.3.& l.1.§. id quod ex ſub-
ſtitutione.s̃.ad l.Fal.Non aūt intelligas, ꝙ in dubio cenſeatur re
lictum ab hærede nominatim, hoc eſt expreſſo nomine ꝓprio
hęredis, & ſic habito reſpectu ad perſonam hæredis. Hoc.n.nō
procedit, niſi teſtator ita exprimat, vt dicit iſte tex.in verbo ſi ad
10 hęredis onus teſtator dixerit, quia †non ſunt, paria legare ſimpli
citer, vel legare nominatim ab hęrede, vt probatur in d. l.ſi plu
res.ff.de leg.3.iuncta.l. ſi ſeruus legatus.§.qui margaritā.in verſ.
verum.ff.de leg.1.¶In 2.parte glo. ibi, & non ab hærede ēt ante
11 reſtitutam hæreditatem. † Habes ꝙ hęres nunquam conuenit

pro

pro legatis etiam ante restitutionem hæreditatis, quasi testor voluerit legata præstari à fideic. vniuersali. Et sic habes, quòd legatarij habēt necesse expectare, ꝙ hæreditas restituatur fideicōmissario, & tunc agere contra eum. Contrarium tenet glo. in l. * 1. §. fi. s. eod. vbi dixi, & limitaui, & illa gl. *communiter tenetur*. Facit l. ita tamen. §. qui ex Trebelliano. s. eo. In contrarium fortiter facit, vt dicit Barto. l. fi. C. eod. per quam mouetur ista glo. Nec dicatur, ꝙ illa l. loquitur restitutione iam facta, quia illa l. fi. simpliciter loquitur, & si intelligeretur post restitutionem, illa lex esset penitus de indubitabili, per l. 1. in prin. s. eod. Sed rn̄de ad illum tex. ꝙ loquitur, qn̄ fideicommissarius præuenit in petēdo restitutionem fideicommissi antequam legata præstarentur, vel qn̄ fideic. vniuersalis, & legatarij simul concurrunt. Secus esset, quando legatarij præuenirent fideicommissarium fortè absentem, aut fortè tacentem ac differentem, tunc cogitur hæres soluere legata, ex quo nondū est restituta hæreditas, ne aliàs sit in potestate fideicommissarij differre solutionem legatorū, & ita procedit gl. in d. l. 1. §. fi. s. eo. & ita etiam tenet Io. de Imo. & Raph. Cum. hic. ¶ Iuxta istam glo. opponit Bart. contra tex. de l. cùm quæstio. C. de leg. & soluit, & bene vt hic per eū. Ali-
12 ter ēt respondet † Io. de Imo. ꝙ illa l. cùm quæstio. non hēt locum, quando legata fuerunt relicta sub nomine quantitatis, q̄ est multiplicabilis, puta si vni legantur centum, alteri quinquaginta. Ratio, quia nisi dicat de eisdem centum, vr̄ esse diuersa quantitas, vt habetur in l. cùm certum. ff. de adi. leg. & in l. quinquaginta. ff. de prob. Ideo tunc quinquaginta non essent pars de cētum. Sed qn̄ vni legatur res, alteri legatur tertia, vel dimidia illius rei, & sic sub nomine quotæ. & tunc loquitur. d. l. cum qō.
13 ¶ Gl. in verbo plus ferre. format duas oppo. † Dic ad primā, ꝙ l. ex asse. j. eo loquitur in duobus confideicommissarijs ibi fideicommissarius secundo loco veniens plus accipit, qn̄ hæres coactè adiuit, eo quia ēt ipse habebat ius cogendi hæredem inuitum adire, ideo nimirum si ēt sibi applicatur commodū quartæ, quam hæres per coactam aditionem perdidit: sed iste tex. loquitur de legatario particulari, qui non habet ius cogendi hæredem, ideo nihil ei applicatur de quarta, quam hæres coactus perdidit, vt dixi in apostillatione text. Secundū contrariū de l. fi. §. fi. ff. de aur. & arg. leg. glo. non soluit. Rn̄de ſm glo. ibi, ꝙ ibi illa voluntas, per quā fiebat detractio, erat inepta, & inutilis, ideo non affert impedimentum legatario, vt in regula nō præstat impedimentum. de reg. iur. in 6. ¶ Capio glo. in verbo dictum est. Pro clara intelligentia text. & glo. quæro de intellectu ver. ꝙ autem, varij dantur intellectus, & Raph. Cu. dicit se non videre, qūo iste ver. adaptetur ad præcedentia, & ita dimittit. Reperio quatuor principales intellectus Scribentium. Ego postremò quintum intellectum subijciam. ¶ In primis glo. ista intelligit, ꝙ istud, quod dictum est. s. vt non plus, neque minus habeat legatarius à fideic. quàm habuisset ab hærede, siue hæres coactus adiuisset, siue sponte, licèt per coactam aditionem perdat quartam, idem in omnibus testamentis, in quibus cessat Fal. vt tantum habeat legatarius à fideicō. quantum habiturus fuisset ab hærede. & istum intellectum sequitur ēt simpliciter * Bart. *& communiter alij*, & vr̄ esse satis tolerabilis. Contra istum intellectum fortiter facit, quia s. dictum est, ꝙ quarta, quam hæres compulsus perdidit, cedit in totum lucro fideic. compellen-
teſt, eſt euitanda. l. pręcipimus. in fi. cum vulgaribus. C. de app.
56 ¶ † Et pro iſta limita. l. addo bene facere, quia non videtur, ꝙ
l. iubemus loquens in caſu ſpeciali debeat corrigi per generali-
tatem. l. nouæ diſponentis, ꝙ hodie teſtator poſſit prohibere
Falci. & Trebel. cùm habeamus regulam, ꝙ iura noua gene-
raliter corrigentia nunquam intelliguntur corrigere leges po-
nentes caſus ſpeciales, vt eſt glo. ordi. & approbata in l. ſcien
dum. in princip. & ibi Barto. in 1. opp. ff. qui ſatiſd. cogan. &
pro iſta regula bene facit text. in l. in teſtamentis. C. de teſtam.
& ibi Rapha. Fulg. ad hoc not. iuncta l. hac conſultiſſima, vbi
glo. & Doctores. C. qui teſtam. fa. poſ. & ita habes benè ab-
57 ſolutam iſtam ſecundā quæſt. Barto. ¶ † Tertiò, & vlt. quæ-
rit Barto. An ſicut hodie hæres non conficiens inuentarium
perdit detractionem Falcidiæ de legatis, vt §. ſancimus. &
§. ſi verò non fecerit. in Authen. de hæredibus, & Falcid. col-
lat. 1. & capitulo Raynaldus. ad finem de teſta. ita etiam per-
dat hodie quartā Treb. de fideicōmiſſo vniuerſali. In quo paſ-
ſu

## ADDITIONES.

a ¶ Quid tenendum. Adde Rol. conſilio 31. nume. 29. & 31. lib. 1. & quòd filijs primi gradus prohiberi non poſſit, communem dicit idem Rolan. conſilio 26. numero 24. conſi. 35. numero 23. lib. 3. conſi. 12. numero 6. lib. 1. Dec. conſi. 81. colum. 2. Rub. Alexan. conſi. ſecundo. numero 19. & 24. Contrarium tenet Dec. conſi. 48. colum. fi. Alex. conſi. 67. lib. 1. Deciſ. conſi. 480. & qui plura no. in l. precibus. col. 16. circa medium. C. de impu. Neuiz. conſilio 1. Catel. verſ. Trebellianica, vbi tenendo affirmatiuam eam limitat, & declarat notabiliter. Sed plenius Clar. §. teſtamentum. quæſtio. 63. Dilec. de arte teſta. tit. 5. cautela 31. Catel. verſi. conſuetudo, & ſtylus. & Clar. d. q. allega. Iaſ. hic nu. 53. & ſeq. MASVER.

b ¶ Communem concluſionem. Adde Dec. conſilio 81. & 218. Corn. conſilio vigeſimoſecundo libro ſecundo. Gui. Pa. quæſtione 51. Crot. in Rep. l. nemo poteſt. col. 19. de legatis primo, & licèt pater non poſſit prohibere detractionem Trebellianicæ poterit tamen grauare filium, vt Trebel. compenſet ſibi in legitimam. ita Alexan. in l. ſi venditor. ff. ad legem Falcidiam. BELLOT.

c ¶ Limitationem. Adde Bald. conſi. 474. ad euidentiam præmittendum eſt. ad finem. libro ſecundo.

ſu Roſ.in libellis ſuis in tit.de Senatuſcon.Treb.in 1.col.in ver.
circa primum quærit. tenuit partem negatiuam. ſ.Trebel.non
perdi. Et eum ſequitur Iaco. de Bel.latè diſputans hunc arti.in
§.in nobis.in 14.q.in Auth.de hære.& Fal.collat.1.Old. Lau.in
l.fi.§.fi.C.de iur.delib. Idem tenet Bart. hic,qui in fi.dicit,ꝙ iſta
opin. videtur ſibi multum æqua. Sequitur Ang. Sal. Pau. de
Caſt.& latius do. Alex.hic.idem tenet Bart.in d.Auth. ſed cùm
teſtator.in vlti.col. ubi dicit bonum verbum in practica,quòd
ita communiter obſeruatur. & ita punctualiter conſuluit Bar.
in conſi.2.quod incip.domino Ioanni Ardizini de prouincia.
Aliàs inci.omittendo alia, quæritur an hæres qui omiſit facere
inuentarium. & idem Barto.in conſi.51.inci. Bonauentura fe-
cit teſtamentum. Io.An. in addi.Spe.in tit. de inſtr. edi.§.dicta.
ſuper ver.nunc dicamus.in addi. quæ inci. ſed de Treb. dubita
tur. Bald.in l.filium quem habentem. in 13. col. C. fam. ercis.
Idem tenet Bald.poſt do.Iac.de Caſtel.Mediolanenſem, & Epi
ſcopum Vicentium, in conſi.229.3.vol. incip.in 1.art. videtur
nobis.& idem Bal.in conſi.354.5.vol.incip.Ad euidentiam præ
mittẽdum eſt.Ang.& Imo.in l.1.§.hæc ſtipulatio. ff.ſi cui pluſ-
quàm per l.Fal. Et ibi refert Imo. idem tenuiſſe Fran.de Ram-
po.in d.Auth.ſed cùm teſtator.& ibi etiam Ang.& idem Ang.
in §.ſi verò expreſſim.in Auth.de hære.& Falc.collat.1. Pau.de
Caſt.in l.cum tale.§.1.ff.de cond.& demon.& conſi.164.quod
incip.viſa facti narratione ſatis longa,in tertio quæſito. Ioã.de
Ana.in conſi.61.incip. viſis, & ponderatis his, quæ in facti nar-
ratione proponuntur. in 2. dubio, quod conſilium eſt errore
inſertum inter conſilia do. Alex. in conſi.67. 4.vol. Idem tenet
d.Alex.in conſi.29.5. volu. incip.perſpectis conſideratiſque his
omnibus.in 3.col.vbi dicit,ꝙ iſta eſt communis opi. & ꝙ eam
ſemper ſolitus eſt ſequi legendo, & conſulendo. ¶ Potiſſimũ
fundamentum tenentium iſtam partem eſt,quia in Trebellia-
nica iura antiqua non reperiuntur immutata, nec correcta,
ergo inuiolata perdurant. l.præcipimus. in fin.C. de appel.& l.
58 ſancimus. C.de teſta. præſertim † cùm in correctorijs, etiam
ex maioritate rationis, non ſit licita extenſio,ſecundum glo.&
Doct.in Auth.quas actiones.C.de ſac. ſan.eccl.& in l. tam is.§.
1.ff.de don.cau.mor.Facit.l.ſi verò.§.de viro.ff ſolu.mat.Et ma
ximè cùm hic tractetur de pœna amiſſionis Treb.Et in pœnis
non debet fieri extenſio de Falc.ad Treb. l.cùm quidam. ff. de
liber.& poſthu.l.ſi præſes.ff.de pœnis.& in regula odia. de regu.
iu. in 6.¶ Sed ad hoc vltimum poteſt dici ſ.in Raph.Cu. hic,ꝙ
hæres,qui perdit detractionem Treb. nihil perdit de proprio,
quia tractat de lucro.l.1.C.ad l.Fal. & l.patrem. ff.de his quæ in
59 frau.credi.† Et aliud eſt pœna,aliud perdere lucrum. l.Titio cẽ
tum.§.1.ff.de cond.& demon.Tu pondera ad hoc bonum tex.
in d.§.ſi verò non fecerit.in fi.in verbo ex Fal.l.lucrari.¶ Ad idẽ
60 Io. An. in loco præallegato adducit rationem,quia † hæres hę
redi ſuo non tenetur facere inuentarium, ſed ſolùm creditori-
bus, & legatarijs; ſed fideicommiſſarius vniuerſalis reputatur
hæres.l.ſi filius.§.1.ff. quod cum eo. notat Bart.in l.1.§.de illo.ꝑ
illum tex.vbi dixi.ſ̃.eo.Et iſtam rationẽ refert, & ſequitur Pau.
61 de Caſt.in d.conſ.164.Sed iſta ratio non eſt vera,quia imò † hę
res fideic.vniuerſali tenetur reddere rationem. l.cum tale. §. 1.
& ibi Iac.de Are.Bal.& alij.ff.de cond. & demon. & dicam ẽt.
ĩ.ſed inuentarium cenſetur caput, & fundamentum reddẽdæ
a rationis. ¶ Contrariam opi. [a] ꝙ imò per non cõfectionem in-
uentarij perdatur Treb.ſicut etiam perditur Falc.tenet Alb.Ga
leo.in margarita ſua in rub.de quarta Treb.in uerſ. quæritur ſi
non fecit inuentarium.Iaco.de Are.Bal.ſibi contrarius, Imo.&
Raph.Cu.in l.cum tale.§.1.per illum tex.ff.de cond.& demon.
Richar.Malũ.Pet.& Cy.in 8.q.Bal.Sal. & Raph. Fulg in d.Au-
then.ſed cũ teſtator.Io.de Imo.Flo.& Raph.Cu. hic. Old.Lau.
in conſ.134. incip.ſatis credo conſonum rõni. & ita conſuluit
ipſemet Bar.ſibi contrarius in conſ.234.incip. Lena Mactarel-
li.Lud.Ro.latè in repe. dictæ Auth. ſimiliter, C.ad l.Falc.in 40.
ſpeciali,quod eſt vltimum piæ cauſæ inter vltimas voluntates.
Pau.de Caſt.in conſulendo ſibi contrarius in conſ.209.incip.ſu
per primo dubio fuerunt opiniones Ange.de Aret. in §. extra-
neis.Inſti.de hære.qua.& diffe.ubi dicit, ꝙ pro iſta parte eo ad-
uocante fuit iudicatum in ciuitate Ferrarię. & idem Ange.de
Are.in §.ſed quia ſtipulationes.in ult.q.Inſt.de fideic.hær. & ibi
in fi. vbi dicit ita eſſe tenendum, & ꝙ ita vidit illo anno Ferra-
rię obſeruari. d. Math. in not.157. incip.no.ꝙ hęres qui omit-
tit facere inuentarium. do. Pet. Mathe.in repe.d.l.filium quem
habentem. in pe. & ult. col. C. fam. ercis. vbi dicit, ꝙ in quæ-
ſtione de facto uidit uaria conſilia Doctorum pro & cõtra, &
quod quidam aſſerebant primam opin. Barto. & ſequacium
eſſe communem, & ſeruandam. Sed quòd ſibi non uidetur,ꝙ
ſit communis,& ꝙ uidit alios conſulere contrarium, & ſic ꝑ
iſta ſecunda opin. & quòd ita etiam tenuit Fran. Tigri. de Pi-
ſis in conſil.ſuo,quod incipit Bonauentura fecit teſtamentum.
& quòd propter tot authoritates putat poſſe conſuli contra
Barto.ita etiam tenent Moder.Senen. hic, qui dicunt, ꝙ ita ſe-
querentur in conſulendo, & iudicando. & ſic cum tot, & tan-
tæ ſint authoritates Doctorum contrarię hinc inde, articulus
iſte uidetur reddi ualde ambiguus. Pro iſta ſecunda opin.Bal.
in d.Auth.ſed cùm teſtator.in 1.col.adducit text. in d.§. ſanci-
62 mus.in verſi.illo adiecto. vbi tex. vult, † ꝙ debent citari legata-
rij,& fideicommiſſarij,ſi hęres vult non damnificari,ſed lucra-
ri,& magis loquitur de fideicommiſſarijs vniuerſalibus, quàm
de particularibus,quia eorum magis intereſt, ergo ſi nullo mo
do factum eſt inuentarium, vel factum eſt non citato fideicõ-
miſſario vniuerſali,hæres non lucratur Treb. & ſubdit Bald. ꝙ
illum tex. non ponderauerunt Docto. qui text. apertè decidit
hanc quæſtionem ſecundum eum, & dicit Ange. de Are.in d.
§.extraneis,ꝙ ad illum tex. malè poteſt reſponderi. ¶ Alibi di-
cit Pau.de Caſt.in l.cohæredi.§.cum filio.in 2.col. ff.de vulg.&
pup. ꝙ iſtam quæſtionem habet de facto, & niſi temerarium
eſſet à tantorum Doct. deciſione in conſilijs deuiare,ꝙ ipſe te-
neret opin.Bald.per dictum tex.quem Bal.allegat, & plus non
dicit. ¶ Sed reſponde ſecundum Ioan. de Imo. in d. l.1.§.hæc
ſtipulatio.ꝙ tex.in ver.illo adiecto.quem Bald.allegat,non cõ-
cludit in propoſito, quia licèt velit fideicommiſſarium vni-
uerſalem debere citari per hæredem in confectione inuentà-
rij,non per hoc ſequitur, ergo ſi eum non citet, vel non faciat
inuentarium, ergo debet perdere Trebel.nam etiam debet ci-
tari creditor, vel legatarius ad pias cauſas, aduerſus quos hæ-
res non detrahit quartam, non propterea ſequitur, quòd pœ
na ibi impoſita extendat ſe ad Trebellianicam, & potiſſimè
quia verba non videntur ad illam adaptari, vt dicam. ĩ. in ter-
tio fundamento. ¶ Secundo pro iſta parte facit ſecundum Ia.
63 de Are. Bald.& Raph. Cu.in d.l.cũ tale. §.1.& ibidẽ Imo. † nã
hæres grauatus de reſtituendo hæreditatem,tenetur reddere ra
tionem fideicommiſſario vniuerſali, ut ibi eſt text. & Bald.
not. in d.l.filium quem habentem. ad fi. Ergo tenetur quo ad
fideicommiſſarium vniuerſalem conficere inuẽtarium, quod
eſt caput reddendarum rationum.Sed caue. Iſta non eſt bona
conſequentia, nec Pariſienſis hæres tenetur conficere inuen-
tarium, ergo ſi non faciat, per hoc perdit Treb. cùm de Tre-
bel. hic non ſit iure cautum. ¶ Tertio Sal. in d. Authen. ſed
cùm teſtator. adducit bonam, & valde coloratam rationem,
in qua videtur mihi, quòd conſiſtat totum pondus præſen-
tis dubitationis. Nam hæres non conficiens inuẽtarium ideo
perdit Falci. quia lex præſumit, quòd tantum ſubtraxerit de
bonis hæreditarijs quantum valet Falc. vt dicit text. in d.§.ſan-
cimus. & in §. ſi verò non fecerit.Authen.de hęre.& Falc.col-
lat.1.quæ ratio ſubtractionis æquè ſibi vendicat locum in Tre
bel.ergo ſicut hæres non conficiens inuentarium perdit detra-
ctionem Falc. de legatis particularibus, ita etiam eadem ratio-
ne debet perdere detractionem Trebel.de fideicommiſſo vni-
uerſali. & huic rationi malè poteſt reſponderi, ſecundũ Ang.
64 de Aret.in d.§.extraneis. in vlt.col. ¶ † Tu ſtringe fortius;nam
cùm in illis iuribus ſit expreſſa ratio in text. ex illa ratione ex-
preſſa etiam in correctorijs licita eſt extenſio, ſecundum Bal.
in d.Authen. quas actiones. in 2. colum. cum concordantijs,
quas dedi in articulo pręcedenti. De intellectu illorum duo-
rum iurium, & an ratio in eis aſſignata ſit finalis, an ſolùm
impulſiua propter dictionem fortè, ibi poſitam, dixi in l. 1. §.
ſi is qui quadringenta. ſ̃. eo. Et tenendo ꝙ ſit ratio fi. reſponde
multum not. quòd Imperator in d. §. ſancimus.dicit, quòd
vult prouidere ex eo, quia hęredes per ſubtractionem rerum
hæreditariarum tentabant inducere Falcidiam, vbi aliàs legi
Falcidiæ locus non eſſet, quæ ratio non habet locum in fidei-
commiſſario uniuerſali, quia in illo etiam abſque ſubtra-
ctione rerum hæreditariarum ſemper, & indiſtinctè locus eſt
Trebellianicæ. & ſic ille text. in d. §. ſancimus. qui in ratione
ibi in textu expreſſa, videbatur pro iſta parte ſtringere,
fortiter retorquetur ad oppoſitum, cùm ratio illa ibi ex-
preſſa, non uideatur locum habere in Trebellianica. ¶ Si-
militer textus in dicto §. ſi verò non fecerit. ſtringit in op-
poſitum, prout etiam ponderat dominus Alexan. hic, cùm
dicat hæredem non conficientem inuentarium damnifica-
ri,& puniri,ꝙ teneatur de ſuo proprio adimplere,ſi res hæredi-
tariæ non ſufficiunt ad legata, & ſic vltra ſubſtantiam teſtato-
ris.

A D D I T I O.

a ¶ Contrariam opinio. Adde, quòd quamuis hæres per non confectionem inuentarij perdat Falcidiam, tamen Trebellianicam non amittit, ſecundum veram, & magis communem opinionem per Iaſ.conſilio 84. omiſſa longa. numero 4. libro primo.not. Pra. Pap. for. lib. ex teſtam. verſ.purè. numero 10. vbi dixi. M A S V E R.

ris.Sed planum eſt,ꝙ in fideicommiſſo vniuerſali ſemper vires
hæreditatis ſufficiunt:quia vltra illas non eſt grauatus hæres ad
reſtituendum.l.ſi hæres ab eo.j̃.eo. ¶Quarto pro iſta parte Ra-
pha.Cuma.hic dicit ſe moueri fortiori ratione, ꝙ ſi hæres non
conficiat inuentarium,tenetur de ſuo proprio creditoribus hæ
reditarijs, ergo fortius etiam debet pdere Trebellianicam , quæ
65 detrahitur de bonis teſtatoris. † Sed ad hoc reſpondet d. Alex.
circa fin. ꝙ etiam olim hæres tenebatur vltra vires hæreditarias
creditoribus.l.quæ dotis.ff.ſolu.matrimo. & tamen poterat de-
trahere Trebel. ſaltem vbi quarta ſupererat deducto ære alie-
no.l.& ſine ſcriptura.C.eod.Ergo conſequentia,quam facit Ra
66 pha.Cuma. non eſt bona. ¶ † Quintò mouetur idem Rapha.
Cuma.quia Senatuſcon.Treb.induxit quartam Treb. ad inſtar
falcidiæ,& eadem ratione.§.reſtituta.Inſtit.de fideicom.hæred.
Et plus eſt in fal.quæ eſt fauorabilior,quàm in Treb.vt patet in
l.in quartam.s̃.ad l.fal.Ergo àrgumẽtum negatiuè à fal.ad Tre-
bel.debet tenere,vt not. Dyn.in l.ſeruum filij. §.eum qui chiro-
67 graphum.ff.de leg. 1.† Sed prout dicit d.Alex.hic ad fi.in corre
ctorijs etiam ex maioritate rationis non fit extenſio, vt no.glo.
& Docto.in d.Auth.quas actiones.C.de ſacroſan. eccleſ.¶Sex-
tò,& vltimò Ludo.Roma.in d.repe.Aut li.ſimiliter.dicit ſe no-
uiſſimè ponderare de hac dubitatione caſum apertum , quem
miratur hucuſq; à nemine fuiſſe animaduerſum in d. §. ſi verò
non fecerit.ibi,non retinebit falc.ſed complebit legatarios, &
fideicommiſſarios,licèt morientis ſubſtantiam tranſcendat le-
gatorum datio.qui tex. ſecundum eum loquitur de fideicom-
miſſo vniuerſali,dupliciter inducendo illum tex.Primò,quia ſi
loqueretur de fideicommiſſo particulari,text. eſſet ſuperfluus,
quia exprimendo de legatarijs , ſatis exprimit de fideicommiſ-
ſis particularibus per omnia æquiparatis.l.1.ff.de leg.1. & l.1.&
2.C.commu.de leg.melius facit.l.& fideicom.ff.de leg.3.meritò
tex.ille intelligitur de fideicommiſſo vniuerſali , & ſic de caſu
magis dubitabili.Secundò,quia ſi tex.intellexiſſet de fideicom-
miſſo particulari, repetijſſet in fi. verbum fideicom. ſicut repe-
tijt verbum legatorum . Sed quia intellexit de fideicommiſſo
vniuerſali,non repetiit in fi.quia fideicom. vniuerſale non po-
teſt excedere ſubſtantiam teſtatoris , quia vltra vires hæredita-
tis non eſt grauatus.l.ſi hæres ab eo.j̃.eod.Sed iſtę ſunt leues in-
68 ductiones, quibus reſponde vt per dom.Alex. ¶† Quid tenen-
dum in tam ancipiti,& vario paſſu? Aduerte , ꝙ fundamenta,
quę facit Barto.in duab. pręcedentib. quęſtionibus,videntur ẽt
militare in iſta 3.quęſt.In illis enim dixit Barto.ꝙ fal. & Trebel.
æquiparantur per iſtum ver.quod autem,& §.reſtituta. Inſtitu.
de fideicom.hęred.vnde vigore purificationis legis antiquę lex
noua aliquid ſtatuens in vna,videtur ſtatuere in alia. Iſtud fun-
damentum etiam militare videtur in iſta. 3.quęſt. ¶Nec obſt.
ſubtilis reſponſio Barto.hic,ꝙ iſta parificatio procedit,quando
vigore teſtamenti ceſſat fal. quia tunc etiam ceſſat Treb. ſecus
quando falc. ceſſat ob aliud extrinſecum à teſtamento , puta
propter defectum hęredis , qui non fecit inuentarium , tunc li-
cèt perdatur fal.non tamen ceſſat Trebel.quia nulla lex dicit ſe
cundum eum. Iſta ſolu. Barto. licèt ſubtilis, non videtur poſſe
procedere propter duo.Primò , quia iſta ſolu.non vadit ad d.§.
reſtituta ſuper cuius parificatione etiam Bald. ſe fundat in 1.q.
Secundò text.in d. ver. quod autem formaliter dicit, ꝙ illud,ꝙ
dictum eſt in ſuſpecta hereditate , idem dici poteſt in his teſta-
mentis,in quibus ceſſat falc. & ſic text. ibi videtur ęquiparare
ſiue falc. perdatur vigore coactionis extrinſecus à teſtamento
prouenientis , ſiue perdatur vigore teſtamenti , vnde tenendo
primam partem , tu potes dupliciter reſpondere ſupraſcripto
fundamento,etiam dato ꝙ falc.& Treb.ſimpliciter ęquiparen
tur. Primò,ꝙ vigore talis ęquiparationis antiquę non fit exten-
ſio in correctorijs,vt eſt materia noſtra , & dixi.s̃. in 1.q. Secun-
dò,ꝙ ratio expreſſa in d.§.ſancimus.non conuenit Trebel. nec
etiam conueniunt verba.d. §.ſi verò non fecerit , vt s̃. latè de-
monſtraui , & ſic non poteſt tractari de extenſione , cùm non
militet identitas rationis,& verba non conueniant. l. 4.§.toties.
ff.de dam.infect.& l.ita autem.in princip. ff.de adminiſtra.tuto.
Et per hoc puto tutius eſſe tenere primam partem, ꝙ per non
confectionem inuentarij non perdatur Treb. quę non reperi-
tur correcta,nec in ea militat ratio,quę aſſignatur in falc.& ma
ximè , quia deductis quibuſcunque in oppoſitum. s̃. fuit con-
gruenter reſponſum , vnde non recedas conſulendo , aut iudi-
cando à 1.opin.Bar.& ſequacium.

*SVMMARIVM.*

1 *Hæres grauatus reſtituere hæreditatem deductis legatis,detrahit quartam tam de legatis,quàm de fideicommiſſo vniuerſali.*
2 *Filius grauatus de reſtituendo hæreditatem ſi deceſſerit ſine liberis , an detrahat conditione eueniente quartam tam de legatis,quàm de fideicommiſſo vniuerſali. An verò legata debeant integra præſtari.*
3 *Bar.opinionem totus mundus ſeruat,& ab ea in iudicando, & conſulendo non eſt recedendum.*
4 *Legatarius,cui relicta ſunt aliqua legata pura, & aliqua conditionalia, debet pręſtare cautionem de reſtituendo, quatenus plus accipit.*
5 *Fideicommiſſum vniuerſale non æquiparatur legatis particularibus.*
*Tex.in l.1.§.ſi legata.ff. ſi cui plus quàm per l.falc. loquitur in legatis particularibus.*
6 *Legatum alimentorum annuum cenſetur conditionale,& nu.8.*
7 *Purum,& purificatum æquiparantur.*
9 *Fideicommiſſum quando eſt pro parte purum,& pro parte conditionale,tunc fit contributio legatorum, & fideicommiſſi vniuerſalis in deductione quartæ.*

1 §.Idem Pomponius. † Hæres rogatus re
ſtituere hæredita-
tem deductis legatis , detrahit quartam tam de fideicommiſſo
vniuerſali,quàm de legatis,facta eorum contributione. hoc di-
cit vſq; ad §. res quæ. ¶Not. ꝙ qñ hr̃s grauatur reſtituere hr̃di-
tatem deductis legatis,talia verba non importat,ꝙ legata de-
beant ſolida,& integra præſtari,ſed ſolùm,ꝙ hęres poſſit ea prę
ſtare,antequam hęreditatem reſtituat,& ideo tunc fit contribu
tio fideicommiſſi vniuerſalis,& legatorum,& de vtriſq; dedu-
citur quarta , & quatenus deducitur de legatis , dicitur falcid.
quatenus autem deducitur de fideicommiſſo vniuerſali , dici-
tur Treb.& eſt vtilitas,quia falc.detrahenda de legatis perditur
per non confectionem inuentarij , ſecus in Trebel. ſecundum
Bar.Ang.& alios hic.Imo. in l.q quadringenta.in 2.colu.ad fi.s̃.
eo.& originaliter Cy.in l.filium quẽ habentẽ.ad fi.C.fam. erciſ.
¶Iuxta iſtum text. quærit Barto. de vtili, & quotidiana quæſt.
2 ¶† Tota die teſtatores faciunt teſtamentum , in quo vt pluri-
mum faciunt plura,& diuerſa legata , deinde inſtituunt filium
vel alium hęredem vniuerſalem,& ſi deceſſerit ſine liberis,man
dant hęreditatem reſtitui tali,puta Titio, & ſic hęres eſt graua-
tus de reſtituendo hæreditatem ſub conditione, ſi deceſſerit ſi-
ne liberis.An iſte text.tunc procedat,vt contribuatur fideicom
miſſum vniuerſale cum legatis , vt de omnib. ſimul quarta de-
trahatur.An verò legata debeant integra pręſtari ſine vlla de-
tractione falcid.& poſtea quando conditio euenerit de ſolo fi-
deicommiſſo vniuerſali detrahatur quarta Treb.Barto.ſignan-
ter tenet,ꝙ legata debeant ſolui integra,ſi vires hęreditatis pa-
tiuntur,& de eo,quod ſupereſt,detrahetur poſteà Trebel.puri-
ficata conditione fideicommiſſi,per tex.in l.penul.quæ incipit,
maritus.§.1.ff.ad l.falc.& quia hoc videtur fuiſſe de mente teſta
toris,qui legata purè reliquit , & ſic præſtanda incontinenti , &
ſic videtur velle, ꝙ integraliter ſoluantur,poſtquam fideicom-
miſſum vniuerſale reliquit in conditionis euentum , & ſubdit
bonum verbum in practica , ꝙ hoc etiam conſuetudo obſer-
uat,& ꝙ iſte text.& l.qui quadringenta, & iſta lex Marcellus.in
princ. loquuntur , quando fideicommiſſum vniuerſale eſt pu-
rum , & ſimiliter legata ſunt purè relicta . Idem eſt ſecundum
eum,quando legata ſunt pura,ſed fideicommiſſum vniuerſale
eſt pro parte purum,& pro parte conditionale,adhuc fieret cõ
tributio fideicommiſſi vniuerſalis cum legatis, per text. in l. ita
tamen.§.ex aſſe.aliàs incipit;hęres ex aſſe. j̃.eo. & dicit Barto.ꝙ
iſta ſunt tenenda menti,quia ſunt quotidiana. ¶Idẽ tenet Ang.
hic,qui dicit, ꝙ communis obſeruantia totius mundi ita ſe ha-
bet,& ꝙ nunc intelligis totam iſtam materiam ſecundum eũ.
cum Barto.etiam tenent Ioan.de Imo.d.Alex. & multum latè,
& ſubtiliter Moder.Senen.hic,qui dicunt , ꝙ licèt in puncto iu-
ris opinio contra Bartò. ſit ſuſtentabilis, tamen in contingentia
3 facti noluerunt contra eum conſulere , † quia à Barto. non eſt
recedendum in iudicando,& conſulendo ſecundum eos, quo-
niam opin.Barto.totus mundus obſeruat , ſecundum Ange. &
Pau.de Caſt.hic.Contra Barto.tenet Sal. Pau.de Caſt. Ludoui.
Roma.& dom.Petr.de Bex.hic.Rapha.Cuma in l.qui quadrin
genta.in vlt.colum.s̃.eo.& in l.ita tamen.§.ex aſſe. j̃.eo. Moue-
tur Sal. per iſtum text. qui vult , ꝙ hęres detrahàt quartam de
vniuerſo patrimonio,quod erat tempore mortis teſtatoris , &
ſic de fideicommiſſo vniuerſali,& ſic de legatis, non autem de
ſolo fideicommiſſo,& d.l.pen.§.1.allegata per Barto.nihil facit
ſecundum eum.Et plus non dicit.Pau.de Caſt. dicit, ꝙ licèt to-
tus mundus ſeruet opin.Barto.ꝙ tamen ex errore proceſſit, qa
licèt fideicommiſſum vniuerſale ſit conditionale, non propte-
rea videtur velle teſtator,ꝙ per hoc legata pura integra ſoluan-
4 tur,ſicut † cùm aliqua legata ſunt pura , aliqua conditionalia,
nam non propterea videtur teſtator velle , ꝙ legata pura inte-
grà ſoluantur,niſi reſpectu pręſentis temporis.Sed legatarij de-
bent pręſtare cautionem de reſtituendo , quatenus plus acci-
piunt,ſi conditio exiſtet.l.1.§.interdum,& l.in quantitate.§.ſed
& ſi legata.s̃.ad l.fal.& vltra eum tex.in l.1. §.ſi legata.& §.idem
Iulia.

Iulia.ff.si cui plus quàm per l.falc. & si hæres talem cautionem non exigit à legatarius,quando eis soluit,non debet redundare in præiudicium fideicõmissarij, vt ab eo detrahatur,quod erat à legatarijs detrahendum,& dicit tenendum menti, quia si casus occurreret,posses consequi magnum honorem secundum eum. ¶Idem per ista iura præsertim per d. §.si legata. tenet et Ludo. Roma. contra Barto.& dicit,q text.in d.l.penu. §.1. non probat id, ad quod allegatur per Barto. quia solùm decidit, q hæres portiones deficientium legatariorum, quibus alimenta debebantur,teneatur fideicommissario vniuersali restituere. d.

5 Alex.hic respondet ad d.§.si legata, † q loquitur in legatis particularibus non in fideicommisso vniuersali, quod minimè æquiparatur legatis particularibus,vt no.in l.1. ff.de leg.1.& in l.1.C. cõmu.de leg.& dicit,q tex.in d.l.pen.§.1.quem alleg. Bart.pôt

6 pro eo sic induci. † nam ibi loquitur in legato alimentorum, quod censetur esse annuum.l.pecuniæ.in fi. ff.de adimen leg.& per consequens licèt pro primo anno sit purum,tamen est pro sequentib. conditionale,vt habetur in l. si in singulos. ff.de ann. leg & in l.Stichum aut Pamphilum.§.stipulatio. ff.de verb.obl. & tamen ibi non contribuuntur legata, & fideicommissa, nec dictum legatum defalcatur,imò hæres ibi cauet illud restituturum fideicom.finita causa alimentorum. Sed certè in toto illo tex.de contributione verbum nullum,& solùm decidit ille tex. q in Treb.deducitur sors deputata pro alimentis fideicom.vniuersali de restituenda portione alimentariorum morientium. ¶Præterea secundum inductionem dom.Alexan.ibi legata alimentorum essent conditionalia saltem pro seq.annis,vt in iuribus per eum allegatis;ergo nihil facit ad propositum Barto.qui loquitur,quando legata sunt pura. ¶Similiter Raph.Cuma.in l.qui quadringẽta.in vlt.col.ff.eo.dicit,q Bart.malè intelligit.d.l. penul. §. 1.quod ibi legata alimentorũ essent relicta à matre testatrice, quæ per fideicommissum reliquerat hæreditatem alteri sub conditione,si filia impubes decessisset. Nam ibi alimenta non fuerunt legata in testamento matris, sed mater virtute alterius dispositionis erat ad alimenta obligata, vt patet in illo text.ibi ex persona testatricis, quicquid ibi glossela dicat. Cùm ergo mater ibi esset obligata,ideo in restitutione fideicõmissi facti à matre deducitur sors pro illis legatis alimentorum tanquã æs alienum. Sicut etiam in simi. in l. post missionem, & in l. in quantitate.§.fin.ff.ad l. fal. Nam si legata alimentorum fuissent relicta in testamento matris, certè filia eius hæres teneretur ex propria persona ex quasi contractu aditionis suæ. l. apud Iulianum.§.fin.ff. quib. ex cau.in poss.ea.& l.ex maleficiis. §.hæs.ff.de act.& ob.non autem teneretur ex persona testatricis, vt ibi dicit litera.Et ita etiam illum text.intelligit Pau.de Cast.ibi. Et placet iste intellectus,quia aliàs onus soluendi talia alimenta transiuisset in fideicom.vniuersalem,iuxta.l.fin.C.eo.non autem ad hæredem filiæ. Subdit tamen ibi Raph. Cum. quòd distinctio Bart.hic seruaretur in practica, & q ita est tenen. ¶Mihi etiam videtur, q d.l.pen.§. 1.non faciat pro Bart. in aliquo casu. nam Bart. loquitur,quando fideicommissum vniuersale erat conditionale,legata verò erant pura,neutrum ibi probatur: nam in quæstione Bart. adhuc pendebat conditio fideicommissi, sed

7 ibi iam erat purificata conditio, † vnde purum,& purificatum æquiparantur.l.qui de inofficioso. ff.de inoffi.test.Are.in l.fin.§. fina. ff. de verb. oblig. Item Bart.loquitur,quando legata erant

8 pura, † sed ibi legata alimentorum saltem pro sequentibus annis sunt conditionalia.d.l. in singulos.ff.de annu.leg.& l.Stichũ. §.stipulatio.ff.de verb.oblig.& l.cùm hi.§.si in annos. ff.de transact. ¶Item fundamentum Bart. de mente testatoris non videtur esse bonum, dum Bart. arguit hoc modo, testator reliquit legata purè,& fideicommissum vniuersale sub conditione,ergo per hoc voluit, legata integra præstari sine detractione fal. Certè ista illatio non sequitur necessariò ex hoc. Item confunditur per istum text. vbi testator voluit præstari fideicommissum deductis legatis, & sic de eo, q superest, quo casu maior videtur cadere præsumptio voluntatis testatoris,q voluerit legata integra præstari,& tamen text.decidit, q detrahitur falcidia de legatis pro rata contributionis.Ergo fortius in casu Bart.

9 ¶ † Præterea Bart.met fatetur, q quando fideicommissum est pro parte purum,& pro parte conditionale, tunc fit contributio legatorum, & fideicommissi vniuersalis, per l. ita tamen.§. ex asse.ff.eod. & sic pro vtraque parte fideicommissi, & consequenter etiam pro illa,quæ est conditionalis, & tamen ibi poterat fieri separatio,& sic illud,q ibi dicitur,quando fideicommissum est pro parte conditionale, idem videtur dicendum, quando fideicommissum est in totum conditionale, arguendo de parte ad totum.l.quæ de tota.ff.de rei vend. & l.in ratione.§.diligenter. ff. ad l. falc. & c.pastoralis. in princ.de offic.deleg.quando non est dare rationem diuersitatis.

SVMMARIVM.

1 *Res subiectæ substitutioni si alienentur per hæredem, computantur ei in quartam.*
*Hæres alienare potest res subiectas restitutioni vsque ad eius quartam,& tenet alienatio.*
*Item per filium vsque ad eius legitimam.*
2 *Quarta Trebellianica potest detrahi per hæredem in certis rebus.*
3 *Alienatio facta de rebus subiectis restitutioni ex necessitate pro soluendo crditoribus,aut legatarijs,quando valeat.*
4 *Res subiectæ fideicõmisso possunt per cr editore habeii ex primo decreto.*
5 *Res subiecta fideicommisso potest alienari propter famem, vel propter redemptionem ipsius hæredis.*
6 *Res subiecta restitutioni si alienatur, quia sterilis, vel quia seruando seruari non poterat,alienatio tenet.*
7 *Res subiecta fideicommisso alienari potest ex causa dotis, vel donationis propter nuptias.*
8 *Res, quæ subiacent restitutioni ex substitutione pupillari possunt alienari per pupillum.*
9 *Substitutio pupillaris dicitur testamentum pupilli.*
*Testamentum non interdicit testatori alienationem bonorum suorum.*
10 *Substitutio pupillaris est merus fauor hæredis.*
*Substitutio fideicommissaria,vel vulgaris dicitur onus.*
11 *Alienatio facta per hæredem de re subiecta fideicommisso vniuersali, vel in diem certam est nulla.*
12 *Alienata per hæredem grauatum de restituendo, an computentur hæredi in legitimã, vel quartam Trebellianicam inuito fideicommissario.*
13 *Alienatio facta de re subiecta restitutioni, quando fideicommissum vniuersale est relictum sub conditione,vel in diem incertam tenet, & transit dominium, donec euenerit conditio.*
*Dies incertus habetur pro conditione.*
14 *Dominium rerum subiectarum restitutioni sub conditione, vel in diem certum, adueniente conditione transfertur in fideicommiss. ipso iure absque restitutione,& sibi competit rei vendicatio.*
15 *Hæres quando possit vnam rem retinere pro Falcidia,vel Trebell.*
16 *Filius potest habere suam legitimam in re quam velit, arbitrio tamen boni viri,nec potest eligere rem meliorem,sed mediocrem.*
17 *Filius non potest eligere suam legitimam in rebus alteri in testamento patris legatis.*
18 *Filius non potest eligere legitimam in reb. per testatorem alienari prohibitis, quando supersunt alia bona non prohibita.*

1 §.Res quæ. Non potest breuius summari.¶† Notat q res subiacentes restitutioni,si alienẽtur per hæredem,computantur ei in quartam Treb. Et ex hoc duo correlariè inferuntur ex hoc text.Primum,q hæres potest alienare res subiacentes restitutioni vsque ad eius quartam, & tenet alienatio. Aliàs.n. perinde esset,ac si non essent alienatæ, & sic imputarentur in quartam. ¶Adde, q multò magis possunt alienari per filium vsque ad eius legitimam. Auth.res quæ. & in corpore vnde sumitur.C.commu.de lega.Et ratio est, qa fideicom.est onus, & grauamen.l. cohæredi.§. cum filio. ff. de vulg. & pupil.ergo ipso iure detrahitur de legitima.l. quoniam in priorib.& l.scimus.§.1.C.de inoffi.test. Alias regulariter non potest hæres alienare bona subiecta restitutioni. l.fin.§. sed quia nostra.& §.seq. C.commu. de leg. ¶Ad istam regulam glo.hic addit tres alias fallen. Ego quamplures alias posui in d.l.fi.§.sed quia nostra.& latius in d.Auth. res quæ. in 1.not. Et in istis locis etiam posui limitationes ad text.sing. in l.fin.§.fin.ff.de leg. 2.de

2 quibus per do. Alex. hic. ¶ † Secundũ correlarium infertur ex hoc text. q quarta potest detrahi per hæredem in certis reb. q etiam not.glo.hic in vltima parte, vbi reseruo not. dicendum. ¶Capio glos. vni.in verb. res quæ. quam diuide in tres partes. prin. In 1. glo. addit tres alias fallentias vltra fallentiam in text. in quib. res subiectæ restitutioni possunt alienari cùm effectu. Et sic remouet tres opp. quas per ordinẽ formant Bart. & Pau. de Castr. In secunda quærit,an alienatio rei subiacentis restitutioni valeat necne. Arguit ad partes, & recitat tres op. & primam approbat.In tertia, & vlt.per viam not. quærit,an quarta possit in vna sola re deduci. Secunda ibi. Item nunquid tenet.

3 Tertia,& vlt.est ibi. Item est hic argumentum.† In prima parte circa primam fallentiam quando hæres alienauit ex necessitate pro soluendo creditoribus hæreditarijs aut legatarijs, valet alienatio, quia hæres eam facit ex necessitate, & ex ea nihil habet,quia tale pretium non conuertitur in eius vtilitatem. Intellige istam fal.quando erat æs alienum testatoris,quo casu talis alienatio valet,& est irretractabilis.l.filiusfa. §.diui. in fin.ff.de leg. 1. Etiam si tales res essent per testatorem expressè prohibitæ alienari,& bona alia non prohibita non sufficiunt ad satisfaciendum,vt est text.in d.§.diui.vbi dixi.& text.not. in l. pater filium.in princ.& ibi Bart. ff.de leg.3. & in l.cùm fideic.ff.de fideicom.lib.Si autem erat æs alienum ipsius hæredis, & tunc valet alienatio,

alienatio quousq; res erat permansura penes hrdē, posteà reuo
4 cabitur. text. est not. in l. peto. §. prędium. ff. de leg. 2. per † quem
tex. dicunt ibi Bar. & Imo. ꝙ res subiectæ fideicom. possunt per
creditorem ex. 1. & secundo decreto haberi, propter quod pos-
set colligi fraus, vt ibi per Bar. & alios. per Bar. in l. fi. §. & si præ-
fatam. in 4. q. C. de iur. delib. & in Auth. ei, qui. C. de bon. aucto.
iud. pos. in 5. col. in ver. quæro nunquid in reb. prohibitis per te-
statorem alienari, & Bal. in l. 2. ad fi. C. si aduer. vend. pig. ¶Am-
5 plia istam primam fallen. gl. † vt procedat, etiam qn̄ alienatio
fieret ob aliam necessitatem imminentem: puta propter famē,
& sic propter alimenta, vel propter redemptionem personę ip-
sius hæredis, ſm Bar. in l. quemad. C. de agri. & censi. lib. 11. Bar. &
alios in d. Auth. res quæ. vbi ordinariè dixi. & est glo. 12. q. 2. in c.
sacrorum. ponunt Ang. Imol. Ludo. Rom. & latius do. Alex. &
Mod. Senen. hic, Necessitas enim non subiacet legi, dicit text. in
6 c. 2. circa fi. de obserua. ieiu. & de consecr. dist. 1. in c. sicut. ¶† Se-
cunda fallentia gl. est, qn̄ hæres alienat ex necessitate incumben
te rei alienatæ, puta quia sunt res steriles, vel quæ seruando ser-
uari non possunt, quo casu si non alienaret, imputaretur hære-
di. Et isto casu si pretium conuerteret in vtilitatem suam, com-
7 putaretur sibi in quartam. ¶† Tertiò fallit ſm gl. quando aliena
retur ex causa dotis, vel don. propter nuptias. Auth. res quæ. C.
comm. de leg. vbi posui. 17. ampliationes, & 15. limitationes ad
8 istam fallen. ¶† Vltra gl. quartò limita prædictam regulam pro-
hibitiuam alienationis bonorum, quæ subiacent restitutioni, vt
procedat, qn̄ bona subiacent restitutioni vigore substitutionis
fideicommissariæ, de qua loquitur iste titulus, vel etiam vigore
subst. vulg. secus autem qn̄ bona subiacent restitutioni vigore
substitutionis pupillaris, quia illa non impedit pupillum bona
propria alienare, nec posteà per substitutum poterunt reuoca-
ri; l. 1. §. sed nonnullos. in verbo, aut substitutum eius querentes.
ff. de tute. & ratio. distra. ſm Ang. Imo. d. Alex. & Mod. Sen. hic,
Bal. & Imol. in l. si sub conditione. §. si seruum. ff. de here. institu.
Bal. no. vbi limitat, in l. nec ei, §. eorum. ff. de adop. Et vltra dom.
Alexan. adde bonum text. in l. si à substituto. in prin. & ibi Bal. &
Flo. ad hoc no. ff. de leg. 1. Bar. in repe. l. si arrogator. in 4. oppo. si
est repetitio Bar. & ibidem Raph. Fulg. in 2. col. ff. de adop. Pau.
de Cast. in d. Auth. res quæ. in 1. colum. Are. in l. 2. ad fi. prin. ff. de
9 vulg. & pupil. ¶† Ratio huius fallentię est duplex. Prima, quia
substitutio pup. dicitur esse testm̄ ipsius pupilli. l. patris, & filij. in
prin. ff. de vulg. & pupil. l. Papin. §. sed nec impuberis. ff. de inoff.
test. c. si pater. de test. in 6. Sed testm̄ non interdicit testatori alie-
nationem bonorum suorum. l. cùm hic status. § ait oratio. ff. de
10 dona. inter vir. & vxo. c. cum Marthę. de celeb. miss. ¶† Secun-
da ratio est, quia substitutio fideicommissaria vel vulgaris dr̄
esse onus, & grauamen hęredis. l. cohæredi. §. cū filio. ff. de vulg.
& pupil. Ideo illa impedit alienationem bonorum. Sed substitu
tio pupillaris est merus fauor, & prouisio filij pupilli, vt in iuri-
bus præalleg. vnde si per eam impediretur alienatio, efficeretur
onus, & grauamen, & ita habes expeditam totam primam par
tem gl. ¶ In secunda parte prin. gl. facias duas principales con-
11 clusiones. † Prima est, ꝙ si fideicommissum vniuersale est pu-
rum, vel in diem certam relictum, & tunc alienatio per hære-
dem facta est nulla, vt l. fi. §. sed quia nostra. C. comm. de leg. quę
non corrigit istum tex. vt dicit gl. & malè, eo quia iste. §. loqui-
tur, qn̄ hęres alienat vsq; ad quartam Trebel. & sic in casu per-
misso, vt dixi in text. & talia alienata computantur in quartam
hæredi, etiam inuito, ēt si hęres vellet bona alienata redimere,
& fideicommissario restituere, cùm ius iam sit quęsitum ipsi fi-
deicommissario, ſm Ang. Imo. & latius d. Alex. hic, & Ang. in l.
in quattam. ff. ad l. falc. quamuis ɔ̃rium, & malè teneat Ludou.
Rom. hic, & Imo. sibi ɔ̃rius in d. l. in quartam, vt habes hic per
12 d. Alex. & latius per Mod. Senen. hic. ¶† Item talis computatio
alienatorum in quartam fit etiam inuito fideicommissario, qn̄
alienatio non fuisset malitiosa, nec de re præiudiciali arbitrio iu
dicis, ne heres, qui alienauit vsq; ad quartam suam, vexetur in
causa euictionis, ſm Bar. & alios hic. In legitima verò debita iu
re naturæ multò magis alienata debent indistinctè computari
inuito fideicommissario, cùm sit magis debita filio quàm Tre-
bellia. & sic vt magis subueniatur filio, qui alienauit, vt non te
neatur emptori de euictione, vt innuit tex. cum gl. in §. quamo-
brem. in Auth. de resti. fideicom. coll. 9. ſm Pau. de Cast. hic in fi.
Are. in cons. 17. incip. visa, & discussa consultatione. in pen. col.
13 cum concordantijs per eū allegatis. ¶† Secunda conclusio est,
qn̄ fideicommissum vniuersale est relictum sub conditione,
vel in diem incertam, quæ habetur pro cōditione, cùm habeat
se ad esse, & non esse. l. dies incertus. ff. de condi. & demonstr. Et
tunc interim medio tempore valet alienatio, & trāsit dn̄ium,
quia ante restitutam hęreditatem nullum ius est translatum in
fideicommissarium, sed dn̄ium est apud hęredē. Ideo illud po-
test in alium transferre. Et ita ēt tenet gl. in l. cùm pater. §. liber-
tis. ff. de leg. 2. & in §. quamobrem. vbi bonus tex. in Auth. de re-
sti. fideicom. coll. 9. Sed adueniente conditione fideicommissi,
dominium transfertur ipso iure in eum, cui debet fieri restitu-
tio fideicommissi, & competit sibi vendicatio, vt d. l. fi. §. sinau-
tem sub conditione, quæ in hoc inducit ius nouum, vt dicit gl.
hic, & ibi. Nec in hoc Auth. res quæ. aliquid addit ad prohibio-
nem alienationis, sed excipit aliquos casus speciales à prohibi-
14 tione, quicquid dicat gl. in l. opin. & malè. † Item hoc casu non
est necessaria aliqua restitutio, eo quia hęres alienando abstulit
sibi potestatem restituendi, meritò eius restitutio non desidera
tur, vt l. si hęres institutus. §. 1. ī. eo. secundum gl. & Barto. hic in
fi. & glo. in d. l. fi. § sed quia nostra, & ibi Bar. & gl. in §. sed quia.
Instit. de fideicom. hære. & gl. & Barto. in l. penul. §. 1. C. eo. licèt
Raph. Cuma. referat Iac. de Are. & Albe. de Rosa. tenere, ꝙ sal-
tem requiratur restitutio verbalis, cùm illa possit fieri. l. restitu-
ta. in prin. ī. eo. & idem tenet Sal. in d. l. fi. §. sinautem sub condi-
tione, & malè, vt etiam per d. Alex. hic, qui dicit, ꝙ vidit opin.
huius glo. seruari in practica. & dicit Ange. hic, ꝙ ita practica-
tur in iudicijs, & in scholis. Et sic hic est vnus casus specialis, in
quo ipso iure transit dominium in fideicommissarium vniuer
salem, & sibi competit rei vend. ante factam aliquam restitutio
nem re, aut verbo, scilicet quando hęres alienauit, & sic non po
test amplius rem alienatam restituere, sicut quando hæres con
tumaciter se absentauit, vel quando mortuus est sine hęrede,
quibus casibus etiam ipso iure transit dominium in fideicom-
missarium absq; aliqua restitutione etiam verbali, vt est text. in
15 l. penul. §. cùm autem. C. eo. ¶† In vltima parte gl. dic, ꝙ hęres
non potest in vna re falcidiam, vel Trebellianicam retinere, nisi
de voluntate fideicommissarij, vel nisi iudex, cuius arbitrio re-
linquitur, ex æquitate quartam in vna re assignauerit, vt plenè
per Barto. & alios in l. in quartam. ff. ad l. fal. per omnes in l. fi-
lium quem habentem. C. famil. ercis. per gl. & Docto. in c. Ray-
nut. & ibi dom. Abb. in penult. & vlt. colu. de testa. cum multis
16 concor. hic traditis per dom. Alexan. † In legitima autem debi-
ta iure naturæ videtur esse speciale secundum Iac. de Are. Cyn.
& Imol. hic, vt filius possit in qua re vult eam deducere, cùm
censeatur in legitima creditor, sicut & patronus. l. si patronus,
in prin. ff. de dona. iuncta. l. si quis legatum. §. fi. & ibi glo. no. ff. dę
fal. Ergo debet esse in electione creditoris, quam rem eligat pro
satisfactione, vt l. creditoris arbitrio. ff. de distract. pigno. quod est
valde notandum secundum Imo. hic in fin. Intellige sanè, ꝙ fi-
lius debet habere legitimam in re, quam velit, est verum arbi-
trio tamen boni viri, & sic iudicis. l. non amplius. §. fi. & l. seq. ff.
de leg. 1. & l. scimus. in prin. C. de inoffi. test. & l. 2. C. quando &
quib. quar. pars debe. lib. 10. secūdum Bar. in l. suus quoq;. ad fi.
princ. ff. de here. insti. cum concor. additis per dom. Alex. hic. Et
vltra eum per Bar. in l. cùm alienam. in vlt. colu. C. de leg. & in
consi. 167. 5. volum. incip. quidam Franc. tunc carens filijs. in 2.
colum. Ang. in l. si ex noxali. §. est autem. ff. de pecu. Are. in con-
sil. 161. incip. Diligenter visis, & consideratis. in vlt. colum. Item
filius pro sua legitima non potest eligere rem meliorem, sed
debet eligere mediorem arbi. iudi. secundum Iaco. de Beluis. in
Auth. de restitu. & ea quæ pa. in princip. in 3. q. colla. 4. Bald. in
l. filium quem habentem. in 12. colum. & ibi Sal. in 8. colu. C. fa-
mil. ercis. licèt contrarium (sub dubio fortè) teneat idem Bald.
17 in l. 2. C. ad l. falcid. † Item non potest filius eligere legitimam
suam in rebus alteri in testamento patris legatis, quia pater po-
test legare cui vult, dummodo filio remaneat sua legitima. ita
signanter tenet Bald. in rub. ff. de rer. diui. in 1. colum. in fi. & in l.
non amplius. §. fi. & ibidem dom. Alex. ff. de leg. 1. & idem do.
Alex. hic, & in l. in quartam. in 13. colum. ff. ad l. falc. Idem tenet
Ioan. de Imo. licèt Bald. non alleget, in consi. 112. incip. in causa,
quæ vertitur, & versa est inter ser Iaco. in penul. colum. ad fin.
quamuis contrarium teneat Pau. de Cast. non faciens de Bald.
mentionem in consi. 254. quem refert do. Alex. in d. l. non am-
18 plius. §. fi. Ego pro ista conclusione addo bene facere, † ꝙ filius
non potest eligere legitimam suam in reb. per testatorem spe-
cialiter prohibitis alienari, quando supersunt alia bona non ꝓ-
hibita alienari, secundum Pau. de Cast. in consi. 17. incip. in cau-
sa quæ vertitur Parmæ. in 10. colu. Limita signanter, nisi pater
omnes meliores res legasset, & deteriores remansissent, secun-
dum d. Alex. in d. l. in quartam. in 13. colu. & do. Alex. hic. Et per
ista cum laude Dei est impositus finis huic. §.

*FINIS.*

REGISTRVM.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

Aa Bb Cc Dd,

Omnes sunt quaterniones, pręter D d, qui est duernio.

AVGVSTÆ TAVRINORVM.
M. D. XCII.





Jason. Mayni
in 2m infort. par
Comentaria

6.


colorchecker CLASSIC
calibrite
mm